Corteſius
Medicina

NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
30 H
10

Digitized by Google

12-30-H-10

12
21
k
13

Digitized by Google

Digitized by Google



IOANNIS BAPTISTÆ CORTESII

MEDICI AC PHILOSOPHI
ALMI COLLEGII BONONIENSIS
COMITIS PALATINI

in Patrio olim Gymnasio Medicinæ, et Anatomes Professoris; nunc in Messanensi Academia Praxim ordinariam e' prima Sede interpretantis

MISCELLANEORVM MEDICINALIVM DECADES DENÆ.

in quibus pulcherrima, ac utiliſsima quæque ad Anatomen, Chirugiam, et totius fere Medicinæ Theoriam, et Praxim spectantia sparsim quidem, sed iucundiſsimo ordine continentur.

VM

AD ILLVSTRISS: SENATVM NOBILIS VRBIS MESSANÆ

MESSANÆ
ex Typographia Petri Breæ MDCXXV
Sumptibus Raynaldi Reinæ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMIS
SENATORIBVS
ANTONINO GOTHO. D. IOSEPHO STAITI.
D. THOMAE MARQVETTO. THOMAE ZVCCARATO.
D. FRANCISCO HOZES. VINCENTIO DE COELIS.
F.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CVI hoc opus meum Senatus Illuſtriſſime ſub veſtro cœlo elaboratum præcipue dedicarem, non diu mihi fuit deliberandum. Enimuero res ipſa maiorumque inſtituta præclare me docuerunt, non ex quibus ortus ſed pro quibus natus fuiſſem, eſſe cogitandum, vt illis amorem, his vero præter ſtudium, & operam, vitam quoque ſi res ferret noſſem impendendam; inde lucem mihi dumtaxat, poſteris non adeo certam, hinc rebus meis ſplendoris initium ducendum, quin & nomini victuro immortalitatem conciliandam. At enim ſi opus noſtrum, eſt noſtrum eſſe iuxta philoſophum, ideoque diligimus opus, quia diligimus eſſe: quo loco cenſendi ſunt ij quibus cum opere noſtro, nos quoque ipſos debemus? vos viri clariſſimi penditote, vt inde me vobis natum, opuſq; hoc meum ad vos iure pertinere intelligatis. Mentiar vero, niſi id mihi fato datum, vt veſter eſſem. Nam etſi me beneuolentia veſtra fortunaque in ſublimi locata, quæ huius Vrbis auſpicijs ſemper bonis arriſit, veſtrum fecit: id tamen longe antea peculiari quadam cœli deſtinatione prouiſum, vt Bononiæ natus, Ciuis Meſſanenſis eſſem: niſi Meſſanæ renatum me reuera dixerim, qui acceptam alibi lucis vſuram, nec vno ſub cœlo ſubinde ductam, hic iam à ſeptem ſupra vicenos annis, melioribus quam vſquam auibus continuarim, vt hæc mihi iure ſit natalis, quæ fortunæ aura, dignitatis nempe in hac celeberrima Vnierſitate prærogatiua, qua ad Medicinam è prima cathedra docendā ampliſſimis (hic enim peculiaris huius Vrbis in elocandis talentis eſt ſplendor) ſtipendijs euocaſtis, florēremque huc

† vſque

Digitized by Google

vſque ſingulariter fouiſtis, quaſi non ſatis fuiſſet, vtriuſque Siciliȩ iuuentuti docendæ (huc enim pene omnes ad diſcendum confluunt) velut Pergami oraculum, præfeciſſe, niſi etiam vos ipſi peculiaribus ſtudijs ac beneficijs indies accumulatum coleretis. Neſciebam interdum è re mortalium cadere quod in geneſeon architecturis de cœlo ſeruant Aſtrologi, tametſi ſȩpius (vt libera plane ignorent) non minus in neceſſarijs complexionibus imperite abludant, ſed mihi Paulus Sertus Medicus in paucis eximius fidem certam fecit, non ſemper irritas labi cæleſtium paraturas. Hic aliquando accuratius inſpecta mea geneſi denuntiauit fore, me potiorem ætatis partem extra natale ſolum traducturum, interque medicæ peritos cum eximijs numerum expleturum. Rem tunc cum riſu acceptam, poſtea per vices, & gradus fortuna comprobauit, donec in hac veſtra nobiliſſima Ciuitate ſummo loco conſiſteret. Et quidem ab Illuſtriſſimo Cardinali Sega Apoſtolicæ Sedis in Gallia Legato Medicus aſcitus, cum toto illo triennio quo rem gerebat, complures ex proceribus pro Rege Catholico fȩderiſque Sacramento ſigna ferentibus, ac in primis Didacum de Suara, Feriæ Ducem, Indicum de Mendoza, Ioannem Baptiſtam de Taſſis, graui morbo decumbentes ac pene confectos Deo dante valetudini reſtituiſſem, tantum opinione valui apud omnes, vt ſuperante nominis fama vno omnium ore futuri Regis Archiater deſignarer; ſed enim re infecta Legato Pontificio Romam reuerſo, ego quoque Bononiæ meæ reſtitutus, antiquam ſpartam, hoc eſt intermiſſum publice docendi munus reſumpſi, eo curriculo quemadmodum apud me ſtatueram, reliquum poſt annos inclinaturæ vitæ ſpatium exacturus; ac tum ſæpe inter ſales dictitare, Pauli mei prognoſim apud Gallos iam valuiſſe (vt ſunt ſuſpicioſa in rebus proprijs mortalium ingenia) quando nec opinanti adfuit Vincentius Bencius, idemque iuris vt nemo alius peritiſſimus, qui cum in Salernitana Academia triennium ante leges interpretatus fuiſſet, eo tempore in Patrio Bononienſi Archigymnaſio, ſumma omnium admiratione eaſdem pertractabat; hic inter amicos ſermones, num extra patriam ſi ſors ferret in Vrbe Regni Siciliæ capite docendi prouinciam ſucceptur us eſſem quæſiuit, ſimulque animum ad Meſſanæ nomen applaudentis, & iam igniculos concipientis, ipſe vehementius inflammauit, quid multa? actum cum Illuſtribus ciuibus veſtris, qui tum forte ſtudiorum cauſa Bononiæ degebant, necdum vertente anno literis ad me datis Iacobi Galli viri eminentiſſimi & in hoc veſtro Gymnaſio iuris ſcientiam de more docentis, nomine veſtro (quod Numina ſoſpitarint) in prouinciā atque adeo in prȩcipuam honoris partem euocatus, eo acceſſi libentius quod non ſine Diuino conſilio rem agi perſentiſcerem, & fortaſſe (vt arrideam) illa me quoque ſidera afflarint, è quibus Paulus Sertus cōiectorem egit; ſed enim quem non alliciat etiā Saturnino aſtro genitū Meſſana Vrbiū Europæ ſpectatiſſima quā nemo aliquādo vidit, quin ciuitatē in ea domiciliumq; perpetuū peroptarit. Non me fugit Meſſanā ac Bononiam oppoſitis ſignis Tauro videlicet ac Scorpio ſubiectas à peritis perhiberi, & in altera qui

d.m

dem Venerẽ, in altera pręſtare Martem; vt ideo ſicut Veneri cum Marte non congrua eſt ſocietas, ita Bononiæ natus, vix bonus ſit Meſſanæ ciuis. Verum ſi ea inter cæteras eſt Meſſanæ felicitas, vt arcano quodam non cuiuſuis cæli ſed Empirei influxu, quod doctis incredibile non videtur, cælum attemperet, nemo eſt mortalium tam alieno ſidere procreatus, quin Meſſanæ ſingulari quadam fortunæ aura ſit beatus; certe vt Marti & Veneri quondam in fabulis occulte cõciliatus amor, ita nulli non gentium arcana Mamertini cæli ſolique gratia, incredibilem pariat voluptatem. Verum quid arcana ſcrutamur, qui ob oculos habemus, quæ animum mire trahunt ac delectãt, ſalubritas nempè aëris, ſitus, loci amænitas, copia rerũ & id genus alia, vt non modo ſicut ipſa Sicilia cæteris præſtat inſulis, ſed quod Polibius ait reliquum Italiæ amænitate ac fertilitate poſt ſe relinquit: ita Vrbs Meſſana reliquis in Sicilia vrbibus excellat, neque id ſolum in vna re, quemadmodum de pictoribus loquentes Zeuxim longe cæteris pręſtantiorem in mulieris corpore pingendo affirmarunt, in alio vero picturæ genere ab aliquibus anteiri, ſed omnibus in rebus quæ in comparationem venire poſſunt, vt nulla plane ciuitas Regni felix dici queat, niſi ab huius Vrbis auſpicijs, opibus, auxilijs, fælicitatis ortum ducat, incrementa ſuſcipiat; quid ni enim de Siculis tantum Ciuitatibus id dixerim, quando reliquæ quoque non adiacentes dumtaxat regiones, ſed longe diſſita Europæ, atque Aſiæ regna Meſſanam velut opum ſuarum fodinam colunt ac obſeruant. Sane quæ Ciuitates cæteris excellunt, præſtantiæ ſuæ cauſas afferunt, aut vetuſtatem, aut nobilitatem originis, aut certe maiores opes, aut ciuium ampliorem numerum, aut populi virtutem quæ latiſſime patet, vel libertatem, vel optimarum legum inſtitutionem, hęc enim ferè ſunt quibus vrbes pręſtantes ſibi inuicem anteeunt, alia ſi accedant, beatas quodammodo ad diuinam (quod aiunt) virgulam efficiũt. Ergo ſi antiquitas Meſſanæ ſpectetur, ea cum vix à ſeculis repeti queat, penè fabuloſa eſt in hiſtorijs, quod præcipuum vetuſtatis eſt ſignum, hinc ipſa quoque præcipuis fabulis occaſionem dedit; ex antiquitate ſtatim extitit Vrbis nobilitas, quam poſtea per ſecula præclaris titulis propagatam, priuilegijs quoque Regum ſuorum effecit ſanctiorẽ, hodieque inter vrbes ſola nuncupatione Nobilis præfulget, & in nominis maieſtate prærogatiuã fert honorum. Iam ſi ciuium ipſorum numerum cõſideres, qui vt quidam aiebat, radix eſt & fundamentum, ſtatuſque ipſe ciuitatum: hic ſane ſi aras, & focos ſpectes, fortaſſe facile cenſeri queat, ſi tamen finitimarum remotarumque gentium velut in continuo foro Meſſanæ verſantium, ſi nauium quotidie aduentantium copiam, ſi bellicæ claſſis, militumque aduertas frequentiam, multorum ſane regnorum variarumq; nationum vnam eſſe ciuitatem dixeris non inepte. De cenſu, opibus, ac fortunis vrbis, nemo eſt qui dubitet, ſi in ea Orientis pene ac Occidentis queſtũ exerceri cogitet: quamquã expedit magis animos ciuiũ eſſe diuites, quam arcas, ne inuidioſi exiſtãt, & habere diuitias, magis vt ſint ornamẽta ingenij, quã ad voluptates perfruendas; & profecto ſi Meſſana nõ ſit adeo opibus firma

diuitijſque affluens, vt cum ditioribus Europæ Vrbibus exæquari queat, quia tamen amplior eſt gloria, iuxta philoſophum, eſt etiam opulentiſſima, quamquam nec illud concesserit, qui videat Meſſanam tam opportunam ſe Regibus ſuis præbere, ſuaſque fortunas quæcunq; ſint ſemper ad Reipub. Principumque ſuorum vtilitatem ſine mora redundare. Norunt iſta qui hiſtorias legunt, & quemadmodum Meſſana non poſtrema ſit ciuitatum quę Regum ſuorum in difficultate rei numariæ ſunt perfugium, & vt ſemper non tantum pro cella penuaria, ſicut de Sicilia tota ille dixit, ſed etiam pro optima ærarij parte, haberi poſſit. Porro quod ad libertatē ciuitatis veſtræ ſpectat, nihil magnopere dubitandum eſt, cum aut plane libera ſit, aut certæ Reipublicæ ſpeciem cum libertatis imagine præſeferat; id vero nauitate, induſtria, labore, fide, virtute denique veſtra toto orbe velut in vno theatro ſpectata, pace ac bello, terra ac mari, domi foriſque peperiſtis, ampliſſimis ob id priuilegijs decorati, vt teſtatum ad poſteritatis memoriam vellent principes, quam ſibi benemerita veſtra ſemper probata fuerint; quamue illuſtri loco ſemper veſtram ciuitatē præ cæteris coronæ ſuæ addictis habuerint. Iam de optimis maiorum veſtrorum inſtitutis nihil opinor attinet dicere, quæ niſi vigerent, Reſpublica veſtra tam varijs conflictata periculis, proſpera ſemper & quaſi æquabili, perpetuaque fortuna tot ſecula non duraſſet. Inter quæ illud, ſi religiones, & ſanctitates taceam, profecto non poſtremū locum meretur, quod ciuitas veſtra non minus bonis artibus, quam mœnibus exaggerata, exiſtat ſciētiæ, & optimarum artium domicilium, ex quo in omni ſciendi genere peritiſſimi qui velint emergāt, ſapientiſſimorumque magiſtrorū quos magnis ſtipendijs ex omni Italia euocatis diſciplina ad omnem ſapientiæ formam exculti, & plane perfecti euadant. Quæ res quantum ornamenti, & vtilitatis hactenus attulerit non modo veſtræ Ciuitati, ſed toti Regno Siciliæ, finitimiſq; prouincijs, nemo non experitur in dies, eritq; ſemper allatura in poſterum, ſi quæ ſanctiſſime conſtituiſtis, inuiolabiliter ſeruari faciatis, ne videlicet de repente exiſtāt aliqui ſcioli qui priuata ducti gloriola aſſem (quod aiunt) domi ſuæ cudant, auocatis à publico Gymnaſio diſcipulis, quos in vmbris domeſticis, non tam erudirent, quam deceptos à ſolida perfectaque medicæ ſcientia diuertant ad nugacees quiſquilias. Imprudēs ferè huc lapſus ſum, ſed erit hoc velut in pulcherrima legum veſtrarum facie næuum obiter deterſiſſe. Viceni ſupra ſeptem aguntur anni, à quo primam in illuſtri hoc Gymnaſio veſtro non ſine prærogatiua ſingulari teneo medicinæ cathedram, veſtro ſcilicet beneficio, non vulgari mea laude, ſed maximo opinor auditorum fructu, Vrbis huius, adeoque huius Regni vtilitate, quamdiu leges veſtræ ſapienter latæ ſteterunt; ne qui nimirum à vobis docendi cauſa fuiſſet acceerſitus, aliam materiam quam præſcriptam publice interpretandam ſuſcepiſſet, priuatis ad Muſæa reiectis. Sed enim ò tēpora! ò mores! nemo hodie eſt qui neſcio qua peruerſa Neoptolemi opinione perſuaſus, quicquid lubet citra delectum non velit interpretari, & diſcipulis vix Phæbo à limine ſalutato, ſolidiora

diora

Digitized by Google

diora nunquam deinceps digerenda perperam ingerere; non ſine magno medius fidius artis, profitentium, ægrorumque detrimento, quod cum ſemeſtri ſpatio adoleſcentes ad primordia nondum idoneos ad Medicinæ lauream capeſſendam obtrudant, (ita enim pollicentur deceptores iſti obolares, qui & ipſi ſua principia non norunt, quam nempe ſit ars longa, vita breuis, experimentum fallax) auertantur neceſſe eſt à Lyceo publico, & diuerticula quęrant iuniorum vt ſic dicam magiſtellorum, quibus demum per fas & nefas adnitentibus in gradu locati, reuertuntur in patriam muniaque pertractant medicorum, gens elementaria, hoc vno dumtaxat fortunati inter ſuos, quod ſponte inueniant quos quærunt enecandos, vt hic quoque verum ſit, nouum medicum nouum eſſe cæmiterium, nec aliam ob cauſam honorari à populo baiulos Iſidis, niſi quod ſtatuam Deæ circumferant. Exitium ſane hoc ſit bonarum artium imprimiſque medicę pręſtantiſſimę in tam florenti Republica, niſi qua ſoletis ſapientia gnauiter caueatis; ſic olim cecidit Atheniēſium Pritanæum, poſtquā cruda è foro impulit abſque delectu ingenia, ſic paſſim in Europa corruere præſtātes Academiæ, poſtquā in Triuijs audiri cœpta acroamatica, & cecidiſſet non ita pridem Romæ domicilium Sapientiæ niſi Vrbani VIII. P. O. M. graui animaduerſione iuuentus ad publicum Gymnaſium reuertiſſet, ac tum demum magis ſplēdere cœpit Roma, quando ſtudijs ſuo velut in viridiario refloreſcentibus, ratio quoque ſtudendi fuit reſtituta. Nec dubium, quin vos tàm illuſtris facti æmuli, facturi quoque ſitis in poſterum, ne in tam copioſo legum lumine, quo Meſſana toto hoc Regno inclaruit, hunc quoque ſplendorem deeſſe patiamini. Nam ſi cætera ciuitatis veſtræ ſpectentur ornamēta, quid in ea non ſummum? quid non admiratione dignum? quid non ſupra cæcam & inſanam vt philoſophi loquuntur fortunam præſtans? Id vero maxime ſitum eſt in virtute populi veſtri quam paulo ante latiſſime patere dixi, & vnde omnem recte factorum gloriam in veſtra decora profectam, pene Aſia tota atque Europa profitetur. Copioſus ſim ſi hac in parte oratione diffluam, cum mihi vel ſumma legenti immenſus pateat hiſtoriarum campus in veſtras laudes, ſupra gentium inuidiam collocatas: ſi dixero maiorum veſtrorum fide Arcadium à Bulgaris liberatum, Imperium vendicatum, ſeruile bellum quo Roma trepidabat, in Sicilia ope veſtra compreſſum, Romanam potentiam ſocietate veſtra pace belloque nixam, Siciliam toties liberatam, Rogerium veſtris auſpicijs & conſilijs accitum, Saraceniſque pulſis Religionem Crucis conſtanter aſſertam, conſequentibus poſtea ſeculis non ſemel Tyrannos depreſſos, Reges ope veſtra copijſque ſubleuatos, denique Meſſanam virtute veſtra fortius quam mœnibus ipſis defenſam, vnicum totius Orientis ſemper extitiſſe propugnaculum. Vt non ſit mirum, ex tot gloriæ fontibus, laudum veſtrarum pene emerſiſſe Oceanum, vnde copiam hauriunt hiſtoriæ, quæ de rebus præclare geſtis loquuntur, nihilque putant tam præcellens, quo cum veſtra dignitas nequeat in honoris contentionem deuenire: hinc illa ex inſignibus Arcadij collatis prærogatiua,

tiua, quæ cum Aquilis aliqua ex parte certat, nobilitatis decus, quod Romanas imagines illuſtret; recte factorum gloria, quæ ab ipſis fere incunabulis Vrbem veſtram in caput Regni extulit: denique fortuna virtutis indiuidua comes, ob quam reliqua Sicilia nutus, ac motus veſtros in rebus maximis ſpectare eſt ſolita; quid hic non ſingulare? quid non adeo laute refertum, vt oratoris cuiuſque præſtantiſſimi fatiget eloquentiam? ſed mihi nuncupatoriam dumtaxat ſcribenti obiter tantum ac per tranſennam innuenda rerum capita. Dein vero præter hæc omnia, ſi & illa accedant, quæ vt dixi beatas reddunt vrbes, quo quæſo loco veſtram dignitatem ac fortunam locauero? ſi dixero cœlo Mamertino viros ad omnia ſumma naſci, eo loco Vrbem veſtram eſſe ſitam, quo natura ipſa quicquid habuit elegans commodumque contulit, terra marique ex æquo famulantibus, portum eſſe ampliſſimum & tutiſſimum, qui Orientis Occidentiſque nauibus non modo ſtationem, ſed præſidium præbeat; hunc à curuitate veteres falcem Saturni dixere, hodie brachium à genuina pene ſimilitudine nominant, quod velut brachio complectatur illatas defendatque ab vndis, & hoſte aduenas naues; Anulum fortaſſe quiſpiam dixerit digito maris innexum, cui gemma ſit propugnandum in extrema curuitate ſitum; ſed ego lineam ſpiralem prope in ſe ductam vocarim, quam auctor naturæ circino clauſam eſſe noluit, ne ſemel ingreſſis, non alia mundo voluptas extra veſtram vrbem eſſe crederetur. Et hoc quidem, naturæ miraculum recte plerique appellauerint, cui ſi ſplendorem ædificiorum recens aſſurgentium addideris, ſeptem orbis miraculis octauum, idemque præcipuum dubio procul adiunxeris; Tanti ducem operis libenter te Philiberte Sabaude compellarem, niſi morte tua datum eſſet vt nemo tantum opus cum admiratione ſpectaret, qui tui Princeps optime cum dolore non meminiſſet. Iacet antiqua Roma ſuis ſepulta triumphis; erecta eſt Meſſana vetus tuis ſublimari cœpta auſpicijs, vt hoc ſolum ſi potes doleas, quod non vt ille de Roma, ita tu de Meſſana dicere queas, lateritiam accepi, relinquo marmoream. dicent tamen id poſteri, qui coronidem operi à te cæpto daturi, non aliud nomen quam tuum, longis titulorum inciſuris, lapidibus ipſis illigabunt, & erit, vt hæc tam ampla, tam decora, tam ad omnem artis elegantiam, qua omnium ore nihil pulchrius orbis habet, Vrbis ſtructura, tuæ gloriæ ſit ornamentum, tuis cineribus ſupra omnium Regum ſepulchra ſpectatiſſimum Mauſoleum. Et vero nihil eſt in tanto molimine, quod non ad voluptatem arrideat, forma, decus, aſpectus, ædificiorum ſimilitudo, & in omnibus multiplicis artis cum opere, perpetua quædam concertatio, vt nihil ſit quod oculos offendat, nihil quod animum admirabilitate quadam haud perfundat, cum ex vna ciuitate (quod Nero de Roma) vnam repente domum euaſiſſe, ex vna domo duas interdum exiſtere ciuitates opineris, quando illa eadem ædificia, illa ipſa Meſſana ciuitas ſuo portui circumducta, Sole matutino [illegible]ndum ex aduerſo iugo feriente, ſpeciem ſuam in mari pacato ad [illegible]ſim regerat, & præclaro ſane ad voluptatem ſpectaculo duas

ex

ex‹›na, terra marique efficiat Meſſanas, vt eandem ponto telluriqne mediam inſidere, ac libratam dicas, nullis nixam fundamentis, ſolamque Meſſanam certos habere antipodes, & ſuum cuique ambulanti in vndis Antiphōtem. Et iam nihil ſingulare habeat Vienna Vrbium Auſtriæ pulcherrima quam Æneas Siluius, poſtea Pius ſecundus æque ſub‹t›erraneam ſcribit ac terris eminentem, niſi plus etiam ſit aquis innatare quam terrę inhæſiſſe, vt hoc etiam imaginario ſpectaculo manifeſtum euadat, quam concinne Meſſana ad ſedes alludat Imperatorum. Erit fortaſſe qui admirandum ædificiorum ordinem in theatrum ductum, ſcænam recte appellet, in qua ludi artis, & naturæ, ſpectatores detineant: Theatrum alij non inepte dixerint, in quo ſpectacula ad cæleſtium etiam delitias digne edi queant, aut in quo proſpectus pateat in fretum velut hyppodromum, congreſſu geminorum marium, ambiguaque reciproci æſtus concertatione, nec non inſidioſa Scyllæ & Charybdis ludificatione percelebrē, ſuiſque carceribus à natura coercitum. Ego coronæ rectius comparauerim, quæ Vrbem Siciliæ caput condecoret, niſi quod ille de Ormuſio dixit, ſi totius orbis anulus eſſet, Ormuſium gemma foret, ita ego recte dicere queam ſi totus orbis caput regium eſſet, Meſſanam diadema fore: vt iam non vnius dumtaxat Siciliæ, verum omnium Regnorum vrbs Regina modica exaggeratione Meſſana dici queat, quando Roma caput mundi hanc coronam non eſt aſpernata. Iactat fabuloſa antiquitas, ſuis Vrbibus condendis Deos illos fictitios præfuiſſe, Iouem, Neptunum, Apollinem, ne fortaſſe incunabula Ciuitatum infelicem ſyderum aſpectum ſortirentur; hodie ſi fabulis locus eſſet, omnes ſanè Meſſanæ adeſſe oportuiſſet, vt ſuis plane non duntaxat mortalium delicijs, in Vrbe tam ſpectata exædificanda ſtuduiſſent. Equidem fabulis non delector, nec quo ſydere fundamenta Meſſanæ primum locata, multum laboro; illud enimuero probe conijcio, fortunam omnem huic Vrbi condendæ famulatam, quæ poſtea ſedes futura erat Deiparæ Virginis patronæ tutelaris, vt hinc quoque liquere poſſit, Meſſanam in modum coronæ fuiſſe conſtruendam, quam Regina cœli ſua protectione ſuam deſignarit. At enim in hoc campo tam lato & ſpatioſo plane exultare poſſet oratio, niſi facilius initium quam exitum poſſet inuenire. Et vero in ijs quæ hactenus dixi fortuna facile vices obtineat, ſuoq; nutu exæquare queat omnia; at religio veſtra pietaſque in Virginem eo loco eſt, vt viciſſitudinem Deo fauente non ſit latura. Scio quiduis cuiuis florētiſſimæ Ciuitati poſſe contingere, ſed Deus Optimus Maximus, cuius nutu poſitæ ſunt Vrbes, atque à principio inſtitutæ Ciuitates, vnigenitique magna parens Meſſanenſis generis ſua precatione ac conciliatu ſoſpitatrix, quam ſemper poſt Deum ſunt venerati maiores veſtri, voſque veneramini quotidie, ea qua plurimum pollet apud Deum gratia, ſedulo Ciuitatem veſtram iuuabit, peſtilentiam, famem, barbararum nationum vim, bellaque auertet, variaſque cœli iniurias quemadmodum hactenus fecit, longe prohibebit: quin creditote veſtra omnia ornamenta huius Virginis Patrocinio ſtetiſſe hactenus, veſtram ſalutem

ac

ac fortunam in difficillimis temporibus hac protegente diſcrimini ereptam, quam interdum pugnantem etiam pro Ciuitate veſtra, raro ſanè ſpectaculo maiores veſtri eminus conſpexere; præterea omnem recte factorum gloriam, Reipublicæ dignitatem ad hoc culmen ea velificante euectam, denique omnia ſtudia veſtra huius beneuolentiæ aura aſpirante, proſperum per omnia curſum tenuiſſe, habituraque in poſterum, ſi religio tam alte fixa perennet; quando Deiparæ patrocinium dulcis illius Epiſtolæ, quam ad vos ab ea miſſam colitis ſacramento firmatum, nullo non tempore integram, inuiolatamque ſeruabit fidem. Exceſſi fateor modum Epiſtolæ, ſed mihi veſter amor, ingens fuit adſcribendum ſtimulus, laudes vero veſtræ, ſeges orationis immenſa, & poterat calens adhuc calamus excurrere longius, niſi Meſſana ſcriptorem alium idoneum nacta materiam auertiſſet, qui in aureis illis vrbiũ præſtantium à ſe cultarum deſcriptionibus, Meſſanam veſtram non exquiſite modo ad omnem Matheſeos & Phyſicę ratiõe, verum etiam eleganter ad hiſtoriæ venuſtatem, ſucciſſiuis opellis pro voluptate elaborat. Ex ijs etiam mihi amice conceſſis, tametſi ad genium ſui authoris nondum expolitis, non pauca ego quoque bona cum venia amici hoc loco deprompſi, vt quod placere vobis poſſet afferrem, quod deſiderare ipſi poſletis, noſceretis. Verum ſi ego vos veſtraque ſine fuco phalerisque laudaui, id potiſſimum curaui vt non oratione placerem, ſed huius operis dedicatione, quod cum veſtro in Gymnaſio cum ætate ſtudijsq; meis adoleuit, non debet vobis non eſſe gratum, tametſi rebus veſtris dignitatem haud ſufficiat. quin ſicut auctorem multis nominibus veſtræ beneuolentiæ pridem feciſtis obnoxium, ita opus quoque ab ipſo nuncupatum iure veſtro vendicate. Erit enimuero, vt ſi nominis veſtri luce ſignatũ prodeat in orbem, tenebras haud formidet, oculos omnium qui Medicinam colunt animosq; cum fructu expleat: quod mihi quidem pro labore tot noctes vigilato mercedis ſatis erit dum vobis vixero, gloriæ vero apud ſuperos vt ſpero non parum, cum mihi viuere incæpero. Valete. m. m.

Ioannes Baptiſta Corteſius.

AD EXCELLENTISS. SVI TEMPORIS
Philoſophum, ac Medicum
IO. BAPTISTAM CORTESIVM
POEMA
DE OPERE EDENDO
Academici Vertumnij.

Ille ego, quem quondã Phœbo ſat dignus locutum,
Ad iuga Parnaſſi doctæ duxere Camenæ,
Sed ſpreto retuli damnatum crimen hon. re,
Tempora quod nollem viridi circumdare lauro,
Tunc maiora parans animo, poſt longa laborum
Tædia (nam metuo ſæcli commenta futuri)
Rurſus Hyanthæos aueo cognoſcere campos,
Creber ad Athlantis ſed dum fero lumina ſedes,
Qua pateat ponto ſacrat ad Phocidis oras
Certum iter, ecce nouis optata leuamina curis.
Vndiuomi Delphines eunt, redeuntque, morantur
Ante oculos, velut inuitent terga ardua promunt,
Ipſe prior quondam Cytharædo vector onuſtus
Se iactat: credo huic; vehimur, terraq; recedunt,
Per varios tandem ſaltus Criſſæa tenemus
Littora, quod ſupereſt perago tellure pedeſter.
Non Helicona peto, recta, ſed culmen Hyantum
Scandere amor, iam Caſtalijs, & fontibus ora
Proluo dum pronus, vetitumque enare prophanis
Flumen amo, nec plura moror ſecurus aquarum.
En tibi ſacrati de vertice montis Apollo
Increpitat, noſco vocemque modumque minantis,
Cernuus & refero quid amem, quæ cauſa viarum,
Deſertaſque vices, & debita iura repoſco.
Ille ſed offenſæ veteris memor, acrior infit:
I nunc ſydereos radio cognoſce meatus
Perfide, circumeat qui mundum Phœbifer axis,
Aſtra quid in terris poſſint, queis legibus orbem
Fundarint rerum Domini, quæ iura ſacerdos
Romanus dicat, ſophiæ præcepta latentes
Quas doceant rerum cauſas: procul eſto prophano
Liminibus noſtris animum temerate labore,
Quia ſi priſca luas? Haſi, mox talia fatus,
Phœbe pater cohibe commotos pectore fluctus,
Non ego te tempſi, nec perfidus altera manſi
Caſtra; ſciunt Nymphæ quas caſto carmine luſi,
Nouit mortales inter pulcherrima, nomen
Quæ Matilde tulit, cælo ſeruata, meabant
Quando verecundis radiantia ſidera flammis,
Tu quoque plaudebas: memorent tibi cætera Muſæ
Ni male mi cupiant, qui matrem numinis Almam
Deſcripſi, Cererîſque Deum parua orbita Magnum
Carmine qui teneat ſacro, quibus ante figuris
Monſtrarint tanti Vates myſteria facti.
Hæc cecini, & ceciniſſe iuuat: ſi criminis iſtud
Eſt caput, haud renuo: ſed quàm fuat æquus Apollo.
Quod ſi, (namque fatebor enim) mihi ſacra Minerua
Culta fuit vetiti pandens myſteria cæli,
Naturamque Dei, qui greſſum affectet Olympo
Lapſus homo, ſtabilis comitet quæ vita caducam.
Omnia Phœbe tuis ſunt ancillata Lyceis,
His ſine promeritos non donat laurus honores,
Nec colitur Phœbus ſine ſacra rite Minerua,
An verò interea curam propendit in vnam
Neſcia mens ſiſti? quin vidimus ardua rerum,
Canitiem faſtis incluſam Conſule mundi,
Nugas annorum, quas ampullarius index
Bellonæ Ianique vices elementaque prodit.
Quin etiam occultas herbarum noſcere vires,
Es doctè varios in pharmaca condere flores,
Mi ſtudium regale fuit, quàm ſæpè Clearchus
Inuidit, quoties viſiſti Phœbe querentem,
Optabat quando mentem mutarier, oti
Nobilis ardentem fructus, aut viribus herbas
Nudari proprijs, ſpinis aut figier vncis
Florilegos digitos: ſed tu meliora, volebas

Quod

Digitized by Google

Quod natum didiciſſe tuum, quod Chiron Achillem
Sponte remittentes animos ad dulce ſonantem
Vertebas cytharam, moduloſque errare per omnes
Argutos digitos, & labra diſerto docebas.
Riſit ad hæc Phœbus, ſupereſt tractare Gradiuum,
Poſt (ait) aut varium cupidis inceſſere votis
Mercurium, ſtat honos ferraque, auraq;, maligno
Cætera quid mundo? ſed qui te ſpiritus vrget?
Fare age, muta diu quid rurſum muſa laceſſit?
An quia præſentis tangunt faſtidia curæ,
In noua fert animus? ſed habent ſua funera vates,
Qui tetricis primum ſtudijs poſuere iuuentam
Serius huc lapſi, pauci quos mitis Apollo,
Et viridi perpes laudauit carmine vena,
Aſcenſum primas tenuere Heliconis ad arces,
Celſus Pieridum patuit poſt tempore vertex,
Pegaſea vectis ala, at ſi tanta cupido
Rurſus amare Deas, Phœbo rurſumque placere,
Accipe quæ peragenda prius dein crimine liber,
Optatam referes primùm ex Helicone coronam,
Hinc iuga Parnaſſi, quamuis non viſa Cithæron,
Fas petere, & lauro baccas aptare perennes.
Nuncius ergo ibis claram Mauortis ad vrbem,
Ennoſigæus vbi monſtris in vincla petitis
Pacatum ſeruat marmor, ſed clarior ipſam
Fama ſuper cælos vexit, cum celſa ſuperbo
Vallarent portum palatia ducta theatro,
Sola quibus cedant veteris miracula mundi,
Talem ſarte ſibi petit Vrbs Regina coronam.
Tu quoque præcipuam ſi ferrea fata dediſcent,
Partem opere in tanto Princeps Philiberte teneres.
Hac manet Vrbe nouus Podalirius, inclyta mundo
Felſina quem dono Diuum praduxit in auras,
Arte Deum qui ferret opem mortalibus ægris,
ZANCLA ſed hunc ciuē multos ſortita per annos,
Ardet in æternum votis ſeruare ſecundis,
Noſcere namque docet ſanos. & pellere morbos,
Et quo quiſque modo vita victuque fruatur
Si cupias longos attingere Neſtoris annos,
Vir cælo dignus, quo non præſtantior alter.
Corporibus ſcitè cæcas tentare latebras,
Aut vrit mutilas inhoneſto vulnere nares
Ducere, & enerues reuocare ad munera partes.
Quin etiam iratas ſæpe in certamina Parcas
Arte ciet, malè texta nouis & ſtamina filis
Ordiri rurſum cogit, frigentia Letho
Cum reuocat, vitam, pulſaſque in membra calores.
Et iam præcipitem qui poſsit ludere mortem
Cautus homo, longos vitamque morarier annos
Si placeat Superis (fixis qui legibus obſtet?)
Longæuum perfecit opus, non credito priſcis
Munera, quæ ſeri poſſintq; ſtupere nepotes.
Ipſi etiam Diui quibus olim cultus Apollo,
Inuideant; arcet ſed crimina Diuus Olympus.
Nec mirum ante alios mihi nam lectiſſimus omnes
Ipſe fuit, Natoque parem ſortitus amorem,
Aequalem tulit arte lacumiſcit cætera Chiron,
O ſi promiſſos extendat Iupiter annos,
Multa viro præſtabit honos, ſed maior Olympo
Gloria certa manet. cernis qua ſede locandus,
(Panditur exemplo vaſti porta aurea cæli,
Plurima diſpicio attonitus ſubſellia circum
Gemmea, diſtinctis ſed quæ diſcrimina Diuis
Seruabant queis cura fuit mortalibus Artem
Condere, & optatas nunquam fallentibus auſæ
Ferre manus, medio miſeroſque arceſſere letho)
Cernis ait quàm digna viris dat præmia virtus?
Illa alias inter quæ ſedes eminet, Almi
Eſt Iouis, hic. terras vexat cum peſtifer annus
Solus adeſt votis, cauſas diſcitque malorum.
Olli cura datur ſi ſit cæleſtis origo,
Nos terrena manet. ſali diſcrimine regnum [mo
Cum Ioue Phœbus habet: cui proxima deinde ſupre-
Stat ſedes poſitu, Phœbi eſt, hunc Chiron auitus
Præceptor Diuum ſequitur, quem pone ſedile
Imberbis Nati, læuam contraque Machaon
Alterno cum fratre ſitu tenet, obuiat Iſis [rus
(Quantus fœmina honos) dextrū latus occupat Ho-
Huicque ſenex Cous vultu ſeſe obijcit, vna
Pergameoque hæret, quem contra ſola beato
Quæ ſeſſore vacat ſedes, ne quære cui oſtrum
Intactum ſeruat, non mortaleſque amaranthos.
Illa tuum ſpectat, fueris cum tempus, alumnum
Zancla, nec alter erit cui florea dona merenti
Marmoraque inſtituas; quantos hic claudet honores!
Sed dum cruda virum ſeruat (nam plurimus ori
Cous ineſt membriſque pater) viridiſque ſenectus.
Scilicet ingentes mortalibus edere cenſus,
Et poterit verſo nomen ſubmittere cælo,
Extra anni noſtraſque vias. Iam cætera longo
Milleniis cernis, quam ſedibus ordine turba.
Hi ſunt qui dignè Phœbum coluere, ſacratos
Atque hominum ſtudijs quondam liquere labores,
Omnes præſtantes, plures è Regibus orti,
Et Reges ipſi, tales ea ſæcla ferebant
Alma viros. regniſque ſtetit par cultus & arti,
Nunc vitam læti dilecta per omnia ducunt
Et ſe ſciſſe magis gaudent quàm ſceptra tuliſſe.
Sed tibi plura nefas cælo monſtrarier alto
Nunc quæ viſa, tene, reliqua & mandata capeſſe
Perſaluenda viro: ſerum ne tardet in annum
Optatos toties ære exſignare labores,
Nunc opus, hoc tempus mundo prodeſſe ruenti,
Morborumq; vias doctè monſtrare latentes
Ignauo generi, cauſaſque afferre ſalutis.
Eheu quàm multi gelidas mittuntur ad vmbras,
Fata quibus vitam non præcipitata dediſſent,
Id quoque lanifica cauſantur ſæpe ſorores,
Et Libitina parens, quæ tot ſine funera cauſa?
Surgunt indocti paſſim, volitantque per vrbes
Et Phœbum tractant Vulcanus aptior armis
Noxia gens miſeris, & dignior ille putatur,
Qui plures letho quàm vitæ tradidit ægros.
O pudor, o hebetis tabes temeraria gentis!
Quam bene qui dixit Medicus malus vrna perennis!
Si fugiat Pæon, morborum in ſidera cauſa
Vertuntur, miſerè vapulatque incognita falſis
Sortibus Vrania, ignaro fallente magiſtro.
Fors ſi vera cadant Ioue commiſerente caducis.
Prodigiale putant ſemel haud ſe vana locutos,
Ignauamque cient, patula, vt micet aure cateruam.
Et quoties noſtras queſtum venire ſub aulas
Luna, Venus, Maiaque ſatus, cum Falcigero Mars,
Et qui ſydereos radio ſcripſere meatus
Stellarum, nunc cælicolæ: quin Iupiter ipſe
Mecum verſabat varias miſerando querelas
Quid facimus, genus infandū, quàm crimine cœlum
Verberat, Aſtrologi quàm fœdant nomen inanes?
Sed nos crebra monent miſerorum funera, nullis
Quæ morbi noxis, cura graſſantur inerti,

Certaque

Certaque ventura formido mortis in ægris,
Queis foret vna ſalus habitas celare dolores.
Et quoties pater ipſe Deum vibrare triſulcum
Contendit fulmen, dextramque armare ſagittis
Fortius vt ruerent vultum caperatus Apollo?
Ipſe etiam furias Erebi quin mitteret Orcus
Vix tulit; obſtiterunt ſacri cum Paone patres
Conſilijs agitare vati: mens omnibus vna
Hac fuit, inuento Mauortis in vrbe Magiſtro
Dicere iuſſa Deum, meditatas præferat Orbi
Doctus opes, Phœbique rudes, ſacra imbuat arte.
Et ni perſpicui doctiſſima copia ſcripti
Erudiat, plectenda cohors ignaua flagellis,
Remigio interdum, vel ſi clementius actum
Eſſe velint Reges, operis addicta locorum
Obtineant victum, Muſis indigna propago,
Præmia tuta alios ſpectent. Sententia talis
Cælo ſcripta manet, ſupereſt ſperare deinceps,
Si te cura premit, fructus Aſtrææ ſecundos,
Nec tot Phœbinocos Erebo damnarier, vt vix
Sit locus excipiant alios vbi crimina ſontes.
Reſpice, nam liceat Ditis quoque regna tueri,
Dixit, & ambroſijs ſparſit cana tempora guttis,
Dirigui primum, tenero mox lumina ſomno
Clauſa, ſopor gelidos ſenſimque errare per artus,
Denique mens ſenſu ceſſit feriata ligato.
Extemplo fauces patuere immanis Auerni.
Tecta horrenda trucis, quem flectit nemo Tyrannis
Inferor, & propius flammis ardentia ſtagna
Sulphureis ſpecta, pœnaſque & crimina diſco.
Non mihi ſas centum linguis expendere, manet
Quid quantumque ferant, hoc ſed palmare malorum,
Caſſa ſint peti, ratis eſt demerſa Charontis
Qua ſtygias tranabat aquas, clauſumque refuſis
Eſt iter Eliſium limoſi Acherontis arenis.
Nullus amor lucis niſi quantum cernere pœnas
Cuique ſuas, dolor eſt pœnarumque arma tueri.
Plus mihi ſed vidiſſe datum. Stat plenus ahenis
Innumeris gurges vaſtiſſimus, ignibus ima
Candeſcũt ſæuis, flammas pix efferat atras,
Perpetuam fundus viſcoſus ſuggerit eſcam.
Hic quibus inculto mortales vana medendi
Phœba cura fuit, coniecti, vaſe coquuntur
Quiſque ſuo, verſatque tridens aſueta magiſtri
Numquam ſat coctos, & fuſis imbuit vndis
Sulphureus feruor, rictu coguntur aperto
Ingeſtas pilulas glutire & pharmaca triſtes,
Et quas quiſque dedit ſontes languentibus offas.
Mittus vrgentur, qui vexauere diutis
Aut queis conſultum clyſteres amare medendo.
Sed quibus amnigenos ventoſa cucurbita morbos
Tollere viſa, cauis vitamque excindere venis,
Hoc ſuctu nunquam ſatiata cruentat hirudo,
Lanceolaque vices repetitas fuſcina ſupplet.
Vidi alios, non indoctos, ſed plura nefandè
Auſos, in medio flammarum voluier æſtu,
Manibus infeſtis circum, quos æthere caſſos
Maternis pepulere aluis, animaſque ſequaces
Aut prohibere ſuis, aut trudere ſedibus auſi,
Augent ſupplicium ſanctis afflicta magiſtris
Crimina, nec germana patri ſua pſaltria Coo.
Pœna eadem plectit ſteriles qui inducere ventres,
Aut qui prolicito fluxu ſeruare ſalutem
Inuita ſoliti Phœbo, proh copia tanti
Quanta mali mundo; ſed longè immanior Orci
Pars fundo gurges, quos continet, & quibus vrget
Supplicijs, quondam non inferiora ſcentos!
Auri ſacra fames, ſed crimen iuſsit iniquum,
Tollere de medio Reges, natiſque ſuperbis
Inuiſos Patres, tacitis certataque multum
Fratrum iura odijs, ambitaque ſæpe doloſis
Culmina ſacra modis, cæco decernere viro.
Illicitaque viam Veneri recluderet dictu
Difficile eſt. Sed dum ſtupeo, dum nomina ſigno
Scripturus ſæclis, fugere omnia viſa repente,
Corporeoſque iterum repetit ſtupefacta receſſus
Mens, Phœbumque ciet. Non hæc ait ille tuarum
Eſt pars curarum, quæ celat Iupiter, vlli
Scire nefas homini, donec ſuprema dierum
Proferat in lucem, ſceleriſque coarguat auſas.
Sint modo viſa ſatis, poſſis quæ pandere, caro
Et narrare ſeni, monitumque laceſſere iuſſis,
Doctum opus acceleres, memoreſq; merenda nepotes
Præſtet, & æternum mittat per ſecula nomen.
Ne dubitet Phœbo carum caput. Inclytus alli
Pandet iter laudum, magno ſiſtetque theatra
Zanclæum ordo Patrum, Regni prima Vrbe Senatus,
Hic dabit excelſę ſtellata inſignia famę,
Inſcriptum nomen, Phœbo dignèque loquentis
Luce ſua ſignabit opus, quanto ecce ſerenat
Iam ſplendore Patrum meditatum nomen, & auras
Conciliat doctas, cerno, reſedeſque mouebunt
Illi animos, ſacrum Phœbi in melioris amorem,
Cerno quanta ſalus ęgris affulgeat Orea
Funus quàm rarum. noſtris quę copia Regnis.
Vni tanta Vrbi debetur gloria, tantam
Reddet & ipſa ſeni docto, reddentque Clientes
Dicturi, cedant Siculi miracula regni
Priſca nouis, maior ſubeatque extrema Trigoni
Altera quindenis cælo fax addita ſtellis,
Altera ſic clara fuerint inſignia Zanclę
Sidereis illata plagis, nec martia poſthac
Stella animos acuet mage quam radiantia cælis
Lumina ditatis, aſpectus neſcia ſontis.
Aſpice Sicanijs quæ quondam ſymbola Graij
Ingenijs tribuere, ſacro ſignata Trigono.
Sideribus fulget diſtinctum ſchema quaternis
Trina pares radios, quartum ſplendore minores
Proijcit, haud temere, ſed mixtis viribus omnes
Aequant virtutem & centra ſiguntur in vno.
Quid niſi quadruplici radiantem lumine ſignant
Doctrinam ſtudiumq; viri cui prouida Pallas
Eloquium, ſophiam, medicam, & quas prima minores
Aetas fert artes, cornu prędiuite ſudit
Omnia ſed Phœbum merito referuntur ad unum,
Hoc pręit ille ſibi, nec habet qui pone ſequatur,
Scilicet huic primum cæleſtes ſigna locarunt,
Poſt tibi Zancla nutrix tanti facunda magiſtri,
Denique Sicanijs quos poſtera redderet ętas
Maiores quam prima tulit, ſi culta ſtetiſſent
Prędocti monumenta ſenis. Scit cętera Phœbus.
Hęc ubi dicta dedit, paucis dein cętera ſubdit
Eia age non ſatis eſt uerbis mandata referre,
Sed credenda notis, operique addenda eluenti,
Vt Phœbi teſtatus amor, maneantque labores
Laudati, in ſeros monumenta dicata nepotes,
Sic tandem noſtris dabitur conſidere Regnis
Caſtalias potare vndas, lauroque potiri,
Dixit, & extemplo ſacro ſe monte recepit.
Nec mora digredior longo flexuque viarum.

Ad mare

Ad mare, Delphinum ſuetas inſcendo quadrigas,
Tandem Sicanias mons igneus obijcit oras
Adlaborque Pharo, mora nulla è mœnibus altis
Zancla conſpicior, Regiſque Vrbiſque verenda
Arboribus celſis panduntur ſigna, ſtat omnis
Zancla intento ſuis quis ſedibus incidat hoſpes.
Vt ſubeo portum, rauco per inane boatu.
Faucibus ignniuomis tormenta frementia plaudunt
Lætitiæ ſignum, crebris tremit ictibus æther:
Qualis nimbiferus flammis cum quaſſa Triſulcis
Iupiter intorquet terris, retonantia latè
Fulmina, præcipitant Euri, micat ignibus aer
Implicitus, propere & crepitans ruit horrida grando.
Ignea ſic grauido frendens furit ære procella,
Crebraque fulmineo repetita tonitrua bombo
Oppoſitos feriunt colles, animantque recuſſo
Aëre ſubiectas abrupta volumina valles.
Contra fluctiſono bene docta caterua rotatu
Delphinum, excipiunt plauſus, cantiſque ruentes,
Marmoricos quatiunt pulſus, ſalis æthere pontus
Turbinibuſque plagas fumantes miſcet aquoſis.
Eripitur viſu portus, iactataque cælo,
Imbre procella redit, longo ſuſoſque theatro
Obruit, acclamant Læti, mox fine ſecuto
Excenſum præbent Neptunia ſigna, ſalutant
Iam pridem noti ciues, pauciſque morantur
Quærentem valeat qui Felſinus. Ille docendo
Tum forte vrgebat ſolitas horarius artes.
Ingredior, ſtrepitu iuuenum fit plauſus, & altè
Cerno ſedere virum, qualem cupiſſet Athenis
Græcia doctis ſuis, & Pergamus ipſa videre.
Iungimus optati dextras: tum multa petenti,
Aduentus pando cauſas, dicentis ab ore
Inde omnes pendere, auida prior ipſe capeſſit
Aure ſenex, tenuit denas ſermo integer horas,
Vt finis fandi, mora nulla, nec altera cura,
Promus adarasi ſuſcepit Numina Phœbi.
I nunc immenſum liber i doctiſſime in Orbem.
Sed primo auſpicio celſum venerare Senatum,
Zancleos Patres magnos venerare Patronos,
Hinc lucem venare tuam, venare perenni
Secula tuta mora, qualem tulit Vrbis auita
Et feret vltra ætas: Mars prælia donec amabit,
Natalesque faces cælo monſtrabit Orion,
Donec fortunæ Comes ibit gratia regum,
Sed mage Virgo parens dilectam proteget Vrbem,
Et ſcripto teſtatus amor pia corda beabit.
Eia age magne Liber, celſi cape Nominis auras
Extenſas longis ventura per omina ſeclis.
Illę qua Titan reuolutum circuit Orbem
Teque tuumque ferent tutum per ſecula honorem.
Perge bonis auibus, nam fortunata Trigono
Signa viam inuenient, gemino cui proximus annum
Cornu aries pandit gratum: quin panditur Orbi
En ſacer optatus longum mortalibus annus
Vrbano reſerante polum, geneſinque ſacrabis
Sors reor iſta tuam, multos ſacrabis & ipſe,
Docta per ora virum longèque audentior ibis.
Te ſapiens Latium colet & Germania ſolers,
Gallia acuta leget, celebrabit Iberia docta,
Et quæcunque ſacris tellus viget apta Lyceis
Diſcet, inextinctum cathedris, & lampada tradet.
Hæc cecini caro dum forte liberet amico,
Tertia poſt quintam mihi conſtellatio nomen
Dat quoque cognomen decima & poſt ſexta tri-
[cenam.

IN LAVDEM

MISCELLANEANEORVM

COMITIS

IO. BAPTISTAE CORTESII

Primarij Medicinæ Profeſſoris emeriti
In alma Academia Meſſanenſi

EPIGRAMMA

DOCTORIS D. IACOBI CALATRO

PRIMARII SACRAE THEOLOGIAE LECTORIS
IN EADEM ACADEMIA.

DVm vagus in vaſtis Hebræus oberrat arenis
Eſca vbi nulla fami eſt, lympha vbi nulla ſiti,
Dant Superi ambroſiam, dant ſaxa immania nectar,
Inque vna ecce omnes delituere dapes.
Tu quoque Manna voces hac MISCELLANEA lector
Hoc quæcunque optas dogmata reddet opus.
Communes cœli fœtus, terræque parentis
Expreſſit numeris penna animata ſuis.
Aequoreos proceres demum, & quæ continet omnis
Ars Medica, hic multo lumine ſcripta nitent.
Poſthabeat reliquos igitur, te perlegat vnum
CORTESI omnigenas qui ſibi quærit opes.

In Celeberrimum ſui temporis Med. ac Phil.

D. IO. BAPTISTAM CORTESIVM

BONONIENSEM

LIDII LAPIDIS.

QVI Cous vultu, Plato pectore, Neſtor in ore,
Tres animas, vnum corpus habere putes.
Si tribus his vnum ſapiat ſuper omnia Phœbum,
Vnam nonne animam, corpora trina velis?
Qui neſcit quàm ſis CORTESI trinus & vnus,
Triplex hoc, ſtudio perpete, voluat opus.
Trinus, & vnus eris, Plato, Phœbus, Neſtor. Olympus
Nì tibi mortalem non velit eſſe parem.

††

Εἰς τὸν αὐτὸν Φοῖβον Λακτισθεὶς.

Φοῖβος ἀκεστορίην στέρνοις ἐνεμάξατο σοῖο,
Παλλὰς ὁμῶς σοφίαν, πάντα γε δῶρα χάρις.
Τοῦδ' ἕνεκεν φίλος εἶ θνητοῖς, φίλος δὲ μακάρεσσι,
Δόξαν ἑλὼν πολλὴν τέχνῃ, ὁμῶς γε τύχῃ.
Θνητοῖσιν δ' εἰ τοῖοι ἐπήρκουν ἰητῆρες,
Οὐκ ἂν ἐπορθμεύθη νεκροβαρὴς ἄκατος.

SENSVS.

Phœbus artem medicam pectori infudit tuo,
Pallas ſimul ſapientiam, omnia verò dona, Gratia
Ideo amicus es mortalibus, amicus immortalibus
Multam rapiens gloriam, arte ſimulque fortuna.
Mortalibus ſi tales contingerent Medici
Non traijceret mortuorum bacula ratis.

Τὸ αὐτὸ εἰς τὴν βίβλον.

Βίβλ' ὦ Κορτεσίου θεῖος πόνος ἰσογαληνοῦ
Ἐσθλὴν σοῖο τύχη ὡρονομεῖ γένεσιν
Ζάγκλη σοὶ πάτρης, κόσμου κλίματ' ἀλλὰ περήσεις
Ἀμφοτέρα, κεῖθεν δ' οὐρανὸν εἰσαναβῇς,

INTERPRETATIO.

Liber Corteſij diuinus labor, æqualis Galeni
Optimam geneſim te ſortiri fecit fortuna.
Zancla tibi patria eſt, ſed in mundi climata tranſibis
Vtriuſque inde cœlum etiam aſcendes.

FRANCISCVS MARIA SANCTIGLIA
V. I. D. MESSANENSIS.
In Authoris laudem.

Alter ZANCLA nouus, iam nunc tibi ſurgit Apollo,
Qui Medica nates inſtruit arte tuos.
Quæque docet, conſumpta volent, ne Pharmaca ab Aeuo.
Neu Iuuenum ingenio tot Monumenta cadant;
Ipſe COMES, gratuſque tibi CORTESIVS iſthac
Inuenta, en mandat Pharmaca ſcripta Typis.

Rara Fides Vulgo Inuerſum cognomen, i nomen
Mutus vatis habet ſuſcipiens medium.

Egregium atque recens Opus hoc pretioſius omni
Dici opere antiquo debet, idemque nouo.
Nam quæcunque ſuis Veteres clauſere libellis,
Dextraque Poſteritas, hic Liber vnus habet.
Immò cunctorum placitis ſuper addit amœnam
Anatomen, in qua Veſalium ſuperat.
Vi Chirurgia ſuper eminet omnia longè,
Quotquot ſudarunt pectora, re ſimili.
Diuinum redolere virum, dum Pharmaca tractat
Apta reformandis naribus, ipſe feres.
Hinc merito humano Scriptor cognomine fertur,
Humano humanos cùm det ab ore ſonos.
Te præſens ætas, & poſtera ludet in æuum,
Semper erunt tecum Laus tua, Nomen, Honos.

IN LIBRVM
D. IO. BAPTISTAE CORTESII
FRANCISCVS CASTELLI
MEDICVS, AC PHILOSOPHVS.

I Liber, & tutò, ſuperatis montibus altis,
Altius, alta ſuper ſydera; tolle gradum.
Tutus abi; tutum eſt in laudes ire Deorum
Audenti, & ſacras cingere honore comas.
Tecum ibunt Comites Podalirius, atque Machaon,
Mercuriuſque breui tramite ducet iter.
Bis quinas decadas, Medica CORTESIVS arte
Quas tulerat (Diuum munera) fronte feres.
Intus habes Arabum procerum, Danaumque decora
Tot monumenta, locis quoque reposta ſuis.
Diſſenſus pariter Doctorum mille ſolutos:
Et quæ ſit meritò pars retinenda magis
Inſuper ambages, exantlatoſque labores:
Abſtruſi, & quicquid torſerat ingenia.
Annuit Hippocrates: ſubſcribit in arte Galenus:
Curret in auxilium primus Apollo tuum.
Nutantem cuius ſobolem reperiſſe iuuabit;
Aſtabit votis Pallas amica tuis.
Hocce Dea (vario conſerta flore corona;
Diuiniquè inſtar muneris) offer opus.
Illa Operum iudex; Opus hoc præque omnibus vnum
Suſcipiens tales reddet ab ore ſonos.
Iampridem hunc cumulum Medicinæ optauimus Arti,
Quo non plus vltra: iam ſatis vnus erit.
Teque ſuo imponet capiti Tritonia; & vni
Auctori æternum nomen, & omen erit.

AD IO. BAPTISTAM CORTESIVM BONONIENSEM MEDICVM, AC PHILOSOPHVM CELEBERRIMVM, COMITEM PALATINVM, OPERIS AVTHOREM.

VINCENTII RISICÒ MEDICI, AC PHILOSOPHI EPIGRAMMA

TV qui nominibus cùm ſis generoſus, & Arte
Clarus apollinea, nobilitate ſimul:
Cuius ineſt animo patrij ſplendoris imago,
Quæ prior in lätio non fuit vll.. foro.
Zancla videre cupit ſtudiorum geſta tuorum
Cùm tibi par nullum Gracia numen habet.
Diuinum ingenium tanto natura peregit,
Docta viro, & vires contulit illa ſuas:
Denique terra tuo gaudet cognomine, & inquit,
Debetur meritis gloria multa ſuis.

IOANNIS MATTHAEI BALDI Medici, ac Philoſophi Meſſanenſis in Auctorem DECASTICHON.

SCeptra Deum tractans iuuenis celebratur Apollo,
Quòd Medica primas inuenit Artis opes.
Hic alter docet, atque hic Miſcellanea confert,
Sunt CORTESI etiam carmina danda ſeni.
Is rapuit iuuenes prima florente iuuenta,
Eximioſque ſenes, hic rapit, & iuuenes.
Miſcuit ille Deis primus medicamina vitæ,
Miſcendo hæc, vitam, dona dat Arte ſenex.
Dicite nunc Medici. Aut Iuuenis deſcendit ab alto,
Aut docet in terris pharmaca diua ſenex.

EIVSDEM.

Cantet Arabs, Graiuſque ſuos. CORTESIVS Artem
Miſcens, illuſtrat ſplendidiore SCHOLA.

ANDREAE TRIMARCHI
DOCTORIS, MEDICI, AC PHILOSOPHI COLLEGIATI
Ad rei Medicæ Studioſos Epigramma.

TV quicunque cupis lethales vincere morbos,
Amplaque viuendo præmia ferre ſimul:
Ne dubius fruſtrà quam multa volumina quæras
Has Decadas doctas, hæc monumenta legas.
Quæ dedit in totum noſter CORTESIVS *Orbem*
Nocte velus fulgens lucida ſtella mari.
Fœlix ingenio: qui tali pondere lætus
Exiuit, clarum & nomen in Orbe tulit.

Aliud eiuſdem ad eoſdem.

IAmdudum exoptas artem ſi ſcire medendi
Hoc opus egregium nocte, dieque legas.
Quicquid enim Auctorum docuere volumina ſparſim
CORTESI *Decades abſque labore docent.*
Is proprias morborum omnes cognoſcere cauſas,
Erroreſque graues pellere ab arte docet.
Increpat indoctos nulla ratione medentes
Et rectam in ſtudijs indicat ipſe viam.
Non ergo immerito tales eſt nactus honores.
A cunctis etenim dicitur eſſe COMES.

Aliud eiuſdem ad Authorem.

MOrbis nequaquam melius te quiſque medetur
CORTESI, *melius nec quoque quiſque docet:*
Ad te igitur veniat quicunque aut doctus haberi,
Aut fieri Sanus cum ratione velit.

Digitized by Google

IN

IO· BAPTISTAE CORTESII

MISCELLANEA

ANTONINVS FINOCCHIO PHILOSOPHVS, ET MEDICVS.

EST Liber hic mixtus, neque enim deſedat in vno;
Argumenta terit plurima ad Artis opus.
Mixta placent mixtis, neque habent immixta leporem;
Alma parens varijs ſe decorare ſolet.
Nec cuncti miſcere ſciunt, CORTESIVS vnus
Id noris, cuius mixtio dulce ſapit.
Qui miſcere igitur deſiderat vtile dulci,
Hunc habeat manibus nocte, dieque librum

In eiuſdem de re medica Decadas idem ANTONINVS FINOCCHIO.

ILluſtres Decadas Patauinus Liuius olim
De rebus ſcripſit condita Roma tuis
De rebus medicis ſenior quoque clarus in Arte
CORTESIVS Decadas edidit ecce nouas.
Primus in hiſtoria cenſetur Liuius, Arte
In medica ſcriptor vix habet iſte parem.

PLACIDI SESSA
DOCTORIS PHYSICI
EPIGRAMMA.

MARS ſemper video nobis producere Martem,
Sicque ſibi partus Pallas edit ſimile.
Sed nunc (me Superi optent) monſtra ſub hatera ſurgunt,
Nam Pallas Martem reddidit ex utero.
Hoc opere, arma ſonant, ex hac BONONIA telis,
At MESSANA ex hac aſſerit eſſe ſuum.
Sed fruſtrà, nam ſi materna, opus, hoſtia tangat
Zancla verò ſamam iam ſibi falce metit.

IOSEPHI ARCARA
Mamertini Philoſophi, ac Medici
AD
IO. BAPTISTAM CORTESIVM
PRÆCEPTOREM.

HAEC mentis monumenta tua conſtructa diurni
Luminis, ac noctis iure ſilentis ope;
Venantes quiſquis releget mirabitur hortos,
Phœbeaque feret conſita cuncta manu:
Spicula quippe virent, quærulis lethalia morbis,
Muſica, & abſentis praeſcia laurus adest:
Dicet Apollineum donum tua ſcripta reuoluens,
Et tu quadruplici munere Phœbus eris.

BARTHOLOMEVS GOMES
PHILOSOPHVS, AC MEDICVS MESSANENSIS.
IN XIPHIAE VENATIONEM.

VRBS olim, peluſiacis qua lambitur vndis;
Inſignes Medica protulit arte viros.
Nec mirum haud omnem morbum tractare, ſed vnum
Vni langorem munus habere dedit.
Tu vario prabes Epidauria pharmaca morbo,
Quin ferre hac plagis dextera nouit ope.
Cur ſeſe huc errans intrudit Xiphia? namque hic
Saucius ille graui vulnere quaris opem.

IDEM
Ad Auctorem alterum Eſculapium.

GLoria perſpicuas Superis Dijs miſceat artes,
Secernaſque viros vertice ſideribus.
Te canet aternum celebres tua charta per vrbes,
Teque etiam Heroum pinget imaginibus.
Te ſupereſſe tuis longo viden? artibus auo,
Excantata tuus pocula ſeruat onyx.

Digitized by Google

IN

MISCELLANEA MEDICINALIA

DOCTISSIMI, AC EXCELLENTISSIMI

IO. BAPTISTAE CORTESII

BONONIENSIS

Medici, ac Philoſophi Comitis Palatini,

Præceptoriſque amantiſſimi.

ONVPHRII CVRSERII

PHILOSOPHIAE, AC MEDICINAE DOCTORIS.

EPIGRAMMATA.

Q Va docet Hippocrates, Podalyrius, atque Galenus,
Chiron Phillyrides, Aonidumque pater.
Omnia ſuauiloqui conſerta Volumine in vno,
CORTESI, lector, munere MISTA vides.
Has animo Gemmas hos inbibe mente liquores,
Et reſoue preſſo, ſi ſapis, vſque ſinu.
Viuere Neſtoreos morbis fugitantibus annos,
Parcarumque potes ſic inhibere colos.
Pallida ſic greſſu, vita hac monumenta paueſcens,
Nunquam aderit foribus Mors properante tuis.

EIVSDEM.

Ad eundem Artis Anatomes Scientiſsimum.

S Picula dum tractat, ferroque armatus in ictum
Frigida IOANNES, buſtaque functa ſecat.
Ne trepida, lector, CORTESIA vulnera, amoris
Vulnera ſunt, dulcis promicat vnde ſalus.
Scrutatur manes, lantatque Cadauera cuſpis
Effera, vt in viuos mitior eſſe queat.

Digitized by Google

EIVSDEM.

Ad eundem Artis Chirurgicæ Peritiſsimum.

MArtio ardeſcens furialis æſtu
Tela dum vibrat, placidus, furenſque,
Vulnus infigit, releuatque fixum
Vulnus Achilles.
Arte, CORTESI, meliore fretus,
Solus in plagas furis, vt benigni
Vulneris facto veniant ab ictu
Vita, ſalusque.

EIVSDEM ANAGRAMMA.

IOANES BAPTISTA CORTESIVS
A TE CORPORIBVS SANITAS EST.

EFfert gemmiferos India amnes,
Mittit flammiuomum Lidia aurum,
Dant lucem nitido ſydera ore,
Flores dant roſeis gratiam agris;
At Gemmis, Radijs, Flore, & Auro
Longè nobilior, gratiorque,
CORTESI, Aonia gloria artis,
A' TE CORPORIBVS SANITAS EST.

Digitized by Google

BENEDICTI SALVAGI
DE OPERE, EIVSQVE AVCTORE
ΤΕΤΡΑ'ΣΤΙΧΟΝ.

EN Medica nouus artis honor, clarumque medentum
Lumen, & humana cauſa ſalutis Opus.
Quis tantum perfecit opus? vel is auctor Apollo eſt.
Vel certè ſatus eſt ſanguine Apollineo.

DE OPERE
IO. BAPTISTAE CORTESII
ILLVSTRISSIMI NOSTRÆ ÆTATIS MEDICI
AMBROSII BAVESTRELLI
EIVS DISCIPVLI
ΔΙ'ΣΤΙΧΟΝ.

* vestrum

GRacia, nunc ſileat, tot ſcripta medentum
Præſens pro cunctis, ZANCLA loquatur Opus.

CAP. IX. De labijs reformandis. 118.
CAP. X. De curtis auribus reformandis. 126.

DECAS QVARTA.

De rebus naturalibus ad Tyrones. 131.
CAP. I. De eſſentia, ſubiecto, & partibus Medicinæ, deque conditionibus Medici. 133.
CAP. II. De Natura, & rebus naturalibus in communi. 136.
CAP. III. De Elementis, & Temperamentis. 138.
CAP. IV. De Humoribus. 142.
CAP. V. De Partibus organicis caput conſtituentibus. 145.
CAP. VI. De Partibus in Thorace contentis. 147.
CAP. VII. De Facultatibus, ſeu de virtutibus partium. 151.
CAP. VIII. De Facultatibus, ſeu functionibus. 153.
CAP. IX. De Spiritibus. 157.
CAP. X. De Partibus generationi famulantibus. 159.

DECAS QVINTA.

De rebus non naturalibus, & præter naturam, ad Tyrones. 162.
CAP. I. De Aere, Regionibus, & locis. 163.
CAP. II. De Alimentis in genere, & de ijs quæ ab animalibus deſumuntur. 173.
CAP. III. De Alimentis à plantis deſumptis. 185.
CAP. IV. De Fructibus, & nutrimento ipſorum. 196.
CAP. V. De Potu. 208.
CAP. VI. De Somno, & Vigilia. 216.
CAP. VII. De Motu, & Quiete. 220.
CAP. VIII. De Retentis, & excretis, deque animi paſſionibus. 224.
CAP. IX. De Morbis. 230.
CAP. X. De Morborum cauſis, & Symptomatis. 234.

DECAS SEXTA.

De Vrinis, & pulſibus, ad Tyrones. 241.
CAP. I. De Definitione Vrinæ. 244.
CAP. II. De Differentijs Vrinæ. 249.
CAP. III. De Cauſis Vrinæ. 257.
CAP. IV. De Præſagitione ex vrinis. 265.
CAP. V. Vtrum mulieres vtero gerentes poſſint cognoſci ex vrinis. 269.
CAP. VI. De nominis definitione, ac de quiditate pulſus, arteriarumq; diſtributione. 271.
CAP. VII. De Differentijs pulſuum. 275.
CAP. VIII. Quomodo cognoſcantur pulſus differentiæ. 280.
CAP. IX. De Cauſis Pulſuum. 282.
CAP. X. De præſagijs à facultate vitali deſumptis. 285.

DECAS SEPTIMA.

Prælectiones Meſſanenſes ad Prouectiores. 288
CAP. I. De Putredine. ibid.
CAP. II. De Febris definitione. 300.
CAP. III. De Febrium putridarum cognitione in genere. 316.
CAP. IV. De Curatione in genere. 337.
CAP. V. De Pharmacia. 383.
CAP. VI. An dubus partibus facienda ſit purgatio. 392.

CAP. VII.

Digitized by Google

BENEDICTI SALVAGI
DE OPERE, EIVSQVE AVCTORE
TETPA'ΣTIXON.

EN *Medicæ nouus artis honor, clarumque medentum*
Lumen, & humanæ cauſa ſalutis Opus.
Quis tantum perfecit opus? vel is auctor Apollo eſt.
Vel certè ſatus eſt ſanguine Apollineo.

DE OPERE
IO. BAPTISTAE CORTESII
ILLVSTRISSIMI NOSTRÆ ÆTATIS MEDICI
AMBROSII BAVESTRELLI
EIVS DISCIPVLI
ΔΙ'ΣΤΙΧΟΝ.

* *veterum*

G*Ræcia, nunc ſileat, tot ſcripta medentum*
Præſens pro cunctis, ZANCLA loquatur Opus.

X V

INDEX.

CAP. IX. De labijs reformandis. 118.
CAP. X. De curtis auribus reformandis. 126.

DECAS QVARTA.

De rebus naturalibus ad Tyrones. 131.
CAP. I. De eſſentia, ſubiecto, & partibus Medicinæ, deque conditionibus Medici. 133.
CAP. II. De Natura, & rebus naturalibus in communi. 136.
CAP. III. De Elementis, & Temperamentis. 138.
CAP. IV. De Humoribus. 142.
CAP. V. De Partibus organicis caput conſtituentibus. 145.
CAP. VI. De Partibus in Thorace contentis. 147.
CAP. VII. De Facultatibus, ſeu de virtutibus partium. 151.
CAP. VIII. De Facultatibus, ſeu functionibus. 153.
CAP. IX. De Spiritibus. 157.
CAP. X. De Partibus generationi famulantibus. 159.

DECAS QVINTA.

De rebus non naturalibus, & præter naturam, ad Tyrones. 162.
CAP. I. De Aere, Regionibus, & locis. 163.
CAP. II. De Alimentis in genere, & de ijs quæ ab animalibus deſumuntur. 173.
CAP. III. De Alimentis à plantis deſumptis. 185.
CAP. IV. De Fructibus, & nutrimento ipſorum. 196.
CAP. V. De Potu. 208.
CAP. VI. De Somno, & Vigilia. 216.
CAP. VII. De Motu, & Quiete. 220.
CAP. VIII. De Retentis, & excretis, deque animi paſſionibus. 224.
CAP. IX. De Morbis. 230.
CAP. X. De Morborum cauſis, & Symptomatis. 234.

DECAS SEXTA.

De Vrinis, & pulſibus, ad Tyrones. 241.
CAP. I. De Definitione Vrinæ. 244.
CAP. II. De Differentijs Vrinæ. 249.
CAP. III. De Cauſis Vrinæ. 257.
CAP. IV. De Præſagitione ex vrinis. 265.
CAP. V. Verum mulieres vtero gerentes poſſint cognoſci ex vrinis. 269.
CAP. VI. De nominis definitione, ac de quiditate pulſus, arteriarumq; diſtributione. 271.
CAP. VII. De Differentijs pulſuum. 275.
CAP. VIII. Quomodo cognoſcantur pulſus differentiæ. 280.
CAP. IX. De Cauſis Pulſuum. 282.
CAP. X. De præſagijs à facultate vitali deſumptis. 285.

DECAS SEPTIMA.

Lectiones Meſſanenſes ad Provectiores. 288
CAP. I. De Putredine. ibid.
CAP. II. De Febris definitione. 300.
CAP. III. De Febrium putridarum cognitione in genere. 316.
CAP. IV. De Curatione in genere. 337.
CAP. V. De Pharmacia. 383.
CAP. VI. An diebus paribus facienda ſit purgatio. 392.

CAP. VII.

Digitized by Google

CAP. VII. *Expenduntur duo quæſita ad hanc materiam attinentia.* 397.
CAP. VIII. *De diebus Decretorijs, prout ad prioris quæſiti maiorem intelligentiam ſpectant, ſoluiturque quæſitum poſterius propoſitum.* 404.
CAP. IX. *De Febre maligna.* 412.
CAP. X. *De Febris malignæ curatione.* 442.

DECAS OCTAVA.

Ad Medicos praxim exercentes. 461.
Tract. I. *De Periodicatione in febribus.* ibid.
Tract. II. *De Pharmacis generatim conſideratis.* 482.
Tract. III. *De Antimonio ad Franciſcum Caſtellum Medicum celeberrimum.* 507.
Tract. IV. *De natura, facultatibus, & vſu Mechiocan, Ioanni Matthæo Baldo Meſſanenſi Medico doctiſſimo.*
Tract. V. *De Manna. Eximio viro Conſtantino Foti Protomedico, ac Priori Almi Collegij Meſſanenſi.* 538.
Marci Antonij Polliti de Manna natura, ſpeciebus, & vſu, ex lib. 2. de actione totius ſubſtantiæ, capite decimo ſexto. 547.
Tract. VI. *De Seri natura, atque vſu, Ad Andræam Trimarchium Doctorem, ex Collegio Medicorum Meſſanenſium.*
Tract. VII. *De Syrupis ſolutiuis. Ad Paulum Ruſſum Medicum Meſſanenſem.* 557.
Tract. VIII. *De vſu Laminæ plumbeæ. Ad Ioſephum Gallettum Medicum, & Chirurgum præſtantiſſimum.* 574.
Tract. IX. *De Oleo Vitrioli, & de Theriaca. Ad Vincentium Biſſeò Meſſanenſem Medicum ex Collegio clariſſimum.* 586.
Tract. X. *De Lapide Bezoar, & Contraherba. Ad Perilluſtrem Virum D. Ioannem Franciſcum Fiochettum, Sereniſſ. Princ. Philiberti à Sabaudia Archiatrum eximium.* 598.

DECAS NONA.

Epiſt. I. *Perilluſtri D. Ioſeph Pizzuto Regni Siciliæ Archiatro ſummo, Regioque Conſiliario. Vtrum duo genera Febrium putridarum, ex Galeni ſententia tantummodo dentur putridum videlicet, atque ephemerum.* 645.
Epiſt. II. *Illuſtri admodum Ioanni Zecchio Medico, ac Philoſopho Bononienſi præſtantiſſimo. Vtrum in Sede ſimplici Capitis abradendum veniat.* 656.
Epiſt. III. *Perilluſtri, & Excellentiſſimo Camillo Baldo è prima ſede in Bononienſi Archigymnaſio Philoſophiam profitenti. Vtrum Illuſtriſſimæ Marchionis pueris manibus, & pedibus malè affectis, vitium proueniat ex anguſtia vteri.* 665.
Epiſt. IV. *Flaminio Rota Medico, & Philoſopho præſtantiſſimo, rerumque Anatomicarum peritiſſimo, quæ verſatur circa locum, per quem aqua à iecore in amplam abdominis cauitatem demittitur. Secundò inquirit quiſnam verior ſenſus Aphoriſmi 54. particulæ 7. ſit. Tertiò, errorem in Confectione Alchermes componenda detegit.* 678.
Epiſt. V. *Præclariſſimo Marco Antonio Pulliti Rheginorum Medicorum facilè Principi, in qua agitur per quam viam materia contenta in Thorace purgari poſſit per vrinam, & per ſeceſſum. Secundò, vtrum ſanguificatio fiat in Parenchymate iecinoris, & quod vrachos in humano fœtu non ſit perforatus, inde etiam eſt, quòd humani fœtus carent tertia membrana, quam Græci Alantoydem vocant, & quod puer dum in vtero exiſtit, innatet aquæ tam ab vrina, quàm à ſudoribus collectæ inter amnium vocatam membranam, nec non inter corpus infantis, & an per vmbilicum emittat vrinam, an per canalem communem.* 685.
Epiſt. VI. *Io. Antonio Anguillonio claſſis Triremium Sacræ Religionis Equitum Hieroſolymitanorum Archiatro digniſſimo. Vtrum morbus faucium qui vagatus eſt per Meſſanam ſit idem cum eo, qui vagabatur Neapoli.*
Epiſt. VII. *Nicolao Antonio Ferrara Meſſanenſi Medico exercitatiſſimo. Vtrum ſuccus*

Gyre-

Digitized by Google

TABVLA AVTHORVM QVI CITANTVR IN HOC OPERE.

A

Abinzoar.
Acron Agrigentinus.
Actuarius.
Adalanarach.
Ælianus.
Æneas Vizzanus Bononienſis.
Æſchrion.
Æſculapius.
Ætius.
Agathinus.
Albertus Magnus.
Albucaſis.
Alexander Aphrodiſeus.
Alexander Trallianus.
Alexander Maſſarias.
Alexander de Benedictis.
Alexander Iatros.
Ali Abbas.
Aloyſius Mundella.
Amatus Luſitanus.
D. Ambroſius.
Ambroſius Paræus.
Amycla Pythagoricus.
Andręas Matthiolus.
Andręas Veſſalius.
Andręas Laurentius.
Andręas Ciſalpinus.
Andręas Dudithius.
Andręas Sgambatus.
Androgeus.
Andromacus.
Anteſignanus.
Antonius Muſa.
Antonius Mizaldus.
Antonius du Fouilloux.
Antonius à Porta.
Annutius. Phœſius.
Apollo.
Apuleius.
Archagathus.
Archangelus Picolomineus.
Archangelus Mercenarius.
Archidiaconus.
Archigenes.
Architas Tarentinus.
Aretęus Cappadox.
Ariſtoteles.
Arnaldus de Villa Noua.
Aſclepiades.
Athenæus.
Auerroes.
D. Auguſtinus.
Auguſtinus Gadaldinus.
Auguſtinus Nimphus Sueſſanus.
Auicenna.
Aulus Gellius.

B

Baptiſta Codronchius.
Bartholomæus Montagnana.
Bartholomæus Caſtellus.
Bartholomæus Gerouius.
Benedictus Victorius Fauentinus.

Bernardus Gordonius.
Bertrutius Bononienſis.
Bibliæ.
Bononimus.
Brunus.

C

Camillus Baldus Bononienſis.
Camillus Gorus.
Carolus Cluſius
Caſtor Durantes.
Cælius Rodiginus.
Cælius Aurelianus.
Cæſar Rao.
Cæſar Optatus.
Chriſtophorus à Vega.
Chriſtophorus Columbus.
Chriſtophorus à Coſta.
Cicero.
Cleopatra.
Clinia.
Collegium Conibricenſe.
Collegium Bononienſe.
Columella.
Conradus Geſnerus.
Conſtantinus Aphricanus.
Conſtantinus Varolius Bononien.
Cordæus.
Cornelius Celſus.
Cornelius Gemma.
Cornelius à Lapide.

D

Daniel Heinſius.
Decius Fortis.
Demoſthenes.
Democritus.
Dinus de Garbo.
Diocles.
Diogenes Laertius.
Dioſcorides.
Diodorus Siculus.
Dodonæus.
Dominicus Leo.
Donatus Antonius ab Alto Mari
Dornæus.
Drago Hippocratis filius.
Dumcanus Scotus.

E

Elideus Paduanus Medicus Bononienſis.
Emilius Campilungus.
Eraſiſtratus.
Erotianus.
Euax Rex.
Euſtachius Rudius.

F

Fabius Pacius.
Fabius Paulinus.
Federicus Bonauentura.
Felix Platerus.
Ferdinandus Mena.
Ferdinandus Corteſius.
Flaminius Rota Bononienſis.
Fortunatus Fidelis.
Franciſcus Tolletus Cardinalis.
Franciſcus Valleſius.
Franciſcus Valleriola.
Franciſcus Perellus.
Franciſcus Vlmus.
Franciſcus Roſſetus.

G

Gabriel Fallopius.
Galenus.
Gaſpar Bahuinus.
Gaſpar Taliacotius Bononienſis.
Genebrardus.
Gentilis Fulginas.
Georgius Handſchius.
Georgius Bertinus.
Gerardus Columba Meſſanenſis.
Cerardus Cremonenſis.
Gilbertus Anglus.
Godefredus Scheghius.
Gregorius Corteſius Cardinalis.
Gregorius Carauita Bononienſis.

Gui-

Guido à Gauliaco.
Guilielmus Placentinus.
Guilielmus Rondeletius.
Guilielmus Montagnana.

H

Hercules Saxonia.
Hermocrates.
Hermolaus Pius.
Herodotus.
Herophilus.
Hieremia Triuerius.
D. Hieronymus.
Hieronymus Fabritius ab Aquapendente.
Hieronymus Mercurialis.
Hieronymus Capiuaccius.
Hieronymus Cardanus.
Hieronymus Fracaſtorius.
Hieronymus Caleſtanus.
Hieronymus Donzellinus.
Hieronymus Rubeus.
Hieronymus Reuſnerus.
Hieronymus Grauinius.
Hippocrates.
Homerus.
Horatius Augenius.
Hyppolitus.

I

Iacobus de Partibus.
Iacobus Siluius.
Iacobus Hollerius.
Iacobus Halchindus.
Iacobus Carpenſis Berengarius Carpus dictus.
Iacobus Segarra.
Iacobus Zabarella.
Iacobus Ruffus.
Ioannes Meſues.
Iaonnes Valuerda.
Ioannes Vuecherus.
Ioannes Fernelius.
Ioannes Schenckius.
Ioannes Manardus.
Ioannes Baptiſta Syluaticus.
Ioannes Cecchius Bononienſis.
Ioannes Andernacus Guintherus.
Ioannes Bernardius Bononienſis.
Ioannes Boccacius.
Ioannes Coſtæus.
Ioannes Argenterius.
Ioannes Antonius Maginus.
Ioannes Baptiſta Montanus.
Ioannes Aſfurtus.
Ioannes Renodæus.
Ioannes Tagaultius.
Ioannes Franciſcus Cauatius Bononienſis.
Ioannes Gorræus.
Ioannes Michael Sauonarola.
Ioannes de Rupe Scilla.
Ioannes Riolanus.
Ioannes Grauinius.
Ioannes Crato.
Ioannes Oporinus.
Ioannes Heurnius.
Ioannes Tornamira.
Ioannes Raphael Moxius.
Ioannes Martinus Pariſienſis.
Ioannes de Vigo.
Ioannes Agricola.
Ioannes Geſnerus.
Ioannes Baptiſta Carcanus.
Ioannes Baptiſta à Porta.
Ioannes Baptiſta Carneuale.
Ioannes Bacchanellus.
Ioannes Herculanus.
Ioannes Langius.
Ioſeph Quercetanus.
Ioſeph Galmius Meſſanenſis.
Ioſeph à Coſta.
Ioſeph Scaliger.
Ioſua Ferrus.
Iulius Gaſſerius Placentinus.
Iulius Cæſar Arantius Bononien.
Iulius Alexandrinus.
Iulius Cæſar Claudinus Bononienſis.

Iulius Delphinus.
Iulius Cæſar Scaliger.

L

Laurentius Ionbertus.
Laurentius Scholzius.
Lælius à Fonte.
Leonardus Fucſius.
Leonardus Botallus.
Leonardus Bertapaglia.
Leonardus Iachinus.
Leonardus Fiorauante.
Lobellius.
Ludouicus Mercatus.
Ludouicus Launeus.
Ludouicus Bertaldus.
Ludouicus Duretus.
Ludouicus Anguillara.

M

Machaon.
Macrobius.
Manlius.
Marcellus Donatus.
Marcus Antonius Gattinara.
Marcus Antonius Pulliti.
Marcus Antonius Vlmus.
Marinus
Marſilius Ficinus.
Martinus Achachia.
Matthæus Curtius.
Matthæus Syluaticus.
Matthæus de Gradis.
Michael Gauaſſetus.
Monachi qui Meſuem commentati ſunt.
Moſchio.
Mundinus Bononienſis.

N

Nicolaus Florentinus.
Nicolaus Mirepſius.
Nicolaus Prepoſitus.
Nicolaus Monardes.
Nicolaus Alexandrinus.
Nicolaus Leonicenus.

O

Oddus de Oddis.
Oribaſius.
Oſualdus Crollius.

P

Paulus Ægineta.
Petrus Apponenſis Conciliator.
Petrus Garſias Carerus.
Petrus Dalechampius.
Petrus Paulus Pereda.
Petrus Salius.
Petrus Foreſtus.
Petrus Monauius.
Petrus Cieca.
Petrus de Oſma.
Petrus Boianus Tropienſis.
Petrus Garſias ab Horto.
Petrus Pariſius.
Philotimus.
Philippus Ingarſias.
Picus Mirandulanus.
Plato.
Plinius
Plutarchus.
Podalirius.
Porphirius.
Proſper Alpinus.
Proſper Burgarutius.
Ptholomæus.

R

Rabbi Moyſes.
Reinerius Solinander.
Realdus Columbus.
Rhaſis
Rocchæus.
Rodericus à Caſtro.
Romfalcus.
Ruellius.
Ruffus.

Sancto-

S

Sanctorius de Sanctorijs.
Scipio Mercurius.
Scribonius Largus.
Serapio.
Socrates.
Solinus.
Soranus.
Stephanus Gourmelius.
Strabo.

T

Terentius.
Tertullianus.
Thadæus Florentinus.
Themiſtius.
Themiſon.
Theodorus Zuingerus.
Theodorus Priſcianus.
Theophraſtus.
Theophraſtus Paracelſus.
Theodorus Angelutius.
Theſſalus.
Thomas de Garbo.
Thomas Rodericus à Vega
D. Thomas de Aquino.
Thomas Bouius, ideſt Flagellum Medicorum.
Thomas Minadous.
Thomas Eraſtus.
Thomas Sanchez.
Touar.
Thucidides.
Thuriſanus Monachus.

V

Valerius Cordus.
Valerius Maximus.
Varro.
Victorius Trincauellius.
Vidus Vidius Senior.
Vidus Vidius Iunior.
Virgilius.
Vgo Senenſis.
Vlyſſes Aldrouandus Bononienſis.

INDEX

INDEX
DECADVM, CAPITVM,
TRACTATVVM, EPISTOLARVM, QVAESTIONVM, ET APPENDICIS HVIVS OPERIS.

DECAS PRIMA.

De Anatome actiua. pag. 1.

CAP. I. *Cur Antiqui de Anatome actiua non ſcripſerint.* ibid.

CAP. II. *De Definitione Anatomes.* 4.

CAP. III. *De Vtilitate, & Neceſſitate Anatomes.* 8.

CAP. IV. *De Antiquitate, Inuentione, & in hunc vſque diem progreſſu Anatomes.* 9.

CAP. V. *De ſubiecto Anatomes.* 12.

CAP. VI. *De Ordine in Anatome ſeruando, & conditionibus Anatomici.* 13.

CAP. VII. *De Modo praeparandi primam figuram.* 16

CAP. VIII. *De Modo praeparandi ſecundam figuram.* 18.

CAP. IX. *De Quarta figurae praeparandi ratione.* 22.

CAP. X. *Modus adminiſtrandi decimam, vndecimam, & duodecimam figuram* 29.

DECAS SECVNDA.

De Anatome contemplatiua. 33.

CAP. I. *De Natura partium in genere.* ibid.

CAP. II. *Tres difficultates proponuntur, & ſoluuntur.* 38.

CAP. III. *De Actionibus.* 42.

CAP. IV. *De facultate, & ſpiritibus vitalibus ei famulantibus.* 46.

CAP. V. *De Spiritibus Animalibus.* 52.

CAP. VI. *De propria totius corporis actione.* 58.

CAP. VII. *De Cuticula, & Cute.* 62.

CAP. VIII. *De Inſtrumento ſenſus Tactus.* 65.

CAP. IX. *De Pinguedine.* 70.

CAP. X. *De Membrana carnoſa.* 77

DECAS TERTIA.

De Curtorum reſtauratione. 80.

CAP. I. *De Requiſitis ad Nares curtas reſarciendas.* 84.

CAP. II. *De prima ſectione, deq; rebus praecedentibus, & ſequentibus eam requiſitis.* 88.

CAP. III. *De Curatione Propaginis delineata.* 92.

CAP. IV. *De ſecunda Propaginis ſectione, eiuſque recta adminiſtratione.* 94.

CAP. V. *De his, quae praerequiruntur ad coniunctionem traducis cum naribus.* 99.

CAP. VI. *De modo quo tradux naribus debeat adiungi.* 102.

CAP. VII. *De modo, & tempore abſcindendi traducem à brachio, atque eum curandi.* 107.

CAP. VIII. *De columna ad labrum conglutinatione, deque abſoluta narium conformatione.* 113.

CAP. IX.

INDEX.

Epiſt. VIII. *Placido Seſſa Medico, & Philoſopho Meſſanenſi eruditiſsimo, in qua duo quæſita diſcutiuntur, vnum, an in offerendis alimentis ſit ſeruandus ordo, & an lautius, cibi in prandio, parcius in cœna, an contra, ſint ingerendi.* 710.

Epiſt. IX. *Bartholomæo Gomez Philoſopho & Medico Meſſanenſi, in qua agitur, an in ſincipite cautheria facta ſint potiùs detrimento, quàm adiumento.* 716.

Epiſt. X. *Onuphrio Curſerio Philoſopho, & Medico Meſſanenſi, in qua agitur, an Cranium humanum in vſu medico ad curandam epilepſiam ſit è viuo homine extrahendum.* 721.

DECAS DECIMA.

De nonnullis circa enixas febrientes. 727.

Quæst. I. *An mulieres enixæ, quando ob lochiorum retentionem febriunt, ſemper ſynocho corripiantur.*

Ad Marium Trabuccum Caltabieronenſem Medicum, ac Philoſophum doctiſsimum. 729.

Quæſt. II. *Vtrum in ſententia Galeni dentur febres ſynochi ex putredine.*

Ad Blaſium Bugliarellum Auguſtanum Medicum, ac Philoſophum ſolertiſsimum. 534.

Quæſt. III. *Morbi dies in puerperio à partu nè, an à febre ſint enumerandi?*

Ad Antoninum Alphanum Meſſanenſem Medicum, & Philoſophum acutiſsimum. 738.

Quæſt. IV. *An liceat puerperas medicamento cathartico expurgare?*

Ad egregium virum Mutium Ferraram Meſſanenſem Almi Patrij Collegij Medicum, ac Philoſophum ſapientiſſimum. 743.

Quæſt. V. *An puerperis quandoque mittere ſanguinem à partibus ſuperioribus debeamus?*

Ad Placidum Reinam Meſſanenſem Philoſophiæ, ac Medicinæ Doctorem excellentiſſimum. 752.

Quæſt. VI. *An in præſagijs liceat mentiri: an exanthemata indicent plenitudinem: an puerperijs aſſignari poſſit determinata quantitas: & an Mercatus rectè concludat enixas ritè fluentibus lochijs graui morbo corripi poſſe?*

Ad Ioſeph Brunum, & Arcaram Meſſanenſem Medicum, & Philoſophum ingenioſiſſimum. 762.

Quæſt. VII. *An in curatione quatuor mulierum ab Hippocrate propoſitarum per ſanguinis miſſionem rectiùs ſenſerit Mercurialis, an Moxius?*

Ad Federicum Proſimi Meſſanenſem Medicum, ac Philoſophum ſubtiliſſimum 772

Quæſt. VIII. *An in menſium ſuppreſſione liceat mittere ſanguinem?*

Ad Ioſeph Fontanam, Virum doctiſſimum, Medicum, ac Philoſophum, ac Triremium Regni Siciliæ Archiatrum clariſſimum. 775.

Quæſt. IX. *An mulieribus vtero gerentibus, acutóque morbo laceſsitis ſanguinem ſectis venis mittere liceat?*

Ad Michaelem Hieronymum de Ados Valentinum, Philoſophum acutiſſimum, & Medicum illuſtriſsimi, ac excellentiſsimi Marchionis Sanctæ Crucis, totius Claſsis Sac. Cath. Maieſtatis Locum-tenentis, ac Regni Siciliæ ſummi triremium Præfecti. 785.

Quæſt. X. *An Medico nonnunquam abortum procurare liceat?* 797.

Ad Conſtantinum San-clementem Virum præſtantiſſimum ex Collegio Philoſophorum, & Medicorum Meſſanenſium Decanum vnice obſeruandum.

INDEX

APPENDIX

Ad Curationem Febrium malignarum, & peſtilentium.

Proponuntur varia medicamenta compoſita tam antiquorum, quàm recentiorum ad fugandam peſtem. 819.
De Antidoto, qua vſus eſt Hippocrates Athenis ad liberandum populum ſeuiſsima peſte afflictum. 821.
Antidotus de ſanguinibus Democratis à Galeno deſcripta lib. 2. de Antidotis. ibid.
Antidotus Arnaldo à Villa noua adſcripta. ibid.
Antidotus adſcripta Guidoni. 822.
Antidotus de Ouo. 823.
Antidotus Matthioli. ibid.
Antidotus Iacobi Riceij. 825.
Antidotus, ſeu electuarium Authoris. 829.
Syrupus de Angelica Nicolai Maſſa. 829.
Puluis Petri Foreſti. 730.
Oleum de ſcorpionibus Gregorij Caranita Bononienſis deſcriptum à Matthiolo. 831.

Digitized by Google

AD LECTOREM

HVmanam mentem in Platonicorum doctrina ratiocinantis animæ oculum eſſe, diuiſdique in intellectum, vt in ſuperiorem partem, cui datur diuina, & altiſſima quæque contemplari, & in rationem tanquam in partem inferiorem, ad quam humana hæc moderari attinet, inter reliquos, qui illius ſapientiſſimæ ſectæ arcana dilucidare hactenus conati ſunt, Cælius Rhodiginus libro Antiquar. Lect. 2. cap. 23 perbellè poſteritati tradidit. Et quidem quis adeo ſocors vnquam extiterit, quem fugiat rerum ſupernarum contemplationem longè præſtantiorem, & maiori voluptate refertam eſſe, quàm ſit inferiorum, & caducarum conſideratio? Nihilominus minimè inficias eundum, quin poſterior hæc mentis applicatio ſuis non ſit inſtructa delitijs, per tot ſiquidem, tantorumque differentias obiectorum expatiatur, quot pulcherrimarum ſcientiarum habentur forma, quarum vnaquæque ſeorſim ſumpta noſtrum captum vndique explere ſufficit. Quòd verò maximum delectum earum varietas nobis pariat, ita ſanè compertum eſt, vt omninò ambiguum, cui nam ex ijs ſint tribuenda primæ partes. Cæterum illud quoque manifeſtum apparet, naturæ genium Ariſtotelem inter diſciplinarum cultores, eos non poſtnabuiſſe, qui operam nauarunt animalium naturæ cognoſcendæ, quæ quamuis abiecta, & noſtris ſenſibus parum grata videatur, ex eius tamen exacta perſcrutatione miræ exhauriuntur oblectationes, cùm (eodem Philoſopho, & Galeno teſtibus) nullum extet animal, licet exiguum, cui inditum aliquid non ſit, ex quo comprehendamus, quàm rara, & admiranda ſint opera naturæ. Atque hinc equidem factum opinor, vt homini præter rationis lumen geminæ manus conceſſæ fuerint, videlicet, vt quemadmodum ratio cunctarum artium origo, & principium eſt, ſeu (vt dicebat Galenus) ars ſupra omnes artes, ita ne ſua ſibi nobiliſſima, ac cuiuis rei faciendæ præcipua inſtrumenta deeſſent. Haud temerè igitur Theophilus vir eximius, cùm auriga rationem noſtram, manus verò habenis comparare auſus eſt; ſicut enim rhedarius ad currum vectandum, iterque feliciter conficiendum loris, prout expedit, vtitur, ita ratio in hiſce ſublunaribus penitus peruestigandis plerunque manuum vſum exoptat, & adhibet. Sed nec prorſus commendanda eſſet natura, quòd tanto munere donaſſet hominem, ni etiam, & eum ſitum eidem decreuiſſet, qualis expedit ſuo organo exercendo, quocirca vt ſoli humanæ ſpeciei palmas tribuere voluit, ſic eam tantùm recta figura incedere, & elato aſpectu ſedere conſtituit, quibus modis vel ratione, vel manibus, & expedita, & promptior eſſet ad quaſlibet ſcientias, aut artes capeſcendas; quicquid enim contrectamus, inquit Rhodiginus libro citato cap. xj. vel ſtantes id agimus, aut omnino ſedentes, prorſus verò nihil proni, vel ſupini: ſiquidem poſitum huiuſmodi ferè artes neſcire. Hanc itaque veritatem, cùm in mea adhuc tenella mente probi parentes tenaciter dulci ſuaſu impreſſiſſent, cœpi primùm humaniorum litterarum ſcholas frequentare, quibus imbutus Dialectices, & Philoſophiæ dogmata mox ediſcere aggreſſus ſum, & tandem adulta iam ætate ad Medicinam me applicui, quàm cùm animaduertiſſem perfectè apprehendi non poſſe abſque Anatomes, & Simplicium præcedenti cognitione, in animum induxi tum Botanicos, tum Anatomicos egregios mihi vt præceptores ſequendos. Igitur ſub Vliſſis Aldrouandi viri genere, & virtute illuſtriſſimi, qui ſuæ temporis & in ſcholis publicis, & in viridario patriæ Bononienſis Academiæ ſimplicium ſcientiam profitebatur, in ea facultate pro mea virili me exercui. Artem verò humana corpora diſſecandi ab Iulio Cæſare Arantio, & Gaſpare Taliacotio præſtantiſſimis Anatomicis, vt acciperem omni conatu inuigilaui: & quoniam nemo eius facultatis peritiam conſequi poteſt, qui non præterea

in aliorum animalium ſectione verſatus fuerit diligenter expendens differentias partium ad inuicem, idcirco multarum ſpecierum beſtias, tam quadrupedum, quam volatilium quotidie ferè nimis accuratè in ſuas partes diſciſſi. Ex volatilibus aquilæ, & pſittaci ſtructuram præ ceteris obſeruare mihi placuit, vt videre eſt apud Aldrouandum libro Ornithologiæ, tum pagina 121. vbi aquilæ figura cum ſuo ſcheleto viſitur. quo in loco Clariſſimus Author amoris cauſa ſatis honorificam de me mentionem fecit; tum pagina 643. vbi pſittaci, ſcheleti quoque icon deſcribitur. Poſt prædictas volucres Onocratolon aſſecus, quam oloribus ſimilem eſſe ſcribit Plinius, niſi faucibus ineſſet alterius vteri, vel (vt Dalechampius interpretatur) ventris genus, quod ex membranoſa ſubſtantia conſtans maxillæ, ſeu roſtro inferiori pendulum adhæret. Eſt eiuſmodi venter valdè amplus, & animalis naturæ omninò accommodatus, quem multis piſcibus replet auis, deinde eos ſeligit, quos pro victu magis idoneos exiſtimat. Plinius de eo ad hunc modum ſcribit lib. X. nat. hiſt. cap. 47. Huc (in ventrem) omnia inexplebile animal congerit, mira vt ſit capacitas, mox perfecta rapina ſenſim in os reddita in veram aluum ruminantis more refert. Hanc autem caſu habui in hac Mamertina Ciuitate; obiter enim (paulò poſt meum huc aduentum) incidi in quendam aucupem hoc animal vendendi gratia ferentem per plateas omnes, quòd nullum, qui noſceret illud, minus multò emptorem reperiebat, quo viſo ſtatim cœpit me admiratio, cùm ſcirem ſcripſiſſe Plinium non niſi è Gallia Septentrionali Oceano proxima ad alienas terras exportari, licet ipſe id generis volatile olim vidiſſem circa quoſdam lacus in ea Italiæ parte, quæ Heluetiæ finitima eſt. Emptam itaque Onocrotalon domi meæ coram ſtudioſis anatomicè in partes diuiſi, oſſibuſque in ſcheleton reductis, cui reliqui ventrem roſtro vnitum, Patribus Collegij Societatis IESV dono dedi, à quibus in ſua bibliotheca aſſeruatur, & pluribus, qui illuc confluunt, humaniſſimè oſtenditur. Præter aues varios, etiam piſces artificioſè obſeruaui, Xiphiam præſertim, cuius piſcationem Quinta Decade horum Miſcellaneorum deſcripſi. Meum tamen Anatomes deſiderium non ſtetit in audiendis præceptoribus, & ſecandis animalium cadaueribus tantùm, ſed etiam me veluti impulit ad aſſiduè voluendos Anatomicorum omnium libros potiſſimùm Gal. de anatomicis aggreſſibus, atque de vſu partium, ex quorum primis Anatomen actiuam, ex poſterioribus, nec non ex libris de placitis Platonis, & Hippocratis contemplatiuam excerpſi. Quare dum incumberē hiſce iucundiſſimis ſtudijs florentibus annis nonnulla adnotaui à nemine antea obſeruata, quemadmodum ſunt venæ cauæ rami in iecore exiſtentes cribri in modum perforati, de qua re verba feci in Epiſtola ad Rotam. Animaduerti præterea intra cauitatem venarum, quæ ad artus ſunt tam ſuperiores, quàm inferiores, oſtiola quædam adeſſe, ſicuti reperiuntur in ore aortæ, quæ à ſiniſtro cordis ventriculo prodit, & in ore venæ arterialis, quæ à corde exiens pulmones adit. Hæc oſtiola etſi inter ſe conueniant in impediendo, ne ſanguis, qui ſemel exierit, intus denuò remeare poſſit; ea tamen, quæ in cauitate venarum artuum apponuntur, hunc vſum inſuper præſtant, vbi ſimul ad apicem coniunguntur reſpicientes ſuperiores partes, inhibent (mea opinione) ne ſanguis ad extremas manus, aut pedes totus repente feratur, quod in magnis ambulationibus euenire ſolet. Adhæc omentum Arabibus zirbus dictum, totum foraminibus peruium eſſe in humano corpore, ſecus quàm brutis reperi. Item arteriam quandam à trunco arteriæ magnæ prodeuntem inueni, quæ dum per abdomen deſcendit in modum lineæ elicæ ad lienem terminatur, ſed hanc etiam Arantius obſeruauerat. Interim capitis Anatome multoties à me celebrata, vt communiter fieri ſolet, maxilla inferiori ſuper menſa, vertice verò ſurſum reſpiciente, in mentem mihi venit, ſi contrario modo adminiſtraretur, hoc eſt baſi ad cælum ſpectante, poſſe aliquid priſcis ignotum extrahi, nec irrita fuit cogitatio; nam cum ſectionem hac ratione perficerem, innotuit mihi totum cerebrum intus excauatum, ſpinalemque medullam ſecus conſtructam eſſe, quàm tradiderant alij, ab eaque nouem neruorum paria originem trahere, non autem ſeptem, vt omnes opinabantur. Deprehendi poſt hæc opticos neruos à poſteriori medullæ ſuperficie, & ſuperiori eius parte enaſci, inde deorſum deſcendentes, medullamque ambientes ad ephippium excurrere, vbi coniunguntur, non quidem tranſuerſim, vt aliquorum eſt ſententia, ſed quiſque in proprium oculum, id eſt dexter in dexterum, & ſiniſter in ſiniſtrum inſeritur. Has obſeruationes, vt poſteris relinquerem ligneis figuris exprimi curaui, figuræ enim (vt dicebat doctiſſimus Aldrouandus) ſunt muti magiſtri, qui

quaſi

Digitized by Google

quaſi digito demonſtrant, quæ in hiſtorijs deſcribuntur. Attamen dum omni animi contentione in Anatomen tam ſpeculatiuam, quàm practicam incumberem, res chirurgicas haud prætermittendas cenſui, quare à peritiſſimo Taliacotio, cum quo familiariſſimè verſabar, tum reliqua, tum artem curta inſtaurandi per inſitionem addiſcere volui, vt aliquando ijs miſeris ſuccurrere poſſem, quibus nares, labia. vel aures reſecta fuiſſent. Hac in diſciplina, Deo dante, tantum profeci, vt non paucos adiuuerim, tum alibi, tum in hoc florentiſſimo Siciliæ Regno, vbi inter alios Perilluſtri Don Federico Vintimillia Panhormitano ſectas infortunio nares ita conciunè reſtitui, vt multis ab hinc annis abſque vlla labe naſus in decora facie decentiſſimus appareat. Vſus equidem ſum in eiuſmodi operibus perficiendis id generis inſtrumentis, quibus vtebatur digniſſimus imitatione Taliacotius; ea enim, quæ Tropienſes huius artis inſtauratores vſurpabant, mihi olim Tropiam transeunti valdè rudia viſa ſunt. Hæc præcipuè meditabar, in his totus eram, dùm Bononiæ Medicinam ordinariam, vt aiunt, profitebar, vocatus deinde in hanc Nobiliſſimam Vrbem, Trinacriæ auguſtiſſimum caput ad Medicinam practicam è prima Sede publicè edocendum, ijs inuigilare potiſſimum cæpi, quæ ad ſtudioſorum tyrocinium aptè obeundum maximè conferre exiſtimabam, atque interea plurima ſcriptis, prout ſeſe obtulerat occaſio, ea, qua poteram, diligentia commiſi. Quibus omnibus apud me veluti in tenebris iacentibus, dum in alia omnia potiùs intendo, en amicorum preces (an vim dicam) cœperunt in me irrumpere, vt ea prælo quamprimum ſubijcere vellem, ne cum ſuo Authore propediem cum morte vitam comutarent. Oppugnaui equidem ſemel, bis, ac pluries cauſans re vera nunc rerum leuitatem, nunc ſtyli ruditatem, ſed ita validæ, atque aſſiduæ fuerunt ſuaſiones, & conatus illorum, vt tandem velim, nolim manus dederim. Quare coacervatis in vnum, quæ diuerſis temporibus exaraueram, quoniam diſparatas materias continerent, ſub Miſcellaneorum titulo typis imprimendas tradidi. Ac primo loco in Primam, & Secundam Decadem Anatomen Speculatiuam, & Practicam iamdudum conſcriptas reieci, materiam verò curtorum reficiendorum, vel ſi mauis compendium Taliacotij, pro ſtudioſorum faciliori intelligentia Tertiæ aſſignaui. Porrò quæ ad inſtruendos tyrones ad Medicinam pertinent, tres ſequentes Decadas occupant, vnde in Quarta Rerum naturalium habetur breuis tractatio, hoc eſt Elementorum, Temperamentorum, Partium Corporis tam Similarium, quàm Organicarum, Humorum, Facultatum, & Spirituum. In Quintam Res non naturales, & præter naturam congeſſi: Inter primas primò conſtitui aërem in ſuas partes diſtributum, deinde anni tempora, quæ à Medicis, & Aſtrologis variè conſiderantur; adiunxi loca, & regiones, prout ſpectant ad Medicinam, quibus adieci tractatulum de Ventis. Mox deſcendens ad alimenta determinaui, ea deſumi ab animalibus, & eorum partibus, nec non à plantis: animalia diuiſi in terreſtria, & aquea; in quadrupeda, & volatilia, quorum vtraque deinde in domeſtica, & agreſtia partitus ſum, ſimulque oſtendi, quanam bono, vel prauo ſucco ſint prædita. Piſces inſuper demonſtro in quatuor diuiſos eſſe genera, in maritimum ſcilicet, fluuiatile, lacunale, & paludoſum, ibique eorum qualitates aſſigno. Sed ex omnibus acipenſerem, ſeu ſturionem ab antiquis ſummè commendatum, tum Xiphia, quam Peſce ſpada Meſſanenſes vocitant, conferens, quis eorum ſit melioris ſucci, & palato iucundior diſcuſſi. Eodem loco pulcherrimam, & aſpectu digniſſimam Xiphiæ piſcationẽ, vt dicebam antea, deſcripſi, cuius meminit Strabo libro primo Geographiæ, quem tunc temporis, cùm de Xiphia agerem, minimè legeram. Abſoluta tractatione de alimentis ab animalibus deſumptis, plantæ ſuccedunt, & primò triticum panis materia, de qua egit Galenus lib. 1. de aliment. facult. cap. 2. vbi quatuor panis ſpecies aſſignat, ſed quoniam ibidem fit mentio de pane eloto, breui diſputatione inquiritur, quid huius appellatione comprehendatur. Expendo præterea quaſdam panis ſpecies ex varijs cerealibus, & leguminibus factas, quibus ob defectum annonæ homines veſci coguntur: fiunt autem hæ ex farina typhæ, olyræ, milij, fabarum, hordei, lupinorum, & ſimilium, quorum vſu in Italia pauperes aliquando ob neceſſitatem victitaſſe cognoui. Poſthac olera in medium prodeunt, facultateſque eorum patefaciens, ſcholimon, cacton, & cynaram præcipuè in examen reuoco, de quibus apud Authores varia eſt opinio, num differant à ceſalione, qui in Sicilia copioſiſſimè enaſcitur. De fructibus interim abundè pertracto incipiens à maioribus, de quibus Galen. lib. 2. de aliment. facult. qui ſunt cucurbita, pepo, melopepo, & cucumer. Poſt alimenta potum cuiuſuis generis examinandum accipio.

De

De alijs verò Rebus non Naturalibus non niſi breuiter, & quantum opus eſt ad tyrorum inſtitutionem diſſero. Nec mirum ſi hæc paucis exarauerim, alimenta verò fuſiori ſermone, nam horum ampla eſt varietas Medicis cognitu in primis neceſſaria, quippequæ omnem ferè materiam, cum qua operatur Medicus, contineant. His denique accedit Morborum, Cauſarum, atque Symptomatum tractatulus, & clauditur Quinta Decas. Sed quia Rerum præter Naturalium notitiam haud quaquam abſolutè aſſequi poſſumus, niſi etiam vrinarum, & pulſuum doctrinam adepti fuerimus, ea propter de his Sexta Decade verba facere inſtitui. Quibus pertractatis ad ea, quæ praxi magis coniuncta ſunt, accedere decreui, quocirca cùm putridarum febrium cognitio ſit maximè vtilis, & frequens, ideo Septima Decade naturam Putredinis primò aperire conatus ſum, & breuiſſima oratione oſtendi vnicam dari illius definitionem apud Ariſtotelem, ſub qua reliquæ ſpecies continentur, & ſimul docui, qua ratione differat à Putredinis definitione, quam tradidit Galenus. Huic ſuccedit febrium putridarum abſoluta tractatio, quam in duas partes diſtinxi, in cognitionem, & curationem. Sub prima febris definitio ab Auicenna tradita continetur, omneſque difficultates aduerſus eam emergentes de medio tolluntur, & oſtenditur eandem eſſe cum definitione à Galeno, & Auerrhoë deſcripta. Deinde Symptomata ad febris cognitionem ſpectantia conſiderans, præſertim ea, quæ in actionibus conſiſtunt, demonſtro rigorem ad putridas febres attinere, eiuſque duplicem eſſe differentiam. Demum examini ſubijciens futura, nempe euentum, tempus euentus, atque modum, artem prædicendi ex collatione magnitudinis febris, & roboris virium ortum ſuum duxiſſe manifeſto. In curatione verò tradidi indicationes à morbo, cauſis, & ſymptomatibus eliciendas eſſe, eaſque ita inter ſe collocandas, vt haberi poſſit, cui primùm, cui ſecundò, aut tertiò occurrendum ſit. Adnexui per conſequens auxilia, quibus id fieri debeat: ſunt autem hæc illa tria diuulgatiſſima inſtrumenta, nempe Chirurgia, Pharmacia, & Diæta, in quorum applicatione conſiderandus eſt rectus vſus, & decens adminiſtratio. In diætetico igitur inſtrumento opus eſſe permagna ſolertia ob oculos poſui, in omnibus ſex Rebus non Naturalibus, præſertim in alimentis offerendis, quæ ſint, oportet, vt morbo, & viribus ſatisfaciant. In Chirurgia deinde exagitare mihi placuit, quænam ſit ſanguinis mittendi per venæ ſectionem indicatio; quo loco euacuationem, reuulſionem, & deriuationem eſſe ſanguinis mittendi differentias habetur, & ſimùl exquiritur, in quo hæ duæ poſteriores conueniant, aut differant inter ſe, atque omnium rectus vſus aperitur. Nolui inſuper dum venas ſecandas præ manibus haberem, arterias prætermittere, quare eas tundendi neceſſitatem, rectamque adminiſtrationem detegere ſtudui. In hirudinibus, cucurbitis, & ſcarificationibus applicandis aliquantulum etiam immoror, vt nihil prorſus in chirurgico inſtrumento exactè adhibendo deſideretur. Denique in Pharmacia ritè inſtituenda poſt deſumptam indicationem, qua corpus expurgare cogimur, tempus primò ſe offert inueſtigandum, num videlicet diebus paribus, vel imparibus medicamentum exhibere conueniat, atque hinc arrepta occaſione de diebus criticis perbreuem diſputationem induxi. His circa febres in communi ad exitum perductis, vt Decadis numerus expleretur, copulaui malignæ febris in ſpecie materiam; nam hæc quoque putrida eſt, & putridarum omnium peſſima, atque vt eius natura in primis innoteſcat, omninò neceſſarium. Reliquarum verò febrium ſpecificam diſcuſſionem ea propter omiſi, quia malignarum natura perſpecta, leui negotio & aliæ, vt conſtat, percipiuntur; hic enim magis vtilia, & neceſſaria tantùm in lucem edere decreui, cætera verò fortè aliàs. Sed quia febris eſſentia patere nobis exquiſitè nequit, niſi quid Periodicatio ſit, prorſus aſſequamur, idcirco de illa diſceptationem eidem Decadi coronidis loco adglutinare opus fuit, in qua Franciſci Parelli ſententia anatomicè expreſſa, & rationibus quibuſdam confirmata nullius conſiderationis eſſe dilucidatur. Octaua Decas ſequitur, quæ primò explicare conatur modum, quo medicamenta à calore naturali in actum reducuntur, & cur non ſemper ſimplicibus vtamur, ſed plerumque ad compoſita medicamenta deuenire cogamur. Mox facultates Stibij, ſeu Antimonij, Mechoacan, Mannæ, Seri, Syruporum ſolutiuorum, Laminæ plumbeæ, Olei vitrioli, Theriacæ, Lapidis Bezaar, & Contraherbæ in medium affero, & qua potui diligentia, expendi. In Nona verò Decade varia quæſita continentur: primò an duo tantùm ſint ſumma febrium genera, putridum nempe, & ephemerum, & an ex primo libro Prorrhit. t. 49. poſſit

colligi

colligi in alui profluuio mittendum eſſe ſanguinem. Deinde an in ſimplici ſede teli vtendum abraſione. Deinde quænam eſſe debebat ratio præſeruandi illuſtriſſimam quandam mulierem à conceptione, & partu monſtruoſo. Adhæc per quam viam materia præter naturam in thorace exiſtens, modò ad vrinam, modò ad ſeceſſum tranſmittitur. Tum an fœtus in vtero permanens vrinam per vrachum, an per pudendum emittat. Præterea an faucium morbus, qui nuper vagabatur per hanc Ciuitatem idem fuerit cum eo, qui Parthenopen eodē tēpore diuexabat. Nonnullis inſuper alijs examinatis, vt ſuo loco videre eſt, finem impoſui Nonæ Decadi. Poſtremò ad centuriā Miſcellaneorum explendam Decadem Apologeticam adieci, in qua cuiuſdam medici obiectiones diluo aduerſus me intentatas, quòd in quadam periluſtri puerpera, cui lochia diminutè fluebant, haud ex ſuperioribus, ſed ex inferioribus partibus ſanguinem miſerim. Ibidem plurima ad febrientes enixas pertinentia habentur, ac ſimul probatur haud quaquam licere Medicis fœtum ſiue actu, ſiue potentia animatum abortiuis medicamentis abigere. His abſolutis operi huic miſcellaneo colophonem addendum putaram, ſed quia nunc, quum Typographi opera circa finem laborat, iam per aliquot Siciliæ loca peſtis graſſatur, omninò neceſſarium mihi viſum eſt, vt publicæ vtilitati conſulerem, in calce voluminis per modum appendicis ad febres malignas addere probatiora medicamenta, quibus præſeruari poſſumus à tam pernicioſo morbo. Nec interim omittendum cenſui curationis modum, tam vt locis, qui nunc eo morbo corripiuntur, quoquo pacto prodeſſem, tum vt ſi aliquando in nos deinceps (quod Deus auertat) irrepſerit, ſciant cuncti, quam ego methodum ad eiuſmodi luem extirpandam, ſeruarem. Et hæc ſunt, humaniſſime Lector, quæ vt amicorum, ac ſtudioſorum voluntati obſequerer, prælo ſubijci paſſus ſum: teque rogatum velim opus iſtud æqui, boniſque conſulas: ſpero enim ex tanta rerum varietate fore, vt aliquam tibi poſſis vtilitatem comparare. Styli humilitatem non putes faſtidies; nam res, non verba ſunt magis æſtimanda. Hoc equidem ſcribendi genere ea propter nimirum vſus ſum, quòd ſtudioſis erudiendis, & diſciplinarum materiebus tradendis ſit maximè accōmodatum. Cæterùm non ita mihi blandior in his omnibus, quæ prodeunt, vt reprehendi non poſſe exiſtimem; compertum enim habeo hanc eſſe humanam miſeriam, vt ij magis ſapere videantur, qui minus in errores dilabuntur: nec me fugit enunciatum quodcunque, etiamſi innumeris penè rationibus firmetur, totidem ex aduerſo argumentis poſtmodum excogitatis (ſaltem apparenter) conuelli poſſe. Quare ſicubi in vniuerſo opere aliquid reperiatur, quod ſapientibus viris corrigendum iudicetur, cenſoriam, vt aiunt, virgulam non renuo; optaui enim ſemper à doctioribus doceri, cùm nunquam mihi è memoria exciderit aureum illud Solonis dictum, qui vel ſumma ſenectute confectus aſſerebat nulla verecundia ſuffuſus ſe in dies aliquid addiſcere. Verùm ſi nonnihil me inſcio quis inuenerit, quod vel Sacris Concilijs repugnet, aut Catholicæ Fidei non ſit conſonum, vel minimam alicui ſuſpicionem ingerere queat, id deletum, & expunctum, ceu nunquam ſcriptum, aut dictum fuiſſet, haberi volo. Illud enim in primis profiteor me in ſingulis præ oculis cultum D.O.M. ſemper habuiſſe, cuius Numini, Maieſtatique, ſi quid boni à me dictum fuerit, acceptum referri volo, ſi contra aliquid perperam, aut deprauatè protulerim, id totum ignorationi meæ adſcribendum deſidero. Ad laudem igitur Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & Beatæ Mariæ ſemper Virginis, quæ huius Inclytæ Vrbis, ſe perpetuò futuram protectricem per epiſtolam pollicita eſt, in publicum hæc omnia prodire diſcupio.

Digitized by Google

Digitized by Google


IOANNES BAPTISTA CORTESIVS BONONIENSSIS MEDICVS ET PHILOSOPHVS COLLEGIATVS ET COMES PALATINVS ANNOS NATVS LXXII
HIPPOCRATES
PRISCIS
CREDENDVM

IOANNIS BAPTISTAE CORTESII

MISCELLANEORVM MEDICINALIVM DECAS PRIMA

De Anatome actiua.

B QVICQVID SVMMVS HVIVS VNIVERSITATIS EFFECTOR Ac Gubernator DEVS in hoc pulcherrimo Mundi opificio fecit, id omne eo conſilio condidiſſe videtur, vt noſtris commodis eſſet conſultum: quid enim montium altitudines, quid amoenitates ſyluarum, quid omnis iſte Aſtrorum atque orbium ornatus aliud, quàm Diuini ſtudij atque officij monumentum ob oculos nobis ponunt? Quod cùm attentiùs perpendiſſent, tàm retroactorum ſæculorum, quàm noſtræ ætatis Viri ſapientiæ ac eruditionis laude Clariſſimi, non ob ignauiam aut negligentiam, tàm eximij operis ſtudium prætereundum; ſed tota mente, omnique animi impetu in id incumbendum ſibi, atque elaborandum putàrunt, quò ab eis pro amplitudine, qua etiam magnificentia, ſumma ſedulitate delinearetur. Et quemadmodum vniuerſalia notiora ſunt particularibus, ſic ipſi Mundum primò in quatuor partes; deinde ſingulas Mundi plagas in diuerſa Imperia; Imperia in Regna, Regna
C in Prouincias; Prouincias in Vrbes & Ciuitates; eas in plura oppida, & pagos diuiſere: quibus perſpicuè expoſitis, à viſceribus Terræ inchoando, vertices altiſſimorum montium conſcenderunt, & quicquid intercapedine illa notatu dignum offenderant claudi, accuratiſſimè poſteritati tradiderunt. Quæ omnia & ſingula ſi cum homine conferamus, patebit Mundum & hominem ita conuenire, vt meritiſſimo iure paruus Mundus appellari queat. Nec eſt ex mortalibus, quem fugiat, quantam nominis famam Coſmographi ſibi editionibus ſuis compararerint; vt nimirum apud omnes in maxima admiratione, ſummo honore ac exiſtimatione verſentur: quòd ſi ob maioris Mundi deſcriptionem tantopere euecti ſunt; quo cultu & veneratione, non modò huius ſæculi homines, poſteritas quoquè vniuerſa eum proſequetur, qui parui Mundi delineationem; id eſt, Anatomes actiuæ methodum, aut rationem ſcriptam in lucem edit; quæ vel maximè ad naturæ prouidentiam requiritur: haud dubiè, tantò maiora laudum encomia, tantòque ſublimiores honorum ac dignitatum titulos ei decernet, quò naturâ homo eſt illuſtrior Mundo; quò præclarioribus dotibus eſt coho-
D neſtatus; quò ijs omnibus eſt dignior, quæ ſub concauo lunæ continentur, in gratiam & vtilitatem eius, à Deo Opt. Max. productis.

Cur antiqui de Anatome actiua non ſcripſerint. Cap. I.

CVM veteris memoriæ Philoſophi ac Medici, rebus in anatomicis (vt annalium monumenta teſtantur) adeò celebres extiterint: miror eos tàm præſtantem ac excellentem artem, non ad poſteros perſcripſiſſe, atque tàm turpiter tenebris inuoluiſſe. Cogitanti mihi tamen hac ſuper re, ſubijt mens mea illam cogitationem; eſſe veriſimile quod Anatomen actiuam quondam ſcripſerint, ſed ob temporum ſucceſſiones, vel certè varias mutationes, libros illos ab hominibus neglectos, & vt inutiles reiectos fuiſſe; memini enim me legiſſe apud Diogenem Laërtium, in vita Ariſtotelis, eundem

Ariſt. octo libros de rebus anatomicis conſcripſiſſe; at cum maxima noſtrâ iactura nihil penitus eorum librorum ad nos peruenit, quantum conſtat. Ex quo colligere licet, quòd ſicut Ariſtoteles de hac materia libros poſteritati reliquit, ita etiam eo antiquiores fecerint; cùm ea mirum in modum delectarentur: verùm ſcripta illorum iniuria temporis, non ſecùs atque ariſtotelica ſunt amiſſa. Suadet alia ratio, vt credamus anatomica volumina extitiſſe; ea eſt, quòd tunc temporis typographiæ cognitionem non habebant, cuius beneficio exiguo labore adhibito renouari potuiſſent; & vt manu ſcriberentur, multùm temporis, magnique ſumptus requirebantur: illi etiam penes quos erant exiguum iudicium de eis ferentes, non digna cenſebant, quæ deſcriberentur; ſic inueterata, & tempore longinquo conſumpta ad nos peruenire non potuerunt. Succedit antiquiores illos magno ſtudio collegiſſe aliorum codices, vt in ignē proijcerent: nam ſcribit Diogenes in vita Democriti, Platonem, qua potuit induſtria curaſſe, vt Democriti libri ad manus proprias deportarentur, quos flammis tradere volebat: quæ pernicies ab Amycla & Clinia Pythagoricis inhibita fuit, tales libros apud varios homines iam diſperſos eſſe affirmantibus. Refert quoque idem Diogenes Platonem ab Archita Tarentino obtinuiſſe nonnulla commentaria, quæ ab ipſo in ignem coniecta, atque combuſta fuerunt: vt in vita Architæ Tarentini videre eſt, idque ne ad manus hominum ſummi huius Philoſophi libri peruenire poſſent; à quo tamen & ipſemet Plato, & Ariſtoteles multa deſumpſerunt, nomine ipſius vix ad aures noſtras perueniente. Sed cùm à Platone (qui Diuinus ab omnibus cenſetur) id factum eſſe habeamus, de reliquis antiquioribus pari ratione exiſtimandum eſt: quod ſcelus præſertim Ariſtoteli adſcribitur. Fieri igitur potuit, commentaria actiuæ huius Anatomes ad manus talium, qui aliorum famam imminuere cupiunt, perlata, ab iiſque ignibus exuſta eſſe, aut certè lacerando diſſipata. E F

Atque iſtæ ſunt rationes, quas in medium afferendas putaui, eò quòd fundamentum in re habere viderentur; aſt peruoluendo Gal. lib. 2. de Anatom. adminiſtr. cap. 1. offendi, anatomicam adminiſtrationem, id eſt actiuam Anatomen, priſcis illis Philoſophis & Medicis eſſe per manus traditam, nec opus fuiſſe, eam per libros inſtituere: quo cognito meam opinionem poſtponendam, huic verò rationi adhærendum iudicaui: ſcribit namquè eo loco Gal. ſuperiorum temporum Medicos, ita actiuæ Anatomæ ſtuduiſſe, vt omni ingenio curauerint ſuos pueros, non in hoc exercitio minùs, quàm in lectione & ſcriptura exercere: quare minimè timendum erat, ne eius vſus è memoria illorum excideret: immò verò addit pueros & adoleſcētes huic Anatomes parti ita deditos fuiſſe, vt potiùs metuendum eſſet parentibus ne literarum elementa ab ineunte ætate hauſta, quàm illius præcepta obliuione delerent: qua de cauſa ſuperuacaneum eſſe rati, eam poſteritati non conſecrarunt. G

Verùm enim verò tempore progrediente, Philoſophi ac Medici, quibus per manus tradita fuerat actio hæc anatomica, cùm honeſtiùs iudicaſſent facultatem hanc omnibus ſtudioſis communicare, eos, quos virtutis nomine venerabantur, hanc rationem ſecandi (quam actiuam Anatomen appellandam cenſemus) docuerunt; vnde factum eſt, vt artis huius vſus ab Aſclepiadarum familia exciderit, per multaſquè temporum ſucceſſiones illud puerile exercitium defecerit, ac tandem ars ipſa in deterius lapſa ſit; quæ quamuis à Diocle & Marino, (qui paulò ante Galeni tempora vixere) reſtaurata aliquo pacto videretur, quia tamen negligenter & parùm accuratè ab ipſis tradita fuerat, ad interitum ſucceſſu temporis perducebatur. Galenus itaque coactus fuit eam quindecim libris in memoriam renocare, inſcriptis de anatomicis aggreſſibus, quorum nonem, nec tamen integri ad nos peruenerunt: reliqui deſiderantur, vtinam extarent; plurima quæ à nobis in confuſo tractantur, dilucida & clara haberentur. H

A Galeno vſque ad tempora Mundini res anatomica penitus neglecta eſt: & quamuis plures floruerint, qui eam poſt Mundinum ſcriptis mandauerint, nullus tamen ex profeſſo actiuam hanc Anatomen excoluit: ſed quod à Galeni temporibus vſque ad Mundinum, & à Mundino, ad noſtra vſque tempora nihil, aut parùm hac de re ſcriptū ſit, facillimum eſt rationem (vt arbitror) inuenire; nam homines rebus bellicis, alijſquè perturbationibus diſtenti minimè ſtudijs optimarum artium ſuam operam locare potuerunt: noſtræ verò tempeſtatis homines à bellicis tumultibus liberi Anatomes

ſtudium

A ſtudium ad eam perfectionem euexerunt, vt pauciſſimæ partes ſint in corpore, qua-
rum non habeatur notitia; adeò vt Anatomes nihil aliud deſiderare videatur, quàm
certas quaſdam regulas ſectionis ad partes inueniendas, quod à nullo, vel pauciſſi-
mis traditur; cùm tamen plures ſtudioſi hoc æuo reperiantur, quàm fuerint ſupe-
rioribus ſæculis. Huius rei ratio deſumpta inde videtur, quòd Medici & Philoſophi
ſuis liberis (vt antiqui faciebant) non modò non tradant regulas diſſecandi; verùm
etiam ab hac exercitatione eos prorſus, tanquam ab actione nimium ſordida dehor-
tentur. Sunt aliqui qui in illa opinione verſantur, homines non ſtudere huic operatio-
ni, mortem (vt aiunt) metuentes; ſibique perſuadentes, quod ij qui Anatomen d.ù
exercent, vitam ſibi breuiorem reddant, à Veſalio & Falloppio argumentum deſumen-
do, qui in vigente ætate conſtituti, vitam cum morte commutarunt: putant enim, na-
turam huiuſmodi actionem indignè ferre, ac propterea curare, vt Anatomici tanquam
ſuæ fabricæ deſtructores, breui tempore decedant.

Haud equidem ex vniuerſo mortalium cætu aliquem reperiri exiſtimo, qui inficias
B eat, quin hæc Anatome actiua continuum atque indefeſſum ſtudium & laborem, tàm
mentis, quàm corporis expoſtulet; nam non ſolùm in hominum cadaueribus exerceri
oportet; verùm & in alijs cuiuſcunque generis brutorum, quod laborioſiſſimum eſt
opus. Iulius Caſſerius Placentinus exemplo eſt, qui multum temporis, & laboris con-
ſumpſit in Anatome laringis, & aurium animalium brutorum, at cum exiguo fructu.
An verò dicendum ſit ob deprauatum quẽdam, ac peruerſum vſum hominum Anato-
men minus neceſſariam, vilem, & abiectam videri, adeò vt qui eam exercent, veluti
ſtudioſorum fæces exiſtimentur: hinc in quibuſdam Academijs parui penditur, in non-
nullis alijs, ne cogitatur quidem de ea, & denſiſſimis tenebris inuoluitur. Philoſophi
enim & Medici circa alias partes ſuarum ſcientiarum ſeſe occupant, quarum benefi-
cio, & commodiùs rei domeſticę proſpicere, & ſublimiores honorum titulos ſibi com-
parare poſſint: quod ſi anatomica actio, eiuſque interpretatio magnifieret, nec non
vſus Anatomes auro & argẽto remuneraretur; denique ſi eodem numero haberentur,
quo illi, qui primas cathedras ſibi vſurpant, non eſt dubium, quin plurimi Philoſophi
C ac Medici relictis alijs, vni ſe huic ſtudio deuouerent, talique ratione labor ingens, &
ſtudium acerrimum, ſuauiſſimum amore pecuniæ redderetur, paritérque ſordities tol-
leretur, atque inhumanitas humaniſſima euaderet.

Hanc ergo Anatomen actiuam, cùm à pauciſſimis, & ferè nullis tractatam viderem,
quadraginta ab hinc annis in flore iuuentutis exiſtens, & hoc ſtudio mirificè mihi ar-
ridente, methodo quadam, reguliſque, nec non præceptis, ex Gal. lib. de Anatom. ad- "
miniſtr. deſumptis, à Veſalio, libro humanæ fabricæ etiam ſeruatis, ſcriptis delineaui: "
ſed variè diſtractus ad finem perducere nequiui. Verùm cùm eam Anatomes partem "
excolere tentauerim à pauciſſimis obſeruatam, quæ in capite celebratur: cumque hæc
duobus fiat modis, vno quidem, qui ab omnibus communiter obſeruatur; altero verò
qui à nullo; priori tanquam ab omnibus pertractato, & adminiſtrato prætermiſſo, alte-
rum amplexus ſum, qui fit in cerebro baſi capitis ſurſum reuoluta: quem curaui (quã-
tum hoc tempore præſtare valui) & inſinuare, & ad perfectionem reducere. Hinc
attuli præcepta in ſectione ſeruanda, quomodo ſcilicet caput ſit præparandum, & in
D ſuas partes methodo quadam diuidendum; deinde quæ in hac adminiſtrandi ratione
inueneram figuris quibuſdam declarare curaui; quibus demonſtratur, præter aliorum
omnium Anatomicorum opinionem, cerebrum totum intus excauatum eſſe, omneſ-
que neruos à ſpinali medulla ortum ducere, quas quidem figuras, cùm apud me
habeam, ne deperdantur aut deprauentur, ſatiùs duxi ad communem vtilitatem, &
ad excitanda aliorum ingenia, ſimul cum alijs rebus, typis mandare.

Doleo me non potuiſſe, quam decreueram quadraginta abhinc annis methodum
Anatomes actiuæ ad perfectum finem perducere; fui enim coactus in Galliam, vt Illu-
ſtriſſimi Cardinalis Segæ Conciuis, & Domini mei curationi præeſſem, proficiſci, ibi-
que ſine fructu in hoc genere ſtudij per triennium morari: poſt regreſſum meum in "
patriam, ab Illuſtriſſimo Meſſanenſium Senatu in prima cathedra eius Gymnaſij, "
vt Medicinam publicè interpretarer accerſitus ſum: quo in loco futurum rebar, vt per
ocium res anatomicas cõtemplarer, & ad libitum, ſingulis annis ſemel, ſtato tempore,

diſceptationes anatomicas aggrederer, vt fieri conſueuit in celeberrimis Italiæ Aca- E
demijs. Verùm quia conſideratio Anatomes nudis verbis, atque admiratione quadam
hic commãdatur; re autem verà, exiguo loco collocatur, nam 24. annorum interuallo,
ſolùm bis Anatomen exercui, nec cõmodè, ſed tumultuosè, & maxima cũ difficultate.
Cùm igitur caſum deploratum intuear, nec ſpes inſtituti mei exequendi affulgeat; tum
quia non locus, neque tempus id concedat, ætaſque ſenilis obſtet: pauca hæc de acti-
ua Anatome capitis; (baſi illius ſurſum reuolutà) quæ dum iuuenis eram, (vt ſuperius
dictum eſt) ne obliuioni traderentur, decreui prælo ſubijcere.

Hæc tamen antequam aggrediar, nonnulla tanquam prologomena præſabor in
ſtudioſorum gratiam: primò quidem inquiram, quid ſit Anatome; deinde quibus hæc
ipſa opem ferat: tertiò tractabo de antiquitate, inuentione, & ipſius in hunc vſque diẽ
progreſſu: quartò quod ſit ſubiectum Anatomes: quintò quis ſit ordo in Anatome
tradenda: poſtremò quæ ſint conditiones requiſitæ Anatomico aperiam.

De definitione Anatomes. Cap. I I. F

DVas reperio Anatomes definitiones, aut deſcriptiones in libris Iſagogicis Ga-
leni; vnam lib. finitionũ Medicarũ; alteram libro introductorij, qui Medicus
inſcribitur. Prior eſt, quod Anatome ſit abditarum partium ſpeculatio: altera
abuſiuè quidem dicitur externarum corporis partium, & particulariũ cõmemoratio;
propriè verò internarum, cum ſermone explicatio. Vtramque hanc definitionẽ con-
ſiderans Matthæus Curtius Papienſis, vir Doctiſſimus, qui olim in publico noſtro
Bononienſi Gymnaſio Medicinam practicam primo loco interpretatus eſt: ſuper
Mundini Anatomen in Procemio colligit ex prædictis definitionibus hanc vocem
Anatome, ſumi dupliciter, vno modo impropriè, & præter vſum: alio modo propriè.
Anatome primo modo ſumpta intelligi debet de partibus externis, ita vt qui partes ex-
ternas enumerat corporis, Anatomen facere dicatur; alio modo de partibus internis
tantum dicitur, quare qui circa partes internas ac abſconditas ſpeculatur, aut eas ſer-
mone explicat; ille Anatomen propriè celebrare exiſtimatur. Vnde Anatome non di- G
cit ſectionem, ſed explicationem partium ſermone, aut earundem ſpeculationem.

Probat hoc ex Galeno, qui libros alios de Anatomia ſcripſit, alios de aggreſſibus
anatomicis; nihil in libris de Anatomia de ſecandi ratione tradidit, vt patet tertio
artis Medicæ, vbi libros ſuos in hunc ordinem redegit: verba autem eius formalia ſe-
„ quens textus demonſtrat. *Sed quia, quæ per Anatomen oſtenduntur, maximè conſerunt;*
„ *oportet eum exerceri in libris, inter quos præcipuè vtilis eſt liber de Anatomia oſſium, proxi-*
„ *mè de Anatomia venarum.* Verùm exerceri in libris nihil aliud eſt, quàm ſpeculari ſu-
per his rebus, quæ in ijſdem libris ſcripta reperiuntur; ſed hi libri quos Galenus in-
ſcripſit de Anatomia, ſermonem habent de internis partibus; vt eſt liber de Anato-
mia venarum, neruorum, oſſium, & id genus partium internarum. Quare ex Galeni
ſententia apparet concludendum eſſe Anatomiam partium internarum, ſpeculationẽ,
vel earundem ſermonem eſſe. In libris verò de aggreſſibus anatomicis nihil idem
Galenus de partibus tradidit, niſi in ordine ad ſectionis regulas: quare differentiam in-
ſtituit inter Anatomiam, atque ſecandi rationem; nec obſtat nominis etymologia, H
quæ ſignificare videtur non quidem ſpeculationem, ſed reſectionem; nam id verbum
compoſitum eſt, ex ἀνὰ & τομή. Τομή nihil aliud ſignificat, quàm ſectionem, ἀνὰ verò
vt plurimũ, vel rurſum, vel re: ita vt ἀνατομὴ ſit quaſi iterata ſectio, quæ fit poſt ſectio-
nem realem; vt ſi quis de partibus inciſis, ac diuiſis ſermonem habeat, illud ſit ἀνατέμνειν,
id eſt reſecare, cùm Author introductorij dicat ἀνατομήν, id eſt reſectionem, vel explica-
tionem partium corporis humani: atque ita Galenus vtitur hac voce ἀνατομή, pro ex-
plicatione partium humani corporis, quo ad ſitum, ordinem, atque vſum; qua propter
cùm in primo de anatomicis aggreſſibus capite ſecundo iuuenes ad Anatomię cogni-
„ tionẽ hortatur, his verbis vtitur. *Oportet ipſis oculis eſſe acerrimum ſpectatorem eorum;*
„ *quæ tunc temporis Alexandriæ tradebantur.* Ex quibus concludendum eſt; hunc termi-
num Anatomia, à Galeno ſumi pro explicatione partium corporis humani, quæ quan-
doque fit per inſpectionem, quandoque per ſermonem; hæc Curtius. Ex eius quidem
diſcur-

Digitized by Google

A diſcurſu, colligere vnuſquiſque facilè poteſt mentem Galeni eſſe, quod Anatome ſit
partium declaratio quædam per ſermonem, ita vt aliud ſit loqui de Anatomia, aliud
de diſſectione: nam Anatome ea quæ partibus ſecundùm naturam inſunt, declarat;
diſſectio verò comprehendit regulas ac adminiſtrandi rationem.

Sed Curtius hallucinatus eſt hoc in loco, nam illa diuiſio librorũ Galeni penès Ana-
tomiam, & rationẽ ſecandi falſa eſt, quã ipſe allegat: cùm omnes libri, quos ille de par-
tiũ cõſideratione ſcripſit, ad Anatomen reducantur, qui quodã ordine ſe conſequũtur,
vt apud ipſummet Galenũ videre licet libro artis paruæ, quẽ citat Curtius capite vlti-
mo, vbi poſtquã ordinẽ poſuerit inter libros ſuos de rebus medicis introducendis, or-
„ dinẽ quoq; inter libros anatomicos aggreditur; dicens. *Poſt hunc in pluribus alijs libris,*
„ *de operationibus animalibus diſſeruimus, ſed quoniam ad earum demonſtrationes non parùm*
„ *conferunt, quæ per ſectionem apparent, in illis priùs ſe exercitari oportet; eſt autem maximè*
„ *vtilis inter alios tractatus ille, qui de ſectionum aggreſſibus inſcribitur; alij autẽ ſunt poſt eum*
„ *plures, duo quidem de diſcordia ſectionis, (hi deſiderantur) vnus de ſectione mortuorum: poſt*
B *quos ſequuntur hi, in quibus agitur de ſectione viuorũ, in alijs verò quibuſdam, particulatim*
„ *ob eos ſcripſimus, qui introducuntur, de oſſibus, de ſectione quoque muſculorum, & neruorum,*
„ *arteriarum & venarum, aliaq; huiuſmodi ex eodem numero exiſtunt, & liber etiam in quo*
„ *quæritur, numquid in arterijs cõtineatur ſanguis naturaliter, qui verò earundem partiũ de-*
„ *monſtrant operationes, duo quidem ſunt, de motu muſculorum, tres autem de thoracis, & pul-*
„ *monis motu: poſt hos liber de voce, de principatu autem animæ, & de omnibus alijs, quæ de*
„ *naturalibus, vel animalibus operationibus in quæſtionẽ trahuntur in longum, ſcripſimus libro,*
„ *qui de dogmatibus Hippocratis & Platonis inſcribitur. Ad eiuſdem generis contemplationem,*
„ *pertinent libri de ſemine ſeorſum inſcripti, & amplius de ſectione ſecundùm Hippocratem,*
„ *quos omnes ordine ſequitur tractatio de vtilitate.* Hæc Galenus.

Ex quibus facilè colligitur, omnes hos libros ad hominis corpus ſpectãtes, ad Ana-
tomen reduci ſecũdùm quendã prioris, ac poſterioris ordinẽ, quaſi quod Anatome ſit
quoddã genus ſub ſe continens hos libros, quorũ alij modum ſectionis reſpiciunt, & in
ordine primi reponũtur; alij partiũ diuerſitatẽ proſequũtur, qui pro partiũ ratione ac
C diuerſitate diuerſimodè inſcribũtur: vt de oſſibus, muſculis, venis, arterijs & huiuſmo-
di. Alij actiones partium ſpeculantur, qui ſunt in tertio loco, & inter ſe quoq; diuiſi pro
actionum diuerſitate ac dignitate. Alij denique vſus earundem partium ſpeculantur,
qui adhuc ab inuicem differunt, prout varios partium vſus declarant. Falſitas Curtij
deprehenditur ex loco Galeni citato, qui ab eodem deprauatus eſt, vt in ſuam opinio-
„ nem duceret; nam vbi in codice Curtij legitur. *Sed quia quæ per Anatomiã oſtenduntur,*
„ *maximè conferunt,* in Galeni libris hæc habentur verba, *ſed quoniam ad earum demon-*
„ *ſtrationes non parum conferũt, quæ per ſectionem apparent*, & rurſus apud Curtium legitur
„ *oportet eum exerceri in libris, inter quos præcipuè vtilis eſt de Anatomia oſſium liber, proxi-*
„ *mè de Anatomia venarum.* Galeni verò textus ſequitur, *in illis prius exercitari oportet,*
eſt maximè vtilis inter alios tractatus, qui de ſectionum aggreſſibus inſcribitur. Ita vt ve-
lit Curtius ſenſum Galeni eſſe, vt, quæ oſtenduntur per Anatomen, ſint vtilia, proinde
anatomicos libros eſſe conſulendos, in quibus Anatomia tractatur, inter quos primus
omniũ eſt liber de oſſibus: eſt tamẽ verus ſenſus Galeni ad cõſequendã demõſtrationẽ
D operũ naturaliũ corporis; oportere ſe exercere in ſectionibus, quę res, vt probè digno-
ſcatur, maximè vtilis eſt ille tractatus, qui de aggreſſibus anatomicis inſcriptus eſt: &
hoc eſt, quia hic liber dat ſecandi regulas: proinde ab eo eſt exordiendum.

Cùm igitur abundè demonſtratum ſit ex eiuſdem Galeni verbis, ſuos libros anato-
micos non eſſe ea ratione diuiſos, vt ſenſerat Curtius; videndum modò eſt, an hic ter-
minus Anatome à Galeno accipiatur pro explicatione partium corporis humani, quæ
quandoque fit per inſpectionem, quandoque per ſermonem; quod ſanè non debet re-
uocari in dubium, nam vt ſupra dictum eſt, Galenus anatomicos libros in quatuor or-
dines diuiſit, in quibus de partibus, de actionibus earundem, ac vſibus multa diſſeruit:
non poſſunt enim de illis rebus aliqua dici, niſi per ſermonem explicentur, nec aliquid
certi determinari poteſt, niſi inſpiciantur aliqua, vt eſt figura, magnitudo, numerus,
connexio, cõformatio, ſeu ſtructura, colores, durities, mollities; & id genus plura. Quam
ob rem abſque vlla dubitatione hic terminus Anatome, ſumitur ab eodem Galeno,

pro

Google

pro partium explicatione,quæ fit, & per ſermonẽ,& per demonſtrationem,de his quæ E
dicta ſunt. Præterea idẽ terminus latiori interdũ ſumitur vocabulo,quippè qui præter
iam dicta, ſectionem cadauerum, ac viuorũ animantiũ, nec non & modum amplecti-
tur ſectionis: deniquè,magis, propriè accipitur à Galeno, pro ea functione manuali,
circa cadauera ac animalium corpora,& pro recta eius adminiſtratione;quod patet ex
diuiſione,quam ipſemet ſuorum librorum tradit: vbi prius tractat de aggreſſibus ana-
tomicis, in quibus & regulæ, & ſectionis norma traditur, quæ cæteris alijs libris ana-
tomicis præmittitur. Quare primò Anatome dicitur de ſectione, & modo ſectionis;
ſecundariò de illa partium explicatione, per oſtenſionem; tertiò, de explicatione,
quæ fit per ſermonem; quartò de ſpeculatione, quæ poſt explicationem, ac oſtenſio-
nem de vſibus & actionibus partium habetur.

Eſt tamen animaduertendũ duplicem eſſe partium oſtenſionem, aliam per ſe, & eſt
quando ſectionem aliquam in cadauere molimur,poſt quam oſtendimus figuram, ma-
gnitudinem, ſitum, & reliqua, vt dictum eſt ſuperius;aliam verò eſſe Anatomen quam
Græci κατὰ περίπτωσιν appellant, hoc eſt quæ caſu accidat, vnde oſtenſio caſualis appella F
tur, & eſt quãdo in magnis quibuſdam vulneribus partes deteguntur, quæ conſpici
poſſunt, vt quando ingruenti aliqua peſtilenti lue, carbunculi oriantur,ſub quibus par-
tes non ſolùm cute, ſed etiam carne priuentur;quod in pluribus Aſiæ Ciuitatibus con-
tigiſſe narrat Galenus, primo de aggreſſibus anatomicis,capite ſecundo. Et hæc oſten-
ſio fit in viuis quidem hominibus,ſed malè habentibus,vel vulneribus, vel carbunculis,
vel quopiam morborum genere afflictis: quò partes aliquæ ſub cute,& carne conſpici
poſſint; in vtroque hoc Anatomes modo partes oſtenſione declarantur. Quamuis in-
humana hæc ſit,& inutilis,nec vnquam obſeruanda.

Cæterùm & illa declaratio, quæ fit per ſermonem duplex quoque eſſe poteſt; vna,
qua declaramus corporis externas partes;alia verò qua internas docemus:prima cùm
ſectionem,id eſt actionem illam ſecandi præcedat, meritò abuſiuè Anatomia dici po-
teſt, cùm eam ſecundùm noſtrum dicendi modum etiam Anatomen appellemus,quæ
ad pictores, vel ſculptores ſpectat. Patet igitur, hoc vocabulum Anatome, tanquam
genus quoddam ſtatui à Galeno, ſub ſe varias Anatomes ſpecies continens, quæ inter G
ſe diſtinguuntur pro vario conſiderandi modo: & licet idem ſubiectum in vniuerſum
conſiderent, particularia tamen ſubiecta ſibi acquirunt, prout varias partes ſpeculan-
tur, vel declarant.

Cùm verò tot partes habeat Anatome,non poteſt illi definitio aſſignata conuenire,
definit enim ſaltem vnam ſpeciem,quæ declarat partes corporis internas, vel demon-
ſtratione, vel ſermone, quam etiam Gabriel Falloppius, vt diminutam refellit, libello
„ de oſſibus cap. 3. & aliam in medium adducit,quæ eſt. *Anatome eſt ars, vel habitus ani-*
„ *mi, quo optima cum theoria omnes, vel minutiſſimas corporis internas,ac externas particu-*
„ *las diuidere poſſumus; ob id, vt quæ, ſenſu in his partibus dignoſcenda ſunt, verè pateant.*
At hæc Falloppij definitio non ſufficiens eſt; quippè ſolùmmodo eam Anatomes
partem declarat,quæ ſenſui viſus ſubijcitur, relinquens eam, quæ ad diſcurſum & ra-
tionem ſpectat.Nobis igitur conandum vnam definitionem excogitare, integram na-
turam ipſius exactè declarantem, quam forſan reperiemus, ſi ad ea, vnde veræ de-
finitiones accipiuntur, recurramus. H

Ex Peripateticorum ſchola habemus, definitiones rerum ſumi à ſubiecto, & à fine,
& ab vtroque,proinde indagandum nobis eſt, & ſubiectum Anatomes, & finis quem
ſibi præſcribit, vt inde eius integram definitionem elicere valeamus. Subiectum eſt
corpus animatum, aut cadauer, ea ratione conſideratum, quatenus eſt in ſuas partes
diuiſibile, quod duplici modo fieri poteſt; vel ſectione ipſa reali, ac manuali, vel in-
tellectuali,nam & cadauer,& corpus animatum diuidi vtroque modo poteſt, quamuis
in corpore viuo non poſſint omnea partes abinuicem, vt par eſſet ſeiungi & ſeparari.
Finis duobus modis conſideratur, vel vt reſpicit Anatomen præciſè conſideratam,
vel vt reſpicit eandem,quatenus eſt pars Medicinæ; ſi primo modo accipiatur varius
eſt, nam vnus eſt, vt addiſcantur regulæ, & præcepta rectè ſecandi; alter gratia ſcien-
di & cognoſcendi corporis ſtructuram, partiumque ad inuicem compoſitionem: ter-
tius, vt vniuſcuiuſque magnitudo, ſitus, figura, numerus, connexio, & alia id genus

cogno-

A cognoſcantur, alijs ſermone declarentur atque demonſtrentur;tandem vt ea,quæ ſub
ſenſum non cadunt, vt eſt actio, vſus,atque temperamentum, ipſarum partium ſpecu-
latione acquirantur. Vt verò Anatome eſt pars Medicinæ, finis ipſius eſt ea omnia in
eodem ſtatu naturali conſeruare, & vbi aliqua ex parte ab eo collapſa ſunt in priſti-
num ſtatum reducere.

His ita prælibatis, ac pro fundamento iactis, ſic ipſam definiendam cenſeo. Anato-
me eſt animæ habitus quidam rationalis, quo partes corporis ſuperficie poſitas inter
ſe diſtinctas cognoſcimus, alijſque ſignificamus, ac methodo quadam per ſectionem,
ſitum partium omnium internarum, ac reliqua ſecundùm naturam illis inſita, ſenſui
expoſita exploramus, ac omnia per ſectionem inuenta voce exprimimus. Hæc autem
definitio Anatomen declarat, quoad omnes conditiones partis actiuæ: nam Anato-
micus actionem hanc dum molitur,debet prius nomina, ac ſitus partium externarum,
nec non & earum limites indicare, ac voce aſſiſtentibus exprimere: ſecundò ad ſectio-
nem accedere, ſitumque partium, magnitudinem, figuram, numerum, colligantiam,
B ſubſtantiam,colorem,& reliqua omnibus demonſtrare, ac voce exprimere. Cæterùm
cùm præter iam dicta, quæ ſenſu iudicantur,alia partibus inſint ſenſibus non ſubiecta,
vt ſunt temperamenta, actiones, atque vſus, ratiocinatione, ac diſcurſu procedendum
eſt, vt innoteſcant, ac proinde ad partem ſpeculatiuam pertinent, quæ ab effectu ve-
luti ducta, actiones,atque veros vſus partium, ac earundē temperamenta nanciſcitur:
quod facilè ex Galeni librorum diuiſione allata vnicuique apparet. Quamobrem
huius partis definitio talis eſſe poteſt: Anatome eſt habitus animæ rationalis, ac con-
templatiuus, quo partium temperamenta, actiones, ac vſus ſpeculamur. Et quamuis
omnino diſtinctæ hæ partes Anatomiæ videantur,vt conijci poteſt ex allatis his defini-
tionibus, nihilominus ſub vnica vniuerſaliori ambas comprehendi poſſe exiſtimo, ſi
hoc modo dicamus: Anatome eſt habitus quidam rationalis per ſectionē cadauerum,
aut corporum animalium acquiſitus, quo omnium humani corporis partium ſtructu-
ram exactè cognoſcimus. Dicitur habitus per ſectionem acquiſitus, ad differentiam
illius, qui per libros acquiritur; dicimuſque per quem exactam ſtructuræ partium co-
C gnitionem habemus, ad differentiam illius habitus acquiſiti per libros, quo etſi ſtru-
cturam partium agnoſcimus, non tamen veram & exactam cognitionem habemus,
quemadmodum ea eſt, quæ ſenſu acquiritur. Erit igitur hæc definitio, ſeu Anatomes
deſcriptio ſatis apta; nam huius rei naturam dilucidè explicat per materiam & finem:
materia eſt cadauer; finis, vt partium illius ſtructura dignoſcatur.

Sed quid ad Galeni definitionem? dicendum puto Anatomen duplicem eſſe: alia
enim eſt docens, alia vtens; Anatomia vtens ea eſt, quæ à nobis eſt definita, & nihil
aliud conſiderat, niſi ſectionem ea ratione, qua dictum eſt, vt videlicet ſtructura di-
gnoſcatur. Docens rurſus duplex eſſe poteſt; alia actiua, alia contemplatiua; Docens
actiua eſt ea, quæ ſenſu demonſtrat,ac voce exprimit omnia, quæ ſecundùm naturam
partibus inſunt, quæ ab vtente illa Anatome inuenta fuerunt, eaque eſt varia pro va-
rietate partium,quas exprimit. Contemplatiua eſt,quæ actiones, vſus, ac temperamē-
ta partium ſpeculatur,quæ etiam varias actiones conſiderat, ſed non ſolùm actiones,
verùm & facultates; poteſt quoque eſſe varia pro varietate rerum, quas ipſa perſcru-
D tatur. Actiuæ docentis ea eſſe poteſt deſcriptio, quæ ſuperiùs in introductorio tradita
fuit, ſcilicet quod ſit partium internarum cum ſermone explicatio. Contemplatiuæ
verò ea eſt, quæ lib. defin. medic. habetur: quod ſit partium internarum ſpeculatio:
omnes tandem in hunc finem tendunt, vt quæ conſiderant, dignoſcantur. Prima enim
methodum rectam ſecandi docet; ſecunda verſatur circa partium ſitum, magnitudi-
nem, numerum, figuram, compoſitionem, ſubſtantiam, connexionem, colorem, & id
genus; tertia circa facultates, actiones, temperamenta, atque vſus, in hunc finem, vt in
ſuo naturali ſtatu conſeruari poſſint, ac vbi exceſſerint, corrigantur.

Quod ſi quiſpiam aliam adhuc cupiat definitionem, quæ vtentem, & docentem
Anatomen ſimul complectatur, ſic deſcriberem: Anatome eſt rationalis, ac methodi-
ca humani corporis partium diſſectio, earundem ſitus, figuræ, numeri, compoſitionis,
ſubſtantiæ, connexionis, & talium paſſionum demonſtratio; ac voce explicatio acci-
dentium & conſequentium, nec non & earundem facultatum, actionum, vſuum, ac
tempera-

temperamenti ſpeculatio. Cùm verò hæc ipſa Anatome ſic conſiderata ſit Medicinæ E
pars idem ſubiectum conſiderans, immo ſit Medicinæ primum fundamẽtum, eundem
quoque finem habeat eſt neceſſe: Finis autem eſt, vt ſanitas conſeruetur & amiſſa recu-
peretur; hinc ſi finem iſtum deſcriptioni addiderimus, vniuerſam definitionem illius
per materiam & finem habebimus; quæ talis erit. Anatome eſt rationalis ac methodi-
ca corporis humani primùm diſſectio partium, earundem demonſtratio, ac ſermone
explicatio necnon etiam ſpeculatio, vt illæ in ſuo ſtatu conſeruentur, ac ſi labantur, ad
priſtinum reduci poſſint. Hæc vera eſt, vt arbitror huius artis ſiue facultatis, aut Medi-
cinæ partis definitio per materiam & finalem cauſam tradita. Nota quod addita ſit illa
particula, primùm, vt inde cognoſcamus, aliorum cadauerum ſectiones eſſe factas in
gratiam corporis humani.

De vtilitate & neceſſitate Anatomes. Cap. III.

ANatomen vtilem eſſe omnibus literarum ſtudioſis clariſſimũ eſt; & pri- F
mò Theologis, Galeni teſtimonio, libro 3. de vſu. part. cap. 10. nec non
17. cap. 1. ex quibus locis habetur, Theologos contẽplando res anato-
micas in Dei Opt. Max. cognitionẽ venire: nam perpendentes in hac
carnis, oſſium, ſuccorumque compage habitare mentẽ Diuinam opifi-
cis omnipotentiam, infinitam bonitatem, & inuictam ſapientiã facili
negotio aſſequuntur: cuncta enim feciſſe, quæ voluit, virtutis eſt inuictæ, & inſupera-
bilis; omnibus creaturis liberaliter neceſſaria elargitum fuiſſe, ſummæ bonitatis eſt
ſpecimen: inueniſſe autem ita, quo pacto omnia adornata ſunt, ſummam denotat ſa-
pientiam; atque iſta ſunt ea attributa diuina, quæ ex Anatome actiua Theologis repræ-
ſentantur, ad confirmandum inſtitutum noſtrum pertinentia.

Medicis omnibus tàm Phyſicis, quàm Chirurgis non ſolùm Anatome vtilis eſt; ſed
neceſſaria, illis quidem vt per eam internarum partium conformationem, ac ſtatum
naturalem cognoſcant; nam in curandis morbis clamat Galenus, id quod ſecundùm
naturam eſt, pro ſcopo habendum; id autem non niſi per Anatomes inſpectionem ha- G
beri poteſt. Deinde quis eſt ille Medicus, qui poſſit intelligere libros Galeni, nempè de
Hippocratis & Platonis decretis, de vſu partiũ, de ſemine, de naturalibus facultatibus,
de ſanitate tuenda, de locis affectis, de differentijs morborũ, de cauſis eorundem, de dif-
ferentijs ſymptomatum, & de cauſis ipſorum, de anatomicis aggreſſibus, nec non & re-
liquos, tùm etiam aliorum authorum, tàm Medicinæ, quàm Philoſophiæ volumina cũ
fructu peruoluere abſque Anatomes præexiſtente cognitione? Medicis verò Chirur-
gis neceſſaria eſt; nam ſi in corpore manuum opera agenda veniat, ex frequente Ana-
tomes adminiſtratione addiſcunt, quo in loco tutò operandum, & quantum; & num ſit
ab operatione deſiſtendum: ſcribit enim Galenus lib. 1. de anatomicis adminiſtratio-
nibus cap. 2. memoriam rerum, quæ ſenſibus noſtris patent, aſſiduam requirere con-
ſuetudinem: hinc apparet, quod inter homines, illos celerrimè agnoſcimus, quibus fa-
miliariter vtimur, qui verò ſemel atque iterum viſus longiori temporis interuallo no-
bis occurrit; eum ruſus præterimus, quòd antea conſpexerimus immemores: ita vt
Chirurgis opus ſit continuò verſari circa Anatomen actiuam. H

Philoſophis verò tàm naturalibus, quàm moralibus non exiguam vtilitatem adferre
poteſt Anatomes cognitio, nam Philoſophi naturales habentes cognitionem corpo-
ris humani, quod eſt metrum, ac regula omnium mixtorum, tùm animatorum cùm etiã
anima carentium; poterunt duci in cognitionem aliorum, & vt dicebat Galenus 17. de
vſu partium cap. 1. eum qui totius naturæ ſcientiam ſibi comparare ſtudet, oportere
his ſacris initiari; quo viam ſtratam, ac facilem habeat, ad libros intelligendos, in qui-
bus de rebus naturalibus pertractatur, vt eſt apud Platonem Timæus, apud Ariſtotelem
ferè omnes libri, ſed maximè de hiſtoria, de partibus, de generatione animalium, de
ſenſu & ſenſibili, de anima. Moralibus quoque Philoſophis maximè vtilis eſt hæc con-
templatio; nam vbi obſeruare voluerint mirabilem corporis humani partium ſympa-
thiam, conſpirationem vnam, mutuaque inter ſe officia, quæ ſine vllo auaritiæ ſtimu-
lo ſua non ſibi reſeruant, ſed liberaliter alijs communicant; omni procul dubio appeti-

tus,

Digitized by Google

A tus, tàm concupiſcibiles, quàm iraſcibiles, immoderatos, irrationaleſque coërcere ſtudebunt, vt quæ in animo ſunt ac corpore, omnia ſibi ad inuicem conſentiant, nimirum inferiora ſuperioribus debitum obſequium ferant, ac inde virtutes morales prodeant. Legislatoribus, ac ciuitatum Gubernatoribus vtilitati quoque eſt; nam ante oculos, & mentes ipſorum paruæ cuiuſdam reipublicæ rectè conſtitutæ, & æqualiter adminiſtratæ paradigma, & imago obijcitur; vt à Platone 4. dial. de Repub. ſcriptum eſt, quo in loco ne dum hominis animam, ſed ipſius corpus, quoad membrorum principatum, famulatum, mutuam ſubordinationem, conſpirationemque, exiguam quandam rempublicam repræſentare ſcripſit.

Sed non ſolùm literarum peritis Anatome prodeſt, verùm omni hominum generi; Militibus enim quandoque vtilitatem afferri poteſt, quod apud Homerum Vliſſis teſtimonio confirmatur, qui Cyclopi inſidiaturus excogitabat impellendum eſſe enſem in eam thoracis partem, qua vena caua phrenibus alligata eſt, quo ictu ſperabat id Cyclopi euenturum, quod arbori contingeret, ſi per medium ſecaretur. Pictoribus quoque,
B & Sculptoribus proficuam eſſe omnibus notum eſt; nam varios muſculorum motus, variaque externarum partium delineamenta obſeruantes ſuas picturas, vel ſculpturas his illuſtrant, & elegantiores reddunt. Tandem qui Anatomes habet cognitionem in ſui ipſius notionem peruenit, & quiſquis ſe ipſum cognouerit, omnium rerum cognitionem habebit, cùm in hoc Microcoſmo omnium rerum ſimulacra, ac ideæ adſint. Ferunt ſapientiſſimum Socratem quondam dixiſſe furori, ac dementiæ proximum eſſe ſuprema inquirere, & aliena perſcrutari, his ignoratis quæ in nobis ſunt. Et Aulus Gellius lib. 18. noct. Attic. cap. 10. ſcriptum reliquit hominibus liberis, liberaliterque inſtitutis turpè eſſe, ne quidem cognouiſſe ad notitiam noſtri corporis pertinentia.

De antiquitate, inuentione, & in hunc vſque diem progreſſu Anatomes. *Cap. IV.*

C ANtiquiſſima eſt Anatomes inſpectio, eiuſque cognitio, Homeri namq; temporibus, vt paulò ante dicebam, vſu recepta fuit. Fallop. in eo lib. Gal. de oſſibus inſcripto, quem ipſe eſt interpretatus, antiquitatem Anatomes quæritans locum Hippocratis in Epiſtola quadam ad Damagetum affert; in qua Hippocrates ſcribit ſe Democritum inuiſiſſe varia corpora animantium diſſecantem ad atræ bilis naturam, ac ſedē (quam putabat delirij eſſe cauſam) inueniendam. Sed hic locus non eſt tàm antiquus, vt ille à nobis ſupra citatus apud Homerum, qui ante Chriſtum natus fuit annos 1089. ſcribentem ab Vliſſe venam cauam, qua diaphragma tranſiens cor ipſum adit, in corpore Cyclopis diſſectam fuiſſe, quod ſignum eſt certiſſimū tunc temporis Anatomen fuiſſe cognitam, alioquin nec Vlyſſes, neque Homerus venæ huius peritiam habere potuiſſet: longè igitur antiquior eſt hæc authoritas, quàm ſit illa ex Hippocratis Epiſtola, vbi Democriti fit mentio corpora diſſecantis, qui vixit ante Chriſtum natum 492. annos, vt habetur lib. 2. ſuppl. Chronic.

Cæterùm & hæc Epiſtola, quæ ſub nomine Hippocratis, circumfertur ſuſpecta eſt
D mihi, primùm quia Diogenes Laërtius lib. 9. in vita Democriti ſcribit illum nequaquā ridentem, quamuis concedat ab Hippocrate fuiſſe viſitatum (non quidem, vt ipſum ſanaret) quo tempore iam Democritus erat decrepitus, nec amplius aptus ſectioni cadauerum, nam Hippocrates 436. annos ante Chriſtum natus; Democritus verò 492. vt dictum eſt ſupra; ita vt Democritum natiuitate ſecutus ſit Hippocrates 56. annis: & dum ſiue ad videndum ſiue ad ſanandum eum conueniret, vigeſimum quintum annum attigiſſe ſaltem veriſimile videtur, cùm tunc temporis Hippocrates iam Medici famam adeptus erat, quàm non poterat niſi per longum temporis curſum, & varia experimenta in Medicina facta ſibi comparare: vide Laërtium ſcribentem ex Athenodori authoritate; quod cùm Hippocrates ad Democritum acceſſiſſet, Democritum iuſſiſſe lac adferri, quo inſpecto dixiſſe; & capellæ primi partus, & nigræ eſt, quod in maximam admirationem traxit Hippocratem, & impulit ad iudicium ferendum ſummæ illius ſapientiæ, ac diligentiæ: ex quo conijcere poteritis, quod Hipp. tale iudicium non rectè

ſuiſſet, niſi & ipſe tunc temporis ad aliquod ſcientiarum faſtigium perueniſſet, ad quod E
nemo adijt ſine multorum annorum reuolutionibus; præteribat igitur Hipp. annum
25. cum Democritum conueniſſet, atque ideo Democritus ipſe iam erat plus minuſue
octogenarius, & per conſequens minimè accomodatus ad animalium corpora diſſecanda, vt anatomica requirit adminiſtratio. Sed ad probandam prouectiorem Hippocratis ætatem, & maiorem ſenectam Democriti, eiuſdem Laertij teſtimonium extat dicentis; vltimum, quod in vita Democriti legitur dictum, aut factum, fuiſſe illam cum Hippocrate collocutionem; atque annum 109. agentem ab huius vitæ ſtatione deceſſiſſe. Et hæc ſunt, quæ epiſtolam hanc Hippocratis titulo inſcriptam, mihi ſuſpectam reddunt.

Sed argumentum maioris antiquitatis Anatomes deſumo à Plinio ſcribente lib. 6. cap. 2. in Aegypto adeò familiarem fuiſſe, vt ipſi Reges eam exercuerint mortuorum cadauera ſecantes, quò morbos ſcrutarentur. atqui Aegyptij antiquiſſimi fuerunt; nam Regnum ipſorum cepit anno Mundi 2773: quod poſtea à Cambiſe ſub Regnum Perſarum tranſlatum fuit anno 4070. vt lib. 2. ſuppl. Chron. habetur: at Aegyptij in F
omni genere ſcientiarum excolendo diligentiſſimi, ac omnium primi fuerunt, à quibus Græci omnia deſumpſerunt; hinc ad Latinos cuncta delata ſunt: igitur facilè apparet Anatomen antiquiſſimam eſſe, cùm 3000. annorum præterierint, & eo plus, quod hæc ipſa ab hominibus excolatur. Quibus conſtitutis, aptè inferendum eſt Anatomen nobiliſſimam, ac omnium diſciplinarum præſtantiſſimam eſſe, in cuius encomijs recenſendis Ciceronianæ, aut Demoſthenianæ eloquentiæ vis, & facultas, nec non quæuis humana lingua deficeret; opuſque eſſet, aut eam ſilentio præterire, aut hymnis (vt dicebat Galenus) canticis, pſalterijs, cytharis, organis, aut alijs celebrioribus inſtrumentis muſicis decantare; vt laudes ipſius ad cælos vſque, quantum humanitùs permittitur, extollerentur. Quod ſi quiſpiam reperiatur, qui Anatomen vilem eſſe affirmet, id non de Anatomia, ſed de ſententiæ latore ferendum iudicium eſſet, authoritate Ariſtot. primo de part. anim. 2. Duplicē ego arbitror fuiſſe cauſam, cur Anatome exerceri ceperit, prima, vt morborum ſedes in noſtris corporibus conſpiceretur, altera vt notitia haberetur, vnde animi paſſiones originem habeant. G

Quem modò progreſſum in hunc vſque diem habuerit, tentandum eſt, quantum fieri poteſt, inuenire. Cùm verò Aegyptij Anatomen exercerent ob morborum (vt diximus) animi, & corporis inuentionem, Philoſophi Græci Aegyptum adeuntes addiſcendi cauſa, Aegyptiorum æmulatione Anatomen excolere ceperunt; longèque maiori ſtudio, ac diligentia eam amplexi ſunt, cùm non ad morborum duntaxat cognitionem, ſed ad eorum curationem, totiuſque corporis ſtructuram aſſequendam ea ſint vſi: atque eò familiaritatis deduxerunt, vt à pueris literarum more per manus haberetur, vt cap. 1. dictum eſt, hæc autem tanquam nauis in turbato mari varijs temporum ſucceſſionibus, diuerſis fluctuationibus, procelliſque agitata fuit, vt nonnunquam florentiſſima, interdum verò ſubmerſa penitùs, atque extincta viſa ſit: poſtquam enim ab Aſclepiadarum familia, apud quam in ſummo honore habebatur, excidit, & ſuam perfectionē perdidit, deinde temporis progreſſu in manus Herophili & Eraſiſtrati venit, qui eam ad priſtinum decorem reducere tentauerunt; ſed contrarius votis ſucceſſit euentus; nam non contenti cadauerum humanorum centena diſſectione, à viuis hominibus non abſtinuerunt; hinc (Celſo teſte) viuos homines ſupplicijs damnatos à Regibus, vt diſſecarent, impetrabant, quorum immanitate & feritate populi commoti H
non modò viuorum hominum, ſed cadauerum humanorum Anatomen, vt fœdam & inhumanam explodendam, atque extinguendam prorſus curarunt; vnde lege ſancitum fuit, vt in eum, qui id genus facinoris patrare auſus fuiſſet, grauiter animaduerteretur, & hæc fuit grauiſſima iactura Anatomes. Galenus verò Herophilo ſuccedens ipſius reſtaurationi, reſarcitionique diligenter admodum ſtuduit, vt frequentiſſimis ſimiarum, aliorumque brutorum ſectionibus eandem ad memoriam hominum reuocaret: ſed ob ſanctionem iam dictam, ſtrenuè obſeruatam, humana cadauera nunquam aut rarò diſſecuit; verùm, vt Anatome non modò conſeruaretur, & in conſuetudinem aliquando, vt apud antiquos illos Medicos, ac Philoſophos abire poſſet, plurima atque doctiſſima de adminiſtrationibus anatomicis commentaria poſteritati ſcriptis mandauit;

ipſius

Digitized by Google

A ipſius tamen diligentia, & admirabilis ſolertia, cùm in Anatome adminiſtranda, tùm
in conſcribendis commentarijs parùm profecit, eò quod poſt ipſum literarum ſtudio-
ſi negligenter admodum rebus anatomicis operam ſuam nauauerint; ita vt obliuioni
interituique donata ad Mundini vſque tempora viſa ſit: & hæc fuit altera Anatomes
ærumna, cùm annorum mille & ducentorum ſpatio, eoque plus delituerit, in quo pau-
ciſſimi Anatomici ſcriptores reperiuntur, & ad verbum omnia à Galeno mutuantes,
vt videre vnuſquiſque poteſt apud Oribaſium, Auicennam, Auerr. atque alios quàm
plurimos, qui ex libris fuerunt non ex adminiſtratione Anatomici.

At Mundinus ſui temporis Medicus præſtantiſſimus, (vt eius propria in Meſuem
commentaria teſtantur) acutiſſimoque præditus ingenio facilè perſpectum habuit
medicam facultatem abſque Anatomes cognitione, ac peritia exerceri minimè poſſe:
quamobrem plurimis humanorum corporum ſectionibus, ab interitu eam reuocare
accuratè admodum operam dedit, quod longo ſtudio, & labore intenſiſſimo tandem
conſecutus, ne denuò ipſa periclitaretur breui, & perquàm docto libello omnia ad
B Anatomen adminiſtrandam neceſſaria egregiè pertractauit; ita vt plus laudis ex ana-
tomicis ſtudijs Mundino, quàm Galeno deberi videatur, ſi quidem Galenus plurima
Anatomicorum ſcripta legit, Mundinus verò omni penitus libro anatomico deſtitutus
fuit: nam Iacobus Carpenſis Berrengarius, qui multo tempore poſt Mundinum vixit,
nullos libros anatomicos, duobus exceptis, repertos fuiſſe teſtatur. Imò dicere auſim
plus beneficij Anatomen à Mundino, quàm à Galeno accepiſſe; Galenus quidem, dum
Anatome labaſceret (liceat mihi ita loqui) per brutorum ſectionem opem tulit; Mun-
dinus verò cadauerum humanorum laborioſa, & frequenti diſſectione eam iam diu ſe-
pultam ex monumento erexit. Et quamuis Galenus plura diſſecandi præcepta docue-
rit, ſparſim tamen & confuſè in ſuis libris de anat. admi. ſcripta reliquit, contra Mun-
dinus ea omnia tanto ordine, tanta facilitate, tamque mirabili methodo, & breuiſſi-
mè perſtrinxit, vt quotquot poſt ipſum Anatomici vixerunt, etiam nolentes ſectati
ſint; cùm nulla alia methodus in Anatomes vniuerſali adminiſtratione ſeruari poſſit:
quæ certè tantæ præſtantiæ, vtilitatis, neceſſitatiſque eſt, vt à grauiſſimis viris viua
C voce in præclariſſimis Italiæ Gymnaſijs, præſertim in Bononienſi declarari merue-
rit, & quod plus eſt, à dicto Iacobo Carpenſi, & à Matthæo Curtio Papienſi commen-
tarijs illuſtrata fuerit. Quamuis inter ſe id diuerſa ratione egerint: nam Carpus, vt eſt
omnium Anatomicorum, quos viderim doctiſſimus, accuratiſſimus & eruditiſſimus,
ita in ſuis dilucidiſſimis in Mundinum commentarijs, omni penitùs contradicendi ſtu-
dio remoto, veri ac fidi interpretis functus eſt officio, nihilque eorum, quæ Ariſtoteles,
& Galenus de anatomicis rebus ſcripſerunt, intactum reliquit, quin examini ſubiecerit,
ac rectè ponderauerit. At ex aduerſo Curtius parùm in rebus anatomicis verſatus,
commentatoris nomen ſibi adſcribens criticum atque acrem nimis (& mea quidem
ſententia) ineptum cenſorem egit, nihil ſe ipſo dignum aduerſus doctiſſimum hunc
authorem afferens.

Sed quid pluribus immoror, Veſalius, qui ſe Anatomē ab interitu reuocaſſe clamat,
multa de nouo reperijſſe iactans, ea omnia à Mundino & Carpo ipſius commentatore
ſurripuit; & ne furti illius quidpiam appareret, diuerſo ordine, elegantiori ſanè, ſed ob-
D ſcuriori ſtilo res anatomicas prolixè nimis pertractauit, Mundinum, & Carpum tan-
quam barbaros ab Anatomicorum cenſu eijcere omni conatus eſt ingenio. Et vt fa-
cilius principem locum inter Anatomicos ſibi vendicaret, figuris quibuſdam (& qui-
dem egregiè factis) Anatomen vniuerſam ad viuum demonſtrantibus vſus fuit; quem
docendi, & ſcribendi modum & ordinem plures ſectati ſunt; vt Falloppius, Columbus,
Valuerda, & alij quaſi in ipſius verba iurantes de Mundino, aut Carpo ne verbũ quidē,
niſi contumelioſè, nec ipſorum ſcripta videntes habuerunt. At neoterici prudentio-
res, & magis cauti Veſalij figuras probantes, & vnicuique, quod ſuum eſt tribuentes,
Mundini methodum amplexi ſunt, vt eſt Vueckerus, Platerus, Caſpar Bahuinus, & An-
dreas Laurentius, quibus addi poteſt Hieronymus Fabritius ab Aquapendente, & Iu-
lius Cæſar Arantius, quorum omnium labore atque opera, nec non & noſtra
induſtria, qui aliquid addidimus, vt ex noſtris Figuris conſpicitur, Anatome tandem
amplior reddita, præſenti tempeſtate ad feliciſſimum portum pertigit. Quare pri-

ſtiouum decorem olim à Mundino comparatum in Academia Bononienſi, etiam nunc E
ſuſtinet, vt meritò in ipſa amplianda, atque excolenda, Academia Bononienſis primas
partes ſibi vendicauerit; nam Mundinus, de quo diximus, Bononienſis fuit, qui Acade-
miam illam omni genere diſciplinarum inſtructam animaduertens, ſtudiorumque Ma-
tris nomine inſignitã: vt proprio marte ornatiorem redderet; primus mortalium hanc
cadauerum humanorum conſuetudinem in ſtudioſorum gratiam inſtituit; à qua dein-
ceps tanquã ab opulentiſſimo emporio, reliquę omnes totius Mundi Academiæ ipſam
deſumpſerunt; quo nomine Mundino tanquam primo inuentori; Senatui verò Bono-
nienſi Mundino opem ferenti, tàm vtilem conſuetudinem amplectenti, omnes
Anatomes ſtudioſi, & Medici potiſsimum gratias referre debent. Atque hæc eſt Ana-
tomes ad noſtra vſque tempora breuiter enarrata progreſſio.

De ſubiecto Anatomes. Cap. V.

ANatomes ſubiectum eſſe corpus humanum vbique decantatum eſt; ve- F
rùm id bifariam conſiderari poteſt, vel quatenus in ſuas partes ſectio-
ne eſt diuiſibile, & hac ratione anatomicæ adminiſtrationis eſt ſubiè-
ctum; vel quatenus inſtrumentum quoddam eſt ex pluribus partibus
organicis conſtructum, & vt ſic ſpeculationi anatomicæ ſubijcitur.
Hoc modo conſideratum oportet, vt vnam, & propriam actionem
habeat, à cæteris partium organicarum actionibus diſtinctam, non ſecùs atque dici-
cimùs oculum eſſe inſtrumentum vnum, vnam edens & propriam actionem, quæ ni-
mirum eſt viſio, de quo in Anatome ſpeculatiua: alio verò modo conſideratũ ſectioni,
& partium inter ſeſe ſeparationi ſubijcitur, nec non declarationi partium per ſectio-
nem inuentarum: atqui cùm partium ſectioni & adminiſtrationi ſubiectarum, aliæ ſint
ſimilares, & aliæ organicæ, in vtriſque neceſſarium eſt aliquid reperiri, quod materiæ,
& aliquid quod formæ proportionem habeat. Fabrica inſtrumentorum proportione
correſpondet materiæ, facultas verò formæ: ad materiam declarandam opus eſt con-
ſtitutionem, ſeu fabricam ſimilarium partium inuenire, quæ conſtat proprietate ſub- G
ſtantiæ, temperamento & qualitatibus temperamentum conſequentibus; quarum ali-
quæ ad tactum, nonnullæ ad viſum, aliæ ad odoratum, quædam ad guſtum ſpectare
certum eſt. Sunt autem huiuſmodi qualitates omnes denſitas, raritas, craſſities, tenuitas,
aſperitas, lenitas, durities, mollities, & id genus, quæ ad tactum pertinent: colores ad
viſum, odores ad odoratum, ſapores ad guſtum, quæ à Galeno ſub nomine neceſſariò
ſubſequentium, eò quod temperamentum ſequantur, comprehenſa ſunt: conſtitutio
verò, ſeu organicarum partium fabrica proprietate compoſitionis, magnitudine, con-
formatione, ſitu & numero decenti conſtat; hæcque à Gal. neceſſariò accidentia, quod
parti iam formatæ, & per formam actuatæ accidant, appellata ſunt. Cum Gal. itaque
dicamus, partium omnium conſtitutionem à conſequentibus & accidentibus digno-
ſcendam eſſe; quæ omnia cùm ſenſui ſubijciantur, per diſſectionem inuenienda ſunt.
Verùm cùm facultas gerat vices formę, nec ſenſui pateat, alia rationę quàm per ſectio-
nem indagandam eſſe exiſtimamus, nempè per actionis cognitionem.

Quam quidem facultatem vnicam eſſe vniuſcuinſque inſtrumenti propriam, ipſum- H
que ad actionem promouentem clariſſimum eſt, nullaque egens probatione; vt *v. g.*
dicimus facultatem viſiuam mouere oculum tanquam proprium inſtrumentum viſio-
nis edendæ: quæ res quemadmodum ſe habet in particularibus inſtrumentis, ita ſe ha-
bere debet in toto corpore, quod eſt inſtrumentum; qualis autem illa ſit facultas to-
tum corpus, vt inſtrumentum eſt, ad propriam actionem conducens, facilè eſt intelli-
gere, cùm ſit anima ipſa; ſed quæ ſit huiuſmodi inſtrumenti propria actio, non tàm
facilè declarari poteſt; opus enim primùm eſt demonſtrare, totum corpus eſſe inſtru-
mentum diſtinctum ab alijs particularibus inſtrumentis. Quòd verò ſit inſtrumentum
comprobatur ex Ariſtotele, primo cap. ſecundi de partibus animalium, vbi dicit totum
corpus à partibus organicis eſſe conſtitutum, nempe ex capite, collo, thorace, duobus
cruribus, & duobus brachijs; quod adhuc clariùs Galenus libro de differ. morb. cap. 4.
demonſtrat, inſtrumenta corporis in quatuor diuidens claſſes, in quarum prima ea
poſuit

Digitized by Google

A poſuit inſtrumenta, quæ ex ſimpliciſſimis conſtant partibus, vt eſt muſculus, qui ex fi-
bris, à neruo, ligamento, & carne ortis componitur; ſecunda verò inſtrumenta voca-
uit ea, quæ ex primis tanquam ex minus compoſitis fiunt, vt digitus ex muſculis con-
flatus; tertio loco enumerauit ea inſtrumenta, quæ ex ſecundis fiunt, vt manus ex
digitis conſtãs. Quartæ claſſis inſtrumenta ea dixit eſſe, quæ ex magis compoſitis fiunt,
nempe ex tertijs inſtrumentis, vt in exemplo, tota manus conſtat ex humero, vlna, at-
que manu extrema.

Hac ſtante Galeni de inſtrumentis determinatione, dico; quod quemadmodum da-
tur inſtrumentum primi ordinis, ex ſimpliciſſimis partibus conſtans; ita quoque veriſ-
ſimum eſt dari vnum inſtrumentum, quod ex maximè compoſitis inſtrumentis confla-
tum ſit; maximè verò compoſita inſtrumenta ſunt illa quarto loco enumerata; ex qui-
bus, eodem Galeno authore totum compoſitum eſt. Sunt autem hæ partes maximè
compoſitæ, quæ totum corpus componunt, tres ventres ſecundùm Galenum; nempè
caput, thorax, atque venter inferior, nec non & artus, tàm inferiores quàm ſuperiores;
B quæ ſunt inſtrumenta quarti ordinis, ex quibus totum inſtrumentum quinti ordinis
erit compoſitum; nec alius modus præter hos compoſitionis inueniri poteſt. Totum
itaque corpus eſt inſtrumentum aptum, natum edere propriam operationem, non ſe-
cùs atque alia inſtrumenta, quod non ſolùm Ariſtoteles & Galenus agnouerunt, ſed &
Auicenna lib. de anim. cap. 1. vbi dicebat animalia inter ſe non modò habitudine, quan-
titate, vel qualitate, aut ſitu, ſed actione, & paſſione differre, quare cùm inſtru-
mentum ſit animatum corpus hominis, neceſſe eſt & ipſum habere aliquam operatio-
nem, qua differre poſſit à brutis animantibus. Iam verò cùm docente Galeno ita à na-
tura comparatum ſit, vt inſtrumenta actionibus idonea vnam habeant partem, quæ
præcipua ſit ad operationem edendam, alias vt cauſas ſine quibus non, alias ad melio-
rem actionem, & alias ad conſeruationem: hæ autem omnes partes reperiuntur in to-
to corpore vt totum eſt: ſequitur itaque quòd totum corpus, vt totum eſt, ſit inſtru-
mentum diſtinctum à cæteris omnibus inſtrumentis.

Quòd verò habeat partem, cui ratio agendi primariò competat, facilè comprobari
C poteſt, nam quemadmodum inſtrumenta primi ordinis, partem præcipuam actionis
ſimplicem habere eſt opus, vt in muſculo eſt fibra, ſic in inſtrumentis compoſitis eſſe
debet compoſita; in inſtrumento autem maximè compoſito, maximè omnium com-
poſitam partem dari valde rationi eſt conſentaneum: hæc autem nulla alia eſſe
poteſt quàm manus, quæ præterquam quod nullam ſimilem in corpore habet, eſt etiã
hominis maximè propria pars, vt Galenus primo de vſu partiũ cap. 8. & Ariſtoteles
precitato loco ſcriptis mandarunt, ea ſiquidẽ per ſuã actionẽ nẽpe apprehenſionẽ con-
currit primò ad actionẽ totius corporis; at cùm apprehenſibilia quædã ſint maxima
quæ contrectare vna manus non poteſt, aliã ſociã ſibi adiunctã habuit; quædã verò ſint
minima, quorũ cõprehenſioni non eſt opus tota manu, diuiſa fuit in digitos vnguibus
munitos, de qua actione tractabitur in Anatome contemplatiua.

De ordine in Anatome ſeruando, & conditionibus Anatomici,
Cap. VI.

D ORDO duplex in Anatome tradenda eſſe poteſt, alter lectionis ſine ſe-
ctione; & alter ſectionis, & lectionis ſimul: ordo ſolius lectionis ab il-
lis partibus, quæ ſunt totius fabricæ fundamenta inchoari poteſt; vt ab
oſſibus, muſculis, inde ad alias partes ſimilares progrediens, donec
vniuerſa fabrica fuerit abſoluta, inque ſuas partes diuiſa. Huiuſmodi
ordo dici poteſt cõpoſitiuus, eò quòd à ſimilaribus exorditur, quæ
principiorũ rationẽ habent, donec ad cõpoſitas partes, & tandẽ ad vniuerſum corpus
peruenerit; hunc ordinẽ propoſuit Galenus lib. 1. de Anat. admi. cap. 10. quẽ ſeruarunt
Veſalius, Columbus, & alij plerique. Secundus, qui eſt tanquã ordo quidã reſolutiuus,
incipere poteſt à cõpoſitione totius, vel à parte aliqua, quæ rationẽ habeat totius: ſi à
toto, cùm vniuerſum corpus ex Ariſtotelis ſententia lib. 1. de hiſt. animal. cap. 7. diuida-
tur in caput, collum, thoracem, duplex crus, & duplex brachium: ſecundùm verò Ga-
lenum,

lenum, in tres ventres, ac artus, ex quarto de vſu partium; proinde in lectione modò E
ab vno, modò ab altero ventre, & ab ipſis etiam artubus auſpicari poteſt, pro varia le-
gentis & docentis opinione: Galenus enim libros de anatomicis aggreſſibus, & de vſu
partium ſcribens initium ſumpſit ab artubus, à manu videlicet, atque pedibus, & hinc
progreſſus eſt ad omnes alias corporis pares. Cæterùm vbi ab aliquo particulari in-
ſtrumento quiſpiam in docendo exordiri voluerit, animaduertat hoc, inſtrumenta ſci-
licet, ſeu partes organicas eſſe in duplici differentia; aliæ enim ſunt, quæ à ſimilaribus
tùm communibus tùm proprijs ſunt conſtitutæ, à quibus ſi auferantur partes illæ ſimi-
lares communes, remanet adhuc eorum ſubſtantia ſimilaris; talia ſunt omnia viſcera:
aliæ verò partes organicæ ſunt, quæ ex ſimilaribus communibus ſolummodo fiunt, à
quibus ſi auferantur ſimilares communes, tota eorum ſtructura ruit, vt eſt brachium,
caput & id genus; hoc poſito ad maiorem dilucidationem.

Dico quod in hiſtoria pertractanda partium organicarum poſſit ſeruari du-
plex ratio, ad imitationem naturæ, quæ vnam ſeruat in partibus generandis, aliam
in nutriẽdis; ſi itaque ſequi velimus ordinem, quem ſeruat natura in generandis parti- F
bus corporis, vel à corde incipere tanquam ab eo, quod primò generatur ex Ariſtote-
lis ſententia, inde ſubſequenter ad alias partes ab eo dependentes, & illi inſeruientes
progredi poſſumus: vel à iecore quod ſecundùm alios cenſetur primum in generatio-
ne, & ſic ab ipſo procedendo, quouſque inuentæ ſint omnes partes illi inſeruientes,
& ab eo dependentes. Quòd ſi eorum opinioni adhærebimus, qui exiſtimant naturam
vnica & rudi quadam delineatione pictoris inſtar, omnes partes ſimul efformare, ac
deinde temporis progreſſu eas omnes ad perfectionem ducere, non poteſt deſignari
certus ordo, ſed vnuſquiſque pro arbitrio, modò ab vna, modò ab altera parte ordi-
nem incipere ſectionis & enarrationis ſuæ poterit.

Ordo verò nutritionis eſt etiam varius, nam omnia animalia alimento egent, ſine
quo conſeruari omnino nequeunt, & eſt opus, vt illud variam accipiat alterationem,
vnde natura varias effinxit pares, quarum quaſdam primaria ratione inſtituit, quòd
tanquam alimenti primaria inſtrumenta ſunt, & primum circa alimentum laborem
ſubeunt, vt ventriculus, hepar, venæ meſeraicæ, vena caua, & huiuſmodi aliæ: aliæ ſe- G
cunda ratione ab ea deſtinata, & ſunt illæ, quæ excrementis ſubſeruiunt: aliæ poſtremò
tertia ratione & ſunt illæ, quibus animal pro arbitrio excrementa expellit, quarum
quædam ſunt, quæ tempeſtiuè excrementa propellunt, vt ſunt muſculi abdominis,
quædam verò quæ prohibent ne excrementa intempeſtiuè exeant, vt Σφιγκτήρ. Ab
omnibus igitur his partibus, & ab vnaquaque ordo ſectionis ſeruari poteſt, vbi Anato-
men quis docturus eſt citra ſectionem: & iſti ſunt ordines, quibus ad libitum vnuſquiſ-
que vti poteſt in percipiendis viſceribus, quæ compoſita ſunt ex partibus ſimilaribus,
tàm communibus quàm proprijs.

Ordo modò partium organicarum, quæ compoſitæ ſunt ex ſimilaribus communi-
bus, incipere debet à partibus exterioribus, & procedere ad partes internas quouſque
totum membrum diuiſum fuerit in ſuas partes ſimilares, & quod de vno membro com-
poſito dicitur, id intelligendum quoque eſt de toto corpore, quod ex partibus alijs
organicis eſt cõpoſitum. Eſt etiam alter ordo, qui ſectionis & adminiſtrationis appel-
latur à Galeno 4. de anat. admin. cap. 8. & à Mundino, omnibuſque Anatomicis ob- H
ſeruatus, is autem incipit à partibus, quæ putredini maximè ſunt obnoxiæ; vnde omnes
in publica Anatome adminiſtranda auſpicantur à ventre inferiore, vt in libris de
aggreſſibus anatomicis apparet.

Cùm autem Anatome actiua inter laborioſas operationes omnium laborioſiſſima
ſit, quando in Gymnaſijs à viris doctis celebranda decernitur, hominem requirit iu-
uenem, aut ſaltem à iuuentute non valdè diſtantem, robuſtum, vt huic arduæ actioni
ſufficere poſſit; qui manu celeri & agili ſit, non minus dextera, quàm ſiniſtra promptus;
oculorum acie acerrima; vt minutiſſimas partes diſtinguere facilè poſſit, quàm pluri-
mis inſtrumentis aptis, cultris videlicet & ſcalpris diuerſorum, generum noua-
culis, malleo, acubus, ſpongijs & id genus præditus eſſe, eaque omnia in promptu ha
bere debet pro varijs actibus, ac demonſtrationibus partium, quas fieri oportet.
Verùm cùm Anatomicus partes, quas ſectione inuenit, ac detegit, demonſtrare, &
voce

Digitized by Google

A voce declarare debeat; priùs partes probè inter ſe diſtinguat, neceſſe eſt; deinde demonſtret: hæc enim ſunt, quæ ab Anatomico benè ſuum munus obeunte requiruntur.

Præterea debet in ſectione eſſe patiens, pius, miſericors circa cadaueris humani operationem; nam præterquam quod verſetur circa nobiliſſimum ſubiectum, in memoriam reuocandum eſt eum tale propediem effectum iri; quare nihil quod iocoſum ſit, vel in contemptum actionum miſerrimi olim viuentis dicendum eſt. Neque partes contrectandæ, quæ turpitudinis cauſa riſum moueant, ſed pio quodam affectu, ita partes omnes adminiſtrandæ veniunt, vt omnibus innoteſcat ſitus ipſarum, figura, magnitudo, numerus, connexio, propria ſubſtantia, & vt vno complectar verbo, vniuerſa ſtructura, & conformatio vniuſcuiuſque partis: ſingula verò ea methodo ſunt declaranda, vt nec plura, nec pauciora in propria demonſtratione contineantur; ſingulę partes proprijs, ac peculiaribus vocibus appellandæ, nullum nomen vel mutandum, vel transferendum, ſed id quod primò vni parti fuerit tributum, de eadem ſemper idem vſurpetur; ita enim dilucida doctrina efficitur, quod deficit citò inuenitur
B & ſi quid fruſtra additum fuerit, facillimè deprehenditur: nam vt inquit Galenus, quæ conſonant, diſſonantque, maximè in huiuſmodi explicationibus exactè diſcernuntur. Sed puro Anatomico non docenti ſatis eſt partes ipſas diſtinctè vnam poſt aliam ſeparare, ita vt ea, quæ iam dicta ſunt in vnaquaq; parte, diſtinctè ſenſus cognoſcere poſſit.

Verùm Anatomicus docens in publico theatro, ea omnia dilucidè, ac methodicè, declarare debet, à nomine partium exordiendo, ita, vt in diſquiſitione, ac declaratione aliud primum, aliud ſecundum ſit, ac tertium, quouſque vniuerſa partis conformatio declarata fuerit. Porrò cùm præter iam dicta, alia conſideranda veniant in partibus, quæ ſub ſenſum minimè cadunt, vt eſt temperamentum, actio, atque vſus; qui vſus partium, vt probè dignoſcantur, recurrendum eſt ad præcipuam totius inſtrumēti actionem, quæ Galeno Authore, vt plurimùm per propriam ſubſtantiam fieri ſolet, vnde temperamentum innoteſcere facilè poterit; quamuis contingat interdū actionem partis fieri ob aliquod ex conſequentibus, ſed quomodocunque id eueniat, actio totius membri primùm accipienda eſt, ad quam perfectè edendam plures concurrunt
C partes, quarum vna eſt, cui debetur actio primò, ſeu ratio agendi, ex primo de vſu part. cap. 10. alia ſine qua non, alia ad meliorem actionem, alia ad conſeruationem, alia ad ornatum. Vt igitur vſus omnium partium ab Anatomico, vt decet exprimatur, methodum hanc ſeruare expedit.

Primò actio eſt inquirenda, ſecundò pars, cui debetur actio agendi, & ſic deinceps, donec totius ſtructura & cuiuſq; partis ratio fuerit declarata: vt verò Anatomicus rem ita declaret, operæ pretium eſt eum in Galeni doctrina maximè verſatum eſſe, omneſque Galeni libros anatomicos pluries legiſſe, ordine à Galeno ſeruato, & à nobis ſupra declarato. Præterea Ariſtotelis libros de hiſt. de part. & de generat. anim. callere oportet; ac demùm quoad fieri poteſt legiſſe omnes libros, qui de rebus anatomicis tractant. Sed quoniam in publicis Anatomijs ſolent à clariſſimis viris aſſiſtentibus difficultates ad Anatomen, Medicinam, & Philoſophiam ſpectantes proponi, (quod præcipuè ſingulo mane, ac veſpere in noſtra Bononienſi Academia more receptum eſt,) quò his Anatomicus reſpondere, ac ſatis facere poſſit, neceſſarium eſt, vt
D ſit optimè verſatus in vniuerſa Galeni, & Ariſtotelis doctrina: hic namque locus Anatomes adminiſtrandæ congrediendi Philoſophis, ac Medicis occaſionem præbet, nec aliud tempus reperitur oportunius pro ſcholaribus ad diſcendum, & Anatomico ad comparandum ſibi honorem; is enim tanquam in proprio theatro ac ſchola reſidens à doctoribus, & à maximo ſcholarium concurſu auditur, honoribuſque cohoneſtatur; ideo argumenta & rationes ſibi obiectas pacatè, & humaniter accipere debet, eas repetere, ſinguliſque ſingillatim ſatisfacere. Doctores quoque & ipſi quæſtiones diſcutiendas proponentes, ſolummodo ſtudere debent publicæ vtilitati diſcipulorum, & quemadmodum conueniens eſt, vt Anatomicus humaniter reſpondeat, ita & ipſos animo amico, & benigno proponere ſatiùs eſſe arbitror: quandoquidem quæſtiones ab opinionibus excitari ſolent, ita vt rectiùs opinari, ſit quodammodo ſcire. Proinde rationibus, non autem conuitijs, aut obiurgijs comprobari ſententiæ debent; conuitia enim & contumeliæ ab hominibus, qui literas, ac virtutes profitentur aliena eſſe de-

bent

bent: cùm autem ad peragendam Anatomen, nimirum ad demonſtrationes, ac declara- E
tiones, vt decet, requiratur longũ tempus: velim, quiſque ſciat eas quæſtiones eſſe pro-
ponendas ad anatomicam, adminiſtrationem amplificandam, & ornandam, quæ & in-
ſpectione, ac demonſtratione dilucidari poſſint, his enim & Anatomen, & Anatomi-
cum elegantiorem fore; ſcholareſque inde non negligendas vtilitates, & fructus hau-
ſturos mihi firmiſſimè perſuadeo.

De modo praeparandi Primam Figuram. *Cap. VII.*

QVemadmodum difficilis, & laborioſus eſt hic adminiſtrandi capitis
modus, quem nunc proponam; ita mehercle à nullis, aut pauciſſimis
obſeruatus fuit: nullum enim hactenus Anatomicum offendi, qui eum
ſit proſecutus; exceptis Conſtantio Varolio conciue meo, qui in qua-
dam Epiſtola ad Mercurialem nonnulla, ſed breuiter admodum atti-
git, duaſque figuras ad hanc adminiſtrationem pertinentes rudi, atque F
obſcuro modo depinxit, quæ intelligi minimè poſſunt: & Veſalio, qui lib. 4. ſuæ huma-
næ fabricæ cap. 2. vnicam affert figuram, nec tamen rem, vt eſt, declarat. Quare in
ſtudioſorum gratiam tabellas aliquot pingendas curaui, adminiſtratione hac ſeruata,
in quibus cerebrum totum baſi ſurſum inuerſa, atque ipſius figura, ventriculorumq́ue
forma, & magnitudo demonſtratur; principiumque medullæ, eius progreſſus at-
que omnes ipſius ramificationes antequam è capite prodeat, & nonnulla alia nondum
ab aliquo demonſtrata conſpici perpulchrè poſſunt. Sed ideo huiuſmodi adminiſtra-
tio parit nobis, vt dixi difficultatem, quia primùm oportet vniuerſam cutem totius ca-
pitis cum ſua membrana carnoſa denudare, pericraniumq́ue totum ab oſſe, quoad fieri
poteſt, ſeparare, & os cranei detegere: deinde omnes muſculi à facie ſeparandi, maxil-
la inferior prorſus amputanda, ſuperior verò ſerrà, aut ſcalpris ab oculi regione aufe-
renda eſt. Modus eſto talis; vbi os malarum vtrinque denudatum à muſculis, & à mem-
brana fuerit, admoueatur ſerra ad oſſium oculorum ambitum, & per mediũ naſi vtrin-
que ad oculos ducatur; aut ſi mauis ſcalpellis vti, ſcalpellum ferreum, & robuſtum ma- G
nu ſiniſtra apprehenſum habeas, & in manu dextera ligneum malleum, quo ab oculis
ad os malarum, naſi, & palatum, nec non & proceſſus veſpertilionum alas imitantes,
quæ ſunt ſphœnoidis portiones, vnica & ſucceſſiua actione auferre tẽtabis. Res autem
feliciùs ſuccedet, ſi ſectionem ſerrà ab ambitu oculorum auſpicaberis per faciem tranſ-
uerſim procedens, quam deinde per os iugale, ac tempora paulò ſupra mammillares
proceſſus, ac meatus auditorij regionem duxeris ad occiput vſque; & ab occipite rur-
ſus ad proceſſus mammillares, & meatus auditorij ſedem, poſtea per tempora, ac pro-
ceſſum iugalem ad oculorum ambitus vſque perduxeris, ex qua ſectione totum os ad
membranam vſque diuidendum eſt, ac ſimul interim præcauendum, ne membrana ſub-
tus contenta dilaceretur.

Rurſus duæ aliæ ſectiones per occiput ſunt peragendæ, vtrinque videlicet vna, quæ
à ſectione iam dicta incipiant, ac deorſum per poſteriora mammillarum proceſſuum
progrediantur, finemque ſuum faciant ad magnum illud foramen occipitis, per quod
medulla ad ſpinam defertur, ad latera illius vbi duo occipitis foramina, per quæ ſepti- H
mum neruorum par egreditur, apparent; oſſe interim ſphœnoidis ab omni illa oſſium
regione, à carne, membrana, veniſque iam liberata, ſolis neruis egredientibus, quoad
fieri poteſt, relictis. Opus eſt etiam aliquam portionem arteriarum ſoporalium os ex-
cedentium à ſectione illæſa manere, vt ablato tandem vniuerſo oſſe intueri queas, qua
via ipſæ arteriæ ſoporariæ poſteriorem capitis partem ingrediantur, ferunturque ad
eius anteriora, lineis autem his ſectione protractis, os intermedium auferre tentãdum
eſt, cultri manubriolo tranſuerſim in prima oſſis occipitis ſectione impoſito, oſſeque
eleuato.


Modus talis ſit, manu dextra ad occiput impoſita, digiti inter hanc occipitis oſſis
portionem, ac membranam cerebelli ſunt imponendi, capitis facie ad ſe reuoluta, ſur-
ſumq́ue illud trahendum eſt, ſed quoniam dura membrana internis oſſis aſperitatibus
adnexa eſt, quæ tamen non eſt admodum robuſta, cùm in hac parte attenuari incipiat,
ſtuden-

Digitized by Google

A ſtudendum eſt ne ea in hac operatione dilaceretur: ſed ab oſſe eleganter auferatur,oſſe
hoc ablato, cerebelli poſteriora, ac ſpinalis medullæ portio tibi ſtatim in conſpectum
venient. In anteriori verò parte maxilla ſuperior cum oſſe iugali, palato, & proceſſi-
bus iam dictis, cùm ſint oſſa tenuia, facillimo negotio, & ſine violentia ſimul cum alijs
oculorum oſſibus ſcalpro optimè ſcindente auferri poterunt: præcauendum tamen,
ne nerui per propria foramina ibi exeuntes labefactentur; nam vt elegantior ſit admi-
niſtratio huiuſmodi nerui,integri,ac ſine labe conſeruandi ſunt. Id verò oſſis ſphœnoi-
dis, quod in medio remanſit,ſcalpris tenuioribus ab ea parte eſt auferendum,per quam
nerui exeunt; foramina autem oſſium ſunt dilatanda, & nerui circumcirca à membra-
nis ſeparandi.
Cæterùm illud foramen,per quod arteria ſoporalis vtrinque ingreditur,conſeruan-
dum eſt, vt videri poſſit ingreſſus, & progreſſus harum ſoporalium arteriarum; reliqua
verò oſſa à ſerra derelicta exiguo labore auferri poſſunt; in quorum tamen ablatione
reſpiciendi ſunt nerui auditorij,cùm è capitis cauitate minimè egrediantur. Sed tem-
B porum oſſa perforantia ad auditus inſtrumentum properant, proinde exciſorias quaſ-
dam forfices ſubtiles quidẽ, at duras,quæ oſſa ſecare poſſint,in promptu habere opor-
tet; quibus omnes illæ portiones oſſis ſunt exciſione ſine aliarum partium labe aufe-
rendæ, ad quas nerui illi feruntur, vt ab alio oſſe amputentur, & ſimul cum neruis ad-
nexæ remaneant.Aliud vero os vtrinque ſectum totum auferendum eſt,quo ablato ce-
rebrum cum illius baſi ad ſuperiora reuolutum,& membranà contectum in conſpectũ
veniet,quale in hac Prima noſtra Figura conſpicitur. Verùm cùm oculi ex vna parte
ſint detecti (cerebri ſcilicet anteriori parte adhuc oſſibus oculorum contecta) ſtuden-
dum eſt eos ſeparare ab oſſibus, quod citò fiet cultro benè ſcindente; deinde eos ad
poſteriora reuoluas, ſubiectamque illis oſſeam portionem ſcalpris auferre ſtudebis,
quod non admodum laborioſè cõſequèris: nam oſſa, quibus oculi reconduntur,tenuiſ-
ſima ſunt, his amputatis, cerebri anterior pars, ac poſterior tibi detecta occurret.
Hac adminiſtratione ad finem perducta, cerebrum vniuerſum ab omnibus oſſibus in-
ferioribus iam liberatum habebis,membrana vndique illæſa remanente, tàm in ante-
C riori ſui parte,quàm poſteriori, conſpicieſque totam cerebri ſuperficiem inferiorem
cum ſuis omnibus partibus, quæ ſingula ſunt aſpectu ſanè iucundiſſima.
Ipſius extima ſuperficies, quò probè ab vnoquoque intelligatur, in tres partes diui-
denda eſt; nempe in anteriorem, poſteriorem, & mediam: in anteriori parte oculi ex-
tracti ſunt, & ab oſſibus ſuis denudati, globulo ipſorum toto apparente cum portione
neruorum opticorum prodeuntium quaſi ſub glandula pituitaria; ſimulque in eadem
parte riuuli quidam neruorum membranà obducti,à media parte cerebri veluti ortum
ducentes, & in oculorum muſculos terminantes apparent: nam muſculi omnes ocu-
lorum adhuc remanent in ipſis oculis totum orbem ipſorum conformantes: in poſte-
riori verò parte cerebellum ſua ſuperficie delineatum, & in duas partes diuiſum cer-
nitur, ſimulque veſtigium ſpinalis medullæ, quà diuiſa eſt ab ea parte quæ per
ſpinam deorſum rectà ad os vſque ſacrum tendit, conſpicitur. At in media parte de-
ſcripti,ac delineati videntur proceſſus illi magni cerebri,qui magnis oſſium temporum
cauitatibus inſculpti ſunt: deinde demonſtratur glandula illa pituitaria, quæ ſellæ, vel
D ephippio innititur eandem figuram retinens, quam habeat ephippium, ad cuius late-
ra vtrinque arteriæ ſoporariæ innituntur, ea parte, quà ipſæ reuoluuntur, & velut gib-
boſæ redditæ figuram ſigmoidem tàm diuulgatam conſtituunt: hæ enim arteriæ à po-
ſtica parte capitis per propria foramina ingredientes ad ipſius anteriorem partem re-
uoluuntur, in cuius quidem cauitate, qua attingunt glandulam, duo intus notatione
digna, & à nemine hactenus obſeruata in ſe continent; primum eſt, quia ſunt cellulæ
quædam exiguæ; alterum quod ſint oſſicula quædam parua eorum inſtar, quæ ad arti-
culos digitorum reperiuntur ſigmoidea appellata; & huiuſmodi arteriæ ſoporariæ di-
ſtribuuntur ad regionem ephippij, & glandulæ, efficientes illud rete, quod admirabile
dicitur.
Sed non ſolùm in hac parte arteriæ in ſe oſsicula continent, verum etiam in alijs, vt
experientia ipſa hactenus probauit: quod equidem factum fuiſſe puto non ſine maxima
Naturæ prouidentia, quæ perpetuò curat eas apertas quodammodo,& eleuatas eſſe, vt

dilatationem ſuſtinere valeant; vnde eaſdem ex duplici membrana formauit, quarum E
altera eſt craſſa, quemadmodum in magnis arterijs pręclariſſimè obſeruatur; atque hæc
eſt adminiſtratio, quæ ad Primæ Figuræ contemplationem requiritur.

PRIMA FIGVRA.



F

FIGVRA hæc oppoſita eſt prima Veſalij libro ſeptimo, nam quemadmodum in illa, pars tota cerebri ſuperior, oſſe ablato, demonſtratur, ita in hac oſtenditur eiuſdem cerebri inferior ſuperficies vniuerſa, durâ membranâ contecta, omneſque ipſius partes literis ſingillatim denotantur. G

A A *Cerebelli vtraque pars, dextra ſcilicet, & ſiniſtra oſtenditur.*

B *Spinalis medullæ reſiduū, quod remanet ab ea parte, qua extra caput per ſpinam deſcēdit.*

C C *Duo cerebri proceſſus laterales (quos monticulos appellamus) magnis oſſium temporum cauitatibus inſculpti, quæ cauitates in oſſe capitis per Anatomen præparato pulchrè conſpiciuntur.*

D *Glandula pituitam excipiens, cum ſella cui innititur, adhuc durâ membranâ obuoluta.*

E E *Arteriæ ſoporariæ ſurſum per foramina obliquè aſcendentes ad latera ſellæ vocatæ, ſeu ephippij, figuram ſigmoidem acquirentes.*

F F *Oculi cum ſuis muſculis membranâ, & pinguedine obuoluti ab oſſea capſula extracti, in quibus nerui optici ſub glandula iam dicta exire videntur, quo in loco coniuncti ſunt.*

G G *Notatur prædictarū arteriarū obliquitas, quâ per capitis foramina in caput ingrediuntur.*

H H *Regio à qua ſpinalis medullæ caudex emergere videtur, qui in Secunda Figura egregiè conſpicitur litera G. notatus.* H

I I *Secunda neruorum coniugatio durâ membranâ obuoluta, in qua dura membrana inuolutione ſimul continetur neruulus ille, qui à poſteriori parte ſpinalis medullæ ortum ducit, quem omnes Anatomici tertij paris portionem eſſe exiſtimant.*

L L *Reuolutio arteriarum ad ephippij, ſeu ſellæ latera, in quarum cauitate oſſicula duo reperiuntur magnitudine eorum, quæ ad digitorum articulos ſunt, & ſeſamoidea dicuntur.*

De modo præparandi Secundam Figuram. Cap. VIII.

CVm dura membrana in Prima Figura nulla ratione à cultro ſit tacta, tota adminiſtratio conſiſtit in ipſius recta, & eleganti manuum operatione, quæ vt ex voto ſuccedat, primùm ad oculorum regionem deueniendum eſt, dextrumque oculum ad ſiniſtram partem reuoluere ſtudendum: deinceps cultro acutiſſimo à

neruorum

A neruorum opticorum coniunctione, quæ ſub glandula iam dicta latet, vſque ad vlti-
mum terminum anterioris partis, & ab hoc vſque ad externum latus ſecanda eſt dura
membrana, quam poſtea hamulo ſiniſtra manu apprehenſo eleuare, atque agiliter ad
externum latus ducere oportet; hoc enim modo faciliùs ſeparabitur à pia membrana
ſibi ſubiecta, & hæc à cerebro, cui contigua eſt. Quibus abſolutis oculus in ſuum locum
eſt reſtituendus, deinde ad ſiniſtrum oculum accedens eandem adminiſtrationem in
ipſa membrana aggredieris, & hoc modo anteriorem cerebri partem à dura mem-
brana liberatam habebis. Cæterùm poſteriorem quoque partem à membrana libera-
re oportet hoc modo; ducas lineam cuſpide cultri benè ſecantis à regione caudicis
medullæ, vnde prior ſectio incepit, immiſſo ſurſum verſus vſque ad finem cerebelli, &
animaduertas, vt labia ſectionis hac in parte facta hamulo agiliter, & modicè eleuen-
tur, ne nerui à ſuo principio auferantur; proinde membrana vtrinque leuiter admo-
dum, & ſenſim trahenda eſt, quouſque nerui detecti, ac illæſi remaneant: deinde vel
forfice optimè ſecante, vel cultro membranam ſcindere oportet ad latera, & ad exter-
B na monticulorum cerebri adducere; quod non adeò difficilè eſt futurum, ſi eam ad po-
ſteriorem extra inuertas.

Hac functione peracta membranam ea ratione præparatam, quemadmodum in iſta
Figura apparet, vniuerſamque cerebri ſuperficiem à dura membrana detectam,
ſimulque medullæ caudicem, & principia nerorum denudata habebis, præſer-
tim ſecundi paris, quod in conſpectum veniet citra aliquam cerebri partium dimo-
tionem. Atque hoc ſecundum par à fundo caudicis medullæ prodire, ac ſi duo eſſent
riuuli, ſimulque aliorum neruorum principia & progreſſum ante oculos conſpi-
cies, exceptis neruis opticis, quorum principia nondum in hac adminiſtratione ap-
parent. Sunt autem hæc nerorum paria, ſecundùm Anatomicorũ opinionem ſeptẽ,
ſed ſecundùm hunc adminiſtrandi modum nouem probè deteguntur; vt cõſpicuè ap-
paret in hac Secunda Figura, in qua omnia characteribus proprijs deſignantur: cere-
bellum inprimis ſuâ membranâ detectum, nec non foramen, quod tegebatur à glan-
dula pituitaria in hac Figura delineatur, apparentque oculi cum ſuis muſculis quidem,
C ſed à pinguedine liberatis, coniunctioque neruorum opticorum conſpicitur.


Apparet etiam aliquod veſtigium ipſorum opticorum ad ſuperiora, vt inde ſenſim
ducamur in cognitionẽ eorum ductuũ, qui progrediuntur vtrinque ad latera medullæ,
vſque ad poſteriorem partem ipſius, à qua ſuam trahunt originem. Spinalis inſuper
medulla ita ab omnibus vocata, quæ in duas partes eſt diuiſa, quarum vna nondum ex-
tra cerebrum effertur, alia verò quæ per ſpinam extra idem cerebrum traducitur, in
hac eadem Figura delineata continetur. Pars autem illa in cerebro exiſtens in duas ad-
huc partes diuiſa cernitur, quarum vna à ventriculis cerebri principio quodam rotun-
do, & magno ortum ducit, ſed duobus proceſſibus velut innixo ac fundato, ſub quibus
proceſſibus effingitur arcus quidam ſeu fornix: altera anguſtata deorſum per totum
cerebrum ad foramen vſque magnum oſſis occipitis rectâ producitur. Tota igitur ſpi-
nalis medullæ figura videtur æmulari illa vaſa vitrea, in quibus mulieres ſolent ebullire
aquam: appellantur autem huiuſmodi vaſa phialæ vitreæ, quæ corpus rotundum ha-
bent, & collum oblongum.

D Ab vtraque medullæ parte, à fundo nimirum, quod aſſimilatur phialæ corpori, & à
ductu illius, qui æmulatur collum, enaſcuntur omnia neruorum paria iam dicta, quæ vt
ad memoriam facilè reducantur, diuidamus hanc medullam in anteriorem, poſterio-
rem, & lateralem ſuperficiem, & videbimus ab harum ſuperficierum vnaquaque hos
neruos ſua principia ducere: atque primò quidem anſpicemur a poſteriori ſuperficie
ſpinalis medullæ, quam diximus aſſimilari corpori phialæ, & videbimus primùm ner-
uos opticos hinc trahere ſuum principiũ, vt appoſitè in Quarta Figura repræſentatur.
Deinde & neruulos eos, qui ab omnibus Anatomicis accipiuntur pro portione tertij
paris, quia principiũ huius non cognouerunt; videtur enim ſub monticulis cerebri iam
dictis occultari, aut potius ab eiſdẽ oriri; ꝙ tamen falſum eſt, nã ſuperiùs effertur, quã-
doquidem à poſteriori ſpinæ parte, quæ imitatur collum phialæ ortum ducit, vt appa-
ret in Tertia Figura: duo igitur paria neruorũ enaſcũtur à medullę ſuperficie poſteriori.
Ab anteriori verò ſuperficie duo itidem paria ortum ducunt admodum conſpicuè,

quorum vnum à fundo corporis medullæ, (quà proceſſibus duobus velut innixe ipſa enaſcitur) à cerebri ventriculis explantatur, quod ab Anatomicis ſecundum par vocatur: hoc idem deorſum deſcendens ad oculos cum neruis opticis ante coniunctionem ipſorum decuſſationem facit, terminaturque in muſculo oculorum. Secundum verò par ab Anatomicis minimè hactenus (vt autumo) cognitum, illud eſt, quod à principio colli, ſeu ab ea parte, quà medulla anguſtari incipit, ortum ducit; atque rectà deorſum deſcendens terminatur in oculorum muſculos ſimul cum alio iam dicto; & iſti ambo inuoluuntur membranà, quam diximus apparere in Prima Figura; hoc par neruorum Veſalius accepit pro quinti paris portione. A

Modò videamus, qui ſint illi nerui ortum ducentes à lateralibus ſuperficiebus eiuſdem medullæ, & primò vnum par vtrioque à corpore iam dicto enaſcitur, quod tertium par neruorum ab Anatomicis fuit appellatum. Super iſtud par oritur, & aliud vtrinque à lateribus eiuſdem medullæ ad ipſius corpus, & huiuſmodi eſt quartum par communiter vocatum. Quintum par, quod auditorium eſt, paulò ſupra vtrioque, & ipſum naſcitur, terminaturque in aures. Subſequuntur modò alia duo paria à lateribus B ipſius ſpinæ, vbi magis anguſtata eſt, & aſſimilatur collo phialæ, paulò antè quàm à cerebro exeat: & huiuſmodi paria ſunt appellata ſextum, & ſeptimum par: ita vt iam ex hac demonſtratione inueniamus nouẽ paria neruorum interſe diſtincta ſuis principijs.

SECVNDA FIGVRA.



C

Haec Figura totam cerebri, cerebellique ſubſtantiã, & figurã à membranis denudatã, ſimulque, & ſpinalem medullam cum omnibus ſuis ramificationibus (quæ numero ſunt nouem ab ipſa tanquã à maximo neruo, antequam à caluaria exeat prodeuntes) demonſtrat. D

- A A *Cerebellum denudatum à ſuã membrana.*
- B B *Monticuli cerebri, in quibus ventriculi anteriores ipſius excauantur, qui etſi denudati à membrana dura, nondum tamen adminiſtratione tacti ſunt.*
- C C *Cerebri anterior pars in duas diuiſa partes.*
- D D *Oculi cum ſuis muſculis, ſed à pinguedine mundi.*
- E *Neruorum opticorum coniunctio.*
- F F *Nerui optici in oculos tendentes.*
- G *Spinalis medulla principium corpori phiala aſſimilatum.*
- H *Reliquum ſpinalis medullæ, quod ceruicem phialæ æmulari videtur, antequam in vertebrarum cauitatem progrediatur.*
- M M *Neruorum nona coniugatio, quæ à poſteriori medullæ parte ortum ducit, quam cæteri Anatomici tertij paris ſobolem eſſe exiſtimant, cuius ortus in Quarta Figura egregiè oſtenditur,*

A ... *oſtenditur, in Prima verò demonſtratur eandem ſimul cum ſecunda coniugatione à dura membrana tanquam in ſacculo quodam contineri.*

NN *Neruorũ vna coniugatio ab omnibus alijs diuiſa, quæ ſola ab anteriori ſpinalis medullæ facie exoritur, quam falſo Veſalius quinti paris portionem cenſuit.*

OO *Tertij paris exortus.*

PP *Quarti coniugij.*

QQ *Quinti nempe auditorij.*

R *Verò, & S. demonſtrantur duæ poſtremæ coniugationes, quæ à cæteris Anatomicis ſexta, & ſeptima coniugatio appellatur.*

T *Demonſtrat caluariæ oſſis terminum, in qua cerebrum continetur.*

VV *Secundum par neruorum demonſtratur, quod ab intima parte ſpinalis medullæ ortum ducit ab ea ſcilicet, quæ fornicem producit, quaſi ab ipſius cauitate exoriatur.*

V *Cauitas in cerebro exculpta, per quam pituitam cerebrum in glandulam pituitariam, & infundibulum eructat.*


XXXX *Oſtenditur dura membrana à cerebro ſeparata, & pendula exiſtens.*

De Adminiſtratione Tertiæ Figuræ.

AD Tertiam autem Figuram adminiſtrandam, ac declarãdam nulla difficultas eſt, nam vbi oculi fuerint (vt dictum) ab oſſibus ſeparati, ita vt alter cum ſuis muſculis relinquatur, alter verò tùm à muſculis, tùm à pinguedine liberetur, vtriuſque oculi per anteriorem cerebri partem pendentis neruorum opticorum progreſſum cõſpicuè videbis. Si deinde ſolis manibus monticulos à ſpinali medulla ad latera deduces, ſtatim in conſpectum vtrinque venient exigui illi nerui, quos nonum par efficere diximus, ſimulque mamillares portiones, à monticulis explantari viſuntur, qui deorſum vergentes cum neruis opticis decuſſationem faciunt, & ad extremam oram cerebri, quà regioni narium incumbit, terminantur. Verùm cùm medulla ipſa in hac Figura oſtendat etiam portionem illam, quæ extra caput deſcendit per primam, & ſecundam vertebram, præparatio aliquantulùm laborioſa eſt, quia requiritur, vt duæ illæ verte-
C bræ forfice quadam dura, ac valida, & optimè ſcindente diſſecentur, ea tamẽ ratione, ne medulla aliquo pacto offendatur, ſed continua remaneat cum illa, quæ eſt in cerebro; & hæc eſt adminiſtratio Figuræ huius Tertiæ.

TERTIA FIGVRA.

D



HAec Figura demonſtrat ductum opticorum neruorum à ſpinali medulla, ad vſque eorundem coniunctionem, peculiariterque, & ductus noni paris (monticulis ſine ſectione, aut,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

aut diuulſione manibus agiliter extra propulſis) à quibus etiam oſtenditur portiones mammillares ortum ſuum deducere, non autem à ſpinali medulla, à qua cætera portiones, aut paria neruorum proficiſcuntur. E

A A *Cerebellum.*

B B B B *Monticuli ad latera manibus deducti.*

C C C C *Reliqua pars cerebri anterior.*

D D *Oculi, quorum dexter à muſculis, & pinguedine liberatus eſt, ſolis membranis apparentibus; alter verò muſculorum principia oſtendit.*

F F *Ductus illarum portionum, quas mammillares appellant, ortum ducentes ab infima monticulorum cerebri regione.*

G *Spinalis medulla caudex phiala aſſimilatus.*

H *Spinalis medulla ceruix, ſeu progreſſus, antequam à capite exeat, omnibus neruis ſectione ablatis.*

I *Pars ſpinalis medulla, quæ prima, & ſecunda vertebra exporrecta eſt, ab illiſque ſeiuncta.* F

L *Neruorum opticorum coniunctio.*

M M *Ductus noni paris, quod quia ſub monticulis occultatur, cauſa fuit, vt ab alijs pro ramulo tertij paris acciperetur, nam antequam manibus extra pellantur monticuli, & ad latera, apparet horum neruulorum portio, quam alij Anatomici arbitrati ſunt ab hoc loco prodire, cùm tamen à parte poſteriori ortum ducat, vt in Quarta Figura conſpicitur, literis F F.*

N N *Cerebri portio alba, quæ ſpinali medulla principium tanquam per proceſſus exporrigit.*

P *Cauitas in cerebri ſubſtantia exculpta, per quam exit infundibulum, cuius beneficio pituita expurgatur.*

Q Q *Ductus neruorum opticorum à ſpinali medulla vſque ad coniunctionem.*


De Quarta Figura præparandi ratione. Cap. IX. G

HAc adminiſtratione inuenta Figura Tertia; iam quo pacto Quarta inueniatur aperiendum eſt, quod facili labore fiet, ſi primùm oculos, qui in anteriori parte pendent, vt hactenus vidimus, curauerimus ad poſteriorem capitis partem reuoluere, inde cerebellum ſupra ipſos inuertere, ſic enim ipſorum anterior regio ſub cerebelli termino inſigniter apparebit, quo facto, cùm dura membrana, quæ diuidit cerebellum à cerebro, adhuc reperiatur in hac parte, eam cultro diſſecare expedit ſectione facta per longitudinem. Ad extremum portiones ipſius vtrinque, aut inferiùs deponere oportet; nam hoc modo adminiſtratio elegantior ſuccedet: ex qua deteges non modò principium neruorum opticorum, ſed etiam illius exigui paris, quod dictum eſt reponi ab alijs Anatomicis inter portionem tertij, cùm tamen nonum par (vt ex hac noſtra adminiſtratione elucet) conſtituant. Eminentiæ quoque tàm maiores, quàm minores, quæ & teſtes, & glutia, ſeu nates ab Anatomicis dicuntur dilucidè conſpici poſſunt, nec non fornix, ſeu illud orificium, quod ſub proceſſibus ſpinalis medullæ dictum eſt reperiri. Ad hæc videbis glandulam nucis pineæ formam referentem, apparebitque tibi corporis illius calloſi, tàm famigerati terminus poſterior: & tandem vniuerſum cerebrum ſua membrana detectum, inque duas partes diuiſum intueri licebit. Infundibulum autem, quod eſt foramen glandulæ pituitariæ ſubiectum, in hac adminiſtratione (quia à medulla, & cerebello, & oculis ad poſteriorem partem reuolutis contegitur) nulla profectò apparet ratione. Et hæc eſt ratio adminiſtrandi Quartam Figuram. H

QVARTA

A

QVARTA FIGVRA.



B

IN hac Figura cerebellum cum ſpinali medulla ad anteriores partes ſupra oculos inuerſum cernitur, totaque cerebri portio poſterior detecta, & à membrana ſpoliata conſpicitur, atque in ſpinalis medullæ poſteriori ſuperficie neruorum opticorum origo, & ad anteriora progreſſus ſuis literis notatur, ſimulque neruorum paris noni principium, quod à cæteris Anatomicis pro tertio pari habetur, ſuis literis demonſtratur, necnon eminentiæ in ipſa ſpina exculptæ egregiè proprijs literis deſignantur.

AAAA *Membrana dura à cerebro denudata, deorſumque inuerſa.*

BB *Oculorum pars anterior prominens, ſuis opticis neruis adhærens, ſubquè cerebello latitans.*

CC *Cerebellum ad anteriora ſimul cum ſpinali medulla inuerſum.*

D *Spinalis medullæ poſterior regio.*

EE *Neruorum paris origo, cuius progreſſus in præcedenti Figura notatur duobus* MM. *ad anteriora vergens.*

FF *Minores eminentiæ teſtes dictæ.*

GG *Maiores eminentiæ glutia, ſeu nates vulgò dictæ.*

HH *Principia neruorum opticorum, qui à poſteriori parte ſpinalis medullæ, ad ipſius latera reuoluti, & ad anteriora, literiſque in Tertia Figura deſignati* QQ. *terminantur in coniunctionem, inde ad oculos rectà feruntur.*

I *Fornix, ſeu orificium illud, quod ſub proceſſibus ſpinalis medullæ, quà à cerebro vtrinque emergit, fornicisque in modum factum oſtenditur.*

P *Glandula nucis pineæ formam referens.*

L *Corporis calloſi dicti terminus poſterior.*

MMM *Vniuerſa cerebri poſterior moles.*


De Adminiſtratione Quintæ Figuræ.

VNiuerſum cerebrum excauatum eſſe non eſt facilè demonſtrare (nam aliæ partes ſunt auferendæ, & aliæ, vt indices proſequendę, docente Gal. ita fieri oportere in omni adminiſtratione lib. 4. de Admin. Anat. cap. 2. 3. 4.) nihilominus, vt in huius rei notitiam veniamus, ita procedendum eſt; primùm cerebellum, & medulla in duas partes ſecundùm longitudinem diuidenda ſunt, vt vtrinque pendula relinquantur, deinde poſtquam cerebri monticulos ab anteriori parte ſecuerimus, & ad poſteriorem manibus duxerimus, debemus ſequi plexus choroides, qui diſtributi per

omnem

omnem cauitatem cerebri ducunt in omnimodam cognitionem ipſum cerebrum totum excauatum eſſe; ſimulquè deprehendere poterimus, vnde nam ipſi plexus choroides trahant originem, nec non corpus illud conoides appellatum. Obſeruare quoque licebit (ita præparata eſt dura membrana) tres ex illis ſinibus, quorum meminit Gal. lib. 9. de admin. anat. cap. 1. nimirum dexterum, qui ab Anatomicis dicitur primus; ſiniſtrum, qui ſecundus; & medium, qui quartus ab iiſdem, torcular verò ab Herophilo fuit vocatus. Tertius quidem ſinus non apparet in hac adminiſtratione, qui tamen egregiè in alia conſpicitur, per longitudinem ſagittalis ſuturæ. Plura inſuper apparent in hac Quinta Figura, quæ ſingula literis exhibentur, vt apparet. E

QVINTA FIGVRA.



F

G

Figura hæc cerebrum oſtendit pluribus modis arte adminiſtratum, vt facilius conſpiciatur cauitas illa vtrinque in monticulis excauata; primò enim medulla ſpinalis in duas partes ſimul cum cerebello per longitudinem diuiſa eſt, portione vtrinque ad cerebrum relicta, & ad latera literis C C C C *notata, inuerſa; deinde monticuli ſectione à cerebro diuiſi, & ad poſteriorem partem propulſi; tertiò membrana dura ea ratione adminiſtrata eſt, vt primus, ſecundus, & quartus ipſius ſinus (qui alio adminiſtrandi modo videri nequeunt) demonſtrari poſſint; tertius videri non poteſt hac adminiſtrandi ratione.*

A A A A *Vniuerſa moles cerebri.*

B *Partes cerebelli ad latera inuerſi, & per medium diſſecti.*

C C C *Spinalis medulla portio in duas partes ſecundùm longitudinem diuiſa, ad lateraque ſimul cum ſua parte cerebelli extenſa.*

D D D D *Termini ſunt ſectionis factæ, quà monticuli à cerebro diuiſi in partem poſteriorem pelluntur, vt inde cauitas in illis inſculpta, quæ literis duobus* I I. *notatur, videri facilius poſſit; vniuerſa verò cauitas vtrinque triplici* I I I. *deſignatur.* H

E *Septum illud denotatur, lapis ſpecularis nomine, quod ſecundùm corporis calloſi (illi ſubiecti) longitudinẽ, cauitatem anteriorẽ capitis in duas dirimit partes æquales.*

F F *Plexus choroides per totam cerebri cauitatis longitudinem diſſeminati, & à rete admirabili appellato prodeuntes.*

H H *Spinalis medullæ caudicis principium, quod à cerebro aſſumit, in duas partes per longitudinem diuiſum.*

I I *Neruorum ſecundi paris principium perpulchrè ſeiunctim, quod coniunctim in Secunda Figura oſtenditur. Omnes Anatomici exiſtimarunt illud à cerebro ortũ ducere, cùm tamen à ſpinali medulla, quà fornicem efficit, exoriri ipſa Anatome luce clariùs oſtendat.*

N N *Ductus*

NN *Ductus ad mammillares vocatos proceſſus.*
OO *Primus, & ſecundus membranæ ſinus.*
PPPP *Membrana dura à cerebro exempta, & ad mediam cerebri partem deorſum pendens, vt illius ſinus contemplari poſſimus.*
QQ *Quartus membranæ ſinus.*
R *Conarion, ſeu corpus conoides glandulæ pineali aſſimilatum, reti veluti implicitum.*
SSS *Plexus ille retiformis venarum ſciſſarum inſtar, à quibus plexus choroides originem ducunt.*
TTT *Ventriculorum anteriorum magnitudo, cuius anterior pars, quæ à lapide ſpeculari in duas diuiditur partes, vtrinque vnico T. denotatur, poſterior verò, quæ in monticulis excauata eſt, duplici demonſtratur* T T.
V *Poſterior calloſi corporis terminus.*
X *Anterior eiuſdem corporis terminus.*


B

De Adminiſtratione Sextæ Figuræ.

SEd præter iam dictum, eſt alius modus ſecandi ſpinalem medullam, ad cuius demonſtrationem hanc Sextam Figuram adneximus. Vt igitur modus hic adminiſtretur, ſic procedere eſt neceſſe: ſpinalis medulla ſecanda ad ſuos illos proceſſus, quibus vtrinque cerebro adnaſci dictum eſt, cerebellumque ſimul cum ipſa à cerebro abijcienda. Sectio deinde ab anteriori cerebri parte vtrinque ducenda, vſque ad latera regionis corpori calloſo correſpondentis, vbi foramen pituitam expurgans ad monticulum reuolutum conſpicitur, ex hac autem adminiſtratione quonam modo ſe habeant anteriores ventriculi, facillimè conſpicaberis; propria enim figura & magnitudo ſicut eſt obijcietur; ſeptum quoque illud ventriculorum, quod lapis ſpecularis dicitur, atque ipſius luciditatem (ſi ex aduerſa parte lumen appoſueris) dilucidiſſimè conſpicies. Adeo inquam eſt perplexa huius Figuræ adminiſtratio, vt ad eam dilucidè exponendam plurima cadauerum capita ſectione ſint perſcrutanda.

C

SEXTA FIGVRA.



D

A

IN hac Figura ſpinalis medulla cum cerebello ſectione ablata eſt, vt cauitas tota cerebri videri facilius poſſit, cerebro vndique manibus ad latera agiliter abſque laceratione pulſo.
AAAA *Cerebri poſterior regio membrana deſtituta.*
BB *Anterior cerebri regio.*
C CCCCC *Cauitatis cerebri figura, & magnitudo; poſteriores* C C. *eam cauitatem demonſtrant.*

D

monſtrant, quæ in monticulis ſupra aurium regionem exculpta eſt, & in communi adminiſtrandi modo demonſtrari minimè poteſt. E

D *Corporis calloſi principium.*

E *Corporis calloſi finis, quà plexus choroides eius cauitatem ingrediuntur.*

FFFF *Ductus choroidum per omnem cauitatem extenſi.*

G *Conarion, glandula nucis pineæ formam præſeferens, quæ in præcedenti Figura reti implicita oſtenditur litera R.*

HH *Spinalis medullæ proceſſus cultro ſecti, quaſi in medio cauitatis relicti, quorum circumuolutionem Iulius Cæſar Arantius peritiſſimus Anatomicus appellare conſueuerat hyppocampum.*

II *Neruorum opticorum progreſſus ad anteriora.*


LL *Eorundem neruorum principia à poſteriori parti ſpinalis medullæ prodeuntia, quæ in Quarta Figura perpulchrè demonſtrantur literis* HH.

De Adminiſtratione Septimæ Figuræ. F

HAec Figura in paucis differt à præcedenti; demonſtrat enim præter ventriculorum anteriorum portionem, eorundem magnitudinem, quæ à ſepto minimè diuiſa eſt. Oſtendit etiam veſtigia, eius partis ventriculorum, quæ ad aures reuoluuntur, ſimulque corporis calloſi longitudinem, ſub quo reperitur illa fornix tàm celebrata. Vt verò totum id manifeſtè habeatur, eleuandum eſt calloſum corpus ab anteriori parte, & ad poſteriorem reuoluendum; atque in hac reuolutione choroidum ductus à fornice exeuntes, & ad eam ventriculorum partem, quæ ad aures exporrecta eſt, terminati perbellè conſpiciuntur.

SEPTIMA FIGVRA.

G



H

HAe duæ Figuræ ſequentes ventriculorum anteriorum magnitudinem, & figuram demonſtrant, durâ piaque membranâ ſeparatâ, ſoliſque manibus vtraque cerebri parte deducta, quæ in duas diuiditur partes, in ſubſtantiam cerebri, & ipſius cauitatem, hæc tamen adminiſtrata eſt cerebro in calua toto exiſtente.

AAAA *Cerebri vniuerſa ſubſtantia ad latera manibus pulſa.*

BB *Ventriculorum anterior portio.*

CC *Eorundem poſterior pars à ſepto minimè diuiſa in ea cerebri parte exculpta, quæ eſt ad occiput.*

DD *Veſtigia demonſtrantur horum ventriculorum ad aures reuoluta, quæ in alijs Figuris*

guris pulchrè oſtenſa, præſertim in Sexta, conſpiciuntur.

E F *Corporis calloſi longitudo, cuius anterior pars,* E. *poſterior,* F. *denotatur, ſub qua fornix reperitur, eodem corpore calloſo ſubleuato, ab anteriori eius, atque ad poſteriorem inuerſo.*


G G *Plexuum choroidum ductus ſub corpore calloſo à fornice exeuntes, & ad eam ventriculorum cauitatem, quæ ad aures exporrecta eſt, permeantes.*

De Administratione Octaua Figuræ.

QVò commodiùs huius Figuræ adminiſtrationem exerceamus, auferendum totum cerebrum à ſuis oſſibus, & ſupra aſſerem manibus hinc inde leuiter ducendum; ſic enim tota ventriculorum magnitudo citra aliquam cerebri lacerationem pulchrè apparebit: & in poſteriori parte latiores ventriculi videbuntur, quoniam à proprijs locis ſectione à cerebro prædicti monticuli ſunt ſeparati; totamque corporis cal-
B loſi longitudinem, & proceſſus choroides eleganter intueri poterimus. Demonſtrantur inter reliqua etiam progreſſus neruorum opticorum anteriores, exiſtentes adhuc in cerebri cauitate. Hæc omnia, vt appoſitè pateſiant, corpus calloſum (vt antea dicebam) à poſteriori cerebri parte ad anteriora reuoluendum eſt: & hoc modo cerebrum totum excauatum eſſe, longè meliùs, quàm in præcedentibus Figuris apparebit.

OCTAVA FIGVRA.

C



HAec à ſuperiori parùm euariat, niſi quod poſterior pars cerebri extra oſſis limites producta eſt, proceſſuſque illi, quos monticulos appellauimus, extra ducti aliquo modo ſuam oſtendunt cauitatem.

A A A A *Cerebri moles ad latera propulſa, ac manibus quò ad fieri potuit, citra lacerationem dilatata.*

B B *Ventriculorum anterior pars.*

C C *Eorundem poſterior regio.*

D D *Principium cauitatis, quæ ad aures reuoluitur.*

E F *Corpus calloſum, cuius* E. *anterior;* F. *poſterior denotatur regio.*

G G *Neruorum opticorum progreſſus ad anteriora, adhuc in cerebri cauitate exiſtentes.*

H H *Monticulorum portiones à proprijs locis extracta, extraque caluariam propulſa.*

I I *Proceſſuum choroidum ductus.*


De Adminiſtratione Nona Figura.

E

CVm dictum ſit ſpinalem medullam cerebello exporrigere vtrinque inſignem ramificationem, proinde vt rectè appareat, curauimus ipſam medullam in duas partes ſecundùm longitudinem diuidi, ſimulque cerebellum ita præparari, vt interna ipſius ſuperficies conſpici poſſit, quæ in duas ſubſtantias diuiſa cernitur; quarum vna albiſſima, alia verò ad cinereum colorem vergens: alba ſubſtantia, quæ velut in canales quoſdam diuiſa diſtribuitur per cerebelli internam ſubſtantiam, ortum ducit à lateribus ſpinalis medullæ. Sed antequam fiat huiuſmodi ſectio, ſi quis voluerit experiri, an ſpinalis medulla ſit perforata, poterit ſpecillum à caudice ipſius impellere; obſeruabit enim id abſque aliqua violentia per foramen ibi exculptum procedere.

Pari pacto ſi quiſpiam certior reddi deſiderat, ſintne nerui optici perforati, an contra; poterit duplici hac demonſtratione vti, prima eſt, vt ſpecillum immittat in neruum opticum propè coniunctionem ad ephippium (facta prius ſectione parua ſecundùm nerui longitudinem quanta ſatis ſit, ad ſpecillum exiguum immittendum) ſurſumque F impellat ad medullæ principium; reperiet enim canaliculum exculptum in ipſo neruo vſque ad medullam, quemadmodum vice verſa ſpecillum impoſitum in idem foramen impellere poteſt, oculum verſus, & in eodem neruo reperiet exculptum canaliculum vſque ad amphibliſtroidem amplectentem humorem vitreum. Si deinde ἀμφιβληστροειδὴς ſimul cum alijs duabus membranis neruum obducentibus ad calcem cryſtallini circulari ſectione auferantur, tunc apparebit ſpecillum per canaliculum nerui delatum exire. Sed poteſt quoque citra impoſitionem ſpecilli in neruum opticum eius foramen demonſtrari; ſi nimirũ oculus accipiatur denudatus à muſculis (facta ſectione ad cryſtallini calcẽ, quà vitreo innatat, vbi omnes membranæ ab ipſo oculo ſeparãtur) remaneatque anterior pars oculi cum cornea, vuea, cryſtallino, & aqueo humore à membranis denudata. Poſterior verò oculi pars, quæ cõſtat ex ſolo humore vitreo, remaneat etiã ab omnibus mẽbranis ſeparata, dummodo interna membrana ſit reuoluta ad opticũ; hoc enim modo ſtatim apparebit foramen ipſius tanquã ad vitrei centrum. Quod ſi videre cupias optici foramen, à ſpinali medulla prodiens, ſeca trãſuerſim con- G iunctionem neruorum, & in vnum immitte ſpecillum, ſic enim ad ſuam originem peruenies; vnde conſpicies in ſuprema parte foramen eſſe, quod Gal. latère ſcripſit.

NONA FIGVRA.



H

HAc Figura demonſtratur ſpinalis medullæ portio ſecundùm longitudinem ipſius in duas partes diuiſa; ſimulque, interna cerebelli ſubſtantia, per quam canalium in modum, medulla

medulla vtrinque ſpargitur albiſſimo colore prædita; reliqua verò cerebelli ſubſtantia ad cineritium vergente.


AAAA *Spinalis medulla in duas partes ſecundùm longitudinem ſectione diuiſa.*
BBBB *Notatur his literis vniuerſa ſubſtantia cerebelli.*
CCCCC *Ramificationes ipſius ſpinalis medullæ.*
DD *Principia ſpinalis medullæ à cerebro, vnde ortum ducunt, ſectione diuiſa.*

Modus Adminiſtrandi Decimam, Vndecimam, & Duodecimam Figuram. Cap. X.

SVperſunt tres Figuræ, quæ nihil aliud demonſtrant niſi modum adminiſtrandi ea omnia, quæ in oſſe petroſo continentur auditui famulantia, hæc autem poſſunt enucleari duobus modis, primò incipiendo à partibus externis nulla facta adminiſtratione, aut ſectione ipſius oſſis;
B ſecundò incipiendo à partibus internis vſque ad partes exteriores. Incipienti igitur à partibus exterioribus inter organa conſtituta auditui apparet primò auris, in cuius medio tanquam in centro extat canalis, qui meatus auditorius appellatur, partim in aure, partim in oſſe inculptus, cuius vltimus terminus in interiori parte eſt illa membrana, ab omnibus Anatomicis tympanũ appellata, cui adhæret pedunculus quidam oſſeus, qui eſt pars mallei, cuius caput inſeritur per articulationem in aliud oſſiculum paruum incudis formam, vel etiam dentis molaris præſeferens, cuius duo ſunt proceſſus, alter breuior, qui oſſi ſphœnoidi per gonphoſim, alter verò ſtapedi (oſſiculus namque eſt formam ſtapedis repræſentans) articulatur, cuius angulus inferior cæci foraminis principio adhæret; eſt & muſculus, qui in oſſe ſphœnoide latens, tendinem immittit in pedunculum mallei iam dictum tympano adhærentem. Hæc ſunt inſtrumenta auditui ſeruientia, numeroque ſeptem reperiuntur, quæ ex adminiſtratione conſpici poſſunt: eſt etiam aër ille connatus, qui ita re vera eſt abſconditus, vt ex Anatome nulla ratione deprehendi poſſit. Præter hæc tria alia
C apparent, quemadmodum eſt cæcum foramen, cochlea, & labirynthus, quæ ſunt foramina exculpta in oſſe petroſo.

Declaremus modò eaſdem partes, incipientes à partibus caluariæ internis: in caluaria per Anatomen adminiſtrata ſunt plures cauitates, aſperitates, & eminentiæ: inter alias eminentias vna vtrinque eſt in oſſe ſphœnoidis inſculpta, quæ figuram æmulatur capitis delphini in ſe continens omnia inſtrumenta iam enarrata auditui famulantia, quæ, vt inueniri poſſint, opus eſt ſcalpello tenuiſſimo, & optimè incidente; vt autem hęc eminentia explanetur, caput eo modo eſt collocandum, vt ſcalpellus, qui à manu ſiniſtra tenetur ipſi eminentiæ adaptetur, atque malleo in dextra contento ſenſim ſcalpellum moderatè pulſando, tota illa eminentia explanari queat: quod ſanè agiliter admodum, atque patienter perficiendum eſt, & cum præcautione, ne oſſicula iam dicta, & membrana dilacerentur, aut frangantur. Poſſumus adhuc alia ratione hoc idem præſtare, ſcilicet auferendo totam oſſis portionem ſerrà à capite, quemadmodum conſpicitur in Decima Figura, quà ablatà, adminiſtrationem ſcalpello iam dicto, atque
D malleolo in oſſe moliri oportet, ita ſenſim, vt in conſpectum veniant primùm incus, atque malleus, deinde ſtapes: vt verò muſculus totus appareat totum os anterius circa meatum auditorium explanandum eſt: ex qua adminiſtratione omnia intus recondita manifeſtantur non ſecùs atque in Vndecima, & Duodecima Figura apparet: quod ſi enumerare incipiamus hæc auditus organa à partibus internis progredientes ad externa, occurret primùm malleolus, atque incus, quia coniuncta ſunt per articulationem: deinde muſculi tendo inhærens pedunculo malleoli, & tertiò ſtapes, cui ſubſequitur tympanum, ad tympanum meatus auditorius, poſt meatum auditorium auris ipſa.

DECIMA FIGVRA. E




F

H*Aec Figura caput à carne, & cute denudatum, caluaria ablata, demonſtrat, ſimulquè locum, à quo extracta fuit illa oſſis portio auditus organa continens, quæ, vt artis Anatomicæ eſt, adminiſtrata cernitur, vt duabus ſequentibus Figuris ſuis characteribus deſignata apparent.*

A A A *Demonſtrant locum, à quo exempta eſt illa oſſis petroſi portio, in qua inſtrumenta auditus ſunt ſectione adminiſtrata, quæ in duabus poſtremis Figuris diſtinctiùs ſuis characteribus notantur.*

VNDECIMA FIGVRA. G



H

H*Aec Figura oſſis portionem à capite ferrà ſeiunctam demonſtrat, in quâ inſtrumenta ad auditum ſpectantia literis denotantur.*

A A *Oſſis vniuerſa regio, quæ ab oſſe occipitis, & ſphænoide ſectione ablata eſt.*


B B *Eminentia delphini capiti aſſimilata, quæ ſcalpellis explanata demonſtratur.*

C *Membrana tympanum appellata.*

D *Capiti*

D *Caput mallei incudis cauitati exculptum.*
E *Incus mallei caput inhærens.*
F *Mallei maior pedunculus medio tympano adnexus, illud intra gibbum, extra concauum reddens.*
G *Incudis proceſſus, qui ſtapedi innititur, vt in alia apparet Figura.*
H *Muſculus paruus à conterminis ſphænoidis enatus, in maioremque mallei pedunculum deſinens.*
I *Incudis alter pedunculus oſſi petroſo per gonphoſim articulatus.*

DVODECIMA FIGVRA.



IN hac Figura auditus omnia inſtrumenta, quæ intus ſunt, pulchrè demonſtrantur, nam monticulus, ſeu proceſſus caput delphini imitans non eſt ex toto alteri oſſi adequatus, cùm ſtapes ſuo oſſi innixus remanſerit, in quo caci foraminis veſtigium aliquod videtur.

A A A A *Oſſis portio à capite exempta.*
B B B B *Pars oſſis ſcalpello non ex toto alteri adaquata.*
C *Mallei caput.*
D *Incus excauatus malleum admittens.*
E *Mallei pedunculus membranæ, & tympano adnexus.*
E *Membrana tympanum appellata.*
G *Pedunculus incudis longior, ſtapedi articulatus.*
H *Stapes, cuius angulus inferior, caci foraminis principio adhæret.*
I *Caci foraminis veſtigium ſcalpello detectum.*
L *Breuior incudis proceſſus oſſi ſphænoidi per gomphoſim articulatus.*
M *Tendo muſculi ſolùm denotatur, reliquo muſculo in oſſe ſphænoide adhuc latente, qui in alia Figura (oſſe explanato) egregiè conſpicitur litera* H.
N *Ligamentū quoddam vtrumque, quo ſtapes, & incudis pes maior oſſi ſphænoidi alligantur.*
O *Oſſis petroſi terminus, ſeu circumferentia oſſea circularis, cui adnexa eſt membrana.*
P *Foramen cochleæ regionem exteriorem, interna illius correſpondentem, denotans.*
Q *Oſſis temporum portio nondum ex toto explanata, cui incudis pes breuior innixus eſt.*

ET hæc eſt adminiſtratio, & deſcriptio totius organi auditorij, quod eſt inſtrumentum, ſeu pars organica ex pluribus ſimilaribus conſtructa partibus, quarum vna eſt, quæ habet rationem præcipuam agendi, aliæ ſine quibus, aliæ ad meliorem operationem, & aliæ ad totius inſtrumenti conſeruationem requiruntur. Ex communi ho-

minum

minum conſenſu, aër implantatus, ſeu innatus ea eſt pars, cui debetur actio primò, reliquæ in famulatũ eius inſtitutæ ſunt. Quamuis multi, multa dicãt circa illa tria officula, ſum tamen huius opinionis, quod hæc ipſa ſint facta in conſeruationem tympani; nam cùm tympanum illud ſit, per quod ſonus, ſeu ſpecies ſoni ingreditur ad auditum faciendum, ac ſi contingat fieri magnum ſonum, periculum eſt ne hæc ipſa membrana intus propellatur, ob hanc cauſam natura ad medium ipſius tanquam ad centrum appoſuit pedunculum illum mallei: & quia hic ex oſſe duro conſtat, vnde periculum erat ne membranam confoderet, natura fecit, vt hæc tria oſſa per articulationem ſimul coniuncta eſſent, vt ad motum membranæ, & ipſa mouerentur illi cedentia: hinc etſi pedunculus ille ſit oſſeus, tamen cùm illi cedat, non poteſt eam perforare: muſculus verò ille, qui in pedunculum inſeritur, à natura poſitus eſt, vt opem ferat pedunculo, ne limites tranſgrediatur ob violentiam ſoni mouentis tympanum, & intus impellentis. Quare & muſculus ſtatim retrahens ipſum pedunculum membranam, & oſſicula in ſuum reducit locum. Cauitates verò iam dictæ, nempe cæcum foramen, cochlea, & labirynthus ſunt factæ ad meliorem operationem, ſed quintum par neruorum, ſimul cum meatu auditorio ſunt cauſæ, ſine quibus auditio fierit nequit; & auris exterior facta eſt tùm ad organi conſeruationem, tùm ad meliorem operationem.

HAs meas duodecim Figuras de capitis adminiſtratione baſi ſurſum reuoluta, velim lector amice boni conſulas, nec paucitatẽ earum ſpernas, ſed rei nouitatẽ perpendas: cùm enim à tot ſæculis Anatomes vſus more receptus fuerit, & viros huius artis peritiſſimos mearũ Figurarũ cognitio latuerit; facili coniectura aſſequi poteris quantũ olei, & operis perdiderim, capitis, & præſertim cerebri, cerebelliq́; vias ante hac ignotas perſcrutãdo: deinde quæ dexteritas, ac moderatio animi ad hoc negotiũ requiratur; niſi enim ſingulari huius ſtudij vtilitate allectus fuiſſem, nunquã ad perfectionẽ, ne has quidem perduxiſſem. At non animo deſpondeas, licet difficultatem, & labores huius ſectionis ante oculos conſpicias, verùm cum feruore mentis opus aggrediaris, fretùs fiducia te non eas moleſtias ſenſurum quas ego in eius prima inuẽtione exantlaueram. Quòd ſi pluralitatis amans eſſem, traderem equidem totius corporis humani exactam fabricam, quam ex plurimorum cadauerum diſſectione, & indefeſſa perquiſitione minutiſſimarum eorundem partium præclarè noui: ſed quia Veſalius cum plurimis alijs Anatomicis ſufficienter circa id ſtudium deſudarunt, nitidiſſimiſque figuris ſingula, quæ in homine intus, & in cute exiſtunt, depinxerunt; ſuperuacaneum eſſe duco talia ad incudem reuocare, licet proprio marte & ingenio, abſque aliorum Anatomicorum voluminibus opere exequi poſſem. Concluſionis loco non queo non repetere, me cumulari dolore maximo, quòd mihi per otium non licuerit (ob ea impedimenta, vt in principio dixi) huic Anatomes actiuæ parti vlterius inuigilandi, non eſt dubium quin fauente Deo Opt. Max. corporis humani plurima alia arcana eruiſſem. Has interea figuras ad inſtantiam, & perſuaſionem præſtantiſſimorũ virorum præcipuè Caſpari Bahuini Medici doctiſſimi, & Anatomici celeberrimi, (cui perluſtrandas exhibui, dum caſu fortuito iter faciens Galliam verſus in eum inci-diſſem) prælo ſubijcere ſtatui: quas ſi lectori arridere eumque veſtigijs ijſdem inſiſtere animaduertero, mirificè recreabor; ſpe inductus non vulgari Anatomen actiuam hac ratione gradatim, & pedetentim eximium incrementum ſumpturam, quod à flore, iuuentutis in hunc vſque diem promouere fui conatus.

FINIS PRIMAE DECADIS.

IOAN.

IOANNIS BAPTISTAE CORTESII

MISCELLANEORVM MEDICINALIVM DECAS SECVNDA.

De Anatome contemplatiua.

PErtractauimus Decade ſuperiori eam Anatomen, quæ ſenſibus exter-
nis objicitur, & facilè perſpicacibus oculis patet; ſed in materia pro-
poſita gradum faciamus ab ea nota Anatomes parte ad ignotã, nempe
ſpeculatiuam, quæ non oculis corporeis, & ne lynceis quidem conſpi-
B ci valet, ſed animo, & cogitatione comprehenditur. Accepiſtis in præ-
cedentibus, quem laborem, operam, & ſtudium requirat Actiua; non minorem, at multis vicibus intenſiorem, contemplatiuam hanc Anatomes partem ſibi vendicare, vobis velim firmiter perſuadeatis. Et ratio eſt manifeſta, nam ſi tàm magno conatu opus eſt, ſi quis in eorum cognitionem venire ſtudet, quæ à parte rei ante omnem operationem intellectus, & inter ſe diſtincta exiſtunt: nullus meo iudicio erit alienus adeò à veræ rationis præſcripto, qui inficiabitur, hanc ſpeculatiuam Anatomẽ (quæ non niſi oculis mentis, neque illis ſine maxima difficultate conſpici poteſt) ab Actiua non aliter, atque graue, & leue ad inuicem collatum diſcrepare. Si periculum facturus ex nonnullis veſtrùm ſciſcitarer, quid rei cerebrum, cor, iecur ſit? haud dubiè præclarè ſe nouiſſe aſſererent: at ſi actiones, & paſſiones eorum exponere cogerentur, antequam illas ſupremis labris (ſi mihi tamen per vos ita loqui liceat) deguſtarent, oneri ſuccumberent. Quare hunc tractatum arduum, & in medica facultate neceſſarium perpendendo, cùm nil ſicco (vt aiunt) pede, quod ad veſtram vtilitatem conferre vi-
C detur, prætermittere coner; licet non abſque corporis, & animi moleſtia ad exitum perducturus ſim; tamen pro virili parte, ea vobis ob oculos ſtatuam, quæ etſi corpori humano inſint, nihilominus diſcurſu, & ratione tantummodo acquiruntur, & potiſſimum ad actiones, vſuſque partium concurrunt.

De natura partium in genere. Cap. I.

NE in contextu expoſitionis partium dubitationis ſcopulum incurramus, ſtatiùs duxi præoccupando declarare, quòd licet quædam nomina apud Gal. ſynonimorum ſpeciem præſeferentia offendantur (vt μέλος, ὄργανον, τόπος, μόριον καὶ μέρος: id eſt membrum, inſtrumentum, locus, particula, & pars) ea tamen ſi ſano modo conſiderentur, plurimùm ab inuicem diffideant: clariſſimum quidem eſt omne membrum eſſe partem; at erroneum vice verſa ex parte membrum inferre; atque hoc ipſum velim de ſingulis alijs me tacente colliga-
D tis; particula, & parte excepta; hæ namque Gal. Anthore conuertuntur prim. meth. med. cap. 5. ſcribente non differre particulam, & partem his verbis. *Nihil refert ſiquis oculum, totius vel partem, vel particulam vocet.* Conſideratur autem pars duobus modis, in genere, & in ſpecie; primo modo quicquid in corpore eſt, ſub partis nomine comprehenditur, in qua ſignificatione eam accipiens Ariſt. 2. de part. animal. cap. 2. ſanguinem, & ſaniem inter partes enumerauit; rurſus partes huiuſmodi poſſunt eſſe in duplici differentia; aliæ ſunt fluidæ, vt iam dictæ, aliæ ſolidæ, vt cuticula, vngues, & pili. Secundo modo accipitur pars pro parte viuente tantùm, & hac ratione idem Ariſtoteles lib. præcitato, cap. 10. partem conſiderans ſanguinem partem eſſe negauit. At Gal. 16. de part. vſu cap. 1. & lib. 1. cap. 1. deſcribens partem corporis amplexus eſt tantùm partes ſolidas; dum dixit partem habere propriam circumſcriptionem ab alijs omnino ſeiunctam; ita vt ex Gal. pars corporis illa dicenda veniat, quæ neque vndequaque propriam habet circumſcriptionem, neque vndequaque cum alijs coniungi-

tur, ad totius differentiam, quod propriam circumſcriptionem ab omnibus alijs habet ſeiunctam: huiuſmodi præterea partes ſunt in duplici diſcrimine, aliæ enim ſunt non viuentes, neque operationem præſtantes, aliæ viuentes, & quæ propriam habent operationem. Anatome non conſiderat partes fluidas; & inter ſolidas tantummodo, quæ viuunt, & operantur in corpore; hæ enim comprehenduntur ſub hac definitione. *Pars eſt membrum viuens, ex familiari materia genitum, gratiâ operationis alicuius, aut vſus.* B

Sed quoniam ad hoc, vt pars operetur, opus eſt naturâ, mediante calido innato, facultate, ſpiritibus, temperie, & compoſitione, hæc omnia ſingillatim poſt examen huius definitionis, & partium, quæ ſub ipſa continentur, declarabo. In hac igitur definitione, *membrum*, vendicat ſibi generis nomen, quo partes fluidæ ſecluduntur, eò quòd non poſſint dici membra; nam membrum prædicatur de partibus ſolidis, & integrantibus: additur, *viuens*, vt dirimatur à non viuentibus: tertia differentia eſt cauſa materialis, *ex familiari materia*: vt hac ipſa innueremus materiam, ex qua generatur pars viuens, familiarem, & benignam eſſe, quæ in duplici differentia verſatur; nam vel ſperma eſt, vel ſanguis, reliquæ partes iam dictæ velut vngues, pili, cuticula, ab excrementis fiunt. E Poſtrema differentia eſt, *operationis gratiâ*, vt eâdem oſtendamus illam corporis partem, quæ caret operatione, non eſſe verè partem: partes autem viuentes, quibus definitio hæc competit, in duplici verſantur diſcrimine; aliæ dicuntur primæ, ſimplices, & ſimilares: aliæ dicuntur ſecundæ, diſſimilares, organicæ, atque compoſitæ.

Primæ ſunt.	1.	oſſa.	Τὰ ὀςᾶ.
	2.	cartilagines.	Χόνδροι.
	3.	ligamenta.	Συνδεσμοι.
	4.	tendines.	ἀπονευρώσεις.
	5.	membranæ.	ὑμένες.
	6.	glandulæ.	ἀδένες.
	7.	pinguedo.	πιμελή.
	8.	fibræ.	ἶνες.
	9.	venæ.	φλέβες.
	10.	arteriæ.	ἀρτηρίαι.
	11.	nerui.	νεῦρα.
	12.	cutis.	δέρμα.

G

Dicuntur ſimplices, non quia omninò primæ, ac ſimplices ſint, cùm ex Gal. 10. meth. med. cap. vlt. nulla pars in corpore reperiatur, quæ non conſtet ex carne, fibris, ac membranea ſubſtantia; ſed quia ſenſibus primæ occurrunt, ſimplicesque nobis apparent: addatis, quod earum fragmenta eandem definitionem, videlicet idem nomen cum toto retinent; eamque ob cauſam dicuntur ſimilares, quòd ſimiles ſemper ſibi ſint, ſiue diuiſæ, ſiue integræ maneant. Diſſimilares verò, compoſitæ, organicæ, atque inſtrumentales vocatæ illæ ſunt, quæ ex his conſtant, vt caput, facies, oculus, thorax, abdomen, ſeu venter inferior, & quæ viſcera in his contenta ſunt, artus ſuperiores, qui brachia, & inferiores, qui crura dicuntur; propterea partes diſſimilares vocantur, quòd earum fragmenta, & partes à toto differant, vnde non retinētes idem nomen amittunt, & definitionem; vt manus non diuiditur in alias manus, ſed in digitos. H Deinde compoſitæ vocantur, quòd ex primis conflatæ ſint; organicæ verò, & inſtrumentales, quòd gratiâ alterius actionis productæ: inſtrumenta enim illa dicuntur, quibus vtimur ad aliquid agendum, quocirca dicebat Gal. lib. de vocal. inſtrum. cap. 1. & 2. ad vocem edendam tria deſiderari, facultatem nimirum, materiam, & inſtrumentum. Facultas artifici proportione reſpondet; ſpiritus materiæ rationem habent; inſtrumenta autem ſunt muſculi. Dicuntur igitur partes organicæ inſtrumenta, quòd natura illis tanquam inſtrumentis vtatur ad ſuas obeundas actiones.

Sed aduerſus hanc de partibus determinationē inſurgit difficultas, nam cùm partes inſtrumentales, & organicę dicantur, quia in gratiā actionis ſint factæ; eadem ratione, & ſimilares erunt inſtrumenta, & organa: nam Gal. lib. vocal. inſtrum. inſtrumenta etiam appellauit neruum, cartilaginem, & alias huiuſmodi partes, eò quòd actiones ſuas moliuntur attrahendo, retinendo, alterando, atque expellendo: erunt igitur partes ſimilares

Digitized by Google

A lares inſtrumenta, quod in gratiam operationis ſint efformatæ; eandem etiam ob cauſam, & ſimilares dici poſſunt inſtrumentales, cùm natura gratiâ operationis eas effiuxerit. Huic obiectioni ita mea opinione ſatisfaciendum, dicendo aliud eſſe conſiderare operationes naturales ad nutritionem ſpectantes, aliud operationes, quæ aliquam ſenſationem, & motionem important. Si primo modo conſiderantur ſimilares, inſtrumenta appellari poſſunt, quia natura ijs vtitur in nutritione ad ſua obeunda munia; & hæc dicuntur ab eodemmet Galeno inſtrumenta naturalia communem operationem exequentia. Si ſecundo modo, partes organicæ meritò inſtrumenta dicuntur, eò quòd in gratiam ſenſationis, aut motionis factæ, ijſque natura tanquam inſtrumentis vtatur ad operationes faciendas, non quidem communes, ſed proprias: ita vt primæ ſint communium, ſecundæ partes propriarum actionum inſtrumenta. Sed rurſus audio veſtrùm aliquem mihi obijcientem; tu ſtatuis ſimilares partes eſſe inſtrumenta operationum communium, organicas verò propriarum; Gal. tamen lib. ſuperius cit. de vocal. inſtrum. cap. 2. dicebat neruum eſſe vocis inſtrumentum, & lib. cap. 10. de part. vſu, B & alijs in locis, humorem cryſtallinum eſſe viſionis primariũ inſtrumẽtum; ſed neruus, & humor cryſtallinus ſunt partes ſimilares, viſio verò, atque vocis efformatio ſunt operationes propriæ; ergo ſequitur partes ſimilares eſſe inſtrumenta operationis propriæ.

Huic quoque obiectioni ſatisfaciendum puto, facta operationum diuiſione; operationes propriæ, aliæ ſunt imperfectæ, & initiatæ: aliæ verò vndequaque perfectæ: primæ fiunt à ſimilaribus; ſecundæ ab organicis: ad operationes enim, quæ ad ſenſum, aut motum ſpectant, natura duplici vtitur inſtrumento; alterum principium eſt operationis, & hoc eſt ſimilare, à quo tanquam ab origine prodit operatio, vt in oculo humor cryſtallinus eſt præcipua pars, à qua actio emergit. Alterum verò inſtrumentum eſt, quod operationem perficit, totus *v. g.* oculus viſionem perſgit. Vnde Gal. 1. meth. cap. 6. ſcripſit, *inſtrumentum voco animalis partem, quæ perfectam edere operationem poteſt:* per perfectam autem actionem intelligere oportet propriam. Quamobrem partes ſimilares dici poſſunt inſtrumenta quidem, ſed impropriè; at diſſimilares partes propriè inſtrumenta vocantur, quòd perfectam edant operationem: quare per C *ἀντονομασίαν* communiterque partes diſſimilares inſtrumenta vocantur, quòd ex determinatis ſibi partibus conflatæ ſint in gratiam propriæ, & perfectæ actionis. Hinc partes diſſimilares inſtrumenta propriè, ſimilares verò impropriè dicuntur.

Notandum tamen eſt, quòd partes determinatæ, quæ inſtrumentum cõſtituunt, aliquando ſint toto inſtrumento minùs compoſitæ; nonnunquã ſimilares, interdum diſſimilares. Vnde Gal. lib. de diff. morb. cap. 4. pro diuerſitate partium cõponentium inſtrumẽta inter ſe diuiſit, nam primum vocauit inſtrumentũ, quod ex ſimilaribus partibus eſt compoſitum, vt muſculum. Secundùm verò inſtrumentum vocauit, quod ex primis inſtrumentis, vt *v. g.* digitus ex muſculis conſtat. Tertium inſtrumentum eſſe dixit, quod ex ſecundis conflatum eſt, vt manus ex digitis. Quartum verò, quod ex tertijs conſtat, vt crus ex pede, tibia, & femore. Ita ex his vobis conſtabit Gal. in quatuor claſſes inſtrumenta diuiſiſſe. Rurſus partes, quæ inſtrumenta componunt, nempè ſimilares, à Gal. lib. 1. de par. vſu cap. 8. in quatuor claſſes diuiſæ ſunt; in prima claſſe conſtituit partes, per quas actio fit, quæ nimirum primò ad actionem concurrunt. In D ſecunda poſuit eas partes, ſine quibus actio fieri non poteſt. Tertio loco illas, quæ ad perfectiorem actionem faciunt. In quarta, & vltima claſſe, quæ ad omnium conſeruationem ſunt factæ, ordinauit. Huius ordinis à Gal. inſtituti ratio ex rei neceſſitate deſumpta eſt, nam partes inſtrumenti, ideſt quæ componunt inſtrumentum, ad actionem concurrunt, vel primariò, & principaliter, vel ſecundariò: ſi primò, & principaliter, pars illa eſt, quam præcipuam appellaui, nullam aliam in corpore ſimilem habens; ſi ſecundariò, vel pars dirigitur ſimpliciter ad actionem, vel ad actionem, quæ perſeuerare debet.

Si ſimpliciter ad actionem, vel neceſſitatem, vel perfectionem reſpicit: ſi neceſſitatem, tunc partes ſunt ſine quibus non; ſi perfectionem, ſunt partes, quæ concurrunt, vt actio melius fiat: ſi tandem actionem reſpiciat, vt perſeuerare debet, ſunt partes quarti ordinis, quæ conſeruationis totius inſtrumenti, & partium gratiâ ſunt factæ. Omnes iſtæ partes, hoc ordine ad actionem concurrunt: at quemadmodum non omnes ean-

dem rationem actionis reſpiciunt, ita neque eadem ratione conſtitutæ ſunt, nec eodem coniunguntur modo: ſiquidem, vt Gal. Author eſt lib. de diſſect. vulu. cap. 4. quædam ſunt, quæ ſolummodò ſe tangunt, quædam ſimul committuntur; earum verò, quæ ſunt commiſſæ, nonnullæ annectuntur ſolùm, aliæ vniuntur; cæterùm partium quæ vniuntur, aliæ intertexunt totum inſtrumentum, aut maiori ex parte: denique nonnullæ totum inſtrumentum alunt: rurſus vnitæ partes ad inuicem vniuntur, vel carne mediante, aut fibris, vel ligamentis, aut cartilagine, non ſecùs atque inſtrumenta arte facta, quæ glutine medio, vel luto, aut fune, vel ſimili aliqua materia agglutinantur; hoc quidem modo partes inſtrumenti ſimul vniuntur. quibus ita iactis, ſatis patère arbitror, quid nomine partis intelligendum ſit, quidque differat ab inſtrumento, & membro; nam pars de omnibus prædicatur, inſtrumentum verò, & membrum ſignificant partem hetherogeneam, ſeu organicam. E

Modò nobis declarandum eſt, quid per naturam partis intelligatur; quæ res, vt exactius appareat, in memoriam reuocandum eſt; partes alias eſſe ſimilares, alias organicas, quamobrem alia eſt natura partis ſimilaris, & alia eſt natura partis organicæ. F Natura partis ſimilaris conſiſtit in ſubſtantia propria, temperie, & ijs, quæ ex neceſſitate conſequuntur; at organicæ partis natura eſt ipſa compoſitio, quæ conſtat ex ijs, quæ ex neceſſitate accidunt, qualia ſunt conformatio, magnitudo, numerus, ſitus, connexio: per propriam ſubſtantiam cum Gal. intelligimus talem ſubſtantiam, quæ nullam aliam ſimilem habet in corpore, cui ineſt propria, & determinata facultas: eaque ſubſtantiæ proprietas duplex eſt, alia communis, alia propria: communis illa eſt, quæ in vna parte reperitur per omnes corporis partes diſperſa, vt eſt vena, arteria, nerui, quorum ſubſtātia propria ſibi quidem eſt, cùm nulla ſimilis in corpore reperiatur, ſed quia per omnes partes diffuſa eſt, communis proprietas, ſed impropriè dicitur.

Propria (liceat hiſce vti verbis) proprietas ea appellatur, quæ vni parti eſt propria, vt caro pulmonum, quæ propria ſibi, ſolique eſt: & vtrique proprietati ineſt propria facultas, quæ nullam aliam ſimilem in corpore habet. Cæterùm & propriam ſubſtantiam, & facultatem vnaquæque pars adepta eſt, habet etiam proprium, ac determinatum temperamentum, quod nihil aliud eſt, quàm ſymmetria, ſeu commoderatio primarum qualitatum; nempe calidi, humidi, frigidi, & ſicci, per quam tanquam per proprium inſtrumētum pars ipſa propriam, & determinatam actionem, vt plurimùm moliri nata eſt; vt prim. de part. vſu. cap. 9. & pluribus alijs in locis à Gal. eſt determinatum; G *v.g.* venæ ſubſtantia facultate propria mediante temperamento, ſanguinem tranſmutandi, alterandi, & concoquendi vim habet, nulla alia parte in corpore talem facultatem habente.

Hæc eſt igitur proprietas ſubſtantiæ, facultatis, ac temperamenti, quod ſanè temperamentum cùm conſtet ex commoderatione primarum qualitatum, & primas qualitates ſecundæ ſequātur: hinc ſecūdæ qualitates à Galeno prim. de part. vſu cap. 9. & prim. de facult. natur. cap. 6. ex neceſſitate conſequentia fuerunt appellatæ, quarum aliquæ ad tangibiles qualitates referuntur, vt durities, mollities, friabilitas, lentor, leuitas, grauitas, denſitas, raritas, aſperitas, lenitas, craſſitudo, tenuitas: nonnullæ ad guſtum, vt ſapores; aliæ ad odoratum, vt odores: aliæ ad viſum attinent, vt colores: quæ omnes qualitates, cùm ex neceſſitate ſequantur temperamentum, & determinatas qualitates, determinatum temperamentum ſequi neceſſum eſt. Atque cùm quæuis actio à natura H partis prodeat, & ſecundæ qualitates actioni opem ferant, hinc & ipſæ ſub partis natura includuntur, *e.g.* durities in oſſe eſt, per quam os ſuam operationem præſtat; color etiam cryſtallini confert ad viſionē, neque omnis color lucidus eſt aptus ad viſionem, ſed color determinatus ipſius cryſtallini. Hæc itaque ſunt, quæ ad naturam partium ſimilarium ſpectant.

Accedamus iam ad organicarum naturam indagandam, quæ à proprietate compoſitionis, quemadmodum ſimilarum natura à proprietate ſubſtātiæ accipitur, ſicut in exemplo pulmones habent propriam ſubſtantiam, quà ab alijs partibus ſeiunguntur, & per quam ipſi ſoli dignoſcuntur, ita & parti diſſimilari determinatæ proprietas compoſitionis ineſt, adeò propria, vt nulli alteri competat, quæ ex determinata conformatione, magnitudine, numero, & ſitu prodit. Ad conformationem refertur figura,

A gura, ad quam ſuperficies, meatus, cauitateſque pertinent: ad magnitudinē verò quantitas determinata; ad numerum partium numerus; ad ſitum ſedes partis, nec non connexio. Huiuſmodi autem proprietates, quemadmodum eſſentià inter ſe differunt, ita & reſpectu operationis propriæ, quandoquidem ſimilaris partis proprietas eſt functionis principalis cauſa, ſed non perfectæ, vt ſupra audiuiſtis: at partis organicæ proprietas eſt totius, & perfectæ, & adæquatæ operationis cauſa; vt in oculo humor cryſtallinus eſt præcipua cauſa viſionis, totus verò oculus eſt cauſa perfectæ, ac totius operationis per propriam ſui compoſitionem: quodque ad naturam partis, hæc quæ diximus, attineant, eiuſque intrinſeca ſint, ex rei ipſius natura facilè comprobari poteſt.

Quare doctrinæ Gal. 1. de facult. natu. cap. 6. innitentes dicimus ad corpus, aut corporis humani partes producendas, opus fuiſſe naturæ quidem actione, ſed mediante alteratrice, & conformatrice virtute: vbi natura intendit partium ſimilarium generationem, vtitur alteratrice potentia, nempe calefactoria, refrigeratoria, humectatoria, B & exiccatoria in vniuerſum. In partibus verò determinatis efformandis ijs vtitur virtutibus, quæ ex his prodeunt, proprioque carent nomine, pro tamen partium generandarum diuerſitate diuerſa acquirunt nomina. Nam illa, quæ os *e. g.* producit oſſifice, quæ venam venifica appellatur, & ſic de ſingulis alijs partibus intelligendum eſt. Ex cuius alteratricis actione propria ſimilaris ſubſtantia, peculiari temperie prædita exurgit; ad quam illicò ſecundę qualitates ſequuntur, nempe mollities, durities, & reliqua ſuperius enumerata. Natura igitur, virtute alteratrice media, ſimilares partes propria facultate, & temperie dotatas producit, quas neceſſariò conſequentia ſequuntur.

Vbi verò corpus totum, aut aliquam ipſius partem organicam efficit, formatrice vtitur, quam nonnulli artificioſam appellant, quòd artificio quodam egregio iſtæ partes factæ cernantur. Naturam enim ita operari animaduertimus: virtus alteratrix materiam præparat formatrici, vbi verò præparata, ac diſpoſita fuerit eadem materia, tunc formatrix omnia in corpore ita molitur, vt nihil otioſum inueniatur: quinimò ea ratione omnia cōformat, vt nullo pacto commodiora effici poſſint, atque huius for- C matricis opus nihil aliud eſt, quàm ipſa compoſitio, id eſt nexus quidam, plurium partium ſimilariū, gratia perfectę, ac determinatę operationis, qui conformationē, magnitudinem, numerum, ac ſitum, decenter adeptus. Hæcque conformatio, magnitudo, numerus, & ſitus dicuntur accidentia, quòd enti in actu aduenіant, non autem conſequentia, quia temperamentum minimè ſequuntur, vt ſecundæ qualitates: vbi virtus conformatrix impedita fuerit, ita vt nequeat ſuo fungi munere, tunc compoſitio vitiatur, aut magnitudinis, vel conformationis, vel numeri, vel ſitus partium ratione. Quod verò res ita ſe habeat, vt alteratrix materiam ipſi formatrici veluti præparet, hinc colligitur, quod cùm naturę intentum ſit membrum producere animatum ad agendum idoneum, & actio perfectè, & abſolutè fiat à membro ſimilarem partem proprià ſubſtantià temperamento, & cōſequentibus dotatam habente, quatenus eſt compoſitione prędituum; oportuit partem à vi alteratrice, primùm propriam ſubſtantiam, temperamentum, & conſequentia ſuſcipere; mox verò à formatrice neceſſariò compoſitionem ſuperaddere. Ex his etiam colligere poteſtis conſequentia, & accidentia reſpectu principij, à D quo prodeunt, differre ab inuicem; etenim conſequentia virtutem alteratricem, accidentia formatricem ſequuntur: quamobrem ſecundæ qualitates conſequi meritò dicuntur, quòd temperiem ipſam ſequantur, illa verò meritò accidere ſemper dicuntur, quòd enti in actu aduenіunt.

De vnitate partium nihil dicendum eſt, niſi quod tàm ſimilaribus, quàm organicis competat, & nihil aliud ſit, quàm cohærentia quædam diuerſorum corporum in vnam formam conſpirantium, quæ in ſimilaribus ſunt humores, & elementa; in organicis verò ſunt ſimilares partes. Quamobrem in prioribus opus eſt alteratrice, & in ſequentibus cōformatrice: nec erit vobis tāti oneris hanc rem dilucidè cognoſcere, quo modo nimirum, vna pars alteri coniungatur, & vice verſa ab altera diſtinguatur, ſi vtriuſque terminos perſpectos habueritis; cognita enim in ſimilari proprietate ſubſtantię illicò cognoſcitur vnitas illius partis: rurſus cognita compoſitione diſſimilaris apparet ſtatim vnam eſſe, & ab alijs diſtinctam.

Digitized by Google

Tres difficultates proponuntur, & ſoluuntur. *Cap. II.* E

TRia dubia ex dictis oriuntur, primum eſt, quia Gal. raritatem, denſitatem, aſperitatem, lenitatẽ, tenuitatem, & craſſitiẽ, ad ea quæ temperiẽ neceſſariò cõſequuntur, pertinere ſcribit prim. de vſu part. cap. 9. cùm tamen ad compoſitionẽ ſpectare videantur; ſiquidem ſub conformatione continentur, quæ ne concipi quidem poteſt abſque figura; ad quam reducuntur ſuperficies, meatus, & cauitates: reſpectu ſuperficiei, pars craſſa, tenuis, aſpera, & lenis eſt; reſpectu verò meatuū rara, & denſa nuncupatur: quare ſequitur has tres combinationes ad compoſitionem, non autem ad temperiem ſpectare. Secundò, dictum fuit conformationem, magnitudinem, numerum, atque ſitum eſſe accidentia partis organicę, cui determinationi repugnat Gal. lib. art. med. cap. 8. dicens, compoſitionem complere eſſentiam partis organicæ, & temperiem ſimilaris: ſed quæ componunt rei alicuius eſſentiam, non poſſunt eſſe illius accidentia, ergo compoſitio eſt de eſſentia: cùm verò compoſitio conſtet ex conformatione, magnitudine, numero, atque ſitu, dicendum videtur hæc ipſa non eſſe accidentia, ſed de eſſentia partis organicæ: itidem quia temperies eſt qualitas, quæ inſurgit ex quatuor elementorum cõmixtione, non poteſt eſſe de eſſentia alicuius partis. F Tertia dubitatio, dictum fuit in ſuperiore Decade, Anatomen artem eſſe, quà cognoſcitur partis natura, & per naturam propriam ſubſtantiam, temperamentum, eiuſque conſequentia in partibus ſimilaribus; compoſitionem verò in diſſimilaribus intelleximus; de operatione autem, ſeu aptitudine ad operandum, nulla facta eſt mentio, & tamen ad naturam partis ſpectare videtur, cùm habeat rationem finis, id eſt cuius gratiâ; nam de ratione partis eſt, vt ſit viuens, ſed viuens ad operationes ſecundùm naturam inſtitutum eſt, ſequitur ergo operationem ad partis naturam indagandam omninò neceſſariam eſſe; quod idem Gal. teſtimonio confirmatur, prim. de plac. Hipp. & Plat. cap. 8. & ſecundi eiuſdem cap. 4. & vlt. dicentis ex mente Ariſtotelis, pro cognitione eſſentiæ inſtrumenti, non ſolùm fabricã ipſius, verùm etiam actionẽ, & vſum eſſe inſpiciendum. Præterea idem Gal. ſex circa cor explicanda proponit, nempe ſitum, quantitatem, nexum, G conformationem, diſpoſitionem, atque motum: at motus, qui eius actio eſt, ad nullum propoſitorum reducitur: quare, vt perfectè partis natura pateat, cùm non ſufficiat eorum notitia ſuperius à nobis dictorum, propria ipſius actio, aut operatio cognoſcatur, neceſſum eſt.

Ad primum dubium ſunt, qui ſuppoſito temperamento tanquam inſtrumento quodam, quo alteratrix, & formatrix operantur, ita ſatis faciunt dicentes, aliud eſſe conſiderare temperamentum, vt alteratrici famulatur facultati, & aliud ipſum conſiderare, vt ſeruit conformatrici. Si primo modo, tunc omnes qualitates iam dictæ ſequuntur neceſſariò; & meritò conſequentia appellantur; vt odor, ſapor, color, durities, mollities, &c. Si ſecundo modo, tunc effectus cõformatricis ſunt cõſiderandi, qui vel ſequuntur temperiem, quæ eſt illius inſtrumentum, aut non ſequuntur: ſi conſequuntur, indifferenter ſe habent ad conſequentia, & accidentia, vt eſt aſperitas, lenitas, raritas, denſitas, nam vt ſequuntur temperiem, quæ eſt inſtrumentum formatricis, dicuntur conſequentia. Sed notandum eſt, quòd horum quædam dici poſſunt prima, quædam ſecunda: H prima v. g. ſunt raritas denſitas; ſecunda leuitas grauitas, nam aliquid dicitur leue, quia rarum; aliquod graue, quia denſum, vnde ſi in partibus organicis eſt vitium, fit ſecundùm prima, non autem ſecundùm ſecunda. Si verò non ſequuntur, ſed ſunt ipſius formatricis opera ad differentiam alteratricis, inter ea numerantur, quę accidunt. Nam opus conformatricis eſt totum membrum procreare, ac plaſmare, cui ſtatim tanquam enti in actu hæc, quæ dicta ſunt, accidunt: meritò igitur accidentia dicuntur nequaquam ſequentia.

Sed huiuſmodi reſponſio neutiquam tuta eſſe videtur, cùm eodem modo conformatio, magnitudo, ſitus, atque numerus conſequentia dici poſſint: nam conformatrix, cuius iſthæc ſunt effectus, ad ſuas operationes obeundas vtitur temperie tanquam inſtrumento; quamobrem videntur ſequi temperamentum, cùm potiſſimùm ad hoc, vt operetur conformatrix pręparatam materiam ab alteratrice habeat, neceſſe eſt, vnde

A Galenus inter morbos malæ compoſitionis poſuit lenitatem, aſperitatem, craſſitiem, tenuitatem, denſitatem, & raritatem: eademque operatur propemodum media alteratrice; quare ſi magnitudo, numerus, ſitus, & conformatio conſiderentur, vt ad alteratricem referuntur, poterunt & ipſa dici conſequentia; ſi verò vt referuntur ad opus conformatricis, erunt procul omni dubio accidentia.

Huic tamen obiectioni ita meo iudicio ſatis fiet, quòd accidentium alia ſint, quæ materiam, alia quæ formam ſequantur, priora ſunt tàm primæ, quàm ſecundæ qualitates, vt calidum, frigidum, humidum, ſiccum; leue, graue, denſum rarum: cùm autem ex primis qualitatibus temperamentum fiat; ſecundæ verò qualitates prodeant à primis, hinc dicimus ea ſequi temperamentum neceſſariò; præſertim quia ab eodem met Gal. conſequentia appellantur. At certè nulla reperitur materia, quin ſupradictas habeat qualitates, & conditiones: conformatio verò, magnitudo, numerus, atque ſitus non ſpectant ad qualitates primas, nec ad temperamentum, nam immediatè à forma emanant, cùm formà introductà in materiam diſpoſitam ſtatim efficiatur ens in actu,
B ſiue illud totum, ſiue pars ſit, illudque ex neceſſitate ſequuntur conformatio, magnitudo, numerus, & ſitus. Dicuntur ſequi formam, eò quòd enti in actu accidunt, quod tale per formam redditur: at ens in actu eſt conformatricis immediatum opus, cui cùm hæc eueniant, accidentia meritò, & ſemper dicuntur: qualitates autem ſecundæ, cùm ſint conditiones materiæ, & neceſſariæ eas appellamus conſequentia neceſſaria, quòd temperamentum ſequantur, & illud cùm famuletur modò alteratrici, modò conformatrici; fit, vt eius qualitates interdũ conſequentia, nonnunquã accidentia dici poſſint, prout diuerſimodè referuntur nunc ad temperamentum, quod famulatur alteratrici; nunc ad illud, quod famulatur conformatrici. Sed conformatio, magnitudo, numerus, ſitus, nunquam ad temperamentum referri poſſunt, cùm ſemper ens in actu reſpiciant, cuius quidem reſpectu, ſi ipſa conſideremus, ſemper accidentia appellantur; ſi autem in reſpectu ad formam, quæ dat eſſe illi, tunc poterunt, & ipſa dici conſequentia, eò quòd formam ſequantur.

Sed rurſus inſtabit ingenioſus, dicens ſtatutum eſt magnitudinem ad formam, non
C ad materiam ſequi; contrarium tamen probari poteſt authoritate ſummi Philoſophi Auerrois dicentis, quantitatem coæuam eſſe materiæ; aſt magnitudo nihil eſt aliud, quàm quantitas: idem & de numero aſſerendum, cùm ſit quantitas diſcreta, quæ dari non poteſt, niſi in loco ſit; non erit igitur verum hæc accidentia jam dicta referri ad formam. Dicendum & huic obiectioni eſt, quantitatem, & reliqua poſſe bifariam conſiderari, vel vt determinata, vel vt indeterminata ſunt; ſi primo conſiderentur modo dicuntur ſequi formam, ſi ſecundò materiam: ſermo nunc eſt de determinata quantitate, numero, atque ſitu partium, quæ ſequuntur determinatum aliquod corpus, ſiue illud ſit totum, ſiue eius aliqua pars, de quibus præſens inſtitutus eſt ſermo, & hæc ad primum dubium dicta ſufficiant.

Ad ſecundũ ſunt, qui reſpondent medicos aliquãdo, & ipſummet Galenũ impropriè loquutum fuiſſe, & præſertim hoc in loco, id tribuendo organis, hoc eſt inſtrumentis, quod facultatibus competit; proinde lib. art. med. loquens de temperie, & compoſitione partium voluit nobis ſignificare, atque circumſcribere determinatas alteratricis,
D nec non conformatricis facultates, quæ propriam partium eſſentiam conſtituunt, at vbi dixit conformationem, magnitudinem, numerum, & ſitum eſſe accidentia, tunc propriè loquutus fuit. Huiuſmodi reſponſio non arridet; nam dupliciter dicimus aliquid poſſe rei alicuius complere eſſentiam, vel reſpectu propriæ naturæ, vel noſtri modi cognoſcendi. Si primo modo conſideretur temperies, & compoſitio, arbitror temperiem nec facultatis, nec inſtrumenti eſſentiam vlla ratione complere poſſe: cùm temperies nihil aliud ſit, quàm primarum qualitatum commoderatio, (quam Galenus ob communionem intrinſecam, quam ipſa temperies cum materia habet, dixit ineſſe ſecundùm eſſentiæ rationem) non tamen dat eſſe verè, & propriè parti ipſi; cùm partis eſſentia prodeat à forma ſubſtantiali, nec minus dat eſſe facultati; cùm facultas nihil aliud ſit, quàm illa virtus, quà pars ſua temperie munita in operationem apta nata eſt prodire: poſita enim materia tali formà actuatà, talique temperamento præditâ, ſequitur ſtatim talis ad agendum potentia: quare temperies nec de partis, nec de facultatis

cultatis eſſentia eſſe poteſt, idem etiam de partium compoſitione eſt dicendum, quæ B
de facultatis eſſentia dici maximè poteſt.

Si ſecundo conſideretur modo temperies, poſſumus dicere eandem eſſe de partis
eſſentia, quoniam per variam partium temperiem obſeruamus partes ipſas varijs mu-
neribus fungi, hoc eſt, quia partes variè temperatæ ex proprietate ſubſtantiæ
per temperamentum operantur, quod ſanè verum eſt, ſed inſtrumentaliter; principa-
liter verò per formam ſubſtantialem, quę temperamento tanquàm inſtrumento vtitur;
atque cùm forma nos lateat, & temperamentum manifeſtum ſit, temperamento tri-
buimus, quod formæ conueniret; atque ideo ipſum temperamentum eſſe de eſſentia
ſtatuimus: in qua quidem ſignificatione accipiens Gal. temperiem dixit eſſe partis ſi-
milaris eſſentiam, quoad nos videlicet, quia eſt ſubſtantiæ declaratiuum ſignum: facul-
tas verò cùm ſit quædam aptitudo, ſeu virtus, quà pars ipſa ad agendum idonea reddi-
tur, & quæ ſequitur ipſius temperiem: temperies non poteſt dici de eſſentia ipſius. Ex
quibus ſatis apparet, nec primo, neque ſecundo modo temperiem poſſe dici de eſſentia
facultatis: quare dicendum eſt minimè impropriè Gal. loquutum, quando dixit, F
temperiem eſſe de eſſentia partis ſimilaris, & quamuis concedatur impropriè loquutū
fuiſſe, non tamen voluit ſignificare alteratricem determinatam ipſius partis, ſed inſtru-
mentum ipſum. Impropriè quidem locutus eſt, vbi accidens pro ſubſtantia accepit, &
minimè reſpectu attributi, quoniam illa temperies, non competit alteratrici.

Quod ad compoſitionem partis diſſimilaris ſpectat, dico conformationem, magni-
tudinem, numerum, atque ſitum, poſſe etiam bifariam conſiderari, vel coniunctim, vel
ſeparata ab inuicem: ſi primo modo, poſſunt dici de eſſentia compoſitionis, quod ad
compoſitionem faciendam omnia ſimul concurrunt, & tunc partis compoſitio appel-
latur, quæ eſt de partis ipſius compoſitæ eſſentia quoad nos, qui non niſi compoſitio-
nem agnoſcimus eius eſſentiam declarantem. Si verò ſecundo modo perpendantur,
quatenus nimirum ab inuicem differunt, ſemper ſunt accidentia, & meritò à Gal.
hac ratione conſiderata, accidentia ex neceſſitate appellantur, quæ, vt dictum eſt enti
in actu accidunt, quod neceſſariò propriam magnitudinem partium, & conformatio-
nem habere debet. Vbi igitur Gal. dixit compoſitionem eſſe de eſſentia partis organi- G
cæ, eſſentiam conſiderauit quoad nos, quæ ab omnibus accidentibus ſimul efficitur. vbi
verò ipſa appellauit accidentia, conſiderauit ſeiuncta, & ſecundùm naturam vniuſcu-
iuſque. Et hæc ſunt quæ ad ſecundum dubium mihi dicenda ſuccurrunt.

Quod ad tertium attinet dico, pro natura, ſeu partis eſſentia duo intelligi poſſe,
vnum eſt principale ipſius membri agens, quod eſt principium ſui motus: aliud verò
organum agentis, quod duplex eſt, alterum vt quo, & eſt ipſa temperies: alterum vt
quod, nimirum ſubſtantia, hoc eſt ipſa pars. Si primo modo conſideretur partis eſſen-
tia, tunc ad cognitionem eius ſpectat, & actio, & vſus, quæ ſub operatione ambo com-
prehenduntur; nam operatio cognoſci debet, vt cognoſcatur partis natura, quæ nihil
aliud eſt, quàm facultas, ſeu virtus ipſius partis, à qua immediatè operatio prodit, atqui
ea naturæ cognitio ad Philoſophum, non autem ad Medicum, vt Medicus eſt, ſpectat;
vnde Gal. 2. de facult. natur. cap. 1. ait *(nouiſſe quę nam ſit, cuiuſque inſtrumenti functio;
id nullum adhuc præſtat ad medendum vſum.)* Hoc eſt, quia ab actionibus partium, ſeu
ab vſibus ipſarum, non ſumuntur medendi indicationes, ſed ab ipſa parte; quæ ex H
actione dignoſci poteſt. Secundo modo natura partis accipitur pro inſtrumento, vt
quod, id eſt pro parte ipſa, ad cuius euidentiam operæpretium eſt ſcire, quæ ex neceſ-
ſitate ſequuntur, quæ inſunt ſecundùm eſſentiæ rationem, & quæ ex neceſſitate acci-
dunt. Quorum cognitio ad Medicum ſpectat, vt partes in ſuo eſſe naturali conſerua-
re, nec non à morbis vindicare poſſit; etenim ab ipſis partibus indicationes tàm pręſer-
uatoriæ, quàm curatoriæ deſumuntur. Cùm igitur Anatomici officium ſit, primò partes
ab inuicem diſtinguere, omniaque contemplari in eis, quæ ad ſenſum ſpectant, nempe
connexionem, conformationem, magnitudinem, numerum, ſitum, facili negotio ve-
nabitur ratiocinando ex recta earundem cognitione, quænam ſit vniuſcuiuſque partis
componentis præcipua actio, atque vſus; neque verò commodiùs Anatomicus partium
ſingularum exactè deprehendet naturam, niſi artificioſa primùm diſſectione omnia
perſpiciat, deinde ratione, & diſcurſu ſuam Anatomen proſequatur.

Sed

A Sed dicet quis ſub cognitione ſenſitiua temperies partis fuit poſita, quam tamen ſenſu cognoſcere eſt impoſſibile; quandoquidem temperies eſt qualitas, quæ oculis non ſubijcitur, nequaquam igitur cognoſci per ſenſum poterit? Huic obiectioni (quæ nulla ferè dicenda) ita ſatisfaciendum exiſtimo; anatomicè cognoſcitur temperies dupliciter, vno modo immediatè à ſenſu, altero modo mediatè: ſi primo modo conſideretur, tunc non poteſt cognoſci, quia non ſubijcitur ſenſui; at ſi ſecundo conſideretur modo poteſt cognoſci, nempe mediante proprietate ſubſtantiæ: etenim conſiderando proprietatem huius ſubſtantiæ, eaque intuendo, quæ conſequuntur, nempe raritatem, denſitatem, & alia, temperiem per ſenſum cognoſcimus: hoc enim pacto Anatomicus temperiem cognoſcit partium diuerſarum, ſecundùm proprietatis diuerſitatem ſubſtantiæ: nam quamuis Medicus res anatomicas exercens plures faciat actus, (diuidit enim partes ab inuicem cultro, eas demonſtrat, ſtructuramque earum voce explicat, tandem circa vſum, & actionem verſatur) nihilominus ad duo capita omnia rediguntur, ad ſenſum videlicet, ac rationem.

B Ad primum ſiquidem caput, nempè ad cognitionem ſenſitiuam refertur ſtructuræ cognitio, quæ prima illa eſt, cuius gratia artem ſecandi exercet; quà cognita, iam intentum artis adeptus eſt, diſcurrenſque circa eam vſus, & actiones partium, & quæcunque ad partes ipſas attinent, faciliùs ſpeculando inuenit: ad quæ reſpiciens. Gal. in lib. art. curat. cap. vltim. libros ſuos anatomicos diuiſit, quorũ alij ad ſenſitiuam cognitionem ſpectant, & artis ſecandi præcepta continent, vt ſunt libri de adminiſt. anat. quos præferendos alijs loco citato admonet, quippe qui præterquam quòd artis ſecandi præcepta tradant, non parum conferunt ad demonſtrandum partium operationem: libri quos ſcripſit de diſcordia ſectionis, noſtra tempeſtate iniuria temporum diſperſi deſiderantur: alios quoque ſcripſit huius farinæ libros de diſſectione mortuorum, alios de diſſectione viuorum: præter hos alia eius extant volumina ad ſtructuræ cognitionem ſpectantia, ſuntque in duplici diſcrimine, quædam enim ad ὀστεολογίαν, quædam ad Σαρκολογίαν pertinent: ad primum caput liber à Gal. de oſſibus inſcriptus refertur, in quo vult eos, qui ad Anatomen introducuntur, primùm exerceri. Ad ſecundum ſpectant libri de ſectione muſculorum, neruorum, arteriarum, & venarum; de diſſectione vuluæ,
C liber ſcriptus an ſanguis in arterijs contineatur. Hi igitur ſunt omnes libri à Galeno ſcripti, qui ad illam Anatomes partem pertinent, quæ in ſenſitiuam cognitionem nos ducit.

Hiſce apparet ex Galeni ſententia eos hallucinari, qui arbitrantur Anatomicos ſecantes cum ratione peritos ſolùm cenſeri debere; volentes artem differre à peritia eò quòd illi, qui ſolummodò modum diſſecandi rectè callent, periti cenſeantur, qui verò ex ſectione cognitionem partium inueſtigant, Dogmatici appellari debeant. Nam ſi conſideremus ſecandi artem eo modo, quo dictum eſt, Methodici, & Anatomici meritò appellantur, quamuis nullam ſtructuræ partium cognitionem habeant, niſi quatenus eandem tanquam ſubiectum proprium tractant, quia in partibus ipſis ſectione inueniendis methodo vtuntur. Verum tamen eſt eos, qui, & ſtructuræ, & operationum rationem habent, ſimul, & ſectionis cognitionem, debere appellari verè, & propriè Anatomicos ſcientificos. Ad primos ſpectant libri iam dicti, ſenſitiua cognitione vtentes, quemadmodum alij artifices faciunt.

D Ad ſcientificos verò, qui diſcurſu operationes, & facultates partium venari ſtudent, ſcripti ſunt libri à Galeno de thoracis, & pulmonis motu, de cauſis reſpirationis, de voce, de animæ principatu, de naturalibus facultatibus, de Hippocratis, & Platonis decretis, de ſemine, de motu muſculorum, & de vſu partium: ex quibus apparet per cognitionem naturæ partis duo eſſe intelligenda, vnum quod ad ſenſitiuam, aliud quod ad ſpeculatiuam attinet cognitionem, & quòd ea, quæ ad ſenſum ſpectant, ſint fundamenta eorum, quæ per ratiocinationem inuenimus. Per naturam igitur partis intelligere oportet temperiem, ea quæ ſequuntur neceſſariò; quæ accidunt; facultateſque ipſas, quæ actione, & vſu ipſarum partium cognoſcuntur: ad quarum rerum euidentiam opus eſt, vt videamus, quid ſit actio, quid vſus, & vtrum ab operatione differat, hocque iure inquirendum proponitur, cùm dictum ſit partem factam eſſe gratiâ operationis.

Digitized by Google

De Actionibus. Cap. III. E

HOc in capite denuò nos incidere contingit in verba Galeni ſpecimen ſynonimorum præſeferentia, quæ tamen (non ſecùs atque cap. 1. dictum eſt) ſi accuratiùs perpendantur, plurimùm inter ſe diſcrepant, vt eſt, ἔργον, ἐνέργεια, διάθεσις, πάθος, ideſt opus, actio, affectio, & paſſio, quorum differentiam Gal. proſequutus eſt, tùm primò de natural. facult. cap. 2. tum lib. de differ. morb. cap. 2. primò dicit ἔργον, id eſt opus diſtingui ab ἐνέργεια, nimirum actione, tanquam effectus à cauſa; eſt enim opus effectus actionis, ſeu operationis ipſarum partium, vt ſanguis eſt opus, quod ab hepatis actione prodit; ſed actio ſanguificandi dicitur operatio, actio, & opus, quare quædam reperiuntur, quæ, & opus, & actio dici poſſunt; quædam opus ſolùm, nunquam actio cenſeri debent. Prima ſunt concoctio, chylificatio, ſanguificatio, & huiuſmodi; ſecunda ſunt chylus, ſanguis, caro, &c. operatio enim, & actio vnum, & idem ſignificat; at διάθεσις aliud à prædictis denotat, cùm ſit affectio quædam partium, quibus contingit, differens; πάθος eſt paſſio earundem partium, ab affectione differens, habet enim ſuum eſſe in fieri, affectio verò in facto eſſe, vt lib. de differ. ſympt. cap. 1. Gal. docuit; qui hiſce nihil aliud nobis innuere videtur, quàm paſſionis eſſentiam in fieri, affectionis autem in facto eſſe conſiſtere; vtraque tamen hæc vox accipitur, & ſecundùm, & præter naturam, vt *v. g.* partes aliquæ dolore affectæ dicuntur pati, mala illa diſpoſitio, quæ poſt dolorem relinquitur, dicitur affectio mala; ita in conſtitutione partium à natura factarum, aliquæ dum fiunt, patiuntur ſi optimam ex illa alteratione, quam patiuntur, conſtitutionem acquirant. Dicuntur benè affectæ, à quibus etiam prodire poteſt operatio bona, & quamuis affectio, & operatio conueniant in ſubiecto, differunt tamē ratione; nam affectio eſt illa bona conſtitutio, ſeu diſpoſitio, in qua pars reperitur; actio verò eſt motus actiuus, qui ex parte benè affecta prodit: itidem de affectione præter naturam eſt dicendum, quæ cauſa eſt læſæ operationis. De actione igitur ſecundùm naturam, nec non de vſu à nobis in præſenti dicendum proponitur.

Sed dicet quis, ſi actio, & paſſio ſuum eſſe in fieri habent, ergo vtriuſque erit par ratio? dicendum has conuenire quidem in eo, quod ſint in fieri, differre tamen reſpectu modi; nam actio eſt motus actiuus, paſſio verò eſt paſſiuus; differunt ab inuicem, tanquam id quod facit, ab eo quod fit: nam pars dum agit, aliquid ab ea in alio producitur, ſed dum patitur in ſe aliquid recipit, non ſecus atque in progreſſione, quæ eſt cruris actio, reperitur paſſio, atque actio ſimul reſpectu diuerſorum; muſculi enim eſt actio, oſſis verò paſſio, quia ad motum muſculi ſequitur motus oſſis; his ſic ſtantibus, iam quid actio ſit definiendum. G

Sunt, qui definientes actionem partium humani corporis dicunt eſſe motum effectiuum ab anima factum mediante ſpiritu, ac conſtitutione, gratiâ voluptatis; alij verò dicunt gratiâ perfectionis; hancque definitionem optimam eſſe contendunt; quippe quæ omne genus cauſarum in ſe continet: etenim (*motus*) formæ (*hominis*) materiæ, (*anima*) effectiui rationem obtinet, & reliqua differentia eſt cauſa finalis. Sed cùm de ratione definitionis ſit pauciſſimis verbis totam rem amplecti, ita vt cum definito conuertatur, declaretque perfectè eius naturam, ſi rectè perpendatur allata definitio videbimus ſuperflua includere, nam intentum eſt declarare, quid ſit partium actio, ad quod ſufficit oſtendere, quid illa ſit: quod à Galeno pulchrè habetur 17. de part. vſu cap. 1. vbi dicit actio eſt motus actiuus partium. Primùm (*motus*) generis nomen, & locum habet, nam etiam paſſio eſt motus, vnde paſſio, & actio in hoc cōueniunt, quòd ambo, vt ſupra dictum eſt, ſunt motus (*actiuus*) eſt prima differentia, quâ actio à paſſione ſeiungitur, quæ eſt motus paſſiuus, vt potè ex alio in ipſam procedens, at actio eſt motus à parte prodiens, & in aliud terminans; ex quo etiam habetur cauſa efficiens, nam cùm dicitur motus actiuus partium, intelligimus hunc motum ab anima prouenire, cùm ipſa ſit totius corporis actus primus, & ſecundus, qui eſt ipſamet operatio; quamobrem ſuperflua erit hæc particula, in qua dicitur (*ab anima.*) Neque dicendum eſt, actionem partis corporis humani, eſſe actionem hominis niſi per accidens, quatenus homo conſtat ex anima, & corpore, corpus verò ex pluribus partibus, nam *v. g.* ſi ventriculus

A triculus agat, aut hepar; non eſt dicendum hominem agere, vel hanc actionem eſſe hominis, eſſet quidem ridicula dictio, nec definitioni alicuius rei conueniens: etenim humanæ actiones illæ dicuntur, non quæ à partibus hominis inuiti, ſed quæ ab homine conſultò fiunt, & potiſſimùm extra ſe, mediante ſpiritu, & conſtitutione.

Altera eſt differentia, quà inſtrumentum denotatur, quo pars ipſa vtitur, nec non natura ad actiones obeundas; quòd autem opus ſit apponere hanc particulam de conſtitutione, profectò mihi præter rationem videtur; quandoquidem ſuperiùs cùm de partium natura ſermo nobis eſſet, dixerimus partium ſimilarium conſtitutionem eſſe temperiem cum ſuis conſequentibus; partium verò diſſimilarium eſſe compoſitionem; at ſi partes eam actionem moliri debent, cuius gratià ſunt factæ; neceſſarium eſt, vt mediante earum conſtitutione operentur, alioquin non eſſent in ſuo ſtatu naturali, nec operari poſſent. Superflua igitur illa eſt particula, quæ conſtitutionem commemorat; an modò illa, quæ ſpirituum rationem habet, in hac definitione ſit ponenda, paulò in-
B feriùs enucleabimus.

Finem duplicem eſſe ſtatuimus pro duplici hominum opinione, nam Capiuaccius ſcripſit partes operari in gratiam voluptatis, quæ opinio omninò abſurda eſt, nam luce clariùs apparet partes, quæ in ſuo ſtatu naturali ſunt, & ſecundùm naturæ ritum ſua munia obire, nullamq; percipere in agendo voluptatem; ſi enim Galeno credimus voluptas nihil aliud eſt, quàm ſubita mutatio, & affatim facta à ſtatu præter naturam ad naturalem. At dum partes operantur, in principio, medio, atque fine ſuæ operationis ſemper in ſuo ſtatu naturali manent, non igitur voluptatem percipiunt. Nec minus chimærica eſt opinio Gauaſſeti diſcipuli quàm præceptoris, vbi dicit partes operari in gratiam perfectionis: etenim ſi gratià perfectionis; vel propriæ, vel alterius perfectionis actiones ſunt, non ſui ipſius agunt, nam ſi hoc eſſet, dum quo magis operarētur, maiorem perfectionem in agendo acquirerent, & ſic in dies perfectiores redderentur, quod turpiſſimum eſt aſſerere; nam ex frequenti, & longa operatione omnes corporis partes debiliores fiunt, vt experientia ipſa, & ratio demonſtrat: non igitur per-
C fectionis ſuæ gratia actiones fiunt, neque alterius perfectionis cauſà, quandoquidem, vel ab actionibus aliquod opus prodit, ita vt poſt illam actionem, quam moliuntur, remaneat, *e. g.* vel ſanguis, aut chylus, aut ſperma, aut quidpiam tale: vel nihil remanet poſt earum actiones, vt poſt actionem muſculi, quæ eſt motus, nihil remanet. Si primo modo, tunc actiones non dicuntur à natura factæ gratià perfectionis, ideſt ſanguinis, aut chyli, aut ſpermatis, ſed in gratiam generationis ſanguinis: at vbi partes ſecundùm naturæ modum ſe habent, tunc perfectiori modo operantur; cùm natura ſemper ex poſſibilibus optima quæque operetur, ita vt à parte ſimpliciter, & abſolutè opus perfectius generetur, quoad fieri poteſt, dum in ſuo eſſe naturali manet. Quamobrem actio non eſt in gratiam perfectionis, ſed in gratiam operis, quod quidem opus, etſi perfectum ſemper fiat, non tamen in gratiam perfectionis illius pars operatur, ſed abſolutè gratià operis; cùm verò nullum opus maneat poſt actionem, non eſt dicendum ipſas partes operari in gratiam perfectionis alterius. Non igitur apponenda eſt illa particula, quæ habet rationem finis.

D Verùm à Galeni doctrina ne latum quidem vnguem recedentes definitionem habebimus perfectam, ſi dixerimus actionem partis corporis humani, & totius etiam eſſe motum actiuum in gratiam vtilitatis; hoc enim pacto actionis verus, & adæquatus finis habebitur, vnde Galenus ſcripſit primas, & præcipuas vtilitates ab actionibus prouenire, ſecundas verò à partibus; quod Galeni dictum intelligimus, ſi actiones, hoc eſt, motus actiuos omnes, qui fiunt in corpore animantis, conſideramus; etenim motus actiuus partium, vel terminatur ad ſubſtantiam, vel ad quantitatem, aut qualitatem, aut ad vbi; ſi ad ſubſtantiam, vel pertinet ad ſpeciei, vel ad indiuidui conſeruationem; ſi ad ſpeciei conſeruationem dicitur generatio, ſi ad indiuidui tutelam nutritio appellatur. Si ad quantitatem terminatur, vel ſolam reſpicit quantitatem, vel ſimul cum ipſa reſpicit conformationem: ſi primo modo, dicitur auctio; ſecundo dicitur formatio. Quod ſi in qualitate finitur, tunc motus materialis eſt, aut ſpiritualis; ſi materialis, ſiue in primis, ſiue ſecundis qualitatibus fuerit, dicitur al-

 teratio,

teratio, ſi ſpiritualis, vel à facultate fit animali cognoſcente, vel non cognoſcente; ſi pri- B
mo modo, vel facultas illa interior eſt, vel exterior; ſi interior, vel eſt imaginatiua, vel
memoratiua, aut intellectiua: primus motus dicitur imaginatio, ſecundus memoria,
tertius ratiocinatio: atqui ſi ad exteriores ſpectat facultates, vel ad viſum, & viſio, vel
ad auditum, & auditio, vel ad odoratum, & odoratus, vel ad guſtum, & guſtus, vel deni-
que ad ſenſum tactus, & tactio appellatur. At ſi ad non cognoſcentes facultates refer-
tur, appellatur appetitus; ſed huiuſmodi non cognoſcentes facultates dicuntur potius
naturales, quemadmodũ eſt fames, quæ eſt appetitus cibi, aut concupiſcentia ad luem
veneream, aut ad iram; vna eſt paſſio ventriculi, altera hepatis, tertia cordis.
Si tandem ad vbi fuerit motus, vel eſt naturalis, vel animalis: ſi naturalis, vel fit in loco,
vel ad locum, ſi in loco retentio, ſi ad locum attractio, & expulſio nuncupatur, ſin ani-
malis fuerit, voluntarius motus cenſebitur, qui pro varietate inſtrumentorum, varias
ſortitur appellationes: quibus ſic ſtantibus, omnes operationes corporis enumeratas
habemus, quæ in gratiam vtilitatis (vt noſtis) ſunt factæ: vnde meritò Galenus ſcri-
ptum reliquit, primarias vtilitates ab actionibus partium prouenire, quemadmodum F
eſt generatio, quæ prouenit ex actione partium, ſperma generantium. Nutritio pro-
uenit ex ſanguine: generatio enim, & nutritio ſunt primariæ actiones, quas ſequuntur
omnium maximę vtilitates indiuiduum, & ſpeciem conſeruantes. Ex quibus clariſſimè
apparet actiones omnes factas eſſe in gratiam vtilitatis, vt tandem liceat nobis con-
cludere actionem eſſe motum actiuum in gratiam vtilitatis factum.

Sed audio ingenioſum dicentem, ſtatutum imò verò tanquam clarum ſuppoſitum
eſt animam eſſe cauſam efficientem omnium corporis actionum; ſupra tamen dum de
partibus inſtrumentalibus eſſet ſermo, dictum eſt ex Galeni ſententia facultatem partis
habere rationem efficientis; partem verò rationem inſtrumenti in relatione ad actio-
nem, ita vt videatur ſtatuendum facultatem eſſe actionis cauſam efficientem, non au-
tem animam. Huic obiectioni ita ſatisfaciendum eſt, vtramque (animam ſcilicet, &
facultatem) eſſe cauſam efficientem; anima eſt cauſa efficiens vniuerſalis, facultas verò
eſt particularis, & immediata: eſt enim animæ vna virtus, atque potentia, quà vnaquæ-
que pars ſuam operationem molitur, quæ eſt apta nata operari, ita vt vnicuique parti, G
quemadmodum data eſt vna actio, ita quoque vna potentia, ſeu vna facultas ad ipſam
operationem agendam idonea, vim efficiendi obtinens: his ita determinatis.

Scire licet in hac de actionibus theoria actiones partium corporis quaſdam eſſe
communes, quemadmodum de proprietate ſubſtantiæ ſupra affirmatum eſt: *e. g.* ve-
narum proprietas dicitur communis, eò quòd per vniuerſum corpus ſparſa eandem
habeat ſubſtantiam; vnde diſtributionis ratione dicitur communis, at ratione ſubſtan-
tiæ dicitur propria, cùm per totum corpus eandem ſemper ſubſtantiam retineat: non
ſecùs de actione earundem ſtatuendum, quandoquidem, & ea communis eſt, quia per
totum corpus extenditur; tamen vna eſt actio, quam appellamus communem facilio-
ris doctrinæ cauſâ, & quod de venis idem de arterijs, neruis, pinguedine, membrana,
cartilagine, oſſe, & huiuſmodi dictum volumus. Aliæ ſunt actiones non communes, eò
quòd membra illa, quæ eas efficiunt, non extenduntur per corpus, ſed in vno corporis
loco ſibi deſtinato ſemper manent; quæ in duplici diſcrimine verſantur; aliæ enim,
actiones principales appellantur, quæ etiam communes cenſeri poſſunt, quòd omni- H
bus corporis partibus opem ferant: aliæ verò non principales, ſed principalibus famu-
lantes; quam rem, vt iuniores intelligant, ſcire eſt opus, actiones præcipuas, & non prę-
cipuas dici, atque appellari membrorum reſpectu, à quibus fiunt; nam quo in gradu re-
periuntur membra, eodem & actiones iure merito conſtituuntur:

Membrum autem id præcipuum intelligit Gal. 6. de plac. Hipp. & Plat. 8. quod ijs,
quæ ex ſe oriuntur, vel vim, vel ſaltem materiam ſuppeditat, vt *v. g.* cor eſt membrum
principale, quia vim pulſificam arterijs, nec non ſanguinem arterioſum ſubminiſtrat;
vnde idemmet Gal. art. medic. lib. cap. 9. partes corporis inter ſe diuidens ait, quæ-
dam membra eſſe, quæ principia ſunt: nonnulla, quæ ab illis orginem ducunt, quòd in-
ſitas habeant facultates, à quibus reguntur. Quædam verò ſunt, quæ inſitas ſimul, &
aliunde emanantes habent virtutes: quod eſt dictu, partes corporis alias eſſe, quę guber-
nant, neque gubernantur; alias quæ gubernantur, nec gubernant; alias quæ neque gu-

bernant,

Digitized by Google

A bernant, neque gubernantur; nonnullæ demùm ſunt, quæ partim gubernant, partim
gubernantur. Quæ igitur gubernant, nec gubernantur, ſunt membra præcipua, quæ à
Gal. principia dicuntur, & numero ſunt quatuor, nempe cerebrum, cor, hepar, & teſtes,
quorum actiones præcipuæ ſunt, ac principales; ab his prodeunt, & gubernantur ni-
mirum ſpinalis medulla, & nerui à cerebro, à quo ortum ducunt, & illi ſubminiſtrant;
eadem ratione cordi arteriæ, hepati venæ, teſtibus vaſa ſpermatica famulantur; &
propterea horum actiones minus principales, ac ſubſeruientes dicuntur, quia etſi ma-
teriam, aut vim alijs partibus deferãt, id tanquam canales efficiunt, gubernantur autem,
quòd ab alijs vim accipiant. Quæ verò à ſe ipſis gubernantur, ſunt os, cartilago, liga-
mentum, membranæ, glandulæ, adeps, caro ſimplex, quæ ſibi ipſis viuunt nullam
actionem in corpore adminiſtrantes. Poſtremo quæ partim gubernant, partim guber-
nantur, ſunt reliquæ corporis partes, quæ vel materiam aliquam, aut vim excipiunt; vel
alijs eandem ſuggerunt, quæ venis, & arterijs indiguerunt. Hanc membrorum penès
facultates diuiſionem Auic. Fen. prima primi lib. 1. cap. de membris, ea ratione diſtri-
B buit, nempe quòd membrum aliud ſit ſuſcipiens, & tribuens, aliud tribuens, & non
ſuſcipiens; ſuſcipiens non tribuens; & neque tribuens, neque ſuſcipiens, nam idem eſt
gubernare, atque diſtribuere; & gubernari, atque ſuſcipere; etenim partes præcipuæ
iam dictæ tribuunt alijs virtutem, neque eam ab alijs partibus ſuſcipiunt; venæ autem,
nerui, arteriæ, & ſpinalis medulla ſuſcipiunt virtutem à ſuis principijs, eamque alijs
partibus deferunt; at cartilago, os, tendo, caro, pinguedo, & huiuſmodi vim inſitam in
ſe ipſis habent, quà viuere poſſunt, vnde ab alijs nec recipiunt, nec alijs tribuunt: aliquę
verò partes partim ſuſcipiunt, partim tribuunt, in quorum cenſu reliquæ enumerantur.

Eſt tamen animaduertendum membra, quæ actiones celebrant, alia eſſe, quæ mate-
riam ſuſcipiunt, & facultatem ab alijs, non tamen ab ijſdem numero partibus, & mate-
riam, & facultatem ſuſcipiunt, *e.g.* ventriculus materiam ab ore ſuſcipit, facultatem
vero à corde, iecore, cerebro; itidem de actione inteſtinorum, renum, folliculi fellis,
lienis, & veſicæ eſt dicendum. Sunt quædam præterea, quæ materiam quidem ſuſci-
piunt, non tamen facultatem; in prima claſſe eſt ventriculus, qui actionem præcipuam
C quidem operatur, nempe chylificationem, materiam ab ore recipit, ſed facultatem ab
alijs membris, nempe nutriendi à iecore, vitalem à corde, ſenſificam à cerebro, cuius
tamen actio (reſpectu eius, quæ à iecore, & corde celebratur) ſubſeruiens dicitur,
eò quòd ſubminiſtrat iecori. Erunt igitur actiones quædam præcipuæ, aliæ verò ſub-
miniſtrantes, vt igitur vno amplectar verbo, actiones principales eas eſſe dico, quæ à
membris præcipuis: minus principales autem, quæ à membris ſubſeruientibus fiunt: at
membrorum ſubſeruientium alia ſunt, vt inquit Auicennas, quæ præparatoria, & quæ-
dam, quæ delatoria adminiſtratione famulantur: ſubminiſtratio præparans anteponi-
tur præcipuis actionibus, deferens verò illis poſtponitur. *e.g.* ventriculi actio præpa-
ratoria eſt hepati, aſt vena caua delatoria, pulmo quoque ſubminiſtrat cordi præ-
paratiuè, arteria verò delatiuè. Ex quibus colligere poteſtis, ſecundùm Gal. ſententiam
quatuor eſſe actiones præcipuas, quarum tres reſpiciunt indiuidui conſeruationem,
nempe actio cordis, iocinoris, atque cerebri, quarta verò refertur in conſeruationem
ſpeciei, quæ eſt teſtium actio: reliquæ actiones ſubſeruientes dicuntur.

D Sed dicet quis, ſi ea ratione actiones dicuntur principales, quòd alijs minimè famu-
lentur, nulla erit in corpore actio principalis, cùm omnes alijs ſubſeruiant præparati-
uè; vna excepta, quæ à cerebro fit in ſpirituum generationem; nam hepar ſanguinem
cordi pro ſpirituum vitalium generatione, cor verò ſpiritus vitales cerebro pro anima-
lium ſpirituum generatione ſubminiſtrat, cerebrum autem ſpiritus animales abſolutè
generat, cui ſpinalis medulla, & nerui delatiuè famulantur. Quare vna excepta cerebri
actione, reliquæ viciſſitudine quadam ſibi famulantur, & ſubſeruiunt; nulla igitur alia
erit actio principalis. Secundò dictum fuit diuiſionem Auicennę eandem eſſe cum Ga-
leni diuiſione, quòd idem ſit gubernare, atque tribuere, gubernari, atque ſuſcipere: ſi
tamen exempla membrorum ponderentur, vtriuſque diuiſionem diuerſam eſſe ob
ſeruabimus; nam Gal. exemplum afferens membri gubernantis, ſed non gubernati
affert iecur, cor, cerebrum, & teſtes, contra Auicen. exemplificans de membro, quod
tribuit, & non ſuſcipit, cordis ſolùmmodo mentionem habet. Porrò idem Auicen.

quarto

quarto loco enumerat iecur, cerebrum, nempe inter ea, quæ tribuunt, & ſuſcipiunt; B quæ à Gal. inter ea tantum referuntur, quæ gubernant, ſed non gubernantur. Inſuper Galenus eorum, quæ gubernantur, & non gubernant, in exemplo affert venas arterias, & neruos: Auicen. verò de illis, quæ ſuſcipiunt, & non tribuunt exemplificans carnem in medium affert, ex quibus facilè vnuſquiſque perſpicere poteſt diuerſa inter ſe ſignificaſſe. Idem Gal. de carne loquens eam connumerauit inter partes, quæ neque gubernant, neque gubernantur, ſed à ſe ipſis reguntur.

Ad primam dicendum eſt aliud eſſe conſiderare materiam, aliud virtutem, atque facultatem vniuſcuiuſque membri: ſi primo conſideretur modo, membra hæc præcipua ſibi inuicem obſequuntur, materiamque mutuò præparant, atque tranſmittunt. Hoc enim pacto cerebrum dicitur actionem principaliorem cæteris membris operari, quia nulli alij membro materiam præparat. Si ſecundo modo, tunc hæc quatuor membra ſuas operationes primarias, & à nullo alio mēbro dependentes efficiunt; quoniam iecur facultatem ſanguificandi per ſe habet: cor ſpiritus vitales gignendi; cerebrum animales; & teſtes ſeminis generandi per ſe ipſos facultatem obtinent; F atque ideo principia quatuor diſtincta ſuas operationes ſeiunctim facientia dicuntur. Rurſus virtus bifariam conſideratur, vel vt eſt propria, vel vt aliena: ſi primo modo principia ab alijs non recipiunt, quod ipſis eſt proprium, ſed benè vnumquodque principium recipit alienam virtutem, nempe ab alio, vt iecur, vitam, & ſenſum à corde, & cerebro recipit, ſed minimè ſanguificandi virtutem.

Ad ſecundam dubitationem reſpondendum, idem ſignificare voluiſſe Auicen. ac Gal. nempe gubernare conuerti cum dare, ſeu tribuere: gubernari verò idem eſſe atque ſuſcipere: at quoniam Philoſophi exiſtimant cum Ariſtotele cor vnicum eſſe membrum in corpore, quod alijs tribuit membris, & gubernat, neque ab aliquo gubernatur, aut quidpiam ſuſcipit: hinc Auicen. eiſdem conſentiens opinatus eſt illud eſſe, quod gubernet ſolùm: reliqua verò, & gubernent, & gubernentur. Verùm medici ſunt alterius opinionis; & cum Platone quatuor eſſe membra afferunt, quæ facultates diſtinctas, & diuerſas ex ſua ipſius natura includunt: proinde in exemplo Gal. affert iecur, cor, cerebrum, atque teſtes: quam Medicorum opinionem magis ſenſibilem eſſe G ipſemet confitetur Auicen. etſi dicat Philoſophorum ſententiā veriorem eſſe: ſed quicquid ſit de huiuſmodi opinionibus, non eſt præſentis cōſiderationis, ſat eſt nunc oſtendiſſe nullam eſſe diſcrepantiam inter Gal. & Auicen. nec obſtat, quòd velit Auicen. carnem accipere à membris præcipuis, alijs verò nihil tribuere; ſciendum eſt eum exiſtimaſſe carnem recipere facultates influentes. Sunt etiam, qui dicant has partes, nempe os, cartilaginem, ligamentum, membranas, glandulas, adipem, & carnem non egere afflaxu à principijs, quia ſine venis nutriuntur ab alimento circumuicinarum partium: cùm tamen Gal. opinio ſit, quòd caro ſimplex, cartilago, os, glandula, pinguedo proprias, & innatas facultates habeant, quibus ſine ope membrorum præcipuorum viuere poſſint: non ſecus enim atque plantæ à terra alimentum exugunt ita huiuſmodi partes, à circumuicinis ſibi partibus alimentum arripiunt; quandoquidem nec venæ, neque arteriæ in ipſas partes terminantur, per quas tanquam per canales virtus aliqua influens feratur; partes hæ non indigent affluxu, vt ſua munia exequantur, ſed benè, vt conſeruentur: rurſus habere inſitas facultates bifariam contingit, vel reſpectu nutritionis, hoc eſt, attractionis, retentionis, alterationis, & expulſionis: vel reſpectu H tranſmutationis materierum in ſe ipſas; primo modo omnes partes egent afluxu, ſecundo non omnes, ſed ſibi inſitas facultates habent, vt eſt os, cartilago, & quæ ſunt huius generis.

De facultate, & ſpiritibus vitalibus ei famulantibus. Cap. IV.

HVcuſque declaraui, quid ſit actio, & quotuplex, quarum aliquę ſunt principales, aliæ verò iſtis ſubminiſtrantes: atqui cùm vnaquæque actio fiat à facultate tanquam à cauſa ipſius effectrice; nunc declarandum nobis eſt, quid ſit facultas, & quotuplex in corpore reperiatur. Facultas, ſeu potentia à Gal. prim. de cauſ. pulſ. appellatur δύναμις, eò quòd virtutem habeat aliquid faciēdi: & quamuis eius eſſentiam minimè dignoſcamus, quia tamen (vt

inquit

A inquit idem Gal. 1.ſimpl.med.facult.cap. 1.)obſeruamus eam poſſe aliquid facere, no-
mine potentiæ, ſeu facultatis appellamus: quæ nihil aliud eſt,quàm vis quædam ab ani-
ma prodiens,quà ipſa aliquid operatur,pro diuerſitate,cuius diuerſimodè etiam anima
ipſa agit: etenim etſi vna ſit anima, nihilominus plures eius ſunt potentiæ, quæ ad duo
capita primùm referuntur, nempe ad naturale, & animale, vnde vna potentia dicitur
naturalis, altera animalis lib. de diff. ſympt. cap. 3. naturalis appellatur, eò quòd ad
omnes functiones naturales ſe extendit cum omnibus cõmunicans rebus,quæ fruuntur
vita, quemadmodum ſunt plantæ: animalis verò potentia dicitur, quòd ſit princi-
pium omnium functionum,quæ ab animali, vt tale eſt, proficiſcuntur.
Sed naturalis facultas, vel refertur in vitam, vel in meliorem vitam: prout refertur
in vitam duplex eſt,vna,quæ primum naturæ inſtrumentum, nempe ſanguinem gene-
rat, illumque variè permutat;altera verò, quæ vel ſpeciem, aut indiuiduum reſpicit:
prior in triplici adhuc diſcrimine verſatur pro triplici functione, & operatione, quam
circa ſanguinem molitur, nam prima eum generat, & naturalis κατὰ ἐξοχὴν φυσικὴ dicitur
B in hepate reſidens: altera calorem, & ſpiritum fabricat, vitaliſque à Medicis appella-
tur in corde reſidens: tertia in cerebro reperitur, quæ ſpiritus vitales in animales con-
uertit,qui & ipſi naturales cenſeri debent, & non animales abſolutè, vt communiter
accipiuntur, ſed tantùm diſpoſitiuè; nam ſolus motus, & ſenſus ſunt actiones animales
in actu. Atque iſtæ ſunt præcipuæ functiones in corpore, quas Plato, & ſpecies, & par-
tes appellauit. Vitalis etiam facultas conſiderari poteſt bifariam,primo modo quatenus
ſpiritum vitalem, & ſanguinem arterioſum,atque etiam calorem fabricat,& hoc modo
per excellentiam vitalem Medici appellant: ſecundo,vt calorem conſeruat,& pulſifica
à nonnullis cenſetur,ambæque in corde reſident,licet pulſifica arterijs communicetur.
Atque hac ratione naturalis virtus, quatenus primo naturæ inſtrumento famulatur,
conſiderari poteſt.
Inquirunt quamplurimi hoc loci, num virtus vitalis eadem ſit cum naturali, an di-
uerſa? at ne in huiuſmodi quæſtionibus diutius, quàm par ſit, immoremur, accedo ad
C reſolutionem quæſiti ſecundùm Galeni ſententiam,qui lib.4.de præſag.ex pulſ.cap. 12.
ſcribens conditiones naturalis facultatis, atque vitalis, inquit vitalis facultatis munus
eſſe pulſum generare;naturalis verò allicere ſibi familiare alimentũ,expellere noxium,
alterare,atque retinere;nam ad hoc,vt nutriantur partes,hæc ipſa ex neceſſitate requi-
runtur, at pulſus non hæc præſtat, verùm caloris natiui mediocritatem tuetur, quæ vt
conſeruetur, opus eſt diſtenſione, atque contractione. Quare virtus vitalis poteſt du-
pliciter cõſiderari, primò quatenus ſpiritum ex ſanguine,& aëre generat, & hoc modo
cor vtitur attractiua, & omnibus facultatibus naturæ iam dictis;ſecundo vt pulſum effi-
cit, cuius gratià calidum innatũ conſeruatur, vt dictum eſt,& ſecundùm hunc modum
dicitur virtus vitalis à naturali ſeiuncta, tum ratione cauſæ efficientis,tum inſtrumenti,
tum finis: efficientis quidem, quod eſt facultas pulſifica: inſtrumenti, quod eſt cor cum
ſuis arterijs: finis verò, qui eſt caloris innati conſeruatio, quæ fit euentando calorem,
& expellendo fuligines. His obiter dictis reuertamur ad rem noſtram.
Conſideratur etiam naturalis facultas quatenus in vitam refertur, vel vt pertinet ad
D ſpeciem, vel ad indiuiduum, ſi primo modo vocatur facultas procreatrix, cuius obie-
ctum eſt ſemen, quæ pro varia partium conſtitutione, varias ſortitur appellationes, vt
in carne carnifica, in oſſe oſſifica, & huiuſmodi, quemadmodum ſupra diximus, dum
de illis rebus, quæ ad conſtitutionẽ partium faciunt, ſermonem haberemus. Hæc verò
facultas, quam procreatricem appellauimus, duplici etiam facultate tanquam proprijs
inſtrumentis ad ſua obeunda munia vtitur, quarum vna formatrix, altera alteratrix
nuncupatur; mediante alteratrice, id quod generatur, temperiem, & quæ ſequuntur
neceſſariò, obtinet; mediante autem formatrice,id quod ex neceſſitate accidit aſſequi-
tur, nempe vnitatem, & compoſitionem: ambæ iſtæ facultates, alteratrix, & confor-
matrix, dum compoſitum generatur, ſedem habent in ſemine, at poſt eius generatio-
nem in ſingulis corporis partibus, & hoc modo ſeſe habet facultas naturalis,quæ gene-
rationem conſiderat.
Si ſecundo modo conſideratur, vt ſcilicet ſpectat ad indiuidui conſeruationem, vel
illud reſpicit, vt eſt in vtero, vel extra vterum, ſi vt eſt in vtero, primas partes obtinet
vis

Digitized by Google

vis alteratrix, & formatrix, quibus auctrix, & nutrix inſeruiunt. Si autem, vt eſt extra B
vterum,conſideretur, tunc animaduertendum eſt, num ab ortu vſque ad ætatis vigo-
rem ſit, vel à vigore vſque ad interitum, nam primo modo vſque ad vigorem auctrix
facultas dominatur, opem ferentibus alteratrice, & nutrice; ſecundo modo nutrix, &
alteratrix dominatur. Sciendum tamen eſt alteratricem, quæ poſt geniti perfectionem
reperitur in membris, non eſſe eandem cum ea, quæ in ſemine erat, ſiquidem illa pro
obiecto ſemen habet ipſum alterans tantiſper, dum formam oſſis, aut nerui, aut alte-
rius partis ſuſceperit; aſt illa, quæ poſt perfectionem partium reperitur, ſanguinem
pro obiecto ſibi vendicat, quem tandem alterando aſſimilat, & rei nutriendæ ſimi-
lem reddit; quamobrem illam generatricem, hanc aſſimilatricem appellamus; cui fa-
mulantur attractrix, retentrix, & expultrix: quæ circa alimentum verſantur, nec ſedem
determinatam habent, ſed in omnibus partibus, quæ nutriuntur, ſunt, vt tandem cum
Galeno concludendum ſit tot eſſe facultates, quot ſunt actiones; & iſtæ ſunt omnes fa-
cultates naturales, quæ ad vitam faciunt.

Melioris autem vitæ facultates ſunt illæ, quæ concupiſcibiles appellantur, in quo F
genere etiam reponi poteſt ratiocinatrix: at concupiſcibilis pro diuerſitate obiecti, cir-
ca quod verſatur, diuerſimodè accipitur, nam vel circa victoriam, vel voluptatem ver-
ſatur; ſi primo modo iraſcibilis, ſi ſecundo modo κατ' ἐξοχὴν concupiſcibilis dicitur;
prior in corde reſidet, ſecunda in hepate: quibus ſi ratio dominari contingat, virtutes
moralep inde oriuntur; etenim ſi iraſcibilis rationi cedat, fortitudinem parit; ſi rationi
minimè obſequatur, vel in exceſſu, aut in defectu peccat. Si primo modo ira produci-
tur; ſi ſecundo modo, vel ignauiam, vel timorem inducit. Rurſus ſi ipſa concupiſcibi-
lis, quæ in iecore reſidet, rationi cedat, efficitur temperantia; ſi in exceſſu, & ipſa pec-
cet, cupiditatem, & libidinem promouet; atqui ſi in defectum cadit, tunc odium mu-
lierum, cibi, aut vini offenſionem, & ſtuporem infert. Et iſtæ ſunt omnes facultates,
quæ naturales à Medicis appellantur.

Venio ad illas, quas animales appellauimus, quæ ſunt principia motuũ animalium,
vt talia ſunt, quas Gal. lib. de ſympt. differ. cap. 3. ad tria capita reduxit, nempe ad mo-
tricem, ſenſitiuam, & rectricem, quam & hegemonicam appellauit; hæc tamen ad ſen- G
ſitiuas, & motrices facultates reduci poteſt; nam ſenſitiuæ, aliæ ſunt cognoſcentes, aliæ
minimè; rurſus cognoſcentium, aliæ internæ, aliæ externæ: internæ ſunt ratiocinatrix,
imaginatrix, & memoratrix, quas hegemonicas appellauit: externæ ſunt omnes faculta-
tes, quæ ſenſibus famulantur, & quinque ſunt numero, vna ad videndum, altera ad au-
ditum, tertia ad odoratum, quarta ad guſtum, quinta, & poſtrema ad ſenſum tactus
pertinet: demum motrices (etſi continuatum inſtrumentũ habeant, quo nomine etiam
vnica virtus motiua cenſeri poteſt) cùm plures eius ſint partes, quæ motu aguntur vo-
luntario; tot facultates erunt, quot partes motu mouentur voluntario. Ex his igitur
concludatis actiones in homine tot eſſe, quot facultates, & quòd facultas, & actio ſibi
inuicem correlatiua ſint; ita vt actio dari non poſſit, quin ſtatim eius intelligatur fa-
cultas, quæ efficientis rationem habeat, actio verò effectus. Erunt igitur actiones aliæ
naturales, aliæ animales, non ſecus atque hactenus declaratum eſt de facultatibus: ſtatu-
tum igitur ſit nobis actionem partis eſſe motum actiuum à facultate propria, vt à cau- H
ſa efficiente prodeuntem.

Verùm cùm ſpiritus habita ſit mentio, videre ſanè expedit, an ad actionem obeun-
dam requiratur, ad cuius rei euidentiam primùm, quid ſpiritus nomine intelligamus,
aperiendum eſt. Scire autem licet in Gal. doctrina ſpiritum alium eſſe, qui ſimpliciter,
& ſine additamento innatus; alium, qui vitalis; & alium, qui animalis vocatur. Spiritus
inſitus eodem docente Gal. 5. de ſimpl. facult. cap. 9. (quem ſua lingua ἔμφυτον πνεῦμα vo-
cauit) idem eſt cum calido innato, ſeu inſito, quod etiam ipſemet ἔμφυτον θερμὸν (non vt
Hippocrates ἀρχέγονον) appellauit; & animam, & naturam, vel ſaltem immediatum eius
inſtrumentum, vt lib. de trem. rig. & palpit. cap. 6. auſus eſt appellare: itaque, vt vno ver-
bo concludam in doctrina Galeni ſtatuendũ nobis eſt calidum innatum, vnum & idem
eſſe cum ſpiritu inſito, ſeu ſpiritu innato, quem etiam poſſumus appellare ſpiritum na-
turalem. Huius definitio ex ipſius placitis talem in modum elici poteſt, nempe quòd
inſitus ſpiritus ſit corpus quoddam per ſe mobile ex ſemine, & ſanguine menſtruo
primò genitum gratià conſeruationis facultatum. Hanc

A Hanc definitionem liceat nobis in examen adducere, vt inde veſtris oculis pateat, quomodo ſpiritus ad actionem quamuis concurrant; & primò loco generis acceptum fuit (*corpus*) à nobis Galenum ſequentibus, qui ſcriptum reliquit illud eſſe corpus ex menſtruo ſanguine, & ſemine. (*per ſe mobile*) prima eſt differentia, quà ſeiungitur ab humoribus, qui per ſe non mouentur, ſed ab alio ſiue impulſi, ſiue attracti; cæterùm ipſi ad tempus mouentur, ſpiritus verò ſemper eſt in motu, vt Galeni authoritate lib. & capite citato ſtabilitur; nam de ipſo loquens inquit eundem ſpiritum, ſeu calidum innatum, vnum exiſtens in omnibus corporis partibus, duplici ſemper moueri motu, vno ab internis ad externas partes, altero verò ab externis ad internas, cuius motus ratio ex propria eius natura prodit; propterea quòd ſuam ſubſtantiam ex calido, & frigido deſumat: quà calidum eſt à centro mouetur, quà frigidum ad internas retrahitur: cumque ſubſtãtia ipſius calido indigeat ad actiones, ad circumferentiam mouetur. Cæterùm, & frigiditas neceſſaria eſt, quæ prohibeat, impedimentoque ſit, ne ſua leuitate longiſſimè procedat; calidum enim attolli, & per partes ſpargi, ſecumque alimẽtum B ducere conſueuit: ne igitur extra feratur, id beneficij acceptum frigiditati refert.

Quamobrem apparet ſemper calidum moueri, quia vnus ex illis motibus alterum ſemper excipit: & niſi duplici hoc moueretur motu, malè nobiſcum ageretur, etenim ſi intus maneret, celeriter inquit Gal. ad immobilitatem ceſſaret: quòd ſi foras ſpargeretur, ab hoc motu ſtatim diſſipatus rueret. Modicè igitur extinctus, & modicè accenſus, ſemper mobilis ſic perſeuerat, dum ad intimas inclinat partes alimentum appetẽs, incenditur; at dum ab intimis recedit vndequaque expanſus, extinguitur: vnde Gal. ſuo idiomate ipſum ἀεικίνητον, idest ſemper mobile appellauit. Patet igitur ex Galeno, calidum, & ſpiritum eſſe ſemper mobilem: cuius motus ratio non modò de hoc innato, ſed etiam de quocunque ſpiritu, nempe animali, & vitali intelligendum eſt, videlicet quòd ſint corpora mobilia. Verùm quidem præter hunc motum, quem communem cum calido innato habent, quòd illius ſint germina quædam, etiam alio mouentur motu, in quo proprium fontem deſerunt: at calor innatus nunquam ſuam deſerit partem, cui ineſt, vt *v. g.* calor innatus cordis nunquam cor deſerit, ita de calore vniuſcuiuſque C partis eſt intelligendum. At ſpiritus vitalis, aut animalis mouentur deſerentes proprios fontes, vt ſpiritus vitalis à corde ad extra cor mouetur; vnde eſt, quòd ſemen eiaculatum plenum ſit vitali ſpiritu, itidem de animali eſt credendum, qui à cerebro ad extra mouetur. Quapropter motum vtrumque aduertere oportet; nam motus, qui in parte ſit, ſpiritui competit; vt eſt per ſe mobilis: at ille, qui ſit à parte ad partem, ab alio procedit, nempe à facultate impellente, & tranſmittente.

Ex dictis itaque Galeni deprehenditur in ſpiritu animali, & vitali duplicem eſſe motum, vnum quem ex ſe habent, quatenus ſunt germina, ac deriuationes à calido innato, alterum quem habent à virtute cordis, & cerebri expellente, ex quo etiam colligatis ſpiritum naturalem minimè dari; nam ſi daretur, vt inquit Gal. 12. meth. med. cap. 5. eſſet in hepate, & ab ipſo per vniuerſum corpus non ſecùs atque vitalis, & animalis tranſmitteretur; ſi autem in hepate fieret, ita vt eſſet quid à ſanguine diſtinctum; vt ſpiritus vitalis, & animalis proprium haberet receptaculum, quemadmodum ipſi habent, nullum itaque locum, in quo generatur, nec per quem transferatur, cùm habeat, D ſequitur non dari: niſi per ſpiritum naturalem tenuiorem ſanguinis partem intelligere quiſpiam velit, cùm in ſanguine variæ partes ſint, & per venas ferantur cum toto ſanguine, hoc enim modo dici poteſt vtique dari ſpiritum naturalem: at quòd detur alia ſubſtantia contra diſtincta à ſpiritu animali, & vitali abſurdum eſt: cùm nec locus, nec efficiens, nec neceſſitas adſit: & calor innatus omnibus actionibus naturalibus abundè ſufficiat. Ex his igitur ſit concluſum innatum calidum, & ſpiritus eſſe per ſe mobilia. Hæc igitur differentia rectè quadrat noſtro definito ab humoribus ipſum ſeparans.

Sequitur nunc alia differentia, quæ materiam determinat, nempè (*ſemen, & ſanguinem menſtruum*) à qua originem ducit: modus autem talis ſit, dum ſemen virile in vterum eiaculatur, ſanguis menſtruus eò ſtatim fluit, ſitque ex vtriſque mixtura quædam, quæ nihil aliud eſt, quàm conceptio ipſa; in quam dum agit virtus vteri alteratrix, ſemen, & ſanguis in vaporem veluti mutantur, vapor verò in calidum innatum, quandoquidem ex aërea illius, & aquoſa efficitur ſubſtantia. Vnde Gal. prim. aphor. cap. 14.

calidum, ſiue ſpiritum innatum eſſe ſubſtantiam aëream, atque aqueam; ex ſemine E enim aërea pars, ex ſanguine verò aquoſa prodit, quòd ſi ex duabus his ſubſtantijs non fieret, neque eſſet humidum, & ſemper mobile, quemadmodum ipſius ſubſtantiæ conuenit. Primum igitur quod à virtute vteri alteratrice generatur, eſt calidum innatum, vnde meritò Hippocrates ἀρχέγονον appellauit, & hoc in omnibus corporis partibus virtute remanet, operibuſque conformatricis virtutis fauet, quo mediante, conformantur omnes corporis partes, in quibus, & ipſum innatum calidum remanet; quamuis, vt inquit Gal. 5. ſimpl. medic. cap. 9. non vndequaque ſibi ſimile, ſicuti neque ſanguis in omnibus partibus talis exiſtit: cæterùm in ſpatijs inanibus non parùm ipſius ineſſe ſubſtantiæ idem teſtatur Gal. imò quæ ſit velut materia quædam, exiguam poſcens mutationem, vt perfectè in ſpiritum innatum mutetur, quam etiam ad hoc, vt fiat concoctio, intus ſeruari oportere ibidem ſcripſit. Quamobrem apparet calidum innatum non generari ex ſpirituum attractione, qui ſunt in arterijs, ſicut in lapidibus, & lignis ignem ex ſolius aëris accenſione fieri cernimus, ſed ex ſanguine menſtruo, & ſemine: ex quo etiam apparet in ipſius generatione duo concurrere, ſubſtantiam vide- F licet, atque temperiem: ſubſtantia humida eſt, atque aërea; temperies verò, ſeu eius complexio ad calidum vergens temperatiſſima exiſtit, ob cuius efficaciſſimam, quæ in eo eſt qualitatem, calidum innatum appellatum fuit ab Hipp. vt Gal. ſcribit.

Quò autem intelligatur illud Gal. dictum, quòd videlicet calidum innatum omnibus partibus inſit non vndique ſibi ſimile: hoc eſt, quòd efficacius, intenſius, & fortaſſe plus in vna parte, quàm in alia reperiatur, vnde in corde tàm efficaciter operatur, ac ſi in propria arce contineretur; notare debetis, quæ ab eodem ſcribuntur de calido innato, vbi ait aliud eſſe dicere plus calidi ineſſe, aliud aliquid eſſe calidius, & aliud tandem eſt dicere efficacius, & validius calidum operari. Quare etſi in omnibus corporis partibus, quod ad eius attinet ſubſtantiam, calidum innatum ſit, in vna tamen hoc, in altera illo operatur modo. Verùm poteſt eſſe, quòd in vna parte minus calidi ſit, validius tamen, & efficacius operetur, quàm vbi intenſius eſt, vt in ventriculo: in alia verò, & ſubſtantia, & qualitate, & actione quàm maximè vigeat, vt in corde: quare calidum innatum etſi omnibus partibus inſit, in alijs tamen intenſiùs, in alijs efficaciùs, in alijs verò minùs G efficaciter ſuas exercet operationes. Cùm autem eius ſubſtantia à primordio generationis ex ſanguine, & ſemine ſit conſtituta; hinc pueri plus habent caloris, quòd principijs generationis ſint propinquiores, minus verò illi, qui ab origine magis recedunt. Concludamus igitur calidum innatum ex ſanguine, & ſemine fieri ab vteri virtute alteratrice, tanquam ab agente primario, ſtatim ſemine in vterum eiaculato, ſanguineque menſtruo admixto. Cuius generationem reſpiciens Gal. aduerſus Lycum cap. 7. dicebat illud verè primò genitum, & inſitum appellari; partes verò, quæ in vtero generantur, ex quibus conſtamus, quodammodo aduentitias, non innatas eſſe, cùm id ſequantur; apparet igitur ſubſtantiam calidi innati ex ſemine, & ſanguine menſtruo ab vteri facultate primò genitam eſſe.

Veniamus ad cauſam finalem definitionis huius, & dicamus eſſe, vt corpora incorporeis copulentur; cùm enim animæ, & corporis coniunctio fieri debeat, opus eſt, vt aliquid intermedij ſit, quod huiuſmodi res tàm diuerſas nectat, atque copulet; anima quid incorporeum eſt, corpus verò longè diuerſum ab ea, vt apud omnes in confeſſo H eſt; cùm verò homo ex anima, & corpore conſtituatur, neceſſariò copula requiritur, hæc autem eſt ſpiritus inſitus, ſeu calidum innatum, de quo loquens Fernel. lib. 4. cap. 2. ait hunc ſpiritum vtriuſque naturæ quodammodo participem eſſe: ipſe enim vtrique extremo, quàm maximè familiaris, & accommodatus eſt; nam cùm non ſit ſine corpore, craſſo corpori facilè inſeritur; cùm autem tenuior, ſplendidiorque ſit, cum animo connecti poteſt. Calidum igitur, ſeu ſpiritus innatus ob ſuam ætheream, puriſſimamque ſubſtantiam, ac tenuiſſimam hoc beneficij nobis præſtat, vt ſit illud, quod animam corpori adiunctam tenet, quare mirum non eſt, ſi pluribus in locis Gal. ſcripſerit illud eſſe animæ immediatum, ac præcipuum inſtrumentum.

Obijciet quiſpiam, ſi finis caloris, ſeu ſpiritus innati eſt animam corpori adnectere; non erit igitur medium, quo actiones corporis fiunt, atque ita nec dicendum, actiones fieri mediante ſpiritu. Huic obiectioni ita ſatisfaciendum eſt, calorem naturalem, &

inſitum

A inſimum dupliciter conſiderari; vno modo, vt finis rationem habet, copulantis videlicet, & connectentis duo extrema ſimul: alio modo, vt conducit ad operationes: ſi primo modo accipiatur, non concurrit ad actionem; ſi ſecundo concurrit, quatenus conſeruat facultates, atque virtutes. Sed rurſus inſtabit quis, ſi calidum innatum actionibus confert, vt conſeruet virtutes, non erit primarium actionum inſtrumentum. Reſpondeo aliud eſſe calidum conſiderare, vt ad actiones immediatè refertur: & aliud vt habet rationem copulantis virtutis, & conſeruantis. Primo modo acceptum non eſt actionis primarium, hoc eſt immediatum inſtrumentum, cùm id à conſtitutione non differat, quæ actionem ipſam immediatè efficit, calidum autem ei opem ferens dicitur ſecundarium inſtrumentum; at ſecundo modo conſideratum calidum eſt primarium animę inſtrumentũ, quòd copulantis, & conſeruantis rationem habeat. Hac enim ratione calidum innatum à Galeno conſideratum fuit, vbi dixit illud eſſe animæ primarium inſtrumentum.

Sed hoc loci à Gauaſſeto, & Capiuaccio difficultas quædam proponitur ex Gal. lib.
B de cauſ. reſp. cap. vlt. deſumpta, vbi dixit animam tribus vti inſtrumentis ad ſuas obeundas operationes, nempe ſpiritu animali, calido innato, atque temperie: non igitur calidum innatum eſt animæ primarium inſtrumentum. Sed re vera talis dubitatio ex ea authoritate non video, quo nam pacto colligi poſſit, nam Gal. inſtitutum ibi eſt oſtendere, quibus nutriatur ſpiritus animalis, & quæ ſit reſpirationis vtilitas; his à Gal. vt materia expoſtulat ſubiecta demonſtratis, naturam ſpiritus inquirẽs ita de ipſo ſcribit:
„ *ſpiritus animalis, vel eſt anima, vel eius immediatum inſtrumentum, quod ſi anima non eſt,*
„ *ſed eius inſtrumentum, neceſſe eſt animam ineſſe cerebro, quæ eſt aut innata ipſius caliditas,*
„ *aut conſtitutio, vel aliquid tale, quod in corpore ſit.* Non igitur ex hoc loco talis poteſt elici dubitatio. Sed eſto: dicendum non eſſe inconueniens vnius actionis plura eſſe inſtrumenta, quorum quædam ſint vniuerſalia, alia particularia: nam ad obeundas actiones omnes requiritur primùm innatum calidum tanquam vniuerſale animæ inſtrumentũ, & quòd cauſæ ſine qua non rationem habeat: deinde ſpiritus vitalis in actionibus vitalibus, & naturalibus; & animalis in animalibus: atque iſti rationem habent particularis
C inſtrumenti. Tertiò requiritur facultas, quæ particularis cauſæ efficientis rationem habet: quartò, & temperies, ſcilicet conſtitutio ipſiuſmet partis, quæ alia eſt in ſimilaribus, vt audiuiſtis, & alia in organicis: at temperies, & ipſa conſtitutio ſunt particularia, & immediata inſtrumẽta, ſi igitur calor innatus, ſpiritus, atque temperies cõferantur cum conſtitutione quoad originem, dicuntur primaria inſtrumenta, quorum vnum eſt prius altero; primum tamen locum calidum innatum obtinet, ſecundum ſpiritus, tertium temperies, ſi verò comparentur cum actione, tunc ipſa conſtitutio eſt primarium, & immediatum inſtrumentum.

Quod ſi adhuc vrgeas, temperies fuit poſita inter inſtrumenta particularia actionis; erunt igitur duo inſtrumenta vnius actionis, nempe temperies, & conſtitutio, attamen vni actioni in quantum vna vnicum immediatum inſtrumentum adſcripſit Galenus, & ratio ipſa id ſuadere videtur, nam vnius in quantum vnum vnica eſt ratio agendi. Dicendum non eſſe inconueniens duo immediata reperiri inſtrumenta diuerſam rationem inter ſe habentia, ſi quidem conſtitutio inſtrumenti habet rationem vt quod; tem-
D peries verò, vt quo, nam facultas temperie primùm vtitur tanquam medio ad conſtitutionem mouendam, hoc modo operationes naturales à partibus fiunt. Verùm enim verò fieri minimè poſſent niſi ſpiritus vitalis opem ferret, quamobrem ſic naturà comparatum eſt, vt calor naturalis, & inſitus, quamuis per omnes corporis partes diffuſus; nihilominus in corde tanquam in proprio fonte reſideat: cum ibi ſit minera, & fomes ipſius, qui ſua qualitate vniuerſum corpus viuificat, caloremque influentem, atque innatum ſpiritum quodammodo excitando vitales reddit: niſi enim à corde continuè partes omnes mediante influente calore fouerentur, citò homines interirent.

Dicitur hic calor influens, quòd in omnes partes influat, cuius generatio, & influxus ſic ſe habet: refocillatur primùm calidum innatum in corde reſidens per immediatum alimentum, ſibi beneficio venæ cauæ oblatum; vbi verò fuerit reſtauratum, maior pars illius ſanguinis pulmonibus pro nutritione à corde demandatur; altera per anguſtos meatus ſepti cordis à dextro in ſiniſtrũ ventriculũ permeat ibiq; iam attenuata, & in va-

vaporem tenuiſſimum redacta, tanquam ex materia ſimul cùm aëre per pulmones E
attracto, ſpiritus vitalis, qui idem eſt cum hoc influente, generatur, & tandem per arte-
rias delatus, omnibus corporis actionibus ſuccurrit. Hæc ex Galeni doctrina pulchrè
colliguntur; ex quo diſcurſu apparet ſpiritum vitalem eſſe corpus quoddam vaporo-
ſum, & aëreum, in hunc vſum à natura factum, vt vitalis facultas commercium habeat
cum omnibus corporis partibus, hinc eſt, quòd arteriæ diffuſæ ſunt per vniuerſum cor-
pus: cùm verò in fornace calores innati ſint fabrefacti, neceſſe eſt, & ipſos calidiſſimos
eſſe, quò faciliùs, & promptiùs illi muneri, ad quod deſtinati ſunt, ſatisfaciant. Hæcque
de ſpiritu vitali ſufficiant.

De Spiritibus Animalibus. Cap. V.

ANimalis ſpiritus requiritur ad actiones animales obeundas, quæ (vt
audiuiſtis) ad ſenſitiuas, & motrices reducuntur; ſenſitiuarum autem
aliæ internæ, aliæ externæ. Interiores, quas ἡγεμονικὰς, ideſt rectrices F
appellauit Galenus, ſunt tres, nempè ratiocinatrix, imaginatrix, & me-
moratrix; exteriores ſunt quinque ſenſus, motrices verò ſunt omnes
illæ, quæ à muſculis fiunt, & pro ſui generatione opus habent ſpiritu
animali, qui ex vitali tanquam ex materia gignitur; vt Gal. docet lib. 7. de plac. Hipp.
& Plat. cap. 3. & 7. de vſu part. 8. & alibi. Modus generationis huiuſmodi eſt; primùm
ſpiritus vitalis portio per arterias ſoporarias ad cerebri baſim vſque rectà fertur, quæ
ibi in plexus quoſdam degenerant retis in modum, à quibus denuò explicitæ, in alios
plexus (quos à ſimilitudine, quam cum ſecundinis habent, plexus choroides appellãt)
terminantur, perque totam cerebri cauitatem expanſi feruntur, vt Gal. 7. de part. vſu
cap. 9. & anatomica adminiſtratio exactiùs oſtendit: hanc cauitatem in duos anteriores
ventriculos, & in duos poſteriores diuiſit idem Gal. & anteriores vult eſſe eos, qui præ-
parent hos ſpiritus ad animalitatis formam recipiendam, in medio autem, & tertio
ventriculo ſtatuit eoſdem adipiſci animalis ſpiritus formam, tandem perfectionem
accipere in poſteriori, & quarto ventriculo; vnde ipſum minorem eſſe factum à natu- G
ra ſcribit 8. de vſu part. cap. 12. eò quòd ſubſtantias minus materiales accipiat.

Sed an huiuſmodi Gal. diſcurſus rebus anatomicis omnino correſpõdeat, noſtræ Fi-
guræ in dubium reuocãt, in quibus oſtenditur totum cerebrũ intus excauatũ eſſe; veriſ-
ſimum tamen eſt, nullamque dubitationem habens, quòd iſti ſpiritus plures recipiant
alterationes, & præparationes, prima eſt in arterijs aſcendentibus, ſecunda in plexi-
bus retiformibus, tertia in choroidibus, quarta in ventriculis cerebri, ita vt ex longa in
his partibus mora, & alteratione, vi facultatis alteratricis cerebri formam adipiſcantur
talem, quò apti ſint ad omnes animales actiones obeundas. Cæterùm etſi materia ho-
rum ſpirituum ſit ſpiritus vitalis hac ratione, vt dictum eſt, ad cerebrum delatus; nihi-
lominus idem Gal. lib. de vſu reſpir. cap. 1. ſcripſit ex inſpirato aëre per nares ſpiritus
animales nutriri; nam vbi aër per nares inſpiratus eſt, ſurſum ad cerebri ventriculos
fertur, ex quo ſimul cum ſpiritu vitali efficitur ſpiritus animalis; qui corpus quoddam
æthereũ eſt ex ſpiritu vitali, & aëre à facultate cerebri genitũ, gratià actionũ animaliũ.

Spiritus autem animalis cùm ad varios vſus ſit comparatus, opus eſt varias re- H
cipiat alterationes, nam aliter ſe habet ad internas ſenſationes obeundas, ex Gal. 7.
de plac. cap. 4. nempe ad imaginationem, ratiocinationem, & memorationem; &
aliter ad ſenſus celebrandos, & potiſſimùm ad viſionem efficiendam, qui puriſſimus,
& lucidiſſimus ſit, oportet, vnde Gal. loco præcitato varietatem ſuæ alterationis ex
multa complicatione vaſorum, per quæ fertur, argumentũ ſumit; nam natura in omni-
bus partibus, quibus diù immorari debet materia, artificio haud vulgari eſt vſa, dum
vaſa diuerſis circumuolutionibus, plexibuſque irretiret, quemadmodum cernitur eo
loci, vbi ſanguis in ſperma tranſit: propterea & in his arterijs, in quibus varias altera-
tiones ſpiritus animalis ſubiturus eſſet, optima magiſtra natura plures anfractus, reuo-
lutiones, plexuſque effecit, quos dum pererrat, alteratur, & tempore conſtituto per
plexus choroides in amplam cerebri capacitatem defertur, ab iiſdem arterijs velut
enomitur, vt comitante aëre per nares attracto accomodatus euaderet ad ſpiritus ani-
malis

malis

A malis formam ſuſcipiendam: quod idem Gal. pluribus in locis ſenſiſſe compertum eſt;
aſſerentem partes concoquentes, & alterantes ſibi commiſſas materias ſecundùm
omnes qualitates aſſimilare: hinc à ſubſtantia ventriculi alba chylus candidum colorem
deducit; quod idem videre eſt in ſanguine, & ſemine, cùm eundem, quem hepar, & te-
ſtes colorem præſeferant. A ſimili igitur argumentando patebit ſpiritum vitalem na-
turà ſuà rubicũdum ad albedinem per ſubſtantiam plexuum choroidum diſponi; in ce-
rebro verò (beneficio alteratricis virtutis) perfici; tantoque perfectionem maio-
rem conſequi, quò magis aëri commiſcetur; ſic enim purior, & magis æthereus
effectus commodè internis ſenſationibus potiſſimùm opitulari poteſt. Adde quòd
illud intermedium, quod dextrum ventriculum à ſiniſtro dirimit, non modò album ſit,
ſed etiam lucidum, à cuius contactu nonnihil luciditatis quoque recipiunt.

Hac itaque ratione præparati, ita natura iubente ad ſua ſenſoria demãdantur, vbi ali-
quid adhuc alterationis aſſumẽtes ad ſua immediata munia obeunda aptiores reddũtur,
& quòd maiori ſpirituũ copia opus videbatur, maiori etiã artificio vſa eſt natura; nam in
B oculis, in quorum actione celebranda multa ſpirituum copia requiritur, præter ner-
uos maximos omnium (conſpicuè re vera pertuſos) ventriculum quendam ex nerui
ſubſtantia dilatata effecit: cùm primùm enim ſubſtantia nerui dilatatur, in membranam
degenerat, vitreum humorem (ventriculi cuiuſdam in modum) amplectentem;
meatus autem nerui ſpiritum deferens duobus afficitur modis, vt Galenus author
eſt, vno quòd ſpiritum, & humorem deferens ſimul commiſcet; ſecundo quia vi-
trei humoris euadit receptaculum, in quod, humorem, & ſpiritum deponit, qui
hoc in loco alterantur, & lucidiores redduntur; ac inde cryſtallinus virtute in-
ſita, ſibique propria alimentum trahit, vt ipſo nutriatur, ſpiritus verò iam luci-
diores in vitreo facti in aqueo humore tanquam in promptuario quodam reti-
nentur, vt non modo viſioni ſemper præeſſe poſſint, ſed vt Gal. lib. 10. de part. vſu.
cap. 6. ſcribit, ſuſtinere corneam, ne ſupra cryſtallinum incideret, valeant: vnde idem
Gal. 7. de Hipp. placitis cap. 5. dicebat maiorem ſpirituum copiam in oculis, quam in
ventriculis cerebri contineri, vnde apparet ſpiritus animales à prædictis partibus dilu-
C cidiores, & magis perſpicuos pro viſione facienda reddi, quod idem dicendum eſt de
alijs ſenſorijs, quæ ad ſua obeunda munia ſpiritibus egent, in quibus eam adipiſcuntur
perfectionem, quam requirunt pro actione peragenda. In ventriculis igitur cerebri
anterioribus, ſeu in tota cerebri cauitate ſpiritus formam ſuſcipiunt animalitatis, dein-
de ad ſenſoria delati perfectionem quandam ab his recipiunt, itidem exiſtimandum,
& eos ſpiritus, qui pro ſenſu, & motu facti ſunt non poſſe ſua officia perficere, niſi lo-
cum aliquem habeant communem motui, & ſenſui proportionatum.

Quamobrem vbi ſpiritus in cauitate cerebri ſunt geniti ad ſpinalis medullę truncum
ferũtur, quæ ipſos diſpẽſat mediantibus neruis ea ratione, quà arteria, magnaque vena
ſuis ramulis medijs ſanguinẽ, & ſpiritus vniuerſo corpori diſtribuũt, ſed quemadmodũ
virtus ſenſitiua, & motiua vniuerſalis eſt, perque totum corpus extenſa, nec particularẽ
ſibi determinat partẽ, ſicut ſenſoria particularia, hinc natura vnã partẽ cõmunem effe-
cit, in qua ſpiritus animales vltimam perfectionem ad motum, & ſenſum reciperent;
hæc autem nulla alia eſſe poteſt, quàm cerebellum, quod à Græcis παρεγκεφαλὶς dicitur,
D inde per ſpinalis medullæ truncum tanquam per amnem transfertur; & hac ratione
ſpinalis medulla duplicem proceſſum magnum cerebello immittit, quorum vnus in
dextram ipſius, alter in ſiniſtram ingreditur partem, qui vtrinque per totam cerebelli
ſubſtantiam diſſeminatim ſparguntur, & in hac ſubſtantia cerebelli ſpiritus eam diſpo-
ſitionem acquirunt, quæ ad ſenſum, & motum eſt apta, & hoc eſt, quod voluit Gal. 8.
de part. vſu cap. 13. vbi dixit multum ſpiritum animalem cõtineri in cerebello, vt potè
quod neruorum omnium, qui in totum ſparguntur corpus, erat principium futurum.
Eſt autem hic animaduertendum à cerebello nullum oriri neruum materialiter; dicitur
tamen eorum principium à Gal. quòd virtutis omnium eſt principium immediatum,
quia ſpiritus, qui authores ſunt, & motus, & ſenſus in ipſo vltimã diſpoſitionẽ accipiũt.

Ex Anatome actiua apparet ſpinalẽ medullam, quam Gal. cerebri productionẽ per
ſpinam ad ſacrum vſque os appellauit, ortum ducere à cerebro, quà illud ventriculos
effingit; imò verò ipſi ventriculi ex ſpinalis medullæ ſubſtantia orti videntur, & in ea
inſculpti,

inſculpti, quæ parùm producta, atque anguſtata vbi primùm formam illam teretem E induere incipit, neruos opticos (vt ex Quarta noſtra Figura egregiè videri poteſt) producit, & alios, qui ad oculos, linguam, palatum, & aures feruntur. Deinde pauló progreſſa inſignes quoſdam proceſſus vtrinque vnum cerebello, vt dictum eſt, exporrigit: à quorum vno ſpiritus in cerebellum feruntur, qui vbi eam alterationem adepti ſunt, ſatiſque præparati pro ſenſu, & motu agendo, per alterum proceſſum in ſpinalem medullam feruntur, quæ deinde ipſos per corpus mediantibus ſuis ramulis egregiè ſpargit.

Sed dicet aliquis, ſi vnicuique particulari ſenſationi particularis alteratio requiritur; ita quoque dicendum eſt opus eſſe vna parte, in qua ſpiritus ad ſenſum tactus efficiendum præparentur, & vna, in qua ad motum idonei reddantur. Non igitur poterunt ambo in vna parte præparari, cùm potiſſimùm actiones inter ſe longè differant. Reſpondeo ſpiritus ad ſenſum tactus, & ad motum vnam, & eandem habere vim, & naturã, differre verò ratione minoris, & maioris copiæ, nam, vt Galenus author eſt, maior copia ſpirituum requiritur ad motum, quàm ad ſenſum, quamobrem non fuit opus alia F parte præter cerebellum, in quo ipſi ſuam perfectionem acciperent, & hic eſt vſus cerebelli à nemine obſeruatus.

Spinalis medulla eſt corporis pars viuens ex ſemine orta in gratiam actionum animalium mediantibus ſuis ramis, qui nerui ſunt; quare, & hi eaſdem cum ipſa functiones præſtant, quibus ſpiritus opem ferunt vt dictum eſt: qui cùm ſint corpora non vacat inquiſitione, quà ratione ad partes, à quibus fiunt operationes ferantur, an ſcilicet per neruos tanquam per canales quoſdam ipſorum ſubſtantia deducatur, non ſecùs atque ſpiritus vitales per arterias vehuntur; an verò virtus tantùm, & qualitas diffundatur, non aliter, quàm radij ſolares ſuam virtutem communicant aëri. Si dicatur primum præſupponitur neruos cum ſua ſpinali medulla eſſe perforatos, nam cùm ſpiritus ſint corpora, neceſſe eſt, vt per neruos tanquam per canales quoſdam ferantur.

Quod verò ſpiritus ſint corpora, ex Gal. apparet. 7. de Hipp. & Plat. decret. cap. 7. & lib. de vtilit. reſp. cap. 6. vbi ſcribit ſpiritum eſſe animæ inſtrumentum, quo cum corpore commercium habet, imò addit ſpiritus eſſe virtutum animæ vehiculum: iam verò G ſi virtutes animæ copulari debent partibus, illæ autem incorporeæ cùm ſint, nequeunt corporibus immediatè adhærere: quamobrem, vt commercium vnaquæque haberet facultas cum partibus, ſpiritus à natura datus eſt, qui ſiue animalis, ſiue vitalis non poteſt neruis, aut arterijs facultatem coniungere, niſi præſens ſit: quapropter Gal. lib. iam citato cap. 4. videtur innuiſſe, quòd quemadmodum in cauis cerebri ſpiritus continetur, quo euacuato totum animal ſtupidum redditur; ita quoque in ſingulis neruis ſpiritum quendam ineſſe, cuius ope ſuas ij exercent operationes. Præterea cap. 7. eiuſdem lib. ſcribit vnumquemque neruum eſſe partem cerebri, non ſecùs, atque virgæ ſunt partes arboris.

Quòd autem ſpinalis medulla ſit perforata ex eodem habetur Gal. docente hanc nihil aliud eſſe, quàm cerebrum elongatum, quod quidem cùm totum excauatum ſit (vt demonſtratum eſt in Prima Decade) eandem quoque excauatam, ideſt perforatam eſſe intelligitur propter naturæ ſimilitudinem. Quæ res cùm ita ſe habeat, & neruos omnes, qui ſunt eiuſdem naturæ cum ſpinali medulla, à qua tanquam rami à ſuo caudice erumpunt, perforatos eſſe concludendum eſt: quemadmodum enim ſe habet arteria magna ad ſuos ramos; ſic ſpinalis medulla ad ſuos neruos: ſed arteria intus excauata eſt transferens calorem innatum ad vniuerſum corpus, mediantibus ſpiritus corporeis, non ſecus dicendum eſt, & ſpiritus animales ſecundùm totam eorum ſubſtantiam ferri per ſpinalem medullam, & ſuos neruos cum virtute ſentiendi, & mouendi. H

Confirmatur hoc idem ex Gal. 7. de Hipp. decret. cap. 5. vbi probans propterea neruos opticos conſpicuè eſſe perforatos, quòd oporteat ad oculos ſpirituum multitudinem deduci, dicebat hoſce neruos magnos, & molles eſſe: magnos quidem, & cauos, vt multam copiam ſpirituum ferrent, molles intus, vt facilius ferrent, extrinſecùs verò duri, vt interior mollities à rebus exterioribus tutior redderetur; horumque ſpirituum tanta copia eò transfertur non modò ad ipſorum actionem faciendam, in qua peragenda oculus plures conſumit ſpiritus, quàm faciant reliquæ corporis partes in

ſuis

A ſuis operationibus celebrandis; verùm etiam ad aërem externum alterandum in viſio-
ne peragenda. Vult enim Gal. eodem loco ab oculis exeuntes ſpiritus aërem externũ
ea ratione alterare, quà ipſe à radijs ſolaribus, & à luce alteratur; nam dicit aërem ipſum
tale quid pati ab oculo, vt neruus ab ipſo cerebro; quamue rationem cerebrum, ad
neruum opticum, eandem oculus ad aërem habet: quo diſcurſu Gal. intendit pro-
bare non tantùm ſpinalem medullam, ſed etiam neruos opticos, qui primi ſunt à ſpi-
nali medulla (antequam à cerebro prodeat) explantati, perforatos eſſe perſpicuè. Ad-
dit cap. 4. citati lib. ſignum foraminis eorundem opticorum eſſe, quòd clauſo vno ocu-
lo pupilla alterius dilatatur, qui ſi denuò aperiatur in naturalem magnitudinem redit.
Quòd verò omnes alij nerui ſint perforati colligitur ex eodem Galeno, qui inqui-
rens cur virtute ſenſitiua, & motrice delata per eundem canalem numero, contingat
amitti motum illæſo ſenſu: reſpondet primo de locis affect. cap. 2. & cap. 6. & lib. 3.
cap. 10. id euenire eò quòd maior copia ſpirituum requiratur ad motum, quàm ad
ſenſum: ergo ſequitur, quòd quantitas ſpirituum requiritur ad huiuſmodi actiones fa-
B ciendas: at quantitas ſine ſubſtantia ferri non poteſt, nam ſequeretur accidens ſeparatũ
eſſe à ſubiecto, quod falſum eſt: ergo etiam ſequitur, quòd ſpiritus ſint corporei, opuſ-
que illis ſit aliquo foramine perſpicuo, per quod ferri debeant, alioquin non poſſet di-
ci maiorem copiam ſpirituum fluere, ſeu requiri ad motum, quàm ad ſenſum.
Sed contra hoc, quod hactenus probauimus, ad ſtatuendam oppoſitam ſententiam
non deſunt rationes, & auctoritates. Et primùm ſi concedamus omnes neruos eſſe
perforatos, fatendum erit aliquos reperiri, quorum tunicæ obuoluentes ad tan-
tam tenuitatem perueniant, vt telarum aranearum in modum frangibiles ſint, leuiſſi-
maque occaſione diſrumpantur. Deinde canaliculi illorum anguſti admodum exiſten-
tes facili negotio obſtruerentur. Succedit fruſtra fieri per plura, quod fieri poteſt per
pauciora, & æquè benè, ſed virtus ſenſitiua, & motiua æquè benè per neruos transfer-
tur, ac ſi eſſent perforati, quare non eſt dicendum neruos omnes perforatos eſſe: mi-
norem propoſitionem probat Gal. prim. lib. de ſemine cap. 16. argumento à ſimili, nam
quemadmodum deleteria, & ſua ἀντίδοτα, & ἀλεξιφάρμακα ſtatim aſſumpta ſuam commu-
C nicant virtutem ſine materia; ita quoque, imò multò magis ſpiritus animales abſque
ſuo corpore virtutem reliquis partibus transfundunt; nec dicendum eſt à medicamen-
torum iam dictorum ſubſtantia id proficiſci, cùm ſuccus tàm paucus, tàmque breui
tempore non poſſit maximam molem corporis permeare, relinquitur igitur, vt à qua-
litate tanquam à radio ſolari id fiat.
Difficilis eſt ſanè huius nodi determinatio, nã ex vna parte habemus neruos omnes
perforatos eſſe neceſſariò, cùm non modò ſpiritus ſint copulæ, & coniunctiones facul-
tatum animæ cum partibus corporis, verùm ipſos eſſe corpora rationi maximè conſo-
num eſt, & per loca ferri debere: ex altera verò parte videtur dicendum non eſſe opus,
vt nerui ſint perforati, cùm ab ipſis ſpiritibus tanquam à ſole radij emanent, qui per
neruos delati virtutem ſenſitiuam, & motricem ad corporis partes vehant; & proinde
videtur Gal. vtramque tutari opinionem, nam dicit lib. 2. ad Glau. cap. 2. partiũ corporis
quaſdam eſſe, quæ intus cauitatem habent, quaſdam extra, nonnullas vtrinque; alias
verò nec intus, nec extra: & inter eas partes, quæ nec intus, neque extra habent cauita-
D tes, recenſet neruos artuum: quare hoc loci Gal. explicitè declarat, qui ſint illi nerui,
qui minimè perforati, nempè, qui ad artus feruntur, quòd exiles admodum ſint:
cuius rei reddens rationem inquit virtutum, ſeu facultatum traductionem, quæ per
corpus continuum fieri debet debilem eſſe, & eò magis vbi illud maximum, vel durius
fuerit, aut forti quadam, ac valida indigeat alteratione, ſi verò incurſus tenuioris ſub-
ſtantiæ quadantenus fiat cum violentia quadam, atque ictu, augetur alteratio, per alte-
rationem hoc in loco intelligere oportet virtutum traductionem.
Sed dicet quiſpiam adhoc, vt fiat hæc virtutum traductio per cõtinuum corpus duo
requiri, vnum quòd alteratio illa à tenuiſſima prodeat ſubſtantia, & violentià quadam,
ictuque moueatur; ſecundum quòd illud continuum, per quod ferri debet, ſit molle,
nam vbi durius fuerit, aut craſſius facultatis traductionem debiliorem reddi contingit:
cùm igitur continuum illud ſit molle, & facilè cedens, quemadmodum eſt ſubſtantia
ſpinalis medullæ, non videtur adhuc opus eſſe, vt ſit perforata. Huic obiectioni ex Gal.
na

Digitized by Google

ita ſatisfacere poſſumus,non eſſe ſatis,vt corpus ſit molle; ſed vt paruum ſit,& molle ſimul, quales ſunt nerui illi, qui ad artus ſunt: nam cùm valida fieri debeat alteratio,vt in motu, opus eſt, vt citò permeare poſſit, quòd fieri nequit per corpus illud magnum quale eſt ſpinalis medulla. Quamobrem, vt quàm citiſſimè fiat, & valida ſit alteratio, foramine quodam peruia eſſe debuit, quemadmodum enim contingit,vbi ſolares radij per materiam perſpicuam, & tenuem validè meant, per craſſam autem minimè: ita quoque, & alteratio illa, quæ per neruos paruos efficitur, valida ſit, quòd à multitudine ſubſtantiæ, aut craſſitie minimè impediatur. Non poſſet autem fieri per medullam, niſi eſſet perforata, & hęc eſt ratio,cur Gal. ſcripſerit ex neruis aliquos perforatos eſſe, alios minimè: perforati ſunt magni, vt ſunt viſorij, de quibus idemmet Gal. 5. cap. lib. 7. ſuprà citati ſcribit omnium neruorum corporis eſſe maximos, ſed productiones illæ à ſpinali medulla ad cerebellum longè ſunt maiores, vt demonſtrat anatomica adminiſtratio. Quare ſecundùm hanc Gal. ſententiam debent omninò eſſe perforati, reliqui verò nerui parui non ſunt perforati ob periculum illud, quod euenire poſſet membranis, quibus circumoluuntur; ſat enim attenuatæ facilè frangerentur: deinde nerui ob ſui paruitatem ſi perforati eſſent, facilè, & leuiſſimà cauſà obſtruerentur. Quare etſi nerui à ſpinali medulla tanquam à trunco oriantur, nullum ſequitur incõueniens,quòd alij ſint perforati, alij minimè. E F

Sed hic duo ſunt, quæ difficultatem faciunt maximam: vnum eſt, quia Gal. vult fieri traductionem, & quaſi eleuationem à ſpiritibus animalibus,qui per neruos feruntur ad partes,à quibus fiunt actiones motiuæ, & ſenſitiuæ, non ſecùs atque à radijs ſolaribus producitur lumen, quod tamen non eſt ab eo vlla ratione comprobatum; nam ſpiritus animales, etſi omnium ſpirituum ſint corpora tenuiſſima, non tamen ab ipſis poteſt produci illa virtus,quæ per corpus penetret; nam à corpore incorporeum oriri aduerſatur omni Philoſophiæ, quod ab eodemmet ſupponitur tanquam manifeſtum. Aliud verò,quod auget difficultatem,eſt,quia non ſolùm per magnos neruos conceſſit quantitatem ſpirituum ferri, verùm etiam per paruos; nam,vt ſupra dictum eſt,maior copia requiritur ſpirituum ad motum,quàm ad ſenſum,ſed parui nerui, atque exiles non modò ferunt ſenſum ad partes, verùm etiam ipſum motum, vt apparet in omnibus articulis manuum, atque pedum: igitur ſi quantitas ſpirituum, etiam ſubſtantia penetrat, alioquin eſſet dicendum accidens eſſe ſine ſubiecto, nempe quantitatem ſine ſubſtantia. Videretur etiam aduerſus Gal. aſſerendum dari corporum penetrationem, quod abhorret Philoſophia. Neque dicas parem eſſe rationem ſpirituum animalium cum medicamentis deleterijs,aut alexipharmacis; nam ab huiuſmodi medicamentis agente calore naturali in ipſa eleuat vapores, qui ſua tenuitate facilè corpus penetrant, & afficiunt,cùm ſint eiuſdem naturæ cum ſuis ſubſtantijs, à quibus eleuantur, id quod in ſpiritibus animalibus minimè contingere poteſt; nam nec ſuaptè natura ſunt tales, vt ab ipſis eleuari poſſit irradiatio quædam ſine corpore: neque ab ipſis à calore agente eleuatur aliquid,quod careat corpore, & traduci vel tranſmitti poſſit per ſubſtantiam, & corpus ipſorum neruorum. G

Dum verò Gal. aſſerit exiguos neruos non eſſe perforatos, eò quòd periculum immineret, ne diſrumperentur,videtur naturam (quam tantopere, vbi de ipſa loquitur, effert,ipſiuſque admirabilia opera ab ineffabili, & admirabili ſapientia, & prudentia commendat) contemnere,& comparare cum ignaro artifice,qui neſciuerit paruos neruos tutò perforare. Deinde ſi hoc ita eſſet,ſequeretur idem euenire arterijs paruis, & capillaribus, quæ exiguæ adeò ſunt, vt in aliquibus locis vix conſpiciantur, & tamen perforatæ ſunt, nec tam facilè diſrumpuntur, etiamſi in continuo ſint motu. Quare dico à ſimili naturam neruos omnes produxiſſe non ſecùs, atque arterias eiuſdem conditionis, atque ſit eorum truncus, quod etiam obſeruatur in rebus exterioribus: nam arbores, quæ in caudicem, & ramos diuiduntur,eandem prorſus naturam,& conditionem habent. Cùm igitur ſpinalis medulla ſit perforata, vt Anatome actiua demonſtrat,& Gal.ipſe apertè fatetur lib.7.de placitis cap.4.& alibi;dicimus etiã omnes ipſius neruos eſſe perforatos,& per eos tanquam per canales ferri ſpiritus animales pro ſenſu, & motu diuerſarum partium, prout ſcilicet aliæ aptæ ſunt ad motum, aliæ ad ſenſum producendum. H

Habita

A Habita cognitione actionis partium, iam opus eſt, vt ad vſus ipſarum deueniamus,
ad cuius rei cognitionem ſcire licet, vſus nomine (quem Gal. χρείαν appellat) intellige-
re oportere aptitudinem quandam ad vtendum, quæ eodem Gal. dicitur 7. de part:
vſu cap. 1. εὐχρηστία, quæ duplex eſt, alia quæ ſequitur ad actionem, alia, quæ famulatur
actioni, & quodammodo illam præcedit: vel vt melius dicam, alter eſt vſus vniuerſalis,
alter particularis: nomine prioris intelligimus eam vtilitatem, quæ ſequitur actionem
totius membri, *e. g.* ad actionem hepatis ſequitur ſanguificatio, vtilitas huius actionis
eſt αἱμάτωσις, ideſt ſanguificatio: ſecunda vtilitas ea eſt, quæ à peculiari aliqua particula
prodit, vt ſtantes in exemplo hepatis, ea eſt, quæ illius actioni opem fert, nam vt ſupra
audiuiſtis, iſtæ partes vel habent rationem ſine quibus non, aut ad meliorem faciunt
actionem, vel pro cõſeruatione actionis; & parti præcipuæ vtiles ſunt; quemadmodum
ad ſanguinem faciendum vtilis eſt vena porta, vt materiam pro ſanguine generando
hepati offerat, caro verò, ſeu parenchyma eſt pars illa, cui debetur ratio agendi primò:
folliculus bilis, & lien, vt melior fiat actio, ſanguinem à recrementis expurgant, idque
B de omnibus partibus, quæ actioni famulantur, intelligendum venit.

Has autem vtilitates Gal. 17. de partium vſu cap. prim. in primas, & ſecundas diuiſit:
primæ ſunt illæ, quæ ad actiones ſequuntur; ſecundæ, quæ actionibus fauent, vnde me-
ritò dixit primarias vtilitates eas eſſe, quæ ab actionibus prodeunt; ſecundarias verò,
quæ à partibus, & idem Gal. lib. 11. de par. vſ. cap. 13. comparans actionem cum vſu
dixit conſtructione, & generatione priorem eſſe eam; hunc verò dignitate: è contra ve-
rò actionem eſſe dignitate poſteriorem, vſum autem priorem: hoc eſt dictu, ſi compa-
remus hæc ad inuicem, comperiemus actionem eſſe prius à natura factam ipſo vſu,
quia ſtructura eſt in gratiam actionis, vnde 17. de part. vſu cap. 1. ait partes omnes, quæ
actione carent eſſe amputandas: quare agens dum partis ſtructuram fabricat, & ſemel
intendit actionem ipſam, deinde vſum: verùm cùm actio in finem aliquem directa ſit,
neceſſe eſt, vt finis ille ſit dignior ipſa actione, quæ eſt ad finem; nam finis ex Ariſt. 2.
de Phyſ. audit. ſemper eſt nobilior iis, quæ ad finem ſunt: hic autem eſt vtilitas illa, quæ
ex actione ſequitur.

C Quamobrem ſi vſum, vt habet rationem finis, in quem agens dirigit actionem, con-
ſideremus, erit longè nobilior ipſa actione, & prior: atque ita, & actio poſterior in
formandis partibus; primò enim agens ſibi in mente præſupponit finem, qui eſt vſus,
ſeu vtilitas, deinde actionem, quæ tendit ad ipſam vtilitatem, poſtea ſtructuram par-
tis: dum verò ad actionem deſcẽdit, primùm ab eo exorditur, quod poſtremum erat in
mente, quandoquidem primum in mente eſt vltimum in executione. Fabricat pariter
ipſam cum aptitudine ad actionem, quæ actio in vtilitatem directa eſt; quare vtilitas
eſt vltimum, ſi igitur hæc vtilitas comparetur actioni, dignitate erit prior, conſtructio-
ne autẽ poſterior: è contra verò ſi ipſa actio reſpectu ſtructuræ partis cum vſu com-
paretur, erit prior, vſus verò poſterior; & hoc eſt, quod voluit Gal. loco citato, nam ſo-
lùm confertur actio cum vtilitate illa, quæ rationem finis habet, ſi verò cum vſu, quem
partes præſtant, erit dignitate longè prior; ſed ſtructura poſterior, quia inſtrumentum,
quod actionem facere debet, eſt prius ex ſuis partibus conſtructum, hoc igitur modo
quædam ſunt, quæ ſtructuram organi antecedunt, vt vſus, & actio; quædam verò, quæ
D conſequuntur, vt vtilitas, ſecuritas, & pulchritudo.

Sed quamuis indifferenter intendantur à natura primariò (authore Gal.) omnia,
quæ ad vſum, & actionem ſpectant; hoc tamen ordine res ſe habet: primò intenditur
vſus, deinde actio, tertio loco actionis conſeruatio, quæ à ſecuritate, quam molitur na-
tura habetur. Vnde Gal. 12. de par. vſ. cap. 10. quamuis actionem anteponat ſecuritati
dignitate; in relatione tamen ad ſanitatem, ſecuritatem anteponit actioni, quoniam
ſecuritas confert magis ad ſanitatis diuturnitatem, quàm actio ipſa: quare ſecuritas
etiam primo ſcopo à natura intenditur: pulchritudo verò eſt quid conſequens, & à na-
tura veluti per iocum intenta; nullam enim partem impolitam, aut inornatam relin-
quit eorum artificum inſtar, qui præter opus inſtitutum, etiam ornamentis quibuſdam
ſuam artem decorant, Gal. authore 11. de par. vſ. cap. 13. quæ ornamenta, etſi in mul-
tis partibus appareant, obſcurantur ſæpe ab vtilitatis ſplendore: & hæc ſunt quæ ſpe-
ctant ad cognitionem integram, & perfectam partis habendam.

Veniamus modò ad finem Anatomes, quem diximus eſſe in gratiam conſeruationis B partium, nam propterea ſtudemus earum cognitioni, vt illas conſeruemus in ſuo ſtatu naturali, & ſi labantur poſſint reſtitui in priſtinum, quod exequi minimè poſſumus, niſi methodo medendi, quæ ab indicationibus procedit: duæ verò ex Gal. ſunt communiſſimæ, & præcipuæ indicationes, vna quæ indicatur à re ſecundùm naturam, altera verò ab eo, quod è naturali ſtatu iam exceſſit: id quod eſt ſecundùm naturam, indicat ſui conſeruationem; id quod eſt præter naturam ſui ablationem; at quod naturale eſt, conſeruatur ſuo ſimili, quod autem præter naturam, ſuo aufertur contrario: nec poteſt cognoſci quid ſimile ſit partibus, niſi prius partes ipſæ cognoſcantur, neque poteſt cognoſci, quod eſt præter naturam, niſi cognoſcatur naturale: quo nomine apparet cognitionem partium nobis demonſtrare, tàm indicans præſeruatorium, quàm curatorium. Rectè igitur in definitione additus eſt finis Anatomes; & is quidem duplex reperitur, vnus intrinſecus, & eſt partium cognitio; alter extrinſecus, & eſt earundem conſeruatio.

F

De propria totius corporis actione. Cap. VI.

HActenus inuenta eſt natura partis, quam diximus eſſe membrum viuens à natura factum in gratiam actionis, ad quam celebrandã oſtendimus multa requiri, nempè ſpiritum, ſeu innatum calidum, facultatem, conſtitutionem, & actiones omnes, quas reduximus ad naturales, & animales: priores, vt fiant, egent ſpiritu vitali; poſteriores ſpiritu animali, eaſque omnes duplicem habere vſum, vniuerſalem ſcilicet, & particularem liquidò conſtat. Vniuerſalis vſus eſt vtilitas, in quam tendunt actiones partium, *v.g.* actio iecoris tendit in ſanguificationem, quæ eſt vtilitas præcipua; vſus verò particularis, vt alibi dictum, eſt aptitudo, quam partes habent ad actionem iuuãdam, quæ aptitudo eſt diuerſa pro partium diuerſitate. Horum autem vſuum inquirenda eſt cognitio; quemadmodum enim Anatome actiua ordinem habet certũ, quo demonſtrat partium conſtitutionem, nempe magnitudinem, figuram, ſitum, nu- G merum, atque connexionem; ita Anatome ſpeculatiua ſibi præſcribit viam, quà inuenire poſſit vſum omnium partium ad actionem præcipuam ſpectantium: & hæc via dicitur methodus, quæ omninò neceſſaria eſt, nam vt Gal. ſcribit prim. de part. vſu cap. 9. qui partium vtilitatem ſine methodo aſſequi putat, valdè hallucinatur: multumq́ue gloriatur, quòd primus omnium fuerit, qui functiones partium methodicè explicuerit. Et quamuis ex antiquioribus aliqui elaborauerint vſum partium declarare, decepti ſemper ſunt in particularibus, quòd methodum non habuerint, quà poſſent omnes vſus particulares reperire, proinde docet duo nobis eſſe cõſideranda, primum eſt ipſa actio; ſecundum membrum actionem faciens; per actionem intelligere oportet determinatam, & perfectam actionem, quæ fit à toto inſtrumento, vt in exemplo ab oculo fit viſio, quæ perpendenda venit: per membrum ex eodem Gal. opus eſt intelligere totum membrum compoſitum, à quo fit operatio, omneſque particulas idem conſtituentes, & actioni vſum præbentes.

Quod ad partes ſpectat, poſſunt duplici ratione conſiderari, vel ſecundùm earum H eſſe, vel ſecundùm modum, quo ad actionem concurrunt: quod ad eſſentiam attinet, inquirendum eſt, an ſimplices ſint abſolutè, an verò per comparationem; vt in exemplo oculi ſtãtes, cuius actio eſt viſio, membrana cornea eſt ſimplex abſolutà ratione in genere partium; in crure verò, cuius actio eſt ambulatio, muſculus dicitur pars ſimplex reſpectu totius cruris, eſt tamen pars compoſita: quare, vt vno concludam verbo, in partibus indagandis inquirendum diligenter eſt, an ſecundùm magis, & minùs ſint ſimplices: parùm quidem refert, (dum earum eſſentiam perpendimus in gratiam actionis) explorare an ipſæ viuant, nec ne; nam ſolum modum eſſendi inquirimus, vt inde earum vſum eliciamus. Ad hæc ſat eſt ſcire, quo pacto operentur, hoc eſt indagare, an ſint cauſa actionis præcipuæ, an cauſa ſine qua non; an ad meliorem actionem, vel ad omnium partium cuſtodiam faciant, quò nobis certum, & exploratum ſit, qua ratione actioni opem ferant, an per ea, quæ inſunt ſecundùm eſſentiæ rationem, an per aliquod

ex con-

A ex conſequentibus,vel accidentibus.Gal.ſcriptum reliquit partem illam in inſtrumen-
to præcipuam ad operationem concurrere per ſuam temperiem, quam deducit ex
proprietate ipſiuſmet ſubſtantiæ, vt *v. g.* cryſtallinus in oculo cauſa præcipua actionis
eſt ex ſubſtantiæ proprietate, quæ ſimilem non habet in corpore.
Sed animaduertendum eſt,quòd etſi partes iſtę pręcipuæ ex neceſſitate per propriũ
temperamentum actionem efficiant; interdum tamen euenit, vt ſimul cum earum
temperamento aliquod ex conſequentibus concurrat, vt videre eſt in cryſtallino iam
dicto, qui viſionis author eſt per proprium temperamentum vna cum diaphaneitate,
& perſpicuitate ſua, quæ ad colorem reducitur,qui eſt vnum ex conſequentibus. Qua-
re agit per temperamentum, & colorem: ita vt vniuerſaliter concludendum ſit, in par-
te præcipua temperamentum ſemper eſſe conſiderandum, nonnunquam verò, & ali-
quod ex conſequentibus ſimul cum temperamento, at in reliquis ſimplicibus partibus,
ſolùm conſequentia ſunt perpendenda: nunquam enim contingit ipſas per tempera-
mentum eſſe vtiles, verùm ſemper per aliquod ex conſequentibus, vt in exemplo cor-
B nea.vtilis eſt viſioni per ſuam luciditatẽ, & os tibiæ vtile eſt per ſuam duritiem,in com-
poſitis autem compoſitio perpendenda eſt, nempe poſitio, magnitudo, numerus, &
conformatio, ad quam figura refertur, ad figuram ſuperficies, meatus, & cauitates; &
quemadmodum in partibus ſimplicibus actionem facientibus temperamentum, & ali-
quod ex conſequentibus conſiderandum,ſic in partibus compoſitis conſiderare opor-
tet, an aliqua ex accidentibus conferant ad perfectiorem actionem, vt eſt ſitus, vel
figura, vel aliquod aliud ex conſequentibus, vt in oculo cryſtallinus per ſitum, quem
habet, & per propriam figuram operatur, & tunc non concurrit,vt primum agens,ſed
ad meliorem, & ad perfectiorem actionem; nam vt diximus, de ipſius ratione eſt, vt
per proprium temperamentum operetur ſimul cum colore; at quando meliorẽ actio-
nem reſpicimus, tunc nec temperamentum,nec conſequens, ſed accidentia tantùm
contemplamur.
Et quemadmodum hæc in præcipuis partibus tali ratione perpendenda veniunt;ita
quoque in ijs, quæ faciunt ad conſeruationem,in quibus nonnunquam temperamentũ
C exploramus,quamuis vt plurimum per ea,quę accidunt ſunt vtiles,nempe aut ſitus,vel
magnitudinis,vel figuræ ratione,vt *v.g.*caro muſculorũ, (quam Gal.ex Platonis mentẽ
ſubiectas partes conſeruare ſcribit) non modò per accidentia conſeruat, ſed per eius
temperiẽ,quæ talis eſt,vt hyeme ſua caliditate aëris ambientis frigiditatẽ arceat,æſtate
verò ſua humiditate balnei in modũ irroret, atque humectet partes exteriores ab æſtu
exiccatas:quare iure meritò Plato eandem carnem appellauit tegmen,& propugnacu-
lum aduerſus æſtus, & frigora; atque hinc apparet in parte conſeruante nonnunquam
temperiem animaduertere nos poſſe.
Quod ad totum ſpectat inſtrumẽtum ex Gal.decret.1.de par.vſ.cap. 9. contemplari
licet eius compoſitionem,& compoſitionis proprietatẽ,nec non actionẽ ipſius,imò 2.
de plac.cap.4.dicebat idem Gal.circa cor,quod eſt membrũ totale, & compoſitum ex
pluribus partibus quinque eſſe contemplanda,nempe ſitum,quantitatẽ,nexum,forma-
tionẽ,diſpoſitionem,& motum;per quæ nihil aliud intellexiſſe videtur, quàm compoſi-
tionem,& actionẽ;nam compoſitio conſtat ex magnitudine,numero, ſitu, & cõforma-
D tione,vt ſatis, ſuperque dictum eſt: per diſpoſitionẽ voluit cõpoſitionis proprietatem,
per motũ nihil aliud, quàm cordis actionẽ, vt ex ipſius definitione patere poteſt: appa-
ret igitur ex Gal.ſententia in membro compoſitionem,eiuſque proprietatem,& actio-
nem eſſe conſideranda, ex quibus colligitur duo eſſe contemplatione non indigna, to-
tum membrum, & eiuſdem actionem,quod erat primum propoſitorum.
Ad ſecundum verò determinandum,quod eſt ordo,ſeu ſeries eorum, quæ dicta ſunt
(etſi hactenus ferè illud declarauerim) tamen maioris euidentiæ cauſâ ſciendum eſt
ex Gal. ſententia 1.de par. vſ. cap. 8. ad perfectam declarationem illius membri, cuius
partium inquirimus vſum, opus eſſe, vt totius membri primùm dignoſcamus actionẽ,
ventriculi *v. g.* cibi in chylum tranſmutationem, deinde mentem, atque animum ad
partem præcipuam conuertamus; circa quam duo ſunt perpendenda, alterum quomo-
do concurrat ad actionẽ,an ſcilicet per propriũ temperamentum ſolùm, an ſimul cum
ipſius tẽperatura aliquod ex cõſequentibus;alterum an ipſa pars præcipua cõcurrat,vt

non principalis, quemadmodum ſupra de cryſtallino dictum eſt,qui etſi præcipua pars B
ſit, concurrit tamen,& ipſe, vt pars ſine qua non. Quare iam eius actione ſatis conſide-
rata, ad ea, quæ conſequuntur, & ad ea, quæ accidunt, properandum eſt, ſic deinceps
ad alias partes, quæ præcipuæ minimè ſunt accedendum, & diligenter inſpiciendum
an,vt ſine qua non, an ad perfectionem, an verò ad conſeruationem faciant: in quibus
ea, quæ conſequuntur primùm ſunt aduertenda, deinde quæ accidunt. Hac quidem
methodo vſus partium exactè exponitur, nec alio modo procedendum.

Quibus ſic explicatis, ad totum, vt tale eſt, veniamus,quod ſanè, vt cognoſcatur ad
compoſitionis, actioniſque illius rationem refugiendum; nam quemadmodum de par-
te præcipua dictum, cui temperies ſecundùm eſſentiæ ſuæ rationem ineſt; ita quoque
compoſitio ipſi toto ineſt ſecundùm eſſentiæ rationem. Quamobrem talis compoſitio
perpendenda eſt, an propria illi ſit, adeo vt nulli alteri competat, à qua actio propriè
proficiſcatur, quæ ſit talis compoſitionis actio propria, *v. g.* ventriculus eſt compoſi-
tum membrum, quod propriam, & ſibi determinatam habet actionem, quæ nulli mẽ-
bro conuenire poteſt; eaque eſt chylificatio: verùm enim verò poteſt, & ventriculus F
conſiderari, vel partium componentium ratione, vel reſpectu ad ſe ipſum: primo
modo conſideratum non concurrit ad actionem primariò, ſed ſecundariò, quatenus
habet rationem cauſę ſine qua non,aut ad meliorem actionem,vel ad conſeruationem:
ſin ſecundo modo conſideretur, quatenus nimirum eſt compoſitum, tunc habet ratio-
nem cauſæ efficientis præcipuam ſuam actionẽ: nec inde vllum ſequitur inconueniens,
quamuis dicatur partem præcipuam totius inſtrumenti eſſe cauſam actionis, nec non
totum inſtrumentum, cùm pars præcipua ſit cauſa actionis inchoatiuè; inſtrumentum
verò adæquatè,& perfectiuè;hinc eſt quòd actio læditur ob præcipuę partis læſionem,
cùm hæc ipſa ſui temperamenti vitiati ratione læſionem in toto membro inducat.
Quamobrem inſtrumentum, dicitur læſum iri, vt ſimilare: at vbi læſio ſit compoſitio-
nis vitio, vt organicum lædi membrum totum dicimus: nam quemadmodum pars præ-
cipua ratione determinatæ ſuæ temperiei cauſa eſt actionis, ita quoque, & determina-
ta compoſitio eſt cauſa adæquata determinatæ, & perfectæ actionis.

Sed hoc loci inquiſitione dignum videtur, cùm dictum ſit, quæ nam partes cauſæ G
ſine qua non rationem habeant,& quæ ad perfectionem,aut ad ornatũ faciant, & quã-
do accidentia ſint declaranda, nempe magnitudo,numerus,figura, ſitus,connexio,iam
videndum eſt,num ordo determinatus, atque firmus ſit ſeruandus, nempe an primo de
vno, deinde de alio tractandum. Huic quæſito ſatisfacientes dicimus nullum poſſe in-
ter ea ſtatui ordinem determinatum, cùm inter ſe nullam rationem ſecundùm prius,
aut poſterius habeant; ſed dum partium rationem contemplamur, vt commodius eſt,
earum determinare hiſtoriam debemus, & ex toto abſoluere, ſiue ſint ex ijs,quæ ratio-
nem cauſæ ſine qua non habeant,ſiue ad perfectionem, aut conſeruationem, aut orna-
tum faciant; idemque de accidentibus eſt dicendum,niſi velimus primò ad ſitum,dein-
de ad magnitudinem, & ad figuram progredi, ſed parum refert,quodnam prius doceа-
mus: & hæc de methodo ſeruanda in vſibus partium inueniendis, & docendis.

Modò diſcurrendum eſt circa totum corpus, quod à nobis probatum eſt in actiua
Anatome eſſe inſtrumentum quinti ordinis, habens propriam ſuam operationem non
ſecus, atque alia inſtrumenta, hæc autem operatio totius corporis non poteſt eſſe nu- H
tritio, nec ſenſus, aut motus ſimpliciter, nec ratiocinatio, vt clarum eſt, ſequitur igitur
quòd actio totius corporis, vt totum eſt, ſit motus ab anima rationali tanquam à facul-
tate effectrice, & à corporis conſtitutione tanquam ab inſtrumento factus. Sit igitur
actio totius,motus rationalis, ſeu arte factus, qua quidem actione à brutis quàm maxi-
mè differt, & pars præcipua,cui debetur ratio agendi primaria eſt manus;ſed cùm aliæ
debeant eſſe partes opem ferentes ipſi manui, eas aperire oportet, hoc præſuppoſito,
quod à Gal. lib.de diſſect. vul. cap. 4. ſcribitur, videlicet in compoſitis à natura rem ſe
habere, vt arte factis, nempe ex partibus componentibus aliquod totum,quaſdam eſſe
quæ ſe contingant ſolùm, alias quæ committantur, nonnullas adnexas, alias vnitas, &
alias denique ſimul intertextas.

Exordiamur à partibus contiguis, & connexis, ſuntque omnes motu voluntario
motæ,& mouentes, quemadmodum crura, thorax, abdomen, collum, oculi, lingua,

A buccæ, larynx, caput, quæ ſingulæ ad perfectiorem actionem faciunt, ſiquidem motus
earum artificioſi ſunt, cùm per muſculos moueantur, & omnium vnus ſit conſenſus, &
colligantia; quia quando vna pars ex dictis eſt læſa, neceſſarium eſt, vt aliæ etiam in
conſortium trahantur. His partibus proximæ ſunt illæ, ſine quibus hic motus fieri ne-
quit, quæ ſunt omnes à capite prodeuntes, vt eſt ſpinalis medulla, atque nerui, qui tan-
quam canales quidam virtutem motricem deferunt: his ſuccedunt illæ, quæ hunc mo-
tum in indiuiduo conſeruant, inter quas cerebrum eſt, quod ſpiritum animalem pro-
creat, ſed cùm ſpiritus animalis generari nequeat, niſi à ſpiritu vitali, & ſpiritus vitalis
in corde generetur, ſequitur cor ipſum huic motui opem ferre; cor verò nequit ſpiri-
tus generare, niſi auxilium accipiat à pulmone, & ab his partibus, quæ in thorace ſunt,
quamobrem thorax vniuerſus concurrit, vt cauſa conſeruans: cùm verò ſpiritus vitalis
à ſanguine fiat, ſanguis verò in hepate generetur opem ferentibus omnibus partibus
naturalibus, vt ſunt os, gula, ventriculus, inteſtina, meſenterium, renes, lien, vtraque
B veſica, peritonæum, muſculi, pinguedo, membrana carnoſa, cutis, hinc ſequitur ad mo-
tum hunc conſeruandum omnes iſtas partes concurrere, quæ cùm ad ventrem infe-
riorem attineant, dicendum erit ventrem inferiorem concurrere tanquam cauſam
motum hunc conſeruantem.

Sed ſtatim quiſpiam dicet; ſtatuiſti, caput, thoracem, & abdomen concurrere ad
perfectiorem motum, nunc verò dicis eaſdem concurrere tanquam cauſas ipſum mo-
tum cõſeruantes; cui reſpondendum eſt poſſe has partes cõcurrere vtroque modo, ſed
alia, atque alia ratione: concurrunt enim ad motus perfectionem, quatenus mouentur
per muſculos, id eſt per ſe, ad conſeruationem verò per membra præcipua, quæ in ſe
habent, hoc eſt per aliud: ſenſus autem exteriores ad priorem motum faciunt, vt ha-
bent rationem cauſę ſine qua non, nam cùm ad motum hunc exercendum ſpectet ima-
ginari, ratiocinari, ac memorari, nihil ingredi has virtutes poteſt, niſi per medios ſen-
ſus, ſenſus verò tactus, cùm ſit omnium aliorum fundamentum, concurrit, vt habet ra-
tionem cauſæ ſine qua non, quamuis facere poſſit ad perfectiorem motum, quemad-
C modum ex his apparet, qui acriori ſenſu præditi perfectiùs operantur. Verùm enim
verò cùm motus hic in indiuiduo perpetuò perſeuerare non poſſit, natura præſidium,
quod potuit, eſt machinata; nam illud quod in indiuiduo eſt caducum, ac corruptibile,
curauit in ſpecie reſarciri, & perpetuum reddere, idque fieri à natura non potuit, niſi
partibus quibuſdam medijs in viri, ac mulieris ventre inferiori contentis, ſunt autem
hæ partes generationi, & ſpeciei conſeruationi famulantes, quarum ope motus iam
dictus hic artificioſus ſemper perſeuerat.

Ex quibus omnibus ſatis apparere puto, partes manui adnexas, & colligatas tanquã
cauſas ſine quibus non, ad meliorem motum, ad eius conſeruationẽ, & perſeuerantiam
factas eſſe; quod ſi in his partibus verum eſt, longè verius vnicuique apparere pote-
rit in illis partibus, quæ manui intertextæ ſunt, atque vnitæ, vt ſunt ſcapulæ, vlna,
humerus, radius, carpus, metacarpus, atque digiti. Quo ex diſcurſu notiſſimum eſſe ar-
bitror corpus humanum, vt totum eſt eſſe inſtrumentum, motumque artificioſum
eſſe propriam actionem ipſius, nec minus eluceſcit manum eſſe partem pręcipuam,
D reliquas verò concurrere partim vt cauſas ſine quibus non; partim ad meliorem actio-
nem, conſeruationem, motuſque perſeuerantiam; quod etiam Gal. ex Hipp. mente
eleganter expreſſit, tum in lib. de anat. aggreſſ. tum in lib. de vſu part: nam homi-
nem quatenus inſtrumentum eſt aptum ad hunc motum artificioſum edendum conſi-
derans, tractationem vtrobique ipſius, à manu tanquam à prima parte auſpicatus eſt;
deinde tranſtulit ſermonem ad eas, quæ rationem habent cauſæ ſine qua non: tertiò ad
eas, quæ ipſum in indiuiduo conſeruant, & tandem eas docuit, quæ faciunt ad perſeue-
rantiam illius motus, ita vt omnibus notiſſimum ſit hunc motum hominis, vt inſtru-
mentum eſt actionem eſſe propriam; & à Galeno probè cognitum, prædictiſque libris
pulchrè declaratum.

Rurſum cùm Galeni opinio ſit inſtrumenta ad operationes edendas deſtinata ope-
rari per propriam conſtitutionem; conſtitutio autem inſtrumenti ſit compoſitio, ſequi-
tur corpus, vt eſt inſtrumentum per propriam compoſitionem hanc moliri actionem;
ſed cùm compoſitio conſtet magnitudine, ſitu, numero, cõformatione, non per magni-

tudinem

tudinem ſuam corpus humanum hanc operationem præſtat, verùm per figuram, quâ B
ab omnibus etiam alijs animalibus diſtat, & his ſitibus adaptari poteſt, quibus reliqua
priuantur animalia, nempe ſeſſioni, & rectæ ſtationi, quæ duo ſunt ſitus, per quos
omnes motus artificioſi fiunt, vt tertio de vſu par. cap. 3. pulchrè docuit Gal. Et hæc eſt
figura illa præclara prudentiſſimo animali quàm maximè conueniens, cui ſoli manus,
vt propria inſtrumenta datæ ſimul, & mens, quæ quemadmodum manus ſunt organa
ante omnia organa, ita ipſa mens eſt ars ante omnem artem, quâ poſſit vitam feliciùs
agere, ſibiq; æternam comparare gloriam, & felicitatem.

De Cuticula, & Cute. Cap. VII.

CONſiderauimus in ſuperioribus hominem, vt eſt quoddam inſtrumentum ex pluribus partibus conſtructum, aptum ad faciendam propriam quandam operationẽ, ſeu actionem: quam determinauimus eſſe motum rationalem, vel arte factum: nunc ad perfectam, & abſolutam eius F
cognitionem opus eſt, vt ipſum conſideremus, quatenus eſt animal,
ſenſu tactus præditum, ad quem quidem ſenſum efficiendum requi-
runtur partes ſibi deſtinatæ, quarum vna debet conſiderari, vt medium, altera, vt ſen-
ſorium; prima ἐπιδερμὶς à Græcis dicta, à noſtris cuticula, cuius naturam, & definitio-
nem inquirentes dicimus. *Eſſe tunicam, vel corpus ſimile tunicis ab excrementis per acci-
dens factam in gratiam conſeruationis cutis:* accipio *(tunicam)* tanquam genus, vel *corpus
tunicis ſimile*, quia in modum tunicæ cuiuſdam per ſuperficiem cutis eſt extenſa: *ab ex-
crementis* fieri dico, quâ differentiâ ipſius denotatur materia à cæteris membranis
maximè diſtans; neque enim ex alia fieri poteſt materia, nam in corpore tria ſunt, à
quibus poſſunt partes, ſeu membranæ fieri, vna eſt ſemen, altera ſanguis, tertia excre-
mentum. Non poteſt hæc membrana fieri ex ſemine, nam illæ partes, quæ ex ſemine
fiunt, ſi ſemel auferantur, nunquam reſarciri poſſunt, at cuticula etſi millies auferatur,
ſemper de nouo generatur: neque ex ſanguine poteſt fieri; nam quæ partes factæ ſunt
ex ſanguine in longis morbis conſumuntur, & tabeſcunt; cuticula verò è contra incraſ- G
ſatur, & augetur: cæterùm Gal. 1. de ſemine. cap. 10. ſcribit partes, quæ ex ſanguine
fiunt, præſeferre ſanguinis ideam, ſed cuticula alba eſt, ac proinde nullam ſanguinis
effigiem referens.

Capiuaccius tamen ſcribit cutem, cuticulamq́ue ex carne genitam eſſe, ſed cum hoc
diſcrimine, quòd cutis generatur ex ſubſtantia ſanguinea exactè mixta cum ſeminali,
cuticula autem ex ſola ſanguinea, vt cùm à natura inuicem miſcẽtur ſanguis, & ſemen,
ſi copioſior eſt ſanguis, veluti effloreſcit, hincq́ue in ſummitate cutis ἐπιδερμὶς, cuticula-
ue enaſcitur. In hoc opinionis fundamento abſurditas ſtatim in via Galeni inſurgit, quę
eſt, quòd in partium omnium ſpermaticarum generatione, ſanguis ſpermati admiſce-
tur, nam Gal. lib. 1. de ſem. cap. 10. ſcriptum reliquit venas, arterias, neruos, membra-
nas ex ſemine genitas eſſe, neque ad earum generationem ſanguinem ſpermati admi-
ſceri: imo verò partes, quæ ſanguinis ideam exprimunt ſanguineas, quæ ſpermatis ſper-
maticas eſſe ſubiungit. Inter partes præcipuas cerebrum ex puro ſemine factum eſſe
fatetur, quòd ſeminis ideam habeat; at aliæ partes, vt iecur, atque cor ex fibris ſemina- H
libus veluti orditæ ſunt, ex ſanguine verò contextæ, fibraſque illas cõmatis in modum
ex viſceris carne, quæ à ſanguine ortum ducit eſſe circumdatas. Nullæ igitur partes
præter eas, quæ ſanguinis formam præſeferunt ex ſanguine, cui ſperma admixtum ſit,
ortum habent, neque ſanguis ſpermati admiſcetur, ſed vbi natura orditurام ſuam ex
fibris iecerit, tunc illas carne, quæ ex ſanguine eſt genita, munit, atque corroborat; cùm
itaque ſanguis non admiſceatur ſpermati, non eſt dicendum in partibus ſanguineis ſan-
guinem ſuperare, quemadmodũ neque in ſpermaticis ſperma præualere ſanguini, cùm
partes ſpermaticæ ex puro fiant ſemine, carnoſæ verò ex ſanguine.

Addo, quòd cuticula præſeferat ſpermatis non ſanguinis ideam, non igitur à ſangui-
ne, ſed ex ſpermate potiùs eſſet dicendum ipſam factam eſſe; at neque conuenit cum
ſpermaticis, quia illæ, vt dictum eſt, vbi ſectæ, aut ablatæ fiunt, minimè coaleſcunt, aut
regenerantur, cuticula verò toties reſarcitur, quoties deperditur: cùm igitur ſatis appa-
reat

A reat hanc neque à ſanguine, neque à ſpermate fieri poſſe, relinquitur, vt ab excremento
fiat, tanquam à cauſa materiali. Erit autem iſtud excrementum, à quo generatur, vel
primæ, vel ſecundæ, aut tertiæ coctionis; non primæ, quæ eſt illa, quæ fit in ventricu-
lo, à qua fæces ſecernuntur craſſæ, ad inteſtinaque protruduntur; neque ſecundæ, cùm
& ipſa in hepate generetur, cuius bilis atra, & flaua ſunt propria excrementa, quamuis
& vrina adſcribatur huic coctioni, tanquam excrementum. Sed hæc ſunt alterius
inſtituti.

Cùm igitur excrementum, ex quo fit cuticula, non ſit primæ, nec ſecundæ coctio-
nis, ſequitur quòd ſit tertiæ, nimirum partium ſolidarum excrementum. At in hu-
iuſmodi concoctione plura fiunt excrementa, quæ ad duo capita rediguntur, nempe ad
vtilia, & inutilia, quæ rurſus in duplici ſunt diſcrimine, alia ſunt reſpectu bonitatis ſuæ
ſubſtantiæ dicta vtilia, & reſpectu finis, alia verò vtilia dicuntur, quòd ea natura tan-
tummodo ad aliqua munia adhibeat, priora ſunt duo, nempe ſemen, quod craſſum eſt,
& pinguedo, quæ eſt tenuis; primum vtile eſt reſpectu generationis, inutile reſpectu in-
B diuidui, & eſt ſemen: altera ideſt pinguedo, reſpectu indiuidui eſt vtilis, reſpectu au-
tem generationis prorſus inutilis, ita vt ſemen reſpectu generationis, & pinguedo
reſpectu indiuidui ſint accommodata. Inutilia verò reſpectu ſubſtantiæ duo ſunt
in genere, quorum craſſius, in tres diuiditur partes; prima terreſtris eſt, & glu-
tinoſa, ex qua natura vngues, roſtra in brutis, & huiuſmodi partes format; altera te-
nuior eſt, lenta, atque tenax, & ex ea natura cuticulam deducit, tertia verò pars huius
excrementi craſſi, tanquam quid inutile à natura ad cutem tranſmittitur, ex qua quoti-
dianæ fiunt ſordes. Tenue quoque excrementum duplex eſt; aliud quod per inſenſibi-
les meatus perſpirat, quod etiam Gal. authore 3.meth.med.cap.3.nonnunquam ſenſi-
bile redditur: vel ob nimiam cibi quantitatem, aut nimium motum, aut quidpiam aliud
ſimile in exceſſu, & aliud, ex quo pili in corpore generantur.

Materiam hanc, ex qua diximus cuticulam generari, olfecit Ariſtot. 3. de hiſt. anim.
cap. 11. vbi ſcribit ſub cute omnium animalium lentorem quendam mucoſum reperiri
ſecundùm magis, & minus, huiuſmodi igitur excrementum à natura ad cutem pellitur,
C vbi cùm ſuo lentore cuti detectæ maximè adhæreat (tenuioribus partibus, atque hu-
midioribus conſumptis) ab ambientis frigiditate exiccatur. Ex qua ambientis opera-
tione duritiem, ac denſitatem acquirit: ex lentore verò tenuitatem, vt inde ſuo fungi
poſſit munere, cui eſt deſtinata. Et hæc eſt materia, & modus generationis cuticulæ.
Cauſa verò efficiens duplex eſt, vna per accidens, quatenus impellit ad cutem excre-
mentum illud, ex quo generatur; altera verò eſt ambientis qualitas humidiores partes
reſoluens, &, vt dictum eſt, craſſiores indurans.

Vtilitates, quas adfert, non ſunt negligēdæ; prima tamē eſt, vt ſit tutela, & propugna-
culum cutis, ſua enim denſitate à frigore, ventorum impetu, & huiuſmodi iniurijs eam
ſatis aptè tutatur, vt author eſt Hipp. lib. de princip. *(qui de carnibus inſcribitur)* cap. 10.
cæterùm cùm cutis, vt paulò poſt oſtendetur, exactiſſimo ſenſu polleat, ne à quouis
obiecto offendatur, ipſa primò obſtat, primaque obiecta exteriora ſuſcipit, ſed cùm
tenuiſſima ſit pelliculārum in modum, quæ inter orbes cæparum ſunt, medium ſenſus
tactus euadit, nam ipſa omni ſenſu eſt deſtituta, & corpori coniuncta eſt, quæ ſunt con-
D ditiones requiſitæ ad medium ſenſus tactus: vt elici ab Ariſt. poteſt facilè à 19. textu
vſque ad 116. lib. 2. de anima. Pluribus nominibus cuticula à vera cute diſtat, primò ra-
tione materiæ, nam cuticula fit ab excrementis, cutis ex ſpermate; illa non nutritur,
ſed per additamentum creſcit, cutis verò nutritur ex ſanguine; illa non viuit, cutis è
contra viuit; ea caret ſenſu, hæc verò ſentit, & eſt ſenſus inſtrumentum, ſicut illa eſt
medium in ſenſu tactus; differunt præterea ſubſtantiæ ratione, nam cuticula compacta
eſt, & foraminibus priuata, cutis verò rara, & foraminibus, ſeu ſpiraculis peruia: addas
cuticulam à cute non poſſe ſeparari, niſi violentià, nempe vel morbo, vel cauſà exter-
nà, aquà videlicet calidà affuſà, aut aduſtione quadam ferro ignito factà; cutis verò à
ſubiectis partibus facilè ſeparatur.

Sed particulariùs de cute loquendo dico, quòd ſit *pars corporis viuens ſimilaris ex
ſpermate à natura, & facultate cutiſica progenita, vt ſit corporis tegmen*, hanc eſſe
puto cutis definitionem veram, nam ipſius naturam ſatis declarat, vt apparebit in

examine partium definitionis: & primò *(pars)* loco generis accepta eſt; nam ipſius B
reſpectu cum omnibus corporis partibus conuenit: *(viuens)* eſt prima differentia, quà
à partibus non viuentibus ſeiungitur, vtpote à cuticula, pinguedine, vnguibus, pilis, &
huiuſmodi; additur (*ſimilaris*) quia eius partes ſectæ, & ſeparatæ idem nomen,& ean-
dem definitionem retinent cum tota cute;inſuper additur *(ex ſpermate)* vt illius mate-
ria denotetur, quæ ſperma eſt, non ſanguis, vnde pars ſpermatica omninò redditur, vt
Hipp. lib. de princip. *ſeu de carnib.* cap. 3. & Gal. lib. 1. de ſem. cap. 10. apertiſſimè
docuerunt.

Nec audiendi ſunt illi, qui dicunt ex ſanguine, & ſpermate fieri, niſi dicamus imme-
diatè ex ſpermate fieri, & mediatè ex ſanguine; nam ex communi Medicorum con-
ſenſu partes omnes naturà tali virtute ſunt præditæ, vt valeant conuertere alimentum
in ſui ſubſtantiam: cùm igitur ſanguis menſtruus à primordio generationis virtute inſi-
ta partium, quæ ex ſemine iam rudimenta ſuæ generationis ſuſceperunt,trahatur, alte-
retur, & in earum conuertatur naturam,aſſerere licet partes fieri ex ſanguine, quia eius
ſubſtantia in ſperma mutatur, quod non modò de cute, ſed de omnibus partibus F
ſpermaticis dicendum eſt, quarum ſubſtãtia ex ſpermate efformatur: verùm, vt idem
docet Gal. loco citato, in ſpermatis tota maſſa plures partes reperiuntur variam inter
ſe ad partium generationem aptitudinem habentes, ex ea,quæ lenta eſt, tenax, diſten-
ſioni maximè apta, cutem effingit natura,conſentientibus Ariſt. 2.de gen. an.cap. 4.&
Gal. 1.de ſem.cap.citat.modum generationis ipſius ambo iſti grauiſſimi authores de-
ſcribunt; Ariſt. quidem inquit naturam in generanda cute pictorem imitari, qui
primò partem aliquam rudi quadam delineatione pingit,mox illam coloribus perficit;
lineamentis enim quibuſdam ſpermaticis deſignat cutem,temporis progreſſu abſoluit.
Gal. quoque egregium hoc naturæ opus, exemplo à piſtoribus ſumpto, lepidè ſanè
meà ſententià declarat,qui vbi bellaria conficiunt,pultem ſupra inſtrumentum aliquod
diſtendunt, ignique illud exponentes bellariorum formam pulti inducunt: ita quoque,
& natura ſupra extimam totius corporis ſuperficiem ſeminis partem cuti generandæ
aptam diſtendit,ac temporis ſpatio ad cutis formam exactè mutat.

Verùm tam pulchrum,& elegans opus natura minimè perficere poteſt,niſi median G
te alteratrice, & conformatrice, quæ ambæ ſuo funguntur officio: per alteratricem
temperamentum illud, quod habet, ſuſcipit, de quo loquens Gal. 1. de temp. cap. vlt.
dicit illud in mediocritate eſſe poſitum inter omnes qualitates primas: nam idem
temperamentum cuti præſcribit,ac ſi ex neruo, & carne eſſet conſtituta; neruus enim
cùm frigidus ſit, caro verò calida, pars, quæ ex illis exurgit æquè de vtraque partici-
pans,temperata procul dubio foret: temperamentum verò ſequitur mollities,durities,
raritas, denſitas, craſſities, tenuitas; color, ſapor, odor, & id genus, quæ ad ſecundas,
& tertias referuntur qualitates: quamuis in omnibus ſui partibus non eadem ſit
in craſſitie; nam in capite eſt craſſior, tenuior in facie, in collo,& manibus: ſic etiam in
alijs corporis partibus ſecundùm magis, & minus craſſa, & tenuis eſt, & iſti ſunt effe-
ctus prodeuntes ab alteratrice facultate.

A conformatrice verò ſitum, magnitudinem, & conformationem, qualem habet,
adepta eſt, nam ſitus ipſius ad omnium partium extremitatem eſt, cùm totum corpus
extra inuoluat; & quia ad ſitum connexio refertur, ſcire licet nullum commer- H
cium, nullamque connexionem cum ſubiectis partibus habere, quibuſdam locis
exceptis, à quibus Gal. 11.de vſu par. cap. 15. differentias cutis accipiendas eſſe ſcribit;
primò enim cutis volæ manuum, & pedum tendinibus quibuſdam tam tenaciter hæ-
ret, vt vix cultro ſeparari poſſit, quo nomine plicabilis minimè exiſtit, glabraque per-
petuò viſitur; ſecundò, ea quæ in fronte reperitur, muſculoſæ ſubſtantiæ eſt connexa;
& propterea motu voluntario, non ſecùs atque muſculus mouetur; tertiò labiorum
cutis altera eſt, carni, tendinique muſculorum adeo admixta, vt vix imaginatione ſe-
parari ab his poſſit; huius naturæ etiam illa eſt, quæ ad anum reperitur. Ex his ap-
paret, cutis quatuor eſſe differentias connexus ratione, nam vna minimè connectitur,
tres verò connexæ ſunt; magnitudo cutis tanta eſt, quanta totius corporis extremitas,
vndique continuatur, exceptis ijs partibus,quæ excrementorum ſunt effluuia,& vngui-
bus, ore, oculis, auribus, naribus, in quibus foraminibus conſpicuè peruia eſt. Figura

cutis

Digitized by Google

A cutis eadem eſt cum totius corporis figura, cuius duæ ſuperficies conſideratione ſuut
dignæ, vna exterior, altera verò interior: exterior ſuperficies eſt cuticula, de qua ſu-
perius dictum eſt, interna verò eſt membrana carnoſa, & piuguedo.

Ad figuram meatus, & cauitates referuntur: per meatus autem vel iutelligimus po-
ros, aut canales illos, per quos vitam, alimentum, & ſenſum recipit, ſi primo modo,
meatus habet quidem, & poros quoſdam vocatos, ſed inconſpicuos; nam rara eſt non
denſa, quemadmodum dictum eſt de cuticula: at ſi ſecuudo modo meatus intelligan-
tur, plures quidem ſunt; nam habet venas, & arterias per ſuam ſubſtautiam diſſemina-
tas, quæ nutritionis, vitæque cauſæ ſunt, & hæc de conformatricis, & alteratricis effe-
ctibus. Propero iam ad cauſam finalem, quam vnam diximus, quæ eſt, vt corpus exte-
rius inuolueret, hęcque vtilitas etſi primo ſcopo à natura intendi videatur, non neglexit
tamen alias; nam ſenſus inſtrumentum eſt 1. de temp. cap. vlt. & colligantia membro-
rum, Hipp. lib. de oſſibus, & Gal. lib. 11. de par. vſ. 15. necnon excrementorum recepta-
culum, & veluti cloaca quædam, teſte Gal. lib. de cauſ. morb. Quamuis ſub diuerſa
B ratione vnam, & alteram præſtet vtilitatem; nam per ſuam continuitatem, & ſitum in-
uoluit, atque colligat omnes corporis partes; per ſuam raritatem excrementorum eſt
receptaculum, quod eſt per vnum ex accidentibus, & vnum ex conſequentibus; tan-
dem ſenſus inſtrumentum eſt per id, quod illi ſecundùm eſſentiæ rationem ineſt, per
ſui uimirum temperiem; nam adeò in primis qualitatibus temperata eſt, vt uon niſi
exceſſus percipiat, iudicium enim facit de obiectis tangibilibus ſua temperie, qua pol-
let moderata.

De Inſtrumento Senſus Tactus. Cap. VIII.

ABſoluta cutis, cuticulæue tractatione, non alienum ab inſtituto cenſui
couſiderare, uum eæ in ſeuſu tactus illud officium præſtent, quod ha-
ctenus tradidi; variæ enim authorum diſſentientes circũferuutur opi-
niones: quinimò Ariſt. ipſe non ſemper videtur idem ſentire. Nam
C prim. de hiſt. anim. cap. 4. cùm ſenſum tactus in parte ſimilari conſiſte-
re ſtatuiſſet, carnem in ſanguineis, in non ſanguineis quid carni pro-
portionatum illius inſtrumentum eſſe teſtatur. Quod idem ſcriptum reliquit 2. de part.
anim. cap. 1. vbi partem ſimilarem (non quidem ſimplicem) ſenſui tactus aſſignauit,
eò quòd plura genera recipere debet, & multas præſeferre contrarietates, vt ſiccita-
tem, humiditatem, caliditatem, frigiditatem, & ſimilia; eandemque corpulentiſſi-
mam determinans addit carnem eſſe, aut aliquid proportionatum carni. Præterea 2.
» de part. anim. cap. 8. ad idem probandum hiſce vtitur verbis. *In animalibus, quæ obti-*
» *nent carnem; in cæteris autem de eo, quod vice carnis proportione reſpondeat: hoc enim prin-*
» *cipium, & corpus per ſe animalium eſt: quod ratione etiam patet: animal enim eo definimus,*
» *quod ſenſum obtinet, primumque eum, qui primus eſt. Tactum autem primum eſſe certum eſt,*
» *tactus verò ſenſorium pars eiuſmodi eſt, aut prima, vt pupilla viſus: aut coniuncta, per quam*
» *agitur, perinde quaſi pupillæ omne diaphanes, hoc eſt translucidum, coniungas. Cæteris igitur*
» *ſenſibus, nec tribui id poterat, neque operæpretium erat effici à natura: at verò tactus dari*
» *neceſſe fuit: ſola enim, aut maximè omnium ſenſoriorum ſedes tangendi corpulenta eſt.*
D Ex quibus apparet fuiſſe huius opinionis, carnẽ nimirum eſſe ſenſus tactus ſenſorium,
aut quid ipſi carni proportionatum.

Sed licet hoc ſit verum, nihilominus 2. de anima textu 19. videtur eſſe alterius ſen-
tentiæ, nam inquirens an caro, aut quid intus ſit ſentiens, carnemque non eſſe orga-
num tactus, ſed medium comprobãs ſcribit eandem rationem habere linguam ad ſen-
ſum guſtus; atque caro ad tactum habeat: & text. 116. inquit ſe habere ſicut aër ad alios
ſenſus, cùm verò aër ſit medium, iam & caro, in ſenſu tactus, erit medium: in omni
præterea ſenſatione facienda requiritur medium (alioquin ſenſibili poſito ſupra ſen-
ſorium fieret ſenſatio, quod tanquam abſurdum, ac præter ratiouem ipſemet reijcit)
ſed ſuper carnem poſito ſenſibili ſit ſenſatio: quare ſequitur hanc ipſam eſſe medium
iu tactu: hac autem carnis determinatione facta conditiones ſeuſorij ipſius præſcribit
inquiens ſenſorium id eſſe, in quo primò ineſt potentia, qualis actu eſt in tangibili, hoc

Digitized by Google

eſt inſtrumentum tactus tale eſſe in potentia, quale eſt tangibile in actu. Nec ſolùm hæ E
duæ diſcrepantes opiniones reperiuntur in doctrina Ariſt. circa inſtrumentum ſenſus
tactus, ſed etiam eſt alia quædam; nam quatuor in locis cor id eſſe ſtatuit: primus eſt
lib. de ſenſu, & ſenſil. cap. 2. ſecundus lib. de ſenect. & iuuent. & reminiſc. cap. 2. tertius
locus eſt lib. de ſomn. & vigil. cap. 2. quartus 2. de par. animal. cap. 10. Ariſt. hac in par-
te ſequuti ſunt Themiſtius, atque Alexander exiſtimantes quidem cor eſſe inſtrumen-
tum ſenſus tactus.

Alij verò authores dixerunt nec cutem, nec carnem poſſe eſſe inſtrumentum ſenſus
tactus, inter hos fuit Fernelius, quem ſectatur Archangelus Piccolomineus, qui libro
primo prælect. anatom. aduerſus Ariſt. diſputans nititur probare carnem neque eſſe
medium in ſenſu tactus, neque eſſe ipſius inſtrumentum. Circa primum inquit, Ariſt. 2.
de anima probaſſe carnem eſſe tactus medium hac ratione, quia ſenſibili poſito ſupra
ſenſum non fit ſenſatio, at poſito ſenſibili ſupra carnem fit ſenſatio, hinc ſequitur car-
nem non eſſe ſenſoriũ, ſed mediũ. Archãgelus verò ſcribit hoc loco hanc propoſitionẽ,
ſenſibili poſito ſupra ſenſum non fit ſenſatio, in ſenſu tactus falſam eſſe, licet in alijs ſenſi- F
bus ſit veriſſima, quod tum experientia demonſtrare contendit; nam tacto neruo fit
ſenſatio: tum quia nulla pars in corpore eſſet tactus inſtrumentum præter oſſa, ſupra
quibus ſi ſenſibile ponatur, non fit ſenſatio, atqui oſſa eſſe tactus inſtrumenta affir-
mare ridiculum eſſet.

Addit ad probandum carnem non eſſe medium: nam medium debet eſſe ſpoliatum
quacunque re ſenſibili, vt aër in odorando, videndo, audiendo carere debet odore
colore, ac ſono; caro verò non eſt ſpoliata à re ſenſibili, cùm ſit calida, ergo non eſt
medium, alioquin omnia, quæ tangerentur, eſſent calida, quemadmodum ei, qui per
aliquod vitrum flauum, aut alterius coloris inſpicit, omnia eodem colore referta appa-
rent. Affert inſuper argumentum ex ſufficienti partium enumeratione, nam medium in
ſenſu tactus, vel eſt cuticula, vel cutis, vel caro, ſed non eſt caro, vt ſatis probatum eſt,
non cuticula, nam idemmet Ariſt. ſcriptum reliquit medium in ſenſu tactus debere
eſſe partem corporis, ſed cuticula non eſt pars, cùm igitur nec caro ſit, nec cuticula ſe-
quitur neceſſariò debere eſſe cutem, quæ habet conditiones requiſitas ad medium ſen- G
ſus tactus, eſt enim corporis pars maximè omnium temperata, & carens omni ſenſibi-
li extremo.

Quod modò attinet ad tactus inſtrumentum, hoc eſt, quænam illa ſit pars, quà natu-
ra pro tangendi facultate vtatur, non ita clarum eſſe inquit idem Archangelus: nam
Ariſt. eam non expreſſè aſſignauit, & quamuis ſcriptum reliquerit ſenſum tactus per
vniuerſum corpus animalis eſſe effuſum, hinc ſolùm colligitur illius inſtrumentum eſſe
partem per omne corpus diſtributam: quo ſtante affert argumentum ex ſufficienti enu-
meratione acceptum ab ijs partibus, quæ per vniuerſum corpus diſtributæ ſunt; in-
quiens hæc pars, vel neruus, vel vena, aut arteria, aut caro, aut os, vel cartilago, vel li-
gamentum, vel membrana, aut cutis ſit, oportet. At non ſunt nerui, quoniam natura ad
alios vſus deſtinauit, nempè vt eſſent canales, per quos veheretur ſpiritus animalis vnà
cum tota anima ſentiente, & mouente in vniuerſum corpus; non autem vt eſſent tactus
inſtrumenta: non venæ, quia ferunt alimentum: non arteriæ, quoniam vitales ſpiritus
vehunt: non caro, tum quia eſt organum motus, ſeu motricis facultatis; tum quia intra H
caluam eſt ſenſus, & tamen non eſt caro: non oſſa, nam hæc ſunt inſtrumenta firmi
motus, & in muſculis eſt ſenſus tactus, in quibus nullum os reperitur. Neque cartilagines
poſſunt eſſe inſtrumenta ſenſus tactus, cùm ad faciliorem motum à natura ſint datæ;
neque ſint in omnibus partibus, in quibus eſt ſenſus: neque poſſunt eſſe ligamẽta, quo-
niam hæc ſunt inſtrumenta tuti motus, prohibentque, ne oſſa à proprijs exeant articu-
lis; & adſunt quàm plurimæ partes tam in thorace, quàm in abdomine, quæ habent
ſenſum, in quibus nullum adeſt ligamentum; relinquuntur igitur ex hac ſufficienti par-
tium enumeratione ſolæ membranæ.

Sed quoniam ſupra dixerat cutem eſſe medium in ſenſu tactus, addit hic eas eſſe in-
ſtrumentum; verùm cum hac differentia, quia cutis eſt inſtrumentum tactus externum
totius corporis, eſt enim membrana quędam extremo corpori circumfuſa: membranæ
verò ſunt inſtrumentum partium internarum; nam amota cute, reliquæ membranæ,

quæ

A quæ intus ſunt, exquiſito ſenſu pollent; cùm igitur neceſſarium ſit ex eodem Ariſtotele vnam corporis partem ſimilarem tactus inſtrumentum eſſe, membranæ autem ſint huiuſmodi, hinc concludendum eſt membranas eſſe inſtrumentum ſenſus tactus, non cutem, nec carnem. Et hic habetur primarius membranarum vſus: ſecundarius verò quadruplex eſt, primus, vt membranæ partes conueſtiant, earumque ſubſtantiam contineant, ne diffuſa diſſipetur; alter, vt partes diſterminent; tertius, vt partes aliquas ſuſtineant, ſicut eſt mediaſtinum, quod cor, ac pulmones penſiles detinet, peritonæum iecur, & meſenterium inteſtina; quartus vt partes vinciat, ac colligat, nulla itaque pars in corpore eſt, quæ membranam non habeat: ex his apparet virum hunc non modò ab Ariſt. ſed etiam à Gal. prorſus diſſentire.

Quibus tamen non obſtantibus, dico cum iiſdem Ariſt. & Gal. cutem eſſe inſtrumentum vniuerſale ſenſus tactus, cuticulamque eſſe medium, nam ad ſenſationem faciendam, hæc duo ex communi Medicorum conſenſu requiruntur, nempe medium, & ſenſorium, totum autem corpus, quod eſt inſtrumentum quoddam animatum, hoc eſt ſen-
B ſu tactus præditum, vnam partem habere neceſſe eſt, cui adſcripta ſit ratio ſentiendi primò: talis eſt cutis, quæ quamuis videatur varijs partibus conſtituta; omnes tamen in vnam conſpirant agendi rationem: vt eſt cuticula, quæ eſt medium ad meliorem actionem faciens, nerui ſunt ſine quibus non, aliæ ſunt ad ipſius conſeruationem: vt venæ, quæ alimentum; arteriæ, quæ calorem influentem, & vitam ferunt. Quod ad ſui eſſentiam attinet, cutis omninò ſimilaris eſt, nullam aliam ſibi in corpore habens ſimilem, & hæ ſunt conditiones ſenſorio requiſitæ; porrò cutis tam exacto ſenſu eſt prædita, vt niſi cuticula ei ſupra extenſa eſſet, non poſſet de ſenſibilibus rectum iudicium ferre; nam obiecta illi occurrentia dolorem inferrent, quæcunque ea eſſent; quia vbi cuticula ab ea ſeparata eſt, etiam ex goſſipio, vel molliori obiecto ſtatim impenſè læditur. Quod verò Ariſt. in hanc venerit ſententiam, cuticulam ſcilicet eſſe medium in ſenſu tactus, apparet ex eo, quòd lib. 2. de anima text. iam cit. eam generico nomine carnem appellauerit, & poſito ſupra eam ſenſibili fieri ſenſationem ſcripſerit: atqui ea eſt illa pars, quam exiccatione fieri tradidit, & 3. de hiſt. animal. cap. 2. vult ſenſu eſſe
C deſtitutam, proprioque nomine cutem appellat, quæ eandem rationem ad tactum, quam lingua ad ſenſum guſtus habet. Cæterùm carnem eam appellauit, impropriè quidem, quatenus inter molles partes contineatur: quòd autem ea ſit corpus adnatum, eſt ad differentiam aliorum ſenſuum, in quibus medium eſt externum, nec corpori coniunctum.

Quod verò cutis in via eiuſdem Ariſt. ſit inſtrumentum ſenſus tactus, ex eo apparet, quòd ſcripſit carnem temperatam eſſe inſtrumentum ſenſus tactus, quæ eſt ipſa cutis; omnes quippè corporis partes carnem appellauit; vnde & Gal. ſequens Ariſtotelem hac in parte diuiſit Anatomen in ſarcologiam, & oſtologiam; per ſarcologiam intellexit omnes partes molles, quæ comprehenduntur nomine carnis. Hoc idem habetur ex eo lib. 2. de part. anim. cap. 1: vbi determinans tactus organum illud eſſe in quadam ſimilari parte, molli quidem, ſed non ſimplici (multas enim qualitates ſui obiecti præſeferre, & multa genera recipere debebat, videlicet ſiccitatem, humiditatem, & huiuſmodi) talem partem carnem eſſe ſcribit: neque hoc loci carnem accipit Ariſt.
D pro quacunque corporis parte molli, ſed pro carnis parte omnium temperatiſſima, quæ nulla alia eſt, quàm cutis.

Quocirca non placet Auerrois opinio dicentis temporibus Ariſt. Anatomen non fuiſſe perfectam, quoniã lib. de part. de generat. & de hiſt. animal. exactam huius diſciplinæ cognitionẽ ob oculos ponunt: & quamuis Philoſophus non agnouerit propriam cutis conſtitutionem, vt Gal. eam tamen partem eſſe, cui ratio inſtrumenti ob ſui temperiem tribuenda foret, optimè cognouit, cùm pluries docuiſſet recipiens denudatum eſſe debere à natura recepti; inſtrumentumque tactus tale eſſe debere potentiã, quale ſenſibile actu: igitur voluit Ariſt. cutem intelligere, quàm deinde apertè, Gal. ſcriptum reliquit eſſe inſtrumentum ſenſus tactus; media hæc debuit eſſe inter omnes qualitates, nam iudicium facere apta eſt de ſenſibilibus, quæ excedunt propriam eius temperiem: hęc ſunt duplicia, aut enim ſunt primę qualitates, aut ſecundę; primę, vt calidũ frigidũ, humidum, & ſiccũ, quæ à ſenſu tactus iudicãtur; ſecũdæ qualitates ſunt durities,

mollities, &c. de quibus Gal. lib. de ſympt. differ. dicebat à tactu indicari non minus, B
quàm effectrices qualitates, quamuis etiam per accidens communia ſenſibilia agno-
ſcat 7. de Plat. decret. cap. 5. Concludo igitur cum Ariſt. & Gal. cutem eſſe tactus
inſtrumentum, hoc eſt, eſſe partem illam, per quam natura ſenſibilia iudicat; carnem
verò in vniuerſum acceptam eſſe tactus inſtrumentum adæquatum; nam cùm animal
per ſenſum definiatur, neceſſe eſt, vt omnes animalis partes ſub carnis nomine com-
prehenſæ ſenſum habeant, quæ ne à ſenſibilibus læderentur, natura cutem, tanquam
iuſtum eorum iudicem extra poſuit.

Videtur tamen Ariſt. ſibi aduerſari, cùm in vno loco dicat carnem eſſe inſtrumen-
tum tactus, in altero verò ſcribat eſſe medium: quam difficultatem vidit Tolet. lib. 2.
de anima quęſt. 30. & ſcribit pluris eſſe tria loca æſtimanda, quàm vnum, cùm pręcipuè
cogitationes ſequentes ſint prudentiores primis; quocirca magis credendum carnem
eſſe inſtrumentum, quàm medium; nam inſtrumentum eſſe tribus in locis, medium ve-
rò in vno tantùm aſſeuerat; verùm ego hanc determinationem non poſſum proba-
re, nam etſi ter Ariſt. carnem eſſe inſtrumentum in ſenſu tactus; ſemel verò me- F
dium tradiderit, eſt tamen controuerſia in ſuis dictis, quia quid refert, ſi vel poſte-
riùs, vel priùs ſcripſerit huiuſmodi ſententiam? Proinde puto magis tutum eſſe dicere
nomine carnis Ariſtotelem interdum intellexiſſe omnes corporis partes molles; ali-
quando preſſiùs loquendo cuticulam, quia etiam, & ipſa eſt pars mollis; nonnunquam
verò proprijſſimè loquendo nomine carnis expreſſe ſignificauit, partem mollem
quidem; ſed omnium temperatiſſimam, nimirum cutem, vt probatum eſt: quare nul-
la eſt repugnantia in eius dictis, nam in alijs locis nomine carnis fuit vſus proprijſſimè,
in alijs verò ſolùm propriè.

Quod modò attinet ad alia loca, in quibus Ariſt. ſcriptum reliquit cor eſſe in-
ſtrumentum ſenſus tactus, cui aſſentiuntur Themiſtius, & Alexander; reſpondeo in-
ſtrumentum, ſeu ſenſorium ſenſus tactus eſſe in quadruplici differentia, aliud eſt adæ-
quatum, & huiuſmodi ſub nomine carnis comprehenditur, quatenus ſcilicet omnes
partes ſimilares, & molles inter ſe conueniunt, quia omnes ſenſum habent; ijs enim
omnibus vis ineſt ſentiendi animalque conſtituendi, quod per ſenſum definitur, & iſtud G
inſtrumentum commune eſt omnibus alijs inſtrumentis; aliud, quod tale in poten-
tia, quale eſt ſenſibile in actu, & iſtud proportione reſpondet ſenſorijs alio-
rum ſenſuum, vt cryſtallinus, quo natura vtitur ad iudicium peculiare faciendum de
primis, & ſecundis ſenſibilibus, tale autem dicitur cutis: aliud ſenſorium dela-
tiuum, eò quòd defert virtutem ſentiendi, & tale eſt ſpinalis medulla cum ſuis neruis:
aliud verò ſenſorium primum, quod intus latet, & eſt ſecundùm Ariſt. cor,
de quo intellexit in his quatuor ſupra citatis locis, & ſimul cum eo Themiſtius, &
Alexander. Quare non ſibi repugnat Philoſophus, quia per inſtrumentum ſenſus pręci-
puum, vt quo intellexit cor; cutis verò eſt inſtrumentum præcipuum, vt quod reci-
piens obiectum, & de illo iudicium faciens, quamuis Gal. per præcipuum ſenſorium
intus latens intellexerit cerebrũ, non cor: quibus ſic ſtantibus apparet plura eſſe tactus
organa, diuerſa ratione conſiderata, cutis tamen eſt, in qua fit ſenſus iudicium, & in-
ſtrumentum principale ſenſus tactus conſtituitur.

Ad Archangelum, qui falſam eſſe in ſenſu tactus hanc propoſitionem, *ſenſibili poſi-* H
to ſupra ſenſum non fit ſenſatio, & in alijs veram eſſe dicebat, multa poſſent dici, quæ quo-
niam aliò pertinent, libenter omitto. Verùm quò pateat huius rei veritas notandum
eſt ſenſationes duobus conſiderari poſſe modis, vel quà fiunt ſecundùm naturæ inſti-
tutum, vel quà fiunt præter naturam. Ariſtotelicum itaque axioma veriſſimum eſt ſub
priori notione acceptum, & in ſenſu tactus, ſi ſenſibile ponatur ſupra ſenſum nulla fit
ſenſatio cum voluptate, ſed cum dolore. Ex quo apparet argumentum illud de neruo
tacto ſine medio nihil concludere, quemadmodum, & illud de oſſibus, nam nos loqui-
mur de ſenſationibus iuxta naturæ leges factas. Ad argumentum ex ſufficienti partium
enumeratione, quo putat ſe concludere medium in ſenſu tactus eſſe cutim, poſtquam
cuticulam, & carnem ab hoc munere reieciſſet, facilè concedo id, quod dicit de carne,
& nego de cuticula. Ad rationem autem, quam adducit, nempe quòd cuticula non ſit
pars corporis, dico partes corporis eſſe in duplici differentia, aliæ enim ſunt veræ, &

propriæ

A propriæ partes, ſiue ſeminales, ſiue ſanguineæ eæ ſint: aliæ verò ſunt partes lato modo acceptæ, quemadmodum ſunt vngues, pili, & cuticula, ſed vt aliquid ſit medium in ſenſu tactus, ſatis eſt ſi ſit pars corporis nullo ſenſu prædita, nullámque manifeſtam qualitatem habens, qualis eſt cuticula. Neque Ariſtoteles ſcripſit medium debere eſſe partem, ſed debere eſſe quid adnatum, ad differentiam aliorum ſenſuum, in quibus prius medium alteratur: at in ſenſu tactus ſimul fit medij, atque ſenſus alteratio, vt Ariſt. de clypeo exemplificat; ſufficit igitur ad medium tactus conſtituendum, vt ſit pars adnata. Cæterùm Archangelus non concludit medium in ſenſu tactus eſſe cutim, eò quòd ſit pars temperata carens omni ſenſibili extremo; huiuſmodi enim conditiones ad inſtrumẽtum, non ad medium ſenſus tactus attinent, ſicuti ex Ariſt. & Gal. ſuperius demonſtratum eſt, relinquitur igitur, vt cuticula ſit medium, non autem cutis, quæ eſt inſtrumentum.

Ad id quod ſcripſit Archangelus, Ariſt. nempe nihil determinaſſe de inſtrumento ſenſus tactus; reſpondeo eſſe falſum, nam vt paulò antè demonſtratum eſt, benè decre-
B uit carnem omnium temperatiſſimam eſſe huiuſmodi inſtrumentum, quam ex Galeni ſententia diximus eſſe cutem: quare argumentum iſtud ex ſufficienti partium enumeratione allatum nullius eſt momenti; nam cutis, vt dictum eſt, ad extimam corporis ſuperficiem extenditur, quò omnibus partibus ſentientibus opitulari valeat: pelliculæ verò, ſeu membranæ non poſſunt eſſe inſtrumentum ſenſus tactus, quia ſunt frigidæ, & ſiccæ naturæ: cùm inſtrumentum tactus, debeat eſſe temperatiſſimum: & quoniam hæc opinio de membranis fuit à Gal. perfectè exploſa, ſuperuacaneum duxi in præſenti ad memoriam reuocare, eò quod falſa ſit, neque habeat conditiones ad inſtrumentum ſenſus tactus requiſitas: ſit igitur hæc concluſio certiſſima, nempe cutem eſſe inſtrumẽtum ſenſus tactus, cuticulã verò eius medium. De cute ſcripſit Gal. lib. de cauſis morb. cap. 6. nullam actionem habere, ſed tantummodo vſus gratiâ factam eſſe: verùm, vt breuis ſim dico, quòd actiones, quæ fiunt à partibus noſtri corporis, aliæ ſunt, quæ non ſolùm propriæ, ſed etiam alijs partibus communes, vt eſt concoctio cibi, ſanguificatio,
C diſtributio, pulſatio, motus voluntarius; huiuſmodi autem actionibus priuata eſt cutis, atque de his loquitur Gal. loco præcitato; aliæ, quæ propriæ ſunt, ac partis particularis, per quam fiunt, vt eſt concoctio alimenti, ac in propriam ſubſtantiam conuerſio, & aliæ actiones naturales, quibus cutis non eſt priuata. Quare cutis non priores actiones, ſed ſecundas habet.

Sed quid modò ſtatuendum ſit de ſentiendi actione, reliquum eſt exponere; nam dictum eſt cutem eſſe inſtrumẽtum ſenſus tactus; ergo eſt opus, vt habeat actionem; quẽadmodum enim ſeſe habet in ſenſibus, ſeu ſenſorijs alijs, ita & in hoc ſe habere videtur dicendum, quòd non ſit maior ratio vnius, quàm alterius. Gal. tamen reliquis ſenſorijs actionem tribuit, ergo ſequitur etiam quòd hoc ſenſorium, cutis nimirum actionem habere debeat, *v. g.* ſicut viſio, quæ à cryſtallino prodit, dicitur à Gal. actio; ita & ſenſatio in ſenſu tactus, debet dici actio. Dico quamuis pars, quæ pro principali inſtrumento ad ſentiendum data ab obiecto patiatur, non tamen formalis ratio ſenſationis poſita eſt in pura ſenſatione, cùm eadem pars ſit pro iudicio illius obiecti ferẽdo, quod
D ipſam immutat, vt cryſtallinus colorem à cæteris coloribus dirimit, ac iudicium facit de colore viridi, rubro, & id genus: ſimiliter cutis iudicat tale obiectum an calidum, an frigidum, an durum, an molle, quamuis non agnoſcat differentias aliorum ſenſibilium, cùm huiuſmodi actio competat altiori virtuti, quæ ſiue phantaſia ſit, ſiue ſenſus communis, qui obiectum vnius ſenſus ab alio diſtinguit, ac iudicium de illis fert. Ex his habetur cutem præſtantiſſimam, & vel maximè neceſſariam in corpore præbere actionem, quę etſi careat actione naturali, non poteſt tamen negari, quin præbeat actionem animalem ad ſenſum tactus ſpectantem.

De

Digitized by Google

De pinguedine. Cap. IX. E

QVemadmodum natura in efformando toto corpore hominis, & in il-
lius conformatione omnia neceſſaria, tùm ad ipſius actionem, nempe
motum rationalem efficiendum, nec non ad ſenſum celebrandum
ſingula pulchrè, & eleganter fecit; ita etiam commoditates, & ornatum
non neglexit, hinc pinguedinem in corpore oriri voluit: ac primùm
ad partes, ne in motu exiccarentur, ſed commodiùs mouerētur, inun-
gendas ipſam poſuit; vt in articulis apparet, vbi adeſt ſatis notabilis pinguedinis quan-
titas: deinde reſpiciens animalis commoditatem præſertim hominis, dum mouendi
actionem celebraret, multam pinguedinem, quæ ſeſſioni opem ferat, ſimulque or-
natus cauſâ clunibus adiunxit. Aliquibus verò partibus non modò ornatus cauſâ, ſed
ad fouendum calorem innatum multam natura dedit pinguedinem, vt in abdomine, in-
de eſt, quòd Ariſt. 5. ſect. problem. 4. maiorem pinguedinis copiam reperiri in abdo-
mine, ac clunibus ſcribens duplicem afferat rationem; prima eſt, quia iſtæ partes ali- F
menti loco ſunt propinquiores, à quo illis pinguedinis materia facilè, ac citò ſuppedi-
tari poteſt: ſecunda, quia in hoc ventre caloris vbertas eſt, qui pinguedinis eſt efficiens;
quare cùm materiæ copia adſit, & efficiens validum, mirum non eſt, ſi his in locis plus
pinguedinis reperiatur; qua ad varias corporis vtilitates natura vtitur, præſertim in
defectu nutrimenti ad partes aliquas enutriendas, Gal. 4. de vſu part. vbi loquitur
de pinguedine omenti. Cùm itaque tot, & tàm præclaras vtilitates huic inſtrumento
præbeat pinguedo, opus eſt, vt de illa aliquid etiam dicamus, inquirentes primùm, an
hæc ipſa ſit corporis pars, an verò excrementum; nec videtur huiuſmodi inquiſitio
eſſe præter rationem; nam Ariſt. ex vna parte prim. de gen. an. cap. 18. & 19. ſcripſit
eſſe excrementum: ex altera Gal. lib. 2. art. med. cap. 9. eam enumerauit inter partes,
quæ habent regimen; lib. de nat. hum. conſtituit inter partes ſimilares, & 6. de Hipp.
decr. cap. 8. ſcriptum reliquit eandem habere operationem, quam arteriæ, venæ, &
aliæ partes.

Capiuaccius in ſua methodo anatomica videns hanc difficultatem, tanti eam facit, G
vt dicat in pinguedine aliam oportere dari partem, quæ excrementum ſit, aliam verò,
quæ ſit corpus quoddam viuens, atque pars corporis, propterea quòd cùm animaduer-
tat pinguedinem alimenti vices, ex Gal. ſupplere (quod efficere non poteſt, vt pars
viuens, quia pars viuens, viuentem partem alere minimè poteſt,) cogitur fateri, ali-
quam eius partem eſſe excrementum, quà in defectu alimenti nonnunquam partes
nutriantur. Vt igitur vtrinque ſeruaret authoritatem, ſtatuendum cenſuit pinguedinem
(quam corpus pingue appellauit) eſſe mixtum quoddam ex ſubſtantia excrementitia,
& viuente; ita tamen, vt pars excrementitia ſuperet, & per extimam ipſius corporis
pinguis extendatur ſuperficiem; atque hac ratione Ariſt. intelligendum, dum pingue-
dinem excrementum eſſe ſcribit. A Gal. quoque aſſerente pinguedinem ex illis parti-
bus eſſe, quæ ex ſe ipſis regimen habent, nulla ex parte ſeſe diſcedere arbitratus eſt, ſi
affirmaret pinguedinis partem viuentem in profundo imaginati illius corporis pin-
guis, velut in centro contineri, nec membranis deſtitutam, ijs ſcilicet, quæ ſimul cum
fibris, & carne ſolent ſimilarem partem conſtituere. Quibus ita determinatis, conclu- H
dit corpus pingue ſecundùm aliquam partem eſſe excrementum, ſecundùm verò ali-
quam eſſe partem vita præditam: cuius diuiſionis neceſſitatem inde deducit, quòd cùm
opus naturæ fuerit pro ſpeciei, ac indiuidui conſeruatione excrementum vnum vtile
producere, vt cauſâ ſpeciei ſemen, ſic gratiâ conſeruationis indiuidui genuit corpus
pingue; id verò cùm calidum conſeruet naturale, præſertim quia in eius vertitur ſub-
ſtantiam, & pars viuens, vt ſupra dictum eſt, in ſubſtantiam alterius partis minimè ver-
tatur, ideo neceſſum fuit illud eſſe excrementum, cumque nihil ſe ipſum gignat, opus
fuit dari aliquod generans, quod vita eſſet præditum, pinguedinemque generaret.

Sed huiuſmodi determinatio chimærica eſt admodum, nec diſſimilis illuſioni, quâ
Ariſtophanes Socratē fingit ſaltū culicis metiri: nā volens defendere Capiuaccius pin-
guedinem partem corporis viuentē, ſimulq; excrementum eſſe; præterquā quòd falſò
ſupponit dari corpus pingue, quod prædicetur de adipe, & pinguedine (cùm pingue-
do, &

A do, & adeps ſint voces latinæ vnam, & eandem rem ſignificantes, & apud Græcos mi-
nimè reperiantur) cogitur etiam hoc pacto in corpore ſimilari duplicem concedere
partem diuerſæ naturæ; pinguedo enim omnium tàm Medicorum, quàm Philoſopho-
rum conſenſu eſt corpus ſimilare, quia partes eius nomen, & definitionem eandem re-
tinent. Oppugnatur præterea hæc opinio, nam vel illud, quod ad circumferentiam
pinguis corporis viui reperitur, eſt pinguedo, vel nondum pinguedo; ſi primo mo-
do, iam illi competit nomen, & definitio pinguedinis; ſi nondum habet pinguedinis
formam, non erit ponendum ſub pinguedinis definitione; nec dicere licebit Ariſt. de
hac pinguedinis parte intellexiſſe, quando ſcripſit pinguedinem eſſe excremẽtum, cùm
nondum ſit pinguedo, ſed egeat conuerſione in pinguedinem per illud corpus, quod
eſt ad centrum facultatem habens ipſam in ſui naturam conuertendi: atqui ſi conceda-
tur eſſe pinguedinem, non video, qui fieri poſſit, vt illa, quæ ad centrum eſt, viuat, quæ
verò ad circumferentiam, ſit excrementum; nam non eſt maior ratio vnius, quàm alte-
rius, cùm eandem habeant materiam, idem efficiens, eandemq́ue formam, & finem.
B Cùm itaque ea communicant in materia, forma, & fine, eodemq́ue fiant agente, ſint
inter ſe eadem, ſequitur pinguedinem tàm ad centrum, quàm ad circumferentiam
attinentem eiuſdem eſſe naturæ, non igitur vna ſentit, altera caret ſenſu.

Porrò omnes quotquot ſcripſerunt de pinguedine, in hoc conueniunt, quòd omni
ſenſu ſit deſtituta, nec apud Gal. vnquam explicitè comperiemus pinguedinem eſſe
partem viuentem, ſed partem communiter dictam: vnde lib. de diff. morb. cap. 8. di-
cebat nonnunquam contingere, vt ex pinguedinis ablatione morbus fiat in numero,
nempe partis diminutio, quod itidem, & de vnguibus eſt dicendum, qui ex communi
omnium conſenſu partes non ſunt viuentes: at non omnes homines pinguedinem ha-
bent; ideoq́ue in ijs, qui ſunt pingues, hęc Gal. propoſitio intelligenda venit. Et quamuis
lib. art. med. cap. 9. ſcriptum ſit pinguedinem ex ijs eſſe partibus, quæ ex ſe ipſis regi-
men habent, non ſecùs, atque caro ſimplex, glandula, membrana, & huiuſmodi, non
tamen ſequitur, quòd quemadmodum illæ ſunt partes viuentes, etiam pinguedinem
viuere; & hæc authoritas eſt præcipuum fundamentum eorum, qui tenent pinguedi-
C nem eſſe corporis viuentem partem.

Verùm iſte Gal. locus conſideratione eget maxima; exiſtimo equidem eum pingue-
dinem inter partes connumeraſſe, quæ à ſe ipſis regimen habent, non quòd velit eam
abſolutè regimen habere, vt cæteræ, quæ veræ partes ſunt, atque corpus integrantes,
cùm ipſemet 2. de temper. cap. vltim. ſcripſerit oriri à ſanguine oleagineo, & pingui,
qui excrementi rationem gerit, ſiquidem à partibus tanquam ſuperfluum quid reijci-
tur. Cùm tamen ſanguis ſit ſecundùm naturam, ex eiuſque affluentia pinguedo fiat,
atque concreſcat, deinde conſeruetur, vt reliquæ partes à calore natiuo directa, ac do-
minata; ideo poteſt dici, quòd viuat, & habeat regimen à ſe ipſa, quippe quæ nec venis,
nec arterijs, nec neruis egeat; vngues verò, ac pili, quia ab excremento ſimpliciter
inutili fiunt, ideo regimen habere nequeunt, quamuis à calore naturali, non ſecùs atq;
aliæ partes cõſeruentur. Cumq́ue etiam inter viuẽtia dentur gradus quidam, ſecundùm
quos nobiliùs, aut ignobiliùs viuunt, ita in ὁμοιομερέσι dantur gradus vitæ, ſecundùm
quos partes viuunt: infimum hinc locum vitæ tenent vngues, pili, ac cuticula; ſupre-
D mum verò illæ partes, quæ principia appellantur; deinde illæ, quæ ab his dependent,
& quæ influxum ab ipſis recipiunt, quæ verò nec influxum, nec dependentiam habẽt,
nobiliori quidem modo viuunt, quàm faciant vngues, atque pili, inter quos etiam da-
tur medium quoddam, quo pinguedo ipſa fruitur, nam cùm materia ipſius ſit ſanguis,
vt partes ſanguineæ fruitur vita, cùm verò velut excrementum à partibus reſpuatur,
nonnihil cum vnguium vita commune habet, ſed videamus, quid pinguedo ſit.

*Pinguedo pars ſimilaris eſt viuens, ſed obſcurè, ex ſanguine pingui à natura per accidens
facta in gratiam variarum commoditatum indiuidui.* Hæc ni fallor videtur vera pingue-
dinis definitio conſtans ex genere, & differentijs, nec non per omne cauſarum genus
aſſignata. Primò dicitur *pars*, quòd ex vna parte circumſcriptionem habeat, alijſq́ue
partibus ſit connexa, quæ eſt conditio à Gal. 1. de vſu part. 1. tradita: dicitur *ſimilaris*
ad differentiam organicarum partium, quòd verò ſimilaris ſit, ex eo patere poteſt, quia
ipſius partes à toto diuiſæ idem retinent nomen, eandemq́ue definitionem.

Addi-

Additur alia differentia nempe *viuens*, vt hæ particulæ, vngnes, pili, & cuticula ab B
ipſa ſeiunguntur, quæ minimè viuunt, ſed per additamentum conſeruantur. Arbitra-
mur igitur totum corpus pinguedinis quatenns eſt pinguedo eſſe corporis viuentem
partem: quamobrem dicebat Gal. pinguedinem habere regimen, totam pinguedinis
naturam intelligens. Quoniam verò ipſa non generatur ex ſanguine materno, aut ſper-
mate quemadmodum partes aliæ ſolidæ, addimus illam particulam *obſcurè*, vt denote-
mus eam non viuere tam perfectè, vt illæ faciunt, quia illæ alimentum ſibi proportio-
natum in ſui ſubſtantiam conuertunt, & contrarium ſibi alimentum familiariſſimum
reddunt; at pinguedo ſanguinem iam pinguem in ſe admittens, abſque vlla elaboratio-
ne eo nutritur, aut refocillatur, vnde inter corporis partes viuentes infimum obtinet
locum. Vt enim à Philoſopho in genère entium viuentium abſolutè ſcriptum eſt,
in mundo quædam viuere nobiliſſimo modo, quædam obſcuriſſimo, ita, & in μικροκόσμῳ
hoc putandum eſt contingere, cor ſiquidem inter alias partes nobiliſſimam vitam ob-
tinuit, & obſcuriſſimam pinguedo: hinc ea venis, & arterijs caret, quòd pro ſui con-
ſeruatione nullo principiorum egeat affluxu: at aliæ partes, quamuis non opus ha- F
beant affluxu ob ſibi innatas facultates, quibus nutriri debent, eo tamen egent, vt con-
ſeruentur, pinguedo verò à calore circumuicinarum partium ſatis conſeruatur. Confir-
matur hoc idem ex Ariſt. 4. metaph. tex. 18. vbi ſcriptum reliquit entia naturalia habe-
re eſſe ſecundùm magis, & minus, ſed viuere eſt quoddam eſſe; igitur viuere poteſt eſſe
ſecundùm magis, & minus, hoc eſt clariùs, & obſcuriùs.

Addidimus præterea differentiam à materia ſumptam, nempe *ex ſanguine pingui
oleaginoſo*, & vt docet Gal. 2. de temp. cap. vlt. fluxili, & aëreo; verùm non à principio
generationis in vtero id genus ſanguinis efficitur, ſed poſt ortum animali ad perfe-
ctionem tendente, in hepate non ſecus, atque alius ſanguis generatur, vt ex Gal. ibidem
colligitur, hinc eſt, quòd aliquando in ſanguinis è corpore extractione videmus aliquid
pingue ſupernatare. Ratio verò cur ſanguis oleagineus generetur, eſt à varia ciborum
natura, & à varia etiam corporis temperatura deſumpta; nam cùm cibi ex mixtione
fiant elementorum, neceſſe eſt etiam in ipſis aliquid redoleat, quod aëris naturam ma-
gis participat. Hic igitur ſanguis pinguis, & oleagineus ſimul cum alio per venam cauã G
in omnes corporis partes diſtribuitur; ibique roris in modum diſpergitur; dum ſingulæ
partes id, quod ſibi familiare eſt, virtute, quà pollent attractrice, ad ſe rapiunt, & inuti-
le reſpuunt; cùm ineptus ſit ille nutritioni ſua vnctuoſitate nequiens adhærere, à par-
tibuſque expulſus in hanc, vel illam volitans partem, vbi in membranas inciderit, ab
earum retinetur denſitate, illiſque adeò tenaciter adnectitur, vt vix ſeparari queat.

Sanguinem autem oleagineum à vaſis paruis in membranas effundi. 16. de part. vſu
cap. 2. ſcriptum eſt; à calore verò partium in alimentum agente formam pinguedinis
ſubſtantialem recipit, quam color albus ſequitur, nam ab ipſius caloris actione partes
aqueæ reſoluuntur, remanent autem puræ aëreæ, quæ albedinis in pinguedine ſunt
cauſa, vnde Ariſt. 4. meteor. dicebat oleum dealbari, quia à calore aqueæ partes,
quæ nigredinis cauſæ erant, conſumuntur. A calore igitur tertiam concoctionem ce-
lebrante pinguedo formam ſubſtantialem recipit; at quia membranæ frigidæ ſunt, ab
ipſarum condenſatur frigiditate, ideoque ait Gal. lib. 2. de temp. cap. vlt. pinguedi-
nem eſſe ſimilem oleo incraſſato, cui à frigiditate concretio accidit, quamobrem eſſe H
ſpecificũ pinguedinis à calore, eſſe verò concretionis à frigiditate recipit. Quare in de-
finitione meritò dicimus pinguedinem *fieri à natura per accidens*, ea enim minimè in-
tendit pinguedinis generationem: hinc Ariſt. ſcripſit 5. problem. 14. pinguedinem
eſſe quid accidentale, nec animalis neceſſariam partem, quia dum natura calore ope-
ratur circa alimenti agglutinationem, ex ſanguine pingui tanquam ſuperfluo pingue-
dinem gignit, quæ vbi concreuit, eo quo dictum eſt modo, ad aliquas vtilitates à na-
tura adhibetur; nihil enim patitur otioſè corpori ineſſe, cùm vel etiam ab excremen-
tis inutilibus vtilitates eliciat.

Sed hoc in loco inquiri poteſt, an materia pinguedinis eadem ſit cum materia ſe-
minis? ſunt, qui arbitrentur eſſe eandem, inter quos eſt Archangelus lib. prim. anat.
prælect. verùm hæc quæſtio meà quidem ſententià non ita facilè determinari poteſt;
ſiquidem ex Ariſt. doctrina nihil certi colligere licet; nam 2. de part. an. cap. 6. habe-

A mus pinguedinem nihil aliud eſſe, quàm ſanguinis coctionem; & cap. 5. dixerat ſi cor-
pus in pinguedinem tranſierit, animal peribit, qua parte ſenſus habetur, quòd pingue-
do ex ſanguine fiat, qui caret ſenſu: hoc idem confirmauit cap. 9. ſub alijs verbis in-
quiens finem probæ coctionis eſſe pinguedinem, & prim. de gen. an. cap. 19. pingue-
dinem eſſe ſanguinem concoctum: in quibus locis ſemper videtur ſenſiſſe materiam
pinguedinis eſſe ſanguinem: nihilominus cap. 18. eiuſdem prim. lib. de gen. an. velut
aliter ſentiens tradidit pinguedinem excrementum eſſe, quale eſt etiam ſemen. Quare
anceps videtur Ariſt. hac in re ſtatuenda; nam aſſerere pinguedinem eſſe ſanguinem
concoctum, & pronunciare alio in loco eſſe excrementum, ſunt propoſitiones inter ſe
pugnantes: præterea ſi pinguedo eſſet ſanguis optimè coctus, ſequeretur ſemen eſſe
excrementum pinguedinis; prim. enim de gen. an. citat. cap. 19. ait Philoſophus ſemen
eſſe excrementum vltimi alimenti, quod in membris digeritur, ſed vltimum alimentum
eodem docente locis prædictis nihil aliud eſt, quàm ſanguis probè concoctus, igitur
ſemen eſſet excrementum pinguedinis.

B Quò verò dubitationem hanc diluamus iuxta mentem Philoſophi animaduerten-
dum eſt pinguedinis materiam duplicem eſſe propinquam aliam, aliam remotam; quo
poſito, dico ſemen, & pinguedinem fieri ex eadem remota materia, at differre in ma-
teria proxima; ſemen namque, vt Ariſt. docet, eſt ſuperfluitas alimenti ſanguinei
omnium ſimilarium partium, quę nutriũtur, ad vaſa ſeminalia vi eorũ attractum, & per
vlteriorem coctionem elaboratum: pinguedo autem fit ex ſanguine quidem, ſed olea-
gineo, atque aëreo, qui non eſt aptus nutritioni ſolidarum partium. Quocirca etiamſi
conueniant remotè in ſanguine, diſtinguuntur in ſpecie ſanguinis; alius enim eſt ſan-
guis, quo nutriri poſſunt ſolidæ partes, & alius ille, qui ad hoc munus ineptus habetur:
atque hinc euenit, quòd in ijs corporibus, quæ abundant pinguedine, ſit inopia ſemi-
nis, nam quo maior eſt prouentus ſanguinis oleaginei, qui facili negotio conuertitur
in pinguedinem, eò minus eſt ſanguinis optimè cocti, qui poſſit mutari in ſemen; vnde
idem Ariſt. 3. de hiſt. anim. cap. 3. præpinguia omnia exiguæ quantitatis ſangui-
nem habere affirmat: & prim. de gen. an. cap. 18. pinguiores homines minus ſeminis
C emittere. Deprehenditur adhuc diuerſitas iſthæc ex eo, quòd ſemen extra eiaculatum
in aquam reſoluitur, cùm conſtet ex ſpirituoſa, & aquea ſanguinis portione, vt habetur
2. de gen. an. cap. 1. pinguedo verò extra poſita concreſcit; nam coaleſcit ex glutinoſa,
atque oleaginea ſanguinis parte cum terreſtri (licet exigua) coniuncta; vnde magis, &
minus ſolet obdureſcere ſecundùm terream portionem; hac etiam de cauſa, cùm
ſebum ex pluribus terreſtribus partibus conſtet, quam pinguedo: magis id pinguedine
concreſcit, atque induratur.

Ex his nullam inconſtantiam verborum Ariſt. colligi poſſe arbitrandum eſt, quam-
uis pinguedinem modò optimè coctum ſanguinem, modò excrementum appellauerit;
nam propoſitio hæc, *pinguedo eſt ſanguis*, non eſt formaliter prædicatiua, ſed cauſaliter,
videlicet ſanguinem benè coctum eſſe cauſam, ex qua fit pinguedo: dum verò dixit
eſſe excrementum, ſubaudiendum eſt eſſe ſuperfluitatem ipſius ſanguinis magis elabo-
ratam, ac excrementum vtile ſubſtantiæ bonitate, quemadmodum ſemen. Sunt enim
excrementa quædam vtilia, quædam inutilia: excrementum inutile id dicitur ab Ariſt.
D lib. 1. de gen. an. cap. 18. iam citato, à quo nihil præterea naturæ ſuppeditatur, ſed quo
plus abſumitur, eò magis natura vitiatur: animaduertendum tamen, quòd excremen-
tum inutile non ſit omnino præter naturam; verùm tale eſſe, vt ſequeſtratum ab eo,
cuius eſt excrementum, nullum iuuamen corpori adferat; ſi verò eius maior fiat con-
ſumptio, quam par ſit, ab eo natura vitietur. E contra vtile excrementum aliquid
naturæ commoditatis ſuppeditat, vt inquit Ariſt. eiuſque ſi fiat maior conſumptio ex
contrarij ratione minus vitiatur natura; nam vtile, & inutile ſunt contraria, atque ita
ſi conſumptio vnius corpus non vitiat; ergo alterius conſumptio corpus, ac naturam
neceſſariò vitiabit.

Sed hæc Ariſt. determinatio ſano modo intelligenda eſt, vbi inquit, ſi maior excre-
mẽti inutilis fiat cõſumptio, magis natura vitiatur; ergo ſi plus excremẽti vtilis cõſuma-
tur, minus natura vitiabitur. Sic ego dixerim, ſi minor vtilis excremẽti fiat cõſumptio,
minus natura vitiatur; vel ſic, ſi maior illius vtilis excrementi fiat diſſipatio, minus lædi-

tur natura. Quare duæ inutilis excrementi ab Ariſt. aſſignantur conditiones: altera eſt, E vt id ſequeſtratum ab eo, cuius eſt excrementum, nullam præbeat vtilitatem naturæ: altera verò, quòd maior eius conſumptio, quàm ſit neceſſum, naturam violet; vtile autem aliquam vtilitatem adfert, & minor eius conſumptio, quàm par ſit, non naturæ detrimentum parit.

At quærere non immeritò quis poſſet, non ne retentio immodica excrementi inutilis vitiat naturam? cõſumptioque maior quàm par ſit, vtilis, ipſam lædit? quid igitur dicendum? Credo Ariſt. dixiſſe conſumptionem nimiam excrementi inutilis naturam vitiare, quia quamuis inutile ſit, non eſt tamen præternaturam, propterea eius conſumptio moderata eſſe debet, nequè de retentione aliquam habuit mentionem id ex contrariorum ratione ſubaudiens; nam ſi immodica conſumptio nocet, immodica quoque retentio id efficiet, idq́ue ſolummodo de conſumptione dicere voluit, vt oſtenderet eius euacuationem moderatam eſſe debere. De excremento verò vtili contrariam attulit conditionem, videlicet eius nimiam retentionem non vitiare naturam, cùm bonitate ſuæ ſubſtantiæ aliquam vtilitatem afferre poſſit, vt pinguedo, ac ſemen, F quæ excrementa ſunt naturæ familiaria. Sed immodica retentio, ac eorundem conſumptio (ſciſcitabitur quiſquam) non ne corpus vitiat? Vtique; nam ſi minus pinguedinis diſſipetur, quàm generetur, videmus aliquos adeo impinguari, atq́ue opimari, vt in operationibus omnibus vitietur eorum natura, præcipuè in motricibus, quare cum difficultate ſuam traducunt vitam: alios verò ex ſemine retento in morbos incidere idem Ariſt. 1. de gen. an. cap. 18. & 2. de gen. an. cap. 4. atque Gal. 6. de locis affectis teſtantur; licet alibi Ariſt. dicat id non prouenire ratione ſeminis retenti, ſed ex aliorum inutilium excremẽtorum retentione. Addo, quòd ſeminis nimia conſumptio corpus vitiat, vt videre eſt in ijs, qui gonorrhæa laborant, quod ab omnibus medicis tanquam clarum acceptum eſt.

Ad hæc dico, quod etſi ab immodica eorum vtilium retentione lædi, ac vitiari poſſit natura; cùm eadem immodica ſeminis, ac pinguedinis retentio non lædat naturam, ac faciat immodica conſumptio inutilis excrementi, nam huius euacuatio immodica, totius corporis vires infringit, atque reſoluit; vtilis tamen excremẽti retẽtio G exiguam noxam facit ob affinitatem, quam habet cum natura, deinde magis nota eſt læſio, quæ euenit ex conſumptione inutilis excrementi, quàm quod accidit vitium ab vtilis retentione, vnde Ariſt. dixit conſumptionẽ eius nimiam vitiare naturam; retentionemq́ue vtilis excrementi eam ipſam non vitiare, quia non ita notum eſt, quòd ex immodica quadam retentione excrementi vtilis vitietur natura, quemadmodum ex immodica inutilis fluxione. Addo, ſeminis retentionem non lædere ſimpliciter corpus putauit Ariſt. ſed hoc euenire ex admiſtione aliorum inutilium excrementorum; immodicam verò, ac præter naturam excrementi cuiuſque retentionem damnauit nam à pinguedine nimia non ſolùm lædi animantia arbitratus eſt, ſed interire; quod idem de ſeminis nimia retentione confirmauit: ſed quamuis abſolutè dixerit immodicam conſumptionem inutilis excrementi naturam vitiare, nihilominus id de immodica, ac præter naturam vtilium excrementorum retentione, eo quo dictum eſt modo, intelligendum eſt.

De conſumptione verò nimia eiuſdem vtilis excrementi id intelligendum eſt, cùm H nimia retentio lædat, nimiam quoque cõſumptionem ſubaudire oportet, omnia enim mediocria, ac moderata eſſe debere idemmet ſcripſit Ariſt. quamuis immodicam conſumptionem pinguedinis maximè in obeſis, non niſi magnopere conferre poſſe eſt exiſtimandum: concludamus igitur ad propoſitam rem redeuntes, pinguedinem eſſe excrementum vtile ex ſanguine oleaginoſo, aëreo, ac puro, probeq́ue concocto, in tertia coctione excretum. Semen verò quamuis tertiæ eiuſdem coctionis ſit excrementum, non tamen eadem eſt ipſius proxima materia, ac pinguedinis, vt Archangelus ſtatuit; neque in principijs Gal. perſiſtentes eandem vtriuſq́ue recenſere poſſumus, ſiquidem ſtatuit, ad vaſa ſeminalia ſanguinem eundem ferri, qui à iecore ad venam cauam transfunditur: quare immediata materia ſeminis erit ſanguis, qui in vena caua continetur, qui poſtea in vaſis ſeminalibus, ac teſtibus elaboratus in ſeminis naturam ope caloris, ac partium, in quibus moratur, euadit: pinguedinis verò proxima materia

eſt

A eſt ſanguis aëreus oleaginoſus, qui à venis effunditur, cuius ſi maior copia ſit, quàm
illius craſſioris, qui ad nutriendum corpus eſt aptus, pinguiora animalia euadant,
oportet: vnde eſt, quòd animalia pinguia, aut paucum, aut nullum habeant ſemen,
non eſt igitur eadem materia pinguedinis, ac ſeminis niſi ingenere.

Offerunt ſeſe hoc loco, qui mordicùs defendunt eandem eſſe proximam materiā bi-
lis, & pinguedinis, quod falſum mea eſt opinione; nā in ſanguine plures ſunt partes, aliæ
ſubtiles, aliæ craſſæ, aliæ verò mediocres: rurſus ſubtiles duobus modis diuidi poſſunt;
aut enim naturā aëris imitantur, aut ad ignē magis accedunt, tum ſubſtātiæ, tum virtutis
ratione: quæ magis ad aërem appropinquant, illæ ſunt, ex quibus fit materia pingue-
dinis; ſunt enim dulces, atque humiles, quod ad qualitates ſpectat: quæ naturam ignis
magis participant, illæ ſunt, ex quibus bilis efficitur, acres enim ſunt, atque in actione
mordaces. Et quamuis Gal. dixerit ex tenuioribus, ac ſubtilioribus ſanguinis partibus
bilem fieri, de ijs intelligendus eſt, quæ magis ad naturam ignis accedunt, nimirum, quę
ſunt in actione mordaces, ac vehementer agentes: ex quibus apparet, quòd etſi ex ſub-
B tili ſanguinis parte fiat bilis, non tamen vnam, ac eandem eſſe illius materiam, ac pin-
guedinis; nec quicquam obſtat experientia, quà compertum eſt lapillos illos in follicu-
lo bilis enatos pinguedinis inſtar cremari, hoc enim eſt propter materiæ aptitudinem,
ac propenſionem, quam cum igne habet caliditatis ratione.

Accedens modò ad cauſam pinguedinis effectricem nequeo approbare eorum ſen-
tentiam, qui frigiditatem illi formam inducere arbitrantur; nam ex promptuarijs ari-
ſtotelicæ doctrinæ elicere facilè poſſumus frigiditatem non ingredi opus naturæ: au-
thoritates verò, quas ex Gal. aſſumunt de frigiditate, tanquam de cauſa effectrice pin-
guedinis, ſano modo ſunt intelligendæ, quia non de efficiente, hoc eſt, dante formam
pinguedinis accipiendæ ſunt, ſed de illius concretione, ac congelatione. Nec Ariſt.
contrarium vnquam hac in re ſenſit: quapropter quicquid dicant alij, à calido fieri
arbitramur, tam ex Ariſt. quàm ex Gal. ſententia, nam pinguedinem excrementum
eſſe ambo ſtatuunt bonitate ſubſtantiæ vtile; at quodcunque excrementum conſequi-
tur aliquam coctionem, vt 3. meth. med. cap. 3. ac alibi idem ſcripſit Gal. quare ſicut
C concoctio fit à calido, ita & excrementum illius à calido fieri aſſerendum eſt.

Cùm verò pinguedo excrementum ſit alicuius concoctionis, & non ſit primæ, quia
huius excrementa inutilia ſunt fæces: nec ſecundæ, quoniam illius ſunt vtraque bilis,
ac lotium: erit igitur tertiæ concoctionis, quæ à partibus fit, dum ſanguis in carnem,
aut ſimilarem aliquam ſubſtantiam cōuertitur; tunc enim calor ſeparat heterogeneas
ab homogeneis partibus; atque excrementa diuerſi generis ſequeſtrat; nam dum ſan-
guis in venis continetur, aut extra venas defertur, nondum ſeparatus eſt ab alio, alio-
quin plures eſſent ſanguinis formæ in actu, quod eſſe non poteſt. Quæ tamen illi partes
virtualiter inſunt, à calore concoquente, & tranſmutante in aliam ſubſtantiam ſegre-
gantur, ac ſecernuntur, atqui ſi pars illa, quæ ad nutritionem accōmodata eſt, in mino-
ri quantitate, quàm par ſit, fuerit, in maiori verò oleaginoſus, ac aëreus; tunc maior
copia pinguedinis fiet; nam hæc pars à calore incraſſata in pinguedinem euadit per
vlteriorem coctionem. A partibus enim tanquam inutilis nutritioni, aut ſaltem minus
apta expellitur, quæ deinde per corpus tanquam vapor quidam aëreus volitans ad
D membranas pertingit, à quarum denſitate ne transfluere poſſit, impeditur, atque re-
moratur, ibique ſuo lentore adhærens, quaſi innaſcitur; ſanguis autem quicunque ille
fuerit extra propria conceptacula delatus, ſiue in corpore adhuc maneat, ſiue extra,
ſtatim concreſcit, vt ex Gal. doctrina, pluribus in locis habetur, præcipuè 2. prog.
Concretio enim, vt 4. meteor. ſcripſit Ariſt. vel à calido, aut frigido fieri neceſſe eſt,
quæ terminantis rationem habent, ſicut humidum, atque ſiccum terminati; concretio
ſanè nihil aliud eſt, quàm humidi cum ſicco terminatio.

Verum cùm ea, quæ concreſcunt, ex aqua, & terra ſint conflata, ſi magis partipi-
pant de aqua, à frigido concreſcunt; ſi magis ſunt terrea à calido; at in quibus aquæ eſt
prædominium, priùs à calore incraſſantur, deinde euaporato ob calorem humido, à
frigido concreſcunt, quia calidum egreditur: cùm verò pinguedo ſuapte naturà ſit
magis aquea, quàm terrea, hinc eſt, quòd à calore concoquente incraſſatur, à frigidi-
tate poſtmodum membranarum concreſcit.

Dicet quiſquam, Ariſt. 4. meteor. ſcriptum reliquit, oleum nec à calido, neque à frigido concreſcere, ſed ab vtriſque incraſſari, cùm tamen, quia ex aqua participat, concreſcere à frigido deberet: huius rei cauſam reddens ait hoc illi euenire, tum quia aëreum eſt, tum quia viſcoſum; idem igitur de pinguedine dicendum eſt, quę cùm aërea ſit, ac viſcoſa, à nullo concreſcere debet. Huic obiectioni dicendum eſſe puto, quòd quamuis pinguedo aërea, ac viſcoſa ſit, non tamen eſt in eodem gradu, atque oleum; nam portionem quandam terream habet, cuius ratione conſiſtentiam accipit, à proprioque termino quodammodo terminatur ſecundùm magis, ac minus, quia in corpore animalis mollis eſt, vt pote à pauca frigiditate condenſata: extra verò corpus pro varia animantium natura magis, ac minus induratur, atque ita, vt friabilis quandoque redditur, ſicuti in ſeuo, ac in pinguedine bubula obſeruatur. Et quamuis circa membranas non ſit illud frigidum actu, vt oſtendere conatur Archangelus aduerſus Gal. eſt tamen locus frigidus reſpectu venarum, in quibus erat pinguedo virtute, atque earum partium, in quibus concoctio perficitur: habent enim membranæ ſibi inſitum calorem, atque influentem, quantùm ſatis illis eſt, tum pro earum vita, tum pro conſeruatione, qui calor reſpectiuè frigiditatis rationem obtinet, quæ ſufficit ad pinguedinis cõſoliditatem cauſandam; vnde de generatione pinguedinis loquens dico, quòd aliud eſt conſiderare cauſam efficientem dantē illi eſſe, ac diſpoſitiones naturales proprias; aliud eſt conſiderare concretionem: ſi primo modo conſideremus, abſolutè pinguedo ſit à caliditate naturali, ac concoquente; ſi verò concretionis ratione eandem pinguedinem conſideremus, tunc ſit à frigido, quod tale per comparationem cum maiore calore appellatur. B F

Sed quid ad Gal. qui 2. de temp. cap. vlt. dixit circa viſcera calida non generari pinguedinem? dico in quibuſdam animalibus id verum eſſe, at in homine falſum; hoc autem euenit, quia calor nimis potens eſt, materiamque pinguedinis, ac ipſam pinguedinem in ſuo eſſe conſtitutam abſumens; calor enim efficiens pinguedinem debet eſſe temperatus: hinc eſt, quòd Ariſt. reddens rationem, cur ren dexter minus obruitur pinguedine ſiniſtro, ait propter nimium hepatis calorem abſumentem pinguedinem. Vbi tamen Gal. dixit pinguedinem fieri à frigiditate, id intellexit de concretione, quam G forſan putauit eſſe illius generationem; propterea, qui dicunt eandem fieri à frigiditate intelligendi ſunt de concretione; qui verò à calido de generatione, & hoc modo nulla erit inter eos diſcordia, Ariſtotelisq; perpetua erit propoſitio, ac veriſſima, quòd ea, quæ liquantur à calido, concreſcant à frigido; falſa autem ſi in hunc ſenſum accipiant, quòd ea, quæ liquantur à calido, fiant à frigido; nam aliud eſt fieri, aliud concreſcere; quandoquidem plurima eſſe ſuum perfectum habent, antequam concreſcãt, vt ſunt pinguedines, & gummi. Id etiam apparet in aqua, quæ antequam concreſcat, atque à frigido congeletur, ſuum habet eſſe; ita pinguedo etiamſi liqueſiat, eſt tamen pinguedo; eſſe enim concretile à diſpoſitione materiæ habet, formam verò concretionis à frigiditate; & hæc de materia, & cauſa efficiente pinguedinis.

Vtrum modò pinguedo calida ſit? materia, ex qua conſtat, oſtendit eam temperatam eſſe, verùm ſi recens ſit moderatè eſt calida, vetus verò calida, ac facultatem habet diſcutiendi ſecundùm magis, & minus pro animalium diuerſitate, vt 2. de comp. med. cap. 2. ac pluribus in locis ſcripſit Gal. Varijs nominibus donatur, nam alij pinguedinem, alij adipem, alij axungiam, alij lardum, ſeu laridum vocant, alij aruinam; quæ omnia parum, aut nihil differunt; adeps enim, & pinguedo ſunt vnum, & idem; axungia verò eſt pinguedo interna ſuis hac ratione appellata, quia axes inunguntur; lardum autem pinguedo dorſi ſuis eſt, aruina etiam appellata. Sebum quoque à pinguedine differt ratione diuerſorum animalium, in quibus vnumquodque ſit; nam ſebum ſit in animalibus, quæ carent dentibus, hoc eſt, quæ vtrinque non ſunt dentata: pinguedo verò in ijs, quæ vtrinque dentata ſunt; addo & ſubſtantiæ ratione, nam ſebum fragile eſt, atque cùm refrixit, concreſcit. Pinguedo etiam adeps liquidus eſt, minimeque aptus indurari, 3. de hiſt. cap. 17. ac 2. de part. an. cap. 5. H

De

A ## *De Membrana Carnoſa. Cap. X.*

HOmo à natura eà induſtriâ, & diligentiâ fabrefactus eſt, vt quicquid omnibus alijs creatis in genere tribuit, id ei ſoli in ſpecie cõferendum putarit; nam in conſtruendis, & efformandis partibus humani corporis (quarum beneficio ſuas actiones præſtat, motum ſcilicet artificialem iam dictum) haud defuit, dum nihil ageret, nihilque moliretur, quod non ad actionem commodiùs edendam, ad eius cõſeruationem, & inſtrumenti totius tutelam, quàm maximè accommodatum videretur. Et licet in omnibus eius præclarum ſtudium eluceat, tamen ſingulariter in generatione illius partis, quam ſenſorium ſenſus tactus eſſe volebat, conſueta ſua ſagacitate vtebatur: ſi, quæ ad eius actionem melius peragendam, vel ad ipſius conſeruationem, aut ornatum, ad commoditatem, vel tutelam ſpectant, corporeis oculis, aut ſaltem animo, & cogitatione percurramus, accipiemus quæque elegantiâ perpolitâ, ſolertiâ indefeſſâ, pro-
B uidentiâ, vel maximè circumſpectâ eſſe conſtructa. Nam eam ad extimam corporis ſuperficiem collocandam, eique propugnaculum in ſuperficie præfigendum cenſuit, ne ab iniurijs externis, aut ab obiectis proprijs læderetur; cùm ſit exactiſſimo ſenſu prædita: hoc autem propugnaculum, & ſimul medium eſt cuticula, quæ, vt ſuperius dictum, eſt tenuis, denſa, & omni ſenſu caret.

Neque verò extrinſecùs benè diſpoſuiſſe organum tactus ſuffecerat, niſi intrinſecùs quoque ſuas conditiones requiſitas haberet: quare ad id, vt expeditiùs, & decentiùs ſua munia inſtrumentum hoc obiret, pinguedinem interiori ſuperficiei agglutinandam duxit; at ea ratione, vt non commiſceretur carnoſæ membranæ ipſa cutis, quod brutis, animantibus à natura quidem conceſſum eſt, quò minori labore excutere queant extrinſecùs nocentia, vt muſcas, & alia id genus infeſtantia. At in animali ciuili, vt eſt homo, cùm ſuperuacaneum eſſe aduertiſſet, aliter ordinauit; pro maiori enim tutela ſenſus tactus poſt pinguedinem carnoſam membranam collocare voluit, ne durities muſculorum eius tàm facilè ſibi officeret; tutatur tamen eam in illis præcipuè partibus, in
C quibus pinguedine priuata eſt, de qua breuiter tractare inſtituimus, ad cuius intelligentiam opus eſt primùm declarare, quid ſit membrana.

Ad internam cutis ſuperficiem duas partes reperiri diximus, nempe pinguedinem, & membranam carnoſam appellatam: primam, pinguedinis videlicet abſoluimus hiſtoriam, quæ etſi in omnibus cutis ſuperficiei partibus minimè reperiatur, eſt tamen in homine inter cutem, & membranam carnoſam; ſecùs res ſe habet in brutis, in quibus membrana carnoſa cuti immediatè adnexa eſt, vt paulò antè dictum fuit; de illa igitur opus fuit primùm loqui, tanquam de ea parte, quæ ſenſui primùm ſubiecta eſt: deinde membranæ carnoſæ hiſtoriam tractare, ad cuius faciliorem intelligentiam declarandum duxi, quid membrana ſit, explicandumque ante alia nomen. Apud Gal. 7. de anat. admin. cap. 2. duplicem vocem reperio idem ſignificare, ſed ſub diuerſa ratione; prima eſt ὑμὴν, ſecunda χιτὼν, ea noſtrâ linguâ membrana cenſetur, iſta verò tunica: membranaque, ſeu ὑμὴν dicitur ratione ſubſtantiæ, eò quòd membranoſa ſit tunicarum ſubſtantia; χιτὼν autem, ſeu tunica dicta eſt ratione officij, quia ad modum tunicæ corpora
D tegunt, appellantur igitur membranæ, & tunicæ, ita, vt nomine membranæ, & nomine tunicæ vnam, & eandem rem ſignificare intendamus, quare habita nominis ſignificatione, ad eſſentiæ definitionem properandum eſt.

Membrana, ſeu tunica eſt pars corporis ſimilaris ſenſu prædita, viuens, à virtute membranifica ex ſpermate facta, vt ſuperficies aliarum partium cuſtodiat. Sumitur in hac definitione *pars*, vt genus; *ſimilaris* ad organicarum differentiam additur; quòd verò ſimilaris ſit, à Gal. 7. de anat. cap. 2. habetur, atque etiam ſenſu patet, quia eius partes membrana dicuntur differtque à reliquis ſimilaribus partibus, nempe carne, oſſibus, ligamentis, & huiuſmodi, quòd *ſenſu ſit prædita*, vt ex pluribus Gal. locis colligitur, vnde 7. de locis affe. nec non alibi membranam eam, quæ ſub cute eſt, itidem, & omnia ὑμένια ſentire ſcribit; cæterùm iecoris tunicam inflammatam dolorem grauiſſimum efficere 6. aphor. 5. ſcriptum reliquit; quare per ſenſum, quem habent membranæ, à reliquis ſimilaribus partibus diſcrepant.

Sed audio quempiam veſtrum mihi obijcientem, eundem Gal. contrariam huic habuiſſe ſententiam, dum lib. artis medicæ ſcriberet membranas in numero harum partium eſſe, quæ innatas tantùm facultates habent, non autem aliunde affluentes; ſed ſenſum à cerebro per neruos affluere vbique à Gal. decantatum eſt: quare apparet ex eius dictis eſſe controuerſiam. Sed obiectio hæc facilè deletur; nam aliud eſt conſiderare partes corporis, vt in ſe ipſis ſuas habent innatas facultates, quibus ad nutriendi actum ſine alterius cuiuſpiam ope deuenire poſſunt, nempe trahere alimentum, retinere, alterare, & concoquere: & aliud, vt conſeruandæ ſunt. Primo modo membranæ, glandula, caro, & aliæ partes à Gal. hoc loco enumeratæ pro nutritione ſua efficienda habēt facultates innatas, & ſine ope aliena ad actionem prodeunt; ſin ſecundo conſiderentur modo, affluxu egent à membris præcipuis, nempe à corde, & cerebro, vt vita frui, nec non nocua ab innoxijs ſecernere poſſint. Gal. in lib. art. med. partes conſiderauit, quatenus à natura primaria ratione ſunt inſtitutæ, & enumerauit inter eas, quæ ſibi tantùm innatas habent facultates, quibus poſſint ſuis muneribus fungi, licet ad ſui conſeruationem, & operationem affluxum ab alijs recipere neceſſe ſit, ad conſeruationem quidem ab hepate, ad operationem à cerebro.

Nec audiendus eſt Capiuaccius ſcribens in ſua methodo anatomica Gal. eo loci non loqui de veris membranis, ſed de illis, quæ per ſimilitudinem membranæ dicuntur ortum ducentibus ab oſſibus, quæ naturam potiùs ligamenti ſapiunt, quàm membranæ: hæ ſemper affluxu egent; illæ verò minimè, cùm ſint ligamenta; & quamuis ligamenta careant ſenſu, egent tamen affluxu à corde, & iecore, etſi à cerebro nullum habeant pro ipſarum conſeruatione: at veræ membranæ, vt conſeruentur, & operentur à corde, iecore, & cerebro affluxum recipiunt. Quamobrem in definitione rectè à nobis additum fuit membranas eſſe *ſenſus participes*, quia hac ratione ab alijs, quæ ligamenta ſunt, & membranarum figuram habere videntur, diſcrepant.

Additur inſuper in allata definitione *viuens*; nam pars ſentire nequit, ni viuat, ad differentiam vnguium, cuticulæ, & huiuſmodi, quæ minimè viuunt, & hæc de membranarum forma: additur præterea *ex ſpermate* conſtare membranas, vt differentiam à materia innuamus, quam habet à cuticula, & ab illis tunicis, quæ aliquando præter naturam in aliquibus abſceſſibus generantur ab excrementis: materia igitur membranæ eſt ſperma, efficiens cauſa particularis dicitur *membranifica*, quamuis natura omnium corporis partium opifex ſit, in membris tamen particularibus faciendis particulari nomine appellatur; vnde quando membranas efficit membranifica appellatur, vt fuſiùs in principio dictum eſt.

Modus verò, quo vtitur in partibus efformandis talis eſt, primùm iacit ſuæ partis generandæ fundamenta, nempe filamenta quædam ſpermatica extendit orditūræ in modum: deinde hæc filamenta ſubſtantiâ quadam membraneâ munit; tandem has ipſas texturæ in modum per propriam carnem perficit, vnde Gal. 10. meth. med. vlt. dicebat vnamquamque ſimilarem partem ex triplici primordio ſuæ generationis conſtare ſubſtantiâ, nempe fibroſâ, membranoſâ, atque carnoſâ, quæ omnia ex ſpermatis illa parte, à qua oriri debet pars, eliciuntur; quare hoc nomen carnis dicitur de propria illa partis portione, quam noſtri pulpam meritò appellant; ex ſpermate igitur ad hunc modum natura efficit membranas. Verùm cùm natura in quacunque efformanda parte duplici vtatur inſtrumento, nempe virtute alteratrice, & conformatrice; mediante alteratrice, membrana propriam ex ſpermate adipiſcitur ſubſtantiam, & temperamentum, quod licet in omnibus membranis frigidū, & ſiccum ſit, vt ait Gal. 7. de locis affectis; nihilominus ſecundùm magis, & minus diuerſificatur pro varietate membranarum, vt in membrana hac carnoſa apparet, in qua ob multas carneas fibras, quas in ſe habet, frigida, & ſicca temperies remittitur & in collatione ad alteram membranam carentem fibris poteſt dici calidæ temperiei.

A virtute etiam alteratrice aſſumit membrana denſitatem, raritatem, craſſitiem, tenuitatem, mollitiem, duritiem, lentorem, aut alias ſecundas qualitates, quia ipſæ ſequuntur temperamentum, quod ineſt partibus ſecundùm propriam eſſentiæ rationem; attamen in particularibus membranis efformandis, denſitas, raritas, craſſities, tenuitas, durities, & mollities, aſperitas, & lenitas à conformatrice prodeunt, cùm aliquid

A aliquid denſum, & rarum fiat reſpectu meatuum numeri, vbi plures ſunt meatus dici-
tur rara, vbi nulli dicitur denſa; meatus autem ad figuram ſpectant, itidem & craſſities
dicetur figuræ ratione, quemadmodum aſperitas, lenitas, mollities, & durities ſuper-
ficiem reſpiciunt, quæ ad figuram attinet: quare in vniuerſum hæ ſecundæ qualitates,
quæ tactus ſunt, materiam ſequi videntur; at in particulari ſpectant ad plaſmationem,
ſeu conformationem, quæ à forma proficiſcitur: à virtute igitur conformatrice variam
compoſitionem accipiunt membranæ pro varijs locis, in quibus generantur.

Membrana carnoſa, de qua inſtituta præſens eſt dictio, ſitum habuit ad internam
cutis ſuperficiem, tantamque magnitudinem obtinuit, quanta eſt vniuerſa cutis, quem-
admodum, & figuram, cuius ſuperficies varijs carnoſis fibris eſt prædita, quare,
& membrana carnoſa appellatur, iiſque fibris cæteris membranis redditur mollior:
craſſitiem tamen non in omnibus partibus eandem habet; propterea cutis cui tam te-
naciter hæc membrana carnoſa adhæret, vt vix cultro ſeparari poſſit, muſculoſa reddi-
tur in fronte, facie, totaque ceruice; & aliquando vſque ad medium caput talis ap-
B paret, quo nomine, & tota cutis capitis, & aures interdum huius tunicæ beneficio
motu voluntario mouetur. Alligatur etiam pinguedini, at vbi nulla eſt pinguedo, cuti, vt
dictum eſt, admodum obſtinatè adhæret: nec cum ſubiectis partibus vllum habet com-
mercium, vnde quando Ariſt. ſcriptum reliquit, cutem minimè ſubiectis partibus ad-
nexam eſſe intelligendus eſt de cute cum membrana carnoſa, quia cutis pinguedini,
vbi illa eſt, adnectitur, nec non membranæ carnoſæ: quare cutis per ſe accepta, cum
ſubiectis partibus commercium habet, at ſi tota conſideretur cum ſua membrana car-
noſa, tunc ſanè veriſſimum eſt ipſam minimè ſubiectis adhærere partibus. Ex quibus
omnibus ſatis patere arbitror, quæ ſit materia membranæ carnoſæ, quomodo fiat,
quam compoſitionem, nempe magnitudinem, conformationem, ſitum, ac colligan-
tiam habeat: at relinquitur, vt videamus, in quem vſum à natura ſit data.

In definitione membranæ dictum eſt membranas omnes factas eſſe, *vt ſint ſuperfi-
ciei partium tegmen, ac tutela*, cùm itaque hæc ſit membrana, credendum eſt eandem
vtilitatem cuti præbere, hinc varijs carnoſis fibris eſt prædita, vt mollior ſit, ac
C poſſit ſua mollitie cutem conſeruare à ſubiectarum partium contactu duro,
nempe à membranis muſculorum, quæ denſæ ſunt, atque duræ: cæte-
rùm, quia in aliquibus locis cum oſſibus ferè contigua eſt, à qui-
bus cutis, quæ exactiſſimo ſenſu prædita eſt, facillimè lædi
poſſet, hinc, vt inuiolata ſeruetur, membranam car-
noſam ſibi ſubiectam habuit,

FINIS SECVNDAE DECADIS.

Digitized by Google

Sed audio quempiam veſtrum mihi obijcientem, eundem Gal. contrariam huic ha- B
buiſſe ſententiam, dum ſib. artis medicæ ſcriberet membranas in numero harum par-
tium eſſe, quæ inſitas tantùm facultates habent, non autem aliunde affluentes;
ſed ſenſum à cerebro per neruos affluere vbique à Gal. decantatum eſt: quare appa-
ret ex eius dictis eſſe controuerſiam. Sed obiectio hæc facilè deletur; nam aliud
eſt conſiderare partes corporis, vt in ſe ipſis ſuas habent innatas facultates, quibus ad
nutriendi actum ſine alterius cuiuſpiam ope deuenire poſſunt, nempe trahere alimen-
tum, retinere, alterare, & concoquere: & aliud, vt conſeruandæ ſunt. Primo modo
membranæ, glandula, caro, & aliæ partes à Gal. hoc loco enumeratæ pro nutritione
ſua efficienda habēt facultates innatas, & ſine ope aliena ad actionem prodeunt; ſin ſe-
cundo conſiderentur modo, affluxu egent à membris præcipuis, nempe à corde, & ce-
rebro, vt vita frui, nec non nocua ab innoxijs ſecernere poſſint. Gal. in lib. art. med.
partes conſiderauit, quatenus à natura primaria ratione ſunt inſtitutæ, & enumerauit
inter eas, quæ ſibi tantùm innatas habent facultates, quibus poſſint ſuis muneribus
fungi, licet ad ſui conſeruationem, & operationem affluxum ab alijs recipere neceſſe F
ſit, ad conſeruationem quidem ab hepate, ad operationem à cerebro.

Nec audiendus eſt Capiuaccius ſcribens in ſua methodo anatomica Gal. eo loci non
loqui de veris membranis, ſed de illis, quæ per ſimilitudinem membranæ dicuntur
ortum ducentibus ab oſſibus, quæ naturam potiùs ligamenti ſapiunt, quàm membra-
næ: hæ ſemper affluxu egent; illæ verò minimè, cùm ſint ligamenta; & quamuis li-
gamenta careant ſenſu, egent tamen affluxu à corde, & iecore, etſi à cerebro nullum
habeant pro ipſarum conſeruatione: at veræ membranæ, vt conſeruentur, & operen-
tur à corde, iecore, & cerebro affluxum recipiunt. Quamobrem in definitione rectè à
nobis additum fuit membranas eſſe *ſenſus participes*, quia hac ratione ab alijs, quæ li-
gamenta ſunt, & membranarum figuram habere videntur, diſcrepant.

Additur inſuper in allata definitione *viuens*; nam pars ſentire nequit, ni viuat, ad
differentiam vnguium, cuticulæ, & huiuſmodi, quæ minimè viuunt, & hæc de membra-
narum forma: additur præterea *ex ſpermate* conſtare membranas, vt differentiam
à materia innuamus, quam habet à cuticula, & ab illis tunicis, quæ aliquando præ- G
ter naturam in aliquibus abſceſſibus generantur ab excrementis: materia igitur mem-
branæ eſt ſperma, efficiens cauſa particularis dicitur *membranifica*, quamuis natura
omnium corporis partium opifex ſit, in membris tamen particularibus faciendis par-
ticulari nomine appellatur; vnde quando membranas efficit membranifica appellatur,
vt fuſiùs in principio dictum eſt.

Modus verò, quo vtitur in partibus efformandis talis eſt, primùm iacit ſuæ partis
generandæ fundamenta, nempe filamenta quædam ſpermatica extendit orditúræ in
modum: deinde hæc filamenta ſubſtantià quadam membraneà munit; tandem has
ipſas texturæ in modum per propriam carnem perficit, vnde Gal. 10. meth. med. vlt.
dicebat vnamquamque ſimilarem partem ex triplici primordio ſuæ generationis con-
ſtare ſubſtantià, nempe fibroſà, membranoſà, atque carnoſà, quæ omnia ex ſpermatis
illa parte, à qua oriri debet pars, eliciuntur; quare hoc nomen carnis dicitur de pro-
pria illa partis portione, quam noſtri pulpam meritò appellant; ex ſpermate igitur ad
hunc modum natura efficit membranas. Verùm cùm natura in quacunque efformanda H
parte duplici vtatur inſtrumento, nempe virtute alteratrice, & conformatrice; median-
te alteratrice, membrana propriam ex ſpermate adipiſcitur ſubſtantiam, & tempera-
mentum, quod licet in omnibus membranis frigidū, & ſiccum ſit, vt ait Gal. 7. de locis
affectis; nihilominus ſecundùm magis, & minus diuerſificatur pro varietate mem-
branarum, vt in membrana hac carnoſa apparet, in qua ob multas carneas fibras, quas
in ſe habet, frigida, & ſicca temperies remittitur & in collatione ad alteram membra-
nam carentem fibris poteſt dici calidæ temperiei.

A virtute etiam alteratrice aſſumit membrana denſitatem, raritatem, craſſitiem,
tenuitatem, mollitiem, duritiem, lentorem, aut alias ſecundas qualitates, quia ipſæ
ſequuntur temperamentum, quod ineſt partibus ſecundùm propriam eſſentiæ ratio-
nem: attamen in particularibus membranis efformandis, denſitas, raritas, craſſities,
tenuitas, durities, & mollities, aſperitas, & lenitas à conformatrice prodeunt, cùm

aliquid

A aliquid denſum, & rarum fiat reſpectu meatuum numeri; vbi plures ſunt meatus dici-
tur rara, vbi nulli dicitur denſa; meatus autem ad figuram ſpectant, itidem & craſſities
dicetur figuræ ratione, quemadmodum aſperitas, lenitas, mollities, & durities ſuper-
ficiem reſpiciunt, quæ ad figuram attinet: quare in vniuerſum hæ ſecundæ qualitates,
quæ tactus ſunt, materiam ſequi videntur, at in particulari ſpectant ad plaſmationem,
ſeu conformationem, quæ à forma proficiſcitur: à virtute igitur conformatrice variam
compoſitionem accipiunt membranæ pro varijs locis, in quibus generantur.

Membrana carnoſa, de qua inſtituta præſens eſt dictio, ſitum habuit ad internam
cutis ſuperficiem, tantamque magnitudinem obtinuit, quanta eſt vniuerſa cutis, quem-
admodum, & figuram, cuius ſuperficies varijs carnoſis fibris eſt prædita, quare,
& membrana carnoſa appellatur, ijſque fibris cæteris membranis redditur mollior:
craſſitiem tamen non in omnibus partibus eandem habet; propterea cutis cui tam te-
naciter hæc membrana carnoſa adhæret, vt vix cultro ſeparari poſſit, muſculoſa reddi-
tur in fronte, facie, totaque ceruice; & aliquando vſque ad medium caput talis ap-
B paret, quo nomine, & tota cutis capitis, & aures interdum huius tunicæ beneficio
motu voluntario mouetur. Alligatur etiam pinguedini, at vbi nulla eſt pinguedo, cuti, vt
dictum eſt, admodum obſtinatè adhæret: nec cum ſubiectis partibus vllum habet com-
mercium, vnde quando Ariſt. ſcriptum reliquit, cutem minimè ſubiectis partibus ad-
nexam eſſe intelligendus eſt de cute cum membrana carnoſa, quia cutis pinguedini,
vbi illa eſt, adnectitur, nec non membranæ carnoſæ: quare cutis per ſe accepta, cum
ſubiectis partibus commercium habet, at ſi tota conſideretur cum ſua membrana car-
noſa, tunc ſanè veriſſimum eſt ipſam minimè ſubiectis adhærere partibus. Ex quibus
omnibus ſatis patere arbitror, quæ ſit materia membranæ carnoſæ, quomodo fiat,
quam compoſitionem, nempe magnitudinem, conformationem, ſitum, ac colligan-
tiam habeat: at relinquitur, vt videamus, in quem vſum à natura ſit data.

In definitione membranæ dictum eſt membranas omnes factas eſſe, *vt ſint ſuperfi-
ciei partium tegmen, ac tutela*, cùm itaque hæc ſit membrana, credendum eſt eandem
vtilitatem cuti præbere, hinc varijs carnoſis fibris eſt prædita, vt mollior ſit, ac
C poſſit ſua mollitie cutem conſeruare à ſubiectarum partium contactu duro,
nempe à membranis muſculorum, quæ denſæ ſunt, atque duræ: cæte-
rùm, quia in aliquibus locis cum oſſibus ferè contigua eſt, à qui-
bus cutis, quæ exactiſſimo ſenſu prædita eſt, facillimè lædi
poſſet, hinc, vt inuiolata ſeruetur, membranam car-
noſam ſibi ſubiectam habuit.

FINIS SECVNDAE DECADIS.

IOAN-

IOANNIS BAPTISTAE CORTESII

MISCELLANEORVM MEDICINALIVM DECAS TERTIA.

De Curtorum Reſtauratione.

CVm natura labia, nares, atquè aures in humana facie primùm actionum, mox ornatus cauſâ, & quaſi per iocum Gal. Magiſtro 11. de vſ. part. cap. 13. effinxerit; mirum videri poteſt, qui fiat, quòd ſi ea hiſce partibus priuetur, longè maius detrimentum in ornatu, qui poſteriùs intenditur, quàm in iiſdem actionibus, quas primò reſpicit, importetur. Quinimò ſicuti non ſolùm imminui, verùm etiam prorſus euerti oris venuſtatem, dignitatemq́ue cuilibet compertum eſt; ita ſatis ambiguum quis cenſere poſſet, quodnam ex illarum partium deficientia faciei actionibus inferatur incommodum. Quare, vt in huius rei notitiam perueniamus, conſiderandum eſt, tot ex facie prodire actiones, quot in ea reperiuntur inſtrumenta: hæc autem ſunt oculi, qui viſionem eliciunt, aures, nares, auditui, odoratuiq́ue inſeruientes, nec non os, cuius beneficio loquimur, reſpiramus, & edimus. Quo poſito aſſeuero ex ſectis naribus, vel auribus, aut labijs horum inſtrumentorum nullam actionem lædi; de viſione quidem adeò manifeſtum eſt, vt nihil dicendum deſideretur: tota itaque dubitatio poſita videtur in auditu, olfactu, & oris muneribus, ſi tamen rem intimiùs ſcrutari velimus, apertè videbimus, nec ea, neque vſus ad illa ſpectantes prædictarū partium defectu incommodari; nam eæ non concurrunt ad compoſitionem inſtrumentorum, è quibus prodeunt operationes, vt partes, quibus primò debeatur actio, aut ſine quibus fieri nequeat, vel vt melius fiat; & primùm patet hoc in odoratus ſenſu, cuius etſi præcipua pars non ſit eadem apud omnes Authores; certum tamen eſt eam non eſſe nares. F G

Auerroes enim lib. prim. collig. cap. 11. exiſtimauit internam narium tunicam eſſe primarium odorandi inſtrumentum, quem inter recentiores ſectatus eſt Valleſius lib. 2. contr. 24. ſed hæc opinio à multis, vt falſa, reijcitur. Gal. verò ſcribit lib. de odorat. inſtrum. cap. 3. eſſe cerebri anteriores ventriculos. Ariſt. & Auicennas ſimul cum communi Medicorum, & Philoſophorum ſchola affirmarūt eſſe proceſſus illos, quos mammillares vocant ſupra oſſa ἠθμοειδῆ, velut opercula quædam reſidentes; naſum itaque ab hoc munere omnes excludunt, qui tamen bifariam huic odoratus actioni, eſt vtilis; primùm quia aërem intrò trahit ad ventriculos cerebri, ac inde ad pulmones impellit, vt Ariſt. prim. hiſtor. cap. 11. & Gal. 11. de part. vſ. cap. eodem docent: ſecundò quia odores ad ſua principia ducit, Gal. lib. de odoratus inſtrum. cap. 3. iam citato. Sed præter hæc duplici adhuc ratione vtilitatem affert; nam vocem reddit clariorem, ſermonemq́ue magis expeditum; deinde redundantem pituitam è cerebro educit, 8. de vſ. part. cap. 6. quocirca foras per narium meatus excrementa feruntur, foris autem intrò H facultates olfaciendi ſenſibilia: nec mirum videri debet ſi naſus tot pariat commoda, quia Gal. docente loco præcitato, hæc eſt naturæ ſolertia, & amplitudo, confuſam multitudinem in condiendis inſtrumentis euitare, vbi ab vno membro plures efficiendi ſunt vſus. Cùm igitur poſt narium præciſionem principalis pars omnino intacta ſuperſit, nec canalis, per quem aër, & ſimul odor in ſua inſtrumenta defertur, impediatur, aut vox, vt experientia docet, lædatur, atque excrementa facilius foras prorumpere poſſint, ſequitur earum abſentiam nullo pacto læſuram odorandi actionem.

Labia verò ori adiuncta ſunt oſtij vice, dentes enim tegunt, vocemq́ue articulatiorem reddunt, quod docuit Ariſt. lib. 2. de part. animal. cap. 5. dum dixit naturam labiorum cùm ad tutelam, & ſalutem dentium adiunctam eſſe, tum in hominibus potiori de cauſa, vt illorum ope loqui poſſint. Aures etiam, quæ & auriculæ ab Ariſt. prim. Hiſtor. cap. 10. dicuntur, auditui duplici nomine famulantur, primò quia ab iniurijs exterioribus

A ribus ipſum defendunt,deinde quia ſonos aliquo modo excipiunt, & exceptos ad meatum auditorium impellunt: quare procul dubio eſt, quòd labia, & aures ſectæ actionibus, quibus deſtinatæ ſunt, officiant; labia enim curta loquelam tantiſper, auriculæ verò ſectæ auditum non mediocriter lædunt. Adhæc tantam læſionem in facie quoad decorem, & venuſtatem ex præciſione aurium, & labiorum ſuboriri liquet,vt ſi ea,quæ in actionibus fit, comparetur cum iſta, læſionis nomen non mereatur, quod manifeſtū fiet faciei dignitatem, & decorem conſideranti, quæ à tribus potiſſimùm deſumuntur, à nobilitate, & pluralitate actionum, quas ipſa in corpore præſtat; ſecundò à pulchritudine propria: tertiò ab vtilitatibus, quæ ab aſpectu ipſius habentur.

Actiones, quæ à facie fiunt,ſunt multiplices,quarum aliæ ad vitam neceſſariæ,& aliæ ad meliorem vitam: ad vitam neceſſariæ ſunt reſpiratio, maſticatio, atque alimentorum deglutitio; ad meliorem vitam ſunt viſio, auditio, olfactus, & guſtus, quæ omnes ſine vlla dubitatione nobiliſſimæ cenſentur; Gal. enim dicebat actiones ad vitam neceſſarias eſſe digniſſimas; facies autem has omnes prodit; nam per eam, vt dictum eſt,
B videmus, audimus, odoramus, guſtamus, loquimur, reſpiramus, & cibum ſumimus, quòd ex inſtrumentis, à quibus tales prodeunt actiones, conſtituta ſit: quapropter facies tam ob præclaras,quas obit operationes,quàm ob numerum ipſarum talem dignitatem, ac præſtantiam habet, vt nulla alia pars in corpore illi in dignitate, & decore comparari poſſit.

A pulchritudine quoque illius dignitas deſumi facilè poteſt; nam pulchritudo ex communi Medicorum, ac Philoſophorum conſenſu triplex habetur; quarum prima eſt partium optimus ſtatus,ſiue ſymmetria ex actionibus bonis innoteſcens; altera,quæ naturæ bonitate,& in fabricando ſolertia,ac diligentia in eleganti,admirabilique linearum, colorum, & partium optima conſtitutione, ac proportione conſiſtit: tertia eſt comptus quidam, ſeu elegantia fucata, & adulterina mangonibus, & mulieribus de forma magis,quàm conueniat ſolicitis familiariſſima,quę in colorum recta adminiſtratione maximè reperitur. Omnes hæ pulchritudines in facie, tanquam in propria ſedé continentur; licet in alijs corporis partibus appareant, in facie tamen velut formæ de-
C cor, præſertim cum partium vtilitatibus, non ſecùs, ac in proprio domicilio reſplendet; in hac enim parte natura ſuas diuitias oſtentare eſt viſa, tot quidem, tantæ, & tàm diuerſæ membrorum dimenſiones, atque concentus in ipſa concurrunt,vt ſi res quemadmodum decet conſideretur, in facie conſtituenda natura ſe ipſam ſuperauit. Neque enim in ea vlla pars reperitur, quæ ſua careat elegantia: frons, & ſupercilia numquid ſingulari pulchritudine cohoneſtata ſunt? oculis quid deeſt, numquid decorem, & decentiam præclariſſimam præſeferunt? quid in naribus leporis, in malis iucunditatis, & nitoris deſiderari poteſt? adhæc naſus in media facie eleuatus, qui præter venuſtatem, neſcio quid maieſtatis regiæ ob oculos omnium ponere videtur; non in labijs ſplendor,nec in auribus ſingularis conformatio requiritur; ex quibus omnibus fit harmonia illa,cuius beneficio faciei dignitas, in qua verſatur,comparata eſt.

Succedit ex facie diſtingui ſexus, & in ea tanquam in tabula temperiei ſigna,cùm totius corporis, tum cerebri, ac iecoris nobis exponi, à quibus ceu manu ducti facile in vniuerſi corporis cognitionem ducimur, ſiue corpora ſana, ſiue morboſa ſint: ex ipſa
D etiam facie ſæpè paſſiones animi deteguntur: quare in ſublimiori corporis parte à natura poſita eſt, vt conſpici commodiùs poſſet, hincque prima ſeſe oculis aliorum obijcit; prima viſum percellit; prima placet; prima diſplicet; hæc omnes, in ſe vultum dirigentes, mox commouet, hæc animum ſubit, hæc demum prima amore, ac beneuolentia alios deuincit; nam ſi aliquem benè, & vt decet compoſitum intuemur, ſi facies illiberalis, & indecens appareat, eum non pulchrum, ſed turpem potiùs iudicamus. Quemadmodum vice verſa, ſi facies elegantior fuerit,ac iucundior, quamuis reliquum corpus à proportione, ac rythmo recedat, hunc potiùs pulchrum, quàm deformem eſſe cenſemus.

Prout ex his tribus capitibus dignitatem faciei, & ſuarum partium venuſtatem elucere accepimus, ſic ex naſi labiorum,& aurium priuatione turpitudinem,ac deformitatem apparere clariſſimum eſt, nec alia eget probatione; adeò,vt aſſerere liceat vnicuique,faciem,dum iacturam facit partis alicuius,longè maiorem læſionem ratione digni-

Digitized by Google

tatis ſuæ, & conuenientiæ, quàm detrimentum actionum pati: quis enim non videat B quanta turpitudinis nota faciei innritur, dum naſum perdit? quia amittit illam elegantiam, illumq́ue decorem, quem ex naſi prominentia antea recipiebat, & conſequenter tota inſigniter læſa, hoc pacto deformiſſima redditur; licet nec vlla quidem ex parte actio inſtrumenti odoratus vitietur. Ni forſan dicere quis velit deperditum ex naſi ſectione illum eſſe vſum, aut vtilitatem abolitam, quę contegebat mucos à capite deſcendentes, vnde ij conſpicui exiſtentes macula non exigua faciem aſpergunt, & exoſam reddunt, cùm hæ mucoſæ turpitudines continuò per oſſa ἠθμοειδῆ à cerebro percolentur: ſed huiuſmodi vſus, quem naſus præſtat ad pulchritudinem, & ornatum facit; præciſus verò integram faciem deturpat, neque ita neceſſarius eſt, quia non ſemper mucus deſtillat, ſed ſolùm quando abundè cerebrum pituita oneratum eſt.

Quod de naribus, illud ipſum de labijs ſectis dicendum eſt, quæ etſi aliquo modo vitiant locutionem, magis tamen faciei dignitatem, & venuſtatem lædunt: dentes enim quos tanto ornatu tegebant, eoſdem magno dedecore conſpicuos omnibus exponunt, dum proprio tegumento priuatos deſerunt, facieſq́ue hoc pacto turpiſſima F redditur. Auditus etiam ab aurium præciſione priuatur illis vſibus, quos integræ afferre conſueuerant, ſed tam exigui ſunt illi vſus, vt vix læſionem aliquam in actionibus ex eorum mutilatione percipiat facies, ſummè verò in decore, ac dignitate ſibi officere conſpicimus, & quamuis huic imperfectioni longa cæſarie, & capillis nonnulli occurrunt, nihilominus magis ex ijs, vt conſtat, læditur auditus inſtrumentum; præterea cùm non in omnibus partibus cæſaries populi alere conſueuerint, & vſus earum hac de cauſa non frequens ſit, vix primo aſpectu talis ſuſpicione vacat de aurium amputatione, atque ita maius ſequi inconueniens, quàm commodum videtur, teſte Martiale.

Quod tegitur, maius creditur eſſe malum.

Si igitur narium, labiorum, & aurium priuationem conſideremus, eamq́ue cum vſibus, quos illæ particulæ dum integræ ſunt, præbent, comparemus, longè maius incommodum dignitati, venuſtati, & decori, quibus facies ornata fuerat, quàm inſtrumentorum actionibus euenire comperimus; facies enim hoc pacto tota deturpatur, & ornatu G ſuo diſcedente omnium oculis horrida redditur.

Quoniam verò huic maximæ deformitati, ac turpitudini natura ſola ſuccurrere nequit, artem medicam ſibi miniſtram accerſere cogitur, vt ambæ ſimul huic grauiſſimo vitio aliquo pacto occurrant, quod neutra per ſe efficere apta eſt; natura enim non poteſt partes ſpermaticas regenerare, ex quibus labia, nares, & aures conſtitutæ ſunt, vnde inquiſitio illa vana videtur, quærens, num partes organicæ poſſint regenerari, quia partes organicæ fiunt ex ſimilaribus, quæ ſunt in duplici diſcrimine, aliæ carnoſæ, & aliæ ſpermaticæ: primæ poſſunt regenerari, ſi deperdantur, vt caro; ſecundæ nunquam, vel ſaltem rariſſimè. Cumq́ue membra prædicta ſint compoſita ex ſimilaribus ſpermaticis, quæ regenerari nequeunt, neque ipſa poterunt regenerari; & quamuis ipſę partes ſimilares facultatem habeant conuertendi ſanguinem in ſibi ſimile, nempe in ſemen, ex quo nutriuntur, non tamen poſſunt tantam copiam ſanguinis in ſemen conuertere, vt ſit ſufficiens pro nutritione, & alterius noua generatione, quod eis contingit ob materiæ, & efficientis defectum, Gal. 1. de ſem. cap. 2. Cùm igitur natura fa- H cultate regenerandi partes ſpermaticas priuata ſit, non poterit ſola prædictæ turpitudini ſatisfacere: duplex tamen prębet auxilium arti, alterum eſt, quia largitur materiam: deinde eandem agglutinatione parti reſtaurandæ coniungit. Nec ars per ſe poteſt hoc damnum reſarcire, quin triplici naturæ vtatur auxilio; primò enim materiam ab vna corporis parte eligit accipiendam; ſecundò eam præparat, & idoneam reddit ad ſuum opus conficiendum; tertiò eandem futurà parti reſtaurandæ coniungit, & ex huiuſmodi operationibus tam à natura, quàm ab arte factis ſequitur modò narium, modò labiorum, vel etiam aurium perditarum noua reſtauratio, & conformatio.

Ars iſta noua non eſt, ſed valde antiqua; nam Celſus Gal. antiquior lib. 7. cap. 9. ipſius cognitionem habuit, ac propterea de ea ſcripſit, quando labia curta ſunt, aut nares, à vicinis partibus faciei accipiatur cutis, eaq́ue ratione adminiſtretur, vt labrum curtum reſtauretur; quod idem in naribus, & auribus curtis faciendum docet: Gal. verò adiunxit

A ſuoxit adminiſtrandi modum, 14. meth. med. cap. 16. dicens cutem excoriandam, deinde eò adducendam, vbi opus eſt, atque inuicem ora vtriuſque cutis ſectæ ſimul ſuturâ eſſe coniungenda, ablato prius callo, ſi adfuerit. Idem à Paulo Aegineta habetur, lib. 6. cap. 26. quare apparet antiquos non ignoraſſe penitus huius artis principia, cùm ex illorum ſcriptis habeamus, opus eſſe ab aliqua corporis parte cutem, tanquam materiam accipere, vt pars deperdita reſtaurari poſſit; nec alia via ad efficiendum illud eſſe videtur. Sed quemadmodum antiqui Authores rudimenta huius artis tradiderunt, ita è contra ſcriptores recentiores, qui patrum noſtrorum temporibus vixere, eam prorſus ignorarunt, cuius rei euidentiſſimi teſtes extant eorum volumina. Alexander enim de Benedictis lib. 4. praxis cap. 39. Falloppius lib. de decorat. cap. 11. Ambroſius Paræus lib. 1. chirurg. cap. 3. Gourmelius, Schenckius de hac curtorum reficiendorum ratione ſcribentes multa inutilia, & præter rationem, fabellas dixerim quaſdam, enumerarunt, quæ à mulierculis, & viris indoctis per otium recenſeri ſolent, nempe, quòd ad nares reſtaurandas opus ſit foueam quandam in muſculo brachij excauare, in eam-
B que foueam nares curtas intrudere, & ne dimoueri poſſint in quadrageſimam vſque diem arctè deligare: quæ res, quàm inepta ſit, ex ſequentibus patebit.

Nec Doctiſſimus Sanctorius ab his diſſimilem videtur habere opinionem, nam lib. in Gal. artem medic. parte 3. quæſt. 115. dubio 8. proponens, an partes organicæ diuiſæ, & ſeparatæ poſſint denuò regenerari? partem affirmatiuam hoc argumento confirmat, quòd naſus totus abſciſſus reſarciatur, modumque afferens regenerationis ita
„ ſcribit: *Chirurgi illum ab integro efficiunt, excitatur prius vulnus in radice naſi, & in cubi-*
„ *to, confeſtimque ligatur illa pars cubiti cum nare vulnerata, atque taliter vnita ſpatio qua-*
„ *draginta dierum conſeruatur, quo tempore fit naſi, & cubiti conglutinatio; deinde ligatura*
„ *diſſoluitur, ac caro, quæ brachium vnit cum nare eo modo inciditur, vt priuſquam cubitus*
„ *ſeparetur à naſo, relinquatur noua naſi forma adnexa, quæ deinde cicatrizantibus exiccatur:*
„ reſpondens poſtea argumento inquit, *hanc compoſitionem, non eſſe partis organicæ re-*
„ *generationem, ſed eſſe factam carnis regenerationem, quæ eſt pars ſimilaris, & non organica,*
„ *quia illa caro, quæ agglutinatur naſo, non efficit naſum organicum, verùm ſimilarem, & val-*
C *de aſſimilatur carunculis illis, quæ vocantur mariſcæ.*

Hæcque ſunt Sanctorij verba; ex quibus apparet virum hunc clariſſimum fabricæ huius narium valde confuſam cognitionem, nequaquam diſtinctam habuiſſe; quia ſi nouiſſet huiuſmodi præclarum magiſterium, de eo ſcientificè locutus fuiſſet, non ſecus, atque in alijs ſuis ſcriptis variarum materiarum doctiſſimè diſſeruit, nec præcepiſſet, vt nares quadraginta diebus alligarentur brachio, neque naſum aſſimilari carunculis vocatis mariſcis dixiſſet, quæ, vt ſuo loco exponetur, aliena ſunt ab omni veritate: reſponſio verò ad argumentum aliquid veritatis in ſe continet, & nonnihil etiam falſi: quòd in hac naſi fabrica non regeneratur pars organica, verum quidem eſt; nam vt ſuperius dictum, partes organicæ non poſſunt regenerari, & huiuſmodi quæſitum inane eſt, & præter omnem rationem propoſitum, quia partes organicæ fiunt à ſimilaribus tanquam à materia, quæ ſi deficiat, neque poteſt aliquid generari; falſum eſt, quòd regeneretur caro; nam cutis à brachio accepta naribus adiungitur media ſutura, & deligatione, non autem caro.

D At Gaſpar Taliacotius antiquorum iam dictorum ſcripta pulchrè meditatus eſt, quorum aſſidua lectione, propriaque experientia hanc curtorum curandorum artem ad eam perfectionem, in qua hodierna die reperitur, deduxit; non autem ſine euidenti auxilio Turpienſium Medicorum, ex Boiana familia natorum, opere eſt executus; his enim peritia huius artis non minùs familiaris erat, ac antiquitùs fuerit in Aſclepiadarum familia Anatome, quæ authore Gal. 2. de adminiſt. anatom. cap. 1. à parentibus filijs per manus tradebatur: atque hac ratione inquam, ſicut ab Aſclepiade introducta eſt Anatome, pari pacto ars curtorum reficiendorum à Petro Boiano ſuum principium traxit, à cuius familia ſucceſſu tēporis ad manus Taliacotij viri doctiſſimi, atque ingenioſiſſimi translata eſt, qui eam in maxima luce, & authoritate conſtituens, primus omnium docuit, & ad poſteros perſcripſit; cumque is fuerit Bononienſis, eiuſdemque Archigymnaſij Alumnus, vt ſuà operà, ac induſtrià celebrior Patria fieret, omni curauit ingenio hanc artem alijs ſcientijs, & artibus (quibus Bononia reſplendet) adiun-

gere; duobus enim pulcherrimis, & elegantiſſimis libris totam hanc artem miro ordine, ac doctrina pertractauit: in primo vniuerſalia omnia ſub contemplatione contenta ampliſſimo ſermone, quemadmodum in ſecundo omnia, quæ ad therapeuticam ſpectant, diffuſè ſatis pertractauit. E

Nos verò ipſius doctrinam ſectantes, omiſſa illa longa, & prolixa nimis diſceptione rerum vniuerſalium, ad maiorem vtilitatem eorum, quibus cordi eſt, hoc magiſterium (quod ſanè pulcherrimum eſt, & ſcitu digniſſimum) addiſcere, omni conatu compendioſam operationem, ac facilem, modumque operandi aperire tentabimus, vt vnuſquiſque poſſit non modò nares deperditas reſtaurare, verùm etiam labia curta, leporinaque ad ſtatum naturalem reducere, nec non aures ſectas de nouo reformare; quæ res, vt faciliùs percipiatur, commodiuſque ſuccedat, vnumquemque operationis actum à principio reſtaurationis ad finem vſque Iconibus, & Figuris à Taliacotio primò inuentis delineabimus.

De Requiſitis ad Nares Curtas reſarciendas. Cap. 1. F

SEx ſunt animaduertenda, atque facienda, vt narium reſtaurationem ritè peragat Medicus. Primum eſt, vt cutis portionem conſuendam ad partes deperditas è cute diſſecet, atque, vt decet, eam apparet, hoc eſt cutis propaginis, ſeu traducis præparationi omnibus modis ſtudeat. Secundum, vt eandem partibus curtatis adnectat. Tertium, vt ambas partes nempe, & propaginem cutis parti mutilatæ adiunctam, & partem ipſam mutilatam vſque ad perfectam agglutinationem conſeruet. Quartum, vt vbi probè coiuerint adinuicem, propaginem è brachio ſectione ſeparet. Quintum eſt, vt conformationem decentem, quantùm poteſt fieri, eis inducat. Poſtremum, vt partes haſce ab iniurijs exterioribus tueatur, opuſque conformationis perficiat. His ſex intentionibus vniuerſa ars reſtauratrix abſoluitur.

Quod ad primum propoſitorum ſpectat, ſectio, quæ in cute fieri debet, duplex eſt, vna, quæ fit ſecundùm longitudinem cutis humeri, altera ſecundùm ipſius latitudinem: G
iam verò cùm ſectio ſit actio quædam, & omnis actio huiuſmodi fiat ab agente in materia benè diſpoſita in tempore, & loco, operæ pretium facturum me puto ſi ſingula expoſuero: agens igitur eſt Medicus cum ſuis miniſtris, materia eſt cutis brachij illius, cui nares reſtaurandæ veniunt: cumque iſta actio requirat inſtrumenta, quorum quædam præcipua, alia ſine quibus non, alia ad meliorem, & perfectiorem actionem conferunt, primò dicamus de Medico, ac miniſtris, deinde de materia ſubiecta, tertiò de omnibus inſtrumentis, in quorum hiſtoria de tempore, & loco idoneo operationis habebitur ſermo.

Medicus debet eſſe benè verſatus in chirurgia, vtraque manu promptus, acie oculorum acuta, prudens in operatione, animo conſtans. Miniſtri ad minimùm tres requiruntur, quorum vnus à dextris, alter à ſiniſtris operantis Medici collocandus eſt, vt promptè omnibus, quæ ipſe iubet, præſto eſſe queant, tertius verò ſemper ex oppoſito lumen tenebit, qui, vt acie oculorum præclariſſima præditus, vigilans, & peritus ſit, oportet. Sed quia Medicus cutem ex humero, tanquam propriam materiam, circa H
quam verſatur ſecandam, conſiderat, opus eſt, vt perpendat, num illa ſit benè diſpoſita tam à natura, quàm ab arte, an corpus ſcilicet ſit boni habitus, in ætate iuuenili, & recenter ab omnibus ſuperfluitatibus expurgatum. Deinde, vt res iucundè, & eleganter ſuccedat, hominem in lectulo, collocare conuenit, vt hoc pacto is brachium, à quo ſecanda eſt cutis, commodè Medico porrigere queat. Lectulus verò ſit in conclaui, ſeu cubiculo ſplendidiſſimo, radijs ſolaribus quàm maximè illuſtrato, vndequaque ab omni pariete diſtans, quò promptè Medicus circumquaque diſcurrere poſſit, feneſtramque patentem non longè ab eo ſitam habeat, & omninò ægri faciei aduerſam. In hocque lectulo ſupinus extendatur, vt inde humerus à Medico collocari, atque ſectioni ritè, & vt decet, faciendæ accomodari valeat.

Puluinaria tria ex lana, non autem ex plumis ſint conſtructa, neceſſum eſt, quorum vnum paruum ſit ad manum accõmodandam; ſi non ex lana, ſaltem ex aliqua materia,

quæ

Digitized by Google

A quæ inflammationẽ excitare nequeat. Inſtrumenta neceſſaria in promptu eſſe debent, vt operatio tutò fiat; nihil enim agreſtius, ac ſordidius eſt, quàm hoſce imperitos, & rudes Chirurgos intueri operantes, qui nihil ante operationem præparant, ſed vulnera detegunt, aërique expoſita relinquentes, domum clamoribus importunè replent, vt hoc, vel illud ipſis porrigatur, quod certè non modò eſt maximo vulneribus incommodo, verùm etiam arti dedecori. Ne igitur ineptè fiat hæc operatio, ſed iucundè, antequam ægro manus inijciantur, parata omnia habere oportet.

In primis forceps affabrè facta eſſe debet, atque in vtraque lamina ſecundùm longitudinem perforata, vt culter liberè vtrinque permeare poſſit. Dum Turpiam tranſiremus, intelleximus Petrum Boianum, & ſuos iam obijſſe, vidimuſque illam forcipem, qua vtebantur in hac peragenda actione ex vna tantum parte perforatam, vnde coacti erant ſectionem hanc bis repetere. Sed hi tanquam primi inuẽtores immaturaque fortè morte præuenti non potuerunt ad perfectionem hoc inuentum perducere, quod poſtea Taliacotius ad hanc formam commodiorem, & elegantiorem redegit, qualis in B Prima, & Secunda hac Icone picta eſt, ſimul cum cultris ad ſectionem faciendam egregiè delineatis. Deinde culter adſit acutiſſima acie, & mucrone neceſſum eſt; atque vt ſectio feliciter adminiſtretur, ea inſtrumenta ingenioſè ab oculis ægri ſubducenda, & linteis quibuſdam, ne videre is poſſit, inuoluenda ſunt.

ICON PRIMA.




D

HAec tabula continet cultros, ac forcipem bicipitem clauſam, delineationis breuioris faciendæ cauſâ.

A *Forceps biceps.*
B *Lamina forcipis.*
a a *Labium infernum.*
O O *Labium ſupernum.*
D D *Linea in vtroque forcipis labro æqualiter exculpta.*
I I *Arcus biceps.*
K *Coniunctio.*
F *Coniunctionis clauus.*
L *Manubrium ſerratum.*
H *Manubrium anulare.*

G *Serra manubrij.* B
F *Anulus manubrij ſtatus.*
E *Anulus mobilis.*
QQ *Cultri.*
CC *Cultri acies.*
BB *Manubria.*

ICON SECVNDA.



E

G

H*Ace tabula forcipem tripliecem habet pro delineatione longiori cutis propaginis, & cultros ad id operis neceſſarios.*

A *Forceps triceps delineationis cutis propaginis.*
MM *Lamina forcipis.*
DD *Linea ipſius lamina, per quam cultro admiſſo cutis inciditur.*
ee *Lamina infernum labrum, & brachium tangens.*
CC *Lamine ſupernum labrum, & cutaneam propaginem reſpicientes.*
EEE *Arcus triceps forcipis, à quo nomen ſumpſit.*
II *Coniunctio forcipis.*
S *Coniunctionis clauus.*
HH *Manubrium ſerratum.*
F *Manubrij ſerra.* H
NN *Manubrium anulare.*
O *Manubrij anulus ſtatus.*
G *Manubrij anulus mobilis.*
BB *Cultri delineanda cutis propaginis neceſſarij.*
RR *Cultrorum acies.*
TT *Cultrorum manubria.*

Plura item lintea egregiè parata habere eſt opus, ſtupas, medicamenta ad ſanguinem ſiſtendum, nec non & faſcias.

De Primo Linteolo.

HIc efficitur vulnus in cute, vt paulò poſt dicetur, quod etſi fiat vnico ſectionis actu, per forcipem ducto cultro, duas tamen habet ſectiones duabus lineis deſignatas

A ſignatas inter ſe æquè diſtantes, quas author Taliacotius lib. 2. cap. 3. paralellas vocat, quarum vna reſpicit internam, altera externam humeri regionem, à quibus portio cutanea, & à ſubiectis muſculis, nec non & à partibus exterioribus ſeparatur, atque ſeiungitur cutis, quam doctrinæ plenioris gratiâ author propaginem, ſeu traducem cutaneum appellat, qui pontis in modum à ſubiectis muſculis, nec non à partibus lateralibus cutis conſpicitur ſeiunctus: cumque in hunc modum ſeruari debeat, opus eſt, vt artificio quodam ſubtus aliquid imponatur, nè denuò cum partibus coaleſcat, quod ſi contingeret, fruſtra ab eo ſperare liceret nares eſſe efformandas; hinc primi lintei neceſſitas exoritur. Huiuſmodi autem tradux, & linteum apparet in Icone quarta. Prima igitur lintei vtilitas eſt ſeparatum ſeruare cutaneum traducem à partibus prædictis; ſecunda, & per accidens eſt, vt eo medicamentis illito ſanguinis impetum ſupprimere valeamus. Debet igitur linteum iſtud primò ex materia ſubtili, ac tenui fieri, magnitudoque ipſius tanta, quanta eſt vtriuſque lineæ longitudo, vt inter extremos plagæ angulos, ita appoſitè adaptetur, vt neque eos excedat, neque ab ijs excedatur: longitudo ipſius B ſit quanta humerum amplecti poſſit, aut circiter. Cauendum item quammaximè eſt ne extra vulnus elabatur, quod ſi contingeret, magnum ſequeretur ægrotantis, & operis detrimentum.

De Linamentis ſtupeis.

Linamenta ſtupea plura ex mente Taliacotij requiruntur, & inter ea alia maiora alia minora, anguſta alia, lata, breuiora, ac prolixiora. Ex maioribus quatuor ad minimùm eſſe oportet, quorum latitudo ſit trium digitorum, longitudo verò ſeptem, aut circiter. Cauendum tamen eſt, ne craſſiora nimis fiant, quia periculum eſſet, ne mole ſua vulnus grauarent, ac incendium, calefactionemque excitarent. Minora linamenta tres digitos longa, binos verò lata ſint; ſed vt præclariùs agatur, ſatius eſt plura ex his linamẽtis paratos habere, cùm longè melius ſit in exceſſu, quàm in defectu peccare. Verùm huiuſmodi linamẽta ſtupea mea opinione non abſolutè neceſſaria ſunt; ſat enim eſt poſt primi lintei iniectionem alium huius generis ſupra ponere in C albumine oui madidum, & idonea faſcia deligare.

De Secundo Linteo.

Quoniam linamenta prædicta applicantur vulneri, quemadmodum paulo inferius declarabitur, opus habent, vt conſeruentur, quare ſecundum linteum hanc affert vtilitatem, vt ea contineat, ac conſtringendo aliquam vtilitatem vulneri præſtet. Quamobrem ipſum latius eſſe debet, quàm ſit vulnus, longum ita, vt perfectè humerum bis, terue obuoluere poſſit; hoc enim modo lintea conſtringere, atque vulneri ſubſidio eſſe poterunt. Cæterùm, quia in hac operatione præcauendus eſt ſanguinis fluxus, hinc initiò albumina ouorum quàm plura in promptu habere oportet cum aqua roſacea perfectè agitata, cui modicum ſanguinis draconis, ac terræ ſigillatæ commiſceatur. Quibus ita paratis vulneri ſanguinem profundenti occurrere poterit Medicus vnico linteo duplicato, vt dictum eſt.

D

De Faſcia.

Et ſi vnica faſcia opus ſit ad lintea conſtringenda, ac vniuerſum vulnus, vt decet deligandum, quæ ex tenuiſſimo linteo ſit facta latitudine trium digitorum, longitudine verò quatuor cubitorum, aut circiter; nihilominùs curandum eſt, vt plures in promptu habeantur, vt ſi prima non ſit apta, altera ſupplere poſſit defectum. Modus deligandi talis eſto, vt nec validiùs plaga comprimatur, nec nimis laxa ſit faſcia, quia vtrumque ineptum eſt, atque incommodum; igitur ea eligenda eſt faſciæ quantitas, ac deligandi modus, quæ ad eam mediocritatem accedant, vt ægro minimè damnum, aut Medico aliquod dedecus afferant. Hæc verò circumducenda brachio minimè eſt, niſi poſcâ madidà fuerit; nam ſic emollita duplici ratione fiet vtilis, primò quidem faciliùs circumuoluetur, & medicamenti ſanguinem ſupprimentis vicem geret.

Cæterùm in promptu eſſe debet poſca inter reliqua medicamenta, & multa alia lintea

Digitized by Google

lintea,quæ in ea infuſa poſſint applicari ceruici, ſcapulis, ſuperiori parti humeri, ſub axillis, vt ijs ſanguinis impetus inhibeatur: quinimò per quadrantis horæ ſpatium ante operationem prædictis partibus applicanda ſunt, ac ſæpius ne incaleſcant, mutanda. Non deſunt, & alia medicamenta eandem facultatem habentia ſub alijs formis, quæ in promptu eſſe oportet, & ad manus, inter quæ iſtud eſt. B

℞. *Olei roſati omphacini vnc. 1.ß.*
Olei myrtini vnc.ß.
Sanguinis draconis.
Terræ ſigillatæ. ana vnc. 1.
Boli armenæ vnc.ß.
Camphoræ drag. 1.
Ceræ drag. vj.

Cera, & Olea ad ignem liquentur, deinde vbi parum refrixerint, addantur alia puluerizata ſ. a.

Hoc illiniantur partes prædictæ, atque vbi iam exiccari incipit, ſupra ponatur linteum in aceto roſato madidum ad maius refrigerandi, & adſtringendi robur. F

Aliud ad idem.

℞. *Olei roſati vnc. 1.ß.*
Olei myrtini vnc. 1.
Aceti nigri acerrimi vnc.ß.
Boli armenæ ſubtiliter puluerizatæ vnc. 1.

Agitentur omnia in mortario plumbeo ad formam conſiſtentiæ.

Et hoc illiniatur totus articulus, nec non & ceruix.

Aliud idem præſtans.

℞. *Succi plantaginis.*
Semperuiui. ana vnc. ij.
Solani.
Aceti acerrimi nigri.
Aquæ roſarum. G
Aquæ plantaginis. ana vnc. 1.ß.

Infundantur lintea in hunc liquorem, eóque frigido vtere, vt ſupra.

Decoctio ad idem.

℞. *Summachiorum.*
Summitatum rubi.
Myrtillorum.
Gallarum immaturarum.
Balauſtiorum.
Roſarum. ana M. 1.

Fiat decoctio in vino nigro auſtero.

Sunt, qui commendant hanc decoctionem, mihi tamen præ cæteris arridet poſca.

De Prima ſectione, deque rebus præcedentibus, & ſequentibus eam requiſitis. Cap. II. H

DVæ ſectiones fieri debent, antequam propago apta reddatur ad reſtaurationem mutilatarum partium: prior illa eſt, quæ cum forcipe prædicta, ac cultro efficitur duabus lineis paralellis, vt dictum eſt, conſtans: vt autem huiuſmodi operatio perfectè ſuccedat, omnia hæc animaduertenda veniunt. In primis æger in margine lectuli collocandus eſt ea ratione, qua operanti fuerit commodiùs pro brachij diuerſitate, in quo cupit operari, nec non & lucis opportunitate; nam ex vtroque brachio propaginem efformare poſſumus. Brachium totum denudandum erit, vt promptè huic ſectioni, & reliquæ curationi instituẽdæ pateat; ideo meliùs eſt, vt induſium totum auferatur, quò faciliùs, & commodiùs medicamenta ſanguinem ſupprimentia poſſint adaptari: cutiſque brachij ita deſignanda, vt in hac Tertia Figura oſtenditur.

ICON

Digitized by Google

ICON TERTIA.

A



B

HAc tabula indicantur cùm nares curtæ, tum regio humeri, ex qua cutaneus tradux eripitur.

AABB *Humeri regio, ex qua cutaneus tradux delineatur.*

CC *Curta nares.*

C

Miniſtri ad vtrumque latus Medici operantis aſſiſtere debent, ſed ita collocati, vt is liberè ſeſe mouere, atque vbi videt neceſſitatem, manus, & corpus circumagere, extendere, & dilatare poſſit: hinc vnus ex miniſtris in dextro latere ad partem ſupernam lectuli, & ad verticem ægrotantis; alter verò ad læuam ipſius operantis (ſi ex dextro brachio propago eripiatur) conſtitutus, operi diligenter inuigilet: ſi verò ex ſiniſtro brachio ſit delineanda propago, ad ſiniſtrum latus operantis ſit ceruicale, nec non & caput ægrotantis. Miniſter igitur, qui ad caput fuerit, manu dextra, aut ſiniſtra, vlnam ægroti ſuſtentabit; aliam verò manum promptam habeat, vt illicò iuſu operantis poſſit quæque exequi, quæ ipſe præceperit. Alter verò miniſter Medico operanti auxilium in multis præſtare poterit, ſi forcipem manibus tenuerit, cutem eleuauerit, eamq́ue ſuſpenderit, dum Artifex ſectionem molitur, & finita ſectione eandem, vt decet, laxauerit pro Artificis arbitrio. Deinde miniſtri prædicti debent eſſe admodum diligentes, atque ſoliciti, vt ſolo oculorum nutu poſſint operantem intelligere, in omnibuſq́ue illi ob-
D temperare; quæ ſingula commodiſſimè, ſi ſilentij, & attentionis rationem habuerint, exequentur.

Iam verò Medicus, qui hac in operatione principem locum ſibi vendicat, traducis figuram, ac decentem magnitudinem efformaturus, debet in regionem humeri anteriorem manum vtramque inijcere, cutemq́ue ſuper muſculi bicornis regionem extenſam leniter contrectare, eamq́ue attollere; deinde demittere, ac denuò leuiter eleuare, atque iterum ſenſim remittere, vt hac eleuatione, & depreſſione blandè facta, cutis à ſubiectis partibus quoquo modo diuelli, atque ita à forcipe faciliùs apprehendi poſſit. Has operationes, & circa cutem attractiones, & depreſſiones cautè admodum efficere eſt opus, ne ob vaſorum multitudinem, & magnitudinem eò percurrentium, conciteтur humorum fluxus, aut inflammatio. Quibus ritè, &, vt decet peractis, iam tempeſtiuum eſt forcipem applicare, tantumq́ue cutis apprehendere, quantùm ſatis eſt ad traducis magnitudinem decentem, & parti detruncatæ appoſitè correſpondentem,

effingendam. Nam vbi ambabus manibus cutem eleuauerit, miniſtri manibus eam con- B
cedat, eſt opus, deinde forcipe vtraque etiam manu accepta totam illam cutem com-
prehendat, quæ eſt inter duas manus miniſtri; totaque illa æqualiter comprehenſa, ſe-
cundùm forcipis longitudinem forcipem conſtringendo, anulo confirmabit. Cauen-
dum tamen, ne nimis adſtringatur propter inflammationis, & mortificationis immi-
nens periculum: adhæc danda erit opera, vt tradux in quantitate potiùs excedat, quàm
deficiat; hoc enim modo curtæ partes commodiùs reſarciuntur.

Vt verò res ex voto ſuccedat, in cute aliqua re idonea atramento ſcriptorio il-
litâ, & per lineas, ſeu fiſſuras in forcipis vtroque labio inſculptas ductâ ſectionis
locum deſignabit: deinde ablata forcipe rectè intuebitur, an latitudo traducis, ipſiuſque
magnitudo ad vnguem correſpondeat parti reſtaurandæ, quod vbi, vt decet, explora-
tum, & ſi quid deſiderabatur, aut ſuperfluum erat emendatum fuerit, denuò cutem for-
cipe apprehendere debet, eaque concinnè accõmodata, ad idoneam ſectionem facien-
dam, conſtricta forcipe, & anulo confirmata, miniſtro, qui ad pedes eſt, & latus ipſius
Medici ſuſtinendam tradatur, qui admodum oculatus ſit, præcauens ne aliquo dimo- F
ueatur modo, quandoquidem totum operationis fundamentum in rectè ſuſtinenda
forcipe, atque in recta ſectione facienda eſt poſitum: firmata igitur decenter forcipe
ſtatim ad ſectionis actum properandum eſt.

Dextra igitur manu culter arripiendus eſt, & mucrone ipſius intra forcipis lineam
impoſito, à medio lineæ in cute deſignatæ Artifex ſectionem auſpicari debet, modicè
cultrum impellendo ad vnum latus vſque ad terminum poſtremum forcipis; mox ad
aliud quouſque tota cutis ab vno angulo ad alterum fuerit ſecta. Peracta hac ſectione,
quæ eſt rudimentum, & principium huius fabricæ, ſtatim linteum primum aquâ roſa-
ceâ, albumineq̀ue oui madidum, non ſine maximo artificio, atque diligentia per lineam
forcipis imponere, & ex vno ad aliud latus traducere expedit, idque mucrone ſpecilli,
aut eiuſdem ſpathulâ efficere poterit. Fortè ad faciliorem huius lintei introductionem
non eſſet abſre tres acus oblongas habere filamentis ſuis inſtructas, linteoque intertex-
tas, quæ per vnam partem traiectæ, & ex oppoſito tractæ, ſecum blandè admodum
linteum ducant: quod linteum ea ratione applicandum eſt, vt plicas facere minimè G
poſſit, & vt totam ſectionis longitudinem ad vnguem replere poſſit, ne ad angulos
conſolidetur ſecta cutis. Linteo in hunc modum accommodato, iam forcipem blandè
laxare eſt opus, ſublato priùs anulo, quo manubria coniungebantur: eamq̀ue miniſtri
manui ſuſpenſam relinquere, ipſe verò digitis linteolum, quod adhuc in forcipis fiſſu-
ris continetur, vtrinque comprehendet, tutò præcauens ne dum forceps dilatatur, lin-
teolum ex vulnere diſtrahatur: quod non modò ignominioſum Medico foret; verùm
maxima cum difficultate denuò reponeretur, nec ſine ęgrotantis ſummo cruciatu. Quò
tamen hæc commodiùs fiant, opus eſt miniſtrum, qui capiti adſtat, manu dexterâ in-
ternæ humeri regioni ſuppoſita, humerum paululùm ſubleuare.

Quibus ita peractis, eiuſdem Artificis partes ſunt traducem ipſum iam delineatum,
ſectioneq̀ue à ſubiectis partibus ſeparatum, ſpathulâ ſpecilli, aut ipſâ manu explicare
ipſiuſque rugas dilatare; & ita ipſum componere, vt ſecundùm omnes ſui partes æqua-
liter extendatur. Sed vt reliquam curationem appoſitè proſequatur Medicus, primùm
linamenta ſtupea albumine oui madida, quæ iam in promptu habenda diximus, vulne- H
ri applicentur; hac ratione nimirum, breuiora vtrinque in vulnus immittantur, hiſq̀ue
maiora inſternantur ad illorum tutelam, & præſidium: quatuor verò maxima ita diſtri-
buenda veniunt, duo nempe ſecundùm vtriuſque lineæ longitudinem, & duo ad extre-
mum ipſarum angulum: hiſce omnibus linteolum duplicatum ſuperponere oportet
ad communem omnium cuſtodiam, nec non ad faciliorem faſciæ applicationem. De-
liganda poſthæc faſcia ea moderatione eſt, vt ne nimis arcta ſit, neque nimis laxa; nam
arcta dolorem, & inflammationem excitare poſſet, inhibereq̀ue ne debitum ad tradu-
cem feratur alimentum: nimis laxa fluxum admittit, medicamentaq̀ue decenter mini-
mè continet.

Danda igitur eſt opera, ne faſcia (quæ duorum, vel trium digitorum latitudinem non
excedat) ad aliquod extremorum immoderatè declinet, quod præcauebit, ſi ad hunc
modum eam adhibuerit, initium faſciæ explicans (vbi eam dextera manu deligandi
cauſa

A cauſâ arripuerit) inferiori parti traducis, admonebit, ſiniſtræq́ue manus pollice huic principio iniecto, reliquum faſciæ manu dextera circumducet ad brachij internum, aut externum latus, prout ipſi erit cõmodiùs, & facta prima reuolutione, tot ſuper eadem continuandæ ſunt, quot neceſſariæ videbuntur, inde verò deorſum paulatim vergens nouas faciat reuolutiones, donec vniuerſa propago, & linteum ſuperiniectum, æquali à principio ad finem vſque conſentiente orbium amplexu, penitùs contegatur, vltimumq́ue faſciæ terminum acu, atque lini funiculo ter, quaterùe ſubiectis reuolutionibus faſciæ conſuat. Et hæc eſt adminiſtratio, quæ competit primæ delineationi, ac ſectioni traducis, ſeu propaginis cutaneæ.

Adhæc omni induſtria elaborandum eſt, vt quantum fieri poteſt abſque ſanguinis fluxu, aut dolore conſeruetur tradux: ideoq́ue in primis brachium, vlna, & manus extrema, in decenti figura ſunt collocanda, nempe in ea, quam mediam Hipp. appellauit: cum hac tamen animaduerſione, vt ſuprema humeri pars paulùm ſubſideat; inferior verò ſimul cum vlnæ principio modicè aſſurgat, cui moderatè extrema manus
B eminеat. Vt verò totum brachium ſic accommodari poſſit, opus eſt plura puluinaria in promptu habere, quæ dum à Medico operante, vt illi videtur accomodantur, miniſtri brachium in hunc modum ſubleuatum ſine moleſtia ſuſtinere debẽt. Miniſter quidem, qui ad caput ægri eſt, manum dextram in caueæ regionem, quæ ad axillam humeri pertinet, ſiniſtram ad vlnæ finem exteriorem admoueat: alter verò, qui à ſiniſtris eſt Medici, dexteram ad cubitum, ſiniſtram ad extremam manum inijciat; hac enim ratione ambo brachium ſine moleſtia, ſuſpendere facilè poterunt. Medicus itaque hoc pacto miniſtris opitulantibus, totum brachium in idoneo ſitu collocabit, atque ab inflammatione tutabitur. Inter reliqua artis ſubſidia per horam integram, vel etiam duas, ope alicuius ex aſſidentibus, vniuerſa regio colli, humeri ſuperioris, totius vlnæ, extremæq́ue manus linteis poſcà madidis, ſæpiſſimeq́ue iteratis madefiat, atque contractetur; hoc enim modo tutiùs à prædictis ſymptomatibus defendi poterit propago.

ICON QVARTA.

C



D

Hac tabula curta nares indicantur, & propago delineata cum linteolo iniecto monſtratur.

EE *Curta nares è regione poſita.*

AG *Cutis propago delineata, & abiuncta à ſubiectis muſculorum corporibus, ſe-*

cundùm domeſticam, ac interiorem illius ſuperficiem.

CD *Pars illius ſuperior.*

HQ *Pars illius inferior.*

BB *Linteolum infra propaginem, ſeu traducem traiectum.*

De Curatione Propaginis Delineatæ. Cap. III.

Die vno, aut duobus præteritis, quando videlicet iam in tuto res eſt, nullumque ſanguinis fluentis imminet periculum, ad albuminum ouorum ablationem iam properandum eſt, & inde ad reliquam curationem. Et quoniam ſæpè euenit prædicta medicamenta præ ſiccitate ſuſpenſè admodum adhærere, ſtudendum in primis eſt, vt emolliantur oleo roſato omphacino, aut poſcà præſcriptà: vbi verò decenter emollita fuerint, vulnus poterit abſque doloris moleſtia iucundè detegi, quod fiet, ſi prædicti liquores tepidi infundantur; cauendum enim eſt ab extremis, nempe à frigiditate, F atque actuali eorum caliditate, opuſque eſt, vt miniſtri ambo præſentes aſſideant, quorum vnus peluim habeat, in qua medicamenta ad ſordes è vulnere extrahendas recipere poſſit, alter verò vas aliquod teneat, in quo vnus ex prædictis liquoribus ad medicamenta madefacienda, contineatur.

Interim faſcia amouenda eſt, quæ ſi dura reddita fuerit, nec poſſit ſine aliqua difficultate auferri, tunc forcipe reuolutiones ſenſim, ac ſeiunctim ex parte brachij exterioris ſunt diſſecandæ: quòd ſi præ earum duritie fieri id non poſſit, vnius miniſtri curæ erit omnia liquore perfundere, & ab alto guttatim irrigare, hoc enim pacto faciliùs humor imbibitur, molliorque faſcia euadit. Vulnere autem egregiè denudato, ſtatim linteolo quodam candido, ac tepente illud contegendum eſt, interim ſummoperè attendendum, ne linteum, quod intra vulnus eſt, ſimul cum alijs medicamentis auferatur (ſi quidem non ſine maximo ægrotantis periculo, ac Medici labore poſſet denuò immitti) habet enim rationem cauſæ, ſine qua non propago nutriri, ac rectè fabricari poſſit. Ablatis igitur omnibus alijs nempe ſtupeis linamentis, ſecundo linteo, ac faſcia, ſolùm G illud in vulnere contentum relinquitur, quod, vt auferatur, talis eſto modus.

Vbi omnia fuerint, vt paulò poſt dicemus, parata pro vulnere curando, linteolum einſdem latitudinis, ac longitudinis accipiendum eſt, ac vnguento illinendum ex vtraque parte; idque futurà tenuiſſimà capiti illius, quod adhuc in vulnere eſt, atque extra ad brachij externam regionem exporrecto coniungendum venit, illoque ex altero ſui capite manu dextera apprehenſo eò vſque trahendum eſt, quoad in ſui locum aliud ſubſequatur, atque vulneri vniuerſo adaptetur. Curandum tamen eſt, vt totum id blandè, & magno artis magiſterio, ne labia vulneris contingantur, efficiatur, quod, vt feliciùs ſuccedat, terebinthinæ modicùm oleo roſato admixtum, tepidumque ſenſim inijciendum venit, traduce parùm ſpecillo eleuato: deinde lychnia ſubtiliſſima ex aridis filamentis ſuis vnguentis illita in vulnus, præcipuè in angulos tranſuerſim, ac leuiter ſunt immittenda. Iſto in loco multa circa hoc linteum ſcribit Taliacotius, quæ equidem ſuperuacanea exiſtimo; nam commodiùs ab vna parte ad aliam infra traducem modo prædicto traijci, atque adeo iucundiùs, & cum minori ardore curari vulnus, & H tradux nutriri poterit.

Quibus ita inſtitutis vniuerſa propago oleo roſato completo, vel omphacino admixto copioſè inungatur, hiſce ad miſcere poſſumus oleum myrthinum, in quibus infundimus lintea candida, & præcipimus, vt larga fiat olei perfuſio. Deinde linteum talis magnitudinis ſit, vt totum tegat vulnus, quod vnguento mox dicendo illinatur, vulnerique applicetur: quo peracto, habeatur aliud linteum in promptu, quod ſupra extendatur: tandem tenui, & candida faſcia, vt dictum eſt, deligetur: vniuerſa autem regio humeri, ſuperioris ſcapulæ, ceruiciſque linamentis quibuſdam intercipientibus illinatur: hacque ratione bis in die, mane, ac veſperi agendum, donec perfectè expurgata fuerit propago. Sed quoniam in continuata medela, quæ ſingulis diebus interpolatur, opus eſt habere parata quædam, quemadmodum in prima ſectione dictum eſt: hæc à nobis deſcribenda ſuperſunt.

Expedit

A Expedit igitur plura filamenta ad manus eſſe ex pannis ſubtiliſſimis lineis excerpta, quibus multa lychnia paranda, vnguentoque idoneo illinenda, vt ex ijs Medicus quæ ad opus neceſſaria videbuntur, poſſit accipere: opuſque inſuper eſt linteum ſatis magnum habere, quod illitum eo, quo dictum eſt modo, applicetur. Cæterum multa alia candida lintea, atque variæ faſciæ in promptu eſſe debent. Vnguenta ſuppurantia huic caſui conuenientia ſunt primò Vere, & Aeſtate.

℞. *Olei ex oliuis maturis.*
Ceræ puriſſimæ.
Terebinthinæ. *ana vnc.* ij.
Fiat vnguentum. ſ. a.

Aliud ad idem pro nobilioribus.

℞. *Terebinthinæ lotæ aquâ roſaceâ vnc.ß.*
Olei roſati completi vnc. 1.
Ceræ albiſſimæ q.ſ.f. vnguentum. ſ. a.

B Autumno, & Hyeme.

℞. *Olei communis. vnc.* viij.
Ceræ puræ. vnc. ij.
Colophoniæ.
Picis naualis.
Sagapeni. ana vnc. 1.
Maſtiches.
Thuris.
Galbani:
Terebinthinæ. ana vnc.ß.

Vbi oleum cum cera ad ignem probè liquefacta fuerint, iniçiatur colophonia primùm, deinde pix naualis, ſagapenum, terebinthina, mox & reliqua.

Aliud.

C ℞. *Ceræ albæ.*
Reſinæ pini.
Sebi vaccini.
Picis naualis.
Terebinthinæ.
Thuris.
Myrrhæ. ana vnc.ß.
M. in puluerum redactis puluerizandis cum oleo q.ſ.f. vnguentum. ſ. a.

Formula intercipientium medicamentorum.

℞. *Santalorum rubeorum.*
Granorum myrthi.
Roſarum rubrarum. ana drag. v.
Vnguenti roſati Meſues vnc. 1.*ß.*
Puluerizentur puluerizanda, ſ. linimentum. ſ. a.

D Si quis illis maius robur addere velit, infundantur in oleum roſaceum completum, atque in mortario plumbeo piſtillo itidem plumbeo agitentur. Simul autem cum linimento prædicto, ſequenti oleo partes ſupra vulnus exiſtentes inungi poſſunt ad ſanguinis fluxum cohibendum.

℞. *Olei roſati omphacini.*
Olei myrthini. ana partes æquales. M.

Operæ pretium me facturum cenſui, ſi hoc loco Medicum adhortarer, quò ſymptomatum nonnullorum euentum, & peruerſitatem præcaueat; fieri enim poteſt, primùm ſiue ob nimiam forcipis conſtrictionem, aut cultri violentam ſectionem, vel faſciæ grauem nimis compreſſionem, vt aliquæ partes labiorum traducis gangræna afficiantur: ſecundò vt valida inflammatione tradux, & partes circumuicinæ corripiantur: tertiò vt ſanguinis impetus ex aliqua vena nimiùm fluentis moleſtiam afferat: quibus omnibus prudens Medicus occurrere debet.

In

In Primo igitur reſiſtendum eſt putredini, ne vlteriùs progrediatur, & illud quod E iam mortificatum eſt pulchrè auferendum, quod appoſitè fiet medicamentorum decenti applicatione; inter quæ Aegyptiorum illud commune medicamentum eſt optimum; maximè, quod hiſce conficitur.

℞ *Viridis æris.*
Mellis.
Aceti acerrimi. ana partes æquales. M.

Præcipitatum, quod arte chimica cum aqua roſacea fuerit præparatum:& aloë pulverizata, & ſuo tempore applicata, idem præſtant.

Aliud.

℞ *Terebinthinæ lotæ ſucco abſinthij. vnc.* 1.
Farinæ hordei. drag. 1.
Aloës ſubtiliter puluerizatæ. drag. ij.
Cum melle. q. ſ. f. vnguentum.

Inflammàtio tollitur per ſanguinis miſſionem, tum euacuandi, tum reuellendi cauſâ: F vnguenta quoque repercutientia parti, vt opus videbitur, applicata admodũ conferunt. Sanguinis fluor ex vena, pluribus & ipſe tollitur, interdum per reuulſionem, facta venæ ſectione; nonnunquam per applicationem cucurbitarum ad hypochondria eiuſdem lateris, ad crura, ad femoris domeſticam regionem; ſæpe per ſcarificationem ad malleolum, aut per hyrudines ad anum; ſed & frictionibus ſæpe, & nodis doloroſis compeſcitur medicamentorum quoque appoſitione, poſcâ ſcilicet, & alijs iam dictis. Ad idem facit puluis corticis caſtaneæ exiccatę: eſt Galeni gluten, quod continet aloës, thuris, myrrhæ, maſtiches puluerem ana partes æquales, oui albumine, & leporum pilis exceptum: eſt etiam bolus armena, ſanguinis draconis puluis, aliaque huiuſcemodi.

Cùm autem propago, aut cutaneus tradux ſit materia, & cauſa ſine qua reſtaurari decurtatæ partes iam dictæ nequeunt, quinimò ſit baſis, & totius operationis fundamentum, oportet omnia circa eum moliri, vt à prædictis accidentibus conſeruetur tutus, aut ab ipſis quamprimum liberetur. Quo rectè peracto, ad ipſius reſtaurationem, & nutritionem in primis animum adhibere eſt opus: hinc eſt, quòd ex vtraque ſui par- G te requiratur, vt per aliquot dies adhæreat, quò ex duplici illo loco, tanquam à duabus mammis, nutrimentum accipiat; à fluente enim copioſo alimento, & calore carneas fibras robuſtiores acquirit, atque ab alimento expanſus priſtinam quantitatem egregiè conſeruat, nec non & craſſior efficitur, quod ſanè, vt plurimùm quatuordecim dierum ſpatio fieri conſueuit: vbi igitur propago lata, craſſa, & carnoſa fuerit, ad ſecundam ſectionem, quam mox dicam, deueniendum eſt.

De ſecunda propaginis ſectione, eiuſque recta adminiſtratione.
Cap. IV.

ANtequam ſecundam ſectionem adminiſtremus in promptu eſſe debet, in primis culter acie acutiſſima præditus, linamenta ſtupea, albumina ouorum aquâ roſaceâ agitata, quibus pulueris boli armenæ, & ſanguinis draconis portio admixta ſit. Linamenta tantę latitudinis ſint, quan- H ta opus eſt, pro vulneribus ambobus tegendis ex filamentis decerpta, ſuoque vnguento illita; etiam linteum ſit in promptu neceſſe eſt, eodem vnguento illitum, ad aream, vt decet, curandam. Cæterùm duæ faſciæ requiruntur ſatis longæ, & ad prædictarum longitudinem, quarum tamen altera longitudine excedat alteram; vna enim requiritur ad alliganda medicamenta ipſius areæ curandæ, & altera pro cutaneo traduce: tandem ad manus eſſe oportet acum filo traiectam, ad faſciaeum capita reuolutionibus adiungenda.

Vbi verò hæc omnia ad manus prompta fuerint, Medicus poterit ſe tutò ad ſectionem accingere, hac facta in partibus reficiendis conſideratione; nam aut nares, vel labrum ſuperius reficienda ſunt; aut labrum inferius. Si primo modo tunc ſectionem traducis efficere oportet ad ſupremam ſui regionem, quà humeri caput reſpicit, quòd exterior ſui ſuperficies pulchrè partibus prædictis adaptatur: ſin inferius labrum reſtau-

A randum eſt,contra agendum; nam inferior eius ſuperficies,quæ rubicunda eſt labro inferiori appoſitè admodum correſpondebit, quod ſuo loco clariùs propria Icone demonſtrabitur. Cæterùm adhuc animaduertere præſtat, an tradux ſatis longus pro opere perfectè efficiendo, an verò nimis breuis; quod ſæpe duplici ratione contingere conſueuit: primò quia ad angulos aliquando conſolidatur: ſecundò quia ob ſui latitudinem,quam acquirit,eius abbreuiatur longitudo. Verùm vbi tenuis, & laxa eſt cutis,& latitudo,& longitudo abbreuiatur. Si igitur cognoſcat Medicus longitudinem tantam eſſe,quanta requiratur ad operis elegantiam præſtandam, longè ſatiùs eſt efficere ſectionem rectam ab interiori traducis angulo ad externum: ſi verò videat longitudinem eſſe abbreuiatam,nec poſſe operationē eleganter ſuccedere;opus eſt,vt obliquam faciat ſectionem ab interno incipiens angulo, atque ſurſum decuſſatim progrediens aliam cutis humeri arripiat portionem, hincq́ue ad externum angulum progrediatur; hoc enim modo poteſt exigente neceſſitate deſumi cutis portio ſeſquidigitalis ad ſummum; quod ſi maior deſideraretur, prima ſectio eſſet reiteranda.

B Sed etiam ſecunda ſectio,quæ poſt primam fit, ſupponit ſitum brachij, miniſtros, & lectum ita collocatum, vt & operator liberè ſua poſſit obire munia: ideo æger decumbat in margine lectuli ſupinus, eo penitus loco, & ſitu; vt fuit declaratum, luminiq́ue quammaximè aduerſus, vt abſque cereorum vſu operatio peragi queat. Miniſtri officium illius,qui ad pedes lectuli adſtat,vel ad latus Medici operātis, brachium ægri manu ad cubitum poſitâ puluillis innixum ſuſtinere debet: illius verò,qui ad caput, munus erit ſupernam brachij cutem, quæ traduci eſt proxima comprimere, quod pulchrè illi ſuccedit, ſi alterā manum axillæ inijciat, alteram verò ad cutem brachij traduci proximam ſupraponat;nam cutis quandoque ob ſui mollitiem cedēs, ſectionem traducis rectam interpellat. Medicus verò propaginem ſpecillo attollat,indice, ac pollice ſiniſtræ manus,in eam iniectis,ſurſum moderatè,& blandè ſublatam contineat;mox dextrâ ferrum arripiens ad vtrumque angulum ſectione tranſuerſim ducta, ipſam ab alia cute, quæ illi continua eſt ſeiungat,& ad vlnam inflectat, vt in ſequenti Icone apparet.

C

ICON QVINTA.



D

HAec tabula curtas nares, & cutaneum traducem à ſuperiori cutis parte cultro ſeiunctum, eiuſq́ue aream indicat.

GDH *Cutis propago ſeiuncta.*

H *Pro-*

H *Propaginis apex, quà cuti prius adhærebat.* B
G *Radix eiuſdem.*
D *Propaginis corpus.*
A B F E *Area cutis propaginis, vnde fuit abiuncta, & educta.*
A B *Terminus areæ ſuperior.*
F *Terminus inferior areæ.*
E *Corpus areæ.*

Secunda hac ſectione, vt præſcripſimus, adminiſtrata, præter antiquum vulnus, areæ nomine appellatum, duo alia vulnera exurgunt, quorum vnum eſt contiguum antiquo vulneri, hoc eſt areæ; alterum verò eſt in extrema propaginis parte, quà à brachio diſſecta eſt: quapropter Medicus vnicuíque ex his tribus vulneribus accuratiſſimè mederi debet; ſed quoniam non poteſt omnibus ſimul inuigilare, incipiet ab eo, quod maius periculum minatur: idq́ue mea opinione eſt, quod areæ immediate coniungitur; cùm enim cutis tranſuerſim ſecta ſit, fieri poſſet, vt aliquæ venæ in ea contentæ copioſiùs ſanguinem effunderent; quare huic vulneri primùm ſtupis ouorum albumine madidis occurrendum, atque ſine mora areæ vulnus ſuis medicamentis, nempe filamentis idoneo vnguento illitis nutriendum: deinde vnico linteo tum area, tum recens vicinum vulnus contegendum, atque eadem faſcia decenter deligandum. F

Vltimo loco propaginem, quam Medicus vni ex miniſtris leuiter ſuſtinendam concrederat, manu dextra comprehendat, ac linteolis tepefactis aduerſus aëris iniurias indefeſſò foueat: ſicut enim omnes ſectiones factæ ſunt in gratiam huius propaginis, ita omnis Medici induſtria, ac ſtudium eò tendere debet, vt non modò conſeruetur, ſed etiam quantum fieri poteſt, illius craſſities augeatur; & quod præcipuum eſt, ne breuior reddatur enixè curãdum. Ad vlnam itaque reclinata propagine, pannis tepidis ipſius calore reuocato, extremitateq́ue ſaucia ſtupia munita, Medicus miniſtro, qui ad caput eſt ægri, committat, vt ſummitate digitorum (pollice nempe, atque medio manus dextræ) traducem ſurſum moderatè trahat, nec quidquam remittat: ipſe verò arreptà faſcià, eandem propaginem brachio alliget, incipiens reuolutiones à baſi, quà tradux matri adhæret, & ſuum alimentum trahit, ad ſuperiora progrediatur, quouſque totam propaginem brachio alligauerit. Cumq́ue totius operis dignitas, ac pulchritudo in apta deligatione conſiſtat, omni diligentia, & induſtria proſpiciendum eſt, ne nimis hæc ipſa arcta, aut laxa efficiatur; nam ſi ſtrictiùs compreſſa ſit, periculum eſt, ne emoriatur; ſin laxior fuerit, ne breuior reddatur, timendum eſt. Quocirca Medicus in actu deligationis huius ſtudioſè attendat, vt moderatè ſuccedat; & poſtridie ad ſolutionem ſe accingens ſedulò ipſum cutaneum traducem inſpiciat, & ſi aliquod prædictorum ſymptomatum irrepſerit, illicò corrigat: hac peracta functione brachium ad ſitum idoneum reducendum eſt. Poſt hæc prædictorũ vulnerum curatio, & traducis nutritio inſtituenda eſt, vt totum negotium ad finem perducatur, primò igitur areæ vulnus ſiccis filamentis, ſuper quibus vnguentum aliquod infra ſcriptorum illinatur, curandum eſt. G

℞ *Ceræ albæ.*
Olei roſati. *ana lib. ß.*
Succi fructus ſolani ſatiui. vnc. iiij. H
Plumbi vſti, & loti.
Pompholygis. *ana vnc.* I.
Thuris puri. vnc. ß.

Coquatur oleum cum ſolani ſucco ad ſucci conſumptionem, deinde cera adijciatur, eaq́ue liquatà addantur cætera res puluerizatæ, omnibuſq́ue ſubactis in mortario fiat vnguentum.

Aliud.

℞ *Lapidis Calamitæ.*
Terræ lemniæ. *ana vnc.* iiij.
Lithargyrij aurei.
Ceruſſæ. *ana drag.* iij.
Succi ſemperuiui. drag. ij.
Ceræ. vnc. v.

A *Olei roſati omphacini. lib. ß.*

Miſce, & fiat vnguentum. Vnguentum etiam proderit ex minio, lithargyrio, ceruſſa, & calce lota.

Aliud vnguentum ad humidam carnem, mucoſamq́ue exiccandam, ſi fortè aderit, præſtantiſſimum cenſetur, quod ſic paratur.

℞ *Terebinthinæ.*
Ceræ albæ.
Reſinæ.
Ammoniaci. ana drag. xiiij.
Floris æris.
Opopanacis. ana drag. ij.
Ariſtolochiæ rotundæ.
Thuris maſculi.
Bdellij. ana drag. vj.
B *Myrrhæ.*
Galbani. ana drag. iiij.
Lithargyrij. drag. ix.
Olei, ſi æſtas ſit, lib. ij. *ſi hiems, lib.* iij.

Bdellium, Ammoniacum, & Opopanacem in aceto, quantum ſatis ſit, per noctem macerato, quibus deinde calefactis Terebinthinam miſceto, & ceram cum oleo commiſtam cateraque in pul. redacta coquito, & fiat vnguentum. ſ. a.

Aliud ſæpè probatum ad eandem intentionem.

℞ *Reſinæ pini. lib.* j.
Ceræ. lib. ß.
Olei communis. vnc. iiij.
Aeruginis. vnc. j. *ß.*

Reſinam, & ceram in oleo liquato, ærugo teratur, atque addito oleo fiat vnguentum. ſ. a.

C Aliud.

℞ *Vnguenti roſati Meſuæ. vnc.* j.
Præcipitati optimi ſubtiliter puluerizati. drag. j. *ß. m.*

Vno igitur ex iſtis vnguentis filamenta inungantur, ſupraq́ue vulnus ponantur, quibus inijciatur linteum eodem vnguento illitum, & deligetur. Sed quoniam contingit aliquando in area fieri puſtulas quaſdam, phlyctænas appellatas, ab humore acri, bilioſo, aut ſalſo, victus ratione ſuo loco præſcribenda, atque hiſce medicamentis eas curare conſueuimus.

℞ *Olei roſati compoſiti. lib. ß.*
Olei roſati omphacini. vnc. iij.
Succi plantaginis.
Solani hortenſis.
Centaurij minoris.
Lapathi. ana vnc. 1. *ß.*
Pompholygis præparatæ. drag. ij.
D *Recrementi plumbi ſubtiliter puluerizati. drag.* iij.
Pulueris hordei cremati. drag. 1. *ß.*
Boli armeniæ veræ puluerizatæ.
Camphoræ. ana drag. ß.
Vnguenti infrigidantis Galeni.
Vnguenti populei. ana vnc. j.
Miſce, & fiat vnguentum. ſ. a.

Aliud.

℞ *Lithargyrij. vnc.* j.
Ceruſſæ. vnc. v.
Ceræ albæ. vnc. iiij.
Olei roſati. lib. 1.

Albuminum ouorum recentium numero iiij. E

Liqueſiat cera cum oleo in olla vitrea, addatur lithargyrium, & ceruſſa, continuoque miſceantur; vbi autem refrixerint, ouorum albumina probè agitata inijciantur, & fiat unguentum. ſ. a.

Tertium ſymptoma, quo area nonnunquam afficitur, eſt humorum craſſorum, & corrodentium retentio, à quibus vlcera profunda fiunt: curantur ea hiſce medicamentis.

℞ *Reſinæ pini.*
Terebinthinæ.
Ceræ citrinæ.
Olei communis. ana vnc. 1. ß.

Diſſolue ceram, & reſinam in oleo, nec non & Terebinthinam, mox omnia colentur, & in cacabo ad lentum ignem bulliant, aëriq́ue exponantur, quoad frigeſcant.

Aliud.

℞ *Terebinthinæ.* F
Mellis roſati colati. ana vnc. j.
Thuris.
Aloës.
Sarcocollæ.
Farinæ hordei cribratæ ſubtiliter. ana drag. ß.

Diſſoluta Terebinthina cum melle addantur pulueres, & agitentur, quouſque perfectè miſceantur.

Ad cicatricem autem inducendam in ipſa area, valent ſequentia.

℞ *Myrobalanorum citrinorum.*
Roſarum rubrarum.
Terræ ſigillatæ.
Boli armeniæ. ana drag. j.
Aluminis vſti. drag. ß.
Corticis granatorum. G
Balauſtiorum. ana drag. j. ß.
Miſce, & fiat puluis ſubtiliſſimus.

Ad idem valet puluis à Gal. deſcriptus lib. v. de comp. med. ſec. loc. epuloticum appellatum, conſtans ex calcis viuæ. drag. iij. mannæ thuris, ſquamæ æris. ana drag. ij. ſubtiliter puluerizatis. Ad idem quoque valet puluis Ioannis de Vigo inducens cicatricem.

Verùm, cùm dictum ſit ad caput areæ aliud eſſe vulnus, nempe recens, illud ea prorſus ratione curetur, atque id, quod ad extremam traducis oram reperitur. Deinde omne ingenium, ac diligentia adhibenda, vt elegantiori modo ipſe tradux educatur; ea nimirum ratione, ne aliquod erratum contingat; omne enim huius operationis decus, & honor ex recta ipſius educatione Medico tribuitur: quemadmodum è contra dedecus, atque famæ imminutio. Debemus igitur inprimis curare, vt ſeruetur ipſius longitudo, ac latitudo, vulnus pulchrè conſolidetur, latera ipſius exiccata, & calloſa reddantur, quod feliciſſimè ſuccedet, ſi nulla prorſus ibidem relinquetur humiditas; inſuper, vt rectus conſeruetur tradux, idonea deligatione agendum eſt, ne in aliquam H
declinet partem, ſed recta linea extenſus ſuper areæ linamēta, vt decet, maneat: cauendum tamen eſt, ne nimis ad radicem ipſius adſtringatur. Sed ne ſufficiens alimentum deſideretur, aut ipſius calor, ac vigor diſſipetur non erit inutile cum leuibus frictionibus à baſi ad ſuperiorem oram cōtrectare, quouſque moderatè rubicundus fiat; proderit quoq́ue ad caloris augmentum eundem oleis quibuſdam ad extimam eius ſuperficiem blanè inungere, vt ſunt oleum chamæmelinum, anethinum, coſtinum, liliorum alborum, & ſimilia: modus autem inungendi talis eſſe debet, goſſipium in vnum ex his oleis infuſum ſupra exteriorem traducis ſuperficiem ponat Medicus, & inungat, ac digitis frictiones à baſi ad ipſius caput faciat, ac pluries repetat, deinde linteo oleum abſtergat, ac leniter brachio alliget. Fomenta quoque ex vino generoſo, tempore potiſſimum hyemali, prodeſſe poterunt: cæterùm ſi callum duriorem obduxerit ceratis quibuſdam emolliendus venit, vt eſt diachylon, diapirytides, diapalma cum malcilaginibus

nibus

A nibus altheæ, & radicibus cucumeris agreſtis. Hæcque de primæ, & ſecundæ ſectionis adminiſtratione, deque traducis delineatione, & educatione.

De his, quæ prærequiruntur ad coniunctionem traducis cum naribus. Cap. V.

Quando tradux vbique pulchrè ad latera, ſuperiùs, intuſq; conſolidatus, & corpus ipſius conſtans, robuſtumque fuerit, nec aliquo pacto flaccidum, ſed naturali colore condecoratum apparuerit, penituſque vbique indurruerit, ita vt iam inflecti incipiat, & ad ſuſtinendam futuræ operationis vim apprimè munitum ſit, tunc eundem traducem curtis partibus coniungere, & conſolidare oportet: cùm verò ad hanc operationem nonnulla requirantur, ſine quibus nihil appoſitè ſuccedit, ea in ſequentibus ob oculos ſtatuere, & declarare conabor.

B Prærequiruntur inprimis aliquot inſtrumenta omnino neceſſaria, & ſine quibus hæc operatio fieri nequit, vt ſunt cultri, forfex, acus, linum; quædam ad meliorem operationem vt goſſipium, ſedile idoneum, lintea quàm plurima: denique veſtimentum quoddam ex tela factum cum ſuo cucullo, faſcijſque inſtructum, de quo paulò infra. Acus quàm plurimæ ad manus eſſe debēt filo longo traiectæ, cuius quātitas in vnaquaque acu ſit duplicata, & ſatis prolixa, ad quatuor nimirum, vel quinque vlnas; quia vbi fuerit tradux naribus, aut labijs compunctione acuum coniunctus, non poteſt commodè conſtringi, ob ſeſſionem, quæ non eſt æqualis, quemadmodum vbi decumbit æger, niſi filamenta ſint oblonga; nam ſi eſſent breuia, dum æger à ſedili in lectum defertur, facilè extraherentur: tot etiam acus parandæ ſunt, quot puncta affigenda: filum ſit robuſtum, & vndique ſibi æquale, nec non modico ceræ illitum. Cultri plures in promptu habeantur, & inter ſe magnitudine differentes, ſed qui acutiſſima acie ſint præditi, vt cutem narium extremam, ac traducis citò, & facilè ſecare poſſint: & quoniam vnam habent figuram, non poſſunt eodem modo, & eadem ratione cutem ap-
C prehendere, hinc eſt, quòd eorum acies diuerſa eſſe debet, recta inquam, gibboſa, & acuta, vt meliùs ſe, cum erit vſus, inſinuare poſſint.

Forfex quoque ad manus eſſe debet acutiſſimam habens aciem, vt, quæ à cultris fieri nequeunt, ipſa efficiat, quandoque etiam totum opus perficitur ſolis forficibus. Faſcia quoque non ineptè fronti adaptatur latitudine octo digitorum, longitudine ſeſqui vlnæ, quæ conduplicata, atque ad occiput alligata, poſſit in ſe acus, quibus fit ſutura in traduce, recipere; nam cùm non poſſit perfectè ſutura conſtringi in hoc ſitu, vt dictum, opus eſt acus cum ſuis filis relinquere, ne fiat confuſio; affiguntur igitur ſingillatim, & ordinatim prædictæ faſciæ, vt inde compuncto traduce cum naribus, fila poſſint denuo colligi. Et quoniā operatio hæc ſplendidiſſimum lumen requirit, ideo, vt ſequenti capite fuſiùs declarabitur, commodiùs celebratur in ſedili alto, & maximè idoneo huic operationi, cuius poſterior pars, quæ fulcimenti vices gerit, ad ſpinam rectà procedat vſque ad poſtremas ceruicis vertebras; à quibus deinde paulùm ad poſteriora declinet, ac ſupra verticem modicè aſſurgat, caputque ęgri opus eſt ſuper
D hoc fulcimento immotum manere. Sedili enim ſic parato, Medicus hinc inde ſat commodè circumagi poterit: at ſciat, quòd ſicuti ſutura longè meliùs efficitur ægro ſedente, quàm in lecto decumbente; ita è contra eiuſdē ſuturæ conſtrictio multò faciliùs fit ægro decumbente, quàm ſedente.

Sed vt ex animi ſententia, & appoſitè, hæc functio peragatur linteum inſigne eſt ceruici ægrotantis alligandum, quod ſanguinem, è vulnere fluentem recipere poſſit, ne ab eo conſpurcetur æger; plura adhuc ad manus habere debet Medicus linteola, quibus ſanguinem abſtergat, ſiquidem tanta copia ipſius nonnunquam effluit, vt aciem cultrorum impediat, atque viam tegat, per quam culter radendo tranſire deberet, vnde artifex inſpicere perfectè non poteſt, an cutis tota ſecta fuerit, cuius quidem ſi modicum remanſerit, quod diſſectum non ſit, impoſſibile eſt partes agglutinari, ideoque illi opus eſt, & goſſipium etiam præter lintea habeat, quibus detergendo ſanguinem viam ſibi patefaciat: idque ſæpè agendo, atque vulnus exiccando facilè agnoſcere poterit,

vbi ſecta fuit, & vbi adhuc diſſecanda ſit cutis. Quoniam verò vbi tradux cōpunctus fuerit cum naribus, ægerque ad lectū deductus, conſtrictis quoq; decenter partibus ſutura E agglutinatis, opus eſt medela opem ferre, nimirum ſtupeis linamentis oui albumine, & aqua roſacea, vt ſupra dictum fuit, imbutis: ideo parandi ſunt orbiculi ex ſtupa cōfecti, inter quos duo ſint parati ad partes naſi exteriores applicandi; alter tanta longitudine ſit, quanta eſt naſi latitudo; latus verò vno pollice, aut circiter: alter, paulò longior, atque latior reddatur: primus applicatur ſuturæ tranſuerſim ad naſi latitudinem, & ſuturæ longitudinem; alter verò ſupremam naſi partem latitudine amplectens ſecundùm naſi longitudinem deorſum priorem decuſſans ad finem ferè naſi extendatur: hic ſua latitudine poterit naſum ab inflammatione tutari. Cæterùm quia ſutura ad internam narium capacitatem vſque penetrat, ideo intus duos penicillos eodem modo illitos, ad formam narium paratos, vt partes diſſectas attingant, intromittat: qui tamen ſternutamentum non concitent nimia longitudine; quandoquidem ſternutamentum facilè omnem fabricam deſtrueret: cum verò traducem non poſſimus naribus adaptare, niſi brachium attollatur, aut caput deorſum flectatur, atque commodiùs ſit brachium attollere, quam caput flectere, ideo opus eſt contemplari ſitum ipſius brachij & qualis eſſe debeat declarare. F

Primò igitur opus eſt humerum, quantum licet, attollere, & ea brachij regione, vbi muſculus vexillifer appellatus deſinit, faciei, aut naribus appropinquare: mox cubitum ad ſuperiora afferre, & quia carpo committitur, ad confinia frontis ſuperiora apponere expedit, ita, vt manus capiti vniuerſa ſternatur ea parte, qua ſagittalis ſutura decurrit, & brachiale ſuturæ coronalis ferè regionem attingat, metacarpus verò ſupremum verticem, & medius digitus ad lambdoidis ſuperiorem angulum perueniat. In hac ſitus figura brachium ad interiora paulò decliuet, at facies obliquè parum verſus brachium ſpectet: extremus narium apex articulum cubiti inferiorem, tranſuerſa linea reſpiciat. Cùm in hoc brachij ſitu tres ſint articulationes operantes, nempe ſuperior humeri cum ſcapula; media cum radij, & vlnæ ſuperiori parte; & inferior carpi cum vlna, & radio, nullaque ſit, quæ mediocritatem figuræ excedat (ſuperiori illa, quæ ad humerum eſt, excepta) hinc eſt, quod dolores in hoc magis caſu, quàm in reliquis fiant. G

Hæc figura brachij conſeruanda venit ab illo, qui cupit ad finem opus perducere, ac vulnus ſuturà cōglutinatum conſeruare; quod faſcijs idoneis cōſequetur, quę adaptari nequeunt, niſi veſtimentum quoddam ex forti tela, eáque ratione conſtruatur, vt dorſo, ſeu (vt melius dicam) trunco corporis illius, cui narea reſtaurantur appoſitè admodum, & eleganter adaptari poſſit, dummodo ne, aut latius, aut ſtrictius, quàm conueniat, efficiatur; habeat præterea continuitate quadam cucullum capiti vtcunque correſpondentem ad frontis vſque medietatem, nec non deorſum inde ad vtramque maxillam exporrectum, & deinde ad clauiculam, & totam regionem ceruicis deſinentem; verùm, vt vno amplectar verbo, tota veſtis cum cucullo ſit continua ad aurium regionem. Cucullus eſt vtrinque perforandus, vt aures exitum habeant: deinde caligas eiuſdem materiæ efficere oportet, quæ femoribus aptatæ poſſint fibulis quibuſdam, aut funiculis thoraci, ſeu indumento prædicto adſtringi, atque alligari; veſtis autem, quæ thorax H appellatur, cum ſit anterius diſciſſa funiculis debet muniri, vt poſſit validius conſtringi, nam id genus indumenti eſt faſciarum fundamentum, quod vbi laxatur, faſciæ quoque, quæ brachium ſuſtinent, laxantur; quod omnino euitandum eſt, ob multa incommoda quę euenire poſſunt, propoſitam fabricam labefactantia.

ICON

I C O N S E X T A.



H*Aec tabula veſtitum vniuerſum, præter deligationis faſcias, clariſſimè demonſtrat.*

NLKH *Cucullus.*
A *Cuculli pars anterior, quæ facies erit.*
BB *Cuculli pars dextra.*
OO *Cuculli pars ſiniſtra.*
CC *Foramen, qua patet auribus exitus.*
DD *Thoracis, vel diploidis pars anterior.*
MM *Thoracis, vel diploidis poſterior pars.*
EE. *Locus, qua brachia exeunt.*
FFFFFF *Funiculi.*
GG *Caligæ.*

Apparatus deinde faſciarum, quæ ad hanc deligationem efficiendam requiruntur, ſenario numero præfinitur, & omnes proprijs donantur nominibus, officijs, atque ſitu.

Harum prior, quæ veluti omnium baſis eſt, & maxima, vnde regia nuncupatur, vniuerſam brachij poſteriorem regionem complectitur, & ab illa tanquam à trunco emergi videtur; exoritur hæc faſcia ab illa thoracis, ſeu indumenti regione, quæ ad humeri articuli partem ſupernam retrò definit, & continuato ductu infra pauliſper ad axillas deſcendit, cuius latitudo eſt ad ſex ferè digitos, hinc producta verſus cubitum inflectitur, & incumbens humero, cubitum ad ὠλέκρανον amplectitur, atque inde graciléſcens, & per vlnæ amplitudinem deſcendens, carpi regionem ſuperat, digitorumque extremam regionem adæquat. Huius faſciæ duplex eſt vtilitas; altera, vt brachium, mediantibus alijs faſcijs, capiti fixum, & adnexum teneat; ſecunda, vt aliarum faſciarum ſit quaſi fundamentum.

Secunda axillaris dicta, ab humeri articulo, qua parte ſcapulas reſpicit, lato principio exoritur, atque deorſum ad axillam declinans, & per thoracem antrorſum progrediens ad oppoſitam axillam defertur: hæc articulum munit, & illius latitudo eſt trium digitorum.

Tertia cubitalis appellatur, quòd à regia, qua cubitum amplectitur, ortum ducit, atque ad temporis regionem delata, in occiput deſinit: hæc faſcia ex vtraque capitis regione


regione eſt, hinc duplex principium à cubito, & duplicem finem ad lambdoidem habet. E
Ipſius functio eſt arctiùs brachium capiti connectere, ne magis in vnam, quàm in alteram partem deflectat.

Quinta pectoralis vocata, ab olecrani regione ortum ducens, deorſum obliquè in coſtarum mendoſarum regionem deſinit: valentiùs hæc articulum brachij firmat.

Poſtrema faſcia omnium breuiſſima, oſſibus capitis verticis ſuperpoſita, carpi ſimul, atque vlnæ, & radij articulum circumdat: exoritur è faſciæ regiæ lateribus, propè ſquamoſa oſſa, ſuiſque funiculis cucullo maximè alligatur. Manus partem prædictam comprehendit, eamque, quò minùs dimoueri poſſit, aut ad oppoſita latera ferri, inhibet, & quia manus brachiale amplectitur, brachialis appellata eſt.

ICON SEPTIMA.

F



G

Hæc tabula acus, & faſciarum typum habet pro deligatione facienda.

AAA *Acus.*
BBB *Linum.*
α α α *Faſcia, quam regiam diximus.*
EE *Faſcia cubitalis.*
F *Faſcia pectoralis.*
G *Faſcia brachialis.*
C *Faſcia axillaris.* H
LLLL *Foramina funiculorum.*
HHH *Funiculi.*

Hæc ſunt tum neceſſaria, tum commodiora, quæ prærequiruntur ad traducem concinnè naribus cōſuendum, quorum oportuit priùs mentionē facere, vt tota hæc operatio faciliùs intelligeretur: quibus igitur præhabitis, opportunum eſt ad eandē deuenire.

De modo, quo tradux naribus debeat adiungi. Cap. VI.

AD hanc omnium præcipuam operationem peragendam inprimis dies eligendus eſt ſole illuſtratus, atque ſplendidus; ſic enim quæque faciliùs videri poſſunt, cùm alioqui ſub aëre nebuloſo tam difficile magiſterium feliciter ſuccedere vix eſt credibile.

cubicu-

A cubiculum igitur radijs ſolaribus,egregia feneſtra traductis, ſplendidiſſimum eſſe con-
uenit. Hora ſit matutina poſt perfectam concoctionem,excrementorumq́ue deiectio-
nem: quod ſi coctioni aliquid incõmodi acciderit, tunc ſatiùs eſt actionem non aggre-
di,ſed in aliud tempus differre. Verùm quò res ex animi ſententia eueniat,æger veſpe-
re operationem præcedente modicà cœnà contentus eſto; imò ſi opus eſſe videbitur,
lenitiuo aliquo medicamento vti, trium dierum ſpatio ante conſtitutam diem operi
perficiendo,non abs re futurum exiſtimamus.

His omnibus rectè perſpectis, atque diligenti examine inuentis, expedit ad opera-
tionem ſe accingere, quæ,vt omni elegantia contingat, æger iam ſuo indumento ve-
ſtiendus eſt à ſartore, qui primùm femoralia induat, mox thoracem, & tandem cu-
cullum: femoralia funiculis thoraci appoſitè adſtringat; deinde & thoracem anteriùs,
funiculis itidem ad id paratis, adiungat; cucullũ quoq; vniuerſo capiti decẽter adaptet,
aures à foraminibus abducat,omniaq́ue pulchrè perſpiciat, & ea accommodet ratione,
vt ſingula vniuerſo corpori egregiè correſpondeant; ſi quid addendum fuerit adij-
B ciat, ſi quid demendum auferat; vix enim fieri poteſt,quin aliquid deſideretur,quamuis
à diligentiſſimo ſartore omnia conſtructa fuerint:quamobrem ſemper is in hac opera-
tione ſit præſens, vt ſiqua ſuam exigant operam, decenter poſſit exequi.

Poſt hæc circa indumentum Medicus, qui operaturus eſt, brachium attollere de-
bet,idq́ue eleganter accomodare in eo ſitu,quem ſeruare opus eſt poſt futuram, per
quam tradux naribus affigitur, ad huncq́ue modum collocatum miniſtris concredat,vt
ita ſeruent, quouſque faſcias prædictas appoſitè adaptauerit.

Primo loco faſcia regia explicanda venit, & à poſteriori parte brachij per totam
ipſius poſteriorem regionem extendenda ad manus vſque extremas. Cubitalis verò
vtraque ad occiput, & per tempora tranſiens terminari debet; ſed animaduertendum
eſt, vt inter extrema vtriuſque faſciæ ad occiput trium digitorum ſpatium intercedat:
foramina, per quæ ingredi debent funiculi ad conſtrictionem faſciarum, tutò admo-
dum, & egregiè conſtruantur,ne aliqua ex parte funiculi dimoueri poſſint. Ad faſciam
deinde brachialem accedendum eſt, atque ea vtroque ex latere cucullo eſt firmanda:
C mox & axillarem ad anteriora ducere, & ad regionem alterius axillaris firmare eſt
opus. Pectoralem denique ad hypochondrium oppoſitum exporrigat Medicus, &
ſuis funiculis omnes proprijs locis adaptet, & confirmet, eſt neceſſe. Adhæc ſin-
gula ad faſcias confirmandas neceſſaria rectè, & diligenter exploret, ne quid circa tu-
telam, & ornatum ipſarum, atque thoracis totius robur deficiat, aut excedat: tan-
dem omnia ad rectam futuram faciendam ritè, & decenter accõmodata, atque parata
reddantur, quæ vbi pulchrè correſpondent, ac adaptata ſunt, iam omnia diſſoluenda,
ac cucullus è capite remouendus,in humeroſq́ue reijciendus, nihil in capite, aut alibi,
quod poſſit operationem impedire,relinquendo, & vt vno concludam verbo, faſcias
ex vno latere pendere oportet, ex altero verò,nempe eo, in quo funiculis adſtringi de-
bent, firmis futuris thoraci, ac ſuis locis adhærere eſt opus, thoraxq́ue anterius ad-
ſtringi, femoribuſq́ue alligari: miniſtri interea ſellam, ſeu ſedile, in quo firmus ſedere
debet,parare ſtudeant in loco idoneo, in quo collocandus eſt æger, qui ex aduerſo fe-
neſtræ ſedeat,vt lumini pulchrè exponatur, cui miniſter ſtatim linteum antè inijciat,
D per humerumq́ue ſubductum ad ceruicem religet, ne ſanguis è naribus cadens thora-
cem conſpurcet.

Medicus verò ad ægrum ex aduerſo ſtet,ſuaq́;loca miniſtris deſignet, horum nempe
alter à tergo ægri collocatus caput eius reclinabit, manibus ipſum continens ne aliquò
moueatur præcauens: alter verò ex dextro ipſius latere ſtatuatur, qui cultros plures
habeat in manibus, artificio quodam contectos linteis pannis, aut goſſipio, ne videli-
cet ab ægrotante videri poſſint; nonnunquam enim contingit ipſum ab aſpectu inſtru-
mentorum deterreri:ne igitur id contingat, linteis ſunt omnes contegendi;plures enim
in promptu cultros eſſe oportet acutiſſima acie inſtructos, quòd ex ſanguine, aut hu-
more, vel etiam calore ſæpe acies cultrorum retundatur. Cæterùm copiam goſſipij,
atque plura lintea parata, & ad manus eſſe oportet; nam aliquando tanta ſanguinis co-
pia irruit, vt ab operatione deſiſtendum ſit. Tandem Medicus manibus ab omnibus
expeditis, ac proinde vlnis ad medietatem denudatis,à narium excoriatione negotium
auſpice-

Digitized by Google

auſpicetur. Vulnus itaque tam latum efficiat, quàm res ipſa deſiderat, quod ex ipſo tra- E
duce aptè colligetur; tantæ præterea profunditatis eſſe debet, quantùm ſatis eſt ad
nutritionem ipſiùs traducis, ſcilicet vndequaque ſibi æquale, vt ab eo ſecundùm omnem
ſui partem æqualiter ſanguis effundatur, quod felicem exitum ſortietur, ſi totus cal-
lus inductus à cicatrice cultro amputabitur, & auferetur: hæcque eſt menſura magnitu-
dinis vulneris; nam ſi tradux applicetur ei parti narium, vbi adeſt cicatrix, nunquam
poſſet conſolidari, & per conſequens, neque naribus vniri. Sin cultro totam cicatricem
non poſſet tollere ob narium mollitiem, ſæpè nimis quàm par ſit cedentem, forfici-
bus, quas in promptu habendas diximus, cultri vice vtatur, ac reliquum calli cicatricis
præſcindat: quo vulnere, vt artis eſt facto in naribus, iam ad traducem operatio eſt
conferenda.

Vt igitur ſectio in traduce decenter fiat, ipſius figura, & forma à narium ſectione, ac
vulnere deſumatur. Modus autem talis eſto: vulnere iam in naribus facto, eoque ele-
ganter deterſo, charta accipiatur, eaque ad formam vulneris adaptetur, ita, vt omni-
bus modis figura ipſius chartæ naribus diſſectis correſpondeat, in qua delineanda omni F
diligentia, ac ſtudio vtendum eſt, cùm totius operis decor, & pulchritudo ex hac con-
cinna delineatione exoriatur. Chartam præterea ita figuratam miniſtro præbeat Me-
dicus; æger interim linteo ad nares appoſito ſanguinem compeſcere tentet, & quan-
tùm fieri poteſt, ab aëris inſultu vulnus defendat; ipſe Medicus eodem tempore (bra-
chio miniſtro exporrecto, qui ad cubitum manum alteram, alteram ad carpum impo-
nens ipſum attollat, ac ſuſtineat) faſciam deuoluat, propaginemque explicet, eique
explicitę chartam prædictam applicet, probeque contempletur, quomodo res cum de-
core fieri poſſit, num ſcilicet aliquid à traduce demendum, quantùm, & quouſque
hæc ſectio ſit producenda; atque ideo, quod ſuperat, reſcindat, callumque intus abra-
dat, & vt de naribus diximus, eodem pacto obliquitatis ſectionē in traduce faciat; hoc
autem admodum difficile non eſt, cùm tradux vix ſentiat. Qua peracta functione tra-
ducem ad nares adducere oportet, eumque applicare explorareque diligenter expe-
dit, num extrema propaginis, atque narium ad vnguem correſpondeant, ita, vt ad in-
uicem appoſitè coire poſſint, quia intus, & extra ita conuenire opus eſt, vt nihil ſit, quod G
excedat, aut depreſſum ſit; ſic enim velim extrema accommodentur, vt nihil vacui in-
ter ea reperiri poſſit, ne cicatrix extra deformis reddatur, at quantùm fieri poteſt
formoſiſſima; intus verò nihil aſperi, aut inæqualis remaneat. Quibus omnibus in hunc
modum peractis, ad ſuturam properandum eſt.

Aggreſſurus igitur Medicus ſuturas has, nareſque, ac propaginem perforaturus,
ægrum in ſedili collocabit ſub aëre ſplendidiſſimo, vt dictum eſt, cucullum capiti inij-
ciet, mox & faſciam fronti (quam ſupra dictum fuit requiri ad acuum impoſitio-
nem) applicabit, & in vertice ad ſuturæ lambdoidis regionem connectet. Tot acus
in promptu filo traiectæ habendæ ſunt, quot puncta traduci, ac naribus ſunt figenda;
antequam tamen ſutura inchoëtur, opus eſt egregiè puncta deſignare, deinde opera-
tionem in hunc modum aggredi: primò quidem medium deſignatum pungatur, & ibi-
dem primum punctum infigatur, atque ita ex vno latere progrediendo ſutura conti-
nuetur; mox & ad alterius lateris puncta cōficienda deueniatur, quouſque tradux per-
fectè naribus coniunctus, annexuſque ſit. Sed animaduertenda eſt differentia, quæ eſt H
inter hanc, & aliarum partium ſuturam, quia in omnibus ſuturis, quæ alijs partibus ad-
aptantur, puncta, vtriuſque labri vulneris ſuti, inter ſe æquali ſpatio diſtant; at hæc
puncta, quæ in naribus fiunt, latiori interuallo ſunt ſeparanda, quàm ea, quæ in traduce
fiunt; ſpatium enim narium latiori circulo deſignatur, quàm ſummitas ipſius tradu-
cis: attamen curandum omni ingenio eſt, vt puncta, tàm ſuperiora, quàm inferiora, in
traduce facta, æquali inter ſe ſpatio diſtent.

Omnibus igitur punctis cùm eleganter, tum congruenter fixis, acubuſque in
faſcia depoſitis, vt inter ſe fila faciliùs diſtingui poſſint, alijſque capitibus oppoſitis pul-
chrè collectis, & miniſtro diſtinctè porrectis, curandum eſt ad perfectam conſtrictio-
nem peragendam, ægrum ad lectum deducere, brachioque, vt ſupra dictum fuit, ac-
commodato, miniſter vnus ad carpum manu iniecta ipſam ad ſinciput cōprimat, atque
confirmet, neue hinc inde diuagari poſſit, firmiter ſuſtineat. Alter verò, manu ad cubi-
tum

Digitized by Google

A tum ſuppoſita, brachium ſuſtentet. Tertius miniſter manum ad traducem leuiter apponat, eumq́ue ad nares adhærentem ſuſtineat: Medicus autem ambabus manibus, in fila vtraque ſibi oppoſita iniectis, ea inter ſe bellè diſtincta conſtringat, auſpiceturq́ue ab illo puncto, quod ad medium poſuiſſe conſpiciet, primoq́ue duplicet nodum, hoc eſt in primo nodo bis filum reuoluat, deinde arctiùs cõſtringat, ne poſſit reſilire, mox alio nodo, ſed ſimplici facto, denuò connectat, linum tandẽ non procul à nodo ſcindat: idq́ue in omnibus alijs faciendum, eo nimirum, vt dictum eſt, ordine: quòd ſi Medicus iudicio proprio ea ſubiecerit, quæ neceſſaria præterea videbuntur, omnia rectè, & artificioſè peragentur. Quibus ſic perfectis, iam curationem aggredi eſt opus, in primiſq́ue penicillos, oui liquato albumine imbuere, deinde vulneri, ac nodis prædictis ſecundùm narium latitudinem applicare. Poſt hæc deligare conuenit, faſcijſq́ue veſti adhærentibus, ne aliquò dimouere brachium poſſit, adſtringere: inter cæteras primò locis ſuis cõſtringere oportet brachialem, deinde cubitalem, mox axillarẽ, tandem pectoralẽ, hocq́ue opus Medicus ipſe perficere, nec alijs, ſint licet periti, cõmittere de-
B bet. Ex hac omnium difficillima functione habes traducẽ naribus adiũctam, faſciaſq́ue capiti adaptatas, vt pulchrè oſtenduntur, tam in octaua, quàm in nona Figura.

ICON OCTAVA.

C



Hæc tabula tum anticam, tum dextram partem deligationis oſtendit.

D

- L *Cutanei traducis apex, vbi adeſt inſitio.*
- I *Cutanei traducis radix.*
- N A *Area vulnus medicamentis obductum, & deligatum.*
- • • • *Faſcia regia.*
- D D *Faſcia cubitalis.*
- C C C *Faſcia pectoralis.*
- M *Faſcia brachialis.*
- B B *Faſcia axillaris.*
- O O *Cucullus.*
- N N *Foramen auriculare cuculli.*
- G G G G *Thorax, ſiue diplois anterius.*
- H H *Thoracis diſiunctio, funiculis coniuncta.*
- A A A *Funiculi, quorum opera faſcia cucullo, vel diploidi coniunguntur.*

ICON NONA. E



F

*H*Aec tabula tum poſticam deligationis partem, tum lateralem ſiniſtram demonſtrat.*

D *Cutaneus tradux.*
C *Cutanei traducis radix.*
G *Area vulnus medicamentis obductum, & obligatum.* G
• • • *Faſcia regia.*
E *Faſcia brachialis.*
AA *Faſcia cubitalis.*
F *Cucullus.*
• • *Foramen cuculli ad aures.*
HH *Thoracis, ſiue diploidis pars poſtica,*
G *Principium faſciæ axillaris.*
Q *Subligaria.*

Sed vnde intercedentibus Figuris, digreſſi ſumus, reuertamur; eſt enim vel maximè neceſſarium, vt Medicus ægro in mandatis det, ne brachium moueat, verùm quantùm fieri poterit, corpore, & animo quieſcat; nam tunc temporis maximum ob ſupradictas operationes, periculum inflammationis imminet: quod præcauebitur, ſi æger in quiete manſerit, nec vllum inconueniens ſequetur. Vt autem ad finem opus perducatur, neceſſum eſt, in promptu habere albumen oui in aqua roſacea agitatum, in quod lintea infundantur, madidiſque ijs inde receptis ſupra vulnus vnius, vel mediæ horæ ſpatio extendantur, quæ vbi exiccata fuerint, remoueantur iterum à vulnere, & denuò in albumine prædicto madefiant, quo facto in priſtinum locum reſtituantur, pluribuſque vicibus hic actus reiteretur, ne vulnus incaleſcat. Poſt curationem prędictam opus requirit, vt ſequenti die auferantur ouorum albumina, & ſtupei penicilli, tam qui intus, quàm qui extra appoſiti fuere; ſed vt commodiùs res ſuccedat, aquam roſaceam, cui vini adſtringentis modicum mixtum ſit, tepidam ad manus habere oportet, qua penicilli exiccati humectari, atque emolliri poſſint, vt ſine aliqua ægrotantis moleſtia auferantur. Quibus ablatis, vulnereque clementiſſimè expurgato, atque abſterſo, intus, & extra illi medendum; extra quidem exiccantibus modicè, atque carnem generantibus agendum eſt: ideo filamentis vngento digeſtiuo illitis primùm, deinde ſi vul- H

nus

Digitized by Google

A nus egeat maiori exiccatione, tunc aridis filamentis vſque ad conſolidationem conte-
gatur: quibus præſuppoſitis ceruſſa cocta præparata æſtiuo tempore ſupra linteum
extendatur in modum emplaſtri; tempore verò hyemali ceratum barbarum loco
ceruſſæ vulneri applicetur.

Solent quandoque puncta ſaniem aliquam prauam euomere ob malum corporis
habitum, quæ abſtergenda venit; ideo puluere ſarcotico id agendum, qui ex myrrha,
thure conſtat, atque punctis illum aſpergere: idem præſtat ſanguis draconis, & man-
na thuris: aliquando non inutiliter admiſcetur aloë. Opus eſt ſingulo die bis, aut ſemel
ſaltem vulnus vtrumque hac ratione nutrire, atque diligenter intueri, ne aliquod con-
tingat erratum. Puncta quoque adimenda ſunt, quæ ex præcepto Celſi in genere vſq;
ad ſeptimum diem perdurant; verùm in hoc caſu hæc propoſitio non ſemper verifi-
cari poteſt, nam aliquando prima puncta in quarta, ſœpe in quinta auferuntur, rarò ad
ad ſeptimam perueniunt, cùm eorum ablationis terminus ſit conſolidatio, atque vnio,
quæ ſit ſæpe ante ſeptimam. Vbi igitur vulnus exiccatum eſt, atque vndique conſoli-
B datum, tunc puncta ſanata tollantur, nec refert qua die, num quarta, aut quinta, ſiue
paulò ante, aut poſt quintam fiat; hoc enim iudicio peritiſſimi artificis ſubijcitur. Mo-
dus ea eximendi talis eſto, cuſpis forficis immittatur intra vulnus, & filum, atque agi-
liter eo præciſo, punctum eximatur: hac operatione peracta filamentis, atque vno ex
prædictis ceratis extra agendum ad perfectam vſque conſolidationem, quæ erit ad ſe-
cundum ſeptenarium, quamuis vulnus intus nares rarò ante quadrageſimum diem
conſolidari contingat, cui medendum eſt ſuppurantibus medicamentis, & exiccanti-
bus validioribus: atque hac ratione procedendo ſperare licebit, fore vt ante vigeſimũ
diem perfectè vulnus externum conſolidetur, ita vt nutriri ad vnguem tradux poſſit,
neque amplius brachij alimento egeat.

Nonnunquam contingit ægrotantes aliquibus ſymptomatibus corripi (quæ pro vi-
rili parte corrigenda ſunt) nempe intra nares excreſcentia carnis, extra verò futuræ
hiatu: primo filamentis illitis vnguento iſidis; ſecundo nempe hiatui labrorum vulne-
ris ab inuicem, per renouatam ſectionẽ, & futuram illius videlicet partis, in qua diſtant.
C Cœterùm dolor ſcapulæ, brachij, lateris læſi, dolor carpi, manus deligatæ per bra-
chialem faſciam infeſtare hominem ſolent, quibus obſtandum eſt remedijs cõtrarijs,
aut per ſitus mutationem, vel ligaturæ ſolutionem, quæ perito Medico notiſſima eſſe
debent. Denique inuadere poteſt ſitis ingens, peruigilium, & dolor circa renum re-
gionem, primo aquæ hordeaceæ potu, vel oxalidis, vel aquæ cum ſaccharo ſuccurri-
mus, quibus ſæpe æger os abluat: poſca omnium præſtantiſſima eſt, quæ in ore conti-
neri poteſt, ex qua fauces, & palatum humectari queant. Vigilia tollitur per refrige-
rantia medicamenta aſſumpta, & extra applicita, intus exhibetur lac ſeminum melo-
num cum papaueris emulſione, atque aquæ lactucæ, ſyrupus ex papauere, à cœna poſt
horam ſumptus ad vnciam vnam, ſimul cum vncijs tribus aquæ lactucæ: tandem vbi
hiſce non poſſit ſomnus conciliari, adſunt pillulæ de cinogloſſa ad grana quatuor, aut
ſex poſt cibum aſſumptum, per horam deuorandæ, quibus certiſſimè conciliabitur
ſomnus, exteriùs verò vnguentum populeonis ad tempora applicitum proficere
conſueuit. Ad dolorem renum prodeſt mutatio ſitus, nec non & localia circa renes
D adhibita, quemadmodum eſt lac vaccinum, aut muliebre, in quo lintea imbuantur, &
renibus applicentur, aqua roſacea, vnguentum infrigidans Galeni, vnguentum ſanta-
linũ, vitis folia, lamina plumbea, aliaq; huiuſcemodi, quæ refrigerãdi facultate pollẽt.

De modo, & tempore abſcindendi traducem à brachio, atque eum curandi.
Cap. V I I.

QVamprimum tradux cutaneus naribus per formatam cicatricem adhæ-
ret, vt promptè nutriri poſſit, ſine ope brachij, tunc temporis eum ab-
ſcindere oportet, hominemq́ue ab hac moleſtia liberare: terminus au-
tem eſt à decima quarta ad vigeſimam vſque, ſed vltimus eſſe ſolet vige-
ſima dies, quia infra hoc tempus non modò per nares tradux nutritur,
ſed conſuetudinem, & familiaritatem cum naribus aſſumit, vt pulchrè ſeruari queat.

Modum diſſecandi traducem antequam doceamus, operæ pretium nos facturos E
exiſtimauimus,ſi prius ea in medium afferremus,quæ ad hanc operationem neceſſariò
requiruntur: primò quidem ad manus habeantur albumina ouorum in aqua roſacea
exagitata, cum modico boli armeniæ,aut ſanguinis draconis: deinde orbiculi ſtupei,
tam pro brachio, quàm pro traduce, qui ad nares remanere debent poſt ſectionem:
tertiò faſciæ cùm pro brachio deligando, tum pro traduce; quæ ad brachium deligan-
dum paratur, longa eſſe debet, quemadmodum ſupra dictum, quia opus eſt, vt to-
tam aream amplectatur, ſimul & laminam plumbeam, quæ quandoque inijcitur
melioris operationis gratia, præſertim quia multoties ipſius areæ curatio in multos
dies protrahitur, tum propter humorem tenuem affluentem,tum propter phlictenas,
quæ quandoque in ea generantur: illa verò faſcia, quæ traduci ad nares deſtinata eſt,
tam longa eſſe conuenit, vt naribus iniecta retrò ad occiput ſuis extremitatibus coëat;
lata autem quaternos digitos,vel paulò minus. Denique linteola plura in gratiam tra-
ducis, nec non & acutiſſimum cultrum, aut nouaculam in promptu habere oportet:
quibus omnibus ita paratis iam adminiſtratio adeunda eſt. Miniſtri in ſuis locis aſſi- F
deant, alter ad dextrum latus ipſius, iuxta ægri faciem, ac ſupernam lectuli partem: ad
ſiniſtrum verò, vt dixi,alter, & ad lectuli latus externum, quorum vnus cubitum, alter
verò carpum manus obſeruabit.

Vbi igitur collocati fuerint, ac diſpoſiti miniſtri, faſciæ omnes ſoluendæ ſunt, reij-
ciendus eſt cucullus à capite in humeros, & dum ſectio fit à Medico, vnuſquiſque mi-
niſter ſuas tueatur partes in brachio cuſtodiendo: ipſe verò cultro manu dextera ar-
repto, manuque ſiniſtra traduci iniecta, eam indice intra, extra verò pollice (ſi bra-
chium dexterum fuerit, è contra autem ſi ſiniſtrum) ad radicem comprehendat,atque
ferro radicitùs ad brachium reſcindat. Qua peracta operatione tria facienda relin-
quuntur, vnum, & principaliſſimum ad Medicum ſpectat, duo ad miniſtros. Omnium
igitur agendorum præſtantiſſimum eſt traducis curatio, in qua quidem duo ſunt per-
agenda: primum eſt cohibere ne traducis extremitas recens à brachio abſciſſa ſangui-
nem profundat: alterum, vt totum ipſius traducis corpus calidum remaneat, ne pror-
ſus naturalem calorem amittat.Sed vtrique eodem tempore diligentiſſimè à Medico G
ſuccurrendum eſt: priori ſanè penicillorum in oui albumine, & aqua roſacea imbuto-
rum appoſitione: poſteriori linteis ad ignem calefactis,quibus tamdiu totus tradux in-
tus, & extra leuiter fricando tractandus eſt, quouſque extra rubicundus reddatur, ex
quo ſignum habebimus calorem reuocatum eſſe, qui antea intrò recurrerat: poſtea
linteolis tepentibus, ad terminum traducis ſuper penicillos ſtupeos, qui iam imbuti
albumine oui, & aqua roſacea tepidi vulneri appliciti fuerant, poſitis, totum traducem
adminiſtrare, atque componere oportet, & faſcia ſupradicta, ipſum munire hac ratio-
ne cõuenit,vt quà à naribus diuertitur,vtrinque ſindatur, quò geminato fine tam hinc,
quàm inde declinare poſſit ad lambdoidis conterminos, cuius quidem vna pars ſupra
aures, altera infra deducatur.


Eſt tamen hoc loci animaduertẽdum, vt qua parte faſcia integra eſt, ipſius vna pars
traduci inſternatur paulò minùs vnius digiti latitudine, ab infimaque ora ipſius tranſ-
uerſim incidatur,huicque aliam perpendicularem, quæ ſub superna faſciæ ora deſinat,
inijci expedit; hæc enim faſcia eò applicatur, vt tradux nequaquam reſupinetur, ſed H
hinc inde compreſſus antrorſum cedat, narium formam ſenſim ſuſcipiens: & hoc eſt
officium, quod ad ſolum Medicum pertinet. Miniſtri autem alia duo officia eodem
tempore abſoluere debent, vnum nempe curare vulnus, tum recens tum antiquatum
areæ ſuis præſidijs: nempe recens ouorum albuminibus, antiquatum verò ſuis ſolitis
præſidijs, atque inſtrato linteolo albo, ac nitido, ac inde vniuerſam aream, faſcia de-
ligare decenter, vt alias dictum eſt, oportet. Alterum officium eſt brachium à capi-
te in ſuum ſtatum naturalem, & in mediam figuram reclinare, nec oportet ipſum vni-
ca vice deorſum reducere, ſed paulatim agendum, quia ex affatim facta mutatione
dolores vehementiſſimi fiunt: arreptum igitur brachium ambabus manibus, vna ad
extremam manum, alia ad cubitum ſenſim,ac per momenta reclinet, & in ſuum repo-
nat ſtatum, puluinaribus ſubtus brachium ab altero miniſtro ſubiectis, hacquè ratio-
ne brachium poterit, vt decet, accommodari. Et hic eſt modus, & ratio traducis

à nari-

Digitized by Google

A à naribus reſcindendi. Quod ſpectat ad modum, totus debet ſectione ad radicem vſque à brachio amputari, qui ſi videatur maioris molis, quàm par ſit pro curtatis naribus reficiendis, ſtatim eodem die, vel poſtridie, quod ſuperfluum videtur, amputandum venit, ſed Medicum in hoc iudicando maximè ingenium adhibere conuenit; nam tradux ſæpe retrahitur, ita, vt ſatius ſit in exceſſu, quàm in defectu peccare, quia vbi deficit, nares nequeunt formari decenter, ſi nimium ſuperfluat, poteſt reſcindi: ſi verò paruus ſit exceſſus, tempore retrahitur, & eo etiam ampliores nares fiunt; ſed omnia iudicio Medici ſubijciuntur. In deligatione peragenda cauendum eſt, ne nimis arcta ſit, periculum enim eſſet, ne languidi caloris fieret extinctio. Et hæc de reſecando traduce, quemadmodum in ſequenti Figura aperte conſpicitur.

ICON DECIMA.



Hæc tabula cutaneum traducem reſciſſum indicat.

A *Cutaneus tradux rudis adhuc, & informis illico ab ipſa reſciſſione.*

B *Cutanei traducis inſertio.*

Nunc verò quomodo ipſe tradux ad narium configurationem ſit ducendus, aperiendum eſt; in quo tria ſunt, quæ à Medico conſideranda veniunt, & circa quæ omnis eius diligentia verſari debet: primum eſt curatio vulneris in ipſo recenter facti; ſecun-
D dum vulnus intus nares ſuis medicamentis nutriendum; tertium, & poſtremum reſpicit cicatricis, atque totius traducis cutanei venuſtatem, atque ſingulare ornamentum.

Primo quidem vulneri per ſuppurantia medicamenta ſatisfaciendum, quod fiet vnius ſeptimanæ ſpatio; deinde conglutinantibus, atque conſolidantibus agendum cum medicamento ex pompholyge, aut ex vnguento ex ſuccis vocato, ab Arancio inuento: ſecundo vulneri, quod intus latet, neque adhuc eſt conſolidatum, ſi nulla intus caro excreuerit, ſolummodò cicatrici inducendæ ſtudendum eſt vno ex prædictis medicamentis. Poſtremo ornatui cicatricis, atque traducis omni ingenio inuigilandum, idque pluribus auxilijs agendum venit; & primo totum traducem fotu perfundere eſt opus; deinde ceratis quibuſdam eum nutrire; fotus, quo ablui debet tradux, ſingulo die ante cerati applicationem ex vino fiat generoſo Cretico nempe, aut Mamertino, aut quidem Syracuſano, vel Auguſtano, quæ longè ſunt præſtantiora, præſertim ceraſola, ſeu (vt vocant) claretta, ſed quocunque ex ijs vtamur, tepens eſſe debet, in quo ſpon-

gia

gia infundatur, naribuſque non ſemel, ſed pluries ita calida applicetur, ex quo fotu ſpe E
rare licet fore, vt calor ad ipſius partes inferiores renocetur, vel loco ſpongiæ infundantur linteola alba ex linea materia, atque traduci applicita teneantur. Cæterùm vbi potentius fomentum optamus, poſſumus in libra vna prædicti vini ebullire, moſchi optimi grana x. quoad macerentur; ſic enim pori aperiuntur, & ſanguis vberrimè prolectatur. Peracto fomento ceratum applicandum venit liberalius quidem, quod vniuerſum traducem, & nares ſimul ad vnius digiti latitudinem inuoluat: cerata autem pro æſtiuo tempore talia ſunt, ceratum diaphænicum, ceratum quod ex ceruſſa paratur, diapalma: ſed melius erit tam ad cicatricis ornatum, quàm ad partis robur ſi ei olei de beta quantum ſufficit, adiungamus; præſtantiſſimum quoque eſt huiuſmodi ceratum magiſtrale.

℞ *Styracis liquidæ. vnc.* iiij.
Ceræ flauæ. vnc. ij.
Thuris.
Myrrhæ. F
Ligni aloës. ana vnc. ß.

Redigantur omnia in tenuiſſ. pul. deinde cum oleo amygdalarum dulcium, & cera cum reſina quantum ſatis paretur ceratum. ſ. a.

Pro hyeme, & Autumno Curatio.

Et primo pro fotu parando opus eſt linteola in aquam vitę infundere (cui admiſceatur aliqua vini quantitas) atque traduci ſæpiſſimè applicare, vel vinum medicatum in hunc modum parare.

℞ *Vini cretici. lib. ij.*
Olibani.
Styracis liquidæ. ana drag. j.
Adipis aſinini. drag. ij.

Infundantur omnia per noctem in vino, deinde bis ebulliant, mox colentur.

Quo linteis, vt ſupradictum eſt, immerſis nares foueantur, deinde ceratum barbarum pro tenuioris fortunę hominibus naribus extendatur: pro ditioribus autem poteſt G
ceratum in hunc modum parari.

℞ *Galbani.*
Opopanacis.
Thuris.
Ariſtolochiæ longæ.
Maſtiches.
Myrrhæ. ana vnc. j.
Ammoniaci. vnc. j. ß.
Lithargyrij aurei.
Olei communis. ana lib. j. ß.
Bdellij. drag. ij.
Magnetis.
Lapidis hæmatitis. ana vnc. j.
Olei de abſinthio. vnc. iiij. H
Terebinthinæ. lib. ß.
Olei roſularum. vnc. j.

Puluerizatis puluerizandis gummis aceto diſſol. cum cera q. ſ. fiat ceratum. ſ. a.

Aliud maioris efficaciæ.

℞ *Ariſtolochiæ rotundæ.*
Been albi, & rubri. ana vnc. ß.
Radicum liliorum. vnc. v.
Cicerum rubeorum.
Lupinorum combuſtorum. ana p. ß.
Nucis myriſticæ.
Cinnamomi. ana drag. ß.
Amygdalarum amararum contuſarum. vnc. ij.

Olei

Digitized by Google

A *Olei cariophyllorum.*
Olei de ſpica. ana vnc. ij.
Styracis liquida. vnc. ß.
Ambra. ſcrup. j.
Maſtiches. drag. ij.
Terebinthina. vnc. ß.
Bulliant olea cum liquore, deinde additis reliquis fiat ceratum. ſ. a.

Sed cum applicatione horum medicamentorum, ad traducis ipſius conſeruationem confert maximè deligatura artificioſa ſupradicta, quæ traducem incuruare modicè faciat, atque ſenſim ad formam narium aſſuefacere, vt inde ex apice ita incuruato, columna fieri, atque narices ex eo effingi poſſint. Quando verò vulnus intus curandum, opus eſt traducē paulùm attollere, & intrò immiſſis turundis extremam traducis partem inflectere, atque mox puluiſculis appoſitis in hoc modo, & ſitu conſeruare, atque ne retrò redeat diligenter cauere. Ex traduce poſtea tria ſunt efformanda,
B primum eſt globulus, qui à Ruſo Epheſio extremitas naſi eſt appellata: ſecundum eſt columna, ſeu ſeptum, quod à prædicta naſi extremitate deorſum tendens in labrum deſinit: poſtremum ſunt duæ cauitates vtrinque à ſepto excauatæ, quas nares appellamus. Columna tam longa ſit, quanta eſt diſtantia à baſi eiuſdem columnæ ad extremum labrum, quà ad os pertinet: ſed vt clariùs huiuſmodi proportio intelligatur ſciendum eſt, quod quemadmodum facies vniuerſa longitudinem naſi ter commenſurati ad amuſſim adæquat; ita totus naſus ſepti triplicem longitudinem non excedat, nec breuior reddatur, artis eſt: atque hac ab animaduerſione ſi Medicus non diſceſſerit, & ſeptum tertiæ parti narium reſponderit, ſatis decorè negotium ſuccedet.

Vbi igitur primùm naſi globulus iam fuerit efformatus beneficio ligaturæ ſuperiùs deſcriptæ traducem deorſum flectentis, quod erit à decimoquarto die ſeparationis eiuſdem traducis à brachio, quando iam vulnus pulchrè enutriri conſpicitur, ac tradux optimè ex naribus alimentum trahit, cicatrixque formoſa apparet, tunc omni diligentia, ac induſtria elaborandum, vt columna, & narea in traduce efformentur, quæ à glo-
C buli ſummitate auſpicando aliquo colore, aut atramento deſignari venuſtè debent, prout ex ſubiecta materia fieri poſſe Medicus cognouerit. Primo quidem ab apice globuli ad labrū vſq; nempè ad finē ipſius traducis duas lineas paralellas trahat, quibus ſeptum nariū, ſeu columna quoad longitudinē, & latitudinem deſignetur, quæ cōmoda eſſe debet, talique pacto delineata, vt narium globulum ne deorſum cadat, ſuſtinere valeat. Curandum etiam eſt, ne nimis anguſta reddatur, ſed potius in latitudine excedat, cùm ſemper cutis temporis progreſſu contrahatur; ſi enim anguſta fieret, ſpatio aliquo temporis intercedente exiccaretur, atque ita periculum eſſet, ne calore deſtituta putreſceret. Columnà deſignatà, nares eleganter inde configurandæ ſunt, lineis à globulo ad vtrumque latus traducis obliquè, & arcus in modum potractis, & ad calcem vſque ipſius terminantibus, ita vt ſuperiùs ad latera columnæ angulum rectum, inferiùs verò ad labrum, atque ad columnæ baſim, angulum obtuſiorem deſcribant.

Hiſce ad hunc modum omni ſedulitate delineatis, arrepto cultro acutiſſimo totum id, quod deſignatum eſt, diligenter Artifex excindat; qua ſectione peracta, curationem
D inſtituere in hunc modum conuenit. Penicillos ſtupeos ouorum albumine imbutos naribus inijciat, in quarum medio collocanda eſt columna: ſed caueat Medicus, ne craſſiores, aut duriores ſint, quàm conueniat penicilli; nam ſi aut duritie, aut craſſitie columnam comprimerent, eandē ſtrangularent, atque in exitium deducerent. Deinde orbicularem ſtupam ad naſum ſubijciat, hac ratione, ne vel columna promineat, aut è ſuo loco elabatur, aut penicilli exeant ex ſuis naribus: poſthęc ceratum inſternere, linteolis munire, ac tandem aptè deligare expedit. Sequenti die albumina auferantur, & reliquum curationis inſtituatur, quemadmodum rei natura expoſtulabit. Cæterùm, vt operationis hactenus deſcriptæ, & præſertim deligationis habeatur euidens cognitio, ſequens Figura adiecta eſt.

ICON

Digitized by Google

ICON VNDECIMA. E



F

Hæc tabula nares monſtrat deligatas pro conſequenda efformatione.

A *Faſcia baſis naribus applicita, & illas obuoluens.*
B *Faſcia ductus alter, qui ab imis naribus incipiens ſupra per aurem occiput decurrit.*
C *Faſcia ductus alter, qui ſupra à narium dorſo per aurium inferna in ceruicem defertur.* G
D *Ductus ſuperioris finis, & nodus.*
O *Ductus inferioris extremum, & nodus.*

Aduertendum eſt circa eandem operationem, quod interdum contingit intra nares carnem augeri, tum ad regionem prioris cicatricis, tum circa nares in traduce exculptas; quocirca earum conſtructioni Medicum inuigilare eſt opus, vt eas maiores, atque ampliores, quantùm fieri poteſt, faciat. Ex hoc, præterquam quòd periculum carnis excreſcentis euitamus, faciliorem reſpirationem ægrotanti comparamus. Vnde naſus, & ipſius globulus leuior redditur, nec nimio pondere deorſum cadens columnam deprimet, neque caro, quæ indies augetur, eas tam facilè occludere poterit. Cùm igitur caro continenter ſingulis diebus ſuccreſcat, neceſſum eſt, vt ipſius generationem inhibeamus, & ſi quid genitum ipſius fuerit ex toto auferamus; quod medicamentis, & ferreis inſtrumentis huic muneri idoneis pulchrè fiet. Si inſtrumentis caro auferenda videbitur, ita agendum: ſedeat æger aduerſo lumine, & capite ad poſteriora reclinato, vni ex miniſtris illud exporrigat; Medicus verò naribus quadantenus reſupinatis internam traducis partem diligenter conſideret, & quicquid præter naturam carnis adauctum cognouerit, totum illud ferramentis excindat, idque toties moliatur, quouſque prorſus hanc ſupercreſcẽtiam carnis abſtulerit. Qua omninò ablata, curandum eſt, ne amplius noua generetur, proinde turundæ illiniendæ ſunt vnguento iſidis, aut ex pompholyge, vel aliquo ſimili, eaſque bis in die repetere eſt opus, ſemper tamen cum præcautione ne columna lædatur, quia cùm exigua ſit, & in parte, quæ calore non admodum viget, facilè, & ex leui offenſione periclitari poſſet. Quod ad nares attinet poſſunt omnia fieri, quò ampliores, & patentiores reddantur; aut enim nullo, aut perquam exiguo ſenſu ſunt præditæ. Addo quod ex cicatricibus conſolidatis duriores nares redduntur, atque elegantiores. Scias velim vltimo loco, quod non vniuerſæ narium cicatrices tam citò, neque omnibus eodem tempore conſolidantur, vt pluri-

Digitized by Google

A pluriмùm tamen ad quinquageſimum,aut ſexageſimum diem eorum perfecta curatio perficitur, & in illis curandis æger liberiùs viuere, ac vagari poteſt.


De columna ad labrum conglutinatione, deque abſoluta narium conformatione.
Cap. VIII.

POſt inductam in omnibus naſi partibus cicatricem, quòd fiet, vt dictum eſt, duorum menſium, aut quinquaginta dierum ſpatio, ſupereſt ſolummodo columnæ cum labro coniunctio, aut conglutinatio, quod omnium fortè difficillimum eſt opus. Ad quod quidem peragendum nonnulla præ manibus habere conducit, quorum aliquot cum prædictis operationibus ſunt communia, quædam huius operationis propria. Communia ſunt cultri acutiſſimi, oui albumina in aqua roſacea diſſoluta, orbiculi ſtupei, turundæ in oui albumine, & aqua prædicta infuſæ: propria ſunt acus retor-
B tæ, & forceps columnalis à Taliacotio, ita ab officio, quod præſtat, nominata. Quoniam verò de communibus alibi ſatis diximus, iam ad peculiaria deueniendum eſt. Acus tres, aut quatuor retortæ ad manus habendæ ſunt; nam etſi vna ſufficiat, quia tamen opus laborioſum, ac perdifficile aggreſſurus eſt artifex, fieri poteſt, vt vna frangatur, qua propter ſatius eſt alias habere, quæ vices prioris gerere poſſint. Adſint cultri tenuiſſimi, atque acutiſſimi; nec deſideranda eſt forfex acutiſſimà pariter acie inſtructa, quæ valeat in columnæ baſi excorianda cultrorum partes ſupplere. Forceps præterea, ea ratione fabrefieri debet, qua deſcribitur Icone ſequenti; nempe vt habeat manubria duo oblonga, ac recta, quorum vnum ſerratum ſit, alterum inſignem anulum pendentem, figuraque oblongum habeat. Superiùs verò duabus laminis tenuibus conſtet, obtuſa acie ſimul accurrentibus, quæ ambæ coniunctæ in figuram acutam deſinant, vt facilius in nares immitti poſſint; infra parùm à circulo reflexæ, vt paulùm ab ore diſtantes magis in profundum adigi queant. Extra quidem planæ ſint, intra verò quà maxillam reſpiciunt concauæ.

C

ICON DVODECIMA.

D



HAec tabula forcipem ad inſerendam columnam, & cultros, & incuruas acus continet.

S S *Forceps columnaris.* B
T T *Forcipis columnaris lamina.*
A A *Forcipis laminarum complexus. Nam illam clauſam depinximus.*
B B *Arcus forcipis.*
V *Coniunctio forcipis.*
X *Clauus coniunctionis.*
C *Manubrium ſerratum.*
D *Serra manubrij.*
N *Manubrium anulare.*
F *Anulus manubrij ſtatus.*
E *Anulus manubrij mobilis.*
O O *Cultri pro excoriatione inſerendæ columnæ.*
G G *Cultrorum acies.*
H H *Cultrorum manubria.*
L L *Acus incurua.* F
M M *Fila, ſiue funiculi.*

Quibus omnibus ad hunc modum in promptu exiſtentibus, poteſt Medicus opera-
tionem tutò exordiri. Sedeat igitur æger iuxta feneſtram ſub lucidiſſimo aëre, & Chi-
rurgus ex aduerſo ſtans, ſi nil columnæ in naſo reſtaurando ſuperſit, ſed tota cutis in
labro ſuperiori ſit plana, forcipem columnalem accipiat, eandemq́ue modicè naribus
immittat ad circuli lineam vſque, eamq́ue cutis portionem, cui columna adiungi de-
bet, ſuauiter primùm arripiens, paulatim eo vſque deinde conſtringat, quoad perma-
nens videatur. Poſt hæc forcipem anulo in ſerrà applicato diligenter firmabit, ac tan-
dem vno ex cultris prædictis totum callum cutis ſectione diligentiſſimè auferre cona-
bitur, nec ab operè deſiſtendum, quouſque ſanguis hilarior multò, & vndique proma-
narit. Qua re peracta, ſtatim anulum abducere, forcipemq́ue laxare, atque miniſtro
eam concredere eſt opus: at animaduertendum prius, atque omni ſedulitate obſeruan-
dum eſt, num vulnus id cum quantitate baſis columnæ ad vnguem conueniat; præſtat G
enim amplius eſſe, eo quod conſolidari aptè poteſt, quocirca prorſus euitandum, ne
anguſtius fiat, alioquin vna pars baſis conſolidaretur, alterà remanente à cute ſeparata.
Si verò in labro baſis columnæ aliquod veſtigium appareat, ita vt non ſit opus for-
cipe columnali, ſitq́ue adeo dura, vt eam cultris quamuis acutiſſimis auferre non poſſi-
mus, forfice amputare oportet, atque in ea tantam plagam ſanguinem copioſè emit-
tentem efficere cogimur, vt baſi inſerendæ adæquatè reſpondeat.

Hac abſoluta adminiſtratione ſtatim ad baſim nouæ columnæ accedere eſt opus,
quæ, vel iuſto longior eſt, vel adamuſſim correſpondet: primo modo forfice eſt ampu-
tanda, atque ad iuſtam menſuram ducenda; at vbi æqualis ſit, tantùm ipſius extremi-
tatis eſt excindendum, vt aliqua ſanguinis copia, (ſicut dictum eſt) exire poſſit, quæ
ad futuram perfectam conſolidationem ſufficiat. Vbi verò & traducem, & labrum
cruenta reddiderimus, illicò ad inuicem ea coniungere incumbendum nobis eſt, quod
opus futurà adminiſtrari hac ratione poterit. Acum illam contortam indice, ac pollice
dextræ manus arreptam ad ſupremam ελατη regionem impellat, cutemq́ue profundè K
perforet ad vulneris facti exteriorem oram: at ſi columnæ portio adſit in ipſius baſim
acum figat, ſenſimq́ue adactam promoueat, donec ad ſupernam plagæ prædictæ oppo-
ſitam oram exiliat acus, quæ vbi appareat coronide arrepta eandem ad ſe trahat: nares
interim, ne offendantur, ſiniſtra manu reclinet, mox vbi à carne extractam habeat Me-
dicus acum, nitido linteo extergat, ne ex manibus excidat, atque eandem columnam
ſecundùm ipſius longitudinem ab internis partibus ad externas perforet, non tamen
ad extremam prorſus ipſius oram, ſed tantùm acu accipiat, vt non poſſit à filo, poſt-
quam intumuerit, lacerari. Deinceps acu iam decorè traiecta, partes ad inuicem con-
ſtringendæ ſunt, atque nodis confirmandæ, filumq́ue, vt artis eſt, ſcindendũ: vulnerique
mederi turundis, atque orbiculis ſtupeis in oui albumine madefactis oportet. Iuben-
dum quoque eſt ægrotum per diem in lecto quieſcere, & vulnus iuxta artis præcepta
curandum: ſemper tamen adhibenda eſt præcautio, ne ad partes has recenter conſu-

tas

A tas fluxus humoris excitetur. puncta deinde quarta,aut quinta die, ſi æſtas fuerit, eximantur,aut ſeptima, ſi hyems, vel plus minus, prout Medico perito tempeſtiuum ex conſolidatione cicatricis videbitur.

Curato vulnere,& ad conſolidationem redacto, ſtudendum eſt perfectioni narium, atque ornatui, quibus duplici inſtrumento ſatisfieri poteſt, tubulis nimirum, & tectorijs quibuſdam appellatis, nec non & cultris duobus, quorum alter acutus, alter verò ſit oliuaris. Vbi igitur ex traduce columna naſi,ſeu baſis facta eſt, & vndique conſolidata, tunc cultris ſtudendum eſt, vt ambæ nares in ipſo traduce excauentur vtrinque: deinde turundis ſtupeis cum albumine oui intectis per 24. horas, ſequentique die ablatis,curandum eſt vulnus quouſque ſit conſolidatum, quod cum ad perfectionem redactum fuerit, tubulis primò mox tectorijs vtendum eſt. Tubuli in nares intruduntur ad ſeruandam formam ipſarum narium; quapropter ex materia fieri debent, quæ excauari poſſit, ſiue modò hæc ſit plumbea, ſiue argentea, ſiue aurea; extra plani (præſertim quà columnam reſpiciunt) tamque longi eſſe debent, vt cicatricis internæ con-
B terminos attingant, & carnem à cicatrice adhuc mollem,& flaccidam exiccare, atque conſtringere poſſint: quà verò inferiores partes reſpiciunt,nempe narium alas,poſſunt obliquè deficere; inferiùs autem tam lati ſint, quanta eſt capacitas vtriuſque naris, vt non modò reſpirationi fauere, ſed etiam tectorio comprimenti proportionatè correſpondere poſſint, & hæc de tubulis, & cultris pro naribus reformandis, quæ clariùs cognoſces ex adnexæ Iconis inſpectione.

ICON DECIMATERTIA.

C


D

Hæc tabula cultros configurationis habet, & tubulos.

E *Culter in myrti figuram eductus ad efformandas nares.*
G *Cultri huius manubrium.*
F *Culter alius inſtar oliuæ,peræquè neceſſarius ad excauandas nares.*
H *Eiuſdem manubrium.*
A A A *Tubulorum pars ſuperna longior, & nares contingens.*
T *Tubulorum pars inferna breuior, & maxillæ intecta.*
GG *Tubulorum partes laterales.*
• • • *Tubulorum cauum ad capita.*
S S *Tubulorum cauum ad fines.*


D *Tubuli capitis.* E

E *Tubuli capitis apex exterior, quà globulum, & alarum principia amplectitur.*

Tectoria quoque ex varia materia formari poſſunt, quæ artificio quodam eleganti conſtrui debent, vt narium vallem, ac monticulum illum naturalem præſtantiori modo effingere valeant, cuius ornatui, vt ſatisfieri poſſit, ligaturis quibuſdam, funiculis, & anulis conſtringere, atque deligare iubet Taliacotius. Vult & rurſus ipſi tectorio ad naſi totius formam fabrefacto, adeſſe quinque anulos, quorum duo ad medium tectorij vtrinque collocentur ſibi inuicem correſpondentes, vltimus verò ad ſupremam tectorij partem apponatur, vt inde excipiantur funiculi ſerici, quibus ceruici per infernas aurium regiones, & occipitio per ſupernas earundem partes idem tectorium alligari poſſit. Quod vt firmiùs alligatum maneat, neue deorſum declinare poſſit, funiculum inijcimus ſuperiori anulo duplicatum, qui hinc inde per oculorum latera deductus deſinat ad occiput, ibique alligetur: aliquando tamen vnico funiculo vtimur, ac tectorium eidem concredimus, prædictis funiculis ad occiput alligatis. Sed præter hanc vtilitatem, quam funiculus prædictus affert tectorio, opem fert etiam ipſi columnæ narium, quam in ſua ſede confirmat, ac robuſtiorem reddit. Non prætereundum eſt hoc loco, huiuſmodi inſtrumenta, nempe tubulos, tectoria, & cultros tunc eſſe neceſſaria, cùm ex traduce efformanda ſint omnia, nimirum orbiculus, baſis ſeu columna, & nares, *h. e.* cùm naſus totus amputatus fuerit, ita vt nihil narium remanſerit; nam vbi globulus naſi ſolus deficit, remanentque vtrinque pinnæ, ſeu alæ integræ, & columna ipſa, tum neque tubulis, neque tectorijs eſt opus. Sed tectoria habes deſcripta in ſubiecta figura, vt ſi quando ijs vti contingat, ſine vlla obſcuritate quonam pacto ſint conſtruenda, cognoſcas. F

ICON DECIMAQVARTA.

G



H

H*Aec tabula tectoria, anulos, & funiculos, ex quibus colligandi modus comprehenditur, continet.*

A A *Tectorium.*

B B B *Tectorij ſumma pars, quæ perforanda eſt, & funiculus ille, quem diximus transmittendum. Annulo non opus eſt, niſi enim ex modo incommodi emergit.*

C *Tectorij dorſum.*

Apex

A • *Apex globuli.*
• *Columna tectorij.*
B *Ala tectorij.*
H *Tectorij latera.*
D *Anulus ſuperior pro ſuperna deligatione.*
E *Anulus centralis regius, pro regia deligatione.*
F F *Anuli lateralis regij, pro regia, & catholica deligatione.*
K O K P *Funiculi deligationis ſuperna.*
L L *Funiculi deligationis regia.*
K T K S *Funiculi catholica, ſeu obliqua deligationis.*

Ad perfectiorem tandem naſi ornatum oportet, vt tempore æſtiuo, aut etiam vere ſingulis diebus ſpatio quadrãtis horę naſum ſoli exponere, vt hac ratione rubicundus, ac viuidus color concilietur. Vtendum inſuper eſt aliquibus vnctionibus, inter quas illa
B præfertur, quæ ex ladano, felle teſtudinis, & puluere corallorum conficitur: vel parari poteſt alia vnctio, quæ componitur in hunc modum.

℞ *Aqua vita quartò deſtillata.*
Seminum eruca.
Seminum lupinorum. ana drag. ij.
Radicis ruta. drag. j.
Medulla panis albiſſimi, vnc. v.
Albuminum ouorum. num. iiij.

Macerentur per diem naturalem, & extrahatur liquor, quem ad vſum ſeruare, & alternis diebus leniter cicatricem illinire oportet. Si quis plura cupiat conſulat Taliacotium lib. 2. cap. 18. His omnibus circa nares peractis, habemus totum naſum reformatum ea ratione, qua in hac Figura XV. pulchrè conſpicitur.

ICON DECIMA QVINTA.

C



D

*H*Aec tabula area cicatricem, & cutaneum traducem in naribus efformatum oſtendit. Conformationis Icones non reddidimus, quòd reddi nequeant. Illam facilè quis mente poteſt concipere.*

C B *Nares configurata.*

A E *Area*

A E *Area cicatrice obducta. Hæc à priſtina latitudine diſcedit in ſemet contracta.* E

Atque hæc eſt breuis,& compendioſa narium reformandarum ratio,ad labra modò, & inde ad aures properandum.

De labijs reformandis. Cap. IX.

LAbis, quæ Medici opera egent, ſunt in duplici differentia, alia quæ leporina,alia quæ decurtata dicuntur. Leporina ſunt illa,ſub quibus (ſiue ex natura, ſiue ex accidenti) dentes conſpiciuntur, & quæ non tranſuerſim à dextra in ſiniſtram partem, vel contra ſecundùm oris latitudinem, ſed perpendiculari linea à ſuperiori ad inferiorem partem diſciſſa viſuntur. Quod vitium commune eſſe poteſt vtrique labro,tum ſuperiori,tum inferiori. Decurtata quoque bifariam diuidi poſſunt;vel F enim ſunt curta ob inſignem callum contractum ex inepta curatione, & cicatricoſa appellantur: vel ob alicuius partis deperditionem, & ſimpliciter curta dicuntur. His partitionibus præmiſſis maioris dilucidationis gratiâ præſens caput de labijs reficiendis in partes tres diuidemus: in prima de leporinis, in ſecunda de cicatricoſis, in tertia de decurtatis,qua fieri poterit breuitate, tractabimus.

De labijs leporinis vniendis.

QVò leporina labia coniungantur, primùm opus eſt terminum vtrumque labij diuiſi, id eſt, extremitates, quæ vtrinque ex aduerſo opponuntur, & ab inuicem diſtant, cultro acutiſſimo, aut forfice, prout opportunius iudicabitur, diſſecare ea ratione, vt ſanguis vndique effluat: deinde vtriuſque labri termini, adinuicem manibus ducendi, connectendi, & ſuturà confirmandi veniunt. Sutura acutiſſimâ acu, quæ celerrimè terminos vniendos traijcere poſſit, eſt facienda; hoc quidem pacto, vt priùs G acum ab externa cute ad internam propellamus, atque vbi fuerit vna pars labri ſic perforata, altera perforetur ab interna ſui ſuperficie ad externam: deinde primum nodum duplicata reuolutione confirmare eſt opus, totque præterea puncta infigenda ſunt, quot neceſſaria exiſtimabimus; nam huiuſmodi operationes periti Chirurgi iudicio ſubijciuntur. Cæterùm in ſutura facienda præcauendum eſt, ne nimium profunda, aut ſuperficiaria fiat, cùm prima nimis doloroſa ac dedecori; altera verò pericolo non vacet, ſiquidem punctis labrum lacerari poſſet. Debent igitur puncta mediocriter diſtare ab extremis terminis labri, quantum ſcilicet eſt coſta craſſioris cultri, & eo plus. Atque hæc eſt prima, & maxima adminiſtratio, & fundamentum totius operationis, quæ vbi non rectè fiat, non poterunt vnquam labra conglutinari.

Hac decenti, & eleganti facta operatione, ad ſecundam ſtatim deueniendum, quæ eſt appoſitio ſtupę lineæ in ouorum albumine madidæ, quæ ea ratione applicari debet, vt labra inter ſe connexa, commodè contecta ſint, tam interiùs, quàm exteriùs. Supra ſtupam hanc leue, ac ſubtile linteum duplicatum, quantũ fieri poteſt album, eſt apponendum, tandem faſcia molli, & tenui, quæ vndique ſit æqualis trium digitorum latitudine, & poſca madeat, deligandum eſt, vt poſſit per integrum diem, aut duos etiam eodem modo conſeruari. Modus autem applicandæ faſciæ prædictæ talis eſto: totum labrum, ſi illud ſuperius fuerit (quod vt plurimum eſſe ſolet, ipſe enim, vt liberè fatear, nunquam inferius diſciſſum obſeruaui) muniendum eſt media faſcia, cuius termini vtrinque ſurſum obliquè ducendi ad vtriuſque auris regionem per tempora ad lambdoidem, ſeu ad verticem, & ibi vniendi ſunt, atque arctiùs conſtringendi. H

Obſeruandum etiam eſt, an labrum intus admiſerit faſciam, atque eà ſit munitum; nam ſi nihil ipſius introierit, tunc linteolum tenuiſſimum in poſcâ immerſum, & aliquo modo expreſſum internæ labij ſuperficiei immittendum; hoc enim modo pars ipſa ab inflammatione defenditur, quæ maximè eſt pertimeſcenda, atque ita Medico elaborandum, ne labra conglutinanda hoc ſymptomate corripiantur, præſertim quia vbi

hoc

A hoc incommodum euitauerit,res ſemper ex animi ſententia ſuccedet, vbi autem con-
tra acciderit,vix fieri poterit, vt labra cohæreant.Et iſtæ duæ operationes eodem tem-
pore fieri debent ſecundùm priùs, & poſteriùs, vt dictum eſt. Die verò ſequenti, aut
tertio ſtupæ auferendæ ſunt tutò, citò, & cum iucunditate, ne ægrotanti dolor infera-
tur, vel puncta remoueantur, aut aliquid eueniat, ex quo ſeiungi labia poſſint tanto la-
bore coniuncta. Remotis ſtupis, glutinantibus inſiſtendum eſt, habita diuerſarum par-
tium conſideratione, à quibus indicatio eſt deſumenda. In caſu noſtro licet vnicum la-
brum ſecundùm naturam ſit id, quod indicat ſui conſeruationem; eſt tamen diuerſæ
naturæ, interiùs enim propria carne, ac molli donatum eſt, tenuiſſimaque membrana
obductum; exteriùs verò cute craſſiori veſtitum; ac proinde medicamenta actu diuer-
ſa ſunt applicanda; extra quidem ſolida, atque concreta conueniunt magis; intra au-
tem fluida.

Taliacotius primus omnium, qui de hac operatione ſcripſit, cui tanquam inuentori
B poſteritas multùm debet, commendat tale medicamentum exteriùs ſupra totum vul-
nus apponēdum, nempe filamenta ex panno lineo excerpta, & vnguento ex ceruſſa il-
lita, cui deinde linteum ex ceruſſæ cerato inunctum ſuperponatur, faſciaque deligetur
ſingulis diebus mane, ac veſperi, & hac ratione procedendum præcipit ad quartum
vſque diem. Sed interiùs vbi medicamenta applicari nequeunt,neque applicata adhæ-
rere poſſunt ob continuum ſcilicet effluxum, fluida comprobat medicamenta, vt eſt
ſyrupus roſaceus ex roſis ſiccis, ſyrupus myrtinus. Placet mihi, vt aquam plantagi-
nis, aut roſarum in ore teneat æger cum vno ex ſupradictis ſyrupis; nam & exiccandi,
& reprimendi, & leniter abſtergendi facultatem obtinet, quo nomine,& vulneris con-
ſolidationem accelerat. Sed quoniam non raró contingit ſordidam illuuiem ex vulne-
re effluere, opus eſt aliqua abſterſione; proinde loco ſyrnporum prædictorum rhodo-
mellis, ac etiam ſyrupi violacei quantitas apponi poteſt, vt in exemplo.

℞ *Aquæ plantaginis. lib. ß.*
C *Syrupi violati.*
Rhodomellis. ana vnc. j. m.

Hoc medicamentum æger teneat in ore frigidum per vices vſque ad quartum diem,
à quarto verò ſi oporteat, ſit tepidum. Quod ſi maiori adhuc opus ſit abſterſione, po-
teſt fieri tale medicamentum.

℞ *Syrupi roſati.*
Rhodomellis. ana vnc. j.
Thuris ſubtiliter puluerizati. drag. j. m.

In quo lintea filamenta immergantur, atque vulneri ad partes labri internas ad-
aptentur ſæpius ipſum repetendo ad quarrum diem. vel ſi neceſſarium videbitur ad
ſeptimum vſque. Quoniam autem in hac operatione tota Medici diligētia verſatur in
venuſtate, ac pulchritudine cicatricis inducendæ (quia non eſt ſatis agglutinare tan-
tùm vulnus, & labia coniuncta ſeruare) cauendum propterea omni ſolertia eſt, ne ci-
catrix turpis reddatur. Quocirca opus eſt initio quarti diei, aut in fine eiuſdem puncta
D auferre, ne pus contrahatur: auferuntur autem hæc cuſpide forficis acutiſſimæ, & te-
nuiſſimæ: ſed maxima cum animaduerſione huic negotio inuigilandum; nam fieri po-
teſt, vt labia tum ob ſui mollitiem, ac laxitatem, tum ob continuum motum denuò de-
hiſcant, præſertim quia minimè fieri poteſt, vt tam breui temporis interuallo labra ad
inuicem conſolidata perfectè ſint. Præſidium autem, quo eidem incommodo occur-
rere valeamus, nil aliud eſſe poteſt, quàm gluten ea ratione paratum, quà à peritiſſimis
Chirurgis conſtrui ſolet in curandis faciei vulneribus, in quibus quàm maximè, & de-
cori, & ornatui ſtudent. Sed hoc loci non modò habenda eſt ratio ornatus, ſed etiam
vtilitatis; proinde curandum eſt adaptare gluten linteo cuidam robuſto, & ita parato,
vt funiculi extremitati vnius lintei ex vna parte labij adaptati, correſpondeant funicu-
lis lintei oppoſiti; vt vbi gluten iam adhæreat, poſſint funiculi adiuuicem ita conſtrin-
gi, vt labij extrema iam conglutinata ſimul conſeruari poſſint; ita enim vtilitati orna-
tus coniunctus habebitur.

Vt tamen res clarior euadat, declarabo modum, quo & lintea, & gluten parari de-
beant: at primùm de glutine, deinde de linteolis. Quamuis multi pulueres ſint, quibus
gluten

gluten parari poſſit cum oui aquato, vt eſt flos calcis, tragacantha, gummi arabicum, B
& huiuſmodi alia, poteſt tamen ad hunc modum parari.

℞. *Thuris.*
Maſtiches chiæ.
Gummi arabici.
Tragacanthæ ana drag. ij. *& puluerizentur.*

Deinde agitentur duo albumina oui, totaque ſpuma eijciatur, & quod in fundo reſidet inſtar aquæ, retineatur, & in hoc inijciantur pulueres, donec fiat maſſa glutinoſa.

Linteola, quæ à Celſo pittacia dicuntur ad hunc modum parantur. Accipiantur duo linteola longitudine digiti auricularis, latitudine pollicis, quia tanta eſſe oportet, quanta eſt diſtantia inter naſum, & extremam labij oram, plus minuſue: deinde arte accommodentur extremitati linteolorum funiculi, qui totidem ſint ex vna, quot ex alia parte, puta vel duo, vel tres vtrioque; glutine mox iam dicto illiniatur vtrumque linteolum in interna ſuperficie, quæ non recipit funiculos, & labris ita applicetur, vt funiculi vnius correſpondeant funiculis alterius. Præcauendum in hoc opere eſt, ne linteorum termini attingant vulnus, ſed diſtent, quantùm eſt latitudo pollicis, ne humiditas F
è plaga exiens ſe ſub linteolis inſinuet, & nimium madefaciat. Vt autem faciliùs funiculi conſtringi poſſint, & labrum conſeruari, vbi applicata fuerint lintea ſuo glutine madida, tam diu ſoluta relinquantur, quouſque exiccatum ſit gluten, atque perfectè linteola adhæreant, quod fiet ſpatio ſex, aut octo horarum: ac deinde funiculos oppoſitos conſtringere moderatè oportet: terminus verò, ac nota conſtrictionis eſt, quando vulneris oræ, ſeu extremitates pulchrè ſe contingunt abſque vlla inæqualitate, nulluſque in læſa parte ſit dolorificus ſenſus.

Interim vulneri ſingulo die bis medendum, ſed alia ratione; nam filamenta arida applicanda ſunt ſupra vulnus (ſolutis prius funiculis, & vulnere, vt decet abſterſo) quibus applicitis, denuò funiculi conſtringantur, & ſuprapoſito linteo tenui, duplicato faſcia adhibenda tenuis, ac nitida, vt dictum eſt. Cureturque vulnus hac ratione ad decimum quartum vſque diem; tunc enim temporis omnis excrementi illuuies iam conſumpta eſt, & ipſum vulnus eleganter conſolidatum, quod tamen, vt diutiùs conſeruetur ablatis linteolis, & alijs, gratia, & venuſtas concilietur. Conſulo hoc loco, vt quando nocturno tempore it dormiturus æger, ceratum vulneri iam conſolidato ex ceruſſa G
cocta applicet, faſciaque muniat; incredibile ſanè eſt, quantùm huiuſmodi ceratum cicatricem cohoneſtet, decoretque. Et hic eſt modus curandi labra leporina: modò ad labiorum curtorum curationem deueniendum eſt.

De labijs cicatricoſis reformandis.

Cicatricoſa labra, vt initio dicebamus, ea ſunt, quæ callum adeo deformem ob malam curationem contraxerunt, vt cùm ſurſum conuoluta, atque retracta exiſtant, iure merito curta appellentur. Horum vitio haud ſine turpitudine, aut gingiuæ, aut dentes conſpiciuntur, & quibus id infortunium contigit, ſic loquela perturbatur, vt vix loquẽtes intelligantur. Etſi vtrique labro incõmodum hoc euenire valeat; frequentiùs tamen obſeruatum eſt ſuperiori accidiſſe, ijs præſertim, quibus in digladiando nares amputatæ fuerunt. De his nunc inſtituitur ſermo, de quorum recta curatione dici, aut intelligi nec quicquam ab ijs poteſt, qui tractatum de naribus reformãdis, & curandis ſedulò non legerunt. Iam verò ad rem ipſam accedentes oportet inprimis, vt H
totius corporis habeatur cura, facta priùs conſideratione, num venæ ſectione, an purgatione ſit vtendum: deinde poſt inſtitutam conuenientem victus rationem ad manuum operationem venire eſt opus, quæ eò tendere debet, vt venuſtatem, & decorem primò reſpiciat, ad quam peritus Chirurgus tanquam in præcipuum ſcopum omnem diligentiam dirigere debet; nam licet in coniungendis partibus natura mira efficacia operetur, omnis tamen vnionis ratio, gratia, atque decentia arti adſcribitur, & artifici: ars quippe ita ad naturam ſe habere debet, vt vbi hæc rectè operetur omninò ipſa ab operatione ſuperſedeat; vbi verò à recta ratione deflecti videatur, eam corrigere contendat. Hanc rem ſi accuratè ij obſeruaſſent, qui labra hæc curantes ad calli natu-

ram

A ram venire permiſerunt, quocirca potiùs mutilos, quàm ſanos miſellos ægrotantes
reddiderunt, nunc de calli contracti curatione nobis non eſſet opus pertractare. His
itaque in vniuerſum conſideratis, atque peractis, vt ad finem curatio perducatur, è la-
bro auferendus eſt callus, qui cùm ſit quid toto genere præter naturam, indicat ex toto
ſui ablationem per manuum operationem. Hæc autem ex animi ſententia ſuccedet, ſi
naturam, & quantitatem ipſius calli Chirurgus accuratè perpenderit, durus ne, an mol-
lis; in profundo, an in ſuperficie exiſtat; nam durior vbi fuerit, rebellis, ac contumax
curatu habebitur; contra verò mollis: pari itidem ratione, qui profundiùs egerit radi-
ces, aut longior apparuerit, quàm, qui aut breuior, aut in ſuperficie contineatur, maio-
ri cum difficultate curabitur. Iam verò cùm oporteat ipſum radicitùs euellere, vbi al-
tior ſit, ſectionem cultro profundiorem fieri eſt neceſsè; è contra vbi in ſuperficie ma-
gis ſit; nam ſuperficie tenus ſectio ducenda eſt. Modus talis eſto, cultro tenui, optime-
que ſcindente ab vno extremo calli ad alterum eo modo trahenda eſt ſectio, vt ſanas
partes aliquantiſper attingat: nec ab opere deſiſtendum, quouſque iam appareat ſe-
B ctionem attigiſſe partes ſanas ſubiectas, omnemque callum ex toto amputaſſe, nullis
quippe ipſius veſtigijs apparentibus, quod clariùs dignoſcetur, ſi ſanguis vndique à ſanis
partibus, & copioſè quidem effluxerit.

Operatione hac, vt decet peracta, & callo funditùs extirpato medicamenta localia
applicanda veniunt, quæ cruenta appellare conſueuimus, de quibus ſatis diffuſè tracta-
tum eſt, deinde ſuppurantia altero die, iam ſuperiùs declarata, adhibenda. His ita ſerua-
tis, vt labra in bonum ſitum, quoad fieri poterit, perducantur, antequam caro ſuper-
creſcat, quæ impedimento eſſe poteſt, ne aut in priſtinum ſtatum reſtituantur, aut re-
ſtituta non conſeruentur, linteolum album pluries conuolutum puluinaris inſtar, & me-
dicamentis idoneis illitum, ſciſſo labro adaptandum; ac inde faſcia huic muneri deſti-
nata vulnus vinciendum. Atque hac ratione ſingulis diebus bis in die curetur ad ſepti-
mam vſque, plus minuſue, pro varia ægrotantis tolerantia, ac complexione: ſeptima-
que die tranſacta ſarcoticis primùm, & mox epuloticis agendum, de quibus ſupra
fuſiùs diximus, cùm ageremus de naribus reficiendis.

C Vt verò res cum decore, & ægrotantis vtilitate faciliùs contingat, laminã plumbeam
magnitudine, & figura labro correſpondentem applicare eſt opus ad medicamento-
rum compreſſionem, & conſeruationem: hacque lamina vtendum etiam eſt poſt indu-
ctam cicatricem, ne denuò in callum conuertatur, ſed ope ipſius laminæ depreſſa re-
maneat. At non ſemper, & continuò poſt inductam cicatricem lamina apponenda,
verùm vbi apparuerit cicatricem nimis eleuatam, ac duriorem factam eſſe; nam à la-
mina perbellè emolliri ſolet, quæ ſi non interdiu, ſaltem nocturno tempore adaptetur
ſua ligatura, vt artis eſt, ſeruata; hoc enim modo labrum tum gratiam, tum priſtinum
ſtatum recipiet. Idque tandem agendum in huiuſmodi labris venit, quod ſupra circa
nares faciendum eſſe diximus; quid enim prodeſt ægrotanti reſtitutum eſſe labrum in
ſuum locum naturalem abſque gratia, & decore? deteſtandum eſſet potiùs, quàm lau-
dandum opus, ſi hæc deſiderarentur, nec Medici ignominia, & ægrotantis dedecus ab-
eſſet. Omni igitur ingenio, atque induſtria vti debet Medicus, vt cõmendationem ſibi,
& arti decorem comparet, & hæc breuiter, quoad fierit potuit, de curatione labrorum
D curtorum ex cicatrice, dicta ſint.

De labris curtis reſtaurandis.

CVratione cicatricoſorum labrorum traducis ope non egentium abſoluta, ad eo-
rum curationem iam properandum eſt, quæ curari minimè poſſunt abſque eiuſ-
dem traducis beneficio: quibus ſanè curandis ad memoriam reuocanda ſunt, quę ſupra
de traduce efformando diximus; nam ſine eorum recta intelligentia fieri non poteſt, vt
hoc genus curtorum integritati reſtituatur. Animaduertit pulchrè hoc loco Taliaco-
tius, quòd labro modicè decurtato nequeat adhiberi curatio, ob imminens periculum
ne tradux mortificetur; is enim quando eſt valde exiguus, vel non poteſt exactè futurà
labro coniungi, vel ſi poteſt, eò quod in exigua quantitate alimentum ſua exilitate tra-
hat, facilè emoritur. Et reuera quoniam ad præparandum traducem multùm tempo-

ris maximo cum Medici labore, & ægrotantis moleſtia requiritur, rationi conſonum E
non videtur ægrotanti id conſilij dare, illíque perſuadere, vt diſcrimen huius grauis operationis intempeſtiuè ſubeat: ſed ſatiùs eſt eum deterrere ab hoc cogitato, cùm ſe exponere debeat operationi cuidam, ex qua parùm commodi, & multùm detrimenti ſuſcipere poſſet. Contra verò, cui inſignis, & conſpicua labri portio deficit, omni verborum apparatu peritus Chirurgus ſuadeat, vt reſtaurationi ex hoc opere pendenti hilariter ſe concredat: & ipſe Medicus interim conſtanti animo prouinciam ſuſcipiens felicis exitus ſpe fultus, omnia, quæ ad curationem pertinent, ſibi præparet.

Ad opus itaque ſe accingens, quod primùm ei obijcitur conſiderandum, eſt pro ſuperno ne, an pro inferno labro inſtituatur curatio, atque vbi perſpexerit. v. g. ſuperius egere reſtauratione, eodem modo traducem procreare, atque eundem ſuo tempore ex ſuperiori parte brachij, quà humerum reſpicit, ſeparare ſtudeat, ac ſupra in naribus reſarciendis dictum fuit, atque ex ſequenti Figura decima ſexta perſpicuè deprehenditur. F

ICON DECIMASEXTA.



G

Hac tabula ad labia reſarcienda pertinet, atque quod ipſorum ſuperius eſt.

C *Labium ſupernum decurtatum.*

D A C *Cutis propago, ex qua labium reſtauratur.*

D *Radix propaginis.* H

C *Apex illius, & pars inſititia.*

A *Corpus eiuſdem.*

B *Area, & locus vnde propago educta fuit.*

Poſt traducis à brachio ſeparationem, curti labri extremitas, quoad ſanguinem vndique emittat, eſt recidenda, ac inde vbi artificio ſuperiùs expoſito factum ſit, vt tradux adamuſſim curto labro reſpondeat, ijſdem inſtrumentis, quibus ad nares conformandas vſi ſumus, conſuantur, curentur, idoneaque faſcia deligentur, quemadmodum apparet in Figura decimaſeptima.

Quod ſi infernum labrum reficiendum occurrat, tradux in parte inferiore brachij, quà ad cubitum vergit, ſecandus eſt, ſurſumque inuertendus, vt exterior labri ſuperficies cum exteriori traducis vniatur, & interna vnius, nempe rubra, cum rubra alterius

coniun-

A coniungatur. Modum, quo fieri debet talis ſectio, ita vt tota operatio finem ſortiatur, qui artificis conſilio exactè reſpondeat, decima octaua Figura apertè demonſtrat.

ICON DECIMASEPTIMA.

B



ICON DECIMAOCTAVA.

C



D

T*abula Decimaſeptima propaginis in ſupernum labium iam inſitione m factam, & eius deligationem demonſtrat.*

F *Cutaneus tradux labio inſertus ſuperiori.*

N *Inſitio ipſa traducis cum labio.*

G *Area, vnde tradux fuit eductus.* E
a a a *Faſcia regia, cui cætera innituntur.*
D *Faſcia cubitalis.*
Q *Faſcia brachialis.*
E *Faſcia pectoralis.*
H *Faſcia axillaris.*
L L *Cucullus.*
a a *Foramen cuculli ad aures.*
I I I I *Diploidis, ſiue thoracis pars anterior.*
M M M *Thoracis diuiſio, qua funiculis conſtringitur.*
A A A *Funiculi faſciarum.*

Tabula Decima octaua inferius labrum repræſentat vnà cum propagine, & area.
A *Labrum inferius curtum.*
D B E *Cutaneus tradux.* F
D *Radix traducis.*
E *Apex inſititius traducis.*
B *Corpus traducis.*
C *Area locus.*

Facta, vt decet, prædicta ſectione, tradux præceptis hactenus traditis reciſo labro eſt adaptandus: vulnuſque inſuper curandum, faſcijſque vinciendum, quæ omnia dilucidè ob oculos ponit Figura immediatè deſcripta.

ICON DECIMANONA.

 G

H

Hac tabula inſitionem inferni labri, & deligationem continet.
F *Cutaneus tradux.*
C *Labij inferni inſitio.*
E *Area.*
a a a *Faſcia regia.*
B *Faſcia cubitalis.*
D *Faſcia pectoralis.*

a *Faſcia*


A *a Faſcia axillaris.*
A *Faſcia brachialis.*
O O *Cucullus.*
H *Foramen cuculli ad tranſmittendas aures.*

Notandum eſt in harum partium curatione, vt antequam tradux decurtatis labris adiungatur, internæ ipſius ſuperficiei callum perfectiùs obducatur, quàm in narium refectione; nam ſutura in labris facta ſolet ab humiditate tam à palato, quàm à gingiuis effluente conſpurcari: quocirca ſi traducis interna ſuperficies non fuerit exactè ad calli naturam redacta, præterquam quòd curatio multùm differtur, periculum quoque imminet, ne vlla ratione poſſit ad exitum perduci. Hac igitur habita conſideratione ſutura contortis acubus (Figura duodecima delineatis) eſt facienda, qua peracta cruentis medicamentis vulnus priùs, deinde ſuppurantibus quouſque penitus tradux coaluerit, ac firmiter reſtanratæ parti adhæſerit, eſt curandum. Tempus, qnod ad hanc
B conglutinationem requiritur, non debet eſſe breuius viginti quatuor dierum ſpatio, ſi æſtas fuerit: hyeme verò longins ſit, oportet; nam ob continuum humiditatis effluxum infida traducis vnio cum diſſecto labro redditur. Illnd etiam eſt obſeruandum, quod labri ſubſtantia non omnibus eſt eadem; aliquibus quippe maior, nonnullis minor vliginis quantitas ineſt, quæ magis, & minus curationem procraſtinare valet.

Vbi tradux fuerit perfectè agglutinatus labro, ita vt nulla ſuperſit ſuſpicio diſiunctionis à brachio ſeparandus eſt, non ſecus atque fieri iuſſimus in naribus inſtanrandis. Poſt hæc idoneis præſidijs iam dictis tum ipſius labri curationi, tum ornatni, quantum fieri poterit, incumbendum eſt. Curationem adiuuare multùm valet elegans illa deligatio, cuius ſupra mentionem fecimus, quæ ex linteo albo, ac tenui fabrefieri, & ſic adaptari debet, vt à labro vtrinque in duo capita diuidatur, cuius vnum (ſi ſnpernnm labrum ſit reſarciendum) ſupra aures; alterum infra ducendum, & ad occiput obligandum. Si vero inferius labrũ ſit reficiendũ, infra aures ducenda ſunt faſciæ capita, quonſq; ad occipnt terminẽtur, vbi colligari debẽt: quẽadmodũ in adnexa Figura obſeruare quiſq; poterit.

C

ICON VIGESIMA.



D

Hac tabula vtriuſque labij deligationem, & ea iam efformata demonſtrat.
A B C *Faſcia deligans ſupernum labium.*

A *Faſcia*

A *Faſciæ baſis.* B
B *Faſciæ ductus ſuperior.*
C *Faſciæ ductus inferior.*
E *Finis, & innodatio ſuperioris ductus.*
F *Finis, & innodatio inferni ductus.*
D *Deligatio inferni labij vno faſciæ ductu.*
G *Infernum labium iam reſtauratum.*
H *Labium ſupernum iam reſtauratum.*

Sed ad conſeruandam curtorum conformationem interdum lamina plumbea re-
quiritur, quæ ſi ea diligentia, ac decet, adhibeatur parti reſtauratæ, priſtinam ele-
gantiam reſumet. Atque hæc de labris quocunque modo læſis reſtaurandis per com-
pendium dicta ſufficiant.

De curtis auribus reformandis. Cap. X. F

QVamuis aurium curtarum curandi ratio, citiùs, ac breuiori tempore
celebretur; eſt tamen difficilis, ac laborioſa, neque vndequaque tuta.
Nec quiſquam putet poſſe ex toto amputatam aurem reſtaurari, ac
de nouo reformari; nam cum mediante traduce ſit reſarcienda, vbi
tota fuerit abſciſſa, nullum remanet ſubſidium, cui inniti poſſit tradux.
Vnde temerarij illi cenſendi ſunt, qui alto ſupercilio dicunt poſſe au-
res curtas, aut ex toto à capite diſſectas arte refici. Adhoc igitur, vt auris renouari
poſſit, requiritur neceſſariò, vt aliqua pars ipſius remaneat, cui cutis traducis aggluti-
nari poſſit. Si igitur inferior, aut ſuperior pars ſecta fuerit, reſarciri quidem poteſt: ſed
inferior pars faciliùs, atque elegantiùs conficitur, quod præ cæteris lucidiſſimè appa-
ruit in illo D. Benedicti Monacho, cui pars inferior auriculæ amputata fuit, atque adeò
à Taliacotio venuſtè, & eleganter reſtituta, vt omnem captum humanum ſuperare ſit
viſa: è contra verò vbi ſuperior pars curta fuerit, vix & cum maxima difficultate re- G
ſtauratur, præcipuè in corporibus gracilibus, quibus cutis, à qua petendus eſt tradux,
ſit valdè tenuis; id quod contigit cuidam nobili ex oppido Caſtri Realis, cuius elegans
Chirurgus Ioſeph Galletti ſuſcepit curtam aurem reſtaurandam, quæ quamuis ex arte
fuerit reſtituta, ob cutis tamen tenuitatem conſiſtere nequiuit, totaque exiccata con-
cidit. Cur modò partes auris ſuperiores ſectæ difficiliùs, inferiores autem faciliùs re-
ſtaurentur; euenit ratione particulæ naturæ; nam inferna pars cutanea eſt, ſuperna ve-
rò cartilaginoſa, quo nomine inferior quaſi ſuo pondere deorſum declinat. Quò pars
ſuperior ſit eleuata, opus eſt, ne ſupra meatum auditorium concidat, quod beneficium
à cartilagine habet; cartilago autem ex cute elici minimè poteſt; hinc difficiliùs confi-
citur ab arte huius auris pars.

Sed vtcunque ſit, ſiue pars ſuperior, ſiue inferior ſecta fuerit, oportet, vt adſit pars
vna, cui tradux adhærere poſſit; in quo efformando, & præparando non accipitur cu-
tis ex brachio, vt dictum fuit ſuperiùs in naribus, & labijs reformandis; ſed eliciendus
eſt ex illa regione, quæ poſt aurem eſt: nempe ſuperior pars à ſuperiori, inferior ab in H
feriori reficienda eſt, vt demõſtratur Icone X X I. Longè enim citiùs tradux ex huius
loci cute delineatur, faciliuſque auri ſectæ agglutinatur, quàm vbi ex cute brachij ac-
cipitur; quandoquidem quamprimum ille delineatus eſt, ſtatim fit ſectio, cutiſque ab
oſſe caluæ euellitur: qua auulſa, & profunda ſectione ab oſſe ſeparata, auri curtæ futu-
rà ſtatim adnectitur. At quãdo ex brachio tradux eſt accipiendus, expedit, vt dictũ fuit
ſuo loco, ſectione cutem ſeparare à ſubiecto muſculo: deinde vulnus per multos dies
curare, quouſque cutis fiat idonea, vt naribus adaptetur; nam ſiue in ſuperiori, ſiue in
inferiori ſui parte ab alia cute ſecta fuerit, tantum temporis permittendum eſt præte-
rire, quouſque perfectè conſolidata fuerit: ſcalpris deinde in ſuprema ſui parte, qua ad-
hærere naribus, aut labro debet, excorianda eſt; nam antequam ſcalpatur, non eſt apta,
vt naribus agglutinari poſſit. Longius igitur tempus, & maior induſtria in traduce
efformando ex brachij cute requiritur, quàm ex regione poſt aurem: è contra maiori
cum

cum dolore tradux auris, quàm narium, aut labiorum efformatur (licet breuiori temporis interuallo) quandoquidem opus eſt eum à pericranio, & ſubiecto oſſe ſectione profundiſſima ſeparare, quod non niſi maximo cruciatu, ac ſummo dolore perficitur, nec abſque aliquo periculo. Quod re vera impendet, tum quia ſæpe inflammatio excitatur: tum quia partes ſubiectæ, quæ auferuntur, detectæ à cute manent, vnde difficiliùs vulnus ad curandum redditur: tum quia fieri minimè poteſt, quin in hoc traduce delineando arteria quædam, quæ per hanc reptat regionem, tranſuerſim ſecetur, à qua multa ſanguinis copia effluere conſueuit; quæue difficulter ſecta conſolidatur: denique quia cutis, quæ ab oſſe ſeparatur tenuis, ac penè exanguis eſt, & à ſubiectis partibus frigidis euulſa, ſiccæ, ac tenui parti adhærere eſt opus, quæ omnia caloris imbecillitatem arguunt; quibus nominibus periculum eſt, ne emoriatur tradux, huiuſmodíque operatio vana reddatur.

Ex his ſatis apparet breuiorem eſſe viam in producendo, & applicando traduce auribus, quàm naribus, aut labijs, ſed non ſine dolore, ac inflammationis periculo, quæ in traduce è brachio efformando non occurrunt; dolor enim pauciſſimus, breuiſſimuſque nullo exiſtente inflammationis, aut fluxus ſanguinis periculo, tum ob exiguitatem venarum, & arteriarum, quæ illac excurrunt, tum quia cutis, cùm ſit craſſa, probè nutritur. Non igitur in hoc traduce efformando pro auribus reſtaurandis ſenſim, & per tam longa temporum interualla opus eſt progredi, vt dictum fuit agendum eſſe in narium, aut labiorum figuratione. Vbi itaque tradux delineatus fuerit, immediatè excidendus, ſtatimque auri agglutinandus eſt.

Quod cùm hac celeritate fieri debeat, omnia in promptu eſſe oportet, vt operatio iucundè procedat, vt ſunt optimi cultri acuta acie præditi, acus egregiæ æquali filo inſtructæ, lintea tenuia alba, ouorum albumina, quibus pulueres ex ſanguine draconis, bolo armeniæ, terra ſigillata, & huiuſmodi admiſceantur; orbiculoſque ſtupeos paratos eſſe conuenit, vt immergi in hoc albumen poſſint ad ſanguinem ſiſtendum violentiſſimè ab arteria ſecta erumpentem, goſſipium quoque vſtulatum, & minimè vſtulatum: ſed ita integrum oſculo arteriæ ſectæ applicandum eſt digito compreſſum; vnicum enim præſidium eſt ad ſanguinem cohibendum. Deinde faſcia quadam lintea alba, tenui, longitudine ſeſqui cubiti, latitudine digitorum quatuor, aut quinque opus eſt: hæcque omnia parata eſſe oportet ante operationem; quæ tria amplectitur, vnum eſt traducis efformatio, alterum eiuſdem auri adiunctio; & tandem ipſius auris ſectæ conſeruatio.

Prima operatio, quæ eſt baſis, & fundamentum totius huius fabricæ, ad hunc fieri modum debet, primò ipſum traducem linea quadam nigra deſignare eſt opus, ſiue ſuperior, ſiue inferior pars auris reſtauranda veniat; deinde cultro acutiſſimo cutis profundiſſima ſectione ab alia cute ſeparanda eſt: tertiò eandem ita ab alia cute, veluti linea quadam ſeparatam à ſubiecto quamcitiſſimè diuellere oportet. Miniſter verò interim ſanguinem ab arteria ſecta fluentem, vel proprio digito, aut ſtupis in ſucco prædicto madidis cobibeat: manumque ipſius Medici ſecantis ſequatur, quouſque totam cutem vndequaque à ſubiectis, & vicinis partibus pro traduce efformando ſeparauerit; areamque mox apparentem in oſſe obcutem ablatam ſtupis in oui albumine madidis pulchrè tegat, ac manu comprimat, & quantùm fieri poterit, conſeruet.

Huiuſmodi actione peracta, nempe cute à ſubiecto oſſe, & partibus cutis inferiùs, & ſuperiùs ſectione eleganter ſeparata, ſtatim in auris ſuperficie totam cicatricem calloſam vndequaque amputabit, ita vt æqualiter ſanguis effluat; quo enim ampliùs, ac profundiùs auris cicatrix diſſecta fuerit, eò citiùs, & elegantiùs tradux ei agglutinabitur, ac firmiùs. Ablata tota cicatrice opus eſt linteo ſanguinem detergere, animaduertereque an ſanguis probè ab omni parte auris cicatricis ſectæ emanet; nam ſi minima pars remaneret intacta, à qua ſanguis non effluerct, eſſet impedimento, quo minus tradux agglutinari auri poſſet. Hoc rectè peracto, tradux trahendus eſt, & futurà auri conglutinandus: quot verò punctis ſutura conſtitui debeat, & cui regioni primum punctum affigendum ſit, res ipſa perito Chirurgo demonſtrabit. Facta iam ſutura goſſipio meatum auditorium claudere conuenit; deinde ſtupam ouorum aquato imbutam ſuturæ apponat, ad areamque aurem tantiſper declinans, ligaturaque curioſiſſimè deliget

faſcia

faſcia iam dicta, quæ diuiſa videatur in duas partes, vna quæ baſis vicem gerat, altera E ductuum. Baſim illam intellige, quæ partem integram totam, qua à traduce alterius auris infima per gulam deorſum ad alteram aurem ſurſum conducitur, quod faſciæ ſpatium totum integrum eſſe debet, nulla ratione diſciſum: ductus verò faſciæ ſunt illa capita, quæ ab vtraque aure ſurſum ad verticem cõuertuntur, in duaſque rurſus partes diuiſa, inde pars vna ad frontem, altera ad occiput excurrat, vt medicamentum appoſitum faciliùs adhærere, & in ſtatu ſuo poſita auris conſeruari poſſit, quod Figura ſequens exponit.

ICON VIGESIMAPRIMA.

F



G

Hac tabula aures curtas, & earum poſt inſitionem deligationem oſtendit,

A *Auris portio ſuperior curta.*
B *Auris portio inferior curta.*
ODEFG *Faſcia.*
O *Faſcia baſis, qua gutturi ſubijcitur.*
D *Faſcia ductus anterior.*
E *Faſcia ductus poſterior.*
F *Poſterioris ductus innodatio.*
G *Anterioris ductus innodatio.*
C *Cutis propago aurium iam inſita.* H

Functione hac abſoluta oculos, & animum ad plagam illam factam in capite voluere eſt opus, inhibereque ne vel pars ipſa, vel totum caput ipſius plagæ ratione, inflammationem aliquam contrahat: quod præſidijs idoneis fiet, partim humorem deorſum impellentibus, atque eoſdem ad partes infernas trahentibus. Inter impellentia huic affectæ parti conuenientia, partibuſque propinquioribus applicanda, quæ & interceptoria appellari ſolent, ſunt linteola in poſca madida, frigida actu huius partis ceruici apponenda, eaque ſæpius per duas ſaltem horas mutanda, ne vbi calefacta ſint ad ſe calorem, & humorem trahant, ſed miniſtro hoc munus dandum eſt, qui attentè illi ſtudeat: inferiùs verò attrahendi ſunt humores frictionibus factis ad crura, ligaturis etiam quandoque vti opus eſt dolorem inducentibus, vt citiùs humores attrahantur; nonnunquam verò ad ſanguinis miſſionem reuulſiuam deueniendum; quamuis non ſtatim,

A tim, ſed ſequenti die vbi appareat aliquod inflammationis veſtigium, aut ipſius ſuſpicio immineat.

Inſtitutaque victus ratione decenti, in ſuperioribus circa alimenta, & potus præſcripta, à vino abſtinendū eſt per aliquot dies, & huius loco aquâ coctâ, in qua ebullierit ſemen aliquod, quod refrigerandi facultatem habeat, vtendum, de quibus alibi. Curandum quoque eſt, vt æger quieſcat, & in lecto decumbat; & ſingulo mane, ac veſperi frictionibus lenibus ad crura primùm, deinde ad brachia, & ad dorſum contrectetur ad quartum vſque diem. Immoderatus ſomnus, ac vigilia euitanda eſt; ſitus capitis ſit in oppoſitum latus, ſilentium, quantùm fieri poteſt, ſibi imponat; periculum enim eſt ne ex continuo maxillæ inferioris motu concitetur inflammatio: animi quoque immoderati affectus, qui poſſint ipſum ad excandeſcentiam, aut iracundiam commouere omni induſtria ſunt fugiendi, proinde turba gentium è cubiculo eſt arcenda; curandumque tandem eſt, vt quotidie, aut ſaltem alternis diebus adſit alui beneficium, quod vbi non adfuerit naturâ, arte comparandum eſt clyſteribus, aut ſuppoſitorijs.

B Præſcripta igitur rectâ victus ratione, in ſex rebus non naturalibus, reliqua chirurgica curatio incepta ad finem vſque perducenda eſt, quæ initium ſumit à ſtuparum ablatione, vbi videbitur Medico ſatisfeciſſe, neque aliquod adſit, vel inflammationis, vel ſanguinis fluxus periculum. Diligenter itaque animaduertere debet, an orificium arteriæ reſeratum, an à caruncula ibi adnata perfectè clauſum fuerit, quod ſi nondum obturatum ſit oſculum arteriæ, & adhuc albumina adhærere ſatis videantur, reijcienda eſt hæc operatio in tertium vſque diem; tunc enim ſi res tuta videatur, puris copia emanante, qua albumina madidiora reddita poſſint faciliùs auferri, tunc blandiùs, quoad fieri poterit, hæc ipſa auferantur. Quibus pulchrè, & vt artis eſt, ablatis, ad propaginem cutis auri adnexam, ſimulque, & ſemel ad aream curandam vnica operatione eſt properandum, quæ vtrumque vulnus ad ſuppurationē ducat ad decimumquartum vſque diem, citiùs, aut tardiùs pro vario corporis habitu, complexione, & alijs circumſtantijs, vt decet, animaduerſis.

Medicamenta autem localia, quæ exiccandi vim habent, & inducendi cicatri-
C cem, ad quæ deueniendum deinceps eſt, iam ſupra deſcripſimus. Puncta acu facta non ſunt negligenda, quæ vbi non perfectè conſolidentur, aut appareat aliquid humiditatis, quà impediatur conſolidatio, eis inſpergatur ſingulo mane, ac veſperi modicum pulueris à nobis ſuperiùs propoſiti in narium, & labiorum conſolidatione. Funiculos verò, quibus ſutura conſtat, remouere oportet quamprimum, quod ante hebdomadæ ſpatium, quod eſt longiſſimum, fieri debet. Vulnere iam conſolidato opus eſt poſteriori parti propaginis attentè incumbere; nam ſuperficies illa, quæ ab oſſe ſeparata fuit, eget exiccatione, alioquin non poſſet induci callus, in quo inducendo, nec non & in perfectè conſolidanda area, ſolertia, ac arte vtendum eſt. Solet caro in area quandoque ſuccreſcere, quæ omninò inhibenda, & quod eius genitum eſt, totum id medicamentis idoneis cōſumendum: curandumque eſt, vt cicatrix non indecora inducatur, præſertim circa radicem traducis, quæ operatio, cùm paulùm difficilis ſit, attentionem, & Medici ſolertiam requirit; interdum enim in longius tempus produci conſueuit.

Medicamenta autem tam exiccantia, quàm agglutinantia, & corroſiua eadem pror-
D ſus ſunt, ac illa in narium, & labiorum curatione profusè dicta: idem quoque eſt eorum vſus, atque recta adminiſtratio. Conſolidata iam pulchrè aure, ita vt contrectari queat, cogitandum eſt de ea collocanda in tali ſtatu, vt poſſit conſeruari, ſimulque & ſatisfieri indicationi, quæ ex area, nec non & ex parte traducis poſteriori ſuggeritur, vt paulò antea dictum eſt; tradux enim nondum aſſuetus eſt ſitui auris, qui paulatim aſſuefaciendus venit: huius rei gratia puluilli quidam ex linea tela tenui admodum, & molli præparandi ſunt, quorum vnus inter aream, & aurem iam fabricatam ſubijciendus eſt, qui latitudine, & longitudine ipſi auri proportionatus ſit, neque ipſam excedat, aut ab eadem excedatur, ſitque huius latitudinis, vt ſpatium illud totum complectatur, quod interiacet, & tam aream, quàm aurem hiſce inde apprehendat, faſciaque ſupradicta, ita muniendus eſt puluillus, ne in vnam, aut alteram partem flectere poſſit. Quibus ita peractis habebis aurem perfectè inſtauratam vt conſpicitur perbellè in Figura ſequenti.

ICON VIGESIMASECVNDA. E



F

Hæc tabula aures iam efformatas, & aream traducis exhibet.

A *Area traducis ſupra.*
B *Auris pars ſuperior efformata.*
C *Auris inferior pars efformata.*
D *Area traducis infra.* G

Sed re vera in auribus eleganter conſtruendis totum artificium videtur poſitum in recta puluillorum adminiſtratione; è contra verò in narium exacta ſtructura tota induſtria verſabatur in accommodata traducis præparanda ratione, nempè in ſectionibus ritè,& vt decet, tam ſecundùm longitudinem, quàm ſecundùm latitudinem factis. Puluillis itaque diligentiſſimè appoſitis, quod reliquum eſt, naturæ committatur. Atque hic, reſectis ſuperfluis, vberioris doctrinæ cauſa à Taliacotio appoſitis, ſiſtat curtorum reficiendorum tractatio,in qua curioſus Medicus huic operi ſe accingens nihil omninò deſiderare poterit.

H

FINIS TERTIAE DECADIS.

IOANNIS BAPTISTAE CORTESII
MISCELLANEORVM MEDICINALIVM DECAS QVARTA

De Rebus Naturalibus.

Ad Tyrones.

MVltùm refert, vt is, qui ſe Medicæ facultati conſecrare, ac deuouere
cupit, ſibi ob oculos ſtatuat non cuilibet, vel ab aratro redeunti pate-
B re aditum ad huius perfectionem pertingendi, ſed neceſſarium eſſe
requiſitum, vt Medicinæ Tyro plurimarum habeat rerum cognitio-
nem, quarum non infimum aſſecutus eſt, ſi Latini, & Græci idioma-
tis ſit peritus; harum enim linguarum, ſi nullam ſibi perſpectam ha-
beat, impoſſibile eſt eum ex fontibus ſcientiæ huius aliquid haurire, & per conſequens
finem propoſitum aſſequi poſſe. Adhæc ſupponitur in Medicinæ ſtudioſo illum præ-
clarè callere prædicabilia Porphyrij, & magna diligentia menti, & animo mandaſſe
ea, quæ Philoſophus in libris Priorum, & Poſteriorum, nec non in libris de Phyſico
auditu pertractat, quid ſcribat de Cælo, de Generatione, & Corruptione, de Meteoris,
de Anima, denique quid de Paruis naturalibus poſteritati reliquit; nã vbi Philoſophus
definit, Medicus eſſe incipit, vt Ariſtoteles teſtatur. Quare cùm præcitati libri adeò
neceſſarij ſint ad Medicinã benè obeundam, exiguà adhibità operà quilibet colligere
poterit, eis, qui hos vel negligenter percurrũt, vel penitus omittunt non affulgere poſſe
ſpem ſynceram profectus in hac facultate, nec vnquam tales ad aliquod exiſtimationis
C faſtigium peruenturos. Vos verò, cùm ad ſufficientiam in philoſophicis diſciplinis
deſudaueritis Medicinæ veſtrum ſtudium nauare ſtatuentes, ſapientem admodum
cogitationem concepiſtis in eo, quòd animaduertentes labyrintheas vias in medica
facultate à me flagitaueritis, vt vobis methodo breui, ac facili exponerem, qua ratio-
ne principia eius aggredi, & cum fructu emolumentoque continuare valeatis. Ego li-
cet plurimis negotijs impeditus, & penè innumeris alijs moleſtijs diſtentus ſim, tamen
vobis eà ſolertià gratificari ſtudebo, vt manifeſtè ex meo labore appareat me omnem
meam cogitationem, induſtriam, & laborem eò conuertere, quò vberrimos huius
ſcientiæ fructus, & vtilitates capiatis; nam inſtitutionem methodicam vobis ſum de-
claraturus, cuius beneficio non modò Medicinæ principia poteritis feliciter auſpicari,
ſed etiam velut manu ducti in cognitionem venire, quis modus ſtudendi, qualiſque
ordo librorum legendorum ſit, aſpirantibus vobis ad huius facultatis apicem obſer-
uandus.

Verùm antequam initium faciã, decreui vobis afferre, vnde Medicina ortum ſuum
D duxerit, & quem progreſſum in hunc vſque diem habuerit, non mentionem facturus
de ipſius nobilitate, cùm latè pateat omnium artium præſtantiſſimam eſſe, primùm
quòd nobiliſſimum præ cæteris ſubiectum habet, & conſiderat, quod eſt corpus hu-
manum; deinde quòd finis ipſius eſt ſanitas, quæ quàm nobilis ſit omnes norunt: de-
nique quòd demonſtrandi certitudine vtitur. Et quamuis ſcripſerit Galenus eandem
vti coniecturà, id tamen intelligendum eſt de cognitione; nam quantum ſpectat ad
ipſius operationes, procedit ex veris, primis, notioribus, & cauſis concluſionis eodem
docente Galeno. Sed ad ipſius originem accedens, dico Medicinam antiquiſſimam
eſſe, cùm in ipſo vniuerſi exordio à Summo rerum Conditore ſuum eſſe ſortita ſit;
Deus namque in principio Mundi creauit quatuor Elementa, reſque elementatas
omnes, præſertim animalia, plantas, & metalla, à quibus omnibus, non modò genus
humanum conſeruari, ſed etiam ab inſtantibus morbis liberari poteſt. Iure igitur me-
rito Medicina cum ipſa rerum vniuerſitate parem perennitatem habere gloriatur.

Google

Et quanquam ante diluuium nullum teſtimonium habeamus Medicam artem viguiſſe, E poſt tamen illud familiariſſimam in Aegypto extitiſſe, nec ab inferioris notæ hominibus tantùm, ſed & ab ipſis Regibus fuiſſe excultam, pro comperto habemus.

Primus, qui apud Græcos Medicinam exercuit (eorum qui ad noſtram memoriam venerunt) fuit Apollo, vt refert Plutarch. in lib. de Oſiride, & Plin. initio lib. 29. Et licet tunc temporis rudis haberetur, ferunt tamen ab Aeſculapio eius filio, ea ratione factam fuiſſe, vt non ſolùm ægros ſanitati facillimè reſtituiſſe, verùm etiã exanimes ad vitam reuocaſſe fatua antiquitas exiſtimauerit, quemadmodum etiam citato loco Plinius de Tyndaride ſcriptum reliquit, licet plerique Hippolytum, & Androgeum Minois filios è monumento extractos fuiſſe ſibi perſuadeant. Quid igitur mirum ſi eidem templa tanquam Medicinæ Deo erecta fuerint? Aeſculapio ſucceſſerunt Podalirius, & Machaon, qui in Bello Troiano inſigniter eminuerunt, at in illa parte tantum, quæ manu curat. Longo deinde temporis interuallo, ad bellum vſque Peloponneſiacum in obſcuro latuit Medicina, cùm Hippocrates in Inſula Coo (nunc Langò appellata) natus ad artis præcepta reduxit, & vt ſcribit Soranus ab artibus circulatorijs F ſeparauit. Cùm enim in more tunc temporis poſitum eſſet, nomina eorum, qui ſanabantur, & medicamenta, quibus liberati erant in tabellis quibuſdam ſcribere, eaſque in templum Dei auxiliatoris offerre, ex huiuſmodi tabellis Diuinus Senex eam Medicinam inſtituit, quam Clinicem appellant. Eum ſecuti ſunt plures Medici, & famà quidem celeberrimi, ad Galeni vſque tempora; ſed quia diſcordes inter ſe maximè erant, nullum inde incrementum Medicina accepit. Fuerunt autem hi, Drago, Prodicus, Cryſippus, Eraſiſtratus, Herophilus, Acron Siculus Agrigentinus Empiricæ ſectæ inuentor, Aſclepiades, Themiſon, & Antonius Muſa, ac demum Theſſalus, qui tempore Plinij, aut ſaltem non multò antè vixit. Is docente Plinio libro 29. citato adeo temerarius, & audax fuit, vt maiorum placita diluere, in omneſque ſui æui Medicos inuehere non erubuerit; tamque præterea immodeſtus, tamque acris fuit, vt ad extremum ſuo monumento inſcribi voluerit ἰατρονίκης, hoc eſt Medicorum Victorem. Floruit poſtea Dioſcorides, nec non Cornelius Celſus, quamuis huius nullam determinati temporis certitudinem habeamus. Poſt hos omnes tandem Galenus Medicorum G omnium facilè Princeps in hominum lucem prodijt, qui repetens, quæ à Diuino Hippocrate concisè, & fortè etiam confusè tradita fuerant, Medicinam ad artem methodicam, & dogmaticam reduxit, & ita confirmauit, vt nunquam è memoria hominum excidere, aut aliqua obliuione deleri poſſit. A Galeno ad Auicennam vſque, inter quos ſpatium interceſſit annorum M. I I. (Galenus quippe anno Chriſti Domini vixit C. X X X X V I I. Auicennas verò M.C.X L I X.) pauciſſimi Medici extiterunt; nam inter Græcos Paulus. Aëtius. Trallianus. Oribaſius. Alexander. Iatros. Soranus, & Actuarius floruerunt.

Inter Arabes fuit inprimis Euax Rex, Auenzoar, Raſis, Serapio, Albucaſis, & Iſaac; nam cùm gens Græca omnium diligentiſſima, omnique laude digniſſima à literarum ſtudijs bellicis tumultibus occupata receſſiſſet, ad Arabes ſcientiarũ monumenta peruenerunt, à quibus amantiſſimè excepta, & accuratà ſolertià exculta ſummum ferè perfectionis faſtigium conſcendiſſe non ignoramus, tempore potiſſimùm Auicennæ, & Auerrhois, qui cùm Philoſophorum, ac Medicorum ſtudijs mirum in modum dele- H ctarentur, maxima induſtria curarunt Medicinam præ reliquis facultatibus ſuis ſcriptis exornare. Auicennas ea omnia, quæ à Galeno ſcripta fuerunt diligenter contemplatus ſuis commentarijs interpretari voluit: quæ igitur obſcura illi videbantur clariora reddidit, concisè dicta amplificauit, nec pauca proprio marte adiecit, totamque denique Medicinam ſparſim hinc inde à Galeno exaratam, ordine compoſitiuo poſteritati reliquit. Hinc ob exactum eius ordinem, & ſingularem doctrinam Principis nomen inter Arabes ſibi comparauit; vtinam eius ſcripta puriori ſtylo latinitati tradita fuiſſent. Ea tempeſtate quampauciſſimi ex Arabibus aliquid ad poſteros perſcripſerunt, inter quos emicuit Meſue; gens enim illa varijs temporum procellis literas deſerere coacta fuit; quapropter factum eſt, vt ad alias regiones diſciplinæ commigrarent. Interea temporis, quamuis in Italia ſcientiarum cultura ſemper floruerit, (fuit enim, vt eſt earum ſedes, & columna) quia tamen varijs perturbationibus etiam ipſa agitabatur,

A nullus ferè, qui nobis Medicinam ſcriptis tradiderit, reperitur. Sed non multò poſt,
anno ſcilicet 1275. vixit clariſſimus Gulielmus Placentinus, & anno 1285. Thadæus
Florentinus, qui in Archigymnaſio Bononienſi Medicinam interpretabatur, & velut
alter Hippocrates habitus eſt. Deinceps claruerunt Petrus Aponenſis Conciliator di-
ctus, Dinus de Garbo filius illius tam celebris Chirurgi Bruni nomine, Gentilis Ful-
ginas, Matthæus Syluaticus, Bononimus, Thomas de Garbo Dini prædicti filius, Ni-
colaus Florentinus, Iacobus de Partibus, & Vgo Senenſis, qui omnes doctiſſimis com-
mentarijs Medicinam amplificarunt, & illuſtrarunt. Quòd autem ij elegantiori ſermo-
ne non ſcripſerint, id fuit, quia ſuis temporibus latina lingua nondum coleretur, quæ
tamen breui poſtea ſuo candori reſtitui cœpit, tempeſtate videlicet illius ſummi Me-
dici Leoniceni, ex quo græcarum literarum elegantiſſimi Interpretes, Græca Latinis
addentes eò literarum monumentis medicam diſciplinam deduxerunt, vt vix maio-
rem perfectionis gradum hominum induſtria acquirere poſſe exiſtimandum ſit.

Inter Italos deinde poſt Leonicenum iam dictum fuit Hermolaus Pius, Manardus,
B Braſauola, Vidius ſenior, Iulius Alexandrinus: & inter poſteriores Mercurialis extitit,
qui & dicendi facundia, & ſcientiarum vbertate maximum Medicinæ ſplendorem at-
tulit; nihil enim abſtruſi, & reconditi in Antiquorum ſcriptis reperitur, quod non acu-
tiſſimè perpenderit, & elegantiſſimè declarauerit. Eſt Capiuacceus, qui Methodum
Medicam, & Anatomicam ad viuum ex Galeni ſcriptis extraxit, Eugenius, Maſſaria,
Campilungus, Dominicus Leo, Euſtachius Rudius, Ioannes Baptiſta Syluaticus, San-
ctorius, Ioannes Zecchius, Iulius Cæſar Claudinus conciuis meus, & alij. Hiſpania
quoque ſuos inde produxit præſtantiſſimos Medicos, Valeſium nempè, Mercatum,
Thomam, & Chriſtophorum A Vega, Garciam, Correrium, & alios. Ex Germania
habuimus Fuchſium, VVeckerium, Giſnerium, Zuingerum, Triuerium, Romſalcum,
Guintherum, Andernacum, & cæteros. Atque in Gallia excelluerunt Fernelius, Syl-
uius, Vaſæus, Valleriola, Rondoletius, Ioubertus, quorum omnium opera, & ſtudio,
ad id perfectionis, vbi nunc feliciſſimè ſita conſpicitur Medicina, redacta eſt. Et hæc
ſint tanquam prælogomena eorum, quæ mox dicturi ſumus.

C

De eſſentia, ſubiecto, & partibus Medicinæ; deque conditionibus Medici.
Cap. I.

PLures Medicinæ definitiones reperio allatas à Scriptoribus, inter quas
primùm occurrit tanquam antiquiſſima illa percelebris ab Hippo-
crate libello de flatibus deſcripta. *Medicina eſt adiectio, & ablatio.*
Quæ cùm non ſatis declaret naturam rei, ſed tantũmodo vnam ipſius
partem, nempe praxim, eam conſultò relinquimus. Nec in medium
ea eſt adducenda, quam Gal. ex Herophili ſententia lib. ars. per. tra-
didit. *Medicina eſt ſcientia ſalubrium, inſalubrium, & neutrorum.* Nam & ipſa mea
opinione, nec ſatis exponit huius artis naturam. Auicen. lib. 1. Doct. 1. cap. 1. eam
hiſce verbis definit. *Medicina eſt ſcientia, qua humani corporis diſpoſitiones noſcun-
tur, ex parte, qua ſanatur, vel ab ea remouetur, vt habita ſanitas conſeruetur, & amiſſa
D recuperetur.* De hac definitione multa ſanè dicenda eſſent, quæ quoniam ab intenta
breuitate omnino nos auocarent, præſtat eam prætermittere, & aliam perueſtigare.
Sed Auerrh. lib. 6. collig. cap. 1. videtur aſſignare veram definitionem habentem
omnes conditiones, dum inquit. *Medicina eſt ars effectrix ratione, & experimento in-
uenta, quæ ſanitatem conſeruat, & morbos pellit.* Veræ enim definitiones ex genere
conſtant, & differentijs: differentiæ ſunt eſſentiales, ad quas genus ſtatim ſequitur, non
autem differentiæ ad genus, quæ ſi vnà cum genere ſumantur, vnam rem concludunt,
ita vt definitum non excedat definitionem, neque ab ipſa definitione excedatur. Exa-
minemus igitur huius definitionis vnamquamque particulam, ex quo examine confi-
do vobis apparere hanc eſſe veram, & germanam Medicinæ definitionem. Primò
aſſumitur *Ars* tanquam genus: at ſcire eſt opus quinque eſſe, de quibus Anima affir-
mando, aut negando verum dicit, nempe Ars, Scientia, Sapientia, Prudentia, & Intel-
lectus, quæ inter ſe diuerſa ſunt, ſi particulariter accipiantur; nam Scientia diſtincta eſt

ab ipſa Arte, & reliquis; ſin autem in vniuerſum, & generico quodam modo conſiderentur Ars, & Scientia, vnam, & eandem rem nobis ſignificant: vnde mirum eſſe non debet, ſi Gal. & Auicen. interdum appellarunt Medicinam ſcientiam; tum enim genericè vſurpabant hæc vocabula. Auerrhoës verò magis propriè locutus eſt accipiens Artem pro genere in hac ſua definitione; nam plures ſunt Artes, de quibus hoc nomen prædicatur (dicente Ariſt.) aliæ quidem ſunt actiuæ, aliæ effectiuæ, ſeu efficientes. Actiuæ Artes ſunt illæ, quæ poſt earum operationem nullum opus relinquunt, vt conſpicuum eſt in arte ſaltatoria, & equeſtri: factiuæ verò è contra ſunt illæ, ex quibus dum operantur, nihil apparet, ſed poſt operationem remanet opus, vt in Medicina eſt ſanitas, & in ſculptura, & pictura eſt ſtatua, & imago. Sed noſter Author, vt diſtingueret hanc Artem ab actiuis appoſuit primam differentiam, vt ſit nempe *effectrix*: addidit deinde *ratione, & experimento inuenta*, ad differentiam illius Medicinæ, quæ ſola ratione, vel illius, quæ ſolo experimento inuenta eſt; ſcripſit enim Gal. 1. aphor. comm. 1. duplex dari inſtrumentum ad Artes, & Scientias inueniendas, rationem videlicet, & experimentum. Cùm igitur Auerrhoës ponat hanc differentiam, vult nobis oſtendere, eam eſſe perfectiſſimam Artem. Adiecit vltimò finem, qui eſt *ſanitatis conſeruatio, & morbi expulſio*. Poſitis igitur tribus hiſce differentijs, quæ eſſentialiter prædicantur de Medicina, ſtatim ponitur & genus; quæ omnia ſimul ſumpta conuertuntur cum definito, & è cõtra definitũ cum definitione, vt habetur ex 1. *poſter.* ſi quis enim dicit Artem effectricem ratione, & experimento inuentam ad conſeruandam ſanitatem, & morbum expellendum, ſtatim intelligit Medicinam. Meritò igitur probamus definitionem Medicinæ ab Auerrhoë allatam. E F

Verùm enim verò poſt Medicinæ definitionem ipſius ſubiectum conſiderandum eſt, quòd valde conferat ad perfectam rei cognitionem. Hoc autem in vnaquaque ſcientia, vel arte duplex eſt, materiale vnum; alterum formale: ſubiectum materiale in Medicina nihil aliud eſt, quàm materia conſiderata, nimirum corpus humanum; formale verò modus conſiderandi idem materiale ſubiectum, quod quà ſanabile, & ægrotabile conſideratur à Medico, ſub qua ratione accidentali corpus humanum contrahitur ad Medicinam. Noſtis quoque Philoſophum conſiderare corpus humanum prout mobile, ſunt etiam alij Artifices conſiderantes idem corpus, ſed ſub alia ratione. Franciſcus Valleriola lib. 1. de locis comm. cap. 2. dicebat ſanitatem eſſe materiam conſiderationis ipſius Medici, corpus verò humanum eſſe materiam in qua, & re vera ita eſt; nam Medicina cùm ſit ars effectrix, & faciat, vt intellexiſtis ſanitatem, quæ eſt in genere qualitatis, ea inducitur in ſubiectum, nempe in corpus humanum. Hæc autem ſanitas bifariam conſiderari poteſt, vel quatenus iam inducta in corpus ab arte, vel quatenus adhuc eſt in mente Artificis. Primo modo habet rationẽ finis; iam enim terminatus eſt omnis actus, & omnis operatio ipſius Medici: ſecundo modo Scopi habet rationem; nam Scopus dicitur ille, in quem Artifex tendit. Et hæc de ſubiecto. G

Sed in quot partes diuiditur Medicina?

Scripſit Gal. lib. de ſectis imò pluribus in locis Medicinam variè à Medicis tam Methodicis, quàm Empyricis fuiſſe diuiſam, ſed breuibus ſequentes ipſius Gal. doctrinam dicimus veram Medicinæ diuiſionem accipiendam eſſe à fine, qui duplex eſt, alter ſanitatis conſeruatio, & alter morbi expulſio. Hinc ſtatim emanant duæ Medicinæ partes vna curatiua, & altera conſeruatiua. Prima à græcis dicitur ὑγιεινή, altera θεραπευτική. Verùm nec curatiua, nec conſeruatiua ſuo poteſt fungi officio, niſi priùs agnoſcat ea, circa quæ verſari debet, quæ nihil aliud ſunt, quàm corpus humanum conſtans ex ſuis rebus naturalibus: res autem naturales habent ſuas cauſas, & ſuas paſſiones. Iam verò conſideratio rerum naturalium eſt vna pars Medicinæ, quæ φυσιολογική appellatur, quaſi ratiocinatio: illa verò, quæ verſatur circa cauſas rerum naturalium, dicitur à Græcis αἰτιολογική, hoc eſt diſcurſus circa cauſas: quæ paſſiones conſiderat, παθολογική vocatur, quaſi paſſionum indagatrix. Sed cùm paſſiones rerum naturalium non modò cognoſcendæ, ſed etiam conſeruandæ ſint, quòd & ipſæ à ſtatu naturali recedere poſſint, hinc emergit illa Medicinæ pars, quæ σημειωτική nominatur, id eſt ſignorum inueſtigatrix. Et hæc duplex eſt, vna quæ conſiderat accidentia, & paſſiones rerum exiſtentium in ſuo ſtatu naturali, per quæ Medicus ducitur in cognitionem earundem rerum naturalium; H

eſt

Digitized by Google

A eſt enim diuulgatiſſima Ariſt. ſententia 1. de anim. quòd accidentia magna ex parte ad
cognitionem quod quid eſt, conferunt. Altera eſt, quæ conſiderat accidentia, & paſſio-
nes rerum naturalium, quæ mutatæ ſunt ad ſtatum præter naturam, quibus medianti-
bus Medicus ducitur in cognitionem rerum præſentium. Σημειωτικὴ, quæ conſiderat paſ-
ſiones, & accidentia ſub priori acceptione ſumpta, pertinet ad conſeruatricem: quæ ea-
dem accidentia conſiderat ſub poſteriori notione, ideſt quæ verſatur circa ſymptoma-
ta, ad curatricem ſpectat.

Rurſus nec conſeruatiua, nec curatiua poſſunt, aut conſeruare ſanitatem, aut mor-
bum auferre niſi mediantibus ſuis inſtrumentis. Tria autem hæc ſunt in genere διαίτα,
φαρμακία, & χειρουργία. Præterea conſeruatrix, vel verſatur circa corpora adultorum,
vel puerorum, vel ſenum. Quæ verſatur circa corpora adultorum, vel bonum habitum
inducit, & vocatur à Græcis εὐεκτικὴ, vel bonum habitum conſeruat, roburque virium
addit, & γυμναστικὴ appellatur, de qua elegantiſſimum quidem librum conſcripſit doctiſ-
ſimus Mercurialis. Quæ puerorum curam gerit, παιδοτροφικὴ appellatur à Græcis, hoc eſt
B nutriens pueros: quæ verò ſenes reſpicit, dicitur γηροτροφικὴ, ſeu γηροκομικὴ, nos ſenum con-
ſeruatricem dicimus. Quòd ſi circa boni habitus inducti decorationem verſetur
κομμωτικὴ nominari ſolet, hoc eſt, decoratiua, de qua doctè pariter, & eleganter libro
ſeorſim edito idem Mercurialis pertractauit. Therapeutica, ſeu curatrix ad ſuas
obeundas operationes vtitur omnibus Medicinæ inſtrumentis tam coniunctim, quàm
diuiſim; aliquando enim ſola pharmacia, aut chirurgia, nonnunquam etiam (quam-
uis rarò) ſola diæta; ſæpe chirurgia, pharmacia, atque diæta ſimul: & hæc ſint dicta de
Medicina, iam ad Medicum dirigamus greſſus.

Medicus duobus poteſt conſiderari modis, vel quatenus omnia neceſſaria ad perfe-
ctam naturam Medici, vt Medicus eſt habet, vel quatenus etiam illa, quæ ei ad benè
eſſe conueniunt, poſſidet. Si primo modo ipſum contemplor, occurrit mihi dubium,
an ſcilicet Artis miniſter, an vero Naturæ ſit dicendus. Ratio dubitandi procedit, quia
Hippocrates habuit, quòd Medicina ex tribus conſtet; ex Arte nempe, Aegro, & Me-
dico Artis miniſtro: Galenus verò tum 6. Epidem. comm. 5. tum alibi ſcriptum
C reliquit Medicum eſſe Naturæ miniſtrum. Sed è medio tollitur huiuſmodi dubitatio, ſi
dicamus Medicum eſſe Artis, & Naturæ miniſtrum, vt benè ſenſerunt duo præclariſ-
ſima Medicinæ lumina. Eſt quidem miniſter Artis, quando vtitur medicis auxilijs ab
animalibus, plantis, aut mineralibus, tanquam à materia deſumptis: eſt etiam Naturæ
miniſter, quando motus illius rectè operantis imitatur; Natura enim non impedita
omnia ad conſeruationem, & ſalutem indiuidui dirigit. Quò autem Medicus Arti, &
Naturæ miniſtrare valeat, debet eſſe natura prudens, iudicio perſpicaci, & rectè
à pueritia inſtructus ijs diſciplinis, quas humaniores vocant: imò verò, vt dicebat Diui-
nus Hippocrates, multarum rerum cognitionem, & peritiam habere debet, quam è
ſcriptis clariſſimorum Auctorũ indefeſſo labore legendo haurire contendat. In Ariſt.
doctrina potiſſimùm ſit verſatus oportet: Hippocratis, Galeni, Auicennæ, & aliorum
Medicorum ſcripta diligenter perlegiſſe requiritur, vt re, non nomine tantùm Artis
& Naturæ miniſter, ſanitatis cuſtos, & morborum expulſor appellari queat. Hæc ſunt,
quæ eſſentialia in Medico appellantur: accidentalia verò verſantur circa mores, de
D quibus Hippocr. diffusè tam in lib. de arte, quàm de veteri Medicina tractauit, vbi in-
ter reliqua ait Medicum debere eſſe moribus admirabilem, modeſtia grauem, inno-
centia, & integritate vitæ inculpabilem, ſcientia venerandum, artis operibus, & exerci-
tatione (non inani iactatione) inſignem, fide, & taciturnitate ornatum, iuſtitia ſeue-
rum, ne quid à recto deflectat, ſedulitate alacrem, amore, & charitate in ægros inflam-
matũ, omni demùm vitæ inſtituto moderatũ. Debet etiam habere quãdam comitatem
ſibi adiunctam; nam ruſtica auſteritas ægris, & ſanis difficilem acceſſum præbet: in
congreſſibus nunquam contendat, nec mutuis conuitijs decertet. Sanctum igitur, &
venerandum ſit apud omnes Medicorum nomen, nec vlla vnquam barbarie violan-
dum, quòd leges omnium gentium nutu, & afflatu Diuino ſummis laudum encomijs
ad cælos vſque efferendum putarunt.

De

CVm Medicus, eò quòd ſit Naturæ Miniſter ſæpenumero rerum naturalium mentionem faciat, & ipſius Naturæ nomen pluries vſurpet, quid ſub eius acceptione intelligendum ſit in medica facultate, decet in præſentiarum explicare. Quod tamen, vt dilucida methodo enucleetur, rem ipſam paulò altiùs repetere oportet. Natura igitur conſiderari poteſt, vel ſub vniuerſali aliqua ratione, vel particulariter: primo modo ſumpta nihil eſt aliud, niſi principium motus, & quietis primò, & per ſe, & non ſecundùm accidens, vt habet Ariſt. 2. Phyſ. ſecundo modo conſiderata eſt in duplici differentia; alia enim eſt nobis inſita, ſeu innata, & alia acquiſita, quæ à Medicis conſuetudo appellari conſueuit: vnde Gal. aiebat conſuetudinem eſſe alteram naturam. Inſita autem, ſeu nobis innata, eſt vis, aut facultas quædam, à qua motus omnes corporis prodeunt, & re vera eſt principium motus, & quietis primò, & per ſe, & non ſecundùm accidens, quæ aliud eſſe non poteſt, quàm Anima ipſa, aut calor naturalis, F qui & calidum innatum dicitur, aut temperies. Sed non poteſt eſſe Anima immediatè; cùm ſit actus primus dans eſſe corpori eodem Ariſt. teſte; & quamuis det etiam ſecundum actum, id tamen efficere non poteſt niſi medio aliquo, quod particeps ſit animæ, & corporis; at in corpore noſtro nil reperitur, quod tale ſit, calore naturali excepto. Et licet Valleriola lib. 1. de locis. comm. cap. 5. nitatur demonſtrare hanc facultatem eſſe temperiem; quia tamen à Galeno vbique decantatum eſt calidum innatum eſſe immediatum Animæ inſtrumentum, proinde dicimus cum eodem naturam eſſe virtutem iam dictam, cuius inſtrumentum eſt calidum innatum, ſiue implantatum, & primogenitum, quod θερμὸν ἔμφυτον καὶ ἀείκινητον, appellauit Hippocrates. Et hæc eſt illa Natura, quam Medicus imitari debet, ſi rectè operetur; ab hac enim, quæ in nobis à primo ortu generationis ineſt, prodeunt omnes operationes, & ab hac omnes res naturales denominationem ſumpſerunt.

Sunt autem res naturales ſeptem numero, nempe Elementa, Temperamenta, Membra, ſeu Partes corporis, Humores, Facultates, ſeu Virtutes, Actiones, & Spiritus. G Elementa ſunt quatuor, Ignis ſcilicet, Aër, Aqua, & Terra. Temperamenta alia ſunt ſimplicia, & alia compoſita. Simplicia Temperamenta ſunt quatuor, Calidum, Frigidum, Humidum, & Siccum. Inter ſimplicia illud quoque reponitur, quod Temperamentum æquale dicitur, & eſt in duplici differentia; nam aliud ad pondus, & aliud ad iuſtitiam æquale appellatur. Compoſita ſunt Calidum, & Siccum; Calidum, & Humidum; Frigidum, & Humidum; Frigidum, & Siccum. Membra verò, ſeu partes noſtri corporis, aliæ ſunt ſimilares, & ſimplices, ſeu homogeneæ; aliæ ſunt organicæ ſeu inſtrumentales, ſeu compoſitę. Priores ſunt ſexdecim numero; Cutis videlicet. Pinguedo. Caro. Membranæ. Ligamenta. Fibræ. Cartilagines. Tendines. Oſſa. Glandulæ. Nerui. Venæ. Arteriæ. Vngues. Pili. & Cuticula. Poſteriores ideſt Organicæ ſunt Caput. Thorax. Venter Inferior. & Artus Caput diuiditur in duas partes, in partē nempe capillatam, quæ, & Caluitium, ſeu Calua appellatur, & in faciem, Græcis Πρόσωπον dicta. Calua diuiditur in ſinciput, occiput, & tempora. Facies in frontem, duos oculos cilijs, & ſupercilijs inſtructos, binas aures, naſum, & os propriè dictum, quod ex duabus H maxillis, ſuperiori ſcilicet, & inferiori, duobus labris, palato, & lingua conſtituitur. Thorax componitur ex coſtis, quarum aliæ veræ, & legitimæ, aliæ mendoſæ dicuntur: in anteriori parte habet illud os στέρνον appellatum, in quod ferè mediantibus cartilaginibus deſinunt, & hac ratione dicuntur veræ, & legitimæ. Alias verò quatuor vtrinque, quæ non terminantur in os ſterni, mendoſas, ſeu nothas appellamus. Habet præterea Thorax ſuas partes anteriores, poſteriores, & laterales: poſteriores ſunt duodecim vertebræ, ſeu ſpondyli. Anterior conſtat oſſe ſterni prædicto, cuius duo termini conſiderantur. Superior componitur ex duobus oſſibus, quæ iugularia, ſeu iugula, aut (vt dicunt Arabes) furculæ vocantur. Inferior verò terminus varijs nominibus donatur; nam ξιφοειδὴς, mucronata cartilago, & enſiformis cartilago appellatur. In hac cauitate, hoc eſt in Thorace continentur partes illæ, quæ ſpirituales dicuntur, vt ſunt pulmones cum ſua aſpera arteria, cuius caput Βρόγχος & λάρυγξ nominant; cor cum

ſuo

Digitized by Google

A ſuo περικάρδιν, quod & capſula cordis nominatur. Inferior verò Venter, qui & Abdomen, & à Græcis ὑπογάστριον nuncupatur, conſtat ex partibus internis, & externis: ex internis aliæ nutritioni, & aliæ generationi famulantur. Quæ inſeruiunt nutritioni ſunt Ventriculus, Iecur, Folliculus bilis, Vreteres, Inteſtina tenuia, & craſſa, Renes, & Veſica. Generationi verò ſeruientes, aliæ ſunt, quæ præparant ſemen, aliæ quæ idem perficiunt, aliæ confectum ſeruant, aliæ extra ducunt. Præparantes dicuntur Varicoſi Paraſtatæ, eò quòd varicum in modum ſint reuoluti, conſtantq́ue ex duabus venis, duabuſq́ue arterijs. Quæ verò ſemen efficiunt ſunt Teſtes, quamuis Ariſt. fuerit alterius opinionis; voluit enim in prædictis vaſis fieri abſolutè ſemen; teſtes verò eſſe veluti pondera textricum. Sed relicto Ariſt. dico ex Gal. ſententia teſtes eſſe illam partem, in qua perficitur vltimò ſperma. Alia vaſa à teſtibus prodeuntia appellantur recurrentia, quæ abducunt ſemen à teſtibus: & quod in illis admiratione dignum conſpicitur, eſt, quòd ſunt rotunda neruorum inſtar, nullaq́ue ratione perforata, & tamen per ipſa ſemen, quod eſt craſſioris ſubſtantiæ permeat. Alia ſunt, quæ ſemen ex illis vaſis recurrentibus
B iam perfectum recipiunt, & retinent, donec eiaculetur. Copia ſeminis, quæ in ijſdem vaſis continetur, ſufficit pro tribus eiaculationibus, & huiuſmodi dicuntur paraſtatæ hederarij. Eſt tandem illud corpus glandoſum, quod ad radicem canalis communis continetur, & appellatur glandoſa proſtata: eſt etiam meatus communis vrinæ, & ſemini, qui ſemen extra ducendi munere fungitur.

Artus quoque diuiduntur in ſuperiores, & inferiores: ſuperiores vnico nomine appellantur manus, quæ in tres partes diuiduntur, nempe in brachium, ſeu humerum, vlnam, & extremam manum. Extrema manus, & ipſa diuiſa eſt in tres partes, in carpum videlicet, quem Arabes raſetam appellant, metacarpum, & digitos. Inferiores artus, quæ crura dicuntur, in tres partes, non ſecus atque manus diuiduntur; nempe in femur, tibiam, & pedem: tibia ex duabus partibus conſtat ex tibia ſcilicet propriè dicta, & fibula, duaſq́ue habet partes notatione dignas, vna eſt in anteriori parte, quæ dicitur genu, altera in poſteriori, quæ poples appellatur. Vltima verò pars pes dicta in tres etiam diuiſa eſt partes, in tarſum nimirum, pedion, & digitos. Et hæc de partibus.

C Humores perinde ſunt quatuor numero atq; elementa, nempe Sanguis, Pituita, Bilis, & Melancholia, & omnes continentur in vna maſſa ſanguinis appellata. Subſequuntur facultates, quæ numero ſunt tres, ſcilicet Naturales, Vitales, & Animales: totidemq́ue ſunt actiones, quæ à facultatibus ipſis prodeunt, Naturalis actio diuiditur in quatuor differentias, quarum vna Attractiua, altera Retentiua, tertia Alteratiua, & quarta Expulſiua vocatur. Vitales verò operationes ſunt tantummodo duæ numero, nimirum Reſpiratio, & Pulſatio. Animales in genere ſunt in duplici differentia; aliæ enim dicuntur cognoſcitiuæ, & aliæ non cognoſcitiuæ. Cognoſcitiuæ rurſus, aut ſunt internæ, quæ Principales, & Rectrices dicuntur, & à Græcis ἡγεμονικὰ, vt ſunt Imaginatiua, Ratiocinatiua, & Memoratiua. Exteriores verò ſunt quinque, nempe Auditiua, Viſiua, Odoratiua, Guſtatiua, & Tactiua, quæ eſt fundamentum omnium ſenſitiuarum externarum. Non cognoſcentes, quæ & Motrices dicuntur, tot ſunt numero, quot ſunt muſculi mouentes noſtrum corpus. Succedunt vltimò ſpiritus, qui & ipſi in Inſitum, ſeu Naturalem, in Vitalem, & Animalem diuiduntur, & cum calore Innato, nec non Influente
D interdum confunduntur. Et hæc de rebus à Natura pendentibus, ſeu Naturalibus, quas dum imitatur Medicus, Naturam ad vnguem conſeruat. Poſſet addi huic diſcurſui altera illa Natura, quam Gal. conſuetudinem appellat, eò quòd non eſt nobis ingenita, ſed vſu comparata differens à vera Natura; ea enim, vt ſuperiùs dictum eſt, ab interno principio prodit, hæc verò ab externo ortum ducit, à qua eadem prorſus indicatio ſumitur in medendo, atque ſumatur ab ętate; ſed quoniam breuiter perſtringere hęc decreuimus, ſatis ſit, quod hactenus dictum eſt de Natura, deq́ue rebus ad ipſam ſpectantibus in genere.

S De

De Elementis, & Temperamentis. Cap. III. B

QVod primum ex rebus naturalibus particulariter obijcitur examinan-
dum, ſunt Elementa, de quibus tria conſiderabimus, quid ſcilicet ſint,
quotuplicia ſint, & quam vtilitatem eorum cognitio Medico afferat:
quod ad primum attinet, Ariſt. 3. cæli. & 5. metaphy. definiuit Elemen-
tum. *Id à quo componitur vnumquodque, indiuiſibile exiſtens in alias ſpe-
cies:* & Gal. lib. 1. de Elem. dixit. *Elementum eſt minima pars eius, cuius
eſt Elementum.* Rectè quidem vterque Elementi eſſentiam expreſſit, ſed aliquantulum
obſcurè: Auicennas verò Fen. 1. lib. 1. doct. 2. cap. 2. aufert omnem caliginem dum ait.
*Elementa ſunt corpora, & prima partes humani corporis, quæ in partes diuerſarum forma-
rum minimè diuidi poſſunt, ex quorum commiſtione diuerſæ ſpecies generatorum fiunt.* Nam
primùm dixit, quòd ſint *corpora, & prima partes humani corporis*, ad differentiam eorum
principiorum, quæ cùm non ſint corpora, quamuis ex ijs omnia fiant, non remanent
in materia, vt partes corporum, ſed potius ſuum eſſe habent in imaginatione, & ab F
Ariſt. & Plat. fuerunt ſuppoſita, vt rudioribus hominibus declararent generationem,
& corruptionem rerum naturalium. At Elementa ſemper remanent in miſtis tanquam
partes quædam, & licet ſint fundamenta rerum, non ſunt tamen principia, cùm alia
ſupponant ſe ipſis priora. Addit Auic. *In partes diuerſarum ſpecierum minimè diuiſibiles*
vt oſtendat verum id eſſe, quod dixit Ariſt. Elementum indiuiſibile eſſe in alias ſpecies.
Habuit poſtremò *ex horum commiſtione diuerſas generatorum ſpecies fiunt*, vt demon-
ſtraret Elementa eſſe fundamenta, & materiam omnium rerum ſublunarium, quæ ge-
nerantur, & corrumpuntur. Hinc luce clarius apparet, quanto in errore verſentur ij,
qui exiſtimant Elementa eſſe impatibilia; nam ad generationem quamcunque facien-
dam, opus eſt in primis, vt elementa ſe contingant, hoc eſt, vt dicebat Auicennas mi-
nimum vnius tangat minimum alterius. Deinde requiritur, vt hæc ipſa miſceantur ad-
inuicem, & per conſequens ſint alterabilia, iuxta illud *miſtio eſt miſcibilium alteratorum
vnio.* Hactenus circa eſſentiam Elementorum, veniamus nunc ad numerum.

Non defuerunt antiquitùs, qui cenſerent vnicum eſſe Elemẽtum, ſed horum opinio G
ſatis à Diuino Hippocr. reprobata fuit lib. de nat. hum. vbi affert illam tam euulgatam
demonſtrationem, quòd ſi homo conſtaret ex vnico Elemento nunquam doleret. Alij
verò putarunt plura eſſe Elementa, ſed horum nonnulli dicebant eſſe infinita, alij fini-
ta: priores adeo redarguit Ariſt. vt nunc de illis non ſit opus mentionem facere, poſte-
riores adhuc inter ſe diuiſi ſunt; nam alij alia ſenſerunt, quos etiam Gal. prim. de Elem.
diffusè reprobat, oſtendens & quatuor eſſe, & patibilia, alioquin non poſſet fieri mi-
ſtio, quæ requiritur ad generationem rerum naturalium. Quod verò quatuor ſint, nec
plura, nec pauciora, egregiè probat Ariſt. duplici ratione. Prima ratio eſt in tertio lib.
de cælo, deſumpta ex motu rerum naturalium; nam naturalia duplici motu mouentur,
nempe circulari, aut recto. Motu circulari mouetur Cælum, eò quòd nec graue, nec
leue eſt, vnde circa centrum mouetur, reliqua verò mouentur motu recto, qui duplex
eſt: alter à centro ad circumferentiam, alter vice verſa, à circumferentia ad centrum.
Et rurſum eorum, quæ à centro, vel ad centrum mouentur, quædam ſimpliciter, quæ-
dam verò ſecundùm quid mouentur, & ex ijs, quæ mouentur à centro, vnum mouetur H
ſimpliciter, nempe Ignis, alterum ſecundùm quid, id eſt Aër: Ignis dicitur moueri à
centro ſimpliciter, eò quòd leuiſſimus eſt; Aër verò, qui poſt ipſum in leuitate primas
obtinet, dicitur moueri à centro ſecundùm quid. Ex ijs quoque, quæ ad centrum mo-
uentur, vnum ſimpliciter ad ipſum mouetur, & eſt Terra omnium grauiſſima, aliud ve-
rò ſecundùm quid, & eſt Aqua. Hinc eliguntur quatuor corpora ſimplicia, aliud graue
ſimpliciter, & eſt Terra; aliud leue ſimpliciter, & eſt Ignis: aliud ſecundùm quid graue,
& eſt Aqua, aliud ſecundùm quid leue, & eſt Aër. Itaque, vt videtis nec plura, nec pau-
ciora eſſe Elementa ex Ariſtotelico diſcurſu concluditur.

Aliud Argumentum 2. de gen. & corrupt. affert idem Ariſt. à combinatione nimi-
rum quatuor primarum qualitatum deſumptum. Sunt autem hæ combinationes. Cali-
dum, & Humidum: Calidum, & Siccum: Frigidum, & Humidum: Frigidum, & Siccum.
Cùm verò in vnoquoque Elemento adſit duarum qualitatum combinatio, & combi-
nationes

A nationes poſſibiles ſint quatuor, ergo quatuor Elementa. Quòd non poſſint eſſe niſi quatuor, probat Ariſt. ex ſufficienti partium enumeratione; nam caliditas, & frigiditas, cùm ſint contrariæ qualitates, non poſſunt eſſe ſimul, & ſemel in eodem ſubiecto. Idem dicendum de humiditate, & ſiccitate; ergo relinquitur, quòd caliditas, & humiditas: frigiditas, & ſiccitas: caliditas, & ſiccitas: frigiditas, & humiditas ſic combinatæ conſtituunt quatuor Elementa: nam Ignis calidus, & ſiccus eſt; Aër calidus, & humidus; Aqua frigida, & humida, Terra frigida, & ſicca. Quare neceſſariò concluditur quatuor eſſe Elementa nec plura, nec pauciora: quibus ſic determinatis iam euidentem habemus numerum Elementorum. Modò videndum eſt, quam vtilitatem ex eorundem cognitione Medicus percipiat.

Elementorum contemplationem non ſolùm vtilem eſſe, verùm etiam cognitu neceſſariam fatendum eſt; ijs enim cognitis ſtatim Medicus agnoſcit ſanitatem eſſe horum ſymmetriam, contra verò receſſum ab hac eſſe morbum. Adhæc cùm dixerimus ipſa Elementa concurrere tanquam materiam ad generationem corporis humani, &
B ab Ariſt. habeamus 2. de part. animal. cap. 1. Elementa non ſolùm eſſe principia eſſendi, ſed etiam cognoſcendi corpus humanum, quomodo Medicus ſubiectum circa quod verſatur poterit perſpectum habere non cognitis Elementis? Deinde docet ibidem Philoſophus triplicem dari in noſtro corpore compoſitionem, vna eſt, quæ fit ex Elementis, ſecunda quæ fit ex partibus ſimilaribus, tertia quæ fit ex partibus organicis: ex Elementis exurgunt partes ſimilares, ex partibus ſimilaribus organicæ, & ex organicis conſtat vniuerſum corpus: qui igitur voluerit humani corporis conſtructionem vndequaque tenere, oportet, vt & perfectam Elementorum cognitionem habeat: atque ex his apparet huius tractatus vtilitas.

Verùm cùm ipſa Elementa mediante contactu minimarum partium, vt diximus, & mediante actione, reactione, & paſſione primarum qualitatum ad inuicem componant variè corpora in vniuerſum, & corpora à natura conſeruari debeant, factum primò eſt, vt in eorum partibus adeſſent facultates, à quibus excitarentur ad motum, & conſequenter ad actiones naturales, quibus mediantibus, & trahunt, & conficiunt ſibi
C alimenta: deinde quia non poterant ſuas obire actiones niſi medijs inſtrumentis, hinc procreati ſunt ſpiritus, neque ſatis fuit has omnes res procreaſſe; oportuit enim dari aliquas partes in quibus alimentum continuò remaneret, & ita natura varias effecit partes, in quibus tanquam in promptuario quodam continetur alimentum: arteriæ verò venis ſubminiſtrant ſpiritus vitales, neque id ſuffecit, ſed oportuit, vt partes omnes cum ſuo toto eſſent aliqua temperie præditæ; hanc igitur ob cauſam in ſequentibus, ea qua fieri poterit breuitate, quid ſit Temperies, tractabimus.

Poſt tractatum de Elementis occurrunt Temperamenta, de quibus tria pariter inſtituta breuitate examinanda proponimus: primum quid Temperamentum ſit, ſecundum quotuplex ſit, poſtremum verſabimur circa ea, à quibus ſuas accipit differentias. Quod ſpectat ad primum celeberrima eſt illa definitio Temperamenti ab Auicenna deſcripta lib. 1. ſui canon. Fen. prim. doct. 2. cap. 1. *Temperamentum eſt qualitas quædam, quæ ex actione, & paſſione contrariarum qualitatum in Elementis repertarum reſurgit, cùm Elementa, aut Elementorum partes ad tantam paruitatem inuicem redacta ſint,*
D *vt cuiuſque eorum plurimum alterius, & è contra contingat.* Hæc quidem definitio etſi à quamplurimis non admittatur, nihilominus ſum huius ſententiæ, quòd ea non ſit aliena à mente Gal. nam in Elementis dum commiſcentur duo conſiderari poſſunt, alterum eſt ſubſtantia, alterum verò eſt qualitas eorum: agentibus igitur contrarijs qualitatibus ad inuicem, fit corpus homogeneum ſua propria temperie præditum, atque iſta eſt illa temperies ab Auicen. definita. Non inquirimus in præſenti vtrum Elementa remaneant formaliter in miſtis, formis integris remanentibus, vt voluit Auicen. nec vtrum formæ ſubſtantiales refractæ relinquantur, vt voluit Auerr. neque an virtutes Elementorum tantum remaneant in miſtis, ſicut Diuus Thomas voluiſſe videtur; nam hæc omnia longiorem exigunt tractationem: ſed dicimus, quod quemadmodum ex ſola Elementorum ſubſtantia fiunt compoſita ſubſtantialia, ita ex qualitatibus inſurgit qualitas quædam ex omnibus qualitatibus temperata, quæ Temperamentum appellatur, & hoc eſt illud, quod hoc loco inueſtigamus.

Sunt autem Temperamenta in duplici diſcrimine, alia quippe ſimplicia, alia com- E
poſita: & rurſus ſimplicia quoque ſunt in duplici differentia; quædam enim dicuntur
ſimpliciter temperata, quædam ſecundùm quid. Priora præterea ſunt duplicia; nam
alia ad pondus, & alia ad iuſtitiam, hoc eſt Temperamentum aliud eſt temperatum ad
pondus, aliud ſecundùm qualitatum iuſtitiam. Temperamentum ad pondus illud eſt,
in quo ex æquo reperiuntur elementa; ſed iſtud temperamentum adeo difficile eſt in-
uentu, vt videatur ſola imaginatione comprehendi poſſe: neque datur ex mente Gal.
vt prim. de Temp. & prim. de ſan. tuen. videre eſt. At Temperamentum, quod ad
iuſtitiam appellatur, illud eſt, quod æqualiter diſtat ab extremis, & à quamplurimis
ſymmetria dicitur, eò quod fiat ex Elementorum ſymmetria, & commoderatione
apta illi rei, cuius eſt Temperamentum. Et hoc cognoſcitur ex probis actionibus, ha-
betque latitudinem; nam longo temporis interuallo bonæ actiones poſſunt conſerua-
ri, & illud temperamentum, quod Temperamento ad iuſtitiam magis appropinquat,
dicitur eſſe magis temperatum. Inter animalium genera eſt homo, qui cæteris omni-
bus animantibus magis temperatus eſt, cuius quidem Temperiem, ſeu Temperamen- F
tum conſiderantes dicimus aliud eſſe Temperamentum in actu, & aliud in potentia:
nos hoc loco inquirimus ſolum Temperamentum in actu, quod diuerſitatem aſſumere
poteſt, vel à rebus naturalibus, vel à rebus non naturalibus. A naturalibus quidem, &
ab ætate, & à varijs corporis partibus: à non naturalibus verò, ab Aëre, qui aut conſide-
ratur reſpectu regionis, aut clymatum, aut locorum, vel anni temporum, vel præſen-
tis conſtitutionis.

Verùm cùm dictum ſit, Temperamenta alia eſſe ſimplicia, alia compoſita, & inter
ſimplicia poſuerimus Temperamentum ad pondus, & ad iuſtitiam, cumque nil de ſim-
plicibus ad pondus ſuperſit dicendum, nunc, quæ ſint ſimplicia, & quæ compoſita ad
iuſtitiam breuiter exponemus. Sed illud eſt ſupponendum, quòd quando nos dicimus
Calidum, Humidum, Frigidum, & Siccum; vel intelligimus abſolutè, & ſine aliqua ad-
miſtione, ſicut quando dicimus ignem eſſe elementum calidum, & ſiccum: vel per
exuperantiam vnius qualitatis, & hoc adhuc duobus modis, vel ſcilicet abſolutè, vel
per comparationem generis, vel ſpeciei, vel indiuiduorum eiuſdem ſpeciei, ſicut quan- G
do dicimus, animal eſt calidum, & ſiccum, intelligimus per exuperantiam caliditatis
ad frigiditatem, & ſiccitatis ad humiditatem: ita quando dicimus hominem eſſe cali-
dum, & ſiccum, id etiam intelligimus per qualitatum exuperantiam, vel ſimpliciter, vel
reſpectiuè; vel enim comparamus ipſum hominem cum alijs animalibus, vel vnum in-
diuiduum, cum alijs indiuiduis eiuſdem ſpeciei, vt quando dicimus Petrus eſt calidior
Ioanne, Franciſcus eſt humidior Martino.

Cùm diximus Temperamenta diuerſitatem ſumere à rebus naturalibus, id eſt
ab ætate, & corporis partibus, nec non à rebus non naturalibus, id eſt ab Aëre, nunc de
ætatibus dicendum, & mox de reliquis. Dico igitur ætatem nihil aliud eſſe, quàm de-
curſum vitæ noſtræ, à quo Temperamenta aſſumunt varias denominationes. Diuidun-
tur autem ætates ſecundùm Gal. ſententiam in quatuor partes, in Pueritiam, Puberta-
tem, Iuuentutem, & Senectutem. Pueritia eſt à primo die generationis vſque ad 14.
vel 15. annum. Pubertas, à 15. ad 25. annum ſe extendit, 3. aphor. 27. & 5. eiuſdem
comm. 7. Hæc verò Pubertas includit Adoleſcentiam, quæ à 18. anno incipit, & 25. H
terminatur, 5. aphor. 9. Aſt Iuuentus, quæ florens, vigens, nec non conſiſtens ætas
appellatur, incipit à 25. anno, & deſinit 35. 3. aphor. 30. Senectus, & ipſa diuiſa eſt in
tres gradus: prima Senectus eſt illa, quæ à 35. anno incipit, & deſinit 40. 3. aphor. 30.
citato. Secundus gradus Senectutis incipit ab anno 40. & finitur 70. Tertius gradus
Senectutis incipit à 70. & durat vſque ad finem vitæ. Et hæc ætas vocatur decrepita,
quamuis in ea detur magis, & minus.

Auicen. Fen. 1. lib. 1. doctr. 4. cap. 3. diuiſit ætates alia ratione, videlicet in qua-
tuor partes, & primam appellat Adoleſcentiam, & eſt illa, quæ à primo die generatio-
nis incipit, & 30. anno terminatur. Secunda ætas, quæ Conſiſtentia ab ipſo appellatur,
eſt à 30. vſque ad 50. annum. Tertiam nuncupat ætatem Senectutis, quam à 50. ad
70. vſque annum durare docet, quartam ætatem vult dictam Senium, quæ à 70. anno
vſque ad extremum vitæ ſpiritum perdurat. Denuò diuidit Adoleſcentiam in tres par-

tes,

A tes, in Infantiam, Pueritiam, & Pubertatem. Hæc de ætatibus, nunc de earum com-
plexionibus verba faciamus. Puerorum ætatem dico eſſe calidæ, & humidæ cõplexio-
nis, Iuuenum calidæ, & ſiccæ; Senum primi gradus frigidæ, & ſiccæ: reliqui verò ſunt
quidem frigidæ, & ſiccæ complexionis, ſed reſpectu humiditatis naturalis, nam reſpe-
ctu aduentitiæ ſunt frigidi, & humidi temperamenti.

Sed hoc loco inſurgit illa vulgatiſſima per ſcholas quæſtio, num Pueri ſint Iuueni-
bus calidiores, vel contra: verùm non eſt, quod diu immoremur in quæſtionibus eno-
dandis, ſi volumus hunc tractatum ad exitum breuiter perducere, quem in Tyrunculo-
rum gratiam tantùm propoſuimus. Non igitur in afferendis vtrinque argumentis, quæ
hac in re agitari ſolent deſudabimus; nam quiſque per otium Auicennæ commentaria
peruoluendo hæc offendet loco ſuperiùs citato: ſufficiat itaque ſolam concluſionem
in medium afferre ex mente Gal. deſumptam, qua ſtatuit Pueros eſſe calidiores exten-
ſiuè, Iuuenes verò intenſiuè, hoc eſt, Puerorum calor ad tactum eſt magis vaporoſus,
blandus, ſuauis, copioſus; calor autem Iuuenum vice verſa eſt acris, & mordax, idque
B contingit ratione partium corporis; nam in Pueris adhuc omnes ſunt molles, & humi-
dæ, in Iuuenibus verò ſunt exiccatæ. Idem Gal. 1. de Elem. illuſtrat hanc determinatio-
nem exemplo ab aqua, & lapide petito, in quibus ſi calor accenſus ſit æqualis, longè
vehementior erit in lapide ad tactum, ſed humidior, atque magis blandus, & benignus
in aqua: & hæc de complexione ætatum.

Quod ſpectat ad partes corporis, vna eſt omniũ temperatiſſima cutis, & iure merito;
nam cùm hæc ipſa à natura facta ſit, vt eſſet ſenſus tactus inſtrumentum, (quemadmo-
dum fuſiùs diſputatum à nobis eſt ſuperiùs 2. Decade cap. 7. & 8.) oportuit in homi-
ne potiſſimùm talẽ eſſe, qui de ſenſibilibus iudicium ferre debet, nempe de qualitatibus
tangibilibus. Hæc autem quamuis ſit per totum corpus temperata, omnium tamen
temperatiſſima eſt in vola manus, & quò propinquior eſt extremitatibus digitorum,
eò acriori ſenſu prædita eſt. Cor caliditate ſua præſtat omnibus corporis membris,
poſt hoc eſt Iecur. Membranæ, & quæ conſtant ex membranis, ligamenta, cartilagi-
nes, oſſa, tendines, ſunt frigidæ, & ſiccæ temperiei. Cerebrum, ſpinæ, & neruorum
C medulla frigidæ, & humidæ eſt complexionis: caro, & pinguedo, calidæ, & humidæ,
quamuis non deſint exiſtimantes pinguedinem eſſe frigidæ, & humidæ naturæ, contra
quàm determinauimus cap. 9. Decadis citatæ. Inter humores Sanguis eſt calidæ, &
humidæ; Bilis calidæ, & ſiccæ; Pituita frigidæ, & humidæ; Melancholia frigidæ, & ſic-
cæ complexionis. Spiritus Vitales plerumque ſunt calidæ, & ſiccæ naturæ, Animales
frigidæ, & ſiccæ, ſecundùm aliquorum opinionem. At Naturales (ſi dantur) reponun-
tur inter ea, quæ ſunt calidæ, & humidæ naturæ, & hæc de complexione partium in
genere: nunc tranſeamus ad res non naturales.

Dictum fuit à rebus naturalibus, & non naturalibus variari Temperamenta noſtri
corporis. Hactenus habuiſtis quomodo res naturales id efficiãt, deinceps de rebus non
naturalibus dicturi ſumus, & potiſſimùm de Aëre, qui inter ipſas præcipuum locum
obtinet. Aër conſiderari poteſt, vel reſpectu diuerſorum locorum, nempe regionum,
vel temporum anni, vel præſentis conſtitutionis. Inprimis loca illa, quæ Septentrionem
verſus ſita ſunt, frigidiora, & ſicciora exiſtunt ijs, quę ad Meridiem vergunt: quæ ad
D Solis Orientem poſita, calida, & humida: quæ ad Solis Occidentem frigida, & ſicca
ſunt, & vt paucis perſtringam, pro diuerſitate locorum diuerſæ fiunt in Aëre impreſ-
ſiones, & propenſiones, à quibus noſtrum corpus alteratur, eiuſque Temperamentum
mutatur. Inter anni tempora apparet Aeſtatem eſſe calidam, & ſiccam: Hyemem vice
verſa frigidam, & humidam: Autumnum frigidum, & ſiccum, Ver calidum, & humi-
dum. Verùm non immeritò quiſpiam veſtrum in dubium reuocare poſſet Veris tem-
periem, cùm nos dicamus eſſe calidam, & humidam, & Gal. lib. 1. de temper. poſte-
ritati tradiderit omnium temporum eſſe temperatiſſimam. Sed breuiſſimè omnem
dubitationis nubem me ſublaturum confido authoritate Hippocratis, & antiquiſſimo-
rum Philoſophorum affirmantium Ver eſſe calidum, & humidum, vt anni tempora
reſponderent proportione quadam ipſis elementis; nam habemus Aeſtatem, quæ ca-
lida, & ſicca eſt, correſpondere igni: Autumnum terræ, & Hyemem aquæ; relinque-
batur Ver, quod debebat eſſe calidum, & humidũ, vt Aëri reſponderet. Nec propterea
dicen-

dicendum eſt non eſſe temperatiſſimum; nam caliditas in eo non exuperat frigidita- B
tem, ſicut in æſtate; nec humiditas ſiccitatem, vt in hyeme. Dicitur ergo temperatum, quòd in eo nullus adſit qualitatum exceſſus.

Sed quoniam vbique ferè à Diuino Hippocrate,nec non & à Galeno pluribus locis, & potiſſimùm in lib. de natur. hum. elementa diuiſa ſunt in vniuerſalia, & particularia, atque determinatũ ſit ea concurrere tanquam materiam ad generationẽ rerum, ſtatim aliquis veſtrum obijciet determinationem hanc aduerſari Ariſt. qui lib.4. meteor.cap. 1. firmiter aſſerit elementa duo eſſe, quæ concurrunt, vt cauſæ efficientes, & duo tanquam materia, non igitur verum eſt, elementa omnia concurrere tanquam materiam ad generationem rerum naturalium. Reſpondeatis Elementa conſiderari duobus modis, vel in ordine ad generationem omnium rerum naturalium in vniuerſum, vel per relationẽ generationis miſtorum. Primo modo omnia elementa concurrunt tanquam materia, ſecundo modo duo ſunt, quæ vt cauſæ efficientes concurrunt, vt caliditas, & frigiditas; duo vt materia, vt humiditas, & ſiccitas. Hinc apparet qualitates elementorum duplicem habere operationem, prima eſt calefacere, frigefacere, humectare, & F
exiccare. Secundæ operationes ſunt terminare in actiuis, in paſſiuis verò terminari, vnde caliditas terminando cõgregat homogenea ab heterogeneis: frigiditas verò congregat homogeneas, & heterogeneas partes: humiditas terminatur termino alieno; ſiccitas termino proprio. Vnde in generatione miſtorum caliditas habet rationem cauſæ efficientis primò, & per ſe: frigiditas non ingreditur opus naturæ niſi per accidens temperando calorem, & partes heterogeneas cum homogeneis congregando: ab humiditate partes fluxibilitatem accipiunt, & receptionem formarum; à ſiccitate verò, & duritie partium retentionem formarum; proprium enim eſt humidi ab alio terminari, vt aqua, quæ quamcunque formam ſuſcipit, è contra ſiccitas, vt ferrum, & lapis: in ſequenti verſabimur circa ſecunda Elementa.

De Humoribus. Cap. IV.

SVccedunt particularia Elementa, de quibus duo conſideranda propo- G
no, vnum quid ſint, alterum quot numero reperiantur. Sed cùm huiuſmodi Elementa ſub nomine Humoris contineantur, & Humor ſit nomen æquiuocum, propterea antequam definiantur, ab alijs humoribus ſunt diſtinguenda. Excludimus igitur ab hac tractatione ſerum, vrinam, ſudores, ſputa,excreatus,& quæ ſunt huiuſmodi;nam nomine tantum conueniunt cum Humoribus propriè dictis, de quibus præſens inſtituitur caput. Ab Auic. Fen. 1. lib. 1. doctr. 4. cap. 1. Humor hac ratione ſumptus definitur, quod ſit *Corpus humidum, & liquidum, in quod primò nutriens conuertitur.* Accipitur in hac definitione *Corpus* pro genere;omnia enim,quæ extant in noſtro corpore ſunt corpora: additur *humidum* ad differentiam partium ſolidarum; *liquidum* ad differentiam partium mollium. *In quod primò nutriens conuertitur*, eſt poſtrema differentia, quæ demonſtrat non omne corpus humidum, & liquidum contineri ſub hac definitione, ſed tantum illud, quod aptum natum eſt nutrire:talis Humor in venis continetur, & vnica appellatione Sanguis dicitur,ſeu maſſa ſanguinea,cui inſunt quatuor Humores ab inui- H
cem diſtincti,videlicet Sanguis, Pituita, Bilis, & Melancholia. Et licet omnes Medici vnanimi conſenſu ſtatuerint hos quatuor humores in maſſa ſanguinea contineri; dubitant tamen virtute ne,an actu reperiantur.

Sed quicquid ſit de huiuſmodi diſceptatione,quam breuitatis gratià libenter omittimus, ſatis eſt ſcire, quod inter Humores Sanguis primum locum ſibi vendicat,qui hoc modo definiri poteſt: *Sanguis eſt quarta pars Humorum, ſubſtantià mediocri, colore rubicundo, ſapore dulci, complexione calida, & humida.* Sed Philoſophi ambigunt,ſitne Sanguis frigidus, an calidus; quibus Ariſt. lib.2. de part. animal.præbuit anſam dubitandi, quamuis poſtea ipſemet cap. 13. lib. citat. hanc quæſtionem doctè elucidauerit, ad quam percurrendam lectione vos volo remiſſos. Non deſunt recentiores, qui Sanguinem conſiderant dupliciter, reſpectu nempe ſuæ materiæ, & reſpectu efficientis, locique in quo generatur: ſub priori acceptione determinant Sanguinem eſſe frigidum; ſub poſte-

A poſteriori putant eſſe calidum. At ſiue calidus, ſiue frigidus ſit, nos ipſum hoc in loco
duobus itidem modis cõſideramus, vt naturalem, & vt non naturalem. Naturalis eſt is,
qui fit à cauſis naturalibus, non naturalis eſt adhuc in duplici differentia, alter, qui im-
permixtus exit à propria natura, alter verò, qui per alterius humoris admixtionem.
Impermixtus, qui exit à ſtatu naturali, vel eſt ſine putrefactione, vel cum putrefactio-
ne: ſi ſine putrefactione, tum vel calidior, vel humidior, vel frigidior, vel tenuior, vel
craſſior eſt, quàm conueniat: ſi cum putrefactione, tunc tenuior pars eius conuertitur
in Bilem, craſſior in Melancholiam. Qui per alterius humoris admixtionem fit non
naturalis, tunc vel admiſcetur ei Bilis, vel Pituita, vel Melancholia, & dicitur Sanguis
bilioſus, pituitoſus, melancholicus, retinetque ſaporem ipſorum Humorum, cum qui-
bus permiſcetur, neque ampliùs dulcis dicitur. Hinc calidior, & frigidior eſt ob humo-
ris admixti rationem. Et hæc ſint dicta de Sanguine.

Sequitur tractatio Humoris pituitoſi, qui & Phlegma appellatur. Is eſt *Humor ſuâ
ſubſtantiâ craſſus, viſcidus, & lentus, colore albus, ſapore inſipidus, aut ſemidulcis*; nam
B ſi comparatur ad Sanguinem dicitur inſipidus, ſi ad alios, licet non ſit dulcis, eſt tamen
ſubdulcis. Hic in duplici eſt differentia, alter naturalis, alter non naturalis: & rurſus na-
turalis duplex, & ipſe eſt, vnus alimentalis, alter excrementitius. Naturalis alimentitius
ſimul cum Sanguine diſtribuitur totus per venam cauam, neque aliquis ei particularis
locus à natura adſcribitur, vt alijs duobus Humoribus: Bili nimirum, & Melancholiæ;
quia Humor pituitoſus eſt veluti Sanguis ſemicoctus, qui per vlteriorẽ coctionem ac-
quirere poteſt formam Sanguinis, hinc duplicem præbet vſum corpori, vnus eſt, quòd
in defectu Sanguinis nutrire poſſit, ſecundus eſt, quòd articuli à ſiccitate conſeruentur,
quæ poſſet induci à nimio motu. Excrementitius verò Humor pituitoſus eſt ille, qui ge-
neratur, aut in ventriculo, aut in capite (& hic mucus appellatur ſimilis ei, qui deſcen-
dit per nares) vel in partibus neruoſis. Rurſus non naturalis quadruplex eſt, primus di-
citur vitreus, ſeu vitrea Pituita, & eſt illa, quam Gal. 2. de differ. febr. cap. 6. ex Praxa-
gora ita appellauit; ſecunda dicitur dulcis: tertia acida: & quarta ſalſa.

Verùm Auic. videtur ex natura rei diuiſiſſe hunc Humorem pituitoſum; nam Fen. 1.
C lib. 1. doctr. 4. conſiderauit ipſum ratione ſubſtantiæ, ratione modi ipſius ſubſtantiæ,
ratione ſaporis, & ratione loci in quo generatur. Penes ſubſtantiam dixit alium eſſe
tenuem, vt Pituitam aquoſam, alium craſſum, qui ab ipſo gypſea Pituita vocatus eſt, ad
ſimilitudinem, quam habet cum gypſo: & hæc eſt, à qua tanquam ex fonte originem
ducit nodoſa podagra. Penes modum ſubſtantiæ diuiſit in alias duas differentias, vnam
dicit heterogeneam, hoc eſt diuerſarum partium quoad ſenſum, & eſt illa, quam mu-
cilaginoſam appellant, quæ à capite per nares emungitur: de hac locutus eſt Gal. 3. de
loc. affect. cap. 2. & 2. de natural. facul. cap. 9. quæ etſi non ſit vera Pituita, à Gal.
tamen, & Auic. recenſetur inter ſpecies ipſius. Altera differẽtia penes modum ſubſtã-
tiæ eſt homogenea, ſcilicet vnius naturę quoad ſenſum, & eſt illa quę vitrea appellatur.
Præterea ratione ſaporis in quatuor alias diuiſit differentias: in ſalſam, quæ an fiat ex
aduſtione partium terreſtrium, vt voluit Auice. an verò ex putredine, & ex aduſtione,
ſeroſitatis, vt Galenus voluiſſe videtur, eſt alterius inſtituti: alteram acidam: tertio loco
acrem, & poſtremo porraceam conſtituit: & ij ſapores redduntur vel ratione ipſius Pi-
D tuitæ, vel alterius Humoris admiſtione. Reſpectu loci alia eſt, quæ generatur in hepa-
te, & venis, alia in ventriculo, alia in capite, alia in inteſtinis, & locis neruoſis, & hæc
ſunt ſatis de Pituita.

Obijcitur nunc conſideranda Bilis, quæ eſt *Humor fluidus actu, tenuis, potentiâ ca-
lidus, & ſiccus, ſapore amarus, colore pallidus, & flauus*: is pari ratione eſt in duplici
differentia, vnus naturalis, alter non naturalis. Rurſus naturalis eſt duplex, alter alimen-
talis, alter exrementitius: alimentalis remanet in maſſa ſanguinea, vt ſimul cum Sangui-
ne poſſit partes ſibi proportionatas nutrire: at excrementius à iecore per proprium
canalem attrahitur, & retinetur in folliculo Bilis, hicque eſt, qui poſt tranſmutatio-
nem materiæ chyloſæ in Sanguinem, à facultate iecoris expultrice per canaliculos in
parte concaua iecoris ſitos expellitur, & licet ſit excrementum, natura tamen ad duas
vtilitates eo vtitur: prima eſt, vt deſcendens ad inteſtina, ea à craſſo humore expur-
get, atque abſtergat; ſecunda eſt vt incitet omnium inteſtinorum facultatem expul-
tricem.

Digitized by Google

tricem. Non naturalis, quatuor ſunt in ſcholis vulgatiſſimæ differentiæ, flaua ſcilicet, B
vitellina, praxina, & æruginoſa. Gal. de atra bile, ſeptem illius affert differentias,
vnam pallidam, alteram, flauam, tertiam vitellinam, de cuius generatione ſcribentes,
non conueniunt inter ſe Gal. & Auic. Nam Gal. vult fieri hanc ex aduſtione flauæ bi-
lis: Auicen. verò putat effici ex admiſtione flauæ bilis, & pituitæ craſſioris: quarta dici-
tur porracea, quinta æruginoſa, ſed hæ duæ poſteriores ſolent generari in ventriculo.
His accedit cærulea, quæ Iſatis, ſeu Iſatides appellatur, nec non & rubea: & iſtæ ſunt
omnes differentiæ Bilis non naturalis.

Sequitur Melancholia, ſeu Humor melancholicus, qui eſt *Humor craſſus, denſus,
terreſtris, niger colore, ſapore acidus, temperie frigidus, & poteſtate ſiccus*. Huius
etiam duæ ſunt differentiæ, vna naturalis, altera non naturalis; & naturalis adhuc eſt
duplex, vna alimentalis, altera excrementitia, alimentalis remanet in maſſa ſanguinis
cum reliquis omnibus, vt ex ea ſimul cum ſanguine nutriri poſſint partes ſibi propor-
tionatę. Excrementitia verò poſt ſanguinis generationem expellitur à iecore, & attra-
hitur à liene, vbi facta priùs à calore lienis alteratione, & attenuatione, duæ ex ea par- F
tes inſurgunt, vna tenuis, altera craſſa, ex tenuiori nutritur lien, & hic eſt prior vſus
huius excrementitij humoris. Quid autem fiat ex craſſiori parte, non conuenit inter
ſcriptores; Græci enim exiſtimarunt vnam portionem recipi in totum ventriculum, vt
ſua aciditate ipſum conſtringat, & corroboret, vnde melior fiat amplexus alimento-
rum, & per conſequens perfectior concoctio: alteram verò portionem delabi per in-
teſtina. At Arabes cenſuerunt hanc craſſam Humoris melancholici partem deponi in
os ſuperius ventriculi; ſuſpicabantur enim canaliculum quendam eſſe à liene in os ſu-
perius ventriculi, per quem lien eructet huiuſmodi humorem ad prouocandum ap-
petitum. Sed hęc Arabum opinio ſectioni anatomicæ aduerſatur, nulluſq́; eſt ex Ana-
tomicis, qui id ſcribat, vno excepto Mundino, qui hac in parte magnopere hallucinatus
eſt. Concluſionis igitur loco dico Græcos cōmodè, & laudabiliter hanc rem determi-
naſſe, quòd altera pars Humoris melancholici excremētitij ad vētriculum recurrat, &
altera deorſum per inteſtina, & meſenterium per vnam venam meſeraicam ad extre-
mum inteſtinum deferatur, à qua venæ oriuntur illæ, quæ hæmorrhoidales dicuntur. G
Non naturalis porrò Melancholiæ quatuor ſunt ſpecies, tam à Gal. quàm Auic. deſcri-
ptæ, prima eſt, quæ fit ex aduſtione melancholiæ, tum naturalis iam dictæ, tum excre-
mentitiæ, & ab Auic. dicitur cinis melancholiæ, quæ vel tenuis, vel craſſa eſt: ſi te-
nuis, eſt ea vulgatiſſima ſpecies melancholiæ, cuius ſi aliqua portio in terram cadat, ob
ſummam acredinem, quam habet, eleuat ampullas, & ipſam terram fermentat, nec eam
deguſtare volunt muſcę. Altera ſpecies melancholię, eſt cinis bilis aduſtę: tertia eſt ſan-
guinis aduſti; & quarta pituitæ aduſtæ, ſiue ſalſæ, vt voluit Auicen.

Hactenus explicati ſunt quatuor humores, qui in hepate tanquam in propria of-
ficina à calore naturali, vt ab efficiente cauſa, & à chylo in ventriculo genito tanquam
à materia generantur, atque variè generantur iuxta diuerſitatem, aut materiæ, aut
efficientis; nam à materia potulenta producitur primùm in ventriculo, deinde in he-
pate ille humor, quod ſerum appellatur, cuius vna pars attrahitur à renibus, & fertur,
in veſicam, & eſt vrina, vt in tractatu de vrinis intelligetis: alia verò pars eſt vehi-
culum humorum prædictorum in vena exiſtentium, vt faciliùs ij penetrare poſſint ad H
corporis nutritionem. Sed hoc loco non eſt prætereundum, quod corpus non poteſt
nutriri, niſi prædicti humores conuertantur in alias humiditates, quæ quatuor ſunt
numero: vna eſt, quæ caret nomine, & ἀνώνυμος appellatur, ſeu humiditas innominata, &
eſt quando ſanguis eſt in procinctu, vt à venis exeat, ſecunda humiditas appellatur ros,
quia ſanguis roris in modum per partes ſpargitur: tertia humiditas eſt quando ros mu-
tatur quoad qualitates, non quoad ſubſtantiam, & dicitur gluten: poſtrema humiditas
eſt, quando gluten apponitur partibus, & dicitur cambium, eò quòd iam conuerſum
eſt in humidum radicale. De horum humorum quantitate nil certi determinari poteſt,
dicunt tamen nonnulli, eſſe à 25. libris ad 30. plus minuſue. Si verò conſideremus
quantitatem humorum comparando vnum ad alterum, certiſſimum eſt, maximam
copiam reperiri ſanguinis, minorem pituitæ, minorem adhuc melancholiæ, ſed
omnium minimam eſſe bilis.

A *De Partibus organicis Caput conſtituentibus. Cap. V.*

HVmorum tractatum ſequuntur partes, ex quibus conſtituitur corpus
humanum, quod tanquam Medicinæ ſubiectum propoſuimus. Ha-
rum partium contemplatio eſt Medico maximopere neceſſaria; nul-
la enim ratione poſſet naturam rectè operantem imitari, ſiue in ſani-
tate tuenda, ſiue in morbis expellendis, niſi agnoſceret, quorum
beneficio tam admirabile humani corporis opificium regeret, & con-
ſeruaret. Ea ſiquidem amoris, ac beneuolentiæ ſignificatione proſe-
quitur natura ipſum corpus humanum, vt omnem operam, atque induſtriam eò adhi-
buerit, quò id in omnem perpetuitatem produceretur: ſed quia ob materiæ fragilita-
tem ei in indiuiduo beneficium hoc conferre nequiuit, quantum par erat, machinata
eſt, vt ſaltem in ſpecie conſeruaret, vtque tam ſpeciem, quàm indiuiduum ſuſtinere
poſſet, quaſdam nobiliſſimas partes efformauit. Medicus igitur naturam imitaturus,
B operæ pretium eſt, vt non modò corpus humanum totum, ſed etiam ipſius partes
agnoſcat, quàmobrem nos in pręſenti tractatu verſabimur circa earum enarrationem.

Sed quoniam, quæ pertinent tum ad eſſentiam, tum ad definitionem partium in
vniuerſum ſatis abundè Decad. 2. cap. 1. & ſequentibus pertractauimus, ne eadem
fruſtra repetamus, nihil omninò ex ijs huc afferre decreuimus, ſed ſtudioſum, ſi quan-
do illa ſcire deſiderauerit, illuc remittimus. Hoc loco igitur deſcribemus modum, &
ſitum, quem habent partes ad totius corporis compoſitionem concurrentes: priùs ta-
men notandum eſt, quòd aliter ab Ariſt. & aliter à Gal. tanquam in partes præcipuas
vniuerſum corpus diuiſum fuerit. Ariſt. enim prim. Hiſt. cap. 7. hoc diuiſit in Caput.
Ceruicem. Thoracem. duplex Crus. & duplex Brachium: per thoracem intelligit to-
tam illam capacitatem, quæ eſt à iugulo ad pudendum vſque. Gal. verò tum lib. de vſu
part. tum libr. de anat. adminiſt. humanum corpus ſcripſit conſtare ex tribus ventri-
bus, & duobus artubus ſuperioribus, & inferioribus; per ventres intellexit Caput, Tho-
racem, & ventrem inferiorem Abdomen appellatum: per artus, duo crura, & duo bra-
C chia ſimul cum ceruice ſubaudire voluit. Nec propterea dicendum eſt differre hos
Authores inter ſe; nam Ariſt. lib. Hiſt. per thoracem ſignificauit tum thoracem verè
dictum, tum etiam abdomen, cuius cauitatem ipſemet lib. 4. de part. animal. cap. 14.
agnouit diuiſam eſſe medio diaphragmate in duas partes ea ratione, quà voluit Gal.
Neque eſt inconueniens, quòd Philoſophus de eadem re variè in varijs locis ſcripſe-
rit; nam lib. de Hiſtor. hiſtoricè, & ſecundùm antiquorum opinionem locutus eſt, in-
ter quos videtur eſſe noſter Hippocrates, qui lib. de morb. ſcriptum reliquit iecur
contineri in thorace; exiſtimabant enim thoracem eſſe totam illam capacitatem à iu-
gulo ad pudendum vſque protractam. Vbi verò Ariſt. ſcientificè docuit, vt in lib. de
part. animal. rem ipſam determinauit non ſecus, atque Gal. quare diuiſio humani cor-
poris ab vtroque allata eadem prorſus eſt, differens ſolùm in hoc, quòd Ariſt. cerui-
cem tanquam partem diſtinctam annumerauit, quam Gal. inter artus repoſuit.

Sed iam deuenientes ad ventres, & primum ad Caput, ea duntaxat in medium ad-
ducemus, ex quibus craſſa quadam minerua omnes partes in vniuerſum delineatas ha-
D beatis, quæ ſatis ſint ad naturæ artificium à nobis propoſitum cognoſcendum. In ſupe-
riori igitur ventre, qui à Græcis κεφαλὴ à Latinis Caput appellatur, ab oſſibus caluariæ
tanquam à galea quadam continetur viſcus illud tam celebre, & præcipuum cerebrum
nominatum, quod eſt omnium ſenſationum, & motionum principium, & origo, nec
non & animæ rationalis domicilium. Eſt præterea hoc viſcus inuolucris contectum,
quæ duo ſunt numero, vnum quidem exterius, quod dura membrana, aliud interius,
quod pia membrana, aut μήνιγξ appellatur, eſtque diuiſum in duas partes, in anteriorem
videlicet, & poſteriorem: anterior pars vocatur nomine totius, id eſt cerebrum; ſecun-
da dicitur cerebellum, quod differt, & magnitudine, & figura ab ipſo cerebro; eſt enim
cerebellũ decuplo minus, &, vt aiunt, durius, quàm cerebrum. Diuiditur inſuper ipſum
cerebrum in duas partes, in dexteram, & ſiniſtram: in dextra excauatur ventriculus
dexter, in ſiniſtra ſiniſter: & iſti ſunt ventriculi cerebri anteriores, & maiores; noſtris
enim cerebrũ vniuerſum interius excauatum eſſe ex noſtris Figuris Decad. 1. expreſſis.

Digitized by Google

Etſi in hac anteriori cerebri parte ſit excauatus tertius ventriculus, magis tamen ten E
dit ad viam cerebelli, & pertingit ad quartum ventriculum, qui in ea parte conſpicitur, vbi apparent clunæ vocatæ, ſiue teſtes, & anus, nec non & illa glandula, quam pineam appellauimus, eò quòd figuram veræ pineæ referat. Sed cerebellum figurâ eſt quaſi rotundum, nec cauitatibus conſpicuis excauatum.

A cerebro ortum ducit ſpinalis medulla, quæ in duas partes eſt diuiſa: vna proficiſcitur à conterminis ventriculorum anteriorum cerebri, rectaque incedit vſque ad foramen magnum oſſis occipitis; altera extra caput per ſpinam deſcendit, tantaque eſt longitudinis, quantæ ſunt omnes vertebræ ipſius ſpinæ à capite vſque ad os ſacrum. A prima parte huius ſpinalis medullæ originem trahunt illa ſeptem neruorum paria tam diuulgata, à quibus ſenſus, & motus prodeunt; nec non & illa alia duo paria, quæ ex meis Figuris ineſſe conſtat. Primum par, eorum eſt, qui ferunt viſionem oculis, & dicuntur nerui optici, ortumque ducunt à poſteriori ſuperficie ſpinalis medullæ: craſſi inſuper ſunt, ac rotundi, & deorſum deſcendunt vſque ad oſſis ſphenoidis regionem, ephippium dictam, noſtri autem ſellam vocant, quo in loco adeo coniunguntur ad inuicem, vt videantur decuſſari, quocirca plerique Authores exiſtimarunt ſiniſtrum neruum ferri in dextrum oculum, & dextrum in ſiniſtrum: ſed maximè decepti ſunt; nam coniunguntur quidem, at non decuſſantur. Ab hoc igitur loco dexter neruus per proprium foramen exculptum in oſſis ſphenoidis regionē rectâ fertur in dextrum oculum eodem artificio, vt ſiniſter neruus in ſiniſtrum oculum deducitur, vt in Decad. 1. demonſtratum eſt. F

Secundum par eſt longè minus, & ab anteriori parte ipſius ſpinalis medullæ quaſi ex facie ipſius enatum rectâ via fertur in oculos: huius nerui motores oculorum vocantur. Tertium par à lateribus eiuſdem ſpinalis medullæ prodit, & per tunicam linguæ diſpergitur. Quartum par magis à poſteriori medullæ parte exoritur, & longo ſatis ductu in palatum diſtribuitur. Hoc par cum præcedenti guſtatoria nuncupantur, eò quòd linguæ, & palato vim guſtandi deferant. Quintum par, ex tribus iam dictis longè maius exurgit vtrinque à lateribus ſpinalis medullæ, & oſſa temporum ingrediens inſenſibili quadam via terminatur in os petroſum, in quo eſt excauatus inſignis ille meatus, vbi aër connatus continetur: & hoc par degenerat in membranulas quaſdam terminantes in cochleam, & labyrinthum, & auditorium appellatur, propterea quòd ferat auribus virtutem audiendi. Sextum par ab eadem etiam ſpinali medulla paulò inferius exoriens, atque extra caput per propria foramina exiens omnibus viſceribus ſenſum defert; diſtribuitur enim in omnia viſcera interna thoracis, & ventris inferioris. Ab hoc ſexto pari, antequam perueniat ad thoracem, producitur illud neruorum admirabile par à Gal. tantopere commendatum, quod reuulſorium, aut reuerſorium nuncupatur; nam vtrinque in ipſa ceruice prope iugulum à ſexto pari ij duo nerui exoriuntur, qui deinde ſurſum reuulſi mirabili quodam artificio quaſi per tracheam reuoluti feruntur ambo in muſculos laryngis: ſed cum hac differentia, quod dexter, vbi attigerit regionem iuguli, reuoluitur ad arteriam, quæ diſtribuitur in brachium; ſiniſter verò à ſiniſtro latere reuoluitur circa arteriam magnam, quæ exit à corde. Septimum par paulò inferius enatum à ſpinali medulla antequam exeat à capite, diſtribuitur per muſculos linguæ ad motum ipſius efficiendum, vnde per maxillas inferiores idem muſculus diſſeminatur. G H

Hæc eſt enarratio communis eorum neruorum, qui à ſpinali medulla, antequam è capite exeat, producuntur. Sunt & alia duo paria à nobis obſeruata, de quibus ſatis dictum eſt in Decade præcitata. Sed vnius hoc loco rei monitos volo lectores, nimirum quod ſextum neruorum par iam declaratum (quod diximus deorſum per ceruicem ad latera aſperæ arteriæ exire, & antequam thoracem ingrediatur producere neruos reuulſorios) in vnoquoque coſtarum interſtitio producit neruum, cui neruus à ſpinali medulla exoriens coniungitur, & ex his duobus neruis fit vnus neruus continuus. Atque hoc à nemine puto ante me obſeruatum fuiſſe. Iam reliqua proſequamur.

Da

A *De Partibus in Thorace contentis. Cap. VI.*

LIcet corporis humani partes ita naturà diſpoſitæ ſint, vt homines in
admirationem rapiantur eaſdem conſiderantes, tamen vel maximè in
hoc naturæ prouidentia ſumma elucet, quòd Cor partem admodum
nobilem corporis in medio collocandum cenſuerit: cuius quidem ra-
tionem ſi adduceremus, à noſtro propoſito tractatu multis verborum
ambagibus digrederemur. Quare vt ad rem veniamus, & corporis
humani partes explicandas continuemus, operæ pretium me facturum exiſtimaui, ſi
hoc loco Thoracem explicandum ſumerem, in quo Cor viſcus nobiliſſimum contine-
tur, ſuà figurà pyramidis effigiem, aut pineæ cuiuſdam formam præſeferens. Situatur
itaque Cor in medio Thorace ad quintam, & ſextam vertebram, magis tamẽ quintam,
quàm ſextam attingens: diuiditurq́ue in duas partes, in baſim, & cuſpidem, quæ conus
etiam appellatur: reſpectu baſis collocatum eſſe conſtat in medio Thorace, reſpectu
B verò cuſpidis magis ad læuam vergit. Conſtat ex ſubſtantia carnoſa, ſed craſſa, ſuis fi-
bris interiexta, in qua ſubſtantia duæ cauitates exculptæ ſunt, vna in ſiniſtro, altera in
dextro latere, quæ dicuntur ventriculi cordis, & quemadmodum inter ſe differunt ſitu,
ſic & figura, & magnitudine diſcrepant. Figurà quidem, quia ſiniſter retinet figuram
ipſius cordis, dexter verò quia latior, magiſq́ue dilatatus eſt: inſuper quia ſiniſter magis
eſt in profundo, cùm tamen dexter in ſuperficie tantum ſit exculptus.

In vnoquoque ventriculo reperiuntur duo orificia vaſorum intus ſeſe reſpicientia:
ad latera exterius vtrinque apparent quædam carneæ portiunculæ referentes imagi-
nem aurium, vnde aures, & auriculæ cordis appellantur. In dextro ventriculo ſunt duę
venæ, vna dicitur vena caua, altera vena arterialis, quæ præter morem aliarum vena-
rum ex duplici conſtat tunica, ſed vena nominatur, quia continet ſanguinem, non ſecus
atque aliæ venæ; dicitur arterialis eò quòd duplicem habet tunicam, quemadmodum
aliæ arteriæ. In ſiniſtro verò ventriculo ſunt duæ arteriæ, vna quæ arteria magna, ſeu
aorta; altera quæ venalis arteria vocatur. Arteria venalis hoc nomine donatur propte-
C rea quòd ex vna conſtat tunica, quemadmodum venæ: dicitur arteria, quia ſpiritus in
ſe continet perinde, atque aliæ arteriæ. Verùm ad os vniuſcuiuſque vaſis tam ſiniſtri,
quàm dextri ventriculi tres membranæ reperiuntur, quæ valuulæ, ſeu oſtiola appel-
lantur, & inter ſe ſubſtantia, figura, & ſitu diſtinguuntur; primùm quidem in arteria
magna, & vena arteriali hæc oſtiola conſtant ex membranoſa ſubſtantia, & figuram
habent ſemilunarem, vnde ſemilunaria oſtiola dicta ſunt: habentq́ue eundem ſitum,
nempe in cauitate ipſorum vaſorum, & conueniunt in omnibus, differunt ſaltem ab in-
uicem, quia venæ arterialis oſtiola habent tuberculum quoddam in ſuprema extremi-
tate, magnitudine grani milij, quo tuberculo deſtituuntur oſtiola arteriæ magnæ.

Quod ad alia duo vaſa attinet, nempe ad venam cauam, & arteriam venalem,
reperiuntur iam dictæ membranæ, ſed ex alia ſubſtantia conſtantes, atque aliam figu-
ram, & diuerſum ſitum à prædictis habentes; ſiquidem earum ſubſtantia carnea eſt, &
neruoſa, & figuram præſeferunt triangularem, aut ſagittalem; vnde triſulcæ, triangu-
lares, & ſagittales fuerunt appellatæ. Situs earum eſt in cauitate cordis; cum hac diffe-
D rentis; nam ad venam cauam tres ſunt numero, ad arteriam verò venalem duæ, ita vt
omnes ſimul vndecim ſint numero. Quæ valuulæ præfectæ ſunt duobus venis, & di-
uerſum, atque contrarium vſum præbent; nam quæ ad venam arterialem ſunt, prohi-
bent, ne materia extra propulſa remeet amplius in cor, quę verò venæ magnę ſunt prę-
fectæ, prohibent ne ſanguis intra cor receptus in venam cauam reſtagnare poſſit, &
quod de oſtiolis venarum dictum eſt, idipſum intelligere etiã oportet de arterijs; nam
illa oſtiola, quæ ad arteriam magnam ſunt poſita, præbent exitum ſpiritibus vitalibus,
& vbi clauduntur, impediunt, quò minùs ijdem ſpiritus in cor regrediãtur: fœtu tamen
exiſtente in vtero iſtæ valuulæ præbẽt ſpiritibus vitalibus ingreſſum. At quæ ad arteriã
venalẽ ſunt, præbent aëris ingreſſum, & prohibẽt eiuſdẽ egreſſum; verùm cùm ſint duo
tantũmodo, non ita perfectè claudunt orificiũ, quin fuligines ſubinde expurgari valeãt.

Cor igitur hac ratione cõformatum inuoluitur à membrana quadam craſſa, & dura,
quæ capſula cordis appellatur, tantæq́ue eſt latitudinis, quantũ ſufficit ad dilatationem

 cordis:

cordis: hinc inquiritur num aqua contineatur in ea capſula viuente adhuc animali? quod cùm ſit alterius inſtituti, nos hoc loco ſilentio, & taciturnitate prætereundum cenſemus. E

Veniamus ad Pulmones. Sunt hi membrum quoddam conſtans ex carnea, ſed leui ſubſtantia, quæ in duas partes diuiditur, in dextrā nempe, & ſiniſtrā, totam thoracis capacitatē occupātes. Figuram item habent pedi bubulo ſimilē, & vtraq; pars in duos globos diuiſa eſt, quamuis Gal. quintum addat, qui tamen in homine non reperitur. Eſt inſuper pulmonum ſubſtantia varijs intertexta arterijs, & venis. In primis aſpera arteria, quæ & trachea appellatur à ſummis faucibus ortum ſumens, & per ceruicem delata tandem per vniuerſam pulmonis ſubſtantiam diſtribuitur. Hæc arteria præter morem aliarum arteriarum conſtat ex membranea, & cartilaginea ſubſtantia, ex qua efformantur varij circuli conſtituentes vniuerſam eius ſubſtantiam, quorum vnus eſt cartilagineus, alter membraneus, ſed ſciendum eſt, quòd cartilaginei circuli non ſunt integri; nam in poſteriori parte, quà oeſophagum tangunt, in membranas deſinunt. Habet deinde hęc arteria proprium caput ex tribus cartilaginibus conſtructum, quod larynx appellatur; tracheę vero vſus duplex eſt: vnus vt ſit reſpirationis, alter vt ſit vocis inſtrumentum. Sed diuerſa ratione; nam per truncum fit reſpiratio, per caput verò vox. Sunt etiam in pulmonum ſubſtantia alia vaſa, quorum alia ortum ducunt ab arteria venali, & alia à vena arteriali, cum ipſis eandem naturam habentia. Ex his igitur apparet ſolos pulmones habere vaſa longè diuerſa ab alijs membris: atque hæc de thoracis partibus ad rem noſtram ſpectantibus. F

Succedunt modò partes ventris inferioris enarrandæ. Harum quædam continentes, & aliæ contentæ appellantur. Continentes, quas & inueſtientes dicunt, vel ſunt communes toti corpori, vel propriæ ipſius abdominis. Communes ſunt cuticula, cutis, membrana carnoſa, & pinguedo, quamuis pinguedo non ſit ſemper in omnibus: propriæ verò ſunt octo muſculi abdominis, quorum duo priores dicuntur obliquè deſcendentes, ſecundi obliquè aſcendentes, tertij tranſuerſales, quarti longi: ſunt etiam aliæ duæ portiones ad pubem, quæ inter paria muſculorum abdominis à nonnullis enumerantur, quocirca exiſtimant eſſe quinque paria. Tandem eſt illa membrana, quæ peritonæum vocatur, quaſi ſubcingens, & ab Arabibus Mirak dicitur. G

Contentæ ſunt in duplici differentia; aliæ pro conſeruatione indiuidui; aliæ pro ſpeciei propagatione. Priores nutritioni famulantes dicuntur, & trifariam diuiduntur; aliæ enim, vt inquit Gal. ſunt primaria, aliæ ſecundaria, & aliæ tertia ratione intentæ. Quæ intenduntur primaria ratione, aut chylificationi inſeruiunt, vt eſt ventriculus, venæ meſeraicæ, & pancreas: aut ſanguificationi famulantur, vt iecur, vena caua, & omentum, quod vtrique fauet. Secundaria ratione intentæ ſunt omnes partes excrementis deſtinatæ, vt ſunt inteſtina, quæ diuiduntur in tenuia, & craſſa. Tenuia ſunt tria, primum, quod exoritur à ventriculo, eſt duodenum appellatum; ſecundum ieiunum, tertium ilion. Craſſa quoque inteſtina ſunt tria, nempe cæcum, quod monoculus dicitur, ſecundum colum, tertium rectum, & hæc fauent excrementis primæ coctionis. Secundæ verò coctioni, nempe ſanguificationi, fauent renes, vreteres, veſica, & meatus cōmunis eſt & folliculus bilis cum ſuis canaliculis efformātibus illud Ypſilon tam diuulgatum. Eſt denique & lien; ſed folliculus bilis recipit excrementum bilioſum, lien verò melancholicum, & iſtæ ſunt partes, quæ ſecundaria ratione intenduntur à natura. Quæ verò tertia ratione fiunt, ſunt illæ partes, quæ expellunt iſta excrementa, quarum quædam ſunt, quæ eadem excrementa expellunt, vt ſunt muſculi abdominis, & peritonæum, aliæ prohibent, ne intempeſtiuè excrementa exeant, vt muſculus ſphincter, qui ad rectum inteſtinum reſidet, & ſigmoides, qui veſicæ collo præficitur. H

Et hæc eſt naturę œconomia ſeruata in indiuiduo conſeruando, ſed quemadmodum ad iſtud in ſuo eſſe conſeruandum, opus eſt alimentis per plures partes alteratis, & in ſanguinis naturam conuerſis; ita ad propagandam quoque ſpeciem opus eſt ſanguine per plures partes in ſemen tranſmutato; quarum partium aliæ ſunt, quæ ipſum ſemen præparant, aliæ quæ idem conficiunt, aliæ confectum, & perfectum ducunt, aliæ recipiunt, diuque conſeruant, & tandem aliæ, quæ in vterum muliebrem transfundunt, & eiaculantur. Partes priores dicuntur vaſa ſeminaria, quæ duo ſunt, vtrinque vnum, &

vnum-

A vnumquodque illorum conſtat ex vena,& arteria. Verùm cum hac differentia,quòd à dextro latere, vena,& arteria ſuum aſſumit principium, à trunco venæ cauæ, & arteriæ magnæ: In ſiniſtro verò latere, vena ortum ducit ab emulgenti vena, arteria autem à trunco arteriæ: hinc deorſum deſcendunt coniuncta ad regionem pubis vſque,& ita implicantur, vt nequeant ampliùs inter ſe diſtingui, varicumque in modum reuoluuntur, & varicoſi paraſtatæ appellantur, recipiunturque tanquam in ſacculo quodam à peritonæo dilatato, deſinuntque in eam partem teſtis, quæ epididymis appellatur.

Teſtes,qui conſtant ex glanduloſa quadam ſubſtantia figuræ ouorum in modum, ſemen conficiunt, quamuis voluerit Ariſtoteles eos non eſſe factos ad ſemen generandum, ſed alterius vſus gratia: obuoluuntur teſtes quatuor membranis, quarum duæ cõmunes ſunt,aliæ verò ſunt propriæ vniuſcuiuſque teſtis:communes adhuc ſunt duæ,exterior vna,quæ rugoſa eſt,& à cute ortum ducit,& appellatur ſcrotum,vel ſcortum,alia verò communis à peritonęo ortum ducit, & caret nomine. Tertia appellatur eritrois, & elitrois. Vltima,quæ eandem figuram cum teſtibus habet cęteris omnibus,& durior,

B & craſſior exiſtens appellatur dartos. Alia vaſa, quæ abducunt ſemen à teſtibus iam confectum,abducentia vaſa dicuntur, conſtantque ex neruoſa quadam ſubſtantia, & quod mirum dictu eſt, nulla ratione intus excauata ſunt;& tamen ſemen, quod corporeum, & craſſum eſt,ducunt in vaſa quædam,quæ paraſtatæ hederarij dicuntur,quæ vt Fallopius ſcribit,imaginem prẹſeferũt veſicarum quarundã,in quibus ſemen diu conſeruatur, & prope hæc vaſa eſt corpus illud glanduloſum, quod ab Herophilo fuit appellatum adenoſus paraſtata. Eſt denique & pudendum virile, quod etiam alijs nominibus donatur conſtructum ex duobus ligamentis, ab oſſibus pubis originem ducentibus, in quibus excauatus eſt ille meatus,qui & vrinæ,& ſemini exitum præbet,vnde canalis communis fuit appellatus, ſicut ſuperiùs innuimus.

Eſt & vterus in muliere, in quem ſemen per pudendum erectum, mediante canale communi eiaculatur,& deponitur. Eſt ergo hoc vniuerſum artificium ex pluribus partibus,vt videtis, pulcherrimè conſtructum, quo natura vtitur ad ſpeciem propagandam;de quibus partibus,deque ijs,quibus vtitur natura ad conſeruandum indiui-

C duum rudi quadam delineatione, & compendioſè agere voluimus,vt inde cognoſcere valeatis, quæ ſint illa inſtrumenta, quibus mediantibus natura, & indiuiduum conſeruat,& ſpeciem auget: ex quarum recta cognitione Medicus poteſt tutò, & probè motus naturæ imitari. Quibus ad hunc modum breuiter delineatis, tempeſtiuum eſt,vt vobis demonſtrem, quam proportionem habeant inter ſe partes iam dictæ.

Quapropter ſcire inprimis debetis, Gal.lib. art. paruæ cap.9.diuiſiſſe omnes corporis partes, aut mẽbra in principia,in ea quæ dependent à principijs,& ea quæ ſe gubernant,& non gubernãtur,quod nihil aliud dicit,quàm partes corporis quaſdam eſſe,quę gubernantur non gubernantes,quaſdam verò,quæ gubernant,nec gubernantur:præterea quaſdam habere inſitas facultates,id eſt,quę neque gubernant,neque gubernantur, nonnullæ denique ſunt,quæ partim gubernant,partim gubernantur. Quæ igitur gubernant,ſunt quatuor membra principalia, Cerebrum, Cor, Hepar, & Teſtes, ab hiſce principijs prodeunt, & gubernantur ſpinalis medulla, & nerui; nam iſtæ partes à cerebro ortum ducunt, & illi ſubminiſtrant. Cordi verò ſubminiſtrant arteriæ: Hepati,

D venæ. Teſtibus famulantur vaſa ſpermatica. Quæ verò à ſe ipſis gubernantur, & inſitas dicuntur à Galeno habere facultates, ſunt os, cartilago, ligamentum, membranæ, glandulæ, adeps, caro ſimplex, quæ ſibimetipſis viuunt nullam actionem in corpore adminiſtrantes. Poſtrema,quæ partim gubernant,& partim gubernantur, ſunt reliquæ corporis partes, quæ partim materiam, partim vim aliquam accipiunt, & partim eandem alijs ſubminiſtrant.

Hanc eandem doctrinã,quam etiam attulimus Decad.2.cap.3.habetis ab Auicenna Fen. prima, primi, doctrina quarta cap.de membris ſub varijs nominibus declaratam. Inquit enim membrum aliud eſſe ſuſcipiens, & tribuens: aliud tribuens non ſuſcipiens: aliud ſuſcipiens non tribuens. Poſtremum neque ſuſcipiens,neque tribuens;nam idem eſt gubernare,& diſtribuere,quemadmodum gubernari, & ſuſcipere;partes enim præcipuæ iam dictæ, nempe principia tribuunt alijs virtutem partibus; neque ab alijs partibus ſuſcipiunt: venæ autem,ſpinalis medulla cum ſuis neruis, & arteriæ ſuſcipiunt virtu-

virtutem à ſuis principijs, eamque alijs partibus deferunt: at os, cartilago, tendo, pin- B
guedo, & huiuſmodi vim inſitam in ſe ipſis habent, qua viuere poſſunt, vnde ab alijs nec recipiunt, nec alijs quidpiam diſtribuunt: reliquæ partes corporis ſuſcipiunt partim, partim tribuunt.

Animaduertendum hoc loco, quòd membra illa, quæ materiam aliquam ſuſcipiunt, non tamen neceſſariò à loco demandante, & facultatem, & materiam accipiunt; nam quædam ſunt, quæ materiam quidem ſuſcipiunt, non tamen facultatem, vt ventriculus ſuſcipit materiam ab ore præparatam, ex qua efficit chylum; ab alijs verò facultatē partibus trahit, vt à iecore nutriendi facultatem, à corde vitalem, à cerebro autē recipit ſenſum. Eſt denique alia conſideratio partium, quas Auicennas famulantes appellat, quarum quaſdam eſſe inquit, quæ ſeruiunt virtute præparatoria, alias eſſe, quæ ſeruiunt ſeruitute delatoria. Primæ anteponuntur præcipuis membris; quæ verò famulantur ſeruitute delatoria, poſtponuntur, vt *v. g.* pulmones famulantur cordi ſeruitute præparatoria, arteriæ verò famulantur ſeruitute delatoria: ventriculus etiam famulatur iecori ſeruitute præparatoria, venæ ſeruitute delatoria. Quod idem dicendum de F
cerebro, ſpinali medulla, & de cæteris.

Sed vnum eſt conſideratione dignum, ſiquidem dictum à nobis fuit Auicennam idem ſentire cum Galeno, vbi dicebamus idem eſſe ſuſcipere, & gubernari, & idem tribuere, & gubernare; at ſi exemplum Gal. cum Auic. comparamus, apparet Gal. nobis attuliſſe quatuor principia, quæ gubernant, Auic. ſaltem vnicum, quod & alijs tribuit, & nunquam gubernatur, aut aliquid accipit, nimirum cor. Gal. autem poſuit nobis quatuor principia, nempe cerebrum, cor, iecur, & teſtes, non igitur vnam, & eandem rem Auic. cum Gal. intelligit. Pro ſolutione dicendum, quòd aliud ſit loqui de verborum ſignificatione, & aliud loqui de rei veritate, ſi conſideremus verba vtriuſque authoris, dicimus, & Gal. & Auic. vnam, & eandem rem ſignificare voluiſſe. At ſi ſermo ſit de rebus, dicimus Auic. diſſentire à Gal. & conuenire cum Ariſt. qui exiſtimauit cor vnicum, & ſolum eſſe principium omnium facultatum. Vnde Auic. ſcripſit cor eſſe membrum tribuens, & non ſuſcipiens. Ariſt. enim 12. metaphy. cap. vlt. tertio de part. animal. cap. 4. lib. de ſomno, & vigilia. & 2. de part. anima. cap. 3. & 7. voluit G
à corde emanare motum, & ſenſum, vitam, & nutritionem, cui conſenſit Auerrhoës. 2. Collig. & pluribus alijs in locis, quibus Auic. ſubſcripſit.

Contrarium autem tenet Plato; nam exiſtimauit tres animæ facultates reperiri in tribus membris omninò diſtinctas, nempe in corde, iecore, & cerebro. Proinde Gal. noſter magis videtur adhærere ſententiæ Platonis plurimis in locis, & præſertim lib. 7. de Hippocrat. & Plat. decre. cap. 3. quart. methodi medendi 10. lib. art. par. cap. 9. à nobis iam citato. Ita videtis, Gal. & Auic. in re determinanda non conuenire: idem tamen Auicenna dicebat ſoluens hanc quæſtionem de membrorum principalitate veriorem eſſe Ariſt. & Philoſophorum ſententiam, magis tamen ſenſatam eſſe Medicorum, & conſpicuam opinionem. Nos igitur cùm Medicinam profiteamur, & Medicus ſit artifex ſenſatus, ſat illi eſt cognouiſſe ſenſum, & motum re vera à cerebro mediante ſpinali medulla, & neruis proficiſci, quia ſenſus, nempe Anatome ipſa id clariſſimè oſtendit: & quemadmodum etiam obſeruat Medicus venas ortum ducere à iecore per Anatomen, ita quoque concludere debet, facultatem nutritiuam proueni- H
re à ſolo iecore: & ſicuti obſeruat arterias etiam à corde proficiſci; ita credere debet facultatem vitalem prouenire ab ipſo corde: parumque ipſi refert ſcire, & inquirere, an facultates hæ ab vno pendeant principio, an à pluribus; ſat enim eſt, vt videat has facultates prodire ab huiuſmodi principijs.

Quod etiam dicēdum eſt de facultate teſtium; nam Medicus obſeruat ex Anatome, ſemen reperiri in ipſis teſtibus, & concludit in ipſis etiam generari. Sed alia difficultas eſt, quæ verſari videtur inter loca quædam Galeni; nam vt ſupra vidimus, ſcriptum reliquit partes ſimilares, nempe carnem, oſſa, cartilagines, &c. habere inſitas facultates, quibus moliri poſſunt ſuas operationes, & poſſunt ſe ipſas gubernare, hoc eſt, non egent affluxu à membris præcipuis, vt ſuas faciant operationes. Ex altera verò parte idem Gal. pluribus in locis ſcriptum reliquit à iecore facultatem nutriendi prouenire. Solutio ex noſtra ſententia eſt, quòd aliud ſit conſiderare actionem partium ſimilarium,

A rum, vt ſe ipſas, & nutriunt, & nutrire poſſunt; & aliud eſt conſiderare actiones ipſarum ratione conſeruationis ſuę. Si primo modo conſideretur, dico quod nullo egeant affluxu, ſed habeant inſitam facultatem ſe ipſas gubernandi, & hoc modo intelligendus eſt Galenus, quando ſcripſit has partes ſe ipſas gubernare, quando autem dixit facultatem accipere à iecore, id intellexit ratione ſuæ conſeruationis; quare nulla eſt contradictio, quia partes, vt conſeruentur, egent affluxu ab ipſo iecore. Quibus omnibus ita declaratis, vnicuique veſtrum patere ſatis puto membra iam dicta à natura, non eſſe facta, niſi in gratiam alicuius operationis, alioquin dicendum eſſet naturam fruſtra membra feciſſe, quod eſſet abſurdum aſſerere. cùm igitur membra ſint alicuius actionis, aut operationis, cumque operatio, & actio non poſſit fieri niſi à cauſa efficiẽte, neceſſariò ſequitur, vt ſit aliqua virtus, aut facultas in ipſis membris, qua mediante, membrum reducatur ad operationem. Proinde propono vobis neceſſariò tractatum de facultatibus tanquam de cauſis efficientibus ipſas operationes.

B *De Facultatibus, ſeu de Virtutibus partium.* *Cap. VII.*

ABſoluto capite de membris opus eſt, vt ad ipſorum virtutes orationem noſtram conuertamus; ſunt autem facultates velut anima ipſorum membrorum, vnde pulchrè Auerrh. dicebat lib. 2. coll. cap. 7. membra corporis eſſe veluti materiam, virtutes verò, à quibus fiunt in corpore noſtro actiones, & paſſiones, poni loco formæ; hinc etiam facillimè colligitur, tot facultates dari, quot reperiuntur membra: quapropter quemadmodum dictum fuit membra alia eſſe, quæ naturalia, alia animalia, & alia ſpiritualia nuncupãtur; ita prorſus de facultatibus dicendum venit. Porrò facultates, ſeu virtutes nihil aliud eſſe poſſunt niſi agendi potentiæ, vt à Gal. habetur 1. de nat. fac. cap. 4. & multis alijs in locis, quò fit, tot eſſe ſtatuendas actiones, quot facultates, & è contra tot facultates, quot actiones. Huiuſmodi facultates in genere ſunt in triplici differentia, nempe animalis, ſeu voluntaria, vitalis, naturalis: animalis bifariam
C diuiditur, alia eſt, quæ maximè princeps nuncupari poteſt, quæ & ipſa duplex exiſtit, vna inſeparabilis à corpore, altera ſeparabilis: prima eſt anima rationalis, mens, aut intelligentia, quæ eſt diuina ſubſtantia incorporea, ætherea, ſimplex, impatibilis, atque immortalis; ex qua tanquam ex fonte voluntas promanat, quæ eſt libera quædam facultas id tantum amans, & ad proſequendum eligens, quod bonum eſt. Inſeparabilis, ineſt corpori, & beſtijs quodammodo eſt communis, quam in propriam, & communẽ partiti ſunt Authores, propria eſt imaginatio, phantaſia, quæ rerum formas oblatas à ſpeciebus externis recipit, & ſecundùm Medicos in anteriori cerebri ventriculo ſedem ſuam habet; eſt & ratiocinatiua, quæ æſtimatiua ab Auic. appellatur; nam complexa examinat, format, ratiocinando diſcurrit, vtilia ab inutilibus, commoda ab incommodis ſegregans formas melius diſponit, ſeruat, & futura tuetur, ſedem in medio cerebri ventre habere cenſetur. Memoria præterea in hoc cenſu collocatur, quæ iudicata reponit, & rerum præteritarum formas abſentes retinet, & in poſtremo cerebri ventriculo ſuam ſedem obtinuit. Communis eſt ſomnus, vigilia, inſomnium.

D Minus princeps in ſenſitiuam & in motiuam diuiditur, ſenſitiua propria eſt, aut cõmunis: propria, ſunt quinque ſenſus, viſus nempe, auditus odoratus, guſtus, tactus; communis verò eſt dolor, atque delectatio. Motiua, ſeu motrix facultas ea eſt, quæ motum vniuerſo corpori per ſpinalem medullam, & ſuos neruos præſtat. Sequitur nunc tum vitalis, tum naturalis facultas conſideranda, quæ licet per vniuerſum corpus ſint diſperſæ, proprium tamen locum illis Medici aſſignant, ita vt habeatur prima in corde, altera in hepate, verùm vt hoc facilius cognoſcatur, tenere expedit, quod ex corde duæ oriuntur facultates, quæ & beſtijs ſunt communes, vna vitalis, ſeu ζωτική dicta, quæ ſanguinem à caua vena delatum, & in corde ſuſceptum calefacit, & extenuat, à qua etiam oritur alia quædam facultas pulſatilis appellata, & in hoc ab ea differens, quòd vitalia tum ſpiritus, tum caloris eſt efficax, & in ſolo corde reſidet; pulſatilis verò, quæ à Græcia σφυγμική nominatur, arterijs, & cordi communis eſt. Moralis inſuper, ſeu iraſcibilis facultas, à qua animi paſſiones naſcuntur, ſita eſt in corde,

quæ

Digitized by Google

quæ ſi ratione regatur, has virtutes profert, fortitudinem nempè, animi magnitudinem, tolerantiam, animi æquitatem; ſi verò abſque ratione operetur, grauiſſimos producit affectus ſanguine, & ſpiritu vehementer commoto, & vel impulſu quodam boni, vel mali, boni quidem præſentis, vt eſt voluptas, amor, delectatio, lætitia: futuri, vt cupiditas, ſpes, libido: mali præſentis, vt dolor, mæſtitia, triſtitia, inuidia, odium: futuri, vt metus, timor, formido, deſperatio. E

Ab hepate quoque duæ prodeunt facultates, naturalis videlicet, & moralis; naturalis duplex eſt, vna quæ generatrix dicitur, altera nutrix; generatrix in femine reperitur, & edito iam partu ſtatim aboletur, ſuaſque habet ſibi famulantes, alteratricem nempe, atque formatricem; nutrix verò, ſeu altrix, quæ alimentum adductum in corporis ſubſtantiam conuertit, atque ei aſſimilat, opem ferente auctrice, quæ corpus in omnem partem diſtendit, & dilatat, à partu vſque ad debitum tempus, nempe ad ætatem florentem perdurat. Nutrici rurſus famulantur attractrix, retentrix, coctrix, atque expultrix: moralis, ſeu appetitoria facultas, ſi rationi pareat, fit temperantia, continentia, verecundia, ordinis, modi, & decoris obſeruatio; vbi verò non tam exactè obtemperat rationi, & turbatur, fit amor nimius, vel cibi, & potus, vel Veneris: aut odium, ſeu faſtidium nimium eiuſdem cibi, & potus, atque Veneris. Huiuſmodi autem facultates omnes ſua membra ſibi deſtinata habent, à quibus & principales, & minus principales dicuntur, non ſecus atque dictum fuit à nobis, dum ſermonem haberemus de partibus, ſeu membris totius corporis. Ex dictis concludimus cum Gal. & Auic. dari tantum tria genera facultatum in genere, nempe Animalem, Vitalem, & Naturalem. F

Sed aduerſus hanc determinationem obſtare videtur authoritas ſummi Ariſt. qui 2. de anim. tex. 27. ſcriptum reliquit, dari quinque genera potentiarum, ſeu facultatum in noſtro corpore; inquit enim: "*potentias autem dicimus, vegetatiuum, ſenſitiuum,* " *appetitiuum, motiuum ſecundùm locum, intellectiuum.* Quare ſunt pluſquam tria genera facultatum, non igitur rectè determinatus fuit numerus ipſarum: ſecundò poteſt quiſpiam aduerſus eandem concluſionem de numero potentiarum in tria genera ſic argumentari; genus vitalium facultatem ſub genere naturalium comprehenditur; ergo erunt tantummodo duo genera, nempe animalium, & naturalium. Probatur antecedens authoritate Auerrhois, 2. collig. cap. 9. vbi loquens de iuuamento hepatis reponit pulſatilem facultatem ſub nutritiua; ibi enim ad hunc modum loquitur, *& cum iſta* " *virtus, videlicet pulſatilis, ſit illa cùm qua dat cor alijs membris primum nutrimentum,* " *dando, & partiendo eis omnes alias virtutes; ergo ipſum debet appropriari de neceſſitate iſti* " *virtuti, hoc eſt nutritiua.* Adhæc addit, ſanguis, qui eſt in venis, eſt ſanguis imperfectus, nec creatur in vehiculum ſpiritus niſi ſanguis arterialis. Tertiò ſub genere virtutum animalium comprehenduntur virtutes vitalis, & naturalis; ſiue enim dixeris virtutem animalem ab anima, ſiue ab animali, naturalis virtus hominis eſt animalis, quia eſt virtus animæ, & virtus animalis, & ſimiliter virtus vitalis. G

Pro ſolutione harum difficultatum ſcire eſt opus, quod Ariſt. loco præcitato inquiſiuerit theoricè, & philoſophicè, proindeque poſuerit quinque facultates, & virtutes ſecundùm genus, primum nempè vegetatiuam, ſecundò ſenſitiuam; tertiò appetitiuam, quartò motiuam ſecundùm loca, & quintò intellectiuam: at Gal. Medicorum facilè Princeps, artifex ſenſatus, & opifex artificialis conſiderans facultates, aut virtutes animæ ſecundùm relationem quandam, quam habent ad opus conſeruationis ſanitatis, & curationis ægritudinum, non diſtinxit inter ſe virtutes ſenſitiuas interiores, & intellectuales, eò quod virtutes intellectuales non ſunt organis affixæ, nec læduntur, neque ægrotant, niſi ſenſitiuis læſis in ſuis organis, neque læſæ recuperant ſanitatem niſi alteratione organorum ſenſitiuarum virtutum. Item repoſuit appetitiuam cum cognitione præuia, & motiuam voluntariè ſub eodem genere, quia communicat in ſua prima origine, & idem organum eſt radix vtriuſque: ſenſitiua igitur tum appetitiua, tum motiua ſecundùm loca, & intellectiua cadit ſub genere virtutis animalis ex mente Gal. & ſuorum aſſeclarum. Vegetatiua verò virtus, quæ eſt ordinis inferioris ad omnes has virtutes (agit enim ſine cognitione, & eſt veluti quædam participatio diuinitatis) diuiditur à Gal. in duo genera ſcilicet vitale, & naturale; nam cuſtodia ſanitatis harum virtutum, & curatio ægritudinum in ſuis primis organis ſunt multipliciter H

diuerſæ

A diuerſæ, cùm hepar ſit facilè diſſolubile, ſicut ſanguis malè coagulatus, in quo eſt prima radix virtutis naturalis; cor verò ſit denſum, robuſtum, compactum, magnæ reſiſtentiæ, in quo eſt prima ſedes virtutis vitalis; & ſic apparet ex iſtis, neque Ariſt. ſuperfluum fuiſſe diuidentem virtutes in quinque genera, neque Gal. defeciſſe, vbi diuiſit in tria genera tantùm, & hæc ad primam obiectionem.

Ad ſecundam dubitationem videtur Auerrh. hoc loci habuiſſe longè diuerſam opinionem à Gal. cùm exiſtimauerit ſanguinem arterialem eum eſſe, qui alendi facultatem habeat; Gal. verò è contrario arbitratus ſit eſſe ſanguinem in hepate genitum: ſed poſſumus nos dicere vtrumque ſanguinẽ habere alendi facultatem, ſed alia, atque alia ratione; nam ſanguis in hepate genitus præbet materiam pro nutritione, ſanguis verò arterialis habet rationem formæ; præbet enim vitam: videmus quippè naturam in efformandis corporibus hac diligentia vſam fuiſſe, vt cuique venę adiunxerit arteriam, neque puto poſſe Gal. & Auerrh. in hoc conciliari alio pacto, quia illorum ſententiæ ſunt inter ſe omninò diuerſæ.

B Ad tertiam difficultatem dico, quod hoc concretum *animales*, prædicatum de quibuſdam virtutibus in abſtracto, triplicem recipere poteſt denominationem, primò quidem ab animali, ita vt dicantur virtutes animales, quia in ſolis animalibus reperiuntur, & ſic vitalis eſt de numero animaliũ, vt ab Auicen. cap. 4. huius tractatus declaratur, quia in plantis non eſt propria aliqua virtus diſtincta à nutritiua, quæ parti alicui plantę inſita vitam partibus alijs influxu ſuo præbeat, vt in animalibus. Secundò ab anima prout nomen animæ vſurpabatur apud veteres: ante tempora Ariſt. definiebant animam per motiuum eſſe ſecundùm loca, & ſenſitiuum, & incorporeum, non vocantes animam formam plantarum, quia neque ſentit, neque voluntariè mouetur, iuxta illud Ariſt. 1. de anim. 33. *definiunt autem omnes animam tribus, vt ita dixerim motu, ſenſu, & incorporeo.* Hos Veteres videtur imitari Gal. plantarum formas appellans naturas; ait enim lib. de Hippocr. & Platon. placitis, cap. 3. *ſed de ſubſtantia regente plantas dico, quod cùm ſumitur ſecundùm ſocios Platonis Philoſophi, nomino eam prout appellauit eam Plato, & cùm ſumitur ſecundùm rationem nomino eam naturam.* Vulgus etiam vete-
C res imitari conſueuit à motu, & ſenſu diſtinguere ſolùm corpus animatum ab inanimato, & ſecundùm hunc modum genus virtutum animalium ab anima dictum, eſt tertium genus ab alijs diſtinctum.

Tertiò ab anima ſecundùm modum, quò Ariſt. 2. de anim. tex. 6. & qui ſequuntur ipſum, vtuntur nomine animæ, prout deſcripta fuit ab eodem Ariſt. quod eſt *actus corporis organici phyſici potentia vitam habentis*, & dicitur de animabus vegetatiua, ſenſitiua, & intellectiua, hocque modo omnis virtus eſt animalis, ſiue fuerit vitalis, ſiue naturalis, ſiuè ſenſitiua, ſiue motiua.

Sed quia in ſuperioribus audiuiſtis me dicentem ex Medicorum ſententia, imaginationem vendicare ſibi anteriorem cerebri ventriculum pro ſua ſede, ratiocinatiuam in eiuſdem medio ventriculo poſitam eſſe, memoriam verò in poſtica parte reſidere, propterea vos monitos volo non omnes Medicos fuiſſe huius opinionis; ſoli enim Arabes primùm eam exiguis rationibus ſtabilitam in medium adduxerunt, quę & ficta eſt, & temerè prolata, quamuis vulgus, vt veram admiſerit, & omninò amplexum fuerit.
D Quis enim putabit neceſſe eſſe principes illas, & interiores facultates ſedibus, & inſtrumentis diſtingui, cùm vna, eademque eſſentia contineantur, vna ſede firmentur, ſimiliſque vtantur inſtrumento corporeo, etiamſi efficiendi ratio ſit diuerſa? Hinc Gal. nuſquam iſta domiciliorum diſtinctione vſus eſt, ſed ſimpliciter principes facultates ſedem in cerebro habere ſcripſit, idque non ſolùm de ſua, ſed etiam Hippocr. & Plat. ſententia docuiſſe conſpicitur.

De Actionibus, ſeu Functionibus. Cap. VIII.

PRopoſueram pro Tyronum intelligentia docere cognitionẽ Rerum Naturalium, earumque ſingillatim definitionem tradere, atque partes eiuſdem examinare, verùm cùm in Decade Anatomes contemplatiuæ, demonſtranti mihi actionem totius corporis propriam, opus fuerit multa de facultatibus, actionibus, & ſpiritibus, quibus mediantibus partes ſuas faciunt operationes, afferre,

A propagationem, non ſecus atque auctio, nutritio, & reliquæ, quæ ſingulari tutelæ dica-
tæ ſunt.

Auctio eſt corporis in longitudinem, latitudinem, & profunditatem profectus, qui
fieri tunc quidem dicitur, cùm ex minori mole in maiorem omni ex parte animal eua-
dit, propria ſeruata forma, vt ſcribit Gal. 1. & 2. de nat. fac. verùm huiuſmodi auctio
non ſemper quàm diu viuit animal perfici poteſt, quandoquidem neceſſariò debet
aſſignari tempus, in quo plus effluit à corpore ſubſtantiæ, quàm adiungatur, vt poſt
conſiſtendi ætatem, hinc fit, vt augmenti ſint à natura certi conſtituti termini, & fines,
quos tranſgredi non liceat. Nutritio præcipua eſt earum functionum, quæ conſerua-
tioni indiuidui dicatæ ſunt; ipſius enim ope ſubſiſtere animal probè poteſt, videlicet in-
ſtaurata, & alimentis refecta ea, quæ à nobis continuò effluit ſubſtantia, quòd alimenti
ad corpus aſſimilatione perfici ſolet, cùm nutritio nihil aliud ſit ad id, quod nutritur,
niſi eius quod nutrit aſſimilatio: Gal. docente, vt ſupra dictum eſt. Verùm enim verò
cùm id quod nutrit, antequam nutriat contrarium ſit, opus fuit multas præcedere
B tranſmutationes, vt alimentum alendo corpori ſimile redderetur; hinc eſt quod requi-
ritur, vt primò alimentum apponatur, appoſitum agglutinetur, & agglutinatum tandem
aſſimiletur: atque hæc omnia ſunt, quæ nutritionem præcedere debent, quemadmo-
dum etiam cibi acceptionem, & accepti coctionem, ſicut alienorum expulſionem eam
ſubſequi conuenit. Sed quoniam ad huiuſmodi nutritionem faciendam neceſſariæ ſunt
aliæ facultates, nempe attractio, retentio, coctio, & expulſio, ne paucitate verborum,
velut exigua face in magnis tenebris, ſcientiæ huius caliginem relinquamus, etiam de
his conſueta breuitate, ad Tyronum commodum pertractabimus.

Primùm attractio eſt facultatis attractricis peculiaris functio, quæ fit maximè cor-
pore ſecundùm naturam ſe habente, cum quid vtile motu locali, fibrarum rectarum
ope, corporis partibus adiungitur, quod prius ſeiunctum, & remotum erat; nam attra-
ctorias actiones adminiculo filorum, ſeu fibrarum rectarum fieri docuit Gal. 4. de vſ.
part. 17. ea enim, quæ ingeruntur ſponte ad corporis tutelam eò ferri nequeunt, vbi
vtilitatem ſunt allatura: vt cibus, & potus ſuo ſpontaneo motu, atque per ſe, eò quò
C deberet, ferri non poteſt, cùm res inanimata ſit, ob idque proprio motu nuſquam ſe re-
cipere poteſt; hinc facultatem quandam oportuit eſſe, cuius actione ingeſta in par-
tes commodè deferri poſſent, & huiuſmodi actio attractio propriè dicitur. Hanc par-
tium vnicuique ineſſe Gal. tum lib. de nat. facult. tum comm. 22. prim. ſect. aphor.
apertè ſcripſit; nam hac ipſa actione efficitur, vt quod animanti eſui eſt futurum quaſi
manibus comprehēſum eo trudatur, vbi ſuſcepturum alterationem eſt, id quod immit-
titur: ſic cibus in ventrem, vt in reliquum omne corpus ſanguis attrahitur, & huiuſmo-
di functionem, tum ad euitandum vacuum, tum caloris beneficio, omnes authores
fieri cenſent.

Retentio eſt eorum, quæ attracta ſunt, congrua mora, & cunctatio, qua quod vſui
futurum eſt, quoad exactè elaboratum fuerit, à natura tam diu in parte detinetur, ob
id Gal. lib. de ſympt. differ. cap. 4. hanc ipſam functionem naturalem quidem tum
eſſe ait, cùm coctionis tempori æquatur, & ab omni parte cibos exactè cōſtringit, hæc
autem perficitur ope filorum obliquorum. Coctio alteratio eſt, fitque ventriculo ci-
D bum ſibi aſſimilante, 3. de cauſ. ſympt. 3. nam cùm cibus in qualitatem animanti fami-
liarem caloris natiui ope conuertitur, conuerſionem eam vocauit Gal. coctionem,
quam authores Medicinæ variè definire videntur; quidam enim dicunt, quod ſit mix-
tio, & ſuccatio, veluti elixatio alimenti in ventriculo, in digeſtionem per mutationem
abſoluta, vel vt dicunt alij, eſt alteratio prompta ad ſanguinis generationem à natura
facta per caliditatem elixationi ſimilem, in quam ſententiam 3. de nat. fac. Gal. in-
clinare videtur: Hippocrates à calido innato coctiones fieri putat: Eraſiſtratus con-
tritione, & moltura, cui opinioni Auicen. fen. 1. prim. doct. 5. cap. 2. ſuffragari vi-
detur, dum inquit, nutriens maſticatione aliquam partem ſibi coctionis vendicare,
tum verò, & ventriculi amplexu, & adſcititij ſpiritus proprietate: Empedocles au-
tem putrefactione effici exiſtimauit. Verùm inter has omnes de coctione ſenten-
tentias, ea Hippocratis cæteris longè anteſtare videtur; nam reuera coctiones
omnium optimæ ſunt, quæ à calore natiuo perficiuntur, ob id pueros, quòd calido

V 2 natiuo

Digitized by Google

natiuo polleant, pluribus egere alimentis rectè 1. aphor. 14. ſcriptum eſt: in ſumma E coctionem alterationem quandam eſſe, ac nutrientis in propriam qualitatem eius, quod nutritur mutationem Gal. de facult. natur. veriſſimè aſtruxiſſe eſt viſus; tum enim verè concoctum alimentum dicimus, cùm à calore natiuo veluti elixatum, permutatum fuerit, & in eam qualitatem conuerſum, qua animanti familiare tali mutatione ſit effectum.

Alimentum ore maſticatum, & à ventriculo exceptum petit fundum, ibique ſubſidet, ventriculus autem ſe in anguſtum cogit, vt illud vndique comprehendat, ne fluitet; nam ſi non ſubſideret, ſed elatum à flatibus innataret, aut ſi prauum, & moleſtum eſſet naturæ, ventriculus reſupinaretur, ſicque coctio, vel prorſus non fieret, vel malè, hoc eſt imperfectè, aut deprauatè: mirum ſanè eſt dictu, quàm exactè comprimantur, & coëant in vnum cauitates omnes, quamuis ſemiplenæ, omnino vacuum fugientes; dum hæc aguntur pylorus clauditur, neque ante perfectam coctionem aperiri conſueuit, cuius tempus quidam ſeptem horarum ſpatio definiunt; coctionem enim quatuor, diſtributionem tribus horis abſolui exiſtimant, ideoque ſeptem horis dormire præcipiunt, & poëta confirmat canens. F

Septem horis dormiſſe ſatis iuueniq; ſeniq;.

Quæritur hoc loco, an ventriculus coquat ſuo calore, an verò ſit inſtrumentum primæ coctionis non aliter, quàm olla elixationis; eſt enim chyloſis elixationi ſimilis, quia fit à calore humido. Quòd verò alieno calore vtatur, ſuaderi primùm poteſt; quia ventriculus cùm conſtet ſubſtantia neruoſa, ſitque pars ſpermatica, non videtur inſito, ſed circumiectarum partium calore coquere; nam habet à dextris iecur, lienem à ſiniſtris, poſtica parte venam cauam, & muſculos dorſales, antica omentum, quod eſſe calidum conijcitur, cùm pinguedine conſtet oleoſa, & inflammabili, leuiſſimumque eſt, in homine præſertim, quòd eius ſubſtantia membranea pluribus foraminibus cribri in modum ſit perforata, inde eſt, quòd non poteſt inteſtina ſubiecta grauare. Deinde ipſemet ventriculus duas habet tunicas, exteriorem nempe pluribus fibris carnoſis contextam, vt tepore ſanguinis concoquat; & interiorem neruoſam, vt facilè dilatetur, ne copia alimenti diſtentus rumpatur; totus autem eſt venulis quibuſdam intertextus, quare non eſt deſtitutus proprio calore, quo concoquit, quamuis externis, quæ diximus præſidijs validè adiuuetur. G

Sed percontabitur aliquis, ſi ventriculus coquit ſuo calore adiutus à circumſtante partium calore, atque ita quò calidior, eò melius ſaltem ſolidum alimentum conficit; bilioſus quidem venter melius coquit bubulas carnes, quàm ouillas; nam agens debet eſſe proportionatum paſſo, vnde aſſat, & corrumpit facilè concoquibilia, vt horarios fructus, quæ verò difficilis coctionis ſunt, elixat; cur ergo leo calidior ſtruthiocamelo non concoquit ferrum? huiuſmodi multa occurrunt, quorum manifeſta cauſa reddi non poteſt; quis enim euidentem rationem attulerit, cur coturnix veratrum, ſturnus, & capra cicutam cõficiant: obſeruatur etiam barbigeras pecudes cicuta pingueſcere, quæ homini eſt acre venenum; hyoſciamus nutrit ſues, hyrundines cantharidibus veſcuntur, formicæ homini intolerabiles cruciatus afferunt, ſi vorentur, at vrſus, ſi quo morbo tentetur, earum vſu conualeſcit.

Ad ſoluendum hoc quæſitum ſunt, qui dicant animalia, quæ ſunt ventre carnoſiore H difficillima concoquere poſſe, ac proinde à ſtruthiocamelo ferrum; à ſturno cicuta coquitur, ſed puto huiuſmodi coctionem non ſolùm à calore, vt ſic fieri, ſed à tali calore, qui eſt proprietas eius, cuius eſt calor, vnde proprietas vniuſcuiuſque ſpeciei talis eſt, vt quædam concoquantur, quæ nec à leone, nec ab alijs calidioribus animalibus concoqui poſſint. Fit igitur coctio in ventriculo à proprietate ſubſtantiæ, dum alimentum vertitur in ſuccum cremori ſimilem, quem chylum nominamus. Sed adhuc inquirendum quiſpiam proponet, an quæ concocta ſunt, craſſiora reddantur, ita vt dicendũ veniat, concoctionem incraſſando procedere, & primùm affirmatiua propoſitio videtur abſolutè vera; nam quæ concocta ſunt craſſiora reddi ſenſus, atque experientia docent; ſanguis enim chylo craſſior, & ſanguine ros, cambium, gluten, hoc eſt, alimenti partes eæ, quæ ex ſanguine natiui caloris facultate elaboratæ ad alimoniam corpori ſuggerendam paratiores, proximioreſque effectæ ſunt. Deinde actione natiui caloris,

coctiones

A coctiones perficiuntur, & calor id ſemper, quod tenuius eſt, abſumit: conſequens igitur eſt, vt quod in coctione perficitur, craſſius omnino euadat: adhæc ea, quæ alendo corpori ſunt accommodata, non priùs in animal commutantur, quàm natiui caloris ope familiaria, & ferè ſimilis animantis ſubſtantiæ reddantur, ſed animantis ſubſtantia eſt craſſior, & compactior, coctionem itaque incraſſando fieri exiſtimandum eſt.

Non tamen de omni coctione hæc propoſitio ſemper verificatur; nam ea alimenta, in quibus ſiccum terreum humido aqueo, vel aëreo contemperatur, poſt coctionem ſubtiliora, & tenuiora euadunt, vt apparet in ceraſis, pomis, ficubus, & punicis malis, quæ cùm maturuerint, aquea magis, tenuiora, atque molliora fiunt, quòd humidum copioſum à calore concoquente attrahatur ab intima arboris ſubſtantia, tanquam conueniens ad perfectionem eorum, quæ concoquuntur. Item vbi concoctio id, quod conficitur ad mixti perfecti ſubſtantiam excipiendã immediatè, præparat, illud idem, quod actione tali concoquitur, perpetuò craſſius reddit, ſed vbi non immediatè, ſed per plures tranſmutationes id molitur, non perpetuò id, quod concoctum eſt, craſſius effi-
B cit, vt dum ex ſanguine ſpiritus gignuntur per exactam natiui caloris elaborationem, & ſanguinis coctionem; nam ſpiritus ſanguine eſt tum multò tenuior, atque ſubtilior, tum etiam perfectior; eſt enim calidiſſimum eorum, quæ in corpore ſunt, & vitæ noſtræ, functionumque omnium idoneum inſtrumentum.

Relinquitur poſtrema actio, expulſio, ſeu virtus expulſiua appellata, quæ & ipſa eſt motus, ſeu actio expultricis facultatis, id quod alienum eſt propellentis; nam cùm non omne, quod in alimoniam aſſumitur, tranſmutari in corporis ſubſtãtiam poſſit, ſed alienum in ea remanere quicquam, quod coctionẽ excipere minimè poſſit, penitus oporteat, (excrementum vocatum) efficitur, vt hac actione nobis valde ſit opus, quò aliena foras expellantur, ne quid naturæ noceant, fit autem maximè tranſuerſarum fibrarum peculiari munere; nam quemadmodum obliquarum beneficio fit retentio, & rectarum attractio, ſic etiam tranſuerſarum expulſio, propterea, quæ membra actioni huic à natura deputata ſunt, ea omnia fibras tranſuerſim poſitas habent, quarum beneficio expulſionem edere poſſint; & hæc de expulſione. Inter actiones relinquuntur ſanguifica-
C tio, atque generatio, de quibus ſuo loco; & hæc de actionibus corporis in vniuerſum dicta ſint: deueniendum tandem ad ſpirituum tractationem erit.

De Spiritibus. Cap. IX.

IAm multa de ſpirituum natura, eorumque neceſſitate tradita fuerunt in quarto, & quinto capite Decadis ſecundæ, vt hoc in loco nimis pauca dicenda remaneant; eorum quippe definitionem, & in quot differentias ipſi partiantur, ſatis aperui, item nihil aliud eſſe, niſi caloris innati germina quædam, ipſiuſque naturam imitantes, explicui; ſuperuacaneum itaque eſſet omnia illa hoc loco repetere, nihilominus ne quidpiam deſit pro Tyronum inſtructione, cogar aliqua ad incudẽ reuocare, ad perfectiorem, & faciliorem intelligentiam earum rerum, quæ à Medicis res naturales appellantur, quarum propoſuimus in hoc tractatu diſceptationem. Et in
D primo ingreſſu tractatus de Spiritibus occurrit quæſtio quædam, quæ anceps, & dubia videtur adhuc eſſe ſub iudice; hæc autem eſt, an humores, & ſpiritus ſint veræ partes corporis, cùm ſine horum ſubſidio totius corporis ſtructura deſtrueretur, nec diu ſine eorum præſentia conſeruari poſſet. Si Hippocratis diuulgatiſſimam illam, & tritiſſimã diuiſionem, earum rerum, quæ noſtrum corpus conſtituunt, ſpectemus, videlicet noſtrum corpus eſſe conſtitutum ex continentibus, contentis, & impetum facientibus, comperiemus ſpiritus appellationem partis retinere; nam per continentia ex Gal. doctrina Hippocr. intelligit partes ſolidas, per contenta humores, per impetum facientia intelligere debemus ſpiritus. Continentur autem in corpore, omneſque corporis actiones obeunt, & in actum corporis partes impellunt.

Ex altera verò parte, ſi veram, accuratam, & exactam partis definitionem ſcrutemur, quam deſcripſimus Decad. 2. videbimus non poſſe eſſe veras partes; nam pars corporis eſt toti cohærens, communique vitæ commercio iuncta, adque illius functionem

incli-

inclinatum: ſpiritus verò, & humores ſunt fluxiles, & fluentes, minimeque adhærentes, E
& communi vitę conſortio nequaquam coniuncti exiſtunt, quemadmodum ſunt ocu-
lorum humores, qui certo loco affixi, venisque, & arterijs conſperſi, ſanguinem,
& ſpiritus in ſui alimoniam attrahere ſolent, vt credimus. Humores igitur, & ſpi-
ritus in magnis vaſis concluſi, tanquam in promptuario quodam continentur, vt ſint
totius corporis inſtrumenta, & vehicula, proinde non vt cæteræ partes ſolidæ alimen-
tum attrahunt, retinent, & cõcoquunt; non ſecus atque medulla, quæ etſi hæreat, nec
vaga ſit in oſſium cauernis, non tamen eſt pars corporis propriè, ſed potius oſſis fa-
miliare alimentum; ita humores, & ſpiritus præcipua animæ inſtrumenta pro vehiculo,
& corporis alimento potius inſeruiunt, quandoquidem non eſt rationi conſonum aſſe-
rere vnam partem, alteram diuerſam nutrire. Nec obſtat, quod Hippocr. lib. de alim.
contendat principium alimenti ſpiritus eſſe, nares, os, aſperam arteriam, pulmones,
& reſpirationem, vbi etiam confirmare videtur ſpiritum aëris inſpiratione augeri, &
nutriri; ſciendum enim eſt duplicem eſſe nutritionem, vna, quæ propria, altera, quæ
impropria dicitur: propria nutritio eſt, quando conuertitur alimentum in ſubſtantiam F
aliti, vt contingit quando partes carnoſæ, & ſolidæ cohærentes communi vitæ ſocie-
tate viuunt, & nutriuntur: impropria verò nutritio eſt quædam recreatio, & refocilla-
tio, qua ſpiritus, & humores gaudent; recreantur enim & conſeruantur, ſi aëre exter-
no, & vaporis ſanguinei comite augeantur, & refrigerentur.

Quare etſi ab Hippocr. repoſiti ſint humores, & ſpiritus inter partes corporis, intel-
ligẽdum eſt de partibus impropriè dictis, vt ex Ariſt. etiam dictum eſt 2. Decad. cap. 1.
Spiritus præterea eſſe in triplici differentia, hoc eſt, naturalem, vitalem, & animalem,
eſt omnium Philoſoph. & Medicor. aſſertio; ſed de ſpiritu naturali loquentes diximus
in via Gal. non dari, & ſi tamen concedendus ſit, nihil aliud eſſe, niſi purioris ſanguinis
tenuiorẽ portionem; nam ſanguis à iecore in venam cauam facultate expultrice ipſius
protruſus fertur in dextrum ventriculum cordis, cuius vna pars attrahitur per venam
arterialem in pulmones: altera verò, & tenuiſſima portio per ſeptum cordis (quod
ſeptum eſt veluti paries quidam diſtinguens dextrum à ſiniſtro ventriculo) via quadam
inſenſibili tranſmittitur in ſiniſtrum ventriculum, in quo tanquam in proprio loco ab G
huiuſmodi ſanguinis tenuiſſima parte ſimul cum aëre à pulmonibus attracto à faculta-
te alteratrice, mediante calido innato, fit ſpiritus vitalis generatio. Hæc eſt doctrina
Gal. pluribus in locis exarata, præſertim 7. de Hippocr. & Plat. decret. cap. 3. de vſ.
part. lib. 9. cap. 4. 12. Metho. med. cap. 7. & hic ſpiritus transfunditur per arteriam
magnam, quam aortam appellauit Ariſt. & à qua infiniti propemodum rami ſpargun-
tur per vniuerſum corpus, tanquam canales quidam ſpiritum vitalem ad omnes cor-
poris partes ſolidas ferentes; at iidem mouentur dilatationis, & conſtrictionis motu,
quo nomine conſeruant calidum innatum, nam per dilatationem aërem attrahentes
refocillant, & temperant calorem innatum, ipſumque à ſuffocatione defendunt, vt ve-
rò conſtringuntur, illud expurgant à fuliginibus. Sunt etiam aliqui, qui non ineptè ſcri-
bunt hoc motu arteriarum dilatationis, & conſtrictionis excitari ſanguinem in venis
contentum ad motum: ex his igitur apparet ſpiritus hoſce vitales factos eſſe in gratiam
operationum, tàm vitalium, quàm naturalium.

Spiritus verò animales dicti, ortum ſuum ducunt à ſpiritibus vitalibus, tanquam à H
materis; nam, vt dictum eſt, cùm ſpiritus vitales per arterias, tanquam per canales di-
ſtribuantur, vbi arteria magna iugulum tranſcenderit plures ramificationes collo, ſeu
ceruici exporrigit, inter quas celebres ramificationes ſunt, quæ iugulares appellantur,
diuiſæ in internas, & externas: internæ à Grecis καρώτιδες Latinis ſoporariæ nominantur
à quibus ramuli quidam exoriuntur, qui varijs nominibus donati pro diuerſitate loco-
rum, per quæ ingrediuntur; nam in ea regione oſſis σφηνοειδὲς, quà ἐφίππιον terminatur,
ita complicantur, vt retis in modum ſint compoſitæ, vnde rete admirabile vocatur, à
quibus implicationibus exeuntes, cerebrique cauitatem ingredientes terminantur in
plexus choroideos, ſic dictos ob ſimilitudinem, quam habent cum ſecundinis vteri; hi
verò expanduntur, & diſtribuuntur per omnem capacitatem ipſius cerebri. In huiuſ-
modi igitur plexibus, & in reticulari ſpiritus exiſtentes alterationem, & diſpoſitionem
ad ſpirituum animalium generationem aſſumunt, deinde ex doctrina Gal. in ventri-
culis

Digitized by Google

A culis cerebri anterioribus formam exactam ſpirituum animalium à facultate cerebri
aſſumunt, tanquam ab efficiente; & adhuc maiorem in tertio ventriculo; tandem maxi-
mam in quarto ventriculo ſibi comparant perfectionem; qui & ipſi ſunt corpora æthe-
rea, tenuiſſima, ex ſpiritu vitali, & aëre per nares attracto, à facultate cerebri geniti in
gratiam animalium corporis actionum, vt fuſius dictum eſt 2. Decad. cap. 4. & 5.

Spirituum omnium ſubſtantia Elementis præſtantior eſt, & in cæleſtium naturam
degenerans, & vt ſcripſit Auic. lib. 1. de virib. cord. cap. 2. diuinum quoddam corpus,
& æthereum eſt, à natura procreatum, magnaque virtute elaboratum, atque ipſius
animæ, ſeu facultatis corporis rectricis primum, præcipuumque inſtrumentum, quod
Gal. rectè ſenſit tum. 5. de ſimpl. med. facult. cap. 9. tum lib. de Hippocr. & Plat. de-
cret. 7. prima autem ſpirituum omnium ſubſtantia in humido illo primigenio, & ra-
dicali, tanquam in ſua baſi, & propria ſede latet; humidum enim illud eſt ſpiritibus à na-
tura inſitis confertiſſimum, in quibus natiuus noſter ſeruetur calor. De ſpirituum ſub-
ſtantia, atque natura Ariſt. 2. de gen. animal. cap. 3. hanc protulit ſententiam: *omnis*
B *ait anima, ſiue virtus, ſiue potentia corpus illud participare videtur, idque magis di-
uinum, quàm ea, quæ elementa appellantur:* erit tandem ſpiritus æthereum quoddam
corpus è puriſſima, & præſtantiſſima ſanguinis parte elaboratum, & in aëris tenuiſſimi
ſubſtantiam naturæ vi demutatum, idem & inſiti caloris, & facultatum noſtri corporis
fundamentum, ac ſedes, primumque animę ad omnes obeundas functiones inſtrumen-
tum. His cognitis abſoluta erit vniuerſa de ſpiritibus tractatio, & per conſequens de
omnibus rebus naturalibus ad indiuidui conſeruationem facientibus: modò ad perfe-
ctam earum omnium rerum cognitionem relinquuntur illæ facultates, ad prolem, &
ſpeciem conſeruandam facientes, de quibus in ſequenti capite.

De Partibus generationi famulantibus. Cap. X.

QVo vtatur artificio natura ad ſuum iſtud opificium tam egregium in in-
diuiduo cõſeruandum, ex habita declaratione ſeptem Rerum Natura-
C lium ſatis patere arbitror, verùm cùm eadem ſatis exploratum habe-
ret non poſſe perpetuò conſeruari, omni ingenio, & qua potuit indu-
ſtria ſibi elaborandum putauit, vt ſaltem illud in ſpecie immortale red-
deret, hanc ob cauſam machinata eſt illam tam eximiam fabricam ex
omnibus partibus ſpermaticis conſtitutam, à quibus ſemen, aut ſperma dictum, gene-
raretur. At non ſatis erat ad immortalitatem ſpeciei ſeminis generatio, niſi id in locum
quendam tanquam in fœcundiſſimum campum proijceretur, eſt autem is locus vterus
in muliere, in quem ſemen eiaculatum, receptum, & retentum germinat, ac ſibi ſimile
in ſpecie producit. Nec natura ipſa contenta eſſe potuit harum partium generatione,
niſi hiſce partibus ingentem, & maximam coëundi cupiditatem, ſimulque etiam, & vo-
luptatem incredibilem induxiſſet, quibus duobus tanquam illecebris, & delicijs qui-
buſdam animalia etiam bruta allicerentur, & excitarentur, ac ſi ratione prædita eſſent
ad ſuum genus perpetuum, & immortale conſeruandum. Hinc Gal. 14. de vſu part.
cap. 15. viſus fuit in dubitationem traxiſſe, quodnam horum maius eſſet, deſiderium
D cum fœmina coëundi, an verò delectamentum, & voluptas? Ex vtriuſque igitur ſexus
congreſſu, & coniunctione elicitur principium generationis, quod eſt ſemen, de quo
hoc loco nonnulla breuiter inquiram, primùm quid ſit, & in quo differat à genitura;
deinde vtrum in coitu à toto corpore decidat, tertiò an habeat rationem opificis tan-
tummodo, vt voluit Ariſt. an verò vt Hippocr. & Gal. habeat & efficientis, & materiæ
rationem; quarto an ſit animatum; quinto vnde parentũ ſimilitudo proueniat; & tan-
dem cur ſit, quod partes ſpermaticæ exciſæ, non poſſunt de nouo regenerari, cùm
tamen partes carnoſæ regenerentur.

1. Ad primum propoſitorum dicendum eſt, tam ex Ariſt. quàm ex Gal. ſemen non
eſſe quid præter naturam, cùm ſit principium generationis, quare neceſſario fatendum
erit eſſe vel corporis partem conſtituentem, vel alimentum, vel colliquamentum, vel
excrementum: non poteſt dici, quod ſit pars; nam in tractatu de membris ex Gal. ſen-
tentia ſatis dilucidè vobis oſtendi partem corporis conſtituentem eſſe à cæteris pro-
pria

pria circumferentia diſtinctam, ipſique toto adnexam: at ſemen non adnectitur B
corpori,ſed ab ipſo corpore eiaculatum propria circumſcriptione eſſe diſtinctum ap-
paret:nec poteſt dici alimenenm, quia alimentum extrinſecus aduenit, ſemen verò in
corpore efficitur:nec poteſt dici colliquameotum, quod eſt quid præter naturam; ſe-
men enim intenditur à natura; cum igitur nec pars, nec alimentum ſit,nec colliqua-
mentum,iure concludendum eſt eſſe excrementum, id quod Ariſtot. 1.de gen.animal.
cap.18.apertè ſcripſit. Si igitur ſemen eſt excrementum, & omnia excrementa à co-
ctionibus fiunt,iure merito dicendum erit eſſe,vel primæ, vel ſecundæ, vel tertiæ co-
ctionis: at non eſt primæ,quia prima coctio habet ſua excrementa, quæ ſunt fæces ad
inteſtina labentes:nec poteſt dici,quod ſit ſecundæ coctionis, quia bilis, & melancho-
lia ſunt excrementa huius coctionis, vt clariſſimum eſt; & bilis expellitur ad duode-
num inteſtinum, cuius vna pars trahitur à folliculo bilis, ibique retinetur, expelliturq;
ad duodenum inteſtinũ alicuius vſus gratia:melancholia verò,quæ eſt craſſum iecoris
excrementum in lienem deponitur alicuius vtilitatis etiam cauſa, vt c. de Humoribus
tradidimus: de vrina etiam, quæ in hac ſecunda coctione ſeparatur, non eſt,vt quic F
quam dicamus in præſenti,cùm non pertineat ad ſemen,de quo nunc agimus.

Cùm igitur ſemen non ſit excrementum primæ, aut ſecundæ, dicendum erit
eſſe tertiæ coctionis, de cuius excrementis abundè tractauimus Decad. 2. cap. de
Pinguedine,vbi diximus excrementa alia eſſe vtilia, alia inutilia, inter vtilia connume-
rauimus pinguedinem, & ſemen, diximuſque pinguedinem eſſe tenue excremen-
tum, craſſum verò eſſe ſemen, quod pinguedini proportione reſpondet. Dicimus
nunc ſemen non eſſe omnium partium ſimpliciter excrementum,ſed earum tantùm,
quæ ipſius generationi infrruunt:hinc Ariſt.cui etiam fauent Medici, ſcriptũ reliquit,
ſemen ipſum eſſe vltimi alimenti, id eſt, ſanguinis excrementum,quia quamprimùm à
partibus ſolidis, ſimilaribus, ſpermaticis ſanguis fuerit transmutatus in ſemen, ex ipſo
ſemine partes nutriuntur, & quod illis ſuperfluit, tranſmittunt à ſe, atque expellunt
tanquam quid pro earum nutrimento ſuperfluum: quapropter dicitur eſſe ſuperflui-
tas vtilis vltimi alimenti ſanguinei in partes diſtributi, & Galen.lib.1.de ſem.ſcriptum
reliquit, ſemen nihil aliud eſſe, quàm ſanguinem confectum in illis partibus,quæ ſe- G
men fabricantur.

Differt ſemen à genitura, vt docet etiam Ariſt. 2.de gen. anim. cap.3.in hoc, quod
ſemen latius prædicatur,id eſt,magis ſe extendit;ſiquidem ſemen reperitur in animali-
bus,& plantis, genitura verò in perfectis tantùm; nam docente Gal. ex Hippocr.ſen-
tentia lib.1.de ſem.cap.9 genitura eſt illa prima alteratio, quæ recipit ſemen eiacula-
tum in vterum,& γονὴ ſua lingua appellatur. Secunda alteratio, quam patitur ſemen, di-
citur κύημα,noſtri fœtum vocant:tertia alteratio dicitur Græcè ἔμβρυον, noſtri dicunt em-
brionem: quarta,& vltima alteratio dicitur παιδίον à noſtris infans.

Nec ſemen decidit à toto corpore ſecundùm molem in actu venereo, ſed ſecun-
dùm virtutem: an modò habeat rationem efficientis tantùm, vt voluit Ariſtot. de cu-
ius tamen ſententia,vt verè dicam,non admodum conſtat inter ipſius interpretes;nam
quidam dicunt illud in vterum eiaculatum impartiri menſtruo vim, & facultatem ef-
ficientem,deinde extra vterum effluere, vel in flatum,vel ſpiritum diſſolutum:alij non
tantùm à virili ſemine ſubminiſtrari efficiens,&ſed etiam materiã,à fœmineo verò ſo- H
lam materiã: nonnulli mulieribus,etiam præter menſtrua ineſſe ſemen aiunt, ſed fri gi-
dius, tenuiuſque, atque ideo minimè generationi aptum: & alij adhuc ſui ſequaces
fortè aliud excogitarunt, nec præter rem, quia (vt verum ſrtear) Ariſt.varijs in locis
valdè conciſè locutus eſt, ita vt præbuerit occaſionem huius varietatis, vt videre
eſt apud ipſum 1.de gen. animal. multis capitibus, & 2. eiuſdem cap. 30.ſed quicquid
ſit de ipſius ſententia, illud certum eſt apud omnes, quod putauerit virile tantum effi-
ciendi vim præſtare,nullo modo materiam, fœminam verò ſola menſtrua, tanquam
materiam tribuere, nullo modo vim efficiendi habere. Galen.è contra tum alibi,
tum lib. 1.de ſem. præſertim capite 1. vult vtrumque parentem concurrere dupli-
citer, nempe marem ſemen,tanquam materiam, & efficiens præbere;mulierem verò
menſtrua,& ſemen non tantùm pro materia, ſed etiam pro efficiente exhibere:itaque
in hoc primùm conueniunt Ariſt. & Gal. quod viri ſemen efficientis, menſtrua mate-
rialis

A rialis cauſæ locum habeant; in eo verò diſſident, quòd ſemen viri (vt placet Gal.) ma-
teriam præſtet, menſtrua, & ſemen muliebre efficiendi vim conferāt, quorum vtrum-
que Ariſtot. negat. Quoniam verò eiuſdē opinio duo capita continet, alterum quod ſe-
men viri dicat qualitatem, & vim efficiendi, minimè quantitatem, & materiam confe-
rat, alterum quod mulieres ſolùm materiam, minimè facultatem efficiendi præſtant,
ne longius abeam, per vos ipſos poteſtis (ſi lubet) videre Ariſt. libros à me citatos. ſic
quoque ſi vultis videre, quibus rationibus refellat Gal. hanc Ariſtot. ſententiam, pote-
ſtis recurrere ad lib. de ſem. & præſertim ad 1. libr. & 1. caput, & lib. de vſ. part. 14.
At circa opinionem Galen. de ſemine virili, & muliebri, licet varij variè loquantur,
cenſeo tamen ipſum voluiſſe ad generationem fœtus, & ſanguinem menſtruum, & ſe-
men muliebre cōcurrere, vt partim illi materiam, partim vim, & facultatem præbeat;
non tamen iiſdem viribus, & cōditionibus; nam in ſemine plurimùm efficientię, & pau-
ciſſimùm materiæ, cōtra in ſanguine menſtruo plurimùm materiæ, & facultatis agentis
minimùm reperiri ſentit, quod tum alijs ex locis, tum maximè ex 1. de ſem. cap. 2. mani-
B feſtiſſimè colligitur. Sed de ſanguine menſtruo longiùs laborādum non eſt; nam & Phi-
loſophi, & Medici cōſentiunt ad generationem fœtus, & ad ipſius nutritionem eſſe ne-
ceſſariū: tota itaq; difficultas poſita videtur in ſemine. Gal. ex profeſſo aduerſus Ariſtot.
& alios Philoſophos conatur probare mulieres, & ſemine abundare, & illud fœcūdum
eſſe, & partim materiam, partim efficiens formationi fœtus communicare, hocque
fundamentum ex promptuarijs Hippocr. accepiſſe refert.

Verùm inſurgit non ſpernenda difficultas; nam primùm 14. de vſ. part. cap. 11. ſcri-
ptum idem Gal. reliquit ſemen virile ſtatim ex fœmineo ſemine nutriri, tanquam ex
familiari magis alimento, quàm ſit ſanguis; omne enim quod nutritur à ſimilibus auge-
ri faciliùs poteſt: deinde ſcripſit ſemen in fœminarum teſtibus contentum eſſe omni-
nò ſimile ei humori, qui in glandoſis corporibus marium eſt; at huiuſmodi humiditas
alios vſos habet, nec ad generationem eſt accommodata, vt ex eodem Gal. habetur:
quare nec muliebre ſemen erit aptum ad fœtus procreationem. Succedit in ipſius
ſententia fœminam maſculo eſſe frigidiorem, vnde nihil aliud producere poſſe vide-
C tur niſi humorem incoctum, & tenuem, qui nullo pacto conferat ad generationem.
Pro nodi huius determinatione dico ex Medicorum omnium conſenſu ſemen eſſe in
duplici differentia, tam maribus, quàm fœminis, prolificum vnum, quod propriè ſe-
men appellatur, alterum minimè prolificum, & eſt ſuccus ſalιualis, qui ſeminis nomi-
ne æquiuocè comprehenditur, & tum in viris, cùm in mulieribus continetur in illo
corpore glandoſo, quod ab Herophilo appellatur παραστάτας ἀδενοειδεῖς. Semē autē propriè
appellatum in ſolis teſtibus, tam viri, quàm mulieris reperitur, & hoc eſt, quod concur-
rit ad animalis generationem, atque in fœmina Venerem excitat, & quando coit cum
mare collum matricis pateſacit, ac inde ſemen virile, vbi eiaculatum in vterum fuerit,
& retinetur, ab initio ſtatim nutrit, & hæc ſunt muliebris ſeminis munia: at humor
ſalιualis iam dictus in corporibus glandoloſis genitus in meatum vrinarium effundi-
tur, cum hac differentia, quod in maſculis vnà cum ſemine in matricem defertur, in
fœminis verò foras circa pudendum effunditur. Vtilitates autem vtrique communes,
quas hic humor affert, ſunt vt ad Venerem excitet, in coitu delectet, & tandem mea-
D tum vrinarium madore aſpergat. Porrò huiuſmodi ſalιualis humiditas in maſculis pro-
pria, & præcipua eſt, quale ſemen in fœminis; nam ſemen, quod in teſtibus fœmina-
rum continetur, & humor, qui in glandoſis corporibus marium eſt, inter ſe ſunt ſpecie
ſimillima, cùm & robur, & calor maſculorum detentum in ijs partibus humorem ita
concoquat, vt nihil ei ad fœminarum ſemen repræſentandum deſit, nec propterea ad
generationem fœtus valet; ſemen verò muliebre eſt aptum.

His ita ſuppoſitis, dico aliud eſſe loqui de vero, & prolifico ſemine tam mulieris,
quàm viri, & aliud eſt loqui de ſalιuali illa humiditate: ſi ſermo ſit de vero ſemine, v-
trumque retinetur in vtero, ex quo ſubſequuntur quatuor alterationes prædictæ, de
quibus Hippocrat. lib. de genitur. & nat. puer. abundè locutus eſt, vbi igitur vtrumque
ſemen cōtentum eſt in vtero, in initio ſemē virile recipit aliquod nutrimentū à ſemine
muliebri, vt dictū eſt, dum autē eſt in actu coeundi mulier cum viro, tunc ſemen mulie-
bre excitat mulierē ad Venerem, ſimplq; & collum matricis pateſacit, ſemen verò vi-

rile principium, ſeu originem membranarum, ac vaſorum omnium euadit, vbi magis E
atque magis concoctum fuerit: quapropter non valet dicere ſemen virile nutritur à
ſemine muliebri, ergo ſequitur, quod non faciat ad generationem; nam id intelligitur
ab initio ſtatim eiaculato virili ſemine in vterum, quia nihil eſt magis aptum pro ipſius
nutritione, atq; ſit ſemen muliebre, cuius pauca quantitas requiritur: paulò poſt verò
admiſcetur ſanguini menſtruo, & totus globus ſeminis robur accipiens conuertit menſtruum in ſeipſum, & ad hunc modum probè nutritur.

Ad ſecundum, vbi dicitur ſemen muliebre aſſimilari humori contento in corpore
glandoſo virili, quod ineptum eſt ad generationem, & per conſequens ſemen muliebre eſſe inutile eidem muneri; dico, quod aliud eſt dicere ſemen muliebre contentum
in teſtibus inutile reddi ad generationem propter ſimilitudinem, quam habet cum illa
viri humiditate, & aliud eſt dicere, quod hæc humiditas ſaliualis in viris ſit ſimillima
ſemini muliebri. Galenus autem non dicit, quod ſemen muliebre in teſtibus contentũ
ſit ſimile humiditati, quæ in glandoſo corpore continetur, ſed quod humiditas illa contenta in glandoſo corpore virili ſit ſimilis ſemini muliebri in teſtibus contenti; nam & F
ſi huiuſmodi humiditas in viro aſſimilatur ſemini muliebri, id eſt, propter calorem, &
robur ipſius, quo concoquitur; eſt tamen inutilis pro generatione: vult enim Gal. oſtendere maiorem facultatem caloris in viro eſſe, ita vt non modò ſemen ſuum ſit aptum
ad generationem, verum etiam quod huiuſmodi humiditas ſaliualis ſit adeo egregiè
cocta, vt non appareat diſſimilis à ſemine muliebri, licet non concurrat ad fœtum procreandum. Cum verò Gal. dicit fœminam frigidiorem eſſe maſculo, & proinde inconcoctum, & tenuem humorem habere, vt nihil ad prolis generationem conferat, non
loquitur de ſemine, ſed de ſalinali humiditate, hæc Galen. ſunt verba. *At fœmina cum
maſculo frigidior ſit inconcoctum adeò, tenuemque in glandulosis paraſtatis hunc humorem
habet, vt nihil ad prolis generationẽ conferat*: iureq; ideo is effunditur iam functus officio,
in vterum verò attrahitur alius, nempe marium humor, ex quibus Gal. verbis luce clarius apparet non locutum fuiſſe de ſemine propriè dicto, ſed de ſaliuali mulierum materia, quæ prorſus ad generationem eſt inutilis. Ad id, in quo inquirebatur, an ſemen
ſit animatum, reſpondet Ariſt. 2. de gen. anim. cap. 1. quod ſit animatum quidem, non G
tamen actu, ſed potentia.

Ad id de ſimilitudine parentum, dico ſimilitudinem eſſe in triplici differentia, vnam
in ſpecie, alterã in ſexu, & tertiã in effigie: prima ſimilitudo oritur à ſemine, ſecunda à
qualitate ſeminis, tertia quandoque ab imagine concepta in ſomno, & etiam ab imagine viſa, aliquando ex robore facultatis alteratricis intus reconditę, ſed ne hæc materia in animis veſtris aliquam obſcuritatem pariat, eam dilucidius vobis, & breui exponere tentabo: primò igitur dicimus ſimilitudinem in ſpecie eſſe eam, quæ effingit hominem, & ipſum edit ad differentiam brutorum, & monſtrorum, & hanc aſſerimus
prouenire ex ipſa ſeminis natura; ſimilitudo deinde ſexus prouenit à qualitate ſeminis, hoc eſt à temperamento, & quæ neceſſariò ſequuntur temperamentum, vnde ſemen calidius, & tenuius magis aptum ad generationẽ maris eſt, frigidius verò, & craſſius faciliùs generare poteſt fœminam, quamuis vtrumque, & maſculum, & fœminam
procreare queat; ſimilitudo autem tertia nihil aliud eſt, quàm faciei effigies quædam
parẽtum, patris nempe, vel matris, vel auorum, vel alicuius propinquioris affinis, at nõ H
caret difficultate ob variam Philoſophorum, & Medicorum opinionem: videtur tamen reduci ad varium ſeminis robur, ad conceptam, vel per ſomnum imaginem quãdam, vel etiam à ſenſu receptam.

Scribit Plutarchus Illuſtriſſimam quandam Matronam peperiſſe filium æthiopis
in modum nigrum, eò quòd ipſa haberet imaginem æthiopis cuiuſdam pictam ad domus parietes, quam quidem adeò intensè ſpeculata eſt, vt in ſuo partu omninò delineata appareuerit. Non ineptè aliqui reducunt huius quæſiti rationem ad occultam
qualitatem. Venio modò ad id, quod de partibus ſpermaticis controuertitur inter Medicos, cur ſcil. ſit, quòd partes ſpermaticæ, cùm habeant facultatem ſanguinem conuertendi in ſibi ſimile, nempe in ſemen, ſi tamen ſectæ, aut auulſæ fuerint, de nouo generari nequeant? Solutio eſt, quod licet adſit facultas generandi in partibus ſpermaticis, non tamen tantam copiam generare poſſunt, quæ ſit ſatis ad generationem, & nu-

A tritionem. quare primò id contingit ratione inopiæ materiæ, & ratione defectus cau-
ſæ efficientis, quæ, vt intellexiſtis, eſt facultas alteratrix ipſius vteri, ſimulque & vir-
tus inexiſtens ipſi ſe mini, quæ in partibus iam genitis omninò deficiunt. Et quamuis
ſcripſerit Galen. ſe obſeruaſſe in pueris venas, & arterias de nor ogenitas fuiſſe, id eſt
de rarò contingentibus, & hæc dicta ſufficiant pro cognitione ſeptem rerum, quas
Medici vocant naturales, quibus à vobis rectè intellectis, poteritis etiam cognoſce-
re illa arcana naturæ, quibus vtitur ad conſeruandum indiuiduum, atque etiam in va-
letudine conſeruanda ipſam naturam probè imitari.

Quos modò libros legere debeatis ad intellectionem ſex rerum naturalium iam
dictarum compendioſè agam coronidis loco. Primò occurrit Auicen. qui cæteris
omnibus doctè, & vberiùs hanc rem pertractauit 1. Fen. 1. libr. à quo recentiores
cuncta deſumpſerunt, ſed ante omnes à diuino Hippocr. quamuis conciſè traditam
habetis, lib. de nat. hum. lib. de arte, de veteri medicina, de natura pueri & alibi, à Gal.
verò medicinæ colluſtratore plura commentaria exiſtunt hoc ordine à vobis legen-
B da, vt primò de Elementis, de Temperamentis, de optima corporis conſtitutione, de
bona habitudine, de atra bile; in his enim continentur, quæ faciunt ad cognitionem
Elementorum, Temperamentorum, & Humorum corporis, eo prorſus ordine, quo
propoſuimus. Ad membrorum autem cognitionem multa etiam commentaria eiuſ-
dem habentur, quæ duplici ordine ſeruato legi poſſunt, vnus eſt doctrinæ, alter ſe-
ctionis; ordine doctrinæ debetis inprimis legere librum de oſſibus, de muſculorum,
neruorum, venarum, arteriarumque diſſectione, & tandem librum de anatomicis
aggreſſibus; hoc enim modo vos initium ſumitis ab oſſibus tanquam à totius fabri-
cæ fundamento terminantes lectionem ad ſectionem, in qua quidem etiam conſide-
rari poſſunt libri de diſſectione vuluæ, & de inſtrumento odoratus. At ſi vultis auſpi-
cari cognitionem ſecundùm demonſtrationem anatomicam, debetis exordiri à li-
bris de anatomicis aggreſſibus, quibus rectè, & vt decet exploratis iam facultates in
medium conſiderandæ prodeunt, ad quarum cognitionem videndi ſunt libri de fa-
cult. natur. quòd animi mores ſequantur corporis temperamentum, & de cauſis re-
C ſpirationis: ad actiones verò percipiendas, ſimulque & ſpiritus habetis libros de Pla-
ton. & Hippocr. decretis, & de muſculorum motu, pro vſibus intelligendis ipſarum
partium, & actionum habetis aureos illos libros, nec vnquam ſatis commendatos,
qui inſcribuntur de vſu partium, librum de vtilitate reſpirationis. Tandem ad ſemi-
nis naturam perfectè cognoſcendam extant libri de fœtus formatione; an omnes
partes corporis animalis, quod in vtero eſt, ſimul fiant; an animal ſicillud, quod
in vtero mulieris continetur, denique habetis pulcherrimos libros duos de
ſemine, de ſeptimeſtri partu, & hic eſt ordo legendorum librorum
Galeni pro hac materia de rebus naturalibus
perfectè intelligenda.

FINIS QVARTAE DECADIS.

D

Digitized by Google

IOANNIS BAPTISTAE B
CORTESII
MISCELLANEORVM MEDICINALIVM DECAS QVINTA

De rebus non naturalibus, & præter naturam.

Ad Tyrones.

LIcet plurima volumina cùm veteris, tum recentioris memoriæ Medicorum, de rebus naturalibus, non naturalibus, & præter naturam extent; tamen non abs re me facturum cenſui, ſi pro Tyronum commo- F
do de iiſdem, quæ experientia, & longo medico vſu aſſequutus ſum, pertractarem: quia verò prolixus ſtylus nauſeam & faſtidium, præſertim rerum tantopere decantatarum, parere poſſet, non eam, quam alij Authores rationem in ſcribendo ſectabor; verùm artis chimicæ peritos ſequar, qui eſſentias quintas (ſic namque illi vocitant) ex medicamentis mira induſtria eliciunt, & quod alij Medici multis vncijs, id ſe ſub vna, vel altera dragma præſtituros pollicentur. Hos inquam imitaturus methodicam illam introductionem, quam Decade ſuperiore cœperam, continuabo, ea qua licuerit breuitate res non naturales, & præter naturam exponendo; idque non aliam ob cauſam, quam vt diuturnæ lectionis moleſtia vos leuem, & aditum ad medicam facultatem vobis velut iucundo alloquio patefaciam. In præcedentibus me pro ſufficientia expoſuiſſe autumo res naturales à Medicis hoc nomine inſignitas, eò quòd noſtrum corpus ſecundùm naturam conſtituant, quod eſt Medicinæ ſubiectum, circa cuius cognitionem ars medica verſatur, vt poſſit in ea ſanitate, qua fruitur conſeruari, & vbi ab ipſa deficiat reſtaurari: cùmque G
Medicus id efficere nequeat, niſi cognitis his, quæ habent facultatem huiuſmodi, ſunt autem illæ res, quas non naturales omnes Medici vocant, de iis igitur hoc loco vobis agendum propono.

Gal. lib. art. paruæ cap. 84. & 85. Res naturales appellat ſanitatis conſeruatrices, atque ſalubres cauſas, nec abſque magna ratione; nam noſtri corporis commoderationem, & conſtitutionem totam incolumem (ſi rectè, & vt decet, accommodatæ fuerint) tum ſeruare, tum tueri poſſunt; vnde eſt, quod non ſufficiat vobis res naturales cognouiſſe, ex quibus corpus cōflatum eſt, niſi ea quoq; cognoſcatis, quæ poſſunt ipſum in ſtatu ſuo naturali conſtitutum conſeruare; vel ſi labatur in priſtinam valetudinem reducere: quæ ſunt cauſæ ſanitatis effectrices, cōſeruatrices, & ſalubres dictæ. Sed inquiretis, cur à Gal. modò effectrices, modò conſeruatrices appellatæ ſint; ab alijs verò Medicis, non naturales? Soluit ibidē Gal. hunc nodum dicens: ſalubres, ſeu ſanitatis conſeruatrices appellari, eò quòd aptæ natæ ſint ſanitatem à natura inductam conſeruare, & quamuis etiam ſint ſanitatis effectrices, quia tamen ſanitatis conſeruatio H
eſt prior tempore, & dignitate; nobilius enim eſt ſanitatem conſeruare, quàm amiſſam recuperare, propterea prius ſalubres denominantur, quàm effectrices. Salubres igitur, ſeu conſeruatrices dicuntur, eò quòd ſanitatem conſeruant, effectrices verò, quia eandem (ſi amiſſa fuerit) de nouo inducere poſſunt.

Dicuntur prætereà non naturales duplici nomine, primò quia corpus noſtrum non conſtituunt, nec à natura inſunt nobis, vt naturales iam dictæ, ſed extrinſecùs adueniunt: ſecundò, quia vbi non adminiſtrentur, vt corporis noſtri conſtitutio requirit, ita ipſum corpus alterant, vt ſanitatem ſæpè peruertant, atque deſtruant. Sed quamuis Gal. eas appellauerit, loco iam dicto, ſalubres, & ſanitatis effectrices, (Arabum enim videtur eſſe inuentum, vt non naturales dicantur) nihilominus hoc etiam nomine vocauit lib. de pulſ. ad tyrones cap. 5. vbi ait pulſus alterari à rebus naturalibus, non naturalibus, & præter naturam, per res non naturales intelligens has ſex res, de

quibus

Digitized by Google

A quibus dicendum proponitur. Ad rem autem propiùs accedentes, aſſero huiuſmodi res non naturales eſſe in duplici differentia, alias quæ dicuntur conuerſari nobiſcum neceſſariò, alias verò minimè neceſſariò, de quibus ſic loquitur Gal. li. art. par. cit. dico autem neceſſariò, quæ nulla eſt euitandi ratio: non neceſſariò autem reliqua; nam Aërem nos quidem ſemper ambientem attingere, comedere, ac bibere, vigilare, & dormire, eſt neceſſarium: enſibus autem, & exitialibus feris obuiare non neceſſarium: ſed quia ars medica conſeruatrix circa primum genus verſatur, non quidem circa ſecundum, propterea in præſentia illud tantùm conſiderandum conſtituo, quod hæc ſex complent.

Aër.
Cibus, & potus.
Somnus, & vigilia.
Excreta, & retenta.
Motus, & quies.
Animi affectiones.

B Non deſunt recentiores, qui putant addendum eſſe aliud caput, nempe munditiem, & ſorditiem, de quo ſuo loco.

De Aëre, Regionibus, & Locis. Cap. I.

Svb Aëris tractatione comprehendi cõſueuerunt, & Regiones, & Loci, ſed auſpicemur primùm ab Aëre tanquã magis noto, & magis neceſſario; nullus. n. eſt adeo rudis, qui Aërẽ non agnoſcat humanæ vitæ ita neceſſarium eſſe, vt ſine ipſo minimè viuere poſſimus; ſine alijs ſanè rebus poſſumus per aliquod tẽporis ſpatium conſiſtere: vt conſideranti liquet, vnde Gal. lib. 9. meth. med. dicebat ſine Aëre nos ambiente, nec morbum vllum tolli poſſe, nec ſanitatem conſtare.

Naturã igitur Aëris inquirentes, tria de ipſo attingemus: primùm, quid ipſe ſit; ſecundùm quotuplex; & tertiùm à quibus alteretur. Ariſtotelis eſt ſententia Aërem eſ-
C ſe vnum ex quatuor Elemẽtis, quod ab omnibus tanquam verum receptum eſt; nempe eſſe Elementũ ſuapte naturà calidum, & humidum; magis tamen humidum, quàm calidum, vt demonſtrat idem Ariſtoteles, 2. de gener. & corrupt. & alibi. eſtque corpus ſimpliciſſimum, tenuiſſimum, diaphanum, & vt Galen. dicebat 1. de ſimpl. medic. facult. cap. 22. vndique ſibi continuum, quòd nuſquam habet quicquam intertextum vacui: illudque ſituatur inter cœlum, & terram, ita vt quicquid continetur inter cœlum, & ipſam terram ſit Aër, quod idem confirmare viſus eſt Ariſt. lib. 1. met. ſumma prima, cap. 4. niſi quod voluerit ſupra Aëris ſupremam regionem, ignem adeſſe; nam inquit cum igne Aër continuus eſt, ita vt ſub concauo lunæ immediatè ſit ignis, inde ſubſequatur Aër, deinde aqua, & terra, quæ ſunt quatuor Elementa, ita à natura ipſa naturante ordinata, ac diſpoſita. Hæc breuiter de primo propoſitorum.

Quod ad ſecundũ attinet, diuiditur Aër, in tres regiones; in infimam, mediam, & ſupremam: infima ea eſt, quæ nos ambit, extenditurq; vſque ad eam partem, quæ radiorum ſolis repercuſſione non incaleſcit: ſuprema dicitur, quæ inter cauum ignis
D & paulò ſupra altiſſimorum montium ſummitates continetur: media verò Aëris regio inter has duas iam dictas iacet. Suprema calida, & ſicca eſt, in qua fiunt meteorologicæ impreſſiones: media perfrigida eſt, in qua colliguntur vapores, à quibus fiunt nubes, pluuiæ, nix, fulgura, tonitrua: infima calida eſt magis, quàm ſuæ conditioni conueniat; minus tamen, quàm ſuprema. Cauſæ autem cur hæc incaleſcat, ſunt, tum vapores, & exhalationes, è terra, & aqua prodeuntes; tùm radiorum reflexio: addit Seneca lib. 2. quæſt. cap. 10. ignes non modò manufactos, ſed terris opertos, quorum aliqui eruperunt, alij in abſcondito flagrant, atque inde teporem eructant: vnde mirum nõ eſt, ſi interdum æſtiuo, vel autumnali, tam nocturno, quàm diurno tempore percipiatur tãta caliditas ex improuiſò Meſſanæ, & in aliis Siciliæ partibus, vt corporis vires ſtatim diſſolui videantur, quia in hac Inſula exiſtunt montes, qui ignes pro ventorũ diuerſitate flantium propellunt, & ingentem calorem per vniuerſam regionem conſpergunt. Auſtro ſpirante Panormus media æſtate, tanta caliditate perfunditur;

Digitized by Google

A *dominatur, ijs vtiliſſimus Aër eſt, qui ei qualitati maximè eſt aduerſus, frigidus calida, calidus frigida, humidiori ſiccus, ſicciori, quàm par eſt tantò humidior, quantò ſiccitas ipſa modum exceſſit.* Et Auicen. lib. 1. fen. 2. cap. 2. dicebat. *Aër dum eſt temperatus, & clarus, neque ſubſtantia extranea complexionis ſpiritus contraria ei admiſcetur, eſt ſanitatem faciens, atque conſeruans, & cùm mutatur ſua operationis contrarium operatur.* Huiuſmodi igitur Aër Gal: Magiſt. lib. de vſu reſp. c. 3. de vti. reſp. cap. 4. & 5. per inſpirationē, & pulſus diaſtolem calori noſtro refrigerium affert, per expirationem verò, vel ſyſtolē fumoſos vapores extra corpus ſecernit: Ex his apparet quid Aër, quotuplex, & qualis eſſe debeat ad valetudinem tuendam.

Modò opus eſt, vt tertium propoſitorum aggrediamur, quod erat inuenire ea, à quibus alteratur Aër. Scripſit Gal. lib. 3. in 3. Epid. tex. 1. ſtatum Aëris non aliter videri à ſtatu maris, in quo perpetuò quidem eſt fluxus in profundo maior, vel minor, aſt interdum non videtur manifeſtè ob ſuā paruitatem, niſi anguſtus fuerit locus, qui ipſum recipit, vt eſt Meſſanenſe fretum, in quo cùm mare incluſum ſit, & ordinarias agitatio- B nes proſequi nequeat ob nimis celerem fluctuum in terram propulſorum recurſum, manifeſtiùs impetus marinus videri poteſt; nam ſingulis diebus cum maxima omniū admiratione procella procellæ adiungitur, aliæ in imum ſubſidunt, aliæ alijs ſupereminent, & eum terrorem traijcientibus incutiunt, vt ſupremam periculi aleam ſibi inſtare, & euidentiſſimum mortis diſcrimen incurriſſe arbitrentur. Nec abſre facere videtur, qui Scyllam, & Charybdim inter admiranda naturæ opera referendas putet; quia non præterlabitur dies, quin ſex horarum interuallo ea violentia commoueantur aquæ, vt vix peritiſſimus quiſque nautarum tunc temporis nauigio ſe concredere audeat: quod ſi etiam caſu fortuitò eueniat, vt tali agitatione triremes, aut aliæ maximæ naues in hunc locum deferantur, licet velis, remiſque, vel etiam ſecundiſſimis ventis ſpirantibus progredi nitantur; tamen refractis omnium viribus nonnunquam ad integrum milliare à prædicti freti fluctibus retorquentur. Quinimò indies animaduertitur exiguos fluctus furioſiſſimis ventis ſeſe opponere, & victoriam ab eis reportare. Idipſum non diſpari ratione vſu venire conſtat in Aëre, cuius etſi plana immobilitas, C & ſtabilitas eſſe videatur; tamen id non contingit aliam ob cauſam, niſi quòd exigua eius alteratio noſtris oculis non patet; cæterum nunquam in eodem ſtatu permanet. Sunt autem ea, à quibus Aër alteratur, anni tempora, præſens cœli ſtatus, regio, & venti, de quibus aliquid dicere propono, vt exinde Aëris, & eius alterationum varietatem cognoſcere valeatis; primo quidem loco exponam, quot anni tempora, & qualia ſint & quomodo producantur, quaue ratione fiant, in quibus conueniant, & in quibus differant.

Anni tempora ſunt quatuor. Ver, Aeſtas, Autumnus, Hyems. Producuntur autem à ſolis motu, quo ſub zodiaco, ſubque linea eclyptica per annum integrum curſus ſui ſpatium abſoluit, Ariſtoteles ſecundo de gener. & corrupt. text. 58. docente: ex quo ſolis motu naſcuntur duo æquinoctia, & duo ſolſtitia, æquinoctiorum aliud eſt vernale, aliud autumnale, quemadmodum & ſolſtitiorum aliud æſtiuum, & aliud hyemale, habentque ſeſe ita ad inuicem, vt æquinoctium vernale ſolſtitium æſtiuum præcedat, & æquinoctium autumnale ſubſequatur ſolſtitium æſtiuum, præcedat ve- D rò ſolſtitium hyemale: vnumquodque horum continet in ſe tres menſes, menſis conſtat diebus plerumque triginta, & dies diuiditur in viginti quatuor horas. Conueniunt primùm tempora inter ſe nomenclaturæ ratione; nam omnia dicuntur tēpora: ſecūdò reſpectu cauſæ efficientis, quæ eſt motus ſolis ab Occidente in Orientē per lineam eclypticam: tertiò poſſunt conuenire in continuo motu, & tranſitu, quem faciunt perpetuò; nam Vere tranſacto ſuccedit Aeſtas, ea præterita Autumnus ſequitur, quo abſoluto, Hyems reliquum tempus continuat. Poſſunt tamen conuenire ſecundùm noſtrum conſiderandi modum; nam conſideramus illa abſolutè, & per comparationem vnius ad alterum.

Differunt verò in plurimis, primò, quia à Medicis, & Aſtrologis diuerſimodè ſecantur: deinde quia vnumquodque propriam naturam, & ſpeciem diſtinctam ab altero habet: tertiò ratione combinationis qualitatum primarum: quartò, quia vnumquodque proprios videtur habere morbos. Quod ad Aſtrologos attinet, aſſerunt Ver

eſſe

eſſe, cùm ſol arietem ingreditur, Aeſtatem, cùm cancrum; Autumnum, cùm libram; & E
Hyemem à principio capricorni inchoare, atque ita diſtribuunt anni tempora, vt quodlibet tribus menſibus conſtet. At Medici, quamuis Ver ab æquinoctio vernali incipiant, non ſecus atque Aſtrologi, Aeſtatem tamen ab ortu vergiliarum, ſeu pleiadum; Autumnũ ab ortu arcturi incipiũt, qui oritur duodecim dierũ ſpacio ante Autumnum: quare arcturi ortus ſecundùm Medicos eſt Aeſtatis finis, & principium Autumni; Hyemem deinde incipiunt à vergiliarum occaſu, vnde conſiderantes tam ortum, quàm occaſum vergiliarum Medici dicunt ipſarum ortum eſſe æquinoctij vernalis finem, & Aeſtatis principiũ; eorundem verò occaſum eſſe finem Autumni, & Hyemis initium. Auicen. lib. 1. fen. 2. doct. 2. cap. 3. dicebat Ver eſſe illud tempus inter æquinoctium vernale, aut ante ipſum, aut paululùm poſt, dum ſol eſt in medio tauri conſtitutus, & Autumnus ei opponitur; Aeſtas verò eſt totũ tempus calidum; Hyems contra eſt totum tempus frigidum, additque Autumnum, & Ver eſſe ſecundùm Medicos breuiores, vnde Galenus lib. 1. Epid. ſcriptum reliquerat Veris tempus ne integros quidem duos habere menſes, quo factum eſt, vt iure inſectum permanſerit: ob idque F
tempus Autumni maius fuerit; quantum enim detrahitur Veri, tantum adijcitur ipſi.

Differunt deinde hæc anni tempora ſecundùm propriam naturam, ſeu (vt dicebat Galen.) ſecundùm propriã ſpeciem; nam alia eſt Veris, alia Aeſtatis, alia Autumni, aut Hyemis ratio formalis, & ſpecifica: præterea differunt inter ſeſe per comparationem vnius ad alterum; Ver enim eſt temperatiſſimum, & in medio cuiuſuis exceſſus, Aeſtas calida & ſicca, calido ſuperante frigidum, & ſicco humidum; contra Hyems: Autumnus frigidus, & ſiccus; in eo enim frigiditas ſuperat caliditatẽ, & ſiccitas humiditatẽ.

Igitur iuxta hunc modum conſiderantes Veris temperiem comperiemus, quod neque in eo plus polleat frigidum, quàm calidum: Gal. ait 1. in primum Epid. tex. com. 1. & lib. 1. de temp. non vt in Hyeme, in qua frigidum eminet, in Aeſtate calidum, quod idem de qualitatibus paſſiuis eſt dicendum, in quibus eſt æqualitas quædam, & commoderatio, non quemadmodum in Hyeme, in qua humiditas ſuperat ſiccitatem, aut in Aeſtate, in qua ſiccitas vincit humiditatem, ita vt vbi Ver temperatũ fuerit, Aeſtas verò calida, & ſicca, Autumnus frigidus, & ſiccus, Hyems frigida, & humida annus G
omninò ſalubris totus dicendus eſt: è contra verò ſi non fuerit talis, poteſt eſſe cauſa ægritudinis, quemadmodum etiam vbi tempora omnia habent vnam qualitatem, annus, vt dicebat Auic. eſt malus.

Sed hoc loci inſurgit non prætereunda dubitatio; nam dictum Ver eſſe temperatũ, quod non modò ab Auic. loco præcitato, ſed etiam à Gal. pluribus in locis confirmatur, præſertim lib. 2. cap. 2. de temperamentis, de natur. hum. tex. 36. 1. vulgar. morb. & lib. de ſalub. dieta: at contra Hippocr. 1. de natur. hum. 33. tex. 16. Theophraſtus lib. de cauſis plantarum. cap. 14. Ariſtot. ſect. 4. problem. 32. & idem Auic. loco citato ſcribunt Ver eſſe calidum & humidum. Solutio ex eodemmet Gal. eſt, quòd Ver duobus modis conſiderari poſſit, vel per relationem ad alia tempora, vel reſpectu propriæ naturæ, & corporum noſtrorum: ſi primo modo accipiatur, inclinat ad calidum, & humidum; ſecundo modo ſumptum dicitur eſſe temperatum, quare & Hippocr. 3. aph. 1. ſcripſit Ver eſſe ſaluberrimum.

Diuiduntur tandem hæc quatuor tempora ratione variorum morborum in illis H
euenientium; nam quamuis omnes morbi quouis tempore prodire poſſint, nonnulli tamen in quibuſdam magis fiunt, atque irritantur 3. aphoriſ. 19. Vere enim inſaniæ fiunt, melancholiæ, epilepſiæ, fluxiones ſanguinis, anginæ, grauedines, diſtillationes, tuſſes, lepræ, impetigines, vitiligines, & puſtulæ vlceroſæ plurimæ, tubercula, articulorum dolores: aph. 20. Aeſtate verò nonnulli horum, vt febres continuæ & ardentes, tertianæ plurimæ, item quartanæ, & vomitiones, alui profluuia, ophtalmiæ, aurium dolores, oris vlcerationes, genitalium putredines, & ſudationes, aph. 21. Autumno æſtiui etiam multi morbi, vt febres quartanæ, & incertæ, lienis tumor, aqua inter cutem, tabes, vrinæ difficultas, inteſtinorum læuitas tum grauitas, coxæ dolores, anginæ, anhelatio, inteſtinorum quædam coarctatio, epilepſia, inſania, melancholia, aph. 22. Hyeme pleuritides, peripneumoniæ, lethargi, grauedines, raucedines, tuſſes, pectoris, laterum, & lumborum dolores, cephalalgiæ, vertigines, apoplexiæ, aliique

morbi

A morbi ſigillatim ab Hippocrate enumerantur, prædictis aphoriſmis, & 23.

Intellexiſtis, quomodo Aër ab anni temporibus alteretur, atque ita vt inde hominibus ſuccedat modò ſanitas, modò ægritudo pro varia temporis mutatione, nunc aduertendum eſt, quòd præſens conſtitutio, aut ſtatus cæli eſſe poteſt diuerſus ab anni tempore; quare ſi contingat ver eſſe ſiccum,& aquiloneum, (quod Deus auertat) fient multæ ægritudines; mulieres enim, quibus tunc pariendi tempus inſtat, quauis occaſione ſiniſtra ſe offerente, facile abortiuntur, aut partus languidos in lucem edunt; alijs verò tam viris, quàm fœminis euenire poterunt dyſenteriæ, ophtalmiæ, ſenibus catharri lethales iuxta Hippoc. ſententiam lib. 3. aphor. 12. Quare ſtatus cæli præſens, diuerſus eſſe ab anni tempore,& Aër ab eo diuerſimode alterari poterit: hinc graſſantur morbi diuerſi ab ijs, qui fiunt ab anni tempore. His ita enucleatis cuilibet facilè innoteſcet Aërem à temporibus anni ita alterari, vt inde nunc ſalubritas, nunc ægritudo cauſetur. Supereſt, vt differamus de regionibus, de locis, nec non de ventis, & quomodo ab ipſis Aër alteretur.

B Quantum Regionum,& Locorum Medicis cognitio neceſſaria ſit, demonſtrat Hippo. lib. de aëre, aquis,& locis cap. 1. vbi dicit in vtroque ſexu magnum fieri diſcrimen ob ſitus regionem, proprietatem aëris, ac victus rationem, & cap. 2. (ex tabulis Zuingeri tex. 51.) loquens de ciuitatum vario ſitu, dicebat eas ciuitates, quæ ad orientem ſitæ ſunt, ſalubriores eſſe ijs, quæ ad ſeptentrionem vergunt, & ijs, quæ calidis ventis obijciuntur, ſi ſaltem ſpatium ſtadij intercedat, (eſt autem ſtadium octaua pars milliaris Italici, hoc eſt, vt Plinius ait lib. 2. c. 23. interuallum centum viginti quinque noſtrorum paſſuum, quæ menſura octies ſumpta efficit mille paſſus,) verùm non modò ciuitates ſtadio diſtantes inter ſe aëre differunt, ſed etiam obſeruamus in eadem ciuitate partes illas,& domos longè ſalubriores eſſe, quæ ad ſeptentrionem ſitæ ſunt illis, quæ meridiem ſpectant, & illas domus Meſſanæ æſtiuo tempore frigidiores eſſe comperimus, quæ ventis gregalibus ſunt expoſitæ, quàm, quæ alijs ventis opponuntur, & feneſtras gregali vento expoſitas non habent. Imò verò ſi rectè animaduertamus, videbimus etiam (quod plus eſt) in eadem domo illa cubicula ſalubriora eſſe,& magis

C frigida, quæ feneſtras prædictis ventis exponunt, quàm eas, quæ alijs partibus obiectant, quamuis auram maritimam reſpiciant: quare non modò loca ſtadio diſtantia aërem diuerſum inter ſe habent, verùm etiam, quæ recedunt ab inuicem ſpatio quatuor, aut quinque paſſuum. Regiones autem Mundi ſunt præcipuè quatuor, Orientalis, Occidentalis, Meridionalis, Septentrionalis; ſub quibus continentur, Aſia, Africa, Europa, & America tum Septentrionalis, tum Meridionalis, vt inde diſtinguantur Orientalia,& Septentrionalia à Meridionalibus & Occidentalibus; nam in vnaquaque Regione adſunt prouinciæ, in quibus loca habitabilia, ciuitates nimirum, villæ, atque domus ab hominibus extructæ reperiuntur, quarum aliquæ ſitæ ſunt, vel in locis planis, vel in locis concauis, & rurſus ſiue loca plana ſint, ſiue concaua, vel ſunt prope aquas, vel ab illis remota: ſi prope aquas, vel dulces ſunt, vel ſalſæ, nempe maritimæ; ſi ab aquis recedunt, vel ſunt in locis montuoſis, vel prope montes, aut ſyluas, aut in planitie magna abſque arboribus, & ſyluis, proque varietate horum ſituum contingit aërem ipſum alterari, ita vt in ſimilibus locis degunt homines, aut ſani, aut morboſi.

D Porrò Regio orientalis calida, & ſicca eſt; occidentalis frigida,& humida; meridionalis calida, & humida; ſeptentrionalis frigida,& ſicca. Sed Aſia ita magna eſt, vt non poſſit liberè de omnibus eam inhabitantibus dici habere eandem temperiem; nam quiuis locus calidus, aut frigidus, humidus, vel ſiccus non ſolùm varia temperamenta, & varios humores producit, ſed vbi à natura fuerit montibus, vel planitie, vel ſyluis munitus, aut fluminibus irriguus, corpora immutat, morboſque parit. Verùm ſi habitatio ſit in planitie, quæ concauam quandam figuram præſeferat, abundetq; pratis, ita aërem inficit, vt inde morbi fiant putridi, ac frigidi, mollia etiam corpora, & animos producit: ſi verò locus ſit humidus,& aquoſus, ſiue ſit prope paludem, aut aliquem magnum lacum, aut flumen homines fiunt gabri, pingues, humidi, molles, carnoſi, & vt plurimùm animo ſtupidi, laborum impatientes, manſueti,& crudelitatis expertes, morbiſque pituitoſis obnoxij. Siqua locus circumdatus fuerit ſylua magna, quæ arboribus conſtet graue olentibus, aërem ipſum vitiat, atque corrumpit; ſi verò arbores bonę fuerint,

rint, odorea ſuaues ſpirantes; amoenitatem, & aëris ſalubritatem profert; tandem mor- E
boſus locus, aut ciuitas morboſa cenſetur, quæ ſtagna, paludes, magna antra, & loca te-
tro halitu infecta capit; at vice verſa, qui incolunt terram ſiccã, ſunt ingenio acuto præ-
diti, crudeles, ad iracundiam, & ad morbos acutos propenſi.

De ijs, qui prope aquam maritimam degunt loquens Auicen. 1. cantic. tract. 1. textu
109. dicebat maria habere cõtrarium iudicium in hoc, id eſt, iudicium marium ad ter-
ram eſſe contrarium iudicio montium ad eandem; obſcurus eſt Auicen. & eius inter-
pres Auerrhoës in hac breui declaranda ſententia, in qua vult mea opinione oſtende-
re, mare efficere totum oppoſitum, atque faciant montes in ipſa terra, qui refrigerant
habitationes in ipſis factas, vbi præſertim ad ſeptentrionem vergunt. At è contra, ma-
re à parte meridiei refrigerat terras, à parte ſeptentrionis calefacit, & ratio eſt, quia
maria æquant, & temperant materiam ventorum, vnde ſi ipſa fuerint à parte meridiei
alicuius terræ æquabunt meridionalem ventum, minuentq; & remittent calorem eius;
& ſimiliter cùm erunt à parte ſeptentrionis æquabunt ventum ſeptentrionis, & remit-
tent eius frigiditatem; huius rei ratio redditur ab Auer. dicente, quòd aquæ non ſic F
alterentur in caliditate, & frigiditate à ſole, ſicut aër: & ideo eſt, quòd ipſæ tempo-
re frigido ſunt calidiores aëre, & tempore calido frigidiores.

Loca verò montuoſa frigida ſunt, atque ſicca, & tantò frigidior habetur habitatio,
quò altiori in monte eſt conſtituta; & ratio videtur eſſe propinquitas montium ad me-
diam regionem aëris, vt ſcribit Auerrhoës tex. 105. lib. citati, ſed loca montuoſa, aſpe-
ra, habitabilia, frigida quidem ſunt, & ſicca, ſi præſertim ad ſeptentrionem declinent,
aëremque frigidum, & ſiccum habeant; & tum homines crudeles, aſperos, & pertina-
ces, ſimulque & morbos frigidos, ſiccoſque producit. In ſumma quæcunque vrbes, aut
quæcunque loca ſeptentrionalia, frigida ſunt, & ſicca; quæ ad meridiem è contra ſunt,
calida; quæ ad orientem, temperata dicuntur comparatiuè; quamuis ſint calida, & ſic-
ca; quæ occidentalem regionem ſpectant frigida, & ſicca, & hæc de regionibus. Ad
ventos deueniendum eſt, quorum naturam, & qualitatem Medicus cognoſcere
debet.

Venti etiamſi videantur ex neceſſitate materiæ fieri, non eſt tamen credendum, G
quin à ſummo Deo facti ſint alicuius rei gratia; ſunt enim inter entia naturalia, quæ
conſtant ex materia, forma, efficiente, & fine, attamen in materiæ contemplatione
magna ex parte latent: vnde à Pſalmiſta dictum eſt, Deum producere ventos de ſuis
theſauris, id eſt, de occultis naturæ cauſis, quæ ſunt materia, forma, efficiens, & finis.
De materia ipſorum primò inquirendum eſt, quænam ſit, de qua Colleg. Conimbr.
lib. 1. meteor. tract. 6. cap. 1. inquit in ipſa tradenda non fuiſſe inter ſe concordes Phi-
loſophos, celebratamque eſſe illam opinionem, quam Ariſtoteles commemorat eo-
rum, qui aſſerunt nihil aliud eſſe ventum, quàm aërem commotione, & agitatione
motum, in quam & opinionem iuiſſe Hippocr. de flatu ſcribit, & Anaximandrum exi-
ſtimaſſe fluxum aëris eſſe. Sed aliud eſt inquirere materialem cauſam ventorum,
aliud eſt quærere formam: Ariſtoteles 2. meteor. ſumma 2. cap. 1. non affirmat mate-
riam venti eſſe ſpirationem agitatam, vt Collegium illi imponit, ſed ſcribit duplicem
dari exhalationem, vaporoſam vnam, alteram fumoſam, de prima dicit eſſe
principium aquæ pluentis, de ſecunda verò inquit eſſe principium, & naturam fla- H
tuum omnium: quare exhalatio ſiue humida, ſiue fumida ſit, eſt materia ipſius ven-
ti, & exhalatio agitata potiùs videtur eſſe forma; nam aër motus non omnis eſt
forma ipſius venti, vt apparet in motu facto à flabello æſtiuo tempore, qui etſi ad
motum venti moueatur, non eſt tamen verus ventus, quemadmodum ille qui à
bombarda agitatur. Dicimus igitur expirationem, vel agitationem eſſe formam, & non
materiam ventorum, quod ex verbis ipſiuſmet Ariſtotelis colligitur dicentis: *qua-
propter dubitabit vtique aliquis, vnde principium motus flatuum eſt, vtrum deſuper, an
deſubter*, ex quibus videtur Ariſtoteles proponere difficultatem de motu, hoc eſt,
de principio motus venti, an ex ſuperioribus, an ex inferuis partibus eueniat, &
non de materia.

Seneca libro quinto naturalium quæſt. iam citato, voluit aërem ſuapte
natura moueri, cui Valleriola loco prædicto ſubſcribit, ſed eſt contra mentem Ariſto-

telis,

A telis inquirentis cauſam eius motus; deinde eſt aduerſus Philoſophiam naturalem, quæ probat tantùm animalia per ſe moueri; & paulò poſt ſatisfaciens dubitationi ſcribit in hunc modum. *Quoniam autem ventus eſt multitudo quadam ſicca, & terreæ exhalationis mota circa terram, palam eſt, quod motus quidem principium deſuper, materia autem generationis deſubter proueniat.* Ex qua quidem Ariſtotelis reſponſione colligo materiam venti ſiccam eſſe exhalationem à terra, principium motus, & cauſa efficiens ex ſuperioribus lationibus, multitudo verò exhalationis mota eſt formalitas ipſius venti, nempe circa terram; non enim motus hic eſt à centro, aut ad centrum, ſed circa terram, quæ centrum eſt: ex quo ſignificatur motum huius exhalationis ab aſtris factum non eſſe motum rectum, ſed potius, vel circularem, vel tranſuerſalem, aut obliquum. Hunc motum eleganter declarat Colleg. Conimbr. dicens motum ventorum fieri ſolis, & aliorum ſyderum attractu; multi halitus, qui materia ventorum ſunt, confertim in ſublime elati ad mediam regionem Aëris perueniunt, inde ab Aëre illo frigido, & denſo protruſi refracto, ac diſsultante impetu
B reſiliunt, & quia deorſum pulſi aguntur, obq́ue inſitam leuitatem ſurſum contendunt, dum neutra pars vincit, quaſi partita contentione, neq; ſurſum, neq; deorſum, ſed obliquè fluunt.

Patet igitur ventos habere materiam ſuæ generationis, formam, & quod quid erat eſſe, & principium motus, nempe cauſam efficientem: materia eſt exhalatio, forma eſt motus, & agitatio obliqua Aërem ſecum ducens. Quare ventus definiri poteſt, quod ſit Aër commotus, ſeu agitatus ab exhalatione terræ à facultate ſolis, & aliorum ſyderum attractus ob varias hominum vtilitates, pro varia ventorum natura, & loco, vnde habet ſui ortus principium. At omnia commoda, quæ nobis afferunt venti doctiſſimus Franciſcus Valleriola non minus eleganter, quàm eruditè deſcribit, lib. 2. loc. comm. cap. 4. his verbis. *Inter cætera enim prouidentia opera, hoc quoq́ue altioris indaginis homo, & naturæ operum admirator, vt diuinum quoddam, & ſumma admiratione digniſsimum valdè ſuſpexerit. Non enim ex vna cauſa ventos, aut inuenit, aut per diuerſa diſpoſuit rerum moderator Deus, ſed primùm, vt Aëra non ſine-*
C *ret pigreſcere, ſed aſsidua motione vtilem, diſflatum, vitalem, ſalubremq́ue redderet terris, deinde, vt imbres terris largos funderent, ijdemq́ue nimios compeſcerent, & nubibus depulſis ſerenitatem inducerent. Siquidem venti modò adducunt nubes, modò deducunt, vt toto orbe ſecerni, atq́ue diſtribui pluuiæ poſſent. In Italiam Auſter impellit; Aquilo in Africam reijcit. Eteſiæ apud nos conſiſtere nubes non ſinunt, iisdem totam Indiam, & Aethiopiam continuis per id tempus aquis irrigant. Quid quod fruges percipi non poſſunt, niſi flatu ſuperuacua, & mixta ſeruandis ventilentur, niſi eſſet quòd ſegetem excitaret, & latentem fructum, ruptis velamentis, & membranis ſuis (quæ folliculos Agricolæ appellant) operirent? quid quod omnibus populis toto orbe diſsitis inter ſe, ventorum beneficio commercium dedit: & gentes diſsipatas locis miſcuit? Dedit itaque ſummus rerum parens Deus ventos ad cuſtodiendam cæli, terrarumq́ue temperiem, ad euocandas (vt antea dicebam) ſupprimendaſq́ue aquas, ad alendos ſatorum, atq́ue arborum fructus, quos ad maturitatem cum alijs cauſis adducit ipſa iactatio attrahens cibum in ſumma, & ne torqueant promouens. Dedit ventos ad vlteriora noſcenda: fuiſſet enim imperi-*
D *tum animal, & ſine magna experientia homo, ſi natiui ſoli fine circumſcriberetur, nec poſſet ventorum præſidio vlteriora petere, maria tranare, ſinus videre, alienos gentium conſpicari ritus. Dedit inſuper ventos, vt cuiuſq́ue regionis commoda communia fieri remotiſsimis poſſent: vnde rerum pretioſarum, & mercium omnis generis conuectiones, importationes, exportationeſq; Quis igitur, non ſummam, & admirandam Dei in ventorum natura potentiam, ſapientiam, prouidentiamùe admiretur.* Hæc Valleriola de vtilitatibus, quas venti humano generi præſtant, ex quibus apparet, & ſatis dilucidè venti naturam poſſe definiri per omne cauſarum genus, vt demonſtratum eſt hactenus.

Sed dicetis forſitan huiuſmodi ventorum conſiderationem excedere Medicorum doctrinã, quam nunc docemus, & vos addiſcere profitemini, quod quidẽ non nego, ſed opus eſt aliquando res philoſophicas medicis admiſcere, vt inde, & clariores, & tutiores fiant noſtræ contemplationes, atque ideo in hoc caſu naturam ventorum per ſuam

definitionem,vt haberetis, volui,quæ cauſa eſt faciens ſcire;hac autem determinata o E
pus eſſet omnes ventorum differentias etiam in medium afferre,quorum tamen cogni
tio exacta ad Philoſophos, ad Nautas,& Rei Ruſticæ profeſſores attinet magis,quã ad
Medicos,quorum cognitio requiritur tantùm,vt habeatur, quonam modo ab ijs variè
afficiantur corpora noſtra. Quapropter hoc loco conſidero ventos duplici nomine,
vel vt ſunt perpetui toto anno,vel vt ſunt prouinciales,& anniuerſarij;de numero prio
rum non omnes conueniunt;alij enim dicunt eſſe quatuor,alij duodecim,& alij dicunt
numerum attingere trigeſimum ſecundum. Qui dicunt eſſe quatuor,mouentur à qua-
tuor mundi angulis ſpirantibus, & eum, qui ab oriente æquinoctiali flat, Solanum vo-
cant: qui à meridie,Auſtrum: qui ab occaſu æquinoctiali,Fauonium: qui à polo arcti-
co, Septentrionalem: qui duodecim eſſe putant ventos, diuidunt cælum in duodecim
circulos, & totidem fieri in Aëre mutationes,totidemq; ventos ſtatuunt,quamuis Ari-
ſtoteles vndecim tantummodo agnouerit.

Recentiores verò Philoſophi, & Hydrographi videntur hanc rem diligentiùs ad v-
ſum nauticum pertractaſſe,dum duos,& triginta ventos aſſerunt. Ex his anniuerſarij F
ſunt,qui Græcè ἐτησίαι dicuntur;nam ἔτος dicitur annus, ἐτήσιος verò annuus,quamuis ven
ti Eteſiæ ſint illi, qui quaſi lege naturæ quotannis media æſtate poſt caniculæ exortum
multis diebus flare conſueuerunt. Anniuerſarij igitur venti illi ſunt, qui certis prouin-
cijs,& regionibus peculiares, nec vltra illum tractum prodeunt, nullaque reperitur re-
gio,quæ aliquem flatum ex ſe naſcentem,& circa ſe cadentem non habeat, vel ſaltem,
qui in ea primariam aliquam vim non exerceat; quemadmodum in tractu Meſſanen-
ſi,& circumuicinis locis flatus eleuatur dulcis, & benignus,admodum temperatus,qui
totam Ciuitatem recreat,ſerenumque ſemper Aërem producit, ſanitatemque conſer-
uat,ab omnibus incolis gregalis appellatur, qui quaſi per totum annum ſpirat,magis ta
men æſtiuo tempore. In ſumma venti omnes Aërem alterant,ac commutant,non ſe-
cus atq; anni tempora,& regiones.

Dicebat Auicen. calidum eſſe,& attenuare Aërem,ventum orientalem,quem Sola-
num diximus: contra occidentalem,refrigerare,& incraſſare. Verum tamen eſt,quòd
orientalis eſt calidus, & ſiccus; occidentalis verò frigidus, & humidus, quamuis Auer- G
rhoë monente hæ qualitates variari poſſint ob diuerſitatem ex terra, & aqua contin-
gẽtem. Ventus auſtralis calidus,& humidus eſt,proinde in Aëre producit caliditatem,
& humiditatem, quarum exceſſus eſt cauſa putrefactionis: vnde idem dicebat Auer-
rhoës, quòd qui intendit prohibere putrefactionem rerum, infrigidet, & deſiccet eas.
Cardanus autem lib. 1. de variet. rerum cap. 8. ait,quòd ex ventis omnibus Auſter gra-
uis eſſe videtur,hominibus morbos parit; Autumno primùm eo ſpirante folia arbori-
bus decidunt,ædificia collabuntur, atque ruunt, ſemina gurgulione,atque verme exe-
duntur, fructus putreſcunt; porrò venti validi omnia quaſſant,fructus,ſemina,plantas,
ædificia, etiam arces, montes quoque, & homines. Septentrionali ineſt frigiditas, &
ſiccitas, inde eſt, quòd lædat organa anhelitus,ex eoq; tuſſis generatur,eò quòd ex or-
ganorum ſiccitate anhelitus contingit,humiditateſq; cerebri comprimuntur.

Ab huiuſmodi igitur ventis, à regionibus,& anni temporibus Aër alteratur,Gal.Au
thore lib.artis paruæ 85.non modò ſecũdùm ſuas qualitates,ſed etiam mutatur in pro
pria ſubſtantia: idem ſcripſit Auerrhoës lib. 6.coll.cap.17.an modò alterationes hæ in H
Aëre formaliter recipiantur,deinde corpori ab aëre immittantur tanquam à cauſa effi
ciente: aut an corpus ab Aëre immutetur diuerſimode, ſicut ipſe eſt alteratus: an verò
alterationes referri debeãt tam ad Aërem, quàm ad corpora, cùm & Aër,& corpus ſit
vtriuſque alterationis particeps,alterius eſt conſiderationis. Legere poteſtis Sancto-
rium lib.3.artis paruæ cap.citato,particula quinta: talis inquiſitio parui eſt momenti,
ſat enim eſt Medico ſcire ab huiuſmodi rebus Aërem alterari, & hæc de prima ex
rebus non naturalibus,quam Aërem appellant: ſuccedunt modò aliæ declarandæ, in-
ter quasprimùm occurrit cibus,& potus.

A *De Alimentis in genere, & de ijs, quæ ab animalibus deſumuntur.*
Cap. II.

INTER alias cauſas,quas ſalubres Gal.appellauit poſt Aërem non eſ-
ſe quicquam magis neceſſarium ad hominis vitam producendam ci-
bo, & potu clariſſimum eſt, neque alia eget probatione; per longius
enim tempus poteſt animal viuere abſque ſequentibus rebus non na-
turalibus, quàm abſque cibo,& potu; vnde eſt, quod Auerrhoës lib. 1.
cant. tract. 1. ſcripſerit cibum, & potum ſecundam eſſe ex rebus
non naturalibus, vt etiam ſentit Auicennas eodem in loco; & Gal. 1. de alim.fac.cap. 1.
dicebat alijs præſidijs non omni tempore nos vti,ſine alimento ne viuere quidem, ne-
que ſecunda,neque aduerſa valetudine poſſumus. De cibo igitur primò tractandum
venit, deinde de potu. Cibus autem, qui & alimentum dicitur,duobus modis poteſt
conſiderari; vel vt eſt alimentum ſimpliciter, vel vt eſt alimentum medicamentoſum:
B rurſus alimentum Hippocrates libello de alim. cap. 7. dicebat eſſe in triplici differen-
tia,nempe quod nutrit, quod veluti nutrimentum eſt,& quod futurum eſt alimentum,
quam diuiſionem ſequens Gal. lib. 1. de ſan.tuen. cap. 15. ſcribit primæ ſpeciei alimen-
ti opponi ſubſtantiæ fluorem: ſecundæ ſanguinis profluuium,& omnem ſanguinis ina-
nitionem: tertiæ verò,& vomitum,& inteſtinorum læuitatem.

Sed hoc loci ambiguitas apparet quædam; nam alimentum primo modo acceptũ,
non videtur poſſe dici alimentum, & ratio eſt, quia omnes Scriptores tradunt,& ipſe-
met Gal. id genus alimenti eſſe iam agglutinatum, & in partem conuerſum, vnde po-
tius eſt pars corporis nutriti; quandoquidem alimentum dicit aptitudinem ad alendũ,
non autem actum, quia tunc eſt pars ſubſtantiæ ipſius aliti: item omnes aſſerunt,quòd
id quod aſſimilatum eſt,pars corporis ſit,non alimentum. Verùm puto ego cum Hip-
pocrate alimenti nomen accipi duobus modis, communiter, & propriè,vnde illud
quod conuerſum iam eſt in partem,impropriè appellatur alimentum; propriè verò ali
mentum illud eſt,quod appoſitum,& vnitum aſſimilaturquidem, ſed perfectam aſſimi
C lationem non dum conſequutum eſt, quemadmodum etiam illud,quod velut alimen-
tum, & futurum alimentum appellauit Hippoc. horum autem principium eſt facultas
illa, quæ identificatur cum ipſo alimento, cuius finis eſt nutritio, ſeu conuerſio in ſub-
ſtantiam nutriti. Alimenta verò,quæ extrinſeca ſunt, quamuis futura ſint alimenta,
quoniam tamen longiùs abſunt à natura alimenti, propria appellatione non dicun-
tur alimenta, niſi communiori vocabulo,& impropriè.

Alimentum,ſeu nutrimentum Gal. Authore lib. 1. de ſimp.med.fac. 1.& de alim.fac.
2. illud eſt, quod noſtri corporis ſubſtantiam augere poteſt,& ipſam nutrire: vnde ea,
quæ totis ſubſtantijs alteratis,à calore noſtro in familiarem animantis qualitatem,atq;
ſubſtantiam demutari poſſunt,alimenta iure merito dicuntur. Quare Auicennas lib.
1. cant. 122. ſcriptum reliquit,quòd vera cibi actio eſt augere, & reſtaurare omne de-
perditum ex diſſolutione corporis,& ad priſtinum ſtatum deducere: & Auerrhoës eo-
dem in loco dicebat cibum neceſſarium fuiſſe duplici de cauſa; prima, vt ab eo augea-
tur corpus, donec ad quantitatem debitam perueniat, & ceſſet augmentum eius: ſe-
D cunda,vt loco eius,quod fuit à corpore diſſolutum,ſuccederet, & reddit rationem di-
cens, quòd animal viuit per igneum calorem, qui eſt lator animæ,& ignis in quantum
eſt huiuſmodi,ſemper indiget,quod comburat,alioquin extingueretur,& ideo fuit con
tinuò neceſſarius cibus in corporibus animalium. Cùm itaque omnis animantium na-
tura infirmis principijs formata diſſolutioni,& inanitioni,ac tandem interitui obnoxia
ſit, & continuò effluxu tum melior, tum tenuior ſubſtantiæ noſtræ pars diſſipetur, &
omnem noſtram ſubſtantiam minui, deficereque vires omnes ſentiant, propterea na-
tura alimentum tanquam præſens quoddam inanitioni remedium dedit, vt quod con-
tinuo effluxu diſſolutum à nobis fuerit,& inanitione perierit,id alimentorum præſidio
reſarciri,atq; inſtaurari poſſet. Quare ſi nihil ex corporibus noſtris efflueret,neq; eua-
cuaretur,ſed ſemper maneret corporis habitus idem,nulla foret alimentorum,aut ne-
ceſſitas,aut vtilitas,nulluſque mortis timor, & indiuiduum immortale conſeruaretur.
Beneficia igitur,quæ natura ab ipſo alimento,vt alimentum eſt,recipit,ſunt nutrire,au-
gere,

gere,& conſeruare corpus humanum; ſed alimenta deſumuntur, & ab animalibus, & E
à plantis in genere.

At dicamus primùm de alimentis, quæ ab animalibus deſumuntur, & ma-
ximè præ cæteris noſtrum corpus alunt. Animalia igitur; quorum carnibus nutri-
ri conſueuimus, vel ſunt terreſtria, vel aquatilia, & ex terreſtribus alia ſunt quadrupe-
da, & alia volatilia, & vtraque aut domeſtica, aut ſylueſtria. At initium facientibus à
quadrupedibus domeſticis cùmprimis ſe obijciunt conſiderandi vituli, tum lacten-
tes, tum non lactentes: priores apud Romanos *Vitelle mongane* dictæ, Magnatum
menſis valdè expetuntur, atque deſiderantur; poſteriores verò ab ijſdem *Campereccie*
appellantur. Sed illorum carnes magis temperatæ ſunt, facilè concoquuntur, purio-
rem ſanguinem generant, & à ventriculo bilem rubeam fugant; horum verò tum bo-
num ſuccum præſtant, tum etiam facilis ſunt concoctionis. In agris autem ſiculis per
annum vnum, vel alterum aſſeruantur vituli, *& giouenchi* ab incolis nominantur, qui
re vera vitellis prædictis longè præſtant; nec puto inter huius generis carnes gratio-
res palato reperiri poſſe, aut quæ faciliùs coqui, ſanguinemque plurimum, & opti- F
mum generare queant; vnde à Meſſanenſibus, apud quos præſertim à principio
menſis Maij per totam æſtatem in maxima copia reperitur venalis, nec caro pretio,
meritò magni fit, & à plurimis, volatilium etiam carnibus abſque dubio præponitur.
Sed vxor mea chariſſima, quam nemini ſecũdam in re familiari adminiſtranda extitiſ-
ſe autumo; quinimò (abſit verbo arrogantia) ob eius virile ingenium ne dum ciuita-
tem, aut prouinciam, ſed etiã integrũ regnũ moderari potuiſſet, vnde dignũ Verallorũ
Illuſtriſſimæ Romanæ familiæ germen viſa eſt, dicebat ſe obſeruare libram vnam vi-
tuli Romæ, aut Bononiæ, magis aptam ad familiam alendam eſſe, quàm Meſſanæ pon-
dus vnciarum triginta trium, quod *Rotolo* dicitur. Cuius veriſſimæ rei rationem dein-
de peruestigans cenſui id prouenire, quia carnes ſiculæ ſunt admodum ſiccæ, & co-
ctione magis contrahuntur, quàm illæ, quæ eò quod alimentis humidioribus generen-
tur, in olla in maiorem molem excreſcunt.

Sequitur nunc agni lactentis caro, quæ humida, viſcoſa, excrementoſa, mucoribus
plena; & craſſi ſuci eſt, paulò tamen melior aſſa, quàm elixa: non lactentis quamuis G
in iſtis partibus Siciliæ ſemper praui ſit ſucci, & difficilis coctionis, facta nihilominus
cõparatione melior eſt ea; nã facilè concoquitur, bonos parit ſuccos, & copioſiùs alit.
Caſtrati verò, vel veruecis caro, ſi iuuenis ſit, omnium optima eſt, bonum ſuccum pro-
ducit, & copioſum, facilè concoquitur, & ſaluberrima quoque in nonnullis re-
gionibus habetur: at in Sicilia praui eſt ſucci, difficiliſque coctionis: ſi verò ſit ſenis,
difficulter concoquitur, & melancholicum ſuccum gignit. Hedinæ carnes ſunt me-
liores caprinà, & hircinà, bonum ſuccum proferunt, facilè concoquuntur, conuale-
ſcentibus, & ægrotis in aliquibus locis conceduntur, vt in Gallia, in Hiſpania, & in mul-
tis etiam Italiæ locis, potiſſimùm apud Thermas ſancti Caſſiani in Hetruria; ſunt enim
in humiditate, & ſiccitate ſatis temperatæ, atque ita excellentiores vitulina carne.
Ouis carnes ſunt praui ſucci, excrementoſæ, ructus commouentes. Suum verò caro, ſi
lac exugant, humida nimis eſt, ſuccum generat pituitoſum, mucoſum, lentum, eſui pa-
rum aptum, atque excrementoſa eſt, calculumque progignit, minus tamen mala eſt, ſi
aſſetur: quod ſi non lactent, & iuuenes ſint, recens eorum caro omnium aptiſſima eſt H
ad nutriendum; nam ſi concoquatur bonum generat ſuccum, & lentum, valdè nutrien-
tem, humanoque ſucco perſimilem, & optima cenſetur annua: ſi ſalſa fuerit minùs
lentoris participat, difficilè concoquitur, & permeat, ſitim excitat, melancholicum
ſuccum præſtat, morbis renum nocet: omnium optima eſt caſtratorum duorum an-
norum, ſenis malum ſuccum generat, difficulter concoquitur, glutinoſa eſt: Sunt mo-
dò, & alia quadrupeda animalia, quorum carnes non vbique, ſed in aliquibus partibus
in vſu ſunt, vt bouis, tauri, vaccæ, capræ, hirci domeſtici, & montani, aliorumque, quæ
aut ſunt craſſi ſucci, & melancholici, aut eſui prorſus ineptæ; amplexus ſui tantummo-
dò eas carnes, quæ in communi ſunt vſu apud omnes.

Subſequuntur modò carnes quadrupedum ſylueſtrium, vt apri, leporis, vulpis, cer-
ui, capreoli, damæ, cuniculi, erinacei, quæ ferè omnes ineptæ ſunt eſui, & rarò etiam in
menſis expetuntur, quamuis caro apri, & capreoli, atque leporis aliquando in delicijs
habea-

Digitized by Google

A habeantur: Apri quidem bonum ſuccum confert, ſi probè concoquatur, & ſiccior eſt, quàm domeſtica. Capreoli verò bonum ſuccum etiam producit, guſtui eſt ſaporoſa, facilè concoquitur, & laudabilem generat ſanguinem. At caro leporis ſuccum procreat melancholicum, triſtitiam adfert, difficulter concoquitur, paucum, & prauum præſtat alimentum, temperamento eſt calida, & ſicca; ſi tamen iuuenis ſit, non reprobatur. Vnde dictum, inter quadrupedes lepus, inter aues turdus. Cuniculi autem ſyl-ueſtris caro eſt minus ſicca, quàm ſit leporina, & minus mali ſucci; quamuis alimentum exhibet ſiccum, malum, paucum: at domeſtici minùs ſicca eſt, quàm ſylueſtris, excrementoſa, & guſtui minùs grata; & hęc de carnibus quadrupedum animalium, tam domeſticorum, quàm ſylueſtrium.

Venio nunc ad volatilium tum domeſticorum, tum ſylueſtrium carnes, quorum quædam aërea, & quædam aquatilia dicuntur. At primùm ad domeſtica aërea, quæ ſunt capones, gallinæ, pulli, galli, columbæ, pauones. Caro caponum temperata eſt in primis quatuor qualitatibus, plurimi eſt alimenti, optimum generat ſuccum, dicitur B quoq; adaugere venerem, omnibuſq; volatilibus præſtat. Vnde rectè quidam dum interrogaretur, quænam caro inter volatiles primum locum obtineret, reſpondit carnem caponis, quæ verò ſecundum, adhuc caponem, & tertio loco, caponem reſpondit. Gallinarum quoque caro, inter omnes carnes, quæ ſanis hominibus adhibentur, eminet; temperata enim eſt, plurimum, & optimum ſuccum tribuit, calorem natiuum roborat, probum generat ſanguinem, & omnibus temperatoris idonea eſt: gallina tamen Indica habet nutrimentum durius, concoctu difficilius paululùm, ſed boni ſucci eſt. Caro pullorum bonum ſuccum, & ipſa præbet, facilè concoquitur, & digeritur, tenuis eſt ſubſtantiæ: & tempore æſtiuo editur tam aſſa, quàm elixa cum ſucco omphacij ne ob ſubſtantiæ tenuitatem corrumpatur, aut diſſoluatur; habet enim facultatem attemperandi humores.

Caro galliculorum iuuenum nondum coëuntium, aut ſaltem, qui parum coiuerint, ratione bonitatis confertur omnibus capis, præterquam in ſaporis ſuauitate: vetuſtorum verò gallorum caro parum alit, paruum ſuccum largitur, ventrem proritat, C maximè eius ius. Caro columbarum, quæ vel domeſticæ, vel montanæ ſunt, omnibus eſt deterior, concoquitur difficulter, craſſum, melancholicum, excrementoſum, & vaporoſum ſuccum producit, quandoq; affert febres putridas, capitis dolores, confert tamen dyſentericis; ſenibus, & pituitoſis amica, ſemen auget, calida & humida eſt: iuuenum autem pręfertur; at montanorum palumborum caro melior eſt, minùs abundans excrementis, & quamuis craſſum ſuccum tribuat, minus tamen excrementoſus cenſetur. Pauones vel Indi ſunt, vel Hiſpani, vt dicitur; càro Indorum guſtui eſt gratiſſima, boni ſucci, ac multi, probè concoquitur, conſtans infert alimentum: Hiſpanorum verò fibroſa eſt, difficiliuſq; concoquitur, ſuccum gignit craſſum, ſiccum, & conſtantem, morbis melancholicis obeſt, pulli eligendi ſunt vnius anni.

Hic notãdum ex Raſis ſententia, 4. aphor. & Auenzoar 1. & 2. Theiſir, columbarum capita omnia abijci debere; nam ipſis ineſt proprietas inferendi dolorem capitis: eſt tamen adhuc animaduerſione dignum, quod Gal. 4. de ſanit. tuend. febrientibus exhibet columbos, & paſſeres, quamuis per paſſeres pleriq; intelligant omnes minutas aui-D culas. Eſt etiam ſciendũm in omnibus volucribus, (vt & in quadrupedibus) carnem adoleſcentium præſtantiorem eſſe, quàm ætate declinantium, & florentium eſſe inter vtramq; mediam. Auium omnium carnes leuiſſimum cibum præſtant, ſi ad quadrupeda conferantur, attamen ob facilem coctionem præcipuam laudem merentur; hæc de volatilibus domeſticis aëreis.

Iam ſuccedunt, quæ aquatica volucra dicuntur, & ſunt duplicis ſpeciei; vna eſt anſerum, altera anatum. Caro anſerum minùs excrementoſa eſt, quàm anatum, & melior ea, quæ annum non exceſſit; eſt etiam magis fibroſa, quàm caro anatum, & inter partes magis eliguntur alæ, & ventriculus. Anates ſunt in maximo vſu apud Bononienſes, apud Meſſanenſes vix cognoſcuntur: caro earum aſſumitur cum ſalſamentis, & acetoſis, hoc eſt, ijs condimentis, quæ acetum recipiunt: eædem, vel domeſticæ, vel volatiles ſunt, & priorum caro calida, & humida eſt multum gignens alimentum, ſed excrementoſum, & difficulter concoquitur, at poſteriorum frigidior eſt, difficiliùs concoqui-

qui-

quitur,ſed non eſt adeo excrementoſa,vt illa. Hactenus de domeſticis. E

Accedamus modò ad volatilia ſyluestria, inter quæ primas partes ſibi vendicare videntur phaſiani, quia plurimum alimentum afferunt, horum caro facilè concoquitur, extenuatis cibus præſtantiſſimus eſt,& conualeſcentibus, quippe admodum reficit vires temperata exiſtens, & mediæ complexionis, inter perdices, & capones. Perdicis caro ſicca eſt,facilè concoquitur, bonum, & multum ſuccum generat, & modicè conſtantem, ventriculum humidum exiccat, retentricem facultatem roborat, infrigidatis conualeſcentibus,& ſanguine carentibus optimè conuenit,quamuis venerem excitet. Atagen (ſeu francolinus, aut gallina coryli dicta, quòd vt plurimùm auellanis nutriatur,& in arboribus ipſarum degat) perdici aſſimilatur,bona carne eſt,tenera,alba,boni ſucci, concoctu facilis, guſtui grata, in multis partibus Siciliæ frequentiſſima eſt huiuſmodi auicula; rarò cernitur in agro Bononienſi, Principibus, Nobilibuſque expetita.

Staruæ quoque ſunt perdici ſimiles, non tamen ſuccum adeò laudabilem exhibet ipſarum caro, vt perdicum, & atagenum: in agro Bononienſi,& in Lombardia in magna ſunt copia, in Sicilia verò vel nulla (quantùm conſtat) reperitur, vel rariſſima. F Sunt gallinarum agreſtium carnes, quæ ſuccum copioſum, laudabilem,& modicè conſtantem præſtant,facilè concoquuntur,ſaporoſæ ſunt guſtu,conualeſcentibus idoneæ, aliquando craſſius præbent alimentum quàm perdices. Huiuſmodi gallinæ agreſtes videntur eſſe in duplici differentia; vna eſt, quæ ruſticula à Plinio, ab Ariſtotele verò Scolopax dicitur, carne eſt nigra, ſicca, concoctu facili, ſed excrementitia, nitroſo quodam ſapore perdicibus ingratior. Altera verò ruſticula, vel gallinago dicta,circa ſtagna degit, paludoſiſque ſemper deliteſcens locis bonitate maiori cedit.

Coturnix in ventriculo citò putreſcit, calidum ſuccum præbet, & excrementoſum, eiuſq; frequens vſus febres putridas excitat, difficulter coquitur, cibuſq; eſt tam temperatis, quàm intemperatis inconueniens,ſpaſmum, & tetanum commouet,ſemen auget,& venerem ſtimulat. In Sicilia tempore Martij, & Aprilis (præſertim Meſſanæ) adeo frequentes ſunt, vt aceruatim capiantur: at nonnullæ in domus refugientes, etiam à mulieribus manibus accipiuntur. Sunt admodum macilentes,& dicunt vulgò G id eſſe ob laborem itineris; aliunde enim mare tranantes huc appellunt, flante Coro. At in noſtris partibus,præſertim in agro Bononienſi,his temporibus non reperiuntur, ſed præciſo frumento,& meſſe præterita ſtolonibus ſeſe inuoluunt,graniſq; ex frumento relictis comedendo, pingues redduntur, hinc irretiuntur, & aſſatæ melioris ſucci ſunt, & gratiores guſtui.

Turturum carnes ſiccum alimentum exhibent, quod facilè ſuperatur,bonum,& multum ſuccum generant, guſtui ſunt gratæ, humidioribus naturà corporibus proſunt, memoriam reparant, ingenium acuunt, venerem augent,retentrices facultates roborant, & ſi domi ſaginentur, tunc præſtantiores euadunt. Turdi triplici magnitudine diſtincti, boni ſunt ſucci, faciliſq; coctionis: Vnde dictum inter aues turdus; & qui baccis iuniperi veſcuntur, ventriculo frigido cachecticis vtiliores redduntur, omnes frigidioribus temporibus, & conſtitutionibus vtiliores ſunt. Ferunt in agro Tridentino reperiri auiculas quaſdam vulgò coturni appellatas,magnitudine perdicibus maiores, quibus roſtrum, & crura rubent, ideoq; à Plinio Porphyriones appellati ſunt, bonum generant ſanguinem,venerem augent,debilibus,& conualeſcentibus conueniunt, H modicum corpori præbent alimentum. Merulæ ſicci, & craſſiuſculi, boni tamen, & laudabilis ſunt ſucci, facilè coquuntur, conualeſcentibus vtiles. Alaudæ, galeritæ,bono ſucco, faciliq; concoctione,reliquis auiculis pares,colicis peculiariter, tam in curatione, quàm præcautione vtiles. Sturni mali ſunt ſucci,& concoctu difficiles.

Iam accedunt conſiderandæ auiculæ quædam, quemadmodum ſunt ficedulæ, quæ ſunt duplicis generis; vnũ quod in Sicilia frequens eſt,alterũ verò,quod obſeruatur in multis locis Lombardiæ, præcipuè in agro Bononienſi, & appellatur hortulanus, in menſis Magnatum maximè expetitum, huius caro pinguis eſt admodum, & vndequaque mollis. In mentem mihi venit hoc loco auicula illa Perſica, cuius meminit Plutarchus in Artaxerxem: in qua ſcribit nihil eſſe,quod non ſit aptum,& iucundum eſui, nam tota intus plena, & referta eſt pinguedine, additq; famam eſſe ob has conditio-

nes

Digitized by Google

A nes ipſam vento, & rore nutriri, & ryntacem appellari perſico nomine.

Sed ad ficedulas rediens dico vtrumq; genus eſſe boni ſucci,& facilis concoctionis, quia ægrotantibus ab omnibus Medicis conceduntur. Godefridus tamen, & Vvceke-rius ſcribunt has auiculas eſſe praui ſucci, & difficilis concoctionis, quod fortè verum eſt in ſua regione,at non apud nos. Carduelium,pardellorum,paſſerculorum viridium carnes eſſe praui ſucci conſtat,quemadmodum,& hirundinis, & caudæ tremulæ, quæ præ cæteris valet,quòd vſta calculoſis cum vino bibita prodeſt. Gruum caro eſt dura,& fibroſa, malum ſuccum, & melancholicum generat, difficilis eſt coctionis, pluriſq; excrementi, quàm alimenti.

Volatilia, quæ circa fluuios victitant, vno verbo ſunt frigidæ complexionis, difficulter concoquuntur, frigidum, craſſum ſuccum, & excrementoſum pariunt, plurimùm tamen nutriunt, ſi coquantur. Ita vt ex his cognoſcere poteſtis non mediocrem differentiam eſſe inter ea volatilia, quæ in ſtagnis, paludibus, lacunoſiſque degunt locis, & ea, quæ in montibus, aut locis ſiccis vagantur; nam pro locorum proportione ani-

B malium carnes, aut ſiccæ, excrementis vacuæ, ac coctu faciles, aut humidæ, & excrementitiæ, concoctuq; difficiles redduntur. 3. de alim. facult. ex quo loco omnia de animalibus decerpta ſunt.

Hactenus de cibo, qui à toto corpore animalium terreſtrium, tam quadrupedum, quàm volatilium deſumitur, ſatis fusè à nobis pertractatum eſt; videndum modò quis ille ſit, qui ex partibus eorundem, cum volatilium, tum pedeſtrium ſuppeditatur. Dum autem de earum partium temperamento dicemus, id comparatione ad carnem eiuſdem animalis fiet. Extremitates igitur,pedes, cauda,ligamentis, neruis, cute, cartilagine, oſſibus conſtant, partibus frigidis, lentis, craſſis, ſed quia ſunt exercitatæ, minùs excrementi habent: ab ijs itaque progigni ſolet alimentum frigidum, viſcidum,venas obſtruens, ventrem lubricans: ſed plus alimenti à pedeſtrium pedibus expectandum, quàm ab auriculis planè cartilaginoſis, quibus, & roſtra porcina, vt molliora præualent. Tenues,oſſeiq; animalium pedes in cibo vix quicquam vtilis habent. Alæ anſerum, gallinarum, anatum, extremitates neruoſorum, ac humidiorum anima-

C lium ſunt cibi vtiles, concoctu faciles, non excrementitiæ. Cauda cùm ſit longinqua particula à caloris naturalis influxu, & ſanguine limoſo nutriatur, inſuauior, & ventriculo grauior eſt. Capita pedeſtrium ſucculenta ferè ſunt, excrementitia, difficilia concoctu, multi nutrimenti, ſemen augent, ob multam humiditatem ventriculo nauſeam pariunt,& vrinam fœtidam reddunt.

Auium capita,vt quæ plumis,& cute tantummodo teguntur, glutinoſum ſanguinem generant, difficilia concoctu ſunt, & parùm alunt. Oculi animantis exercitati, & ſi teneriores ſint,pinguedine tamen nauſeabundi,ſicut & ob propinquitatẽ cerebri excrementitij ſunt. Cerebrum craſſi eſt ſucci, difficulter concoquitur,nauſeam infert, pituitoſum eſt,& humidum;vbi verò concoctum ſit, multum, nec illaudabile affert alimentum: partes ſiccæ, & excarnes naturâ meliores ſunt in humidis animalibus, & carnoſioribus, quemadmodum contra humidæ in ſiccis præferuntur; hinc eſt,quòd cerebra auium in locis ſylueſtribus, montuoſis degentium ſunt magis delicata, & minus corruptelæ obnoxia, quàm cerebra pedeſtrium animalium: columbarum tamen

D omnium,vt peſſima reijciũtur,ne facilè ob ſui corruptionem febres in corpore calido concitent. Sunt qui laudant gallinarum cerebra, quòd ſeminis ſint generatiua. Spinalis medulla,quamuis à cerebro ortum ducat, eſt tamen durior cerebro, & ſi concoquatur, multum exhibet alimentum, minuſq; nauſeam, quàm cerebrum prouocat. Labia animalium facilè concoquuntur, & generant lentum humorem: lingua facilè concoquitur, minùs alit reliqua carne: auium ceruices æquiparantur alis quoad nutrimentum.

Glandulæ corporis ad varios vſus à natura factæ, molles tamen, & fungoſę ſunt,pituitoſum ſuccum creant, & ſunt minoris alimenti, quàm ſit lingua: at illæ, quæ mammas conſtituunt, ſi turgent lacte,ſunt iucundiorea, & ganeonibus maximè expetitæ. Teſtes ſuccum viroſum præſtant, difficiles concoctu, ſoli galliculorum probè ſaginatorum ad omnia commendantur, & ſi cibo lacte, vel ſero temperato nutriti fuerint, iucundiſſimi redduntur, & optimi ſunt ſucci, ſi præſertim venerem parùm exercuerint.

rint. Pinguedo exigui eſt alimenti, nec bonum generat ſanguinem, ſed pituitam po- E
tius auget, atque obſtruit. Medulla, quæ in oſſibus reperitur, plus nutrit alia pingue-
dine, nauſeabunda tamen eſt, ſi plus, & largiùs ſumatur. Inter viſcera animalium
pulmo,& lien parùm nutriunt,pulmo tamen facilior eſt concoctu; lien verò, quamuis
guſtui ſit ſuauis, aliqua tamen ratione eſt acerbus, & ſanguinem melancholicum gi-
gnit. Renes ſunt praui ſucci,redolentes quoque ingratum odorem, concoctu diffici-
les, & ineptum ſuccum facientes.

Iecur eſt plurimi nutrimenti, craſſum ſuccum generans, ad concoquendum diffi-
cile, tardè ſuccus eius permeat: gallinarum propterea non conuenit omnibus febrien-
tibus indifferenter, ſed vbi incraſſandum, quemadmodum in febribus biliosis, & tem-
pore æſtiuo, & corpore bilioſo. Cor ſubſtantia fibroſum, durum, difficile ad conco-
quendum, alimentum habet perdurabile. quidem, & boni ſucci, quamuis obſtruat.
Ventriculus, inteſtina, vterus, & quæ conſtant ex membrana difficulter concoquun-
tur, & craſſum ſuccum generant, ſed gallinarum, anſerum,& anatum ventriculus car-
noſus exiſtens, concoctu facilis, eſui iucundus, & infert bonum ſuccum, & ſolidum. F
Sanguis omnis concoctu eſt difficilis, excrementitius,& vt plurimùm producit ſangui-
nem craſſum,& melancholicũ: ſuillus tamen ſanguis, quòd humidi eſt animalis, auium
gallinarum, columbarum,& ſimilium tanquam tenuior, minuſque excrementitius alijs
præfertur. Leporinum, vt ſuauiſſimum commendat Galen. fortè, quia in ani-
male frigido minùs eſt aduſtus. Taurinus eſt venenoſus; apud Plutarchum ſcriptum
eſt in vita Hannibalis ipſum bibiſſe copiam huius ſanguinis, & ſtatim interijſſe; ferunt
etiam id ipſum eueniſſe Themiſtocli.

Cumque ad partes animalium referatur lac, de ipſo in genere à nobis, & breuiter
pertractandum eſt, vt nihil omittatur de partibus animalium, quòd vtile ſit pro ali-
mento ferendo: ſolet appellari ab aliquibus Lac ſanguis albus, de cuius temperie 5. de
ſimpl. med. facul. capite 22. loquitur Gal. collocatque ipſum in medio ſanguinis, &
pituitæ, quod ad colorem attinet; nam non recedit ab vtroq; extremo æquè, ſed
longiùs abeſt à pituita, propriùs accedit ad ſanguinem,& ſeruat eam diuerſitatem, quæ
in maſſa ſanguinis reperitur, at alijs nominibus donatam, cùm ſerum bilioſas, & pi- G
tuitoſas referat partes, butyrum ſanguineas, & caſeus melancholicas. Serum tem-
perato eſt frigidius, leniens, ac mulcens aqueis partibus, irritans reſeruatà acrimonià,
quibus aluum mouet; butyroſa pars licet nutriat, caſeoſa tamen reliquis magis nutrit
frigidæque,& ſiccæ naturæ exiſtens. Maſſaque tota ipſius lactis ex his tribus con-
ſtãs quantò magis de vno, quàm de reliquis participat, tantò maiorem eius habet effi-
caciam. Sunt autem lactis quinque ſpecies, ſeu differentiæ, quas vſurpant Medici,
nempè lac bubulum, ouillum, caprinum, humanum, & aſininum. Bubulum pinguiſ-
ſimum, & craſſiſſimum eſt, ideo plurimùm nutrit: ouillum ei craſſitie proximum, plus
ſeri habens: caprinum quoque adhuc plus ſeri continet, ita tamen, vt adhuc in eo vin-
cat pars craſſior, temperatumque eſt omnibus ſuis ſubſtantijs: humanum optimum
eſt, optimi ſucci, & aduerſus venena efficaciſſimum remedium: aſininum tenuius, ſe-
roſius,& ad abſtergendum magis accommodatum.

Eſt vniuerſum lac per ſe humidum, valdè temperato frigidius, facilis coctionis, mul-
ti alimenti,& boni ſucci: habet autem maximam commoditatem, vt diuerſæ eius par- H
tes facilè poſſint ſeparari; quæcunq; enim acria, calida,& ſicca ei admiſcentur, ſeparant
diuerſas eius partes. Lac ebutyratum dulcius, & ſiccius eſt, paulò frigidiùs; nam pin-
guedo pars eius eſt humidiſſima, leniterq; calida, dum aceſcit tenuior, acriorq; ſeri, &
butyroſitatis pars calidior euaporat: reliqua pars innatans caput lactis appellata tolli
ſolet, hinc multò frigidius fit, in cibo gratius, minus obſtruens, & facilius concoctu.
Conſuetum eſt lac coagulo præcindi ad formandos caſeos: eſt autem coagulum nihil
aliud, quàm chylus lactentium animalium: eſtq; in vſu frequentiſſimo vitulinum, quod
in mactatorum vitulorum ventriculis reperitur. Sunt etiam aliqui, qui loco coaguli,
non rarò ouile ſtercus ſubſtituunt: fit quoq; ex lacte recocta vocata, relicto poſt aſſum-
ptas tenuiores partes, quæ caſeo, & butyro inhæſerant. Sed quemadmodum à qua-
drupedibus prodeunt lac, inde caſeus, & butyrum, ita ex volucribus nonnulla pariunt
oua, vt ſunt gallinæ, perdices, phaſiani, quæ multi ſunt ſucci, concoctu facilia,

tempe-

A temperataq; ferè, venerem augent, hecticis vtilia. Columbarum tamen oua calidiora, & venerea magis ſunt. Anſerum, & anatum craſſi ſunt ſucci, excrementitia, multumq; alentia, concoctu difficilia: præſtant inter reliqua iuniorum animalium, non ſubuentanea, ſed maſculino concepta ſemine, & ratio eſt, quia oua ad frigidum paululùm declinant, & ex maſculino ſemine calorem acquirunt maiorem; & hęc dicta ſint de alimentis quæ accipiuntur ab animalibus terreſtribus, & partibus eorum.

Relicta ſunt quædam animalia greſſilia, quemadmodum ſunt limaces, teſtudines, lutra, erinacei, fiber, ſeu caſtor, & rana, quæ cùm rarò in cibum veniant, poterit vnuſquiſq; ad libitum, prout ſeſe obtulerit occaſio recurrere ad authores, qui de hac materia tractant, quam breuitati ſtudens tacitè præterire cogor.

Iam propoſitus ordo requirit, vt ad alimenta, quæ ab animalibus aquaticis nempe à piſcibus deſumuntur, veniamus, quæ quamuis in genere ſint frigidæ, & humidæ complexionis, ſuccumq; talem in corpore generent, & proinde videantur reponenda eſſe B inter alimenta medicamentoſa, nihilominus quia in communi vſu, & apud omnes nationes in eſum quotidianum veniunt, de illis aliqua, & breui quidem oratione à nobis exaranda veniunt, vt tandem habeamus omnium alimentorum vſualium aliquam ſaltem cognitionem. Sunt quidem piſces ea animalia, quæ in aquis degunt, quorum aqua conueniens, & commodus eſt locus, & veluti proprium alimentum: cùm autem aquæ quatuor videantur habere differentias, vna eſt maritima, altera fluuiatilis, tertia lacunalis, quarta paludoſa, hinc eſt, quòd piſces aliqui dicantur marini, ſeu maritimi à noſtris, & à Græcis Ταλαττίοι; alij fluuiatiles, à Græcis ποτάμιοι: qui verò in lacubus gignuntur lacuſtres, appellantur, & à Græcis λιμναῖοι: poſtremi dicuntur paluſtres à Græcis τελματιαῖοι. His quatuor conſtitutis differentijs breuiter afferemus, quale nutrimentum vnumquodque eorum hominibus afferre poſſit; exorſi à maritimis, quorum aliqui ſunt, qui in imis, & altiſſimis eius locis primùm continentur, à Græcis πελάγιοι, à noſtris in profundo maris degentes nuncupati. Alij, quòd littoribus, terræque proximas ſedes ſibi elegerunt, littorales appellantur, ſeu αἰγιαλώδεις: alij ſunt, qui C domicilia ſaxis proxima figunt, & ſaxatiles latinè, Græcè πετραῖοι vocantur.

Quod ad primos attinet, ſciendum eſt, quòd ex ijs nonnulli reperiuntur, qui ex mari in oſtia fluminum ſeſe recipientes, aliquid de bonitate naturali ſtatim perdunt; & aliqui fluuiatiles, adeo à marinis eiuſdem ſpeciei ſuperantur interdum, vt ſpecie differre videantur. Scribunt aliqui eum piſcem tam famigeratum, quem ſturionem dicunt, & à Gal. 3. de alim. fac. ἔλοψ, & γαλαξίας appellatur, apud Romanos in maximo fuiſſe pretio, & adeo commendatum, vt ſcripſerit Macrobius, eum à coronatis miniſtris, & tibicine intro ferri ſolitum, & eodem loco tradit, Scipioni quandoque allatum fuiſſe huiuſmodi piſcem, cùmque is vnum, & alterum ex ijs, qui eum ſalutatum venerant, inuitaſſet, pluresque adhuc inuitaturus videretur, in aurem Pontius, Scipio inquit, vide quid agas, Acipenſer iſte paucorum hominum eſt. Hinc deprehenditur, quòd ſturio, qui Acipenſer eſt, apud antiquos Romanos in ſummo honore haberetur. Eſt etiam noſtris temporibus Romæ in vſu, ſed non in tanto pretio, & honore habetur, valdè tamen eſt in menſis Magnatum expetitus. Vveckerius ſcribit ſturionem è mari ſubire flumina, capique in Rhodano, vbi delicatiſſimus, & ſuauiſſimus, bonique ſucci eſt, gulam ſuauiter demulcens; nihilominus inquit carnem D ipſius eſſe duram.

Habetur, & alius percelebris piſcis magnitudine hoc ſuperior in Meſſanenſi freto, non minùs à Magnatibus, & Principibus, atque ſit ſturio exoptatus, à Græcis ξιφίας vocatur; vterque inter magnos piſces reponitur, verùm ſturio à Gal. in genere muſtelarum, ξιφίας inter cetaceos refertur; eſtque Xiphia roſtro mucronato inſtructa, maxilla ſuperiore ad duorum cubitorum longitudinem accedente, quæ valdè dura, & oſſea eſt gladij figuram referens; quocirca ξίφος, id eſt gladius toti piſci nomen à Plinio fuit tributum: à Maſſilienſibus, & Meſſanenſibus *Peſce ſpada* vocatur, qui in vtroque mari Iunio, Iulio, atque Auguſto multi expiſcantur. Galen. lib. 3. de aliment. fac. cap. 26. loquens de alimento, quo vtuntur piſces pelagij, dicebat tale id eſſe, ex quo gigni poſſit, conſiſtentiâ tenuior ſanguis, vt non affluenter nutriat, & celeriùs diſcutiatur;

Digitized by Google

quæ propoſitio intelligenda eſt eodem Galeno docente, per comparationem ad pe- E
deſtria animalia: & particulariùs loquens de γαλεία, ideſt ſturione, ſcribit eſſe in eo-
rum numero, qui carne molli conſtant, reliquæ verò muſtelæ dura magis carne ſunt
præditæ. Eſt re vera, vt Rondeletius ſcribit, ſturio piſcis delicatiſſimus, ſuauiſſimus,
boniq; ſucci, vt non immeritò ab ijs, qui gulæ delicijs dediti ſunt, plurimùm commen-
detur.

Xiphia quoque nulli ex præclariſſimis pelagijs piſcibus primas partes concedit;
nam habet conditiones, quæ à Gal. adſcribuntur ijs, qui ſucci præſtantia reliquos an-
tecellũt: quippe reperitur in hoc Meſſanenſi freto, quod non ſolùm profundum, ſed
etiam ſemper ob continuum fluxum, & refluxum aquarum, & ob ventum gregalem, à
quo magis agitatur, eſt in continuo motu. Cui igitur erit dubium, quin gratus omnibus
exiſtat huiuſmodi piſcis? cùm tali in loco victitet, præclarè alatur, & optimo ſuo ſucco
ſaluberrimi alimenti vices gerat.

Caro eius eſt candida, & pro qualitate partium mollitie, duritie, atq; colore diuer-
ſa; toto enim abdomine albam pulpam, mollem, verùm aliquo pacto glutinoſam præ- F
ſefert, à qua non differt caro pinnis coniuncta, quæ (ab ijs, qui omnes delicias, & vo-
luptates in pretioſis cibis poſitas habeat ob illecebras ſibi inſitas) magno ſtudio, & im-
probo labore inquiritur. Huius etiam loci carnes emaciatis, nec non febre hectica
laborantibus, ſæpenumero obtuli, eò quòd multùm alens, & gultinoſa ſit, quò eius
ſubſtantia propterea faciliùs corpori patientis agglutinaretur, aſſimilareturque. Nec
ſpes me fefellit, nam ſemper feliciſſimo cum ſucceſſu id feci. Vnde poſtea velut re-
ſtaurantia quædam ex ſaccharo, & pulpa huius carnis concoctæ, & contuſæ effici
iuſſi, non ſecus atq; conficiuntur ex pulpa pectoris caponis, vel gallinæ, quæ cùm ſa-
tis idonea experimento comperiſſem, audentiùs affirmare cepi, hunc piſcem eſſe ne
dum eſui ſuauiſſimum, atque gratiſſimum; verùm etiam melioris, ac ſalubrioris ſucci,
quàm ſit ſturionis caro, & in partibus quibuſdam longè ſuauiorem ſturione.

Nulla igitur habita ratione aſſerentium (inter quos eſt Rondeletius) eam quidem
opimè nutrire, ſed eſſe difficilis concoctionis, dico multùm nutrire non poſſe inficia-
ri, at quod difficilis ſit concoctu, repugnat experientiæ; nam in dies animaduertitur, G
vtriuſq; ſexus homines ad libras duas cum dimidia, & eo plus vno tempore menſæ in-
gerere, & tamen nullus eſt, qui de indigeſtione conqueratur; quin imò contrarium
euenire conſtat; qui enim in prandio copioſè hoc piſce veſcuntur, maiori appetitu
cœnam ſumunt, & inſuper tanta auiditate eius vſum appetunt, vt quando ab eſu eiuſ-
dem deſiſtendum ignorent. Me quoq; ſæpenumero his carnibus tum ſolum, tum
ſociatum alijs refeci, non tamen ructus, aut cruditates perſenſi, at ferrentiùs, copio-
ſiuſq; cœna fruitus ſum præter morem, & conſuetudinem aliorum temporum, quibus
ab hoc piſce abſtinueram. His perſpicuè cunctis apparere cenſeo Xiphiæ non
attribui poſſe difficultatem concoctionis, quod adhuc alia (vt plurimas rationes ſilen-
tio breuitatis cauſa inuoluam) argumentatio ſuadet; nam ſi eſſet difficilis concoctio-
nis, in æſtate, quo tempore is piſcis voratur, vel maximè obſeruaretur; tunc enim ca-
lor naturalis per omnia corporis membra ob aëris ambientis caliditatem eſt diffuſus,
& ventriculus aliquo modo calore deſtitutus ordinario, tamen contrarium apparet.
Cuius rei veritatem conſiderans diuinam admiror prouidentiam; quemadmodum H
enim nihil inconſultò agit natura, ita in hac parte ne latum quidem capillum aberra-
nit, quia cùm intuitiuè noſcat hoc ſolum homines calidæ, & ſiccæ qualitatis producere,
re, vt plurimùm, qui æſtate ad reſtaurandas vires contrarijs qualitatibus egeant, piſce
hoc, in quo frigiditas, & humiditas tũ alimẽtoſa, cũ medicamentoſa ineſt, eos donauit.

Nec propterea in ea opinione verſor, quòd ſecundùm omnes partes ſit æqualis;
ſed, (vt etiam ſuperiùs dixeram) pro diuerſitate partium & mollior, & craſſior exi-
ſtat. De abdomine dictum eſt, ex qua carne conſtet; quod ad dorſum attinet, craſſi
ſucci, nec tam facilis concoctionis eſt; multum tamen, & ſolidum alimentum præſtat.
Ad magnitudinem quod ſpectat, exiſtimo multis vicibus excedi ſturionem à Xiphia,
quia octo, & nouem cubitorum plus, minuſuè ſæpius in Meſſanenſi foro piſcario repe-
ritur. De hoc piſce Aelianus lib. 12. cap. 64. hæc verba ſcripta reliquit: *ξιφίας non
modò cùm cibi inopia vrgetur, mucronati roſtri concurſu piſces interficit atque exeſt,*

ſed

A *ſed etiam maxima vete propellit, & vlciſcitur, non quidem armis ex ferro confectis, ſed natura comparatis, vt ij, qui magnitudine proceſſerunt contra nauem, mucronem in eam defigentes venire audeant*. Ex ijs, quæ Rondeletius ſcripſit, colligere licet, etiam in mari Maſſilienſi reperiri piſces huius ſortis;nam refert in partibus ſuis piſcatores ſummè pertimeſcere Xiphiam, quia ſi in retia incidat,roſtro ſuo capiti præfixo omnia diſrumpit; hinc plura damna infert, quàm ex eius acquiſitione commoda ſperanda eſſent.

Verùm in maris Meſſanenſis ſinu piſcatores longè peritiores ſunt; exigua namq; adhibita opera Xiphiam irretiunt inuento ſuo ingenioſiſſimo: cùm enim eam mucrone retia diſſoluere perſpectum habeant, alijs technis agendum putarunt;quare nauem mediocrem, & cymbam ad hoc negotium requirunt: nauis ſemper conſiſtit, nec ſe loco mouet, ad ſpeculationem deſtinata, ex qua cùm ſpecula fieri debeat, malum inſtar ſcalarum præparant, vt aſcenſu ſit facilior, cuius apicem piſcatorum aliquis conſcendit, & oculos in omnem partem ſedulò retorquet, conſpectoq; piſce ſimili, B profert aliquot verba græca corrupta,&c (quæ piſcem vulgus credit intelligere,) *patelli, patelli*. Quod vbi factum, ſine mora omnes reliqui piſcatores labori ſeſe accingunt,& cymbam,quam lintrum vocitant, quatuor de induſtria paratis rèmis inſtructam, quantò otiùs impellentes ad locum exploratum properant, haſtamq; ſecum oblongam vehunt, in extremitate ferro arte, & ingenio reperto munitam, qua etiam acutam cuſpide, hami in modum factam; quam,vbi ſe poſſe aſſequi piſcem hunc ſibi perſuadent, vnus ex ijs,qui dexterrimus ſit, manibus iacit, inq; carnem eius immergit: renitente Xiphia, & piſcatoribus trahentibus, reflexiones hamoſæ, ſe taliter viſceribus eius intricant, vt non niſi præciſione recipi valeant. Illa verò cùm vi facilè trahi non poſſit, hanc ob cauſam haſtæ alligant longiſſimum funem, ſemperq; prolongant, ad vnum, & alterum milliare interdum morem gerendo, donec aut emoriatur, aut ex vulnere debilis,viribuſq; exhauſtus refrænari queat. Cùm autem,vt ex Macrobio demonſtratum eſt γαλαξία tanto in honore apud Romanos, ac exiſtimatione verſatus fuerit; C & ξιφίας eam longiſſimo interuallo excellentiâ poſt ſe relinquat, quibus laudum, ac honorum titulis erit afficienda? haud dubiè meritiſſimo iure ei Græci, & Romani faſces ſubmittent, dignaq; iudicabitur, quæ non ſolùm à coronatis miniſtris feratur, ſed ipſamet ſerto redimita, (cùm tantum commodi hominibus præſtet) tympanis,& tubis celebretur.

Reperiuntur præter Xiphiam in pharo Meſſanenſi duo alij piſces fama celeberrimi, Muræna, & Anguilla, quæ per antonomaſiam quandam vocantur anguilla, & muræna phari, qui non modò hoc tempore, quo Xiphiæ in hoc mari reperiuntur,verùm ſemper, & toto anno expiſcantur. ſunt piſces gratiſſimi, & iucundiſſimi ſaporis, magis tamen anguilla, quæ etiam longè facilioris præparationis in cibum eſt, quàm ſit muræna; nam ad hanc præparandam pulcherrimo,& elegantiſſimo artificio eſt opus, cùm tota ſit referta per ſuam ſubſtantiam ſpinulis infinitis: reperiuntur tamen coqui, qui ipſius totam pulpam à ſpinulis decerpunt, atq; ſeparant; id quod tamen videtur aduerſari opinioni Galeni, qui lib. 3. de alim. fac. cap. iam citato apertè D ſcripſit maritimos piſces non eſſe tot ſpinulis refertos, & dicit id eſſe proprium eorum piſcium, qui degunt in fluminibus, & dat exemplum de mugile, qui cùm ſit ancipitis naturæ, nempe alius degat in mari,alius in fluminibus, qui degit in mari caret ſpinulis, in fluminibus verò exiſtens habet plurimas: hæcque ſunt verba Galeni.

„ *Mugil verò omnium maximè aquis vtriſque vtitur, eaque ipſius natura eſt, vt à mari*
„ *longiſſimè diſcedens aduerſo flumine natet. Hic quidem mugil innumeras,ac paruas ſpinas*
„ *non habet, vti nec alius quiſquam marinorum, qui verò ex fluuijs,aut ſtagnis mare ingredi-*
„ *tur, non ſecus ac congeneres, plenus eſt huiuſmodi ſpinarum: nam omnium ferè piſcium ea-*
„ *ro, qui in ſtagnis,aut fluminibus gignuntur, tenuibus ſpinis plena inuenitur, quas nullus ma-*
„ *rinorum piſcium habet*. Sed quod murænæ, & anguillæ in hoc Meſſanenſi freto ſemper fuerint,& in delicijs habitæ,demonſtrat his verbis Macrobius lib. 3. Satur. cap. 15. *acceſſebantur*, inquit, *murænæ ad piſcinas noſtræ Vrbis ab vſq; freto Siculo, quod Rhegium à Meſſana deſpicit*, (illæ enim optimæ à prodigis eſſe creduntur) tam murænæ,quàm anguillæ, & vtræque ex illo loco πλωταὶ, latinè flutæ vocantur, quòd in ſummo

ſuper-

ſupernatantes ſole torrefactæ curuare ſe, & in aqua mergere deſinunt, atque ita faci- E
lè capiuntur. Sed hæc obiter de Xiphia, muræna, & anguilla, quæ in hoc pharo
Meſſanenſi capiuntur, de quibus niſi aliquid ſcripſiſſem, oſtendiſſem me prorſus non
curare ea, quæ ab hominibus remotiſſimis locorum interuallo expetuntur, quæ etiam
ſcitu digna, & grata eſſe queunt.

De alimentis, quæ à piſcibus deſumuntur, non hac ratione ſermonem inſtitui, vt
particulariter de eorum vnoquoq; agerem, ſed in genere innuerem, vt quiſque illis pi-
ſcibus, qui ſunt boni alimenti poſſet vti, cauere autem eos, qui alimentum prauum
ſuggerunt. Sūmatim igitur loquens dico, quòd piſces, qui in mari degunt, nimirum pe-
lagij, ſunt omnes boni ſucci, ſed longe melioris ſunt illi, quos ſaxatiles appellamus,
inter eos medij cēſentur littorales. Fluuiatiles rarò habent bonos ſuccos, nihilominus
Gal, ex piſcibus degentibus in fluminibus rapidis, vbi aqua eſt limpida, & clara, ſcripſit,
aliquos reperiri boni ſucci, vt in Tyberi antequam Romam ingrediatur, & in Nare an-
tequam Tyberi miſceatur. In agro noſtro Bononienſi eſt flumen quoddam Rhen no-
mine appellatum, quod aliquot piſces boni ſucci antequam adeat Bononiā, nutrit, nam F
flumina, quæ tranſeunt magnas Ciuitates, ſunt receptacula omnium immunditiarum:
quare piſces in ipſis victitantes, quemadmodum ſunt Tyberini, qui Roma vſque ad
mare reperiuntur, ſunt prauæ coctionis, & mali ſucci, vtpote qui nutriuntur ex mul-
tis immunditijs: quemadmodum etiam, & illi, qui in lacubus, & paludibus degunt.
Et hæc de alimentis, quæ à piſcibus deſumi poſſunt, qui cupit rem hanc particularius
habere, recurrat ad Gal. 3. de alim. fac. ſæpè citatum locum, ad Rondeletium, ad Vve-
ckerij ſyntaxim, ad Godefridum Imperatoris Medicum; atque hæc mihi pro inſtituto
meo ſufficiant.

At equidem conſilium cepi afferre nutrimenta omnia, quibus homines, & ſani, &
ægri veſcuntur, & ea diuiſa eſſe diximus in alimentum ſimpliciter, & alimentum medi-
camentoſum: & rurſus aſſeruimus alimentum ſimpliciter deſumi, & ab animali-
bus, & à plantis; hactenus oſtendi vobis, quæ alimenta ſumantur ab animalibus tam
terreſtribus, quàm aquatilibus, modò opus eſt, vt videamus, quænam ſint alimenta,
quæ deſumuntur à plantis, dicturus poſtea de alimentis medicamentoſis. Huiuſmo- G
di alimenta à plantis, quædam ſunt, quæ deſumuntur à ſeminibus, alia à fructibus, alia
à folijs, & germinibus, alia à radicibus. Quæ deſumuntur à ſeminibus, quædam ſunt
quæ dicuntur cerealia, alia legumina: cerealia ſunt, triticum, hordeum, typha, olyra,
zeia, auena, milium, panicum. Legumina verò ſunt oriza, lentes, fabæ Aegyptiacæ,
piſa, ciceres, lupini, fœnum græcum, phaſeoli, eruilia, cicerculæ, araci, dolichi, oro-
bum, ſeu æruum, ſeſamum, eryſimum, papaueris ſemen, lini ſemen, orminum, agni,
ſeu viticis ſemen, aphacis, & viciæ ſemen, alienigena: de his omnibus tractat Gal. lib.
1. de alim. fac. qui diuiſus eſt in duas partes, in prima parte tractat de cerealibus; in
ſecunda de leguminibus.

Primas partes obtinet inter cerealia triticum, quòd corpus valde nutriat, inſigne
robur ferens ijs, qui ipſo vtuntur, & eſt Ariſt. teſte proprium hominum alimentum, id-
que præ cæteris eſt optimum, quod maturum eſt, mundum, pingui terra natum, trime-
ſtre, fractu contumax, adeoque ſubſtantiam compactam habet, vt dentibus vix diuidi
queat, 1. de alim. fac. cap. 2. tale enim frumentum exigua mole corpus plurimùm nu- H
trit, quæ verò huic ſunt contraria, quæuè dentibus facilè quidem franguntur, fractaq;
rara, ac laxa apparent, magna mole exiguum reddunt alimentum. Ex huiuſmodi tri-
tico fiunt varij panes, quos eodē capite proponit Gal. tum in alijs capitibus; prima ſpe
cies panis, quæ à Gal. proponitur, eſt panis, qui pityrias, id eſt furfuraceus appellatur,
parùm quidem alit, & ventrem multis excrementis implet, ipſum ſubſidere facit ob
copiam furfuris habentis deterſoriam facultatem, à quo irritantur inteſtina, & fit ce-
lerior deiectio. Alius panis ei contrarius, qui fit ex optima farina, furfure eiecto, &
panis puriſſimus ſiligineus appellatus, plurimùm ponderis exigua ſub mole habens,
omnium panum tardiſſimè deiicitur. Tertius ſimilaceus dicitur, non ex puriſſima fa-
rina, ſed qui aliquam portionem furfuris admittat. Poſtremus appellatur à Galeno
αὐτόπυρος, Medici verò Galeno antiquiores appellabant συγκομιστὸς: eò quòd tota tritici fa-
rina nulla ſui parte adempta in panificium cedat; nam ad ipſos conficiendos farina
nuſquam

A nuſquam à furfure ſeiungitur. Verùm & inter ipſos, qui ad vnguem medij inter furfuraceos, & quam puriſſimos panes eſſe videntur, non parua eſt pro tritici naturâ differentia; ſi quidem ex denſo, & graui tritico præſtantiores, ex laxo autem, aut leui panes fiunt deteriores.

Cæterùm panes accipiunt differentiam à coctura; nam concoctu facillimi videntur eſſe illi, qui plurimùm ſunt fermentati, & pulcherrimè ſubacti, & in clibano igne moderato aſſati; ignis enim, vt inquit Gal. ardentior primo ſtatim occurſu ſuperficiem externam circumurens in teſtæ modum indurat, vnde dupliciter panis tũ redditur prauus; primùm quidem deinde, quòd partem internam habeat crudam, atq; illaboratam; verò, quòd externam ſiccam habeat, præaſſatam, ac teſtaceam. Porro ignis moderato remiſſior panem minus bellè elaborat, ſed ipſum crudiorem relinquit, & maximè partem omnem eius internam: qui verò panes in igne moderato, & idoneo ſpatio æquabiliter aſſati fuerint, ij tum belliſſimè in ventriculo concoquentur, tum ad cæteras actiones, quæ coctionem conſequuntur, erunt accommodatiſſimi. Peſſi-

B mi autem panes ij cenſendi ſunt, quibus nihil memoratorum antè adeſt.

Sed hoc loci non indignum conſideratione eſt, quod ab eodem Gal. ſcribitur de pane, quem lotum appellat: quid autem nomine huius eloti panis voluerit intelligere nullus ferè Authorum eſt, qui pertractet, nec qui interpretetur ipſius contextum. Scribit igitur panem elotum eſſe minoris alimenti cibum, ſed qui ab obſtructionis noxa abſit, ſiquidem panis hic ſuccum habet minimùm craſſum, ac lentum, vt qui ex terreſtri aëreus ſit factus. Porrò eius leuitas apparet, cùm per ſtateram, tum quòd in aqua non ſubmergatur, ſed inſtar ſuberis ſupernatet: quatuor itaque pani loto conditiones adſcribit; prima eſt, quòd hic panis parum nutriat; ſecunda, quòd ſuccum habeat minimè craſſum, & lentum, atque ita non obſtruentem, cùm ex terreſtri aëreus ſit factus; tertia, quòd per ſtateram leuitas ipſius appareat; quarta, quòd in aqua non ſubmergatur, at ſuberis in modum ſupernatet. Perquàm difficilè ſanè eſt diuinare, quæ ſit Gal. mens hac in re; non enim poſſumus dicere elixum, quo vtimur, quotidiè, eſſe panem lotum Gal. nam parandi vtriuſque modus eſt diuerſus: elixantur ſæ-

C piſſimè in iure panis fruſtula, & micæ in ſanorum, ægrorumque vſum, atque ea elixatione calor ignis in imas quaſque partes panis ſeſe inſerens ipſum attenuat, & ab aqua humorem in vniuerſam eius ſubſtantiam perducente laxitas illi, & tenuitas, mollities, atque ei, quæ in ventriculo celebratur, concoctioni facilitas profectò comparatur: nec tamen propterea acquirit illas conditiones, quæ Galen. pani loto tribuuntur. Rurſum frequentiſſimè panis frigida aqua maceratur paululùm, deinde effuſa aqua exprimitur, & vel noua aqua, vel alio liquore madefactus ad reficienda ob æſtum, aut febris calorem immoderatum defeſſa corpora vſurpatur. Ita namque frumenti, aut tritici connata caliditas aquæ frigiditate obtundi, mollior, ac minùs tenax reddi exiſtimatur, id quod ad liberiorem innati caloris, qui ventriculo inſidet penetrationem, atque ad concoctionem plurimùm conducit. Verùm nec panis ſic præparatus dicendus eſt eſſe panis Gal. elotus nominatus, vt liquidò conſtat.

Noſtris temporibus duæ adhuc panis ſpecies ſunt in vſu, prima eſt, quam paſſim lautiores menſæ magni faciunt in modum ſpongiæ cauernoſam, à Plinio panem par-

D thicum vocatum, qui ſanè, & ſupernatat aquæ, & pari mole alio pane leuior eſt ad ſtateram, qui vulgariter panis *Buffetto* vocatur: altera ſpecies panis eſt illa, quam *biſcotto* vocant; ſed vtraq; ſpecies habet difficultates: & primò panis buffettus non videtur eſſe panis lotus; nam ſi Gal. verba perpendantur, panis eloti proxima materia eſt panis ipſe iam factus, at materia panis buffetti eſt farina aquæ admixta, & optimè pinſita, vnde tenuitas, & leuitas illi comparatur, quocirca omninò differunt. Deinde neq; biſcoctus talis eſſe dicendus eſt; nam ſiue efficiatur ex pane in aqua iam calente, vt ait Auicen. ſiue in aqua frigida, vt vulgaris eſt vſus, abluto, & in furnum, quouſque exaruit, iniecto, nunquam ſibi vendicabit conditiones, quæ pani eloto competunt.

Attamen putat Ioannes Bernardius vir per quam doctus, & conciuis meus nullum poſſe eſſe alium panem elotum, quàm panem, quem vulgò piſtores *buffetto* corrupto nomine, quaſi lymphatum appellant, cùm panis iſte notas omnes habeat, quæ à

Gal.

Digitized by Google

Gal. eloto adſcribuntur; eſt enim primùm aëreus, calidus ſcilicet, & humidus, ſuper- E
natat aquæ inſtar ſuberis, ad ſtateramq́; cæteris panibus eſt leuior: dumq́; Gal. com-
parat panem elotum cum cæteris panibus, de illis loquitur, qui vnica coctione paran-
tur, inter quos hoc genus panis reponi poteſt, qui eſt reliquis concoctu facilior: vnde
in communi vſu eſt apud nobiles, qui etiam ſolent, vt gutturi gratior, minuſq́; coctio-
ni contumax reddatur, ſuperiorem, & inferiorem cruſtam auferre, hocq́ue panis ge-
nere ferè omnes febricitantes veſcuntur, & pro ferculis parandis vtuntur. Deinde in
hoc pane parando maiorem, & ferè in dupla proportione fermenti quantitatem ap-
ponunt, quàm alio in pane: præterea affuſa plurima aqua ita farinam abluunt, permi-
ſcent, & ſubigunt, vt in teneram, mollem quandam maſſam redigant, quam dehinc
diutius ſubactam in tibiculatos panes diuidunt, qui vbi in æſtuario fermentati fue-
rint (quod ſpatio breui fit) probè in clibano coquuntur, quòd partes craſſæ, & ter-
reſtres abſumantur, leuis itaq; & aëreus efficitur ſic panis, at minoris (vt Galen. cum
Paulo aſſerunt) alimenti cibus eſt, habita relatione ad reliquos panes, optimi tamen
ſucci, nulloq́; lentore præditi, ob idq; meritò cæteris præferendus. F

At non probo rationes, quas adducit Bernardius, & primò cõiectura, quã aſſumit à
nomine Buffettum, quaſi limphatum, nõ videtur quicquã concludere; nã in vſitato lo-
quẽdi modo apud vulgares nõ habetur vox limpha, ſed aqua, vnde vinum non limpha-
tũ, ſed aquoſum vocãt, ita huiuſmodi panis potiùs aquatus, quàm limphatus diceretur.
Secundò illæ conditiones, quæ adduntur à Bernardio pani Buffetto, Gal. non adſcri-
bit ſuo pani eloto; Buffettus enim eſt aptus nutritioni, lotus verò eſt cibus minoris ali-
menti: deinde lotus ſuccum præbet minimùm craſſum, ac lentum, vt qui ex terreſtri
aëreus ſit factus, Buffettus verò exterius quidem exiccatus eſt, at intus medullam hu-
midam habet, nec ex terreſtri aëreus eſt factus. Cruſta igitur terrea, & dura, medul-
la autem aquea cenſenda ſunt, vt experientia demonſtrat; nam ſi accipias panem Buf-
fettum deſtitutum ſua cruſta, adeo breui rudidus fit ad palatum, vt vno tranſacto die
vix poſſit comedi, vel ſaltem cum difficultate, quia ſcilicet partes aqueę reſoluuntur ab
aëre, & conſumuntur, quod non contingeret pani loto, qui iam ex terreſtri aëreus ſit
factus. Negari tamen non poteſt, quin ſpongioſo huic pani aliquæ dotes non conue- G
niant, quas loto Gal. attribuit; nam & aquæ ſupernatat, & ad ſtateram cæteris pani-
bus eſt leuior: non propterea tamen dici poteſt, quod ſit idem cum pane loto, cuius
meminit Galen. Ad id verò, quod dicitur panem elotum ex ijs eſſe, qui ſemel tantùm
coquuntur, inquirendum eſſet, cur de eo non egerit Gal. vbi de pane generatim ſcri-
bit nempe cap. 2. ſed distulit de eo loqui poſt tractatum generalem de pane, de bel-
larijs, de itrijs, priuatamq́; de ipſo cap. 5. tractationem propoſuit? Signum quidem eſt
differre ab omnibus ſpeciebus panis, quas 2. cap. attulit: liceat mihi igitur conclu-
dere elotum panem veterum non ſpongioſum illum, qui ex farina fit, ſeu quem
particum ſupra appellauimus eſſe: modò videndum eſt, an nomine eloti panis biſco-
ctum intelligere valeamus.

Coſteus autem putat panem lotum eſſe panem nauticum, quem vulgus hodie appel-
lat Biſcoctum; ſuamq́; opinionem in hunc modum probat, panis elotus veterum non
ex maſſa illa, quam (etiamſi nondum ſit cocta) panem vocant, ſed ex pane iam co-
cto, & antea abſoluto paratur, vt ex Gal. apparet. Quod ex maſſa incocta, & abluta H
fiat panis, experientia demonſtrat; ſolent enim quidam alicubi locorum buccellas
nondum cocti panis feruenti aquæ immergere, id quod aliquam ijs leuitatem, & tene-
ritatem conciliat; ipſorum namq; ſubſtantia calore aquæ attenuatur, & rareſit, ac len-
tor inde interioris humoris per furnacei caloris facultatem infringitur. Cæterùm,
quod proxima eloti panis materia non ſit hæc paſta, patère poteſt ex eo, quòd panis
ex ea factus, licet pari farinæ portioni plus aquæ adiungatur, quàm in conficiendis alijs
adijciatur, tamen in eo parando non eſt aliquid artificij, cur elotus dicatur. Artifi
cium quidem elegans requiritur noſtris temporibus, dum panem biſcoctum parant;
nam coctum antea panem poſtquam aliquandiu in aqua macerarunt, clibano rurſus
imponunt rarefaciendum, ex quo leuior redditur, & vini, aut aquæ liquori ſupernatat,
ac inſuper minùs alit, quæ ſunt conditiones tributæ à Galen. ſuo pani eloto, nempe vt
leuis ſit, & aquæ ſupernatet, qui etiam iam depoſito lentore aliqua ratione friabilior
efficitur, & à noxa longiſſimè abeſt.

Verùm

Digitized by Google

A Verùm ſi experientiam conſulamus, videbimus panem hunc biſcoctum eſſe ventriculo imbecillo noxium, atq; grauiſſimum, imò verò eos quaſi ſtrangulari obſeruamus, qui hunc panem auidiùs aſſumunt: at panis elotus Gal. eſt facilis ad coquendum, & multi alimenti: quare panis biſcoctus noſter non videtur eſſe panis elotus veterum. Reſpondet Coſtæus huic obiectioni dicens aliud eſſe panem biſcoctum cum duritie, aliud verò ipſum conſiderare duritie ablata: primo modo affert huiuſmodi inconuenientia: Secundo verò, videmus eum ſuperare omnis generis panem coquendi facilitate, & minimè omnium ventriculo grauem eſſe. Sed poſterior pars diſtinctionis non facilè conceditur, veriſſimum tamen eſt, quòd biſcoctus duplex eſt, vnus ex tota farina factus, vt ille eſt, quo mancipia in triremibus veſcuntur, & qui in mari verſantur, & hic inſignis eſt nutrimenti, cùm duæ vnciæ magis nutriant, quàm alterius panis vnciæ quatuor. Alter eſt, qui ex ſimilagine fit, vt is, qui Piſis efficitur, & ad nos transfertur, qui etiam magni eſt nutrimenti, ſicut quotidiana experientia atteſtatur, quocirca neuter dicendus eſt panis lotus, qui minimum alimentum præſtat.

B Eſt tandē, & panis ille Regalis, vel Hiſpanicus vocatus, ſed hic conſtat luteis ouorū, ſaccharo, & ſimilagine, ægrotis loco reſtaurātiū cōceditur, eò quòd magni ſit nutrimēti; vnde nec ipſe dicendus eſt panis lotus Gal. Quid igitur mihi ſtatuēdū in hac materia veniat, vix quicquā habeo, niſi vellemus dicere panē elotū illū eſſe, quē Veneti Buccellatum vocāt; eſt enim Buccellatū panis paruus, albus, leuiſſimus ad ſtaterā, ſupernatans ſuberis in modū in vino, aut in aqua poſitus, non tamen ſemper ſupernatat, ſed per aliquod temporis ſpatium, deinde veluti ſpongia humorem attrahit, vt facilè abſq; maſticatione ferè deglutiri poſſit, eſtq; facilis coctionis, optimi ſucci, & pauci alimenti.

De alimentis à plantis deſumptis. Cap. III.

Subſequuntur placentæ Græcis [illegible] dictæ, Atticè [illegible]. Aſiaticè [illegible] parantur hæ ex farina multa aqua imbuta, & in oleum iniecta, vt concoquantur, quemadmodum videre vnuſquiſq; poteſt apud Gal. prim. de alfac. c. 3. Sunt modò à Gal. dicta Itria, quorū ſcribit duplicem eſſe ſpeciem, & præſtantiora vocari rhyemata, deteriora verò lagana appellat: quę omnia ex his, & ſimilagine componuntur, craſſi ſunt ſucci, & tardè permeant. Primę ſpeciei illa ſunt, quę *maccaroni* à noſtris dicuntur, ad quos referūtur, & *vermicelli* dicti, quorum vſus, & eius frequentiſſimus eſt in Sicilia, duo ſunt loca huius Regni, in quibus fama eſt, vermicellos fieri præſtantiores, Drepanum nēpe, & Sacca, excellētiores profectò ſunt, qui fiunt Saccæ, & niſi Meſſanę artifices lucri maioris cauſa ipſos adulterarent addentes ſimilagini farinā, cæteris omnibus anteirent; nam in illis faciendis egregio artificio vtuntur, vt vix deſcribi poſſit: vbi vermicelli ſunt probè confecti, ſæpè loco panis triti ægrotantibus non ſinè vtilitate offeruntur, & in iure cocti ita intumeſcunt, vt ex minima illorum portione fiat integrum ferculum: ex Meſſaneſi hac Ciuitate cadi integri, & ciſtæ his repletæ per Italiam, & remotiſſimas partes mundi feruntur, præſertim menſe Auguſto, cùm nūdinę hic omniū ditiſſimę, & opulētiſſimæ celebrātur; ſpatio. n. decē, & ſeptē dierū, plura cētena aureorū millia expēdūtur, & triremes, quæ ex varijs partibus

D quotannis confluunt, hinc oneratæ ſerico præſertim, & alijs mercibus recedunt.

Ad triticum ſpectat alica, ſeu chondros à Græcis dicta, & amylum: alica valēter nutrit, ſuccumq; habet lenem ſiue in aqua duntaxat, ſiue cum mulſa, aut vino dulci, aut alio modo parata ſit. Sed hoc loci quid nomine alicæ Gal. dicere voluerit, vix intelligitur, cùm tamen admoneat à Diocle, & Philotimo alicā fuiſſe appellatam ptiſanā triticeam, & lib. 2. de dięta Hippoc. ſcripſiſſe panes ex alica factos plurimi eſſe alimēti, ſed minus ſubſidere. Ex Plinio habemus lib. 18. c. 2. antiquos gypſum nec non & albā arenā ſimul cum alica admiſcuiſſe, & Dioſcorid. lib. 2. c. 89. ſcribit alicā fieri ex zea, quam Dicocon vocant, ita vt res quædā arte facta videatur, & longè differēs ab eo farre, quod Itali ex tritico trito, & exiccato faciunt: Dalechamp. lib. 4. de hiſt. plant. ſcribit, tam in Italia, quàm in Sicilia fieri, & farrum appellari, cum tamen ſemper obſeruauerim hic Meſſanæ, far illud Neapoli huc deferri, idq; ex hordeo factum eſſe omnes dicunt, eſtque in vſu pro infirmis, non pro ſanis, & quamuis communiter omnes Medici eo vtuntur

loco ptiſanæ, mihi tamen ſuſpectum fuit, an huiuſmodi far ſit factum ex tritico, E
an ex hordeo; videtur enim maiorem ſimilitudinem habere cum tritico, quàm cum
hordeo, neque vnquam eo vtor, ſed hordeum vernaculum accipio, & ex ipſo iubeo fie-
ri ptiſanam; nam cùm illud factũ præſupponatur ex alica, & ſcio Gal. lib. de attenuan-
te victus ratione, c. 6. ſcriptum reliquiſse alicam craſſum, & lentum ſuccum generare,
ideo ab eo abſtineo. Triticum elixum, & in aqua decoctum difficillimæ, & duriſſimæ
eſt digeſtionis, vt in ſe ipſo expertus eſt Gal. dum cum diſcipulis ruri eſſet: triticum
manſum morſibus canum impoſitum maximè fauet.

Amylum ſimilem panibus lotis habet facultatem; minus enim ijs non lotis corpori
præbet alimentum, & non calefaciens, quemadmodum neque calefaciunt illi, cùm ta-
men cæteri panes calefaciant: in ſumma optimus panis ex tritico factus, ſaluberrimus,
& optimus eſt homini, neq; iuueni, neq; exercitationibus dedito, qui tum ſalis, tum fer-
menti habet plurimùm, quiq; valde antequam formetur ab artifice, & aſſetur, ſit ſuba-
ctus, & in clibano mediocriter calido aſſatus vllum affert nocumentum, hæcque ſint
dicta de tritico, & de ſpeciebus panis, quæ ex ipſo fiunt ex Gal. F

Succedit modò hordeum, ex quo fiunt ptiſana vocata, panes hordeacei, polenta,
græcè ἄλφιτον dicta, nec non, & maza: huiuſmodi ſemen in frequentiſſimo apud homi-
nes eſt vſu, neq; eandem cum tritico habet facultatem, ſiquidem triticum aperte ca-
lefacit, hoc verò non modò non calefacit, ſed quocunque modo in vſum ponatur, ſiue
ex ipſo panes fiant, ſiue ptiſana, ſiue polenta, quandam vim ſemper refrigerandi ha-
bere cernitur. Differt quoque à tritico ratione ſucci ab vtroq; genito; nam triticum
craſſum, & lentum, hordeum verò tenuem, & nonnihil deteriorium ſuccum in nobis
generat: quoquo modo igitur hordeum præparatum fuerit, nunquam noſtrum corpus
calefaciet, ſed variè pro parationis modo refrigerabit, exiccabitque. Panes ex hor-
deo facti ſunt non ſolùm triticeis, verùm etiam olyrinis, & multò magis typhinis fria-
biliores, nihil in ſe lentoris, vt alij panes habent, ex quo conſpicuum eſt, exiguũ corpori
noſtro adferre nutrimentum. Ex recenti hordeo frixo mediocriter fit laudatiſſima po-
lenta, quæ ſi rectè ſit facta, boni eſt odoris, eaq; ſuaueolentiſſima, quæ ex optimo, ac re-
centi hordeo conficitur. Sunt aliquæ gentes, quæ polenta pro pane vtuntur, exiguum G
tamen fert alimentum corpori, ijs præſertim, qui defatigantur. Maza, vt panibus hor-
deaceis ęgriùs concoquitur, ita magis ventriculum flatu implet, in quo etiam ſi diutiùs
manſerit, turbationem excitat: ſuccus craſſus, glutinoſus, frigidus, & vitreus ex omni
maza producitur; ſuccum vitreum Praxagoras pituitam vitream appellauerat.

Inter cerealia à Galeno ponuntur typha, olyra, zeia; milium, & panicum, ex quibus
fieri panem ſcriptum reliquit, vnde panes alij dicũtur typhini, alij olyrini: calidi panes
ex laudatiſſima typha facti olyrinis ſunt meliores, ex zeia, ſeu ex ſpelta panes fiunt mi-
nus nutrientes, quàm illi, qui ex tritico efficiuntur. Fiunt quoq; ex auena à Græcis βρόμος
dicta: huius ſemen frequentiſſimum, & vſitatiſſimum eſt in locis tranſalpinis, & quam-
uis interdum huiuſmodi panibus veſci neceſſariũ ſit, quemadmodum contingit in an-
nonæ caritate, eſt tamen alimentum, quod magis brutis animantibus conuenit. Fiunt
etiam panes ex milio, & panico, qui exigui ſunt alimenti, & frigidi; qui fiunt ex milio
ſunt præſtantiores ijs, qui fiunt ex panico, ſuauiores quoq; & faciliores ad coquendum:
tempore penuriæ etiam in noſtris partibus pro ruſticis parantur, & venduntur huiuſ- H
modi panes: & hæc de cerealibus.

Scribit Gal. hoc in loco legumina, ea cerealia ſemina appellari, ex quibus non fit pa-
nis, vt fabæ, piſa, &c. tamen apud nos, & in tota Italia, defectu tritici panes ex farina fa-
bacea, & lupinorum fiunt, & venduntur; ſcio enim anno 1590. & 1591. fuiſſe tantam
penuriam Bononiæ, vt huiuſmodi panes publicè venirent; imo verò Senatus pientiſſi-
mus, & in pauperes liberaliſſimus expendit eo anno pluſquàm centum millia aureorũ;
nã vnicuiq; ſingulis diebus, ex pauperibus, offerebatur tanta portio panis, quanta ad ſu-
ſtentationẽ eius requirebatur, ad quod negotium conſtituerunt certos piſtores, & de-
terminatos diſtributores, qui ſtatim atq; teſſeram (illis ſerlinũ dictum) Ciuitatis con-
ſpexerant, panem elargiebantur; atq; per integrũ annũ hæc annonę caritas perdurauit.
Ex alijs leguminibus nõ tã facilè videtur poſſe fieri farina, & per conſequẽs nec panis.
Oriza à Gal. 2. de al. fac. c. 9. cõparatur alicæ dicens eam difficiliùs alica cõcoqui, minùs

nutrire,

Digitized by Google

A nutrire, aluum ſiſtere, & minùs ſuauem eſſe: præterea ſi excolatur, velut de alica dixit
idem Gal. faciliùs cremor ipſius concoquitur: admiſto autem melle, aut ſaccharo ſua-
uius edulium eſt; difficillimum eſt cognoſcere, quando oriza exactè cocta ſit teſte
Cardano lib. 2. de ſan. tuen. cap. 11. dicit tamen his ſignis poſſe cognoſci, quòd granum
longius euadit, candidius multò, mollius, ac ſuauius: ſed antequam coquatur calida
aqua ipſam abluere ſæpius præſtat; nam multùm ſecum habet puluerulenti, quod
omninò noxium eſt. Ex oriza fit cibus ille Hiſpanorum ſummopere commendatus,
quem album vocant, conſtat ex farina orizæ, carne capi, amygdalarum lacte, ſucco
limonis, & ſaccharo plurimo.

Lentes mediocriter nutriunt, ſed ſunt praui, & melancholici ſucci. Cortex ipſarum
habet facultatem adſtringēdi, pulpa verò, quæ ipſarū eſt quaſi caro, craſſi eſt ſucci, atq;
terrei auſteram qualitatem habens, ſed exiguam, contra autem cortex multę auſterita-
tis eſt particeps, ſuccus in ipſis eſt adſtringenti contrarius; quocirca ſi quis eas in aqua
coxerit, dein aquam ſale, aut garo, & oleo conditam ſumpſerit, aluum deijcit. Subſtan-
B tia autem concocta facultatem habet ſucco contrariam, vt quę ventris fluxus ſiſtit; ſto-
machum, inteſtina, & totum ventrem corroborat, quamobrem cœliacis, dyſentericis
cibus eſt accomodatus, mēſtruis purgationibus non eſt aptus; tardiſſuum enim, & craſ-
ſum ſanguinem reddit: at muliebri nuncupato profluuio eſt cibus vtiliſſimus, vnde non
poſſum ſatis mirari eos, qui in variolis ipſis tam frequenter vtantur, dicentes ab his fie-
ri, vt materia, quæ in venis eſt, ad cutem extrapellatur, id quod minimè haberi poteſt;
hinc Cardanus ſcriptum reliquit nullum poſſe eſſe Medicum rationis participem,
qui lentibus ægrotantes pleuritide affectos alat, aut varioſas patientibus lentes ſubmi-
niſtret: quiquè declinante morbo eas dederit ægrotanti, & ſequenti die obierit, mor-
tis cauſam fuiſſe Medicum cenſendum eſt.

Fabæ ægyptiæ ſunt humidæ, & valde excrementitiæ: faba verò noſtra ſicca potiſ-
ſimùm: at ex Gal. lib. 1. de ſimp. med. fac. frigida, & ſicca eſt ferè in primo gradu, ex qua
edulium admodum flatulentum paratur: ipſam flatulentam eſſe argues; nam ſi per tres
dies quis eam coxerit, nunquam hoc flatu expoliabitur, referente Gal. eod. lib. 1. de
C vict. rat. in morb. acut. confert pectoris, & pulmonis excreationibus 7. de comp. med.
local. Faba igitur freſſa, elixa, abſq; corticibus fracta, albaq; reddita pultis in modum
ex communi ſententia expectorationi valet. Cicer flatulentum, vt faba eſt, ita vt
credatur calculos extergere: eiuſdem generis ſunt piſa non æquè tamen, ac fabæ ſunt
flatulenta, hancq; ob cauſam ſegniùs, quàm illa per aluum ſecedunt. Lupini ſunt mul-
tiplicis vſus, ſunt tamen duræ, & terreſtris ſubſtantiæ, concoctu difficiles ſuccum craſ-
ſum gignentes. Fœnū græcū, quod ab aliquibus capræ cornu appellatur, eundem præ-
ſtat vſum in cibis, ac lupini. Phaſeoli, & eruilia eſſe quoq; edulia cōſtat, mediū quodam-
modo locum obtinent inter bonū, & prauum ſuccū generantia; inter concoctu facilia,
& difficilia; tardè, & celeriter tranſeuntia; flatulēta, & flatus expertia; parùm, & multùm
nutriētia. Cicercula ſubſtantiā eruiliæ, & phaſeolis ſimilē, ſed conſiſtentiam craſſiorem
habent. Orobus, id eſt eruum, inſuauiſſimus eſt cibus, & praui ſucci, neceſſitate tamen
coacti homines ad ipſum accedunt: præparatus cū melle craſſos thoracis, & pulmonis
humores expurgat. Seſami ſemen pingue eſt, ideoq; repoſitum celerrimè fit oleum,
D pingue etiā corpori præbet alimentum, ſed ſtomachū ſubuertit, & tardè concoquitur:

Satiui papaueris ſemen panibus vtiliter, ceu condimentum inſpergitur non ſecus, ac
ſeſamum, verùm album nigro pręſtat: quod etſi, vt reliqua, frigidum, ac ſomniferum ſit,
moderatè tamen in victus vſu ſe habet, & Genuenſes potiſſimùm edulijs ſuis miſcent,
& continuò à cibo vtuntur loco conditorum abſq; aliqua noxa; tuſſim vitio pulmonū,
& thoracis concitatam compeſcit, & auctas à capite fluxiones arcet, nullumq; comme-
morabilem corpori affert alimentum. Lini ſemen ſtomacho noxium eſt, coctu diffi-
cile, exiguumq; alimentum corpori exhibet. Orminum parùm in ſe ipſo habet ali-
menti, vt mediū inter eryſimum, & cuminum ſit naturà: & hæc dicta ſufficiāt de huiuſ-
modi ſeminibus, quæ vel parùm, aut rarò in vſum veniunt, qui vult videre hæc, adeat
Gal. 1. de alim. fac. cap. 35. 36. 37. atq; hæc ſunt alimenta, quæ deſumūtur à cerealibus,
& à leguminibus; per conſequens hactenus dictum à nobis ſit de alimentis, quę ſimpli-
citer alimenta dicūtur, quæue à rebus naturalibus, & à virtute potiſſimùm indicantur.

Modò ea alimenta in medium afferenda ſunt, quæ dixi eſſe alimenta medicamen- B
toſa: hæc ad duo capita referuntur, ad olera nempe, atque ad fructus. Primò dicen-
dum eſt de oleribus, quia cùm ſermo ſit de omnibus alimentis, quibus & ſani, & ægri
veſcuntur, & ex oleribus ſoleant fieri acetaria, quæ in prima menſa offeruntur, fructus
verò, vt plurimùm apponantur in vltima menſa, ideo primò de oleribus, deinde de
fructibus agendum erit; hoc priùs ſuppoſito, quòd nullum olus præſtet bonum ſuc-
cum: lactuca tamen, malua, portulaca, atriplex, blitum, rumex Gal. authore lib. de bo-
nitate, & vitio ſuccorum non ſunt ex toto praui ſucci.

Lactucæ duo ſunt genera, domeſtica, & ſylueſtris: domeſtica licet frigida ſit, & hu-
mida, non tamen in extremo, meliorque eſt cæteris herbis ad generandum bonum
ſanguinem in qualitate, & quantitate, meliorque eſt, ſi non lauetur aqua; nam aqua
eius humiditati, & frigiditati præbet augmentum, citò digeritur, vrinam prouocat, &
morſum ventriculi à bile ortum extinguit. Dicebat Gal. lib. 2. de al. facul. omnia ole-
ra ſanguinem gignere pauciſſimū, ac praui ſucci; lactucam verò non multùm ſanguinis
generare, nec mali ſucci, nō tamen omninò laudabilem. Plerique autem ea vtuntur an- F
tequam in caulem aſſurgat aquæ incoquentes: eaq; Gal. cruda in iuuentute ſæpè veſce-
batur, aduentante autem ſenectute, & dentibus deciſis, fuit coactus eam coquere.
Endiuia, quæ & ſeris à Gal. appellatur, facultatem habet lactucis adſimilem, duplexq;
eſt domeſtica, & ſylueſtris: domeſtica diuerſæ eſt virtutis, cùm habeat amaritudinem,
ponticitatem, & inſipiditatem, quæ adhuc poteſt dici eſſe in duplici differentia, vna
æſtiualis, altera hyemalis. Quemadmodum lactuca hortenſis ab agreſti differt, ita
malua agreſtis à ſatiua eſt diuerſa; cæterùm hoc olus facilè ſubducitur, non modò
propter humiditatem, verùm etiam propter lentorem, & potiſſimùm quando quis
cum oleo, & garo copioſè ipſam ſumpſerit, nutrit etiam mediocriter: at ſi trium ho-
rum olerum ſuccum comparaueris, betæ quidem tenuium eſt partium, tergendique
facultate eſt præditus, maluæ verò craſſus magis eſt, & lentus, lactucæ inter vtrumque
eſt medius. Hic tamen notandum eſt, quod ſcribit Gal. maluam, & lactucam non
modò ſatiuam eſſe, ſed agreſtem, nulla autem beta eſt agreſtis, niſi quis lapathon ita
nominare vellet. G

Braſſicâ, quam plerique vt obſonium mandunt, Medici vt exiccante medicamento
vtuntur, hæc autem conſideratur duobus modis, vel reſpectu propriæ ſubſtantiæ, vel
reſpectu ſucci, ſi reſpectu propriæ ſubſtantiæ adſtringendi, ſi reſpectu ſucci ſoluendi
aluum pollet facultate. Rurſus bifariam conſideratur ſubſtantia, vel reſpectu caulium,
& germinum, vel reſpectu propriæ ſubſtantiæ, ſi reſpectu caulium, & germinum (inter
alia enim olera huiuſmodi germina producit braſſica) antequam ſemen effundat, apta
eſt eſui, & gratiſſima guſtui, appellaturq; in his partibus *Broccoli*, apud quos in maximo
eſt vſu: ſi reſpectu ſubſtantię, tunc eſt in triplici differentia, vna quę braſſica ſimpliciter
dicitur, altera braſsica capitata, vulgò *cappuccio* dicta, cuius generis in Germania
eſt maximus vſus: tertia quæ in pauciſſimis locis reperitur, & braſſica florida,
vel *cauolo fiore* vocatur Siculis, cuius in agro Meſſanenſi haud exigua copia reperitur.
Præparatur hæc vel in aqua, vel in iure pingui carnis, vel caponis, &c. ſi in aqua coqui-
tur, tunc ex ea conficiuntur acetaria oleo, aceto, & ſale; ſi in iure pingui tunc ex ea
fit ferculum; quocunq; tamen modo pręparatur, iucundiſſima palato redditur; eſtq; H
melioris ſucci, quàm ſint reliquæ braſſicæ, menſis præſertim Magnatum expetita, nec
abs re facit Medicus, qui eam ægris interdum præſcribit.

Spinachia, atriplex, blitum, quam ſiclam appellant, olera ſunt à ſuperioribus facul-
tate diuerſa; nam humida, leuiter frigida, non nihil acerba, pauci, ſed non praui
ſunt nutrimenti, aluumq; leniunt. Borrago, & Bugloſſum ſunt cum ſuis floribus, & ra-
dicibus calida, & humida, temperantia ſuo nutrimento ſuccum melancholicum, mæ-
rorem fugantia, & triſtitiam, nutriunt minùs, quàm lactuca, neque ſunt mali ſucci,
aluum etiam leniunt. Meliſſa, quæ etiam citrago appellatur, quòd citri odorem refe-
rat, calida, & ſicca ordine ſecundo eſt, cordi gratiſſima, vt teſtatur Auicennas; animam
enim lætificat, cordis imbecillitati ſuccurrit, & cardiacā affectionem curat, nec non o-
mnes ſimiles animi affectus ab atra bile, & melancholia originem ducētes: ieiuno ven-
triculo cōmeſta eius frigiditatem, ac humiditatē tollit, virtutē cōcoctricem roborat, &

ſingulum

A ſingultum ſedat: tandem omnibus phlegmaticis,& melancholicis paſſionibus confert.
Cichoreum , & endiuia, nempe ſeris , quæ intybi eſt ſpecies , in acetarijs lactucæ gra-
tiam proximè aſſequuntur, & eò maximè quando terra obruta teneritatem maiorem
acquiſiuerint. Portulaca frigida, & humida eſt, & lenti ſucci, quæ ſtuporem dentium
peculiariter tollit, tam cruda , quàm cocta comeditur, parùm nutrit, neque ita eſt
boni ſucci.

Lapathum, quamuis appelletur beta agreſtis, quòd non guſtu modò, ſed viribus
etiam betæ hortenſi ſit ſimile, eſt ſuauius ipſa beta. Oxylapathum eſt lapathum aci-
dum, quòd in eſum crudum minimè venit, niſi quandoque mulieribus,vbi pica labo-
rant, & pueris interdum guloſis: ambo hæc olera parùm nutriunt, ad oxylapathum
referri poteſt acetoſa, ſiue oxalis, quæ & ipſa eſt in duplici differentia, altera longiori-
bus folijs, altera rotundioribus, & acidioribus, quarum ſucco æſtiuis temporibus
vtimur ad omnes eſcas, præſertim ad acetaria quando guſtui gratiora reddi cupimus;
nam cibi auiditatem auget, & aliquando vicem omphacij, & aranciorum ſucci gerit.
B Tam in ſecunda, quàm aduerſa valetudine eſt vtilis; nam temperamento frigidiore,
& partium tenuitate conſtat: multi etiam referunt graſſante peſtilentia vſu ipſius,tum
per ſe, tum mixta alijs accepiſſe ſalutem, & hæc ea eſt, ex qua conficitur ſyrupus ad
febres malignas valde vſitatus, & proficuus.

De Solano loquens Gal.49.cap. dicebat inter olera,quibus veſcimur,nullum nouiſ-
ſe, quod tantam adſtrictionem habeat vt ſolanum ,ideo rarò in vſu eſſe vt alimentum,
at vt medicamentum ſæpiſſimè. Et Cardanus lib.3. de ſanit.tuen.cap.33. dicebat ſo-
lanum quondam in cibum veniſſe, & in hortis inter herbas eſui aptas ſatum fuiſſe,quo
nomine ſolanum hortenſe, ſiue eſculentum appellabatur: minimi autem erat alimen-
ti,hodie verò ſub nulla olitoris lege naſcitur, rarò vt alimento, vt medicamento aſſi-
duè vtimur, quando adſtrictionis, & refrigerationis vſus incidit. Sed non poſſum
non valde mirari, cùm quinque reperiantur ſpecies, aut differentiæ ſolani, quòd
Gal. vnius tantùm mentionem habuerit, quemadmodum Cardanus (qui tam pronus
eſt in Gal. reprehendendum) animaduertit dicens Gal. in hac materia de huiuſmodi
C alimentis pertractanda multa omiſiſſe,atque ea, quæ tractauit frigidè admodum pro-
ſequntum eſſe. At videtur Galen. excuſari poſſe, eò quòd hoc in loco intentum
ipſius erat loqui de illis oleribus, quæ alimentum corpori præbere poſſunt ſiue bo-
num, ſiue malum.

Inter ſpecies ſolani, hortenſe ſolùm alimentum præbet,quamuis minimum; at aliæ
ſpecies, nihil tale præſtant, cùm ſint medicamenta: hinc eſt, quòd de hortenſi ſolano
tantùm eſt locutus hoc in loco Gal. in libris verò de ſimplicium medi: facul. de alijs
ſolani ſpeciebus ſcripſit; at cùm à Galeno, & ab Arabibus plures differentiæ ſtatuan-
tur,criminandus videtur Cardanus, quòd ipſemet in idem vitium ceciderit, quod Ga-
leno adſcribit; multa quidem omiſit, cùm pollicitus fuerit ſe loqui de omnibus tam
alimentis, quàm medicamentis; nam ſolani quinque ſunt ſpecies, prima eſt ſola-
num hortenſe, ſeu ſolatrum, aut morella: altera vocatur halicacabum, veſicaria, ſeu
alkakengi: tertia ſolanum ſomniferum, aut ſolatrum ſoporiferum vocatum abſolu-
tè: quarta ſolanum ſomniferum minus:quinta ſolanum maius,Italicè herba bella don-
D na dictum, & tamen de quatuor vltimis ne verbum quidem habuit, licet in Medicina
ſint omninò neceſſariæ. Quamuis ſolanum hortenſe refrigerandi, & adſtringendi
facultatem habeat, nihilominus halicacabum præter frigiditatem, & adſtrictionem,
qua in ſuis folijs pollet, non ſecus atque hortenſe, fructus habet facultate vrinam pro-
uocandi præditos; quare ponitur in multis medicamentis, quæ ad iecur, ad renes, &
veſicam pertinent. Somniferum verò ſolanum corticem radicis habet eiuſdem facul-
tatis, atque ſit ſuccus papaueris, niſi quod opium frigidum eſt in quarto gradu, radix
verò ſolani in tertio;huiuſce ſemen vim habet vrinam educendi, quemadmodum, &
ſomniferum alterum; ſolanum quintum continet eaſdem virtutes, ac habeat ſolanum
ſoporiferum,fructusq́; ipſius ſi in maiori quantitate,quàm conueniat,accipiatur,indu-
cit ſomnum inuincibilem...

Scribit Matthiolus radicem ipſius exiccatam miram habere facultatem; nam ſi
dragmæ pondere craſſiuſculè trita maceretur in vino horis ad ſummum ſeptem, ac
inde

Digitized by Google

inde percolatũ vinũ quis deguſtauerit ieiunus, fiet, vt is nullo pacto edere poſſit, niſi epoto paulò poſt aceto; hoc enim antidoto fucus ſtatim excluditur, reditq; qui ſũpſit, ad cibum. Iocus eſt inſignis, quòd ſiquis guloſis paraſitis hoc appoſuerit vinum in menſis optimis cibis refertis, nihil prorſus cibi ingerere poterunt. Solaui verò ſomnificis cortex radicis, ſi cùm vino bibatur, ſomnum accerſit dragmæ pondere ſumptus. E

In enarrandis alimentis à plantis deſumptis, ſequimur Gal. lib. 2. de alim. fac. vbi primùm de oleribus, dein de plantis ſpinoſis ſermonem habet. Olera omnia habere, inquit, alimentum pauciſſimum, & quidem tenue, & aquoſum; ſpinoſa verò ſtomachum mediocriter iuuare, imò animaduertit ruſticorum pleroſq; plantis huiuſmodi è terra nuper emerſis, priuſquam ipſarum folia in ſpinas deſinant, veſci, non crudis modò, ſed in aqua etiam elixis: crudas quidem aceto, & garo intingentes, coctis autem præter hæc oleum affundentes, & inter plantas ſpinoſas enumerat *ſcolymon*, ipſius ſunt verba. *Inter has plãtas ſunt, ſcolymos, atractylis, & quam ſpinam albam appellant, dipſacus, cnicus, tragacantha, atragis, & quã pluris, atq; conuenit, æſtimant cynara.* De hoc Matthiolus ſupra lib. 3. Dioſcordis c. 14. ſcribit ex Theophraſto, & Plinio duo genera produci, vnũ fruticoſius ſtatim à terra, alterum verò vnicaule, & craſſius. Satiuorũ, qui in agris feruntur multiplex eſt genus, horum principem locum tenent, qui Hetruſcis vulgò vocantur *Cardoni*: iijque diligenti cultura adeo teneri, fragiles, albiq́ue euadunt, vt magno quidem apparatu ſecundis menſis pro bellarijs cum ſale, & pipere exponantur. F

Itaque Matthiolus videtur velle hæc duo nempe ſcolymon, & cynaram vnam, & eandem rem eſſe, cùm tamen Gal. de cynara dicat pluris æſtimari, quàm conueniat, de qua etiam conſcripſit integrum caput dicens praui ſucci eſſe edulium, & maximè cùm pluſculum iam obduruerit, eamq́ue tunc continere ſuccum copioſiorem, & bilioſum, totamq́ue ſubſtantiam habere lignoſiorem, ita vt ex ea fiat ſuccus melancholicus, ſicuti ex ſucco ſuccus tenuis, ac bilioſiſſimus gignitur, ſatiuſq́ue eſt ipſam elixam mandere, ſic vt ſi quis cum oleo, garo, & vino ipſam ſumat coriandrum iniiciat, ſiu verò in patina paret, aut frigat in ſartagine, hæc ſemoueat. At de ſcolymo nihil prorſus dicit in hoc ſecundo lib. de alim. facultatibus, de quo tamen 8. de ſimp. med. facul. ſcriptum reliquit, quòd ſi quis ſcolymi radicem in vino coctam bibat, copioſam vrinam, graueolentem elicit, ac proinde graueolentiam ſanat, tum alarum, tum totius corporis, huicq; medicamento ineſſe hanc virtutem ex tota ſui eſſentia, cùm ſuccus ipſius ſit purgatorius. De ſcolymi etiam viribus plura ſcribit Plinius lib. 22. cap. 22. dicens ſcolymon vrinam ciere, ſanare lichenas, & lepras ex aceto, Venerem ſtimulare in vino. G

Inſuper ſcolymos idem eſſe videtur cum cacto Theophraſti; nam apud Gallos etiam vulgares, cactos, vocant cardones, cynaras verò archichocci, deinde cactorum capita non manduntur, ſed radicis pars ſuprema, foliorum ima cum tenellis germinibus. Planta terra ſepulta per multos dies, quoad tenereſcat, dulceſcat, & albeſcat, habetur ferè tota hyeme, autumno iam progreſſo, id quod ſæpiſsimè Pariſijs obſeruaui: in cynara nullus earum partium vſus eſt, ſed capitum ſolùm. Præterea cactis, & folia, & capita nunquam non aculeata ſunt: cynaræ verò cùm duplex genus ſit, alterum pariter vt & cacti ſpinis armatur, alterum ſpinis caret. Theophraſtus vtramq; hanc plantam, nempe ſcolymon, & cactum, cacti nomine indicauit nulla facta cynaræ mentione: ſed cùm idem Theophraſtus mentionem haberet cacti, in Sicilia tantùm reperiri dixit nuſquam in Græcia, nec Italia coli: quod verùm non eſt niſi de agreſtibus; nam vbiq; terrarum nunc coluntur, ita vt ſatiui habeantur in omnibus locis, agreſtes verò ſolùm in Sicilia. Dalechampius ſcriptum reliquit nihil aliud eſſe Siculis cactos, quàm carduorum genus, quod Græci cynaras nominarunt. Vnde ex Athenęo concludit cactos eandem eſſe plantam cum ea, quæ Romanis, (qui non procul à Sicilia abſunt) cardus nominatur, ſiquidem mutatis duabus literis, nempe c. in r. & t. in d. in eandem vocem conueniunt cactus, & cardus. Cynaræ olitorum induſtria, & mangonio quædam eſt varietas, præcipuè capitis figura diſtincta. H

Has plantas indiſtinctè Matthiolum explicaſſe, & depinxiſſe idem Dalechampius ſcribit, ex quibus omnibus non videtur concludi poſſe cynaram, & cactum vnam, & eandem rem eſſe; nam, vt ſupra dictum eſt, cactus ſpinoſus eſt ſemper, cynara verò

non

A non ſemper: vnde apud lectiones Theocriticas Danielis Heinſij cap. 16. habetur.
*Erat autem famoſum in re bucolica τύμμα κάκτω, ſiue vulnus ab illa ſpina inflictum,
nec tantùm paſtori, ſed & eius tibijs noxium. Hinnulus enim ſi in κάκτον incidiſſet, actum
de tibijs eius erat, è quibus paſtores ſuos αὐλὼς fabricabant. Deinde & κάκτος Siculorum
vox erat, quam propterea Phanias apud Dipnoſophiſtam κάκτον σικελικὸν dixit.*
Sed quãuis videantur inter ſe iſtæ plantæ diuerſæ, nihilominus continentur ſub ſpi-
noſis generibus plantarum: quare ſcolymos, cactos, & cynara vnam, & eandem rem in
genere ſignificare dicendum eſt, atque ita omninò defferre à ceſilione, qui potiùs (vt
Matthiolus dicebat lib. 3. in Dioſcoridem iam citato nempe cap. 69.) in genere pal-
marum ſunt reponendi, non inter cardos; cùm folia palmea à radice delata habeant,
non modò cubitali, ſed etiam pauló maiore longitudine, quorum quoddam dumtaxat
germiculum comedunt tenerrimum, ſapidum, & ori gratiſſimum, mille vt ita loquar
quibuſdam inuolucris, tanquam totius plantæ corculum includitur: hoc quidem tube-
ribus, & carduis, carduorumq; echinatis capitibus præferunt, quandoquidem in ſe-
B cundis menſis pro bellarijs cum pipere, & ſale ſolenniter aſſumunt, eò quòd cibus ſit
guſtui gratiſſimus, tum etiam, quòd Venerem conciliet. Serapio ſcripſit, quòd huius
palmæ cor ceſilio eſt, & natura eius ſicut natura Palmeri: & Galen. lib. 8. de ſimpl.
med. facult. eius medullam encephalon appellauit. Sunt quædam loca in Sicilia, in
quibus adeo frequenter producitur, vt campos integros occupet, & aliquando tantæ
eſt magnitudinis, vt vix duo poſſint ferri ab homine valido; in agro Ciuitatis Saccen-
ſis, in agro Ciuitatis Notenſis, & alijs pleriſque locis vberrimè naſcuntur, & Meſſa-
nam non rarò aduehuntur.

Apium, & ſmyrnium, & eruca, vrinas mouent: ſunt qui apium, & ſmyrnium folij la-
ctucæ miſta manducent; nam cùm lactuca olus ſit inſipidum, ſuccumque habeat fri-
gidum, non modò ſuauior, ſed vtilior etiam redditur, ſi acrium olerum aliquod aſſum-
pſerit, ob eamque cauſam nonnulli erucæ, alij ocimi folia ipſis admiſcent. Eruca ſe-
men generare creditur, & coëundi appetitum excitare. Galenus, & Plinius hanc la-
ctucis iungi, & portulacæ, vel acetoſæ, aut alijs huiuſmodi ſcribunt. Gingidium,
C quod cerefolium vulgò vocatur, diligenter ab olitoribus excolitur, eò quòd magnam
in acetarijs gratiam obtineat, ventriculoque ſit admodum gratum; de huiuſmodi her-
bis dicebat Gal. quòd potiùs ſint medicamenta, quàm alimenta. Ocimum duplex eſt,
vnum ſatum, quod in hortis reperitur, & paſſim ad feneſtras figulinis vaſis expoſi-
tum: hoc à mulieribus ob fragrantiſſimum odorem, quem habet, fouetur omni indu-
ſtria. Aliud caryophillatum appellatur, & eſt minutis folijs ornatum, ſuauioris odoris,
ſicq; dictum, quòd neſcio, quid caryophilli redoleat: ſcribit Gal. priori quampluri-
mos vti vt opſonio cum oleo, & garo parato; ſed addit prauioris eſſe ſucci, quæ res
impulit quoſdam, vt falſa prodiderint affirmantes ipſum celeriter paucis diebus ſcor-
piones generare, ſi tritum in ollam immittatur, & potiſſimùm ſi quis quotidiè ollam
ad ſolem calefecerit; verùm id quidem fabuloſum eſt, verè autem ipſum dixeris olus
ſtomacho eſſe noxium, prauique ſucci, & concoctu difficile.

De Caryophillato verò ſcripſit Cardanus ad hunc modum: atque caryophillatum
reperitur minutis folijs ornatum, ſuauioris odoris, vt ſupradictum eſt, quod quamuis
D aliqui grauiter increpent, ac multis probris proſcindant, nos tamen caryophillatum id
experimento comprobauimus melancholicis, & cordis palpitationi mirificè ſuccur-
rere, triſtitiam, animique ſollicitudinem abigere, nec ventriculo frigiditate laboranti
inimicum; capiti quoque amicum, quòd eius obſtructos meatus aperiat, collectamq;
pituitam diſcutere, atque per nares elicere vidimus. Et licet Arabes, ac Græci ipſum
damnent, quòd capitis dolorem, ac inſaniam faciat, hebetet oculos, lactis, ſeminiſque
copiam minuat, & flatibus repleat, nec non ventriculo aduerſetur, difficilè concoqua-
tur, & improbi ſit ſucci; ac propterea fugiendum, nec intro aſſumendum propter ex-
crementitiam humiditatem cenſeant: nos tamen contrarium inuenimus, & modò ſi
quid illorum vitiorum ocimo ineſt communi, & lata folia habenti ineſſe putamus;
aliàs enim caryophillatum alacriter ab huiuſmodi calumnijs defendimus ob maximas,
& præclaras virtutes in eo repertas; & ego dum adeſt, quotidie vtor in opſonio potiùs,
quàm pro alimento, vt omnes concorditer habent, inſculiſque ſalubriter addunt, quòd
& ſomnum conciliat.
Mentha

Mentha eſt in duplici differentia, vna eſt vbique familiariſſima; quam Romanam, E ſeu hortulanam vocant, altera verò, quæ Græca, ſeu mentha matronalis appellatur; vtraque vnam, & eandem facultatem habet, & ad multa condimenta in rè cibaria vtilis; eſt enim guſtu acris, & tertio ordine calida, exigui quoque nutrimenti. Pimpinella copioſiſſimè in pratis prouenit; eſt & altera, fatua, calidæ, & ſiccæ naturæ, & in acetarijs non minùs, quàm mentha grata, eſt perexigui alimenti, difficilis coctionis, iecoris tamen obſtructiones aperit, ſtranguriam leuat, & vrinam prouocat, quin & renum calculos terit, atque comminuit. Fœniculum in multis Italiæ hortis maxima in copia reperitur, & Bononiæ, necnon & Florentiæ viride toto anno habetur, miror etiam quomodo Cardanus, qui cùm tot annis Bononiæ habitauerit, legeritque Theoriam in primo loco de fœniculo Bononienſe nihil aliud dixerit, niſi quod copioſè feratur in eo agro nulla habita mentione de eius magnitudine, cùm inter alia Italiæ loca ſtolones fœniculi adeo magni ſint, vt vix vna manu ſinguli concludi; & quod auget admirationē in huiuſmodi magnitudine, eſt, quòd adeo molles, tenerique habentur, vt maxima iucunditate in ſecundis menſis cum modico ſalis, & piperis comedan- F tur, quamuis aut nullum, aut minimum alimentum præbeant, ſed pro alimento medicamentoſo, aut obſonio offerātur. Eſt calidum tertio ordine, ſiccum verò primo, menſes quoque, & vrinam prouocat, fœminas à partu liberat, reneſque expurgat, ſtranguriæ, ac renum doloribus medetur, & quod magis eſt, oculorum claritati tota planta, & aqua ab ipſa expreſſa mirificè confert. Semen eius exiccatur, & aſſeruatur, nec non hyemis tempore malis, pyris, cotoneis coctis in ſecunda menſa aſpergitur, atque ſalutariter ſumitur, coërcet etiam flatus, oris ſuauitatem facit, eoque oculorum vis ſeruatur, & caligo diſcutitur.

Aniſum ſatis notum eſt, tum reſpectu herbæ, tum reſpectu ſeminis; eſt ordine tertio calidum, non aliter quàm fœniculum, habet facultatem exiccandi, acre, & ſub amarum exiſtens, & in præclaris condimentis laudatur ſiue crudum, ſiue coctum, imò in omnibus, quæ condiuntur, quæque intinguntur viride, aridumque deſideratur, vt plurimùm noſtræ mulieres panibus aniſum adijciunt, quòd gratiam non exiguam adferat: multis medetur morbis à flatu ortis; vrinam prouocat; & alba fœminarum profluuia G ſiſtit, ſemen quoque ſaccharo incruſtatum publicè venditur, multique à cibo, & vini potu ad commendandum oris anhelitum vtuntur, alij vt vapores caput petentes reprimat, & flatum diſcutiat. Non pigebit hoc in loco addere aniſum ſolutiuum, huius meminit Theodorus Zuingerus epiſtola 25 1. apud Laurentium Scholzium; Ego etiam eo ſepiſſimè vſus ſum, & feliciſſimo cum ſucceſſu; aluum enim deturbat abſque aliqua moleſtia: componitur ita.

℞. *Aniſi.* cum. iiij.
Sacchari. lib. iiij.
Scammonij. vnc. ij.
Turpeti
Maſtiche ana *drag.* ß.
Zingiberis drag. iij.
Specier. Elect. de gemmis
Diamargarit. frigidi, ana drag. ij. H

Coque ſaccharum q. ſ. eiuſque dimidia parte excipe pulueres, & aniſum obducito, reliqua verò dimidia parte incruſtato aniſum.

Datur à duabus dragmis ad vnc. ß. & ad vnc. huiuſmodi medicamentum, etſi videatur ſolutiuum valde propter ſcámmonium, nihilominus adeo temperatum eſt, vt abſq; labore, & periculo gerat vicem lenitiui, atque benedicti medicamenti, idque fide bona teſtari poſſum; non enim ſolum in me, ſed etiam alijs feliciſſimè ſum expertus, & multoties.

Eſt & cyminus, ſeu cymini ſemen, quod eſt in continuo vſu, & germani in condimentorum lautitijs habent, eoque aſſiduè vtuntur; in Sicilia dicunt duplex eſſe genus cymini, dulce nempe, atque acre, quamuis pro dulci intelligant aniſum: in Italia rarus eſt vſus cymini, & fatui tantùm. Calefacit ordine tertio, atque omnibus affectibus à pituita, atque inflammationibus ortis præſentaneum eſt remedium, & vrinam mouet.

Inter

A Inter alia ſemina, quæ in communi ſunt vſu, facultatem habentia calefaciendi, &
diſcutiendi eſt coriandrum, & quamuis ſit herba quædam optimi odoris, ac ſapo-
ris, ventriculo grata, & capiti, atque inter medicamenta cordialia adnumeretur
à Cardano, dicatque vniuerſam Hiſpaniam ea tam ſæpe in iuſculis, ac conditis vti;
nihilominus in Italia, & Sicilia, atque in plurimis alijs locis herba non eſt in vſu.
Eſtque inter Galenum, Dioſcoridem, & Auicennam diſceptatio de huiuſmodi plan-
ta, an ſit frigida, an verò calida, quamuis Galenus dicat eam eſſe diuerſarum partium, &
magis inclinare ad caliditatē: ſemen eius tantùm eſt in vſu, vbi ex aceto fuerit prępa-
ratum, atque exiccatum, & habet ingentem vim, & facultatem corroborandi ven-
triculum; inuoluitur ſaccharo, & conditur, eſtq; commodiſſimus ipſius vſus à cibo ad
reprimēdos vapores caput petētes, vi quadam ſtiptica, qua pollet, ideo ſæpe Medici ab
aſſumpto medicamento cochlear illius ſaccharo cōditi eſſe aſſumendum præſcribunt.
Eſt & aliud ſemen, quod frequenter vſurpamus, nempe ſinapis, quod quamuis
ignea quadam vi, qua viget, ad exulcerationes parandas in cute adminiſtretur;
B nam ipſius natura acerrima, atque exurens eſt, illi tamen inter condimenta præci-
puam nobilitatem noſtra tempora tribuunt, ſi præſertim dulcibus iungatur ad acri-
moniam ipſius temperandam; inde, eſt quòd tempore vindemiarum muſto diluunt,
ac temperant, taliterque conditum parant, quod (vt ſcribit Cardanus ex) muſto, &
ardore nomen retinuit; *Muſtarda* vulgariter dicta, quæ & dulcior, & acrior ad
libitum confici poteſt, ab omnibus ferè condimentum tota hyeme, magnaque re-
liqua anni parte habetur; quo tempore commodiſſimè ad ſanitatis rationes adhi-
bent, atque vtiliter omnibus frigidioris, atque humidioris naturæ, craſſæ etiam atque
glutinoſæ ſubſtantiæ epulis apponitur, dum ſua calefaciendi, ſiccandique fa-
cultate illa attemperat, extenuat, atque detergit; frigidis namque affectibus
ſuccurrit, & cibi faſtidia inde oborta aufert, appetentiam excitat, frequens tamen
vſus, capitis dolorem inducit, & oculorum claritati officit, ex eo fiunt ſinapiſmi vocati.
Eſt & anethum eiuſdem fariræ cum alijs duobus ſuperioribus, cuius vſus ad con-
dimenta, non opſonia à Gali commendatur, à noſtris in cibum adhibetur quandoque
C fœniculi in modum. Aſparagi quoque in vſum, & medicamenti, & alimenti ve-
niunt. Sed hic monendi ſunt lectores, quòd Græci germina herbarum, & fruticum
ante florem erumpentia nomine largè ſumpto aſparagos nuncupare ſolent, vt vide-
re eſt apud Galen. 10. cap. lib. 2. de aliment. fac. nos hoc loco agendum proponimus
duntaxat de ijs aſparagis, qui ſatiui ſunt, & altiles, quibus propriè, & peculiariter id
nomen inditum fuit. Aſparagi ſunt in duplici differentia, alij campeſtres ſua ſponte
naſcentes, qui præſertim reperiuntur in agro Veronenſi admodum craſſi digiti indicis
inſtar, plani, & ad miram longitudinem adoleſcentes, ac facile coquuntur: alij ſunt
hortenſes, palato gratiſſimi, qui & apud antiquos in ſummo pretio erant, coquuntur
in aqua, nec longam ferunt cocturam, & à pleriſque ex aceto, oleo, ſale, & piperis
modico acetarij loco aſſumuntur. Coqui etiam ſolent in iure, & inde cum butyro
conditi ſapidiſſimi redduntur: parùm, & leuiter nutriunt, & in prima menſa ſalutariter
apponuntur. Ad renum calculos, vrinamque mouendam, & hepatis, aliorumque vi-
ſcerum obſtructiones aperiendas valēt, vnde inter diuretica annumerantur, imò inter
D ea primatum obtinent. Notat Cardanus, quòd ſi quis aſparagos comedat, vrinam
maximè fœtidam reddit: ventriculum etiam non parum iuuant, oculis claritatem af-
ferunt, ventrem emolliunt, ac Venerem ſtimulant.

Lupuli quoque videntur quodammodo referri ad aſparagos: ſalices, & arbuſta
omnia ſcandunt, coquuntur eorum cauliculi tenelli aſparagorum modo, atque ex oleo
acetoque comeduntur, quin & alijs modis parantur, & maximè pinguiore in iuſculo,
ratione alimenti nulla laus eis debetur, ſed bilem educunt, ſanguinemque mundifi-
cant, ac clarificant, & ſyrupus ex ijs factus bilioſis febribus mirum in modum confert.
In vniuerſa Germania, Anglia, Belgio, Boëmia, & alijs huiuſmodi locis in maximo
ſunt vſu; his enim potus ſuos concinnant, & cereuiſiam parant: ex hordeo autem, &
tritico lupulorum adiectis floribus in aqua maceratis potus quidam efficitur, qui plu-
rimùm flatus gignit, & interdum ingentes obſtructiones parit. Sunt & aliæ fruticum,
& arborum ſummitates, quæ leuiter coctæ in acetarijs comeduntur, quemadmodum

Digitized by Google

ſunt ſummitates ſambuci, atque ebuli, ſed magis medicamentoſæ ſunt ſuperioribus, nullius nutrimenti, calidæ in tertio, & ſiccæ, aperiunt validè obſtructiones, ſtomachum ſubuertunt, aquas purgant. Vrticæ verò ſummitates decoctæ in iuſculo, aperiunt incidunt, calculoſis, & aſthmaticis ſunt vtiles. Adeſt origanum, hyſſopus, & pulegium, de quibus etiam breuiter aliquid dicendum. Origani varia habentur genera, ſylueſtre tamen videtur præſtantius, quod in communi vſo in Italia habetur, incidendi, extenuandi, calefaciendi, exiccandi in tertio gradu facultatem habet: pro opſonio communiter in Italia vſurpant, & præſertim Romæ: eo condiuntur haleces, quibus maximam gratiam addit, diſcutit flatum, ventriculi coctionem adiuuans. Hyſſopus vulgaris habet facultatem calefaciendi, atq; exiccandi tertio ordine, eſtq; tenuium partium quam collectam in faſciculos mulieres ſiccant, ſeruantq; ad hyberna opſonia, ac condimenta, & ſi moderatè adhibeatur, miram gratiam iuſculis adfert, detergit mirificè, & pectus à craſſis, & viſcidis humoribus expurgat, atque mundificat. E

Pulegium quoque à Galen. inter condimenta adſcribitur, valdè extenuat, calefacit ratione acredinis, & amaritudinis: & quamuis flatum diſſipet, ventriculum abſtergat, F atrum humorem ducat, craſſa, & lenta ex thorace, & pulmone excreatu facilia faciat, menſes moueat, calculos in renibus comminuat; nihilominus eo parcè, & moderatè vtendum eſt. Subſequuntur ſerpyllum, ſatureia, & ſampſucus. ſerpyllum aliud eſt hortenſe, & aliud, quod agreſte dicitur: primum eſt ſuauioris odoris, & in condimentis non ſpernendam gratiam habet, & in acetarijs admiſcetur, vrinam, & menſes preclarè mouet. Satureia hortenſis viridis pro opſonio ſuauiter editur, leguminibuſq; additur ad eorum inflationes compeſcendas, ſiccata etiam, & in pollinem redacta ad eoſdem vſus ſeruatur, alijs etiam ferculis non ſine gratia, & iucunditate admiſcetur, ſed in exigua quantitate; nam calida, & ſicca eſt in tertio ordine, & eius decoctum menſes cit, atque fœtum extrahit. Sampſucus verò, qui & amaracus, & maiorana odorifera dicitur, calefacit, & ſiccat tertio ordine odorem acutiorem vibrans, vehementemque ſaporis acrimoniam repræſentans, quam cibi vix ferre poſſint, vndè raro admiſcetur eſculentis, ſed tantummodo vt medicamentum habetur, quod diſcutiendi, & attenuandi facultatem contineat; ex eoque oleum conficitur ad calefaciendos, G & emolliendos neruos, quod etiam naribus admotum viſcoſus, ac glutinoſos humores à capite elicit, eius dolores ſedat, ac menſes trahit.

De ſaluia, roremarino, & bettonica nunc dicendum eſt. Adeo frequens eſt vbiq; ſaluia, vt nullus extet hortus, qui ea non ornetur: in multis condimentis vſum habet, calida, & ſicca eſt, & leuiter adſtringens; huiuſmodi herba apud antiquos haud vllam in ſanitate tuenda authoritatem habuit, noſtris temporibus ſalutaris cenſetur, & in capitis affectionibus à frigida materia prodeuntibus multùm valet, vt vertigini, hemicraniæ, epilepſiæ, paralyſi. Plerique etiam ea intus, foriſque vtuntur, potionibus addentes, atque lauacris, & præſertim hyemali tempore iura condiunt, dentibus quoque illita, aut in vino decocta prodeſt, vrinas, ac menſes mouet, & albos ſiccat. Notat Cardanus ſerpentes, ac bufones eius vmbra mirum in modum gaudere, & cognationem quandam cum ſerpentibus, & venenatis animalibus habere, ipſius decoctum pruritum genitalium ſedat.

Non eſt prætereundum ſilentio, id quod de ſaluia ſcribit Mizaldus lib. 1. cent. c. 2. cuius hæc ſunt verba. Næ illud in primis memorabile videtur, quod à Ioanne Boccacio H traditum eſt de eo, qui dum in horto iuxta ſaluiæ fruticem, cum amaſia hilariter luderet, & dentes, ac gingiuas folijs eiuſdem confricaret, extempore mortuus corruit. Cùm verò amaſia veneficij argueretur à Iudice, & decerpto folio ex ipſamet ſaluia, oſtenderet amaſium hoc modo, quo tunc ipſa, deterſis dentibus, & gingiuis obijſſe, obijt & illa magna certè omnium admiratione, vnde Iudex admodum prudens, de ſaluia malè ſuſpicatus, eam radicitus exterpari, & vulcano cõmitti iuſſit, ne alijs ſimili eſſet exitio. In eam rem dum ab horti colono ſedula nauaretur opera, ecce bufo prægrandis, & luridus ſub ea, qua maximè refici aiunt, ſtabulans apparuit, qui viroſo halitu, & tabifica illuuie, peſtilentique ſaluiæ totam plantam inficiebat. Quod animaduertit ille, qui ſcripſit, cur morietur homo, cui ſaluia creſcit in horto? ſibique deinceps cauere hunc proſpicient, qui illotam, & inexpiatam ſaluiam temerè olfaciunt, mandunt,

in ſinus

Digitized by Google

A in ſinu geſtant, aſſandæ bubulæ defigunt, condimentis toſtorum capunculorum (ſaluia-
ta vocant) paſſim inijciunt, & quòd neruos iuuet, poculis, ac iuſculis affatim innatare
permittunt. Cæterùm viroſa, ac peſtilens ea maximè cenſetur eſſe, quæ foliorum
pinnas velut carbunculatas præſefert, eſtq; toto habitu, ne dum folijs retorrida, ſed
emaciata, & languidula, ac ſi ſphacæliſmo laboraret, aut ſideratione aliqua percellere-
tur. Roſmarinus à Gallibanotis appellatus tres habet ſpecies, & differentias, vnam
ſterilem, & duas fructum ferentes, eandem tamen omnes facultatem habēt molliendi,
diſcutiendi, abſtergendi, & incidendi. Quod ad cibum attinet, parùm, aut nihil profi-
cit, ipſius decoctum regio morbo auxiliatur, flores ipſius, qui in acetarijs condiuntur,
ad voluptatem, & ſalubritatem faciunt; nam ventriculum calefaciunt, fluxiones com-
peſcunt, aſthmaticis proſunt: conſerua, quæ ex floribus huiuſmodi, & ſaccharo fit, ad
eadem valet, & dianthos appellatur. Ignes quoque ex roriſmarini frondibus, iunipe-
ri, & lauri tempore peſtilentiæ accenſi præclarum afferunt auxilium.

Bettonica eſt omnium herbarum notiſſima, innumeriſque prædita eſt viribus, me-
B dicamentum potiùs eſt, quàm alimentum, aut condimentum: ſunt qui dicant homi-
num animas, atq; corpora à maleficijs cuſtodire, ac periculis: viatoribus longo itinere
defatigatis vires ex aceto mulſo reficit, & faſtidia abſtergit, & ex vino hauſta menſes
prouocat, cùm ſit calida, & ſicca in ſecundo gradu. Vim etiam incidendi habet, cal-
culos in renibus frangit, menſes ducit, & capiti valdè eſt amica: atque ex ipſa ſyrupus
paratur, qui in omnibus frigidis ægritudinibus primatum obtinet. Sed hæc longiùs,
quàm decreueram; nam intentum erat ea tantummodò afferre, quæ alimentoſam fa-
cultatem, & medicamentoſam ſimul habent: verùm occurrerunt multa alia, quæ etſi
re vera non habeant facultatem alendi, nihilominus conſequutione quadam ſermo-
nis in medium adduxi ad faciliorem intelligentiam eorum, quæ de alijs partibus plan-
tarum ſum allaturus, inter quas partes obueniunt radices, & primùm, quæ maximè
nutriunt, plurimiq; ſunt vſus, vt rapæ, quæ cum ſint flatulentæ, crudum ſuccum gene-
rant, ac propterea aſpergendæ pipere, ſale, & ſemine fœniculi; aſſæ elixis minùs fla-
tulentæ, eſtq; eorum tenue nutrimentum lac, & ſemen augens, ferè temperatum: de-
C coctum cum pauco ſaccharo, vel melle deſpumato bibitum tuſſi, vociſq; confert rau-
cedini: ſunt autem rotundæ aliquæ, aliquæ oblongæ earundem virium, ſed pro loci
diuerſitate gratià in cibo differentes. Napi ſunt ferè eiuſdem ſpeciei, oblongis tenu-
ioris, & ſiccioris nutrimenti, duriores concoctu, minùs flatulenti.

Cepæ, allia, porra, corpus calefaciunt, caput grauant, oculos lædunt, craſſos tamen
humores attenuant, lentos incidunt, omnia mali ſucci, cruda nihil, aut parùm, cocta
verò tantiſper alunt, & quamuis fiant melioris ſucci, minùs tamen incidunt. Allium
propter ſui vehementiam, atque tetrum odorem obtrectatur, craſſos tamen humores
incidit, in ventre, capite, & pectore, grauat caput, ſeruit tamen multis in condimentis,
& appellatur ruſticorum Theriaca. Raphani omnes parùm nutrimenti afferunt ſiue
nigri, ſiue albi, omnes ſunt calidi, hinc eſt, quòd aperiant obſtructa, calculos
ſuo ſucco comminuant, vomitum moueant. Paſtinacæ, carotæ, dauci,
ſiſaris radices calidæ ſunt, aromaticæ, coctu difficiles mali ſuc-
ci, frequenter tamen in cibum veniunt, plus nutrimenti
D afferentes, quàm reliquæ radices, & ſiſer boni-
tate, ac voluptate reliquas vincit: aperiunt,
mouent vrinas. Radices verò petro-
ſelini, atq; apij multa aqua diu
coctæ, atq; expreſſæ ace-
toq; & oleo, ac ſale
perfuſæ multis
in cibum veniunt, magnam habent incidendi, ape-
riendiq; facultatem, parumq; nutriunt, &
mali ſunt ſucci. Et hæc de oleribus
& nutrimento ipſorum, modò
accedo ad fructus.

De fructibus, & nutrimento ipſorum. Cap. IV. E

SCripſit Gal. lib. 2. de alim. fac. 1. fructus omnes ab arboribus, & oleribus hortenſibus deſumi, & fructus ab oleribus enatos eſſe quatuor, id eſt cucurbitam, peponem, melopeponem, & cucumerem, quæ magnitudine æmulantur magnarum arborum fructus, nec fortè ijs virtute cedunt, cùm in magno æſtu, ac ſummo calore hominum ſitim compeſcere, ac extinguere ſoleant tum humectando, tum refrigerando. Quid tamen voluerit Gal. nomine peponis, melopeponis, atque cucumeris, valde apud ſcriptores ambiguum eſt, ac adeo intricatum, vt difficile ſit in hac materia eius hiſtoriam accommodare ſenſui, atque rationi; alij enim dicunt noſtrates melones, & alios duos fructus eſſe diuerſos formà, figurà, ac magnitudine, idque eis contigiſſe mangonij, ac cultus diligentioris ratione: quapropter dicendũ nõ eſt ſpecie diſcrepare, ſed diligenti artificis cura elegatiorem gradum, ac ſuauiorem ſaporẽ accepiſſe. Si enim melopepones, & pepones eo odore, ſuauitate, & iucundo ſapore apud an- F
tiquos extitiſſent, quemadmodum noſtris temporibus, non fuiſſent ſanè à viris doctiſſimis, qui tam diſertè tractarunt de omnibus edulijs delicatis ita ſilentio prætermiſſi, aut neglecti, proinde videtur hoc nomen *pepo* inductum ab antiquis fuiſſe quaſi ironicè his fructibus, vt ſcilicet demonſtrarent in illis nullum ſaporem fuiſſe, non ſecus atq; homines inſulſi, ingenioque tardi, ac hebetes pepones appellantur. Citrulos tamen noſtrates vbi maturuerint valde aſſimilari peponibus, ex eo conſtat, quòd non admodum ſuaues, ſed inſipidi potiùs ſint, & vomitum moueant, aliaſque notas habeant quamplurimas peponum deſcriptionem referentes; ex quibus deinde cultu, & opera videntur paulatim orti tam melopepones, quàm pepones noſtri, ita vt aſſerendum ſit melopepones, & pepones eſſe eiuſdem ſpeciei ortum ducentes à citrulis.

Alij verò dicunt pepones, & melopepones eſſe eiuſdem ſpeciei, & ſub cucumerum genere reponi, verùm inter ſe magnitudine differentes; nam pepones melopeponibus ſunt maiores, magis ſtiriati, ſucculentioreſque, minùs tamen grati, carneque mol- G
liore, & ſemine pauciore, figurà oblongà, vt cucumeres; melopepones verò aiunt eſſe globosà forma, atque ita licet ſint eiuſdem ſpeciei, figura tamen differre. Anguriæ, quas Bathecas Auicennas vocauit, & alij Arabes Dullaha, citrulos colore, & forma æmulantur, nomenque commune ad omnes ſpecies melonum, & anguriarum habent, nec Galenus de angurijs quicquam apertè locutus fuit, quare eas non agnouit. Alij modò ſunt, qui ſcribant nomine peponum intellexiſſe Galenum angurias, melopeponum autem nomine ſignificaſſe noſtrates melones: è contra verò alij ſcribunt nomine melopeponum ſubaudire voluiſſe angurias, & per melones intellexiſſe pepones noſtros. Alij verò exiſtimant Galenum his tribus capitibus duo tantùm fructuum genera propoſuiſſe, nempe cucumerum, & melopeponum: peponẽ autem non eſſe diuerſum ab ijs genus, ſed differentiam cucumeri maturo attributam; ita vt cucumis alius ſit pepo, alius non pepo.

Non deſunt, qui dicant hæc dua nomina abuſiuè fuiſſe addita; nam pepo nil aliud eſt quàm maturum, & melos à μέλαν, quod eſt nigrum, vt alius ſit melo, qui pepo, hoc H
eſt, coctus dici poſſit ad differentiam crudi, alter verò qui ad nigredinem magis exteriùs tendit. Ex huius varietate hiſtoriæ videtur admodum difficilis, & intricata res ad diſcutiendum, neque hic locus expoſtulat, vt tempus conteramus in examinandis Anthorum opinionibus de hac materia, alias fortaſſe fuſiùs rem hãc examinare tentabimus, determinareque an Galenus vnam, & eandem rem intelligere, an verò plures fructus ſpecie inter ſe differentes his tribus capitibus in medium adferre voluerit: ſat eſt nunc ex communi omnium conſenſu ſtatuere Galenum 3. cap. voluiſſe illum fructum ab omnibus cognitum deſcribere, eiuſque qualitates, & nutrimentum, quod præſtat exponere, quamuis Cardanus, vt ſui moris eſt, in eum repræhendendum nimis audax (ne dicam temerarius) multa dicat, quæ tamen cùm ſint pauci momenti, ijs relictis ad cucurbitæ qualitates enarrandas me confero.

A Cucurbitarum multæ ſunt ſpecies, quarum aliæ meliores, aliæ peiores ſunt: noſtris temporibus ſeruntur in hortis, quas Turcicas, Neapolitanas, ſerotinas, & hybernas vocant, auideque, tum à magnatibus tum à pauperibus expetuntur: eduntur etiam crudæ, ſed rarò, quoniam inſuaues ſunt, alimentum præbentes aquoſum, frigidum, & tenue, difficilè concoquuntur, ſtomachum lædunt ventriculo pondus frigidum inferentes; coctę verò elixæ, vel in iure carnium febricitantibus ſunt vtiles, refrigerant, parùm alunt, tenuem ſuccum præſtant, non ægrè coquuntur, quandoque coquuntur in lacte, & addito ſale, & ſaccharo fit cibus gratus guſtui probè nutriens, infrigidans, hecticis conualeſcentibus, & bilioſis morbis vtilis; frixæ in ſartagine cum butyro, vel oleo non adeo aquoſæ ſunt, paucum ſuccum præbent, & difficiliùs coquuntur. Solent etiam cucurbitæ deraſo cortice in tenuia filamenta diuidi, quæ exiccata ad vſum ſeruantur. Notat Galenus, quòd cucurbita quantùm in ſe ipſa eſt, habeat ſuccum, qui in totum corpus alendi gratia diſtribuitur, qualitatis ad ſenſum expertem, itaque cum alicui eorum, quæ vehementem habent facultatem, miſta fuerit, facilè illi aſſimilatur.

B Melones noſtris temporibus ſunt adeo guſtui iucundi, & maximè æſtatis tempore, vt prædulci ſuauitate mandantur: à quibuſdam ſaccharini (quaſi ſaccharo conditi) appellantur; vbi manſi fuerint, non admodum facilè in ventre corrumpuntur, ſi ante reliquos cibos edantur. Sed aliud eſt nutrire ſanos, aliud ægrotantes: corporibus ſanis conceduntur potiùs voluptatis, quàm neceſſitatis cauſa; in quorum commeſtione aliqui dicunt eſſe ſimul comedendum, quod ſalſedine quadam ſit præditum, quemadmodum eſt caſeus optimus ſiue Calabrenſis ſit, ſiue etiam Parmenſis, aut Placentinus, vel farciminis aliquid, quemadmodum præſertim ſunt ea magna farcimina, quæ Bononiæ fiunt, & *mortadelle* appellantur.

De potu verò poſt melones non videntur omnes eſſe eiuſdem ſententiæ; alij enim, inter quos eſt Cardanus, volunt merum vinum non eſſe bibendum, ſed aqua dilutum: alij verò hominum conſuetudinem vulgarem ſequentes magis probant vinum merum, ſtomachale, non admodum validum, album, & in pauca quantitate acceptum. Nec videntur deſtitui ratione, quia ſi conſideremus naturam melonum, videbimus
C eos frigidos, & humidos eſſe, proinde egere ratione frigiditatis potu vini, vt illorum frigiditas attemperetur; humiditas verò tum à vino, tum à prædictis rebus ſalſis attemperatur, atque hoc pacto corrumpi nequeunt. Si verò conſideremus ventriculum horum melonum receptorem, is vel calidus eſt, hoc eſt intemperie calida affectus etiam ſecundùm naturam, vel infrigidatus eſt: primo modo non conuenit vinum merum, ſed (vt dicebat Cardanus) aqua multa limphatum, at ſi ventriculus fuerit frigidus, tunc merum competit vinum, quòd tenuium ſit partium, & corroborationi ventriculi aptum, qualia ſunt vina in Sicilia, quæ *claretta*, ſeu *cераſola* appellantur, ſiue Syracuſana, ſiue Auguſtana ſint: ſemina melonum probè expurgata, & à corticibus ſuis mundata, vbi contuſa ſint, & cum aqua roſacea, & ſaccharo in lac conuerſa, habent facultatem ſitim extinguendi, iecoris obſtructiones expellendi, & vrinam promouendi.

Sunt modò melopepones, de quibus, vt dixi, Galenus nihil determinauit, ſi tamen velimus intelligere pro melopeponibus angurias, quas Arabes Bathecas appellant, di-
D cemus eos faciliùs corrumpi, quàm melones, ſunt peioris ſucci, minùs ventrem ſubducunt, minùs mouent vrinam, infrigidandi maiorem habent facultatem ipſis melonibus, & iſti ſunt, quos melones aqueos vocant, qui in ſummo æſtu refrigerati in gelida aqua ab omnibus deſiderantur. Et in maxima copia tempore Iulij, & Auguſti in noſtro littore Meſſanenſi venales reperiuntur.

Cucumeres hodie cupiuntur mira voluptate tam à nobilibus, quàm à plebe, & deraſo cortice in taleolas diuiduntur, atque cum oleo, ſale, & aceto in acetarijs comeduntur. In hac Ciuitate Meſſanenſi non admodum frequentes ſunt, ſolent aliquando immaturi aceto, & ſale condiri, & ſeruari per totum annum. Difficiliùs, quàm melones coquuntur, craſſum, & gelidum ſuccum diffundunt in venas, magis melonibus infrigidant, & minùs detergunt, minuſque mouent vrinas, & febres malignas accendunt. Scribit Galen. lib de bonon. & vit. ſucc. cucumerum, peponum, melopeponum nullum eſſe boni ſucci, quia ſi celeriter concoqui, & perfici nequeant, in ſuccum

ferè

De fructibus, & nutrimento ipſorum. Cap. IV. E

SCripſit Gal.lib.2. de alim.fac.1. fructus omnes ab arboribus, & oleribus hortenſibus deſumi, & fructus ab oleribus enatos eſſe quatuor, id eſt cucurbitam, peponem, melopeponem, & cucumerem, quæ magnitudine æmulantur magnarum arborum fructus, nec fortè ijs virtute cedunt, cùm in magno æſtu, ac ſummo calore hominum ſitim compeſcere, ac extinguere ſoleant tum humectando, tum refrigerando. Quid tamen voluerit Gal. nomine peponis, melopeponis, atque cucumeris, valde apud ſcriptores ambiguum eſt, ac adeo intricatum, vt difficile ſit in hac materia eius hiſtoriam accommodare ſenſui, atque rationi; alij enim dicunt noſtrates melones, & alios duos fructus eſſe diuerſos formà, figurà, ac magnitudine, idque eis contigiſſe mangonij, ac cultus diligentioris ratione: quapropter dicendũ nõ eſt ſpecie diſcrepare, ſed diligenti artificis cura elegatiorem gradum, ac ſuauiorem ſaporẽ accepiſſe. Si enim melopepones, & pepones eo odore, ſuauitate, & iucundo ſapore apud antiquos extitiſſent, quemadmodum noſtris temporibus, non fuiſſent ſanè à viris doctiſſimis, qui tam diſertè tractarunt de omnibus edulijs delicatis ita ſilentio prætermiſſi, F aut neglecti, proinde videtur hoc nomen *pepo* inductum ab antiquis fuiſſe quaſi ironicè his fructibus, vt ſcilicet demonſtrarent in illis nullum ſaporem fuiſſe, non ſecus atq; homines inſulſi, ingenioque tardi, ac hebetes pepones appellantur. Citrulos tamen noſtrates vbi maturuerint valde aſſimilari peponibus, ex eo conſtat, quòd non admodum ſuaues, ſed inſipidi potiùs ſint, & vomitum moueant, aliaſque notas habeant quamplurimas peponum deſcriptionem referentes; ex quibus deinde cultu, & opera videntur paulatim orti tam melopepones, quàm pepones noſtri, ita vt aſſerendum ſit melopepones, & pepones eſſe eiuſdem ſpeciei ortum ducentes à citrulis.

Alij verò dicunt pepones, & melopepones eſſe eiuſdem ſpeciei, & ſub cucumerum genere reponi, verùm inter ſe magnitudine differentes; nam pepones melopeponibus ſunt maiores, magis ſtiriati, ſucculentioreſque, minùs tamen grati, carneque molliore, & ſemine pauciore, figurà oblongà, vt cucumeres; melopepones verò aiunt eſſe globosà forma, atque ita licet ſint eiuſdem ſpeciei, figura tamen differre. Anguriæ, G quas Bathecas Auicennas vocauit, & alij Arabes Dullaba, citrulos colore, & forma æmulantur, nomenque commune ad omnes ſpecies melonum, & anguriarum habent, nec Galenus de angurijs quicquam apertè locutus fuit, quare eas non agnouit. Alij modò ſunt, qui ſcribant nomine peponum intellexiſſe Galenum angurias, melopeponum autem nomine ſignificaſſe noſtrates melones: è contra verò alij ſcribunt nomine melopeponum ſubaudire voluiſſe angurias, & per melones intellexiſſe pepones noſtros. Alij verò exiſtimant Galenum his tribus capitibus duo tantùm fructuum genera propoſuiſſe, nempe cucumerum, & melopeponum: peponẽ autem non eſſe diuerſum ab ijs genus, ſed differentiam cucumeri maturo attributam; ita vt cucumis alius ſit pepo, alius non pepo.

Non deſunt, qui dicant hæc dua nomina abuſiuè fuiſſe addita; nam pepo nil aliud eſt quàm maturum, & melos à μελαν, quod eſt nigrum, vt alius ſit melo, qui pepo, hoc H eſt, coctus dici poſſit ad differentiam crudi, alter verò qui ad nigredinem magis exteriùs tendit. Ex huius varietate hiſtoriæ videtur admodum difficilis, & intricata res ad diſcutiendum, neque hic locus expoſtulat, vt tempus conteramus in examinandis Authorum opinionibus de hac materia, alias fortaſſe fuſiùs rem hãc examinare tentabimus, determinareque an Galenus vnam, & eandem rem intelligere, an verò plures fructus ſpecie inter ſe differentes his tribus capitibus in medium adferre voluerit: ſat eſt nunc ex communi omnium conſenſu ſtatuere Galenum 3. cap. voluiſſe illum fructum ab omnibus cognitum deſcribere, eiuſque qualitates, & nutrimentum, quod præſtat exponere, quamuis Cardanus, vt ſui moris eſt, in eum reprehendendum nimis audax (ne dicam temerarius) multa dicat, quæ tamen cùm ſint pauci momenti, ijs relictis ad cucurbitæ qualitates enarrandas me confero.

Cucur.

A Cucurbitarum multæ ſunt ſpecies, quarum aliæ meliores, aliæ peiores ſunt: noſtris temporibus ſeruntur in hortis, quas Turcicas, Neapolitanas, ſerotinas, & hybernas vocant, auideque, tum à magnatibus tum à pauperibus expetuntur. eduntur etiam crudæ, ſed rarò, quoniam inſuaues ſunt, alimentum præbentes aquoſum, frigidum, & tenue, difficilè concoquuntur, ſtomachum lædunt ventriculo pondus frigidum inferentes, coctę verò elixæ, vel in iure carnium febricitantibus ſunt vtiles, refrigerant, parùm alunt, tenuem ſuccum præſtant, non ægrè coquuntur, quandoque coquuntur in lacte, & addito ſale, & ſaccharo fit cibus gratus guſtui probè nutriens, infrigidans, hecticis conualeſcentibus, & bilioſis morbis vtilis; frixæ in ſartagine cum butyro, vel oleo non adeo aquoſæ ſunt, paucum ſuccum præbent, & difficiliùs coquuntur. Solent etiam cucurbitæ deraſo cortice in tenuia filamenta diuidi, quæ exiccata ad vſum ſeruantur. Notat Galenus, quòd cucurbita quantùm in ſe ipſa eſt, habeat ſuccum, qui in totum corpus alendi gratia diſtribuitur, qualitatis ad ſenſum expertem, itaque cum alicui eorum, quæ vehementem habent facultatem, miſta fuerit, facilè illi aſſimilatur.

B Melones noſtris temporibus ſunt adeo guſtui iucundi, & maximè æſtatis tempore, vt prædulci ſuauitate mandantur: à quibuſdam ſaccharini (quaſi ſaccharo conditi) appellantur; vbi manſi fuerint, non admodum facilè in ventre corrumpuntur, ſi ante reliquos cibos edantur. Sed aliud eſt nutrire ſanos, aliud ægrotantes: corporibus ſanis conceduntur potiùs voluptatis, quàm neceſſitatis cauſa; in quorum commeſtione aliqui dicunt eſſe ſimul comedendum, quod ſalſedine quadam ſit præditum, quemadmodum eſt caſeus optimus ſiue Calabrenſis ſit, ſiue etiam Parmenſis, aut Placentinus, vel farciminis aliquid, quemadmodum præſertim ſunt ea magna farcimina, quæ Bononiæ fiunt, & *mortadelle* appellantur.

De potu verò poſt melones non videntur omnes eſſe eiuſdem ſententiæ; alij enim, inter quos eſt Cardanus, volunt merum vinum non eſſe bibendum, ſed aqua dilutum: alij verò hominum conſuetudinem vulgarem ſequentes magis probant vinum merum, ſtomachale, non admodum validum, album, & in pauca quantitate acceptum. Nec videntur deſtituti ratione, quia ſi conſideremus naturam melonum, videbimus C eos frigidos, & humidos eſſe, proinde egere ratione frigiditatis potu vini, vt illorum frigiditas attemperetur; humiditas verò tum à vino, tum à prædictis rebus ſalſis attemperatur, atque hoc pacto corrumpi nequeunt. Si verò conſideremus ventriculum horum melonum receptorem, is vel calidus eſt, hoc eſt intemperie calida affectus etiam ſecundùm naturam, vel infrigidatus eſt: primo modo non conuenit vinum merum, ſed (vt dicebat Cardanus) aqua multa limphatum, at ſi ventriculus fuerit frigidus, tunc merum competit vinum, quòd tenuium ſit partium, & corroborationi ventriculi aptum, qualia ſunt vina in Sicilia, quæ *claretta*, ſeu *ceraſola* appellantur, ſiue Syracuſana, ſiue Auguſtana ſint: ſemina melonum probè expurgata, & à corticibus ſuis mundata, vbi contuſa ſint, & cum aqua roſacea, & ſaccharo in lac conuerſa, habent facultatem ſitum extinguendi, iecoris obſtructiones expellendi; & vrinam promouendi.

Sunt modò melopepones, de quibus, vt dixi, Galenus nihil determinauit, ſi tamen velimus intelligere pro melopeponibus angurias, quas Arabes Bathecas appellant, di- D cemus eos faciliùs corrumpi, quàm melones, ſunt peioris ſucci, minùs ventrem ſubducunt, minùs mouent vrinam, infrigidandi maiorem habent facultatem ipſis melonibus, & iſti ſunt, quos melones aqueos vocant, qui in ſummo æſtu refrigerati in gelida aqua ab omnibus deſiderantur. Et in maxima copia tempore Iulij, & Auguſti in noſtro littore Meſſanenſi venales reperiuntur.

Cucumeres hodie cupiuntur mira voluptate tam à nobilibus, quàm à plebe, & deraſo cortice in taleolas diuiduntur, atque cum oleo, ſale, & aceto in acetarijs comeduntur. In hac Ciuitate Meſſanenſi non admodum frequentes ſunt, ſolent aliquando immaturi aceto, & ſale condiri, & ſeruari per totum annum. Difficiliùs, quàm melones coquuntur, craſſum, & gelidum ſuccum diffundunt in venas, magis melonibus infrigidant, & minùs detergunt, minuſque mouent vrinas, & febres malignas accendunt. Scribit Galen. lib de bonon. & vit. ſuc. cucumerum, peponum, melopeponum nullum eſſe boni ſucci, quia ſi celeriter concoqui, & perfici nequeant, in ſuccum

ferè lethalem venenis ſimilem vertuntur. E

Iſti ſunt fructus, qui deſumuntur ab oleribus, inſigni magnitudine præditi; reliqui verò minores exiſtunt, inter quos ſunt mala inſana vocata, & fraga. Verùm mala inſana non admodum ſunt in vſu, at Meſſanæ communiter eduntur, ſed egregiè paratæ, ita vt palato iucundiſſimæ ſint, etiam ſi ægrè concoquantur lentum præbentia alimentum, & melancholicum: obſtructionem pariunt, frigidæque ſunt, & humidæ complexionis. Sunt modò fraga, quæ & in Italia, ſed maximè in Gallia naſcuntur paſſim in ſyluis, & ſemitis, quæ ruſticulæ puellæ legunt, in vrbeſque corticibus arborum incluſa ſacculorum in modum important. In primo gradu ſunt frigida, in ſecundo ſicca, ideo calidiori ventriculo, atque bilioſiori ſunt amica, ſitim leniunt, appetentiam deiectam incitant; ſaccharoque inſperſa, vbi vino albo, & tenui abluta fuerint, guſtui admodum grata redduntur; & primo cibo ſumi debent, tenuiter alunt, & facillimè in ventriculo corrumpuntur, & matura in delicijs habentur.

Sunt, & ficus conſiderandæ, quarum varia ſunt genera: aliæ enim candidæ, aliæ nigræ, rubentes aliæ, & aliæ purpureæ reperiuntur. In Sicilia, & præſertim in Meſſanenſi agro celebriores ſunt illæ, quæ primis diebus occurrunt, nempe Iulio menſe, & F *ficazzane* appellantur, & quæ nigræ, & poſtremæ veniunt, *catalaneſche* dictæ, dulces, & gratæ guſtui, ſed paruæ. Huiuſmodi ficus comeduntur etiam tempore melonum; poſt quas Cardanus ſcribit eſſe bibendam aquam, duplici ratione, primò quia aqua efficit, vt ficus celeriùs ventriculum ſubeant, tum quia calorem illarum mitigat: Verùm experientia oſtendit, vinum magis conuenire in pauca quantitate ſumptum, vt dictum eſt de melonibus; nam ſi ponamus ficum recentem à cortice extractam in aquam, condenſatur; è contra ſi in vinum, liquatur; igitur vt citiùs ſubeat, melius eſt vinum, quàm aqua. Neque adeo calidæ ſunt, vt poſſint iecur, aut viſcera inflammare; nam dulces ſunt, & dulcia magis ſunt temperata, quàm calida.

Sunt modò ficus exiccatæ, quæ caricæ dicuntur, de quibus Gal. loquitur ad hunc modum. *Caricæ multiplicem habent vilitatem, ſiquis tamen longiùs eſitauerit, ab eis offendetur, ſiquidem ſanguinem non admodum probum gignunt*. Quò fit, vt ex ipſarum eſu, pediculorum multitudo proueniat: habent etiam tenuandi, & incidendi facultatem. G At ficus recentes, quas, & fugaces appellant, non potuerunt, & ipſæ ſucci prauitatem effugere, tametſi minùs, quàm cæteræ, fugaces omnes ipſius ſunt participes. Verùm hæc ipſis inſunt bona, quòd ventrem promptè permeent, & quòd facilè totum corpus peruadant; nam & abſtergendi inſignem facultatem habent, purumq; & exiguum corpori præbent alimentùm.

Mora obſeruantur in nouiſſimis florere, & inter prima matureſcere, arbor eorum tranſacto frigore germinat; ſunt in duplici differentia alia alba, & alia nigra, & comeduntur vtraque, alba ſunt in pretio, nigra verò nullo numero habentur, ſuntque hæc duplicis generis; nam alia ſunt domeſtica, alia agreſtia: priora fiunt ex arboribus, ſecunda verò pertinent ad rubum, ex ea arboribus fructum afferunt vel maturum, vel immaturum, maturi fructus crudi parùm nutriunt, refrigerant, facilè per ventrem deſcendunt, facilè corrumpuntur, ſi præſertim poſt alios cibos aſſumpti fuerint, quod non contingit, ſi in prima menſa comedantur. Si coquantur, atque cum butyro, & pane craſſo modo confundantur, inſurgit cibus non ingratus, exiguum corpori alimentum præbens, & ventrem leuiter laxans: ex ſucco ipſorum fit illud medicamentum tam vulgatum, quod Diamoron appellatur. At ſi fructus immaturi fuerint, adſtringunt, frigidi ſunt, & ſicci, ſanguinis, & bilis feruorem extinguunt, & facilè corrumpuntur. Tempus vtendi, cùm corpus ventriculi calore æſtuat, non ſecus atq; dictum eſt de peponibus. Sed hic de moro Plinianum miraculum tacendum nō eſt morus inquit, laurus, & hedera mutuò attrita ignem facilè concipiunt, quod exploratorum vſus in caſtris, paſtorumque induſtria reperit. Agreſtes verò, qui, & rubus propriè appellantur, minùs ſunt guſtui grati, non tam facilè corrumpuntur, ventrem vehementer adſtringunt, nec excrementa expellunt, liberaliter ingeſti inferunt dolorem capitis. Sunt autem, & fructus canirubi à Gal. appellati, qui multò magis, quàm ruborum adſtringunt, ob eamque cauſam ventrem magis cohibent, veſcuntur autem ijs frequenter Ruſtici, at exiguum alimentum corpori ſuggerunt.

A Ceraſa alia ſunt acida, alia dulcia: acida vel cruda ſunt, vel parata; cruda recentia refrigerant, facilè ſuperantur, facilè per ventrem deſcendunt, ſitim ſedant, & extinguunt, ventrem, ac iecur attem perant, appetitum excitant, incidunt, ventriculo pituitoſo conferunt, hodie eiuſmodi acida, atque auſtera principatum in menſis obtinent, nec ita celeriter maturitatem adipiſcuntur, quorum & varia genera extant, omnia tamen apta ſunt, vt inſolentur, & ſaccharo condiantur, & vbique pro ſedenda ſiti, extinguendaque bile ſanis, ægriſque conceduntur. Adduntur que ad intinctus, & multipliciter dapibus ex eis paratur ſapor, haud dubiè gulæ in primis irritandæ, & exacuendo palato, ſed interdum etiam ſalubriter reprimendo bilis feruori accomodatus. Ex aqua, & ſaccharo decoqui ſolent, quò innocentiora ſint, tutiuſque ægris conceduntur, eſt tamen eorum vſus continuus euitandus. Eſt vna harum ſpecies, quæ *Viſciole* ab Hetruſcis appellatur, communiter ſub hac ſpecie comprehenduntur, quæ dici ſolent *Amarene*, ex quibus paratur vinum Neapoli, quod guſtui gratiſſimum eſt, id quod etiam fit Meſſanæ, ſed rarò. Dulcia verò docente Gal. ventriculo
B non ſunt adeo amica, quæ ſi recentia comedantur ob redundantem humiditatem aluum lenire ſunt apta: Siccata verò è contra adſtringunt, appetitum tamen commouent, in ventre non multum morantur, nec facilè corrumpuntur, videntur tamen ſanguinem aquoſum generare, molliora citiùs putreſcunt, duriora contra meliora cenſentur.

Perſicorum varia ſunt genera, duo tamen præcipua habentur, vnum duracinum, aliud præmolle dictum, quæ non modò magnitudine diſtinguuntur, ſed colore, atque ſapore, cùm quædam rubeo, quædam aureo colore fulgeant, alia vireſcant, alia candida ſint, nonnulla ſanguinem referant, & alia duracina, quæ & cotonea appellantur, & horum quædam dulcia, alia acida, alia vinoſa, & alia auſtera ſunt. Duracina dicuntur, quia eorum nuclei carni adeo tenaciter adhærent, vt vix auelli poſſint, alia verò diſſecta liberum ſtatim mittunt nucleum, in Sicilia ferè omnia ſunt duracina, & magnitudine exigua, apud nos duracina ſunt magna, quemadmodum & ea, à quibus nucleus illis apertis ſtatim exit, ſed molliora, quæ & rubra intus ſunt, magnitudine ſu-
C perant duracina. Quoad facultates frigida omnia, & humida, ſed magis duracina, nec ſanè valde alimentoſa ſunt, ſucco prauo omnia habentur, & facilè aceſcunt, proinde opus eſt ea aſſumere ante alia alimenta, & vinum ſuperbibere, non ſecus atque de melonibus dictum fuit. Sub hoc genere perſicorum continentur ea, quæ chryſomela, id eſt aurea mala, vocantur, quorum aliqua præcoqua, ſeu præcocia dicuntur, quoniam ante alia ſui generis mala maturantur, refrigerant, atque humectant; minùs mala; minùs etiam facilè corrumpuntur, longeque minora, quàm perſica cenſentur.

Armeniaca, quæ præcocijs minora ſunt, & magis aromatica, omnibuſque guſtui gratiora, naſcuntur pulcherrima Panormi, & ab omnibus Siculis expetuntur valde, meliorem ſuccum præſtant, non ſicut perſica facilè corrumpuntur, ſtomacho vtiliora, cæteriſque omnibus meliora exiſtimantur, refrigerant, atque humectant, minùs tamen præcocia, quàm armeniaca, & armeniaca, quàm perſica. Solet fieri oleum ex nucleis perſicorum, & chryſomelorum, quod faciei omnes maculas delet. Scribit Matthiolus Armeniaca à latinis præcocia nominari, à Græcis pericocia. Hetruſci imi-
D tantes græcos vocant *Bacboce & moniace* corruptis vocabulis, ac ſi diceremus pericocia, & Armeniaca, à Romanis *Griſomele*, quaſi chryſomelæ, eaque præcipuè, quæ eo tractu cum perſicis magnitudine certant. Quod non modò cœli, ſolique clementia euenire putandum, ſed etiam cultorum mangonio; namque multiplicata inſitione maximè proficiunt, & augeſcunt, omnia intra ſe os concludunt, vtraque parte turgent, in quo nucleus concluditur eadem figura, qui in quibuſdam amarus reperitur, vt in perſico, in alijs verò dulcis, vt in amygdalis, & in Sicilia has appellant, præcocia Alexandrina.

Quamuis Armeniaca, & perſica inter mala reponantur, nihilominus Gal. ea diſtinxit à malis, quæ mala alia ſunt, quæ dicuntur ſimpliciter mala, alia cum additamento nempe mala cotonea, mala medica, mala aurantia, & mala limonia. Et primò de malis ſimpliciter loquens 3. de alim. fac. dicebat, alia habere ſuccum auſterum, alia acidum, dulcemque ſaporem, ſunt etiam, quæ ex his miſtum habeant ſaporem, ita vt appa-

apparent, & dulcia, & auſtera, quorum ſunt alia, quæ dicuntur mala appia, alia mala E
roſea, quæ vtraque in Lombardia ſunt ſatis conſpicuæ magnitudinis. mala roſea,
Epyrotica à Dioſcoride, & à latinis orbiculata dicuntur; ſunt modò, & alia mala
quæ impensè rubent, vt feruore perfuſa eſſe videantur, & acido guſtu ſunt prædita, eò
quòd ex mali, & mori nigræ inſitione ſuam traxerint originem. Mala igitur, quæ ad
ſtringunt, ſuccum habent frigidum, ac terreum, quæ verò acida ſunt, frigidum quidem, ſed tenuium partium, medij autem temperamenti ſunt dulcia, quæ tamen ad
calidius vergunt, quemadmodum, quæ omnis qualitatis ſunt expertia, & veluti aquo
ſa ad frigidius inclinant. Cruda comeſta parùm proficiunt, ſed ſi coquantur cum
modico ſacchari, & aniſis confectis, maximè iuuant, corroborant cor, extinguunt
ſitim, materiam expectorant, atque tuſſim ſanant: primas partes obtinent appia,
deinde roſea.

Mala cotonea à Grecis cydonia appellantur, primò in Italiam aduectæ ſunt è Cydo-
ne Cretæ oppido, quam à Catone Cotonea appellatâ fuiſſe tradunt, ac ſi diceres Cato- F
neam. Cydoniorum tria inueniuntur in Italia genera, primum eſt eorum, quæ coto
nea dicuntur; alterum eorum, quæ ſtrutia vocantur, & ab Hetruſcis pyra cotonea, po-
ſtrema, eſt eorum, quæ miluiana à nonnullis nota vocantur. Omnia ſunt frigida in pri
mo, ſicca in ſecundo, facultatem habent adſtringendi, comeduntur in ſecunda men-
ſa, pro ſigillo ſtomachi, fauent coctioni, & corpus mouent, ſi in quantitate accipian-
tur: atqui vbi adſtringendum eſt corpus, concedenda ſunt ante prandium. Cotonea-
ta, quæ fiunt ex ſaccharo, aut melle, conueniunt & infirmis, & ſanis, ex ijſdem fit ſy-
rupus, qui vocatur miua citoneorum, fit etiam vinum, atque oleum, & id quod Dia-
cydoneum vocant, conficiuntur etiam & intinctus, & congelati liquores, quæ omnia,
& ſanis, & ægrotis valdè ſunt vtilia.

Medica malus, quę & κίτρον à grecis appellatur, & citrum à noſtris dicitur, ſi cruda co-
medatur, non facilè coctioni cedit, cortex ipſius calidus, & ſiccus in tertio gradu, pul-
pa refrigerat in primo gradu, & humectat, acedo ſeu ſuccus eſt frigidæ, & ſiccæ com-
plexionis, ſemen verò eſt, vt cortex, totus fructus comeſtus aduerſus morſus peſtilen- G
tium animalium maximè prodeſt; vnde refert Athenæus, quòd cùm Princeps quidam
Aegyptius maleficos quoſdam damnaſſet, vt ſuorum facinorum luerent poe-
nas, aſpidibus ſecundùm Aegyptias leges in prædam exponendos iuſſit, ij citrum in
itinere, dum ad beſtiarum pabulum ducerentur, comederunt, quod caupona quædam,
vicem eorum dolens, atque miſeriam, illis dederat, mox cùm theatrum deſcendiſſent,
& ab immanibus ferociſſimiſque demorſi eſſent, nihil moleſtiæ ſenſerunt. Ex quo
apparet citria aduerſari venenis, & maximè eorum ſemen. Vnde citri decoctum
collutione oris halitum commendat, ſuauitatemq; accerſit; ipſa autem integra veſtia-
rijs condita veſtes non modò gratiſſimo odore perfundunt, ſed etiam à tineis, & blat-
tis vindicant. Aqua, quæ extrahitur à citrio toto, ſummè eſt guſtui ſuauis, confert
validè cordi, & cerebro, quæ ſi cum citri conſerua concedatur, mirabile eſt auxilium
contra febres peſtilentes, ferunt valide extinguere ſitim, & febrem, reſiſtereq; pu-
tredini, & concoctioni humorum prodeſſe, quodq́ue magis eſt, aqua à floribus
deſtillata efficaciſſimè peſti, & aëris contagioni, ac febribus peſtilentialibus H
aduerſatur.

Mala aurantia ſuccedunt, quæ Adami poma vulgò dicuntur, & poma aurea, atque
citrangula, horum cortex cruda eſt calidior, quàm cortex citri, nullumq́ue præſtat
alimentum, at condita cum melle, aut ſaccharo ventriculum frigidum roborat, pau-
ciſſimum tribuit nutrimentum, & ægrè concoquitur. At interna ſubſtantia, ſiue ſuc-
cus in aliquibus dulcis eſt, in alijs acidus, in alijs medius inter dulcem, & acidum: hu-
iuſmodi ſuccus nullum præbet alimentum corpori, dulcis tamen gratus eſt guſtui, ven-
trem nonnihil roborat, eſt tantiſper calidus, & opem fert febribus pituitoſis, & me-
lancholicis, obſtructiones parùm reſerans, at ſuccus acidus adſtringit, refrigerat, &
ſitim modicè extinguit; ſi tamen miſceatur alijs cibis, carnibus nempe, vel piſcibus,
quibus ſolet inſpergi guſtum mouet, ſtomacho eſt gratus, appetitum excitat; vomi-
tum cohibet; ſi comedatur cum pane, & modico ſacchari bilem in ventre non modò
ſupprimit, ſed ardorem, & ſitim extinguit: medius ſuccus inter dulcem, & acidum, &
ipſe

Digitized by Google

A ipſe ſitim extinguit, febrientibus confert, guſtui gratior, appetitum excitat, guttur le-
nit. In Sicilia maximè eſt aurantiorum copia, à quibus ſolent decerpi flores ab vn-
guentarijs ad varia odoramenta paranda, prope meam domum eſt viridarium quod-
dam egregium, quod præterquam quod ratione varietatis, & abundantiæ florum, &
fructuum iucundiſſimum ſpectaculum exhibet oculis, tempore autumnali, & veris
adeo aurantijs refertum eſt, & floribus, vnde maxima euaporat fragrantia, vt per
duos, aut tres menſes nil gratius, aut iucundius odoratui accidere poſſit: ex his floribus
deſtillatur aqua, quæ non ſolùm odoris præſtantia cæteras antecellit, ſed ad
medicamenta plurimùm confert, & præſertim ad peſtilentes febres, quæ cùm exan-
thematibus proueniunt.

Limonia eadem ferè præſtant, quæ aurantia, & mala citria: eorum cortex, & ſuc-
cus conſiderandus eſt; nam cortex ſimilis colore eſt citrio malo, difficilè concoqui-
tur, odoris ſuauitate commēdatur, vt citrium, citrij cortex acrior videtur: facultas eiuſ-
dem limonij parùm diſtat à citrio malo; ſuccus verò eſt acidus, qui & ipſe vel crudus,
B vel paratus in medicinæ eſt vſu; crudus & frigidior, & ſiccior habetur ſucco citrij,
craſſos humores incidit, vomitum, & nauſeam compeſcit, valet ad febres malignas, &
acutas, & appetitum excitat: ſi præſertim paratus fuerit cum ſalſamentis, & opſonijs
miſtus appetitum etiam excitat, vomitum reprimit, & guſtum mouet. Paratur ex eo
ſyrupus, qui vehementiùs infrigidat, magiſq; penetrat, quàm ſyrupus ex acetoſitate ci-
tri: aduerſus putrefactionem, & aduerſus vermes ſummè valet, & contra vehemen-
tiam febrilis caloris, & alios crudos humores vi maxima pollet: aqua ex huiuſmodi li-
moniorum ſucco calentis aquę balneo, & vitreis organis extrahitur, quæ pręterquam
quòd mulieribus expetitur, pro fuco ad faciem expolliendam habetur, vitiligines vbi-
cunq; ſint, & totius corporis maculas emendat, varos delet, & acaros interimit.

In cenſu pomorum poteſt facilè reponi illud, quod malum punicum, ſeu malum
granatum dicitur, cuius multa extant genera, quæ à Dioſcoride ad tria rediguntur ca-
pita; alia enim ſunt dulcia, alia acria, acida, alia acida quæ, & vinoſa videntur
Dulcia parum nutriunt, ſunt ſtomacho vtilia, nec febricitantibus conueniunt pro-
C pter eorum caliditatem, tum quia flatuoſa ſunt, ſpiritualia membra humectant, aluum
leniunt, vrinam prouocant; acida cæteris omnibus frigidiora ſunt, proinde bilis feruo-
rem extinguunt, vrinam prouocant, fluxiones ad viſcera currentes impediunt, ab-
ſtergunt, & adſtringunt, ventriculo, & pectori frigido nocent, vapores ferri in caput
prohibent; acutis febribus plus cęteris opem ferunt inflammationes extinguentia:
ex horum ſucco, & ſaccharo fit ſyrupus, qui ad ſanguinis feruorem ſupra modum
optimus eſt, febres bilioſas, & quæ ex pituitoſa materia multam flammam inducunt,
aufert, corrigit etiam lenem putredinem. Media, quę & vinoſa à Dioſcoride dicun-
tur, eſſe vtiliora ſtomacho eſſe quàm cotonea, nauſeam, & vomitum colericum
tollunt, ſitim ſedant, acutis febribus maximè conferunt, & guſtui valde gratificantur,
& cęteris pręſtantiora ſunt. Omnia frigida, & ſicca ſunt præter dulcia, imò quantò
magis ad dulcedinem tendunt, tantò minùs frigida habentur, alimentum, aut nullum,
aut pauciſſimum præſtant, atq; adeo videntur potiùs habere medicamentorum, quàm
alimentorum rationem. Aſſeruatur tamen in multis locis ſuccus ipſorum, qui loco vi-
D ni aſſumitur, & ægrotātibus aqua multa limphatum conceditur; ſunt Moniales ordinis
Sancti Dominici Bononię, quæ tantā huius vini copiam parant, vt habeatur per totum
annum, & vinum granatorum appellant, ex quo & ſaccharo fit oxyſacchara, & ſyrupus
iam dictus. Seruantur etiam, & exiccantur cortices, atq; flores inofficinis ad multos
vſus, ſeruantur & acini, qui cæteris omnibus maiorem adſtringendi facultatē habent.

Pyra vulgatiſſima vbiq; locorum ſunt, hinc fit, vt innumera eorum habeantur gene-
ra, quæ diuerſa ſortita ſunt nomina; nam aliter nominantur in alijs, atque alijs locis,
ex quibus alia auſtera, ſeu acerba, alia acida, alia dulcia, & alia ex horum miſtione
compoſita, dantur etiam aliqua, quæ inſipida ſunt omninò, & ignaua; inter dulcia
laudantur parua, quæ aromatica ſunt, muſcatellina dicta, & in agro Meſſanenſi ſunt,
quæ appellantur falconia. Dulcia igitur ſunt mediæ temperaturæ ad calidam non
nihil accedentes, & præſertim muſcatellinę, quæ corroborant cor, & os ventriculi,
vapores reprimunt, coctionem iuuant, ſitim ſedant, vbi verò cocta fuerint integra,

Google

aſſa in cineribus, vel olla, & ſaccharo condita,guſtui, & ſtomacho ſunt ſatis grata, vbi E
in partes diuiſa fuerint, vel elixa cum butyro, & modico ſale, ſuccum ſatis laudabilem generant, ſitim ſedant, aſſa in paſtillis cum cinnamomo, ſaccharo, zingibere, & butyro recenti modicè alunt, nec ſtomacho ſunt ingrata: at frixa in butyro priùs farina aſperſa ventriculum corroborant, mediocriter alunt. Auſtera refrigerant, adſtringunt,ventrem retinent ante cibum aſſumpta, non ſecus atque cotonea,poſtque cibum aſſumpta ventrē emolliunt, vbi cocta fuerint ſiue elixa,ſiue aſſata, guſtum delectant, & mediocriter nutr.ſūt: ex omnibus pyris ſyluestribus,& pomis fiūt genera quædā potus.

Eſt animaduertendum hoci loci Auicen.lib.2.can.cap.558.mentionem habere generis cuiuſdam pyrorum in patria ſua, quod ſenabrum appellatur; valdè magnum eſt, rotundum, benè coloratum, & tennis corticis, adeo vt propter hoc, & ſubſtantiam, quæ eſt ſimilis ferè aquæ ſacchari congelatæ, ſit fermè perſpicuum, & optimi odoris; hæc pyra addit,cùm cadunt ab arbore ſcinduntur, atque hæc ſola ſunt humida,temperata, atque innoxia.

Pruna Galeno docente raro, aut nunquam inueniri poſſunt, quæ auſterum, aut aci- F
dum, aut in ſumma inſuauitatem aliquam habeant, ſi matura exactè fuerint; priùs enim, quàm pruna eò maturitatis peruenerint, omnia propemodum aut acorem, aut acerbitatem, aut amaritudinem repræſentant. Differunt inter ſe colore, magnitudine, figura; nam alia ſunt alba, alia viridia, alia lutea, alia rubra, nonnulla herbacea, & alia nigra, & horum quædam magna, alia parua, alia mediocria, quorum omnium ſapor prædulcis eſt, vbi perfectè maturuerint. Et quamuis Cardanus ſcribat alia eſſe auſtera, alia acerba, intelligendum eſt de immaturis, non de maturis. Differunt etiam inter ſe ratione figuræ; nam quædam ſunt rotunda, quædam oblonga, variaq; formà inſignita: omnia pruna frigida,& humida ſunt,quamuis dulcia minùs frigida ſint,contra verò acida, & acerba: omnibus aquoſus ſuccus ineſt, ob id exiguum corpori præbent alimentum, frigidum,cruduṁq; humorem gignunt, vt cæteri fructus horæi. Inter pruna ea, quæ ex Damaſco feruntur,primas partes ſibi vendicant, de quibus Dioſcorides dicebat, ſi exiccata fuerint cohibere ventrem, attamen ſaccharo cocta, vel melicrato, aut inſculo ſtipticitatem amittunt, & aluum optimè deijciunt. Quædam G
ſunt recentia pruna,quę totò ægrotantibus concedi poſſunt,ſi matura fuerint,atque in gelidam aquam affuſa; nam ex Gal.omnes fructus humectant quidem, ſed non refrigerant, niſi in aquam immergantur gelidam; hoc igitur modo ſumpta corpus refrigerant,atque humectant,bili aduerſantur,& ſitim arcent. Talia ſunt ea,quæ à Meſſanenſibus dicuntur *Pruna da frate*,neſcio qua ratione. Vnum aduertit Cardanus lib. 3. de ſan. tuen. cap. 54. Bononiæ nonnullas matres familias ſuccum prunorum decoquere, ſeruareque ad ſitim febricitantium leuandam,& appetitum conciliandum. Ex prunis parantur multa medicamenta, vt ſunt electuaria, decocta, & ſerapia, quæ in officinis ſeruantur.

Ad pruna reduci poſſunt, quæ myxa, ſeu ſebeſtena vocantur: hic fructus non admodum eſt prunis diſſimilis, cùm tamen cedat magnitudine, facultate eſt conſimilis; nam aluum laxat, ac bilem depellit, ſitim extinguit, linguæ ariditatem, & aſperitatem remouet, vrinæ ardorem à bile ortum, & etiam à pituita ſalſa extinguit, reneſque expurgat, vbi maturus exactè fuerit,prædulcis eſt, tuſſi opitulatur, atque pectori, quin H
& in iure maceratus, decoctuſque, & prima menſa deuoratus, aluum commodiſſimè citat. Sebeſtena ea ſunt præſtantiſſima, quæ pinguia, & carnoſa ſunt, ex quibus paratur electuarium illud tam diuulgatum, quod Diaſebeſten appellant. Zizipha, quæ in officinis iuiuba appellantur, vbi maturuerint, ruſeſcunt,& ſapore dulces euadunt, guſtui non ingratæ, in humiditate, ac caliditate, temperata ſunt, & vt Galenus inquit exiguum præbent alimentum,difficilè concoquuntur,nec ventriculo ſunt vtilia. Scripſit Auicenn. ea ad pectoris, atque pulmonis vitia conferre, renumque, ac veſicæ affectibus prodeſſe: addit eſſe concoctu difficilia, cùm cortices habeant, quæ dum manduntur, palato ita adhæreant, vt vix auelli poſſint, ſic & dum deuorata fuerint, idem ventriculi tunicis euenire timendum eſt, ideo cum Cardano arbitror abdicanda eſſe à ciborum cenſu: ex ipſis tamen conficitur ſyrupus, qui maximè laudatur in pectoris affectibus, atque ea in pectorale decoctum ingrediuntur.

Subſe-

Digitized by Google

A Subſequuntur modo meſpila, ſorba, atque cornus. Meſpilorum duo genera à Dioſcoride tradita ſunt, Theophraſto verò, & Plinio tria. Sed prima Dioſcoridis meſpilus poma fert, quæ in Italia *azarola* nuncupantur, nec ſolùm rubra, vt aliqui autumant, verùm etiam & flaui coloris, & tam flaua, quàm rubra tria habent intus officula, ſuntque eiuſdem ſaporis, nempè ſubacidi, ventriculo grati, matureſcunt autumno menſe Septembri, quorum arbor apud Neapolitanos feliciſſimè creſcit. *Azarola* vbi maturuerint, guſtui admodum ſunt grata, quo fit, vt pro delicijs, non ſolùm in cibis cruda expetantur, ſed varijs modis ſaccharo, & melle condiantur: Neapoli, & Genua huc Meſſanam exportantur, inque communi ſunt vſu pro ægrotantibus, ventriculum calidum, & æſtuantem adiuuant appetentiam conciliantes, ſolentque prægnantibus gratiſſima eſſe. Secundum genus meſpili à Dioſcoride dicitur meſpila vulgaris, cuius fructus intra ſe quinque continent grana, ſuntque frigidæ, & ſiccæ complexionis, & niſi maturuerint, adeo acerbi ſunt, vt vix deguſtari queant, ventri fluenti cibus habentur vtiliſſimus, ſi ante cibum ingerantur, diſſolutum valde ventriculum ad-
B ſtringunt, decerpti ab arbore paleis conduntur, inde mitem maturitatem acquirunt, exiguum corporibus afferunt alimentum, ex his ad compeſcendas vomitiones cataplaſma conficitur os ventriculi exterius admouendum, ferunt eorum officula in puluerem contrita, calculos è renibus expellere.

Sorba verò, quæ ante maturitatem malorum colorem repræſentant, vt meſpila decerpuntur immatura, & paleis reponuntur, vel in manipulos colligata ſuſpenduntur: immatura valentiſſimè adſtringunt, minùs tamen, quàm meſpila, ex quibus fit illud medicamentum quòd diaſorbon, aut diaſorbarum appellatur. Si menſis offerantur gratiora ſunt, quàm ſint meſpila, in agro Meſſanenſi multa ſorba reperiuntur, tam flaua, quàm rubea, meſpila verò vix habentur, ad alui, & menſium fluxiones ſiſtendas ſummè valent, & ruſtici eis exiccatis, & in puluerem redactis vtuntur in fluxibus, & felici cum ſucceſſu. In hoc cenſu cornus ſunt, quæ fructus faciunt oliuarum magnitudine, atque figura duro intus officulo, qui ad maturitatem peruenientes rubri fiunt, ſuntque ſapore acidi, atque auſteri, mirumque in modum conſtringunt, nun-
C quam aliquem ex his fructibus in Sicilia obſeruare potui; nam ne cognoſcuntur quidem, niſi quòd Neapoli conſeruæ cum ſaccharo factæ ex ipſis adferuntur, parùm alunt, & difficillimè concoquuntur. Conſerua fit, ſeu conditum ex his quod Neapoli affertur, valetque ad menſium profluuium inſiſtendum. Galenus nec cornum, nec azarola cognouit.

Nuces ſunt in duplici differentia, aliæ dicuntur nuces iuglandes, quaſi Iouis glandes: aliæ verò dicuntur ponticæ, ſeu auellanæ: ambarum multus eſt vſus, alimentum corpori præbent exiguum, copioſius tamen pontica appellata, quàm nux iuglans, ſeu regia dicta, & ratio eſt, quia ſubſtantia auellanæ magis coacta, & minùs oleoſa eſt, iuglandis verò, ſeu regia ſubſtantiam laxiorem haber, continens in ſe ipſa plus pinguedinis; quare nuces recentes humidiores ſunt, detergunt, adſtringunt, neque oleoſam admodum poſſident facultatem, qualitatis quodammodo ſunt expertes; antiquæ calidæ ſunt, & adſtringentes. Vſus ipſarum frequens ventriculum infeſtat, at vbi paratæ fuerint cum caricis, & rutæ folijs, fit antidotum aduerſus peſtem, ſi mane ante alios
D cibos comedantur pauco vino generoſo ſuperbibito. Ex huiuſmodi nucibus recentibus contuſis cum allio, & pauco ſale, & iure carnium fit ſalſamentum quoddam, quod in Italia *agliata* vocant, guſtui gratum, & appetitum excitans. Auellanæ verò aſſę in cineribus meliùs concoquuntur, ſuauiores redduntur, os ventriculi roborant, fumos in caput aſcendentes arcent, at crudæ difficiliùs concoquuntur, quàm nuces, craſſioremq; ſuccum præſtant, ac bilem generant.

Sunt modò amygdalæ, piſtacia, & pinei: amygdalæ aliæ ſunt dulces, aliæ amaræ, dulces parum nutriunt, tenuem ſuccum faciunt, attenuant, thoracem, & pulmonem detergunt, iecoris obſtructiones auferunt, modicè ſunt calidæ, abſtergunt, viſum clarificant: recentes cum ſuo putamine humido ſtomachi vitia recreant, cremor ipſarum ſimul cum cremore ſeminum papaueris ſomnum inducunt. Ex ijs extrahitur illud oleum tam diuulgatum, & ſuauiſſimum, quod & pectus, & ventrem lenire ſummè valet: amaræ magis attenuant, detergunt, craſſos, ac lentos humores incidunt, viſce-

ra purgant, humores à pulmonibus, ac thorace ſputis expectorant, ebrietatem arcent, E
ſi quinque, vel ſeptem præſumantur: ex ijs coctis varia ciborum genera conficiuntur, nempe amygdalata, malaſſatis videlicet amygdalis aqua ſuper addita, ac per linteum colato ſucco, deinde ſaccharo addito, & lento igne feruefactis, quæ parum nutriunt, ſomnum conciliant, pectus leniunt. Efficiuntur etiam panes marſici ex amygdalis dulcibus in aqua roſacea maceratis, ſubactiſque, qui vires recreant, & bonum præſtant alimentum: paſtilli quoque fiunt amygdalis piſtis, & additis vuis paſſis, ſaccharo, & aqua roſacea, qui bonum, & laudabilem ſuccum in corpore generant, pulmonem leniunt, ſemen augent.

Piſtacia, quæ & fiſtuca appellantur, dicuntur ſemen generare, liberant iecur ab obſtructione, neque adſtringunt, neque emolliunt ventrem. Calida ſunt, & humida, pectoris humiditates eijciunt, renes purgant, ventriculum corroborant, nauſeam fugant, venenis repugnant cum vino cocta, medicamentis venereis admiſcentur, parùm nutriunt, qualitatem aromaticam, ſubamaram, & ſubadſtringentem eis adſcripſit Galenus.

Nuclei pinei craſſi, multi, & boni ſunt alimenti; ſed difficulter in ventriculo F
ſubiguntur, cerebro, iecori, renibus, neruis, viſui, auditui vtiliſſimi, in campo Rauennæ adeſt ingens ſylua tota ex pinis conſtans, hinc in ciuitate abundantiſſimi ſunt huiuſmodi nuclei pinei, qui vbi à cortice fuerint tenuiſſimo exuti candidiſſimi ſunt, ſi in aquam roſaceam fundantur, vt conſueuerunt illius Ciuitatis ciues; nam antequam in menſam ab illis offerantur abluti, & fricari diligentiùs ſolent; ſic enim multa ſordiciei quantitas exit, poſt ablutionem, & deterſionem, vt guſtui ſuauiores ſint, aquæ, vt dixi, roſaceæ infundunt per aliquod temporis ſpatium: ex his fit cibus ſatis iucundus.

℞. nucleorum pini mundatorum inſignis candoris lib. ß.
Oriza unc. iij.
Carnes alarum capi unc. iiij.
Succi limonis unc. ij.
Sacchari unc. iij.

Aſſentur nuclei pinei, ſeu torreantur, oriza autem coquatur in iure capi, inde omnia tundantur, & miſceantur; fit enim albus intinctus ſuauiſsimus. Quod ſi robuſtior ſit ventriculus, & humores ſint craſsiores, aut tenaciores, aut calidiores, augeatur limonis ſuccus. Hic cibus benè nutrit, & ſatis ſalubris eſt, fitque facilior concoctu iure pulli adaucto. G
Porrò ſi purgare arenam velis, & calculos, pineos nucleos recentes, & illotos ſume cum pane, & vino odorato: inde aut ſuperdormias, aut poſt quintam horam deambulato; proprium eſt huic arbori inter cæteras, vt lætiſſima fructificet ſalſo ſolo, & mari propinqua, vt etiam eadem aura aſpergatur: ſaccharo etiam condiuntur pinei, qui venerem excitant.

Varia ſunt oliuarum genera, inque vſu frequentiſſimo: vbique habentur conditæ, quas colymbades appellant, aſſumuntque diuites, vt appetentiam excitent: maturæ eduntur cum ſale, humorem generant melancholicum, mœſtitiam pariunt, dolorem cordis generant, nullam habent manifeſtam adſtrictionem, parùm, aut nihil nutriunt, ventriculum molliunt, & facilè putreſcunt, ſunt tamen moderatæ caliditatis. Immaturæ verò illæ ſunt, quæ condiuntur, & ex varietate condimentorum diuerſas acquirunt qualitates; ſale enim, vt plurimùm, condiuntur, diuque virides muria ſua conſeruantur. Nonnulli priùs ad nucleum vſque incidunt, vt melius muriam accipiant, citiuſque amaritudinem amittant, & contuſæ dicuntur: alij integras, virenteſque per biduum, aut triduum in calce ex aqua maceratas apponunt, alij ex aceto non minùs commodè præparant, & alij alijs modis, quos, qui cupit videre, adeat Matthiolum in lib. primum Dioſcorid. cap. 120. Quæ autem ex ſale condiuntur acrimoniam acquirunt, & ſiccitatem, ſed parùm adſtringunt, & quæ ex aceto tenuitatem, quæ verò ex calce, licet aliquid videantur habere, quod noſtræ naturæ prorſus aduerſetur, eluitur tamen vis illa praua aquæ affuſione, quamuis nonnihil intus recipi neceſſe ſit: meliores itaque ſunt, quæ aceto condiuntur; gratæ enim ſunt guſtui, & faciliùs concoquuntur, omnes tamen ſunt craſſi ſucci, & difficillimæ concoctionis. Verùm ſi adſtrin-

Digitized by Google

A ſtringente ſucco fuerint præditæ ventriculum roborant, deiectam appetentiam conciliant, & prima menſa aſſumptæ, docente Cardano, aluum deijciunt duplici ratione, prima ratione pinguia, & oleaginoſæ partis, deinde ratione ponderoſitatis, quamuis non deſint, qui ſecundis menſis adſtringentiores adhiberi velint; roborato enim ventriculi ore cibaria reliqua deorſum pelluntur.

Sed quòd oliuæ ante alios cibos aſſumptæ poſſint deorſum proijcere excrementa, non poteſt vlla ratione comprobari; nam ſi hoc eſſet, vt primum aſſumptum alimentum ſua grauitate deorſum deſcenderet, opus eſſet, vt ad multam copiam aſſumeretur: deinde grauitas; vt grauitas eſt alimenti non poteſt deſcendere, niſi ſubſtantia ipſius alteretur, & conuertatur, hoc fieri poſſet in plumbo, argento viuo, & id genus alijs, quæ à calore non alterantur. Quod attinet ad pinguedinem non adeo pingues, atque oleaginoſæ ſunt, vt ſperare liceat ſua pinguedine, & oleaginoſitate poſſe ventrem deijcere: deinde oliuæ in menſis Magnatum non modò initio paſtus aſſumuntur, verùm (vt ipſemet fatetur Cardanus) interponuntur inter carnes, & oua, & piſces & alia B edulia, & tamen non obſeruatur fieri alui deiectionem, aut citiùs, aut tardiùs. Et quamuis ipſe dicat magnum eſſe errorem admiſcere omnia alimenta ſimul in ventriculo, propterea quòd non ſeruatur ordo, puto tamen in ſanis corporibus huiuſmodi ordinem non eſſe neceſſarium, quemadmodum demonſtraui in Epiſtola ad Placidum Reinam Medicum, & Philoſophum. In multis partibus reperiuntur oliuæ, potiſſimùm in Hiſpania maiores, & magis pulpoſę cæteris omnibus, quas quidem vidi dum eſſem in Gallia, & in exercitu Ducis Parmæ, vbi habebantur, quæ erant re vera magnæ, & guſtui ſuaues: in agro Bononienſi fiunt longe his maiores, & guſtui ſuauiores, quarum maior portio Romam ſingulis annis mittitur pro menſis Magnatum, à quibus maximè appetuntur.

Quia incidimus in ſermonem eorum fructuum ab arboribus decerptorum, nihilominus de ijs omnibus aliquid dicendum, quæ condiri ſolent in aceto, ſuccedunt, quæ ex fruticibus deſumuntur, quamuis potius inter condimenta referri deberent, quòd alimenti parùm afferant, & magis reſipiant medicamenta, inter quæ cappares, præci- C puum fortè locum tenent, qui ſale conditi aſſeruantur, & quouis feruntur, & vbi ſalem lotione, vel maceratione in aquam tepidam depoſuerint, collapſam appetentiam excitant, pituitam detergunt, atque ſubducunt; lienis, & hepatis obſtructiones aperiunt, folia viridia, tenerique ſurculi in eundem finem aceto ſolo, vel cum ſale condiuntur.

Flores geniſtæ eodem modo condiuntur, aſſeruanturque, antequam dehiſcant collecti, qui non ſunt ita grati quemadmodum cappares, ijſque minùs adſtringunt, nulliuſque ſunt nutrimenti, & magis lienis, & iecoris obſtructiones aperiunt. Vua ſpina, ribes, vua acerba conſtringendo ſtomachi orificium appetentiam conciliant, cibiſque calidis, vel alioquin nauſeabundis addunt gratiam, ſupplent vices agreſtæ, habentque frigidi aliquid & tenuis nutrimenti. Fructus palmæ dactyli vocati, maturi, recentes, flatum generant, caput grauant, & calefaciunt: ſicci verò iecur, & lienem obſtruunt, pulmonis morbis proſunt, difficile coquuntur, craſſum generant ſuccum, & eò magis, ſi pinguiores fuerint, quemadmodum hi ſunt, qui Alexandria Meſſanam D aduehuntur. Alimentum non exiguum corpori præbent, guſtui ſunt grati, & in hac Ciuitate frequentiſſimè eduntur. Ex his parari ſolet in officinis illud medicamentum, quod Diaphœnicon appellatur, & in frequentiſſimo apud Medicos eſt vſu.

Animaduertit Cardanus hoc loco dactylos dentes corrumpere; hoc experimento, quia omnibus in regionibus Africæ vbi maximè abundant, dentes citò, ac facillimè decidunt, antequam homines pertingant ſenectutem, quòd tamen in hac Meſſanenſi Ciuitate eueniſſe viginti quatuor annorum interuallo non animaduerti. Aliud notat idem Cardanus, vſum ipſorum dactylorum morbo Gallico plurimùm conferre, ita vt qui eo morbo tenentur, & in regiones, vbi abundant, ſe contulerint breui ſpatio ſanari, reddens autem rationem inquit id euenire poſſe ratione caliditatis, & ſiccitatis regionis, vel ratione odoris à palmis prodeuntis: verùm Meſſanæ, quæ licet non ſit in Africa, non tamen ab ea valde diſtat, & in quam infinita dactylorum copia transfertur, & vbi etiam adſunt palmæ, nunquam obſeruatum eſt à dactylis luem veneream fugari.

Digitized by Google

fugari. Addit Cardanus, eos facere ad vitæ longitudinem, quia etſi difficilis ſint con- E
coctionis, indigenæ tamen quia aſſueti ſunt eis veſci longiſſima vita fruuntur.

Glandes crudæ potiùs ſunt porcorum alimenta, quàm hominum, vehementer ad-
ſtringunt, ſuccum craſſum præſtant, & malum, coctæ verò, elixæ præſertim, meliores
ſunt crudis, ac aſſis, minùs acerbæ, & minùs malæ, minùs adſtringunt, quàm aſſæ, &
faciliùs ſuperantur, quamuis aſſæ minùs ſint flatuoſæ, & faciliùs coquantur, quàm cru-
dæ. Caſtanea agreſtis fructus eſt quidem, ſi recens, & viridis comedatur, craſſum
ſuccum præbet, difficilè coquitur, tardè penetrat, validè adſtringit, tuſſim generat, &
flatus. Antiquæ verò, vel aridæ aſſeruatæ hac ratione ſicut Bononienſes fa-
ciunt, qui primùm concoquunt in vino, deinde exiccant ad fumum, & *anſeres* appel-
lant, gratiſſimæ ſunt guſtui, & in ſumptione molliſſimæ. Conſueuerunt etiam eaſdem
coquere in aqua, & appellant *baloſios* aſſant etiam tam ad ignem in ſartagine pluri-
bus foraminibus prædita, quàm ſub cineribus, & prunis, comeduntque à prandio, & à
cœna cum modico ſalis, & piperis: primitiuæ verò, quæ apparent ſub initio Octo-
bris, in aqua elixantur ſuperaddito ſale, minùs flatuoſæ ſunt, ſed ad concoquendum F
contumaces, neq; tamen caput grauant, ſed ventriculo conferunt, ſomnumq; ac Ve-
nerem cieunt, ſuntque ſuauiſſimæ, cuius rei iudicium eſſe poteſt, quòd breui tempore
coquantur, & vix admotæ igni. A cœna comeduntur tum ob ſomnum, tum quia exa-
ctiùs concoquuntur. Sed copioſus vſus ipſarum ſiue à cœna, ſiue à prandio peſſimus
eſt, quia tunc capiti nocent, Cardano ſcribente lib. 2. de ſanitate tuen. cap. 61. & ra-
tio eſt, quia nimis diu manent in ventriculo.

Ad Caſtaneas refero radiculam quamdam exiguam, quæ in littore marino Meſſa-
nenſi in fine Auguſti, & principio Septembris vendi ſolet, & appellatur *Baſyſi* naſci-
tur autem potiſſimum in agro Drepanenſi. Puto corrupto vocabulo à nomine Baſar,
alzir, hoc nomen à Mauris deductum eſſe, videtur enim eſſe de genere bulborum, nec
ineptè dici poſſet bulbus eſculentus, quia ab omnibus comeditur, ſaporque ipſius eſt
dulcis caſtanearum in modum, vnde vulgares eius loci, in quo naſcitur ſaporis ſimili-
tudine, quem cum caſtaneis obſeruant caſtanealos dicunt. Planta ipſius exigua eſt val-
de, cuius radix ſub terra eſt, rotunda croci ſilueſtris in modum multamque ſimilitudi- G
nem, quò ad effigiem tota planta habet cum croco ſilueſtri, folia tantum habet duo
vel tria oblonga inſtar filamentorum quorundã, quę ſupra terram emittit, aliaque bre-
uiora, in quorum ſummitate apparet veluti calculus exiguus, qui eſt fructus huius vir-
gulti oblongus magnitudine fabæ ordinariæ extra colore ſubflauo aſperitates tres
circulares habens equidiſtantes intus vero albus caſtaneæ ſubſtantiæ in modum, hu-
ius radiculæ meminit Montagnana de ægritudine matricis conſilio 205. fol. 828. littera
C quam radicem appellari à Veronenſibus, Futroſium, ſcribit, & alio nomine, azu-
linum.

Vua in colore, figura, ſapore, amplitudine acini, mollitie, ac duritię calli differen-
tias multas conſtituit; aliæ enim purpureo, aliæ roſeo, aliæ viridi colore nitent; can-
didæ, ac nigræ vulgares ſunt, quæ maximè tument, ſunt etiam quæ paruæ acino, &
exiles, aliæ quæ acino rotundo, aliæ prælongo porriguntur, aliæ abſque acino, & aliæ
duriore callo, aliæ acino præditæ prætereæ ſunt. Harum autem omnium aliæ ma-
turæ, aliæ immaturæ: maturæ aliæ ſunt recentes, & crudæ, quæ paucum alimentum H
præſtant, flatum generant, difficilè coquuntur, capitis dolorem afferunt; aliæ aſſerua-
tæ penſiles, quæ recentibus ſunt meliores, quia nec caput offendunt, nec flatuoſæ ha-
bentur, & ventrem minùs diſtendunt. Paſſæ duobus modis fiunt, aut in ſole, vuis in
palmite relictis, retorto pediculo racemi, donec marceſcat racemus, & vuæ: aut ſi
in lixiuium fundantur, & deinde exponantur ſoli æſtuanti. Suntque in duplici diffe-
rentia, alię ſunt dulces, alię auſteræ, dulces ſunt calidiores, ventrem roborant, atque
adſtringunt, conualeſcentibus proſunt, ventriculo, iecori, inteſtinis, pituitoſis humo-
ribus conferunt: ex his fit illud tam apud Galenum celebratum electuarium, quod cy-
phoides appellatur, de quo pertractat 8. de comp. med. ſecundum locos c. 7. validiùs
hę alunt, quàm faciant vuæ.

Animaduertit Cardanus lib. 2. de ſanit. tuen. cap. vltimo vuas paſſas vtilitatem fer-
re in lue indica, & in Elephantiaſi, eędẽ omnia membra naturalia confirmãt, alimẽtum

minimè

A minimè putredini obnoxium exhibent, pectus demulcent, vtiles pulmoni, ſenſibus
ventriculo maximè amicæ, vitam producunt, aperiunt obſtructiones, & tamen ad-
ſtringunt. Vuas paſſas paruas obſeruamus hic Meſſanæ, quarum aliquæ ad nos Co-
rintho feruntur, & ſunt ſine acinis, aliæ verò ſuos acinos duros habent, & à Lipara af-
feruntur, ſuntque exiguæ, non ſecus atque Corinthiacæ. Vbi verò immaturæ ſunt,
acidæ, atque auſteræ habentur: acidæ cæteris magis infrigidant, habentque aliquam
tenuitatem partium, auſteræ verò & ipſæ frigidæ ſunt, ſed craſſarum partium, proin-
de & diutiùs refrigerant, & adſtringunt, & ventrem minimè pertranſeunt: dicebat Car-
danus auſteras, & vinoſas commodiores eſſe pro iecore.

His vuis paſſis Creticis cum pane ſolo in prandio contentus erat Cardanus: additq;
eos, qui aluum adſtrictam habent paſſas Corinthi hoc modo præparare; eas enim
apprimè vino abluunt, atque à ſorditie expurgant, inde optimo vino per viginti qua-
tuor horas macerant, atque infuſioni folliculorum ſenæ cum cinnamomo factæ eas à
vino extractas addunt, permittuntque leni ebullitione ferueſcere, quibus colatis vtun-
B tur ante cibum immediatè ad quantitatem cochlearis, & aluum lubricam reddunt, ſed
ventriculo obſunt, ac capiti ob vinum, ac ſenam. Et hæc ſunt de pane, & de opſo-
nijs pro recta victus ratione inſtituenda, tam in ſanis, quàm in ægrotantibus. At re-
linquimus artem illam opſonatricem, quæ ad palati & gulæ irritamenta facit, nec non
& omnia condimenta, quemadmodum ſunt paſteta, tortæ ſuffocatorum ratione, atq;
omnes intinctus, quæ videntur ad coquos, & ganeones ſpectare potiùs, quàm ad
Medicos.

Rectus modò vſus omnium alimentorum in genere, qui conſtat ex quando, quan-
to, & ordine, breuiter docendus eſt, & primò quod ad tempus attinet, quamuis
veteres, vt plurimùm, aut ſoliti fuerint cęnare tantùm, aut ſolùm prādere, nunc tamen
ſæpius aliqui paſcuntur, & quidem vtiliter tam ſani, quàm ægri; toties enim alimen-
tum aſſumendum eſſe videtur, quoties cibus antè ingeſtus, abſumptus fuerit. Et in
pueris obſeruamus opus eſſe multo alimento ob fluidam corporis eorum conſtitutio-
nem; nam alimentum præterquam quòd facilè diſſipatur, eſt etiam augmentum, vnde
C neceſſitatem affert, vt ingeratur, quandoquidem requiritur multa reſtitutio, atque nu-
tritio, quæ cùm affatim fieri non poſſit, per vices eſt compenſanda; hinc eſt, cur
communiter ter, vel quater infantes ſoleant cibum ſumere, & etiam pluries: ſenes è
contra parum digerunt ob frigidum, ſiccum, durum corporis habitum, ideo facilè ie-
iunium ferunt, ob virium tamen debilitatem non aliter, quàm conualeſcentibus por-
tionem ijs neceſſariam in vices binas ad minimùm partimur. Virilis ætas, habitus
fluore, & viribus naturalibus media, duplici ferè paſtu ſatiatur, niſi ob laborem, vel
maius exercitium aucta diſſlatione frequentior etiam requiratur, & copioſior reſti-
tutio, vt in ijs, qui diuturnis ſeſe laboribus exhauriunt; nam in his fames oritur, quæ
coctionem frequenter anteuertit ob copioſam alimenti crudi diſtributionem, ex quo
etiam membris appoſito, & agglutinato magni producuntur in ſenibus, & ferè immedi-
cabiles artuum dolores. Multùm verò ad hanc rem facit conſuetudo, cuius ratione
maior pars veterum ſola cœna erat contenta; nam prandio aliquando aſſumpto lædе-
batur, & alia pars rarior binos requirebat paſtus.

D Videtur ex communi opinione melior, & ſanitati conducibilior ea viuendi conſue-
tudo, quæ bis ſpatio viginti quatuor horarum hominem reficit, quòd longiore abſti-
nentia vires debilitantur, & copioſior ſimul ingeſta quantitas nimium grauat, crudi-
tates, indeque obſtructiones accerſit, laudatur præterea hic cibandi modus, quia ex-
ceſſum, defectumque alterutrius cibationis longiori, vel breuiori tempore compen-
ſare poſſimus. Hanc conſuetudinem aſſumendi bis in die cibum ſummè laudat Cel-
ſus cap. 1. lib. 1. inquit enim quòd ſanis magis confert bis capere alimentum in die,
quàm ſemel. Quoniam igitur tempus aſſumendi alimenti alio modo metimur in ſanis,
& alio modo in ægrotis, ſanorum tempus eſt offerendi alimentum, poſtquam heſter-
nus, priorue cibus deſcenderit, & iam confectus fuerit; nam ſi priùs concedatur, quàm
prior aſſumptus fuerit concoctus, maximę cruditatis cauſa erit; at in ęgris alio mo-
do, & alia ratione inſtituitur alimentum; nam in febrium acceſſionibus à cibo ab-
ſtinere Hippocratis præcepto conuenit, in fine verò offerendum eſt, quod fuſiùs in

methodo

Digitized by Google

methodo febrium curandarum declarabitur. Offerre verò alimentum tam ſanis, quàm ægris pertinet ad modum, qui à conſuetudine, vt plurimùm regitur, quamuis ab ætate etiam confirmari poſſit, vt de pueris, de ſenibus, & de viris ſupra dictum eſt. E

Quod attinet ad quantitatem offerendam, dico tantùm alimenti ſanis eſt exhibendum, quouſque ſatientur, & ipſum perbellè concoquant, habito etiam reſpectu ad anni tempora; nam vere magis videtur eſſe offerendum, æſtate minùs, autumno mediocriter, & hyeme multùm, quòd magis tūc tēporis cōcoquatur. Conſuetudo velmaximè reſpicienda eſt; nā alij conſueti ſunt ſemel in die alij bis comedere, & multùm, alij parùm, pro diuerſitate habitus corporis, & complexionis. Ventriculus quoque reſpiciendus eſt pro magnitudine, ac paruitate ipſius; ſcribit Ariſtoteles quendam fuiſſe adeo exiguo ventriculo, vt vix pauciſſimam quantitatem alimenti continere potuiſſet, ideo coactus erat ſępiùs aſſumere alimentum. E contra Milo Crotoniatus, vnica vice vitulum deuoraſſe dicitur. Hęc de cibis. F

De Potu. Cap. V.

PRæclarè nouit optima magiſtra Natura, non minùs ſibi elaborandum eſſe circa conſeruationem, quàm generationem animalium: quare cùm ad hoc negotium cibum, & potum neceſſarium animaduerteret, lautiſſimè quidem pro ſicco reſtaurando cibum, pro humido potum ſubminiſtrare voluit. Cùm verò nec cibus, neque potus è re animalium fuiſſet, niſi concoquibilis, & alterabilis eſſet, id quod non niſi beneficio officinarum fieri poteſt, artificio ſingulari ſtomachum producendum, eiuſque orificio maximum ſenſum conferendum putauit, vt ſcilicet pro corporis indigentia, & qualitate aliter afficeretur dum cibi, aliter dum potus inopia laboraret. De cibis in ſuperioribus ad ſufficientiam à nobis tractatum eſt; ordo itaque propoſitus rerum non naturalium iam poſtulat, vt de potu, eiuſque diuerſis generibus agamus: eſt autem in genere potus alius ſimpliciter talis, alius medicamentoſus, non ſecus atq; de cibis dictum fuit. G

Potus igitur in genere eſt eſſentiæ humidioris, quæ deperdita eſt, refectio, & ad tres vſus omninò neceſſarius, videlicet ad ſedandam ſitim, quæ nihil aliud eſt, quàm potionis deſiderium, qua cùm vrgeri nos ſentimus, ad potum protinus excitamur; id ipſum enim nobis, quod terræ naſcentibus, atque ſatis euenit, quæ niſi humore foueantur, ac irrorentur, areſcere omninò eſt neceſſe, ſic quæ in nobis humida ſunt, quæque natiui caloris perpetuò depaſcentis, continua actione in dies ſiccantur, ac minuuntur, contabeſcerent ſanè, ni potione, ſeu præſentaneo remedio humectata reficerentur: hæc eſt prima vtilitas. Deinde, vt alimenta probè elixentur. Ad extremum, vt quod nutriturum eſt, diſtribui ex ventre, atque deduci aliquando poſſet, ſiquidem alimentum ſe ipſo, niſi ab humido aliquo fluxili adiuuaretur, non facilè ex ventre in reliquas corporis partes diſtribueretur; hoc autem eſt, aqua, quod ex qua nulla particula nutriri poteſt, corpori præſtat, ſi Galeno credimus lib. 4. de part. vs. cap. 5. Quis enim intelligere poſſet chylum ex cibis genitum, per anguſtiſſimas venas, quæ in hepate ſunt, permeare, niſi ei aliqua tenuis, & aquoſa humiditas, tanquam vehiculum permiſceretur? Verùm huiuſmodi aquoſa humiditas tam fit ex vino, quàm ex aqua; nam ſi ex ſola aqua chylus veheretur in iecur, malè ageretur apud eos, qui vino abſque aqua in potu viuunt. Et hæ ſunt vtilitates, quas potus præſtat animalibus, hominibus præſertim, de quorum potu loquimur. Iam verò cùm potus ſimplex ſit aqua, & vinum, primò de aqua à nobis dicendum eſt, tanquam omnium communiſſimo potu; equidem clariſſimum eſſe puto longè plures eſſe homines, qui ſola aqua vtantur pro potu, quàm eos, qui ſe vino ſatient, ab aqua igitur initium facimus. H

Aqua, quæ communiſſimus eſt potus vniuerſis hominibus tam ſanis, quàm ægris, & ad vitam maximè neceſſaria, guſtu, viſu, & olfactu iudicari debet, docente Galeno 1. de ſimp. fac. cap. 4. guſtu quidem æſtimanda venit; nam ſaporis omnis, &

quali-

A qualitatis,quæ linguæ iudicio diſcernitur,expertem eſſe oportet:viſu,quia pellucidam,
& ſynceram; odoratu quia præſeferre nullam odoris qualitatem debet, eodem lib. de
ſimp. fac. cap. 5. Ea igitur optima cenſenda eſt,quæ nec aciditatem,nec acrimoniam,
aut ſalſedinem, aliamue qualitatem referat, neque odore vllo,qui nares feriat,prædita
fuerit,atque etiam,vt potui ſit maximè idonea,cuiuſuis ſubſtantiæ miſtione vacantem,
& ſynceram,nec non temperie,& natura frigidam, atque humidam omninò eſſe oportet;
omnis enim aqua dulcis, & potabilis abundè refrigerat, & humectat, Galeno Magiſtro,
cap. 6. & 7. lib. iam citati.

Cùm autem plures ſint differentiæ, à loco videlicet, vnde manant, à ſubſtantia, &
illius qualitatibus, delectum ab optima facere conuenit; aquarum itaque alia eſt fontana,
alia pluuialis, alia putealis, alia fluuialis, alia lacuſtris, alia paludoſa, alia glacialis
atque alia niuoſa; omnium fontana eſt optima; nam vt affirmat Gal. 1. de ſanit. tuend.
hæc ipſa omnibus præferenda, vt quæ guſtu, ſit iucunda, & omnis qualitatis expers,
celeriter præcordia permeet, quamuis non omnis fontana his dotibus prædita ſit,
B ſed ea tantùm, cuius ad orientem ſolem curſus eſt, quæque terreno puro colatur,
indeque depurata effluit, hæc eadem & caleſcit, & refrigeratur ocyſſimè, & leuiſſima
eſt, & proinde omni ætati,atque naturæ vtiliſſima, quod ſcripſit Hippoc. lib. 5. apho.
26. ſed vt talis ſit, è locis ſublimibus, terrenis collibus, atque profundiſſimis fontibus
manare eſt neceſſe; hæ enim, lib. de aëre, aquis, & locis, vt ait idem Hippocr. & dulces
ſunt, ad potandum ſuaues, & gratæ, hyemeque calidæ fiunt, æſtate verò frigidæ,
eaſque ſummopere laudat, quæ ad ſolis exortus,& præſertim æſtiuos, curſum habent,
vt quæ leues ſint, & concoctu ob id faciles.

Aquas igitur eas laudat Hippocr. quæ ad ſolis exortus, & præſertim æſtiuos curſum
habent, vt quæ leues ſint, & concoctu ob id faciles, ſecundum ab his locum tenent,
quæ inter æſtiuos ſolis exortus, & occaſus emergunt, magis verò,quæ orientem
ſpectant, tertio loco ſunt, quæ inter occaſus æſtiuos, ac hybernos ſcaturiunt. Peſſimæ
ſunt, quæ ad auſtrum, & quæ inter æſtiuum ortum, & occaſum in meridiem vergunt.
De aquis verò pluuialibus,ſeu cęlo deciduis lib. de aëre,aquis,& locis loquens Hippoc.
C eas videtur in duas differentias partiri; nam aliæ ſunt, quæ ab æthere excretæ ſunt cum
tonitru, aliæ verò abſque tonitru: quæ fiunt cum tonitru appellantur ab eodem temporariæ,
& vti procelloſas malas eſſe dicit, alias verò leuiſſimas, dulciſſimas, tenuiſſimas,
atque ſplendidiſſimas eſſe ſcribit, quòd ſol id, quod tenuiſſimum, ac leuiſſimum
eſt in aqua,& terra, ſurſum rapiat, atque attollat, optimaſque has eſſe cenſet; verùm
opus habere, vt decoquantur, ac excolentur, vt quicquid craſſum è nubibus in ipſis
relictum eſt, deijciatur; alioquin facilè putreſcere ob tenuitatem, & odorem prauum
retinere, & raucedinem, vociſque grauitatem bibentibus facere affirmauit, propterea,
quòd huiuſmodi aquæ ex pluribus ſint congregatæ, atque permiſtæ.

Sunt modò aquæ puteales, quæ & fontanis, & pluuialibus longè deteriores habentur,
præſertim ſi earum ductus, aut minerales, aut limo, cœnoue obducti fuerint;
huiuſmodi enim aquæ putredinoſæ eſſe ſolent. Nec mirum eſt huiuſmodi aquas
eſſe prauas, quia non ſua ipſarum virtute, ſed aliena, & manu facta prodeunt; effoſſa
enim terra, cuniculiſque peruijs factis per terreos anfractus meant. Vbi igitur fon-
D tana, & pluuia deſunt, puteali vtendum eſt, ſed cuius os putei orientem, ſi fieri
poſſit, ſpectet, ſitque aperto, & patenti cælo expoſita, non anguſtis locis concluſa,
nec ſordido fundo obſita, ſed leuiter petroſo, ac nitido: pleno itidem gurgite fluat
pura, & copioſa ſcateat, nullis ſordibus, nulloque ſit ingrato ſapore, vel odore affecta,
aut inquinata. Pauciſſimi putei hic Meſſanæ reperiuntur, qui habeant haſce conditiones;
quemadmodum etiam Bononiæ, quamuis ibi ſint frigidiores. Meſſanenſes
plures habent fontes, & egregios quidem (vt ſupra dictum eſt,) quorum aquis ad
bibendum vtuntur: at Bononienſes carent fontibus, eò quòd ijs non delectentur;
nam loco aquæ bibunt vina, quorum copia maxima eſt, & omnis generis, & nonnulla
ſunt adeo pauciſera, vt commodiſſimè ſine aqua poſſint ſumi, quod contingit ratione
frigiditatis per totam illam regionem vagantis,quæ eſt in cauſa, cur & vina ſint minùs
robuſta, & minùs eorum vis, ſi qua eſt, in bibendo perſentiatur à potoribus, etiam
longum poſt tempus ab ingeſtione.

Google

Habent etiam Bononienſes aquam ex flumine Rheni appellato, quæ in vaſis aſſer- E
uata clareſcit, & optima eſt pro potu, quamuis Hippocr. lib. de aëre, aqua, & locis
fluuiales aquas; eas potiſſimùm, quæ à magnis fluminibus aſſumuntur, vt valde mor-
boſas damnet. Sunt quidem aliqua flumina, quorum aquæ tutò bibuntur, imò aliquas
eſſe conſtat, quarum virtus bonitate cum vino certat, quemadmodum eſt aqua Nili,
de qua Alpinus lib. de medicina Aegyptiorum lib. 1. cap. 1. ſcribit omnibus ferè
ægrotis in potu pro vino ſubſtitui, quin etiam addit plures exiſtere, qui vini vſu omni-
nò omiſſo aquam hanc frequentantes in potu podagra, alijſque multis morbis præſer-
uati fuere. Et quod magis eſt, ſubiungit aquam Nili vim ſanguinem gignendi obti-
nuiſſe, poſtquam Dei conceſſione à Moyſe aquæ in ſanguinem quondam fuere muta-
tæ: confirmantque Aegyptij hanc ſententiam, quòd corpora pleraque illorum inco-
larum habitu bene carnoſo, copioſo, temperatoque ſanguine obſeruētur; & quòd ipſa
aqua dulcis exiſtat, qui ſapor eam haud planè à nutritione alienam eſſe ſignificat.
Addit idem Alpinus, vtcunque ſit, hoc vnum ſcimus eius aquæ vſu corpora illa opti-
mè, ac ſalubriter viuere, & ob id falſam iudico Gal. ſententiam, qua omnem aquam F
noxiam potiùs, quàm vtilem affirmat; ſi enim hoc verum eſſet, quomodo tot infinita-
rum regionum populi viuere poſſent continuò aquam potantes? Infiniti propemo-
dum ſunt homines tum in Africa, tum in Aſia aquam ſolùm potantes, qui tamen rectiſ-
ſimè valent.

Sed hoc loci animaduertendum eſt ab Alpino perperam reprehendi Galenum,
quia Gal. non probat aquas magnorum fluuiorum, ſed tamquam inſalubres reijcit, eas
præſertim ex fluminibus tranſeuntibus, vel per Ciuitates, vel prope Ciuitates, quæ
ob ſorditiem, quam ſuſcipiunt, & varietatem aquarum ingredientium, ſunt omninò
inſalubres. Siquidem tales aquæ plurimos morbos generant, calculum nempe re-
num, & veſicæ, coxendicum mala, lienis, & viſcerum obſtructiones. Et licet Gal. etiam
Nilum inter magnos fluuios enumeret, nihilominus ipſum, & ipſius aquam potiùs lau-
dat, atque extollit libello de aëre, aquis, & locis, dicens. *Sed quamuis non laudem
fluentes verſus auſtrum aquas, Nilum tamen fluuium ita laudo, vt ſicut mihi videtur, pau-
cis comparetur fluuijs ſecundùm bonitatem aquæ, & ſubit ventrem, & mulieribus in partu* G
bus confert. Secundò dicit, quòd hæc conditio eſt in malis aquis, vt ſi quotidie effun-
dantur de vaſe vno in aliud, omni die reſidet euidenter aliqua terreſtreitas, ſicut in
primis diebus, at vltra non citò, ſed paulatim deſcendit ab eis, quod deſcendere ſolet,
& præter hoc habent, quod nunquam perfectè clarificantur. At huiuſmodi aquæ
nempe fluuiatiles, & etiam pluuiales poſſunt coctione, & elixatione emendari, quādo-
quidem ex ebullitione quæuis aqua tenuior fit, & leuior, habet & aliud commodum;
nam attenuata eius ſubſtantia, quæ in ea ſunt, ſubſident, & ea multò purior redditur.
Quæ igitur aqua coquitur, & multò magis ſi diſtillatur, quæ intus ſunt eatranea, biſa-
riam abijcit; tenuia enim euaporant, & craſſa ſubſident, vnde vtroque modo expur-
gatur. Nec Cardano docente, periculum eſt, vt vlteriore caliditate tranſiens in va-
pores impura reddatur, cùm tunc non ſint aliena qualitate infecti aquei vapores,
quemadmodum hi, qui abierunt, cùm ſimplices ſint: aqua igitur cocta, & lutulenta,
& limoſa, aut etiam fœtens, decoctione omnia deponit; nam præcalefacta, vt ſcribit
Gal. 6. morb. vulgar. text. 10. cōment. 4. cùm refrixit, tunc euidenter putorem, quem H
ex putredine plerumque contraxerat, depellit, omniſque pars terrea facilè ſubſidet,
quæ ſi cum tota aqua, vt priùs quàm incaluiſſet, minutatim permixta manſiſſet, poſt
potum non contemnendam noxam intuliſſet, & maximè quibus renes, aut veſica gi-
gnendis calculis procliues ſunt.

Verùm ſub diuo non aquam modò calentem, ſed etiam alia quædam exponere
iſtius ſeparationis cauſa quidam Medici mihi excogitaſſe videntur. Romani non co-
quunt aquam igne, ſed in maximo, & ſummo æſtu ſub ſole eam per totum diem rema-
nere ſinunt, nocte verò aëri exponunt, quam bibendam ægrotis concedunt: Medici
verò Bononienſes eam igni bullire faciunt, aëriſque exponunt, & vaſis quibuſdam ter-
reis aſſeruāt, vnumque maximum in xenodochio mortis vocato (quod eſt illius ciuita-
tis primum) publicè vas aqua cocta plenum quotidie exponunt, ex quo vnuſquiſque
poteſt ſibi aquam extrahere, quantum ſatis eſt pro domus ſuæ ægrotantium neceſſi-

tate:

Digitized by Google

A tate: alia aquæ vaſa in cella vinaria pro nobilibus ſeruãtur, quæ illa communi frigidior eſt. Cæterùm vtraque ſapore caret, nullo odore prædita, & limpidiſſima exiſtit; nam quæcunq; ex diuerſæ naturæ materijs conſtant per minutas particulas miſtione conflata, poſt calefactionem refrigeſcentia facilè ſecernuntur, ſed ſtatim à coctione antequam refrigerentur, adhuc motione agitantur, atque ideo omnes eorum particulæ permiſtæ ſunt, refrigeratis tamen, graues, ac terreæ fundum petunt, leues ſuperfluitant. Ita vt prima ratio coctionis aquæ ea ſit, quæ deſumitur ab aqua deprauata, qua curamus partes heterogeneas ab ipſa aqua ſeparare: alia ratio videtur à Galeno afferri loco præcitato, vbi dicit, ob alium ſanè vſum aquam præcalefactam refrigeramus, etſi neque ſapore, neque odore malè deprauata ſit, atque ſit exquiſitè pura, quando ſcilicet in ventriculo ipſam diutiùs commorari, aut percellere, aut inflare, aut degrauare perceperimus; ſunt enim multæ aquæ id genus, quarum præcipuè ab optimis aquis diſcretionem Hippocr. ſcripſit, dicens aqua citò incaleſcens, ac citò refrigeſcens leuiſſima eſt.

B Alia autem ratio, qua mouemur ad decoquendam aquam, eſt vt frigidior reddatur, vnde Gal. dicebat ſe in Alexandria, & in tota Aegypto obſeruaſſe in teſtaceis quibuſdam vaſis aquam huiuſmodi refrigerari; occidente enim Sole aquam priùs calefactam in vaſcula ſu idebant, deinde ſublimè totum hoc vas in feneſtris vento aduerſis, vt ibi per totam noctem refrigeſceret, ſuſpendebant, poſtea ante ſolis ortum vas humi depoſitum, frigida aqua circumſpergebant, & frigida etiam folia eidem circumdabant, nonnunquam vitium, aut lactucæ, nonnunquam verò, & aliarum huius cenſus herbarum, vt frigus id, quod ſub nocturno aëre acquiſiuerat, diutiùs permaneret, multò verò magis ad huiuſmodi apparatum, cùm optimæ aquæ ipſis facultas non eſſet, homines deuenere. Ita vt dicendum veniat aquas vel bonas, vel malas eſſe, ſi bonæ ſunt, concoquuntur, vt inde facilliùs, & magis refrigerari poſſint: ſi verò malæ, vel ſunt malæ ratione qualitatis cuiuſdam occultæ, qua ventriculus ipſam perferre non poteſt, vel quia partes terreas, & lutoſas, & alias res extraneas continet, quæ ex decoctione diſſipantur, & ad meliorem naturam rediguntur. Aqua igitur optima

C ea eſt, quæ citò incaleſcit, ac citò refrigeratur, & leuiſſima eſt; deinde aquæ bonæ ſunt, in quibus res omnes coquibiles intus poſitæ facilè coquuntur, & citiſſimè: è contra verò malæ ſunt illæ aquæ; in quibus res, aut non coquuntur, aut difficillimè.

Auicenn. lib. 1. fen. 2. doct. 2. cap. 16. ſcriptum reliquit ſublimationem, & diſtillationem aquas malas rectificare, & vbi neutra harum adfuerit decoctionem rectificare; proinde inquit torpidos quoſdam Medicos exiſtimaſſe, quòd aquæ coctæ ſubtile reſoluatur, & ipſius remaneat ſpiſſum, hoc eſt dictu, quòd tenue reſoluatur, & craſſum remaneat, è contra verò ſapientes teſtificatos eſſe ſcribit, aquam coctam minoris eſſe inflammationis, & facilioris deſcenſionis.

Medici igitur ſecundùm Auicenn. exiſtimantes per decoctionem aquæ reſolui partes tenues craſſis remanentibus, ſicut fit in lacte, melle, & ouis, valde hallucinantur; nam ad incraſſationem faciendam requiritur, vt humidum recedat, & ſiccum conſtans maneat, id quod in aqua fieri minimè poteſt eadem remanente ſub forma aquæ,

D hinc eſt, quòd non incraſſatur per decoctionem, vt ex Ariſtotele colligitur, 4. Meteor. cap. de coagulat. & liquat. incraſſatio enim fit humido abeunte, & ſicco remanente, aqua autem, quæ eſt primum humidorum, non incraſſatur ſola, hoc eſt, inter humida ſola aqua non incraſſatur. Item ignis, aut caliditas non ſolùm non incraſſat aquam, ſed eam congelatam, & ea quæ aquea ſunt coagulata diſſoluit, & attenuat teſte Ariſtotele loco præcitato, vnde quæcunque ſunt aquea à prædominio, non poſſunt coagulari ab igne, imò ab eodem ſoluuntur. Succedit quòd idem non poteſt eſſe per ſe cauſa contrariorum, ignis igitur non poterit ſoluere, & incraſſare: tandem Auicenn. dicit, quòd aqua in definitione ſuæ aqueitatis conſtat ex ſimilibus partibus in tenuitate, & craſſitie, quia eſt corpus ſimplex, & elementum, & non incraſſatur niſi altero duorum modorum, ſcilicet, vel ex forti frigore ſuper eam dominante, aut propter commiſtionem fortem terreſtrium partium nequeuntium ab ea ſeparari, quia ſunt ita paruæ, vt findere non poſſint continuitatem aquæ, & inferius reſidere, & ſic oportet,

Digitized by Google

vt immixtæ maneant ſubſtantiæ aquæ, donec ipſa ſubtiliata faciliùs findi poſſit. E

Sed inſtabit quiſpiam contra primum modum inſpiſſationis inquiens, ſi qualitas frigoris præualens ſuper aquam ſufficiat ipſam inſpiſſare, aqua pura in propria regione, & natura debebit eſſe ſpiſſiſſima, quia eſt frigidiſſima. Reſpondet Iacobus de partibus dicens duplicem eſſe frigiditatem in aqua, vna eſt propria, & naturalis, altera verò ei aduentitia, deforis aduenìens: prima non condenſat, aut congelat aquam, ſed aduentitia ea eſt, quæ inſpiſſat eam, & quandoque congelat faciens eam accedere ad naturam terræ. Sed rurſus, ex Ariſtotile dictum eſt aquam, vbi ſola eſt, non condenſari; at dicendum, quòd quando aqua congelatur, non eſt ſola, ſed pars eius aliqua, vel facta eſt terra, vel terræ appropinquat. Itaque Auicen. rectè concludit aquam ex decoctione, aut ſublimatione minimè incraſſari poſſe. Vt tandem afferamus conditiones bonæ aquæ, ad eundemmet Auicennam recurrendum, qui breuibus bonæ, & perfectæ aquæ affert conditiones, inter quas ſcribit, debere eſſe ex fonte; nam fontales aquæ ſunt alijs meliores, vt dictum eſt: deinde quòd non ſolùm ſit aqua fontis, ſed fontis terra liberæ, non infectæ putredine aliqua: tertiò quòd ſit currens, & valde F
fluens; nam ex motu mundificatur, & attenuatur aqua: debet etiam eſſe diſcoperta ſoli, & ventis expoſita, & quòd fluat ſupra lutum, quod lutum liberum, & abſolutum ſit ab omni putredine, fœtore, & alia extranea ſubſtantia, ſitque multæ quantitatis, vehementerque currat, & quidem verſus orientem præcipuè æſtiuum, plurimumque à ſua origine, ſeu à ſuo principio elongata ſit; deſcendatque à locis altis cum alijs bonitatibus, ſitque guſtui ſuauis, potiùs inſipida, quàm dulcis, vinique non toleret permiſtionem; nam quantò aqua eſt purior, tantò magis frangit virtutem vini, debetq; eſſe leuis ponderis, quòd citò infrigidetur, & citò calefiat, in eaque dominetur nullus ſapor, nec odor, citòque deſcendat ab hypochondrijs, nec ſtomachum offendat, reſque in ea, quæ ad coquendum immittuntur, ſtatim coquantur, & facilè. Atque iſtæ ſunt omnes conditiones, quas Auuicennas in aqua bona conſiderat, nulla ratione ab Hippocrate, aut Galeno recedens. Reliquæ verò aquæ, quæ non habent haſce conditiones, ab ipſo tanquam malæ reprobantur, vt ſunt pluuiales, puteorum, paludum, aquæ niuoſæ, & glaciales. G

Non deſunt tamen aliqui, qui putant aquas meliores eas eſſe, quæ exprimuntur ab albiſſima niue, eamque vt cæteris omnibus minimè noxiam vino admiſcent, & eam bibendam præbent; de hac autem niue Aulus Gellius 10. lib. atticar. noct. ſcriptum reliquit ex Ariſt. ſententia frugibus, & arboribus eſſe fœcundam, hominibus verò potu nimio inſalubrem, & reddens rationem ex eodem Ariſt. ad hunc modum ſcribit, cur aquæ ex niue glacieque liquatæ ſint vitioſæ? reſpondet, an quia cùm aqua quæuis gelu concreſcit, pars tenuiſſima difflatur, & leuiſſima euaporatur, quare omninò peſſima eſt? hæcque concluſio ab Hippocr. lib. de aëre aq. & loc. cap. 4. à Gal. pariter, & ab Auicenn. comprobatur, & Macrobius 7. lib. ſaturnal. cap. 12. quæſt. 13. dicebat ex Diſario: aqua ex niue reſoluta, etiamſi igne calefiat, & calida bibatur, æquè noxia eſt, ac ſi epota ſit frigida, & Ariſt. inquit omnem aquam in ſe habere aëris tenuiſſimi portionem, quę ſalutaris eſt, & terream habet fæcem, quæ eſt corpulenta poſt terram, cùm ergo aëris frlgore, & gelu coacta coaleſcat, neceſſe eſt per euaporationem, velut exprimi ex ea auram illam tenuiſſimam, qua diſcedente conueniat in coagulum ſola H
terrea natura in ſe remanente.

Nec deeſt inter Medicos controuerſia de bonitate aquarum; nam, vt notat Auerrhoës, quidam aſſerunt fontanas eſſe meliores; quidam verò pluuiales, non deſunt etiam, qui multùm commendent aquas fluuiales; nec quidem immeritò; nam cùm de ratione, & de eſſentia bonæ aquæ ſit, vt (quo ad eius attinet ſubſtantiam) tenuis ſit nullamque extraneam ſubſtantiam admittat; quo ad ſaporem, ſit inſipida, & guſtui gratiſſima, nullumque habeat prauum odorem, & quoad ſenſum, ſit limpidiſſima, ad hæc pondere ſit leuis, & epota deſcendat facilè, & breui tempore à ijs hypochondrois, facileque refrigeretur & facilè incaleſcat, eaque omnia, quæ intus coquuntur, celeriter, & perfectè coquantur; nullus quidem negare poterit, quin huiuſmodi aqua ſit bona, & ſalubris, quod de pluuiali, & fluuiali experientià faciliimè comprobatur, & primo de pluuiali; nam ſi reſpiciamus aquam pluuialem in ciſternis aſſeruatam in Ci-

uitate

Digitized by Google

A nitate Melitenſi luce clariùs apparebit ipſam quo ad iucunditatem potus, & reliquas conditiones iam dictas omni aquæ fontanæ puriſſimæ æquiparari poſſe, & inter cæteras ciſternas vna eſt inſignis in dicto alberge Italiæ non multis ab hinc annis fabrefacta, quæ pluſquàm duo, aut tria millia dolia continet. Et quamuis cuiuſdam fontis aquam ob ſui bonitatem, & excellentiam Sereniſſimus Princeps, atque Magiſter Equitum Sancti Ioannis Baptiſtæ maximis ſumptibus, nec minori artificio, & conatu, induſtria Bononienſis Artificis cuiuſdam, ex veteri per aquæ ductus in nouam Ciuitatem perducendam curauerit: nihilominus magis commendatur aqua eius ciſternæ, quæ re vera mala eſſe nequit propter frequentem pulſationem, & agitationem haurientium; ea enim eſt qualitas aquæ, vt ſi alioquin naturà non excellat, continua commotione proba efficiatur. Aemulatio non diſpar aquarum Romæ quoque deprehenditur; nam Paulus Quintus Pont. Max. ſanctæ memoriæ, ſingularem ſuam operam introductioni bonarum aquarum in Vrbem locauit; hinc tot inſignes extant fontes Romæ, vberrimè aquas profundentes, non ſecus, ac ſi torrentes cataractarum in modum proſilirent: ſunt plerumque aquæ ductus in collibus, vnde primò emanant, quibus mediantibus, toti Vrbi per varios canales aquæ impertiantur.

B

Ne tamen diutius his in fontibus immorer, dictionis meæ filum de hac re contextum abrumpam, quia non eſt mens mihi hoc loco in ſpecie differere de fonte præclaro in foro Sancti Petri aquas magna vi in altum, & præter morem aliorum fontium copioſè ad ſtuporem omnium protrudente, & eiaculante, non de alijs centum in diuerſis publicis vijs, & præſertim palatijs Papalibus, Cardinalium, aliorumque virorum tam Illuſtrium, quàm inferioris ſortis, & conditionis. Silentio tamen præterire nolui, quòd aquæ Vrbis Romanæ ex fontibus ſcaturientes, quamuis ſint laudabiles, in admirationem tamen nullus rapiatur, ſi dixero aquam Tyberinam, non habita ratione ſordium, & limi, quibus nullo non tempore turbata, & deprauata eſt, aquis fontanis eſſe præferendam; nam in ciſternis annis nonnullis reſeruata, ita nitida, limpida, & laudabilis euadit, vt non in ea vlla qualitas deſideretur, quæ aquis præſtantiſſimis ineſſe conſueuerunt. Quod idem dicere audeo de aqua Rheni Bononienſis, quæ aſſeri-

C

tatur continuò in locis ſubterraneis; adeo enim clara, ac limpida efficitur, vt procul omni dubio bonitate ſuperet aquam fontis tam egregiè in platea magna Bononienſi ante palatium fabrefacti; in quo ſunt multæ figuræ ex metallo fuſæ, & præſertim figura Neptunum repræſentans, quæ principem, & ſuperiorem locum ſibi vendicat, ad ſimilitudinem fontis in littore Meſſanenſi extructi. Aqua ſanè ipſius fontis nullius eſt momenti, quòd ſi Bononienſes delectarentur limphis poſſent ob multas, quas habent commoditates, totam Ciuitatem aquarum fontibus replere. Et hæc de aquis ſimplicibus.

Sunt modò aquæ medicamentoſæ, quarum aliquæ à natura, aliæ ab arte conficiuntur: à natura quidem, vt ſunt ſulphureæ, nitroſæ, aluminoſæ, ſalſæ, ferreæ, bituminoſæ, æreæ. Aqua ſulphurea in multis locis reperitur, & in Sicilia præſertim prope Ciuitatem Saccam, & Aii in agro Meſſanenſi, in pluribus etiam Italiæ, Germaniæ, Galliæque locis; & famoſiſſima in Agro Bononienſi eſt aqua Porrectanea tam noua, quàm vetus. Omnes hæ aquæ ſiccant, & calefaciunt, proficiunt leproſis, ſcabioſis,

D

impetiginoſis in forma balnei, hydropicis ſi potentur, ſunt præſertim tales aquæ in quodam loco Belgij vocato Spà, quæ ſolent liberare homines ab hydrope, & inuictiſſimus Dux Alexander Farneſius ab aſcite harum beneficio liber euaſit, dolores quoq; mitigant, neruos emolliunt, quæ omnium facultates non deſunt aquis Porrectaneis. Sed aquæ Spadenſes non modò ſunt ſulphureæ, ſed habent maiorem copiam calchanti, hoc eſt, vitrioli, vt ſcribit Antonius du Fouilloux, in eo diſcurſu, quem ſcribit de origine fontanarum, lib. 2. cap. 3. vbi probat eandem eſſe mineram aquarum Spadenſium, atque de Pugues. Nitroſæ aquæ, & ipſæ calefaciunt, exiccant, morbis humidioribus accommodantur, & à fluxione ortis, vt podagræ, & reſolutioni: non concipientibus mulieribus ob nimiam purgationem, aut ob nimiam humiditatis abundantiam in vtero, aut in vniuerſo corpore conferunt: fluxioni capitis in thoracem deſcendenti accommodatæ ſunt quàm maximè, ſtomacho humidiori, tumoribuſque laxis & pituitoſis vtiles habentur.

Aluminoſ-

Aluminoſæ quoque calefaciunt poteſtate, & ſiccant, morbis humidioribus, & ex B
fluxione ortis accommodantur, & ſummè valent, vt podagræ, articulari morbo, con-
uulſioni, reſolutioni, ſanguinis rejectioni, immoderatis mulierum purgationibus; con-
tinuis abortibus, omnibuſque vlceribus fluxione tentatis vtiles ſunt. Salſa aqua ſic-
cat, calefacit, morbis humidioribus, non ſecus atque nitroſa maximè confert, tumo-
ribus œdematoſis ſpongijs applicata egregiè medetur. Ferrea ſiccat, infrigidat, ie-
cori, ac ſtomacho languenti prodeſſe ſolet, exteriùs applicata, ſed fluxiones maximè
cohibet, ſi ebibita fuerit: lienis obſtructionibus, tumoribus ſcirrhoſis, renibus calcu-
loſis valde vtilis. Bituminoſa aqua rarò in vſu eſt, calefaciendi, & emolliendi facul-
tatem habet, omnibus ſenſuum inſtrumentis valde infenſa, caput quoque replet,
eique noxia eſt. Aereæque aquæ deſiccant, atque conſtringunt, abſumunt tenues hu-
mores in oculos, & tonſillas defluentes, vlcera pudendorum coërcent, membra,
& articulos defluxui obnoxios confirmant, & hæc de aquis naturalibus medicatis.

Sunt modò & aquæ medicamentoſę ex arte factę, quę plures numero ſunt pro va-
ria Medicorum opinione; nam alia fit ex ſasſras, & ligno, & radice: alia ex ſarſa paril- F
la, cuius loco multi vtuntur ſmilace leni: alia ex radice chinarum: & tandem alia, quę
fit ex guaiaco, & huiuſmodi aquæ omnium ſunt prętantiſſimę, quibus vtimur & vt
medicamento, & vt potu pro varia medentis intentione. Sunt etiam & alię vſuales, vt
quę fiunt ex hordeo, tam cum cortice, quàm abſque cortice, ex cinnamomo, tam
per decoctionem, quàm per lambicum, aliæ ex cymino, ex coriandro aliæ, & ab ipſis
rebus, quæ decoquuntur, ſumunt propria nomina, quæ propemodum ſunt infinita: nec
rectè vocatureę aquæ decoctæ ſimpliciter; nam denominatio deſumenda eſt ab ea re,
quæ in aqua coquitur, non ſicut in hac Ciuitate Meſſanenſi vbi Medici, & omnes vul-
gares appellant aquam coctam eam, in qua aliquid harum rerum ebullierit, quod
impropriè admodum eſt, cum aqua cocta ea ſit, vt ſupra dictum eſt, quæ abſque alia
materia igni exponitur & ebullitur.

Eſt tandem illa tam diuulgata, & vſitata aqua apud vltramontanos Cereuiſia appel-
lata in duplici differentia exiſtens, vna quæ propriè à Germanis cereuiſia, altera hala
dicta, quæ fit in Anglia, & Scotia. In Cereuiſia conficienda macerantur primò aut hor- G
deum, aut triticum vſque dum prope iam putrida germinent, atque ex illa putrefactio-
ne, quaſi ex fermento acrimoniam acquirunt: tum ex eodem decocto, quo macerata
priùs fuerant, quod lupi ſalictarij eſt, ex flore, ſemineque coquunt magis, minuſuè, ac
vini omninò vim accipiunt maceratione, fermentatione, & coctura, pro quarum eua-
riatione mirum, quàm variet cereuiſia; nam acris, amara, ſubdulcis, dilutior, fortis,
vehemens, imbecilla, clara, turbida, recens, atque vetus fieri conſueuit. Hala verò in
Anglia, & Scotia magis vſitata ſuauior eſt, quæ muſto dulci albo comparari poſſet, nec
in aliquo differret, niſi in fine amarorem, ac odorem inſuauem retineret. Qui vult ha-
bere huius halæ deſcriptionem, & comparationem inter ipſam, & cereuiſiam, adeat
Cardanum lib. 3. de Sani. tuen. cap. 88. ſunt etiam pene innumerabiles factitiæ po-
tiones ex aqua toti ſeptentrionali plagæ conſuetæ, de quibus agendum nobis non eſt
in præſentiarum; ſat enim eſt has in genere tetigiſſe, vt oſtenderemus multas eſſe po-
tiones ex aqua factas tam naturales, quàm arte factas.

Vt autem habeatis hunc tractatum de potu abſolutum, occurrunt vina, & varia ipſo- H
rum genera breuiter enucleanda, quæ cùm ad ſuccorum genus referantur, non autem
ad aquas, dicimus ſuccos, qui in potu ſumuntur, extrahi vel ab vuis, vel à fructibus ar-
borũ, vt ſunt pyra, poma, & id genus, quorũ ſuccus ſidra appellatur, qui ab vuis extra-
hitur, propriè vinum dicitur, quod etiam in duplici eſt differentia; aliud enim naturale
eſt, & aliud artefactum dici poteſt. Naturale vinum, aliud eſt, quod naſcitur in monti-
bus, aliud in plano, quod differt, vel ratione ſubſtantiæ, vel ratione qualitatum, nempe
primarum, aut ſecundarum. Quod attinet ad ſubſtantiam vinorum aliud eſt craſſum,
aliud tenue, & medio modo ſe habens: vinum craſſum difficilè concoquitur, multùm
nutrit, ſi perfectè coquatur, craſſo ſanguine venas replet, & ſuccum atrabilarium ge-
nerat, & ad vrinas mouendas prorſus inutile, tenue verò è contra craſſos humores in-
cidit, vrinam mouet, ſanguinem per renes purgat, citò in corpore digeritur flatus mi-
nimè gignens: medium verò medio modo ſe habet.

A quali-

Digitized by Google

A A qualitate etiam differt; nam aliud eſt vinum calidum, aliud frigidum, humidum'
& ſiccum: quo ad ſecundas qualitates, differunt ratione coloris, ſaporis, & odoris: quo
ad colorem, aliud album eſt, cuius aliud eſt tenue, aliud craſſum; tenuè aliud eſt aquo-
ſum, aliud auſterum: aquoſum vinum naturà Galenus appellat ὑδατώδη. 7. meth. med.
cap. 6. & lib. 8. cap. 3. & 4. de victu acutorum cap. 3. & 12. eſt autem id genus vini
imbecillimum, aquoſiſſimum, minimam ſuſtinens aquæ miſtionem, craſſos incidit hu-
mores, ſtatim concoquitur, ſanguinē per renes purgat, ægris pluſquàm ſanis conue-
nit. Auſterum verò inter vina minimè omnium calidum eſt, thoracem lædit. Craſſum
verò vinum album, aliud clarum, & aliud turbidum: rurſus clarum aliud dulce, aliud
vinoſum; dulce confert affectibus pulmonum, & thoracis; vinoſum plus alit, neque
velociter tamen, neque generatim: turbidum verò ægrè concoquitur, viſumque obte-
nebrat, & hæc referuntur ad colorem album. Sunt modò alia vina diuerſorum colo-
rum, vt flauum, nigrum, rubeum, ſubrubeum: flauum ſubſtantià vt plurimùm eſt tenue,
ſenibus vtile, quia citò nutrit, vrinam mouet, eſt etiam & craſſum, quod magis nutrit.

B Hoc loci eſſet inquirendum, an re vera vinum nutriat, nec ne; nam ex vna parte eſt
doctiſſimus Mercurialis, qui negatiuam partem ſuſtinet, plerique verò Authores
è contra partem affirmatiuam defendunt, quibus facilè ſubſcribo, ſed nolo immorari
circa huiuſmodi quæſtionem, parum mea ſententia vtilem, & venio ad ea, quæ mei
ſunt instituti, quod eſt declarare tantummodo vina, & naturam ipſorum in genere.
Igitur, ſupra dicebam vinum aliud eſſe flauum, addo aliud nigrum, & aliud rubeum,
quæ omnia pro diuerſitate loci, in quibus naſcuntur, vel multùm, vel parum nutriunt,
eſt & ſubrubeum, quod in Gallia *Clarettum* appellant, in Sicilia, verò & præſertim
Syracuſis *Ceraſolum* vocant. Et huiuſmodi vinum Clarettum in Gallia pretioſum eſt,
idque Rhenanum appellant, quòd in inferiori Germania ad plagam Rheni naſcitur,
tranſuehitur in Galliam, & in via adeò perficitur, vt vbi allatum fuerit Lutetiam ſit
guſtu ſuauius multò, non ſecus atque vinum Syracuſanum in Melitam delatum, quod
ob illam nauigationem perficitur, ita vt & gratius, & iucundius palato ſit, quàm
Syracuſis. Huiuſmodi vina, & omnia in genere ſapore variant; nam aliud eſt dulce,
C aliud auſterum, aliud vinoſum.

Sed in vinorum conſtituendis differentijs illud eſt obſeruandum, quòd quemad-
modum media ab extremis aut multùm, aut parum diſtare ab inuicem ſolent, ita in eis,
pro ſtatus ratione, varia in colore, ſapore, & ſubſtantia diſcrimina oriuntur, quam-
obrem vini tum colores, tum genera, tum ſapores prædictis plures ſunt. Senibus ami-
cum eſt vinum; nam ſicut igne ferrum, ita vino corpora ſenum molliuntur, ac tempe-
rantur. Adhæc vina ſomnum conciliant, ſpiritus, & ſanguinē fouent, bilis amaræ acri-
moniam mitigant, ac frangunt, mentem exhilarant, placidos mores inducunt, riſum,
& hilaritatem excitant, temperant humores, mœſtitiā, mœroremque pellunt, fortes,
& audaces faciunt, natiuum calorem adaugent, conſeruant, membris robur addunt, &
fæminis fœcunditatem conciliant, hæc in vniuerſum, ſed vini commoda ſic accipienda
ſunt, vt in bibendo parcitas, moduſque adſit, non intemperantia, & ebrietas alioquin
nihil eſt vino perniciofius, aut peſtilentius, cùm id immodicè ſumptum vitam, ac va-
letudinem perdat, paralyſim, ſtuporem, apoplexiam, neruorum incontinentiam, fu-
D rorem, rabiem, conuulſionem, vertiginem, arthritidem cæcitatem, malum habitum,
omnemque frigidorum morborum colluuiem tandem inducat.

Illud etiam in vniuerſum in vini potu attendendum eſt, quòd ex vinis, quæ mitio-
ra ſunt, & minimè ferientia caput, ea corpori ſalubriora eſſe, vti contra nocentiora,
quæ generoſa, acuta, potentia, vaporoſa, præſertim ſi modus abſit, neque ætatis, tem-
poris anni vlla ratio habeatur; nam omni ætati, omni naturæ, atque tempori eadem
vini aut natura, aut qualitas, aut modus congruit; ſiquidem pueris, & adoleſcentibus
vini vſus, Galeni etiam teſtimonio nocentiſſimus eſt, neque corpori ſolùm, verùm
etiam & animo damnum maximum affert, lib. 1. de ſanitate tuenda. Quamobrem ne
dum pueris dandum minimè vinum, ſed ne adultis quidem niſi modicè ſumptum;
quandoquidem ad iram, libidinemque præcipites faciat, & partem animi rationalem
hebetem, turbidamque reddat.

Quamuis huiuſmodi regulæ in omnibus (etſi bonæ ſint) ad vnguem ſeruari ne-
queant;

Digitized by Google

queant; in aliquibus tamen locis vina adeo tenuia ſunt, vt ſine aqua probè bibantur,& E
ſine aliquo nocumento, qualia in agro Bononienſi quamplurima naſcuntur, quæ non
modò auſteritatem quandam, ſed acerbitatem præſeferunt mitem,ſuauem,palatoq́ue
iucundiſſimam: quibus & pueri, & mulieres tutò ſine aqua continuò vtuntur. Eſt apud
Bononienſes conſuetudo, vt hyeme imbecillioribus vinis, & minimè generoſis, æſtate
potentiſſimis vtantur, contra quàm videtur fieri oportere; nam æſtiuo tempore ad
aëris incendium ſedandum vino opus eſſet tenuiſſimo, aquoſo, & paucifero, hyeme
verò ob frigoris vehementiam generoſo,& potenti:nihilominus id non eſt ſine magna
cauſa, ea eſt, quòd vina tenuia non poſſunt ſeruari, quare coacti ſunt reſeruare vina
generoſa pro æſtate, & hæc de more illius Ciuitatis circa vina. Sed in his Siciliæ parti-
bus vina adeo generoſa ſunt, & præſertim illa, quæ Mamertina dicuntur, vt ſine aqua
duplicata, imò triplicata bibi nequeant, quod idem de Syracuſanis, & Auguſtanis di-
cendum eſt, quamuis hæc ſuauiora, atque benigniora ſint Mamertinis. Hæc omnia à
nullo ſtomacho ſine aquæ admiſtione poſſunt perferri, ſuntq́ue adeo valida, atque
egregia, vt ad ea aſſeruanda non ſit opus tanta diligẽtia vti circa cellas vinarias, quem- F
admodum Nicolaus Maſſinius prolixè nimis ſcribit.

Nec in æſtate bibi poſſunt abſque niuis refrigeratione, proinde magno artificio pa-
rata ſunt vaſa ex ſubere facta rotunda, in quibus nix occluditur, ſimulq́ue & vas vel
vitreum, aut argẽteum, aut alterius materiæ, in quo vinum, aut aqua, vel vtrumq; poni-
tur, ibiq́ue per aliquod temporis ſpatiũ, & longè minus ſi aqua in aliquod vas rotundũ
ponatur, quod in aliud poſitũ vbi ſit nix, indeque reuoluatur manibus vinum vel aqua
frigidiſſima redditur, vt nihil iucundius, aut gratius, aut vtilius reperiri poſſit ad vires
reſumendas, & refocillandas æſtiuo tempore. Nec puto in hac Meſſanenſi ciuitate ali-
quem eſſe, quamuis inopem, qui non habeat propria vaſa ad vinum,& aquam refrige-
randam. Quem niuis vſum non omnibus locis adeſſe arbitror, cùm ea non omnes
delectentur, neque tempus, & regio adeo calida eſt vbique, vt hic. Succedit puteos
in aliquibus locis frigidiſſimos eſſe, vt in tota Lombardia, Romandiola, in quibus,
ſi immergantur lagenæ vino plenæ, ſic refrigerantur, vt niue refrigeratæ appareant,
quamuis nihil ſit, quod ad refrigerandum æquiparari poſſit niui, cuius vſus adeo fami G
liaris eſt nõ ſolùm Meſſanenſibus, ſed & omnibus Siculis, tum ad vinum, tum & ad
aquam refrigerandam, vt tutò,& ſine aliquo vitæ periculo poſſit vnuſquiſque vti, quic-
quid dicat Maſſinius. Et hæc de ſucco ſimplici ab vuis extracto.

Quod attinet ad pomorum, aut pyrorum ſuccos, qui ſidra appellantur, non omni-
bus ſunt in vſu: vidi in Gallia vſum eſſe frequentem ipſorum apud ruſticos, & præſer-
tim apud Celtiberos, ſed ſunt craſſæ ſubſtantiæ plura gignẽtes excrementa, quæ totum
corpus, & caput præſertim replent, & hæc de vinis ſimplicibus, & naturalibus. Sunt
modò artificiales ſucci, de quibus breuiter agendum; ij vina medicata dicuntur, quæ
ſunt in duplici differentia; alia enim cocta, ſeu per coctionem facta, quæ coctio vel
valida, vel mediocris eſſe poteſt: primo modo fit ſapa, vinum coctum à Siculis dicta,
quæ etſi morbis thoracis ſine febre conueniat, difficile tamen coquitur, craſſumq́ue
ſuccum generans, & flatus eleuans: ſi mediocriter fiat concoctio, efficitur vinum ſim-
pliciter coctum ea ratione, qua in Marchia Anconitana fieri conſueuerit: alia quo-
que fieri ſolent per ſublimationem, vel diſtillationem, & fit aqua vitæ, ſeu ardens vo- H
cata. Cruda verò fiunt melle admixto, vel ſaccharo, ſi melle fit mulſum, ſi ſaccharo,
fit vinum vocatum Hippocraticum, quod conſtat ex vini nigri, aut albi partibus
quinque ſacchari parte vna, cinnamomo, cariophillis, zingibere, & moſco pauco:
Sunt modò & alia vina medicata, tum ſolutiua, tum alterantia, quorum longa hiſtoria
habetur apud Arnaldum Villanouenſem opuſculo de vinis, ad quem recurrere vnuſ-
quiſque poteſt, & hæc de potu.

De Somno, & Vigilia. Cap. VI.

SVccedit nunc rerum non naturalium, tractatio de ſomno, & vigilia, quæ ambo à
natura prouida inſtituta ſunt: ſomnus quidem ad ſpirituum recreationem, & con-
ſeruationem, vigiliæ verò ad operationes, vnde vt plurimùm ſomnus contingit no-
cturno

Digitized by Google

A ḉturno tempore, vigiliæ autem diurno, ſoleo ego ſomnum, & vigiliam comparare te-
nebris, atque luci; quemadmodum enim lux, & tenebræ ſe habent ad oculum, ita
ſomnus,& vigilia circa ſenſum communem: lux quidem cauſa eſt actuationis colorum,
tenebra verò eſt ipſiuſmet lucis priuatio, vigilia eſt cauſa, vt ſenſus ad actionem veniat,
ſomnus eſt actionum priuatio quædam, & obtenebratio; quare ſomnus ſenſus com-
munis eſt paſſio, atqui cùm contrariorum, eadem pars ſit ſuſceptiua, ſi ſomnus ad ſen-
ſum communem ſpectat, ſpectabit & ſuum contrarium, nempe vigilia.

De ſomno igitur à nobis dicendum eſt, quid ille ſit, & à quibus cauſis proficiſcatur,
nec non in quem finem datus ſit, ex cuius determinatione habebimus etiam, quid vi-
gilia ſit, & propter quid hominibus & ipſa ſit data. Somni definitio ex Ariſtotele faci-
lè colligitur lib. de ſomno, & vigilia cap. 1. quando inquit, ſomnus eſt paſſio ſenſitiuæ
particulæ, vt vinculum, & immobilitas quædam, hæc autem particula ſenſitiua, nihil
aliud eſt, quàm ſenſus communis eodem docente Ariſtotele cap. citato, & Auerrhoë
in commentario. Cui ſenſui communi Galenus lib. 7. de decretis Hippocratis, duo
B officia tribuit, vnum eſt communicare cum omnibus ſenſibus exterioribus: alterum
eſt omnium ſenſibilium externorum differentias inter ſe diſtinguere. Hinc pulchrè
Ariſtoteles aſſimilauit ipſum centro circuli, à quo lineæ ad circumferentiam ductæ
ſint; ad hanc enim functiones ſenſuum exteriorũ tanquàm ad commune principium,
aut ad proprium iudicem deferuntur, hinc Themiſtius 3. de anima cap. 8. primum
ſenſum, ac aliorum principem illum appellauit, cùm externis ſenſibus tanquam famu-
lis vtatur, Regiſque, ac ſupremi Iudicis in modum in throno ſedens, ſpiritu animali
opem ferente, de omnibus illis, quæ quinque ſenſus annunciant, iudicat, hinc etiam
eſt, quòd omnes Philoſophi eum vnum, & multiplicem dixerunt, vnum quidem ſuæ
eſſentiæ, multiplicem verò ſuarum operationum ratione.

Ex his patère ſatis puto ſomnum eſſe alligationem ſenſus communis, qui velut vin-
culo quodam in ſomno ligatur: quomodo autem alligetur ſenſus communis, ita vt de-
ſiſtat à ſuis operationibus, declarauit Auerrhoës 3. collig. 41. cap. quando dicit eſſe
profundationem ipſius ſenſus communis ex cerebro ad cor, & propterea addit, quòd
C tunc ligātur ſenſus particulares, & conſtringuntur in eorum inſtrumentis, eò quòd non
eſt neceſſe, vt moueantur ad eorum ſeruitia. Ex quibus apparet VVeckerium non
rectè ex Auerrhoë ſomnum definiuiſſe, vbi ſcribit ſomnum eſſe ligamentum, & qui
dem ſenſuum; Auerrhois enim propoſitio ſano modo intelligenda eſt, nam ſenſus com-
munis ille non eſt, qui profundatur ad cor, ita vt formaliter deſerat cerebrum, cuius
eſt potentia, ſeu operatio, quia ſi dicamus ſenſum communem ad profundum cordis
retrahi, tunc ſomnus non eſſet ipſius alligatio, ſed à proprio loco fuga, neque etiam
vigilia eſſet ipſius ſolutio, ſed in proprium locum reuerſio, per ſenſus igitur commu-
nis profundationem intelligere eſt opus caloris influentis, & ſpirituum ad cor tanquam
ad ſomni radicem propulſionem quandam, id quod videtur Auicennas lib. 3. fen. pri-
ma, tractatu 3. cap. 1. pulchrè declaraſſe, quando dixit ſomnum naturalem eſſe redi-
tum ſpiritus vitalis cum profundatione, & ſubmerſione ipſius ad profundum.

Sed hoc loci videtur quædam diuerſitas inter Auicennam, & Gal. nam Auic. vo-
luiſſe videtur ſpiritus vitales eos eſſe, qui retrahuntur; Gal. verò lib. 1. de cauſis ſympt.
D cap. 8. & alibi voluit fieri retractionem ſpiritus animalis ad cerebrum. Verùm etſi vi-
deatur Auicennas adhærere opinioni Ariſtotelis in hoc, quòd ſomnus proueniat à cor-
de, Galenus verò à cerebro, ſi tamen conſiderentur ea, quæ idem Auicennas de fine
ſomni loquitur, hoc eſt, de cauſis, propter quas ſomnus neceſſarius eſt, videbimus
ipſum etiam conceſſiſſe ſpirituum animalium retractionẽ; nam tres vtilitates à ſomno
euenire dicebat, prima eſt cibi digeſtio, ſecunda quies totius corporis, ac ſpirituum,
tertia reſtauratio eorundem ſpirituum: ad ſpirituum ſanè recreationem quies requiri-
tur, quæ fit per retractionem ſpirituum animalium ad ſuum principium, ipſorumque
per ſomnum fit reſtauratio, vnde Gal. loco citato loquens de cerebro tanquam de
parte, in qua fit ſomnus, dicebat ipſum propter virtutis tranſmiſſionem, quæ abſumi-
tur, & propter ipſius defatigationem requie, & refectione egere, quæ fit per ſomnum,
quare tam ex Auic. quàm ex Gal. dicendum eſt vtrumque ſpiritum in ſomno retroce-
dere, hoc eſt, vt Hugo Senenſis ſcribit, prohiberi ne expandantur. Quare ſomnus

naturalis dici poteſt alligatio quædam ſenſus communis ob retractionem caloris in- E
fluentis, & ſpirituum ad ſua principia, vitalis quidem ad cor, animalis ad cerebrum.
In hac ſpirituum retractione, partes omnes & ſenſu, & motu priuantur, excepto dia-
phragmate, quod inſpirationi naturali ſolũ inſeruit, expiratio verò naturalis ei oppoſi-
ta, non eget muſculis cum fiat à grauitate coſtarum.

Cauſa verò, quæ prohibet ſpirituum expanſionem ad corporis noſtri partes, ex Ari-
ſtotelis, & ex Galeni ſententia eſt euaporatio humida, tam ab alimento, quàm à colli-
quamento (vt quandoque euenit poſt multos labores) ſurſum ad cerebrum euolans,
obq́ue cerebri frigiditatem condenſata. Verùm de loco, in quem ipſa humiditas ca-
dit, non conuenit inter Ariſtotelem, & Galenum; ſiquidem Ariſtoteles exiſtimat ipſam
cadere in venas ſoporarias, per quas calor à corde in cerebrum fertur, ſuaq́ue frigidi-
tate calorem, & ſpiritum cogere, vt vnde venit, eò retrocedat, ſuaq́ue corpulentia ipſas
venas obſtruat: hinc dicebat idem Ariſtoteles illos, qui venas has anguſtas habent,
magnoq́ue capite ſunt præditi, in ſomnum maximè eſſe pronos. Galenus verò vult ab
huiuſmodi euaporatione obſtrui neruos, per quos ſenſus, & motus fertur ad vniuer- F
ſum corpus. At mirum non eſt, quòd iſti Authores hac in re diſcrepent, cùm partes, à
quibus ſomnum euenire exiſtimant, ſint diuerſæ; Ariſtoteles enim putat cor eſſe, Ga-
lenus verò cerebrum, cùm ſcilicet huiuſmodi vapor in capite denſatus ſua copia deor-
ſum cadit, ita vt prohibeat aſcenſum caloris in cerebrum, & ſpiritus animales expandi.
Nos tamen dicere poſſumus ab vtroque membro, à corde nempe, & à cerebro pro-
uenire ſomnum: à corde quidem originaliter, & materialiter, à cerebro verò forma-
liter; nam ab eo procedunt nerui ferentes ſenſum, & motum, qui in ſomno obſtruũtur.

Afferamus modò commoda, & vtilitates, quas hominibus præſtat, deinde, & affe-
remus eiuſdem incommoda, atque damna. Primò ſomnus id præſtat, vt vires roboret
omnes, & quiete corpus reficiat, concoctiones confirmet, ac meliores efficiat, non eas
ſolùm, quæ in ventriculo perficiuntur eſculentorũ, ſed & humorũ in iecinore, ac venis.
Adhæc internas corporis partes humectat, viſceribus omnibus vtilis eſt, cùm ſe ſomni
tempore calor innatus in ima recondat, eoq́ue receſſu in profunda corporis conſtitu-
tus viſcera in ſuis quæque munijs obeundis roboret, atque firmet, & ad omnia naturæ G
opera haud parum conferat, cruditatibuſq́ue omnibus obſit, ſitq́ue illatũ preſens qua-
ſi quoddam remedium. Corporis etiam habitum calefecit, atque humectat, ſenibus
verò adeo confert, vt nihil ferè aliud quidquam, aut ſenectutis duritiem emollire, aut
deperditam in ipſis humidam ſubſtantiam reparare magis poſſit. Hæc in vniuerſum
ſomni commoda ſunt, ſi tempeſtiuus, ac moderatus accedat.

Immoderatus ſomnus in exceſſu primùm caput grauat, memoriæ iacturam facit,
animales facultates debilitat, mentis hebetudines affert, innatum calorem extinguit,
corpus infrigidat, pituitam generat, nauſeam inducit, nocet morbis pituitoſis, ac ma-
lum totius corporis habitum gignit. In defectu verò immoderatus ſomnus imbecillam
reddit coctionem, ſpiritus reſoluit, exiccat, corpuſq́ue aridum reddit, oculos profun-
dos facit, vertiginem, & caliginem inducit. Somnus nocturnus naturaliſſimus eſt poſt
horam à cœna, aut etiam paulò poſt, quamuis ſummo mane dormire vſque ad tertiam
diei partem ſit naturale. Hyemali tempore ſomni, & longi, & profundi (ſenibus præ-
ſertim) ſunt ſalubres: diurnus verò ſomnus ijs, qui à prandio dormire aſſueuerunt, H
conuenit, reliquis verò minimè, aut ſaltem parum, ob multa inconuenientia, quæ
ipſum concomitari experimur. Nocturni ſomni omnium preſtantiſſimi ſunt, ſi quidem
nox naturali humiditate, & quiete ſua animum in ſomnum deducens concoctionem
omnibus modis abſoluit. Tempus itaque ſomni optimum eſt à cibo, & interdiu captus
haud omnibus eſt idoneus; nam ad abſolutam ciborum coctionem non ſufficit, vnde
interrupta concoctione à meridie reſurgentes ſubinde acidos ructus edunt, & flatibus
replentur; nonnulli verò fluctuatione ventris infeſtantur, niſi vel ex conſuetudine, vel
ſufficienti ſomno vſi huiuſmodi mala effugiant, Paulo Aegineta Authore lib. 1.

Situs ſeruandus ab ipſo dormiente multiplex eſſe poteſt; nam vel ad latus, vel ad
ventrem, vel ſupra dorſum dormire poteſt: in dexterum latus dormiat ſanus homo
toto corpore brachijs, ac cruribus modicè contractis, magis quidem hyeme ad calo-
rem ventris augendum, minùs Vere, & Aeſtate, capite parum eleuato, ita vt caput pa-

A rem humero ſuperiori ſeruet altitudinem: dormiat quidem ſuper latus dextrum, quoniam concoctio ventriculi à calore iecoris adiuuatur, & faciliùs deſcendit cibus ad imum ventriculum, & in iecur deducitur, alimenta citiùs in corpus diſtribuuntur, adſtrictam aluum habentibus leuitas acquiritur. Ad ſiniſtrum etiam latus expedit, vt ſanus homo ad finem ſomni ſe conuertat. Sed huiuſmodi obſeruationes non poſſunt etiam in hominibus ſanis obſeruari; nam ſunt aliqui, qui nunquam in dextrum latus decumbere poſſunt, alij vero contra, qui facilè in dextrum decumbere ſolent, in ſiniſtrum nequaquam: deinde ſiue in dextrum, ſiue ſiniſtrum in latus quis decumbat, nec iecur, nec ventriculus ſuo loco poſſunt vnquam dimoueri, ac proinde nec magis, nec minùs concoctio iuuatur, aut læditur.

Super ventrem etiam cubet homo ſanus ad finē coctionis; nam pituita, quæ in ventriculo relinquitur, tunc ſuperatur, & ventriculi cōcoctio mirum in modum adiuuatur, necnon & calor eiuſdem ventriculi innatus præſeruatur. Supra dorſum nullatenus expedit dormire; nam alimentum ab initio fluctuare in ventre, & ad œſophagum ſæpe

B aſcendere facit, & preterquam quòd tardiùs coquitur, fluxione tentatis pernicioſus eſt; inducere enim poteſt non modò ephialtim, ſed epilepſiam, paralyſim, ac etiam quandoque apoplexiam. Decubitus igitur in ſanis primùm in dexterum latus, deinde in ſiniſtrum fieri debet, quò cibus promptè ad ventriculi fundum deſcendat, & à iecore illic decumbente cōcoctio adiuuetur ex Galeno: quāuis, vt dixi, parum referat ſiue ad vnū, ſiue ad aliud latus fiat decubitus. At ſupinum iacere, & hiare damnat Hippocrates, decubitum autem in alterum latus laudat: ſupinè quippe iacere, & hiare non abſq; actione ſtertendi, aut exolutionis, aut ebrietatis, aut ignauiæ ſunt ſigna, Gal. lib. 2. de motu muſculorum ait: hæc de ſomno.

Sunt modò conſideranda, quæ in ſomno eueniunt, nempe inſomnia; nam ſunt aliqui, qui in ſomnis vident, vel ſe facere putant, & hæ res ſæpiſſimè nos, ad defectus, & ad exceſſus, & ad qualitates denique humorum cognoſcendas ducunt. Aliquando homines dormientes in quandam diſpoſitionem abſque morbo cadunt, per quam neque vt vigilantes ſenſuum actiones obeunt, neque vt integrè dormientes otian-

C tur. Scripſit Hippocrates quæ per ſomnium accidunt, nec non & ipſa inſomnia expendenda eſſe; nam ad defectuum deprehenſionem, & aduentantium cautionem non minimùm conferunt, quòd quales intus lateant ſucci noxam illaturi ex inſomnijs prænoſcamus, vt ſiquis per ſomnum ſibi præfocari videatur, aut in aqua difficulter natare, humorum pituitoſorum copiam, & partium internarum coangustationem ſignificat, quemadmodum ſiquis in cœno, & luto volutari, & ſpectra, atque terrifica videat, atram bilem redundare, pugnas verò, rixas, clamores, incendia ſi quis per ſomnum ſe videre putet, bilis feruorem, quemadmodum ſi lumina, accenſas faces, & rubra, ac ſplendore micantia, ſanguinem in vaſis copioſiorem contineri demonſtrat.

Quare non inanis prorſus eſt ea coniectura, quæ ex ſomnijs de curando corpore ſumitur; nam vbi videmus per ſomnum humores præſeferre ſui ideam cum alijs rationibus acceptis, & à cauſis, & ab effectis, tunc dicimus peccare talem, & talem humorem, & ideo è corpore eſſe deturbandum aliquo medicinæ inſtrumento. Et hæc ſunt, quæ

D magis ad ſanos ſpectare videntur: ſiquidem cùm aduerſa valetudine premimur, alia ſunt cauenda, alia in ſomno obſeruanda; nam ſomnus niſi commodè ægris accedat magnam noxam parit, vnde Hippocrates dicebat cauendum eſſe, ne ægri acceſſionum initio dormiant, illudque obſeruandum, vt ſe à ſomno habeant meliùs ne, an deteriùs? quoniam, in quo morbo ſomnus laborem præſtat, malum eſt, peneque lethale, ſi verò contulerit ſalubre, & hæc de ſomno tantiſper dicta ſint.

Pauca ſunt omninò ea, quæ de vigilia dici cōueniant; nam, vt dictum eſt, cùm ſomno ſit contraria, contrariæ quoque ſint effectiones, neceſſum eſt, quare cùm dixerimus ſomnum eſſe ſenſus communis alligationem, vigiliam eiuſdem ſolutionem eſſe dicere oportet, quæ ſi temperata fuerit ſenſus ad motum, & ad operationem excitat, functiones componit, excrementa reſoluit, vbi verò excedens fuerit, multa incommoda corpori adfert; primò enim concoctionem ventriculi, & aliorum membrorum imbecillem reddit, ſpiritus reſoluit, caput vaporibus replet, cerebri temperaturam

 corrum-

corrumpit, húmores adurit, maciem inducit, calorem præter naturam auget, & bilem accendit. Inter alios, quos ego ab immoderata vigilia oppreſſos agnoui; vnus fuit in hac Meſſanenſi Ciuitate, qui ob iter longum factum, & ob immoderatos labores, in vigiliam perpetuam incidit per ſpatium quinquaginta dierum,& eo plus: & cùm à varijs curaretur Medicis, ipſum variè purgantibus, vt auferrent bilioſum humorem ob prędictas cauſas collectum,nunquam ab hac immoderata vigilia liber euaſit.Cùm igitur accerſitus eſſem ego,& animaduertiſſem habitū corporis bilioſum, complexionem calidam, & ſiccam, tempus æſtiuum, & corpus multoties expurgatum fuiſſe,deueniendum eſſe iuſſi ad vſum balnei aquæ dulcis, & ad ſerum lactis, quibus cùm vſus fuiſſet æger,infra quartum diem cæpit dormire,& proſequutus per aliquot dies hæc eadem præſidia fuit omninò, & perfectè ab hac immoderata vigilia liberatus. E

Balnei aquarum dulcium vſus à Medicis non obſeruabatur, quando huc appuli, primumque balneum à me adminiſtratum fuit in nobili quodam viro nomine Scipione Alifi, qui patiebatur in fœmore dextero eryſipetoſam quandam affectionem ad herpetem inclinantem; à qua vſu balnei fuit immunis, quemadmodum etiam Illuſtr. F Felix Nouellus Archimandrita ex longa, & magna iecoris intemperie calida, huius balnei vſu pulchrè euaſit, & ſicut viginti quinque ante annos nulla huius habebatur cognitio,ita nunc ipſius adminiſtratio frequentiſſima eſt, & maximo cum fructu.

De Motu, & Quiete. Cap. VII.

INter alias res non naturales ad ſanitatem tuendam,non minimum momentum exercitationem habere, non tantùm aſſidua authorum aſſertione, quàm ipſiſſima experientia fidem ampliſſimam præbente clariſſimum eſt; & Galenus pluribus in locis ad valetudinem conſeruandam exercitationem primas partes obtinere teſtatus eſt, lib. enim 2. de ſant. tuen. cap. 2. tanti exercitationem feciſſe eſt viſus, vt ab ea in tuendæ ſanitatis cautione inchoandum his verbis expreſſerit, *ſanitatis tutela à labore eſt auſpicanda,* & paulo poſt addit, *à laboribus ordiendum eſſe,* & libro de boni, & mali G ſucci cibis dicebat, *ad ſanitatem tuendam, maximum quidem malum eſſe omnimodam corporis quietem, perinde atque maximum bonum eſt motio moderata,* hoc eſt ſi corpora moderatè exerceantur. Et Hippoc. lib. 6. epidem ſect. 4. tex. comm. 20. ſcriptum reliquit pulcherrimam illam ſententiam tam diuulgatā, & in ore omnium verſantem, quæ eſt, *ſanitatis ſtudium eſt non ſatiari cibis, & ad labores impigrum eſſe;* his enim duobus veluti capitibus præcipuis vniuerſam tuendæ ſanitatis rationem contineri maniſeſtiſſimum eſt. Ariſtoteles quoque 1. problematum ſect. problem. 47. inquirens cur cibum minuere, laborem autem augere ſalubre ſit? an inquit, quia cauſam ægrotandi excrementorum habet nimietas, quæ tunc certè exultat, cùm aut cibus ſupereſt, aut labor deeſt.

Cùm igitur de cibo, & potu in ſuperioribus à nobis actum ſit, nunc de exercitatione ſalubri differendum eſſe non ſiue aliqua ratione viſum eſt nobis. Exercitationem vno motus nomine comprehendemus, quòd ad motum tanquam ad genus proprium omnes exercitationis ſpecies, & modi referantur; de exercitatione itaque tractantes H opus eſt videre in primis,quid illa ſit, & vt communiter accipitur, quapropter omni ingenio curabimus, omnium exercitationum genera, & differentias pro viribus explicare: quidue vnaquæque commodi, & incommodi adferre queat, eaque præcepta in medium adducemus ſeruanda, quibus aptè valetudo ſeruari, non labefactari poſſit. Verùm, vt ſuperius dicebam, tanti facienda eſt exercitatio moderata,vt primas partes illi in vita, & valetudine conſeruanda omninò attribuenda veniat, ſicut ex ipſius etiam commodis à me recenſendis paulò infra clariſſimum fiet.

Eſt igitur exercitatio is corporis motus, qui & vehementior eſt, & anhelitum alterare poteſt, lib. 2. de ſan. tuen. cap. 2. Galeno Authore. Neque enim omnis motus exercitatio dici debet, nec motus, & exercitatio idem ſunt, vt idemmet docet citato loco. Galeni igitur ſenētiam ſectati dicimus exercitationem eſſe motum voluntarium validiorē corporis,aut animi. Corporis quidem,quia reſpirationem ſecundū magis,vel

minus

Digitized by Google

A minus alterat, huius differentiæ tum in genere, tum in ſpecie plures ſunt: in genere quidem vel reſpectu qualitatis, vel quantitatis, vel temporis, aut ordinis, aut ætatis: & primò in genere qualitatis in celeritate, & robore mediocris ſalubris eſt; nam membra corroborat, & naturales eorum functiones, corpora impinguat, excrementaque è corpore educit; robuſta verò reſoluit, atque attenuat; imbecillis corpus non extenuat, nec impinguat, neque diſſoluit; tarda exercitatio diſcutit multa excrementa, ſi longa fiat, calorem parum accendit, & tardè quidem.

Quantitate vel moderata, vel immoderata: moderata eſt, quouſque vniuerſum corpus intumeſcat, floridus color corporis appareat, eliciaturque ſudor calidus. Motus autem hic promptè, & æqualiter edatur, quoad nihil ex dictis deſideretur; nam ex huiuſmodi moderata exercitatione calor natiuus corroboratur, atque augetur, membra motui deſtinata duriora, & ad labores robuſtiora redduntur, hinc attractio, concoctio, nutritio feliciùs perficitur, corporis particulæ probè aluntur, exigui meatus expurgantur, excrementa faciliùs expelluntur, corpuſque vniuerſum obeſum redditur.

B Immoderata verò, vel eſt in exceſſu, vel in defectu: ſi in exceſſu, ita vt ſit vehemens, ſiue ſit acuta, ſiue multa, ſiue longa attenuat, ſiccat, hominem bilioſum reddit, febres, phrænitidem, eryſipelata, & cæteros calidiores affectus generat. At vbi immoderata fuerit in defectu ita vt leuis exiſtat, vel parua ea ſit, aut breuis, tunc pituitoſum, & frigidum corpus, morbiſque frigidis obnoxium reddit, humectat, atque impinguat. Sed quoniam fieri poteſt, vt idem motus alteri ſit exercitatio, alteri verò non ſit, ſciendum eſt, quod terminus, vnde incipit exercitatio, eſt anhelitus alteratio; quando igitur in motibus nulla ſit anhelitus mutatio, neque exercitationem factam eſſe dicendum eſt. Quod ſi quis magis, minuſuè, celeriùs, aut crebriùs ex motu aliquo reſpirare cogitur, tunc certè communiter exercitatio vocatur, ex Gal. 2. de ſan. tuen. cap. citato.

Sunt & aliæ differentiæ, quæ deſumuntur à tempore, ab ordine, & ab ætate. A tempore quidem; nam exercitatio æſtate debet eſſe & leuior, & minor, vt eſt vel ambulatio, vel equitatio in vmbra: hyeme verò vehementior, maior, longior, vt eſt curſus, atque luctatio. Diurna quoque exercitatio eſſe debet, nimirum antemeridiana, ſeu

C matutina, quod tempus exercitationi eſt aptiſſimum; corpora enim exerceri debent, poſt quàm cibus è ventre deſcenderit, & coctio in iecore perfecta fuerit, depoſitis priùs alui, & veſicæ excrementis: huiuſce temporis nota color eſt vrinæ; nam hæc ſi aquæ ſpeciem refert, crudum adhuc in venis eſſe indicat ſuccum eum, qui à ventriculo ſubmittitur; quæ verò rufa, bilioſaque eſt, iam dudum concoctum eſſe; quæ modicè pallet peractæ modò ſecundæ coctionis eſt ſignum. Vnde habemus pulcherrimum illud Cornelij Celſi dictum lib. 1. cap. 2. *Qui benè concoxit mane tutò ſurget, qui minimè, in lecto queſcere debet, nec labori ſe, aut fatigationi credere.* Si verò rufa, & bilioſa vrina mane appareat, concoctum eſſe huiuſmodi ſuccum demonſtrat, tumque exercere conuenit; excretis priùs, vt antea dictum eſt, veſicæ, aluique excrementis, ne ea ſpiritus, motioniſque impetu impulſa meatus corporis obſtruant, aut ſolidæ partes excrementis onuſtæ noxam ab ijs percipiant, aut conuulſæ, aut ruptæ, aut immodicè diſtentæ. Pomeridiana exercitatio peſſima eſt, & periculoſiſſima; quoniam crudi, & incocti cibi in omnes animalia partes rapiuntur, atque vniuerſum corpus crudis imple-

D tur humoribus, vnde multiplices morbi generantur, hæc de tempore exercitationis.

De ordine modò dicendum; ſunt enim quidam motus corporei exercitationem antecedentes, & alij ſubſequentes: antecedere autem ſolet frictio præparatoria; nam ſi quis abſque hac ſubitò ad exercitationem accedat, excrementis attenuatis, & meatibus exiguis laxatis, periculum eſt, ne ſolidarum partium aliqua rumpatur, aut conuellatur, & excrementa vehementis ſpiritus impulſu obſtruant meatus: in hac frictione obſeruanda eſt & quantitas, & qualitas; quantitas primò mediocris ſit oportet; nam priùs linteo totum corpus fricari debet, donec incaleſcat, deinde pauló fortior addito oleo, quoniam frictio magna, primùm trahit ſanguinem, deinde ipſum diſcutit, mediocris non diſſoluit, ſed trahit, & attracto frui permittit, atque ea ratione impinguat, hæc de quantitate frictionis. Qualitas frictionis, ſit primò mollis; nam ſiue recta, ſiue obliqua, ſiue tranſuerſa, aut ſubtranſuerſa ſit ad omnem loci differentiã, ſoluit: media verò inter mollem, & duram, cum oleo manibus circumactis modica celeritate, non

grauibus,

grauibus, nec comprimentibus corpus moderatè laxat: dura autem frictio ligat, hæc E
ſunt quæ antecedunt. Quæ ſequuntur, eſt ἀποθεραπεία, quæ noſtris frictio recuratoria dicitur, Gal. 3. de ſan. tuen. cap. 2. ἀποθεραπείαν appellauit, exercitationis ſcilicet probè peractæ extremam partem: fit autem hæc minoribus, & blandioribus motibus. Proprius, vt inquit Galenus, ἀποθεραπείας ſcopus eſt, vt laſſitudinem, quæ ſuccedere immodico exercitio ſolet, ſummoueat, atque prohibeat, quare cum olei perfuſione partes corporis humectet, atque recreet. Hæc de ordine exercitationis.

Ab ætate etiam deſumuntur differentiæ; nam pueri recenter nati valentem motum, qualis eſt ille, qui vehiculis, nauigijs, equiſque præſtatur, non deſiderant, quia immaturi exiſtentes non ſunt cogendi, ne eorum artus diſtorqueantur. Tunc autem primùm moueri pueris licet, cùm iam repere cœperint, magiſque etiam cùm tertium, aut quartum annum egerint, nauigio ſcilicet, vehiculoque modicè agitantibus. Septennes validiores motus tolerant, ita vt equitationi iam aſſueſcant: ſanè vel hac ætate facilè declaratur, quanta ſit noſtræ naturæ cum exercitijs proprietas, cùm pueros (etiam ſi concluſeris loco aliquo) vix prohibeas, quò minùs diſcurrant, ac pullorum, vitulorumque F
more laſciuiant; nam ſua cuique animanti natura ſatis eſt ad proprias, conuenienteſque exercitandas appetitiones, quibus ſanitatem, ſalutemque tueatur.

Iuuenes optimi ſtatus corporis ad vehementiſſimos quoſque labores, ſed quantò magis ad ſenectutem accedunt, ad mediocres idonei ſunt. Senes non minùs, quàm iuuenes exercitationes poſtulant, cùm inſitus calor in his periclitetur, facileque extingui poſſit; nam corporum in florente ætate exiſtentium non deſunt, quæ quietem poſtulant, de quibus Hippocrates tradidit, *at ſenum nemo eſt, qui quietem ex toto poſtulet, ſed neque exercitium vehemens.* Nam calor eorum ventulo quodam excitari, accendique deſiderat, vehementiore autem deijcitur: quæ verò his præcipua ad ſanitatem exercitia ſunt, hæc per valentiores corporis partes ſunt obeunda, hoc eſt, cum quibus reliquæ ſimul mouentur, & exercentur. Conſuetis igitur laboribus ſenes omnes exercendi ſunt, eorum tamen vehementia remiſſa: & hæc de exercitijs in genere.

Sunt modò exercitationes particulares corporis, quæ vel à nobis ipſis fiunt, vel à nobis quidem, ſed per medium aliquod: exercitationes, quæ fiunt à nobis ipſis, aliæ G
ſunt, quæ conueniunt ſanis, aliæ ægris, quæ ſanis, aut fiunt à corporibus temperatis, aut intemperatis, ſi corpora temperata ſint, vel ab ipſis fiunt ſummo mane, vel paulò ante prãdium, ſummo manè ſunt ſcalptura capitis cum pectine antrorſum, retrorſum, & ad latera, lotio manuum, faciei, ceruicis aqua frigida, earundemque partium deterſio cum panno linteo, ſed aſperiore, collutio oris, balneum aquæ dulcis tepidum, præſertim tempore æſtiuo ſingulis hebdomadis, alui, & vrinæ excrementis priùs depoſitis, ſordium cutis deterſio, frictio præſertim tempore hyberno, vel autumnali (excluſis itidem antea excrementis tam veſicæ, quàm alui) mollibus linteis, modica compreſſione, ac celeritate facta; quod etiam faciant, qui literarum ſtudijs incumbunt, reliqua vt dicemus deinde, agant. Sed noſtris temporibus talia exercitia vix fieri poſſunt ab hominibus otioſis, multò minùs ab ijs, qui literis nauant operam.

Ante prandium ſunt ſaltatio, aut pilæ magnæ, aut paruæ luſus modica quadam celeritate ſine magna contentione, donec reſpiratio in magnitudinem, celeritatem, & frequentiam mutata ſit, aut laſſitudinem ſentire faciat, aut ſudore pauco madeſcat H
cutis. Hoc exercitio vniuerſæ corporis partes pari ferè menſura exercentur, vnde Galenus lib. de exercitio paruæ pilæ dicebat huiuſmodi luſum crura, brachia, ceruicẽ, caput, oculos, dorſum, lumbos, & vt ſummatim dicam, omne ex æquo corpus commodè exercere: quinimò & animum voluptate mirè afficit, vegetumque, & alacrem reddit, ad ſanitatem plurimùm conferens, & hominis temperiem in ſuo ſtatu conſeruans, nec nimiam corpulentiam, nec exilitatem immodicam adferens, quapropter tanquam ad ſanitatem ſeruandam accommodatiſſimum præ cæteris præfert idem Gal. Maximi etiam penditur à Gallis nobiliſſimis, & à Rege metipſo; nam Pariſijs plurimi ludi pilarij reperiuntur, in quibus nobiles, & cuiuſcunque generis homines conueniunt, & ſe continuò in hoc luſu exercent. Bononiæ verò frequens eſt luſus pilæ illius inſignis, quæ *pallone à vento* Italis dicitur; cuius preſtantiſſimi luſores inueniuntur. Memini cuiuſdam, qui adeo in ludo eminebat, vt à Sereniſſimo Bauariæ Duce virtutum

tutum

A tutum omnium amatore, & defenſore fuerit accerſitus, cuius admiratus dexteritatem, multis eum donis, ac honoribus affectum in patriam remiſit.

Ab vtroque igitur hoc exercitio vniuerſæ corporis partes pari ferè menſura exercentur, calor naturalis augetur, excrementa pelluntur, exigui meatus purgantur, naturaleſque actiones in toto corpore feliciùs perficiuntur. Et hæc ſunt exercitia, quæ mane videntur eſſe magis conuenientia. Veſpertino autem tempore, videlicet ante cœnam, deambulatio paulò celerior, ſpatio viginti, aut triginta paſſuum, aut etiam longiori eſt idonea, quoniam accendit calorem, & diſcutit copioſum excrementum: poſt prandium nulla exercitatio competit, ſed quies potiùs, quia per horam quieſcere magis decet; poſt cœnam verò eodem modo per horam quieſcendum, deinceps mollibus paſſibus per cubiculum incedere expedit, vt cibus in ventriculi fundum deſcendere faciliùs poſſit, & hæc ſunt exercitia pro temperatis. Intemperata verò corpora calida vehementer, quas actiones ad vitam proprias elegerunt, ijs tantùm, & non alijs ſunt accommodata: ſi calor minor ſit, celeris exercitatio, ſed non longa conue- B nit, quoniam maior calor breui excrementa diſcutit, præſertim vbi tenuia ſunt, & pauca: frigidis verò corporibus longa, & tarda exercitatio conuenit, quæ non valde accendat calorem, & ſi interim maiorem reddat, longitudine tamen copioſa excrementa, & craſſa diſſoluit.

Si verò corpora hæc intemperata ſint ex parte aliqua corporis, vt pote quæ leui cauſa patiuntur vertigines, epilepſiam, ophtalmiam, aurium dolores, tonſillarum inflammationes, vel anginam, gingiuarum, vel vuæ, vel palati inflammationes, dentium dolores, ceruicis, capitis fluxiones, ijs conuenit, vel deambulatio, vel curſus mediocris, vel geſtatio in vehiculis, quoniam malè habent, & ijs inclinato capite, vel dorſo, aut humi volutatis exerceri non expedit. Crurum imbecillitatem patientes ſuperioribus partibus exercitari ſatiùs eſt, vel chironomijs, acrochiriſmis, magnæ pilæ luſu, diſci iactu: brachiorum debilitatem habentibus conuenit magis inambulatio, curſus, ſaltus: thoracis affectum ſentientes magis inferiorum iactatione iuuantur: renum, & veſicæ morbis affecti ſuperiorũ exercitatione magis indigent. Ventriculi, iecoris, lienis, inte- C ſtinorũ morbis ſubiectis, tam ſuperiorũ, quàm inferiorum exercitatio ſaluberrima eſt. Et huiuſmodi exercitationes ad corpora ſanitate fruentia magis accommodatæ ſunt.

Exercitatio verò, quæ ægrotantibus competit, vel eſt ratione totius corporis, vel partis alicuius; primo modo frictiones ſunt adhibendæ, ne calor eorum naturalis extinguatur prorſus, & primùm crurum, & pedum, ſecundò brachiorum, & manuum, poſtremò dorſi, & ſpinæ. Ijs vero, qui aliqua parte ægrotant capite nimirum, collo, manibus, humeris, lumbis, conuenit magis, aut inambulatio pedum, aut curſus mediocris, aut geſtatio in vehiculis, quæ cæteris omnibus præſtantior eſt. Qui verò artus inferiores labefactatos habent, his magis ſuperiorum artuum exercitatio eſt conueniens, vt diſci iactus, aut ſummæ manus decertatio. Præditi autem ſpina, aut cruribus nimium craſſis, aut gracilibus, ſiue accidentaliter, ſiue à natura, necnon & pectore naturaliter lato, vel anguſto, vel accidentaliter exiguo, ſicut & pedibus naturaliter vt valgis, ſiue accidentaliter vt varis, hi omnes ad pleraſque exercitationes ſunt inepti, quippe vitioſæ figuræ thorax ex ijs, quæ per vocem adminiſtrantur, offenditur, crura verò per in- D ambulationem læduntur. Et iſtæ ſunt exercitationes quæ competunt ſanis, & ægris, tam ratione totius corporis, quàm partis.

Sunt modò aliæ exercitationes, quæ non à nobis ipſis immediatè fiunt, ſed vel ab equo, vehiculo, curru, lectica, nauigio, aut frictione: equo aliquandiu, vel ante prandium, vel cœnam ſanis incedendum eſt; nam in huiuſmodi equitatione ſpina recta tenetur, lumbi laborant, muſculi ceruicis, & fœmorum exercentur, crura, viſcera omnia agitantur, & concutiuntur, innatus calor accenditur, atque augetur, ſanguis in totum corpus deducitur, excrementa deorſum funduntur. Curru verò totum corpus agitatur, & concutitur, præſertim thorax, venter, & omnia viſcera: lectica, & nauigio geſtari minùs bonum eſt, quoniam vomitum mouere ſolent, caput perturbant, membris nondum benè motis, neque exercitatis; frictio, vel magna, vel mediocris, vel mollis eſt, prima reſoluit, ſecunda impinguat, tertia ſoluit, dura ligat, & hæc de exercitationibus in vniuerſum ſatis ſint dicta.

Quies

Quies autem, quæ exercitationi contraria eſt, ſi immodica fuerit, corpus frigidum E
reddit, excrementa diſſolui prohibet, genuinum calorem penè præfocat, atque extinguit, & vt infeliciùs concoctiones, nutritio, diſtributioque cibi procedant, efficit, torpidumque corpus, & ad labores obeundos ineptum facit, qui itaque valere cupit, commodè ſe exerceat, quietem nimiam, & ſocordiam, quantùm maximè fieri poterit, fugiat, cibis non ſatietur, & impigrum ſe ad labores præſtet; ſic enim ſanitatis tuendæ præcepta impleuerit, & hæc de motu, & quiete ſatis ſint dicta.

De retentis, & excretis, deque animi paſſionibus. Cap. VIII.

EXercitatione, ác quiete expoſitis iam ex Auerrhois ordine ad quintam rerum non naturalium deueniendum eſt, circa quam video omnes Authores valde hallucinatos fuiſſe tractantes de repletione, de differentijs repletionis, de cauſis, & ſignis, quemadmodum, & de regulis euacuandi, quæ omninò aliena ſunt ab huiuſmodi tractatu; nam Galenus lib. 3. artis paruæ cap. 85. proponens cauſas effectrices, ſeu conF
ſeruatrices ſanitatem, ſi rectè adminiſtratæ, & è contra ſi non rectè adminiſtratæ fuerint, morbos producẽtes, addit ea, quæ aſſumũtur, aut excernũtur, aut retinentur. Verba capitis hæc ſunt à Galeno prolata, *ex motu verò, & quiete, cùm vtraque modum exceſſerint, aut calefactum, aut refrigeratum, aut humectatum, aut exiccatum, vel aliquid ſecundùm horum patiens coniugationem, ſic & ex ſomno, & vigilia ipſum pati eſt neceſſarium ſecundùm eandem rationem, & ex animæ affectibus, ex his quæ aſſumuntur, aut excernuntur, aut retinentur.* Ex cuius poſtremis verbis nempè, quæ aſſumuntur, aut excernuntur, aut retinentur, declarat in hoc capite agendum non eſſe de his, quæ vacuant, & replent corpus, ſiue de inanitione, & repletione: alioquin vt rectè Argenterius hoc in loco ſcribit, rurſus de cibo, & potu agere debuiſſet Galenus, cùm hæc quoque repleant corpus, & de aëre, de motu, & animi affectibus, quæ pariter corpus euacuant. Quare ſolùm agit de excrementis aſſumptorum alimentorum in nobis genitis, quæ cùm retinentur, aut excernuntur, mutationes quoque in nobis efficiunt. G

In hoc igitur capite non eſt, vt tractemus de repletione, aut euacuatione, ſed excrementa tantummodo conſideranda ſunt ſingulis diebus in corpore noſtro genita, quæ debent euacuari ſecundùm debitum tempus, & modum, quemadmodum etiam, & retineri; nam vbi exceſſerint modum, morbos pariunt, ſi verò moderatè retineantur, & excernantur ſanitatem conſeruant. Huiuſmodi autem excrementa fiunt in prima, ſecunda, & tertia concoctione, quas fieri in noſtro corpore ſcribit Gal. 1. de ſanitat. tuenda cap. 12. 3. methodi med. cap. 3. 1. de vſ. part. cap. 1. Prima fit in ventriculo ab alimentis ingeſtis, quæ vbi probè cocta fuerint, & excrementa propulſa ad inteſtina, ſi inde non poſſint excerni, & retineantur multa & praua ſymptomata producunt, vt eſt inappetentia, humorum prauorum collectio, rugitus, flatus, nauſea, ac ventriculi grauitas. Galenus lib. 3. de cauſ. ſympt. cap. 2. ſcribit, quòd in inteſtinis complexio, comprehenſioque eſt, qua vaſa nutrimentum ad inferiorem exitum propellunt, in quibuſdam tamen affectibus, cùm conſtringendi, complectendique motus infernè incidit, ea, quæ in ipſis continentur, ſurſum feruntur: qua ratione acer quoque ſuccus, qui H
ad ſedem aliquando fuerat delatus, ſi ab homine negotijs impedito, vel alia de cauſa violenter retentus fuerit, iterum ſurſum retrahitur, ventremque mordet, ac caput vaporando implet; nam ab vnoquoque inteſtino ad inteſtinum ſupra ſe poſitum expellitur, ſicut priùs in præceps trudebatur, ſic etiam crepitus deſcendere prohibitus, interdum reuertitur.

Addit his Galenus, mirum non eſſe clyſmatis aliquid, & ſtercoris ex tam violenta inteſtinorum conſtrictione ad ventrem aliquando præter naturam reuocari, deinde ad exitum properare, ſcribens inferiùs hæc verba: *iam moles, quæ præter naturam ſunt, aliquando deſcendere excrementa prohibebunt, aliquando ſub iuſta menſura, ſicut durum etiam ſtercus in aliquod inteſtinorum volumen impactum, quod ſupra eſt, deorſum ferri aliquando vetabit.* Quare inter alias cauſas prohibentes alimentorum primæ coctionis excrementa per partes infernas exire cogendo eadem ſurſum retrocedere ad ventriculum

A culum vſque ſunt moles alicuius corporis præter naturam in inteſtinis exiſtentes. Me-
mini me caſum huius generis maximæ conſiderationis obſeruaſſe quinquaginta ab
hinc annis, dum adhuc adoleſcens eſſem, & ſub præceptoribus inſignibus militarem,
fuiſſe videlicet cadauer cuiuſdam Comitis de Caldarinis nobilis Bononienſis ſectioni
expoſitum, in cuius cauitate coli inteſtini reperta fuit ingens portio carnis, quæ ſua
mole erat impedimento, quò minùs excrementa deſcendere poſſent, & ex huiuſmodi
morbo malæ inteſtinorum compoſitionis interemptus eſt.

Obſeruatum fuit diebus præteritis à nobis, & à Doctiſſimis Medicis ſocijs Senato-
rem huius Meſſanenſis Ciuitatis ob ſtercus induratum in inteſtinis, in ileum incidiſſe;
nullum enim potuit habere alui beneficium per aliquot dies; & ſtercorum aderat vo-
mitus, nulla exiſtente inflammatione, & ex propinatis medicamentis, quæ in hac affe-
ctione multùm iuuare conſueuerunt, non iuuabatur. Inter alia propinatum fuit oleum
amygdalarum dulcium ad vnc. viij. & ſine aliquo profictu, tandem deuentum eſt ad
ſyrupi roſati ſolutiui vnc. ix. à quibis fuit liberatus. Ex his igitur Galeni adductis ver-
B bis, & experientia apparet ex retentione excrementorum craſſorum primę coctionis
multa, & praua ſymptomata prouenire; nam ipſius excrementa duplicis ſunt generis,
quemadmodum, & aliarum coctionum, vnum craſſum, aliud tenue. Craſſum excre-
mentum nullã habet apud Authores difficultatẽ; nam ex cõmuni omniũ conſenſu cla-
rũ eſt eſſe fæces: de tenui verò non ita cõſtat; nam alij dicunt, vt Aretæus, eſſe pituitã,
primo de differẽtijs vrinarũ cap. 5. nempe quòd pituita aquoſa ſit excrementũ primæ
coctionis, cui aſſentitur Sanctorius lib. 3. in artem paruam Galeni quæſt. 99. alij verò
dicunt tenue iſtud excrementum eſſe vrinam, quam ſententiam veriorem eſſe puto.

Ad rationem, quam Sanctorius aduerſus hanc ſententiam adducit deſumptam ex
Authoritate Galeni 1. de ſanit. tuen. cap. 12. vbi dicit vrinam eſſe excrementũ, quod
coaceruatur in venis, & 3. de ſympt. cauſis cap. 2. vbi dicit in concoctione venarum
triplex eſſe excrementum bilem videlicet, melancholiam, & vrinam; dico nullum eſſe
inconueniens, vrinam eſſe excrementum primæ coctionis, & quòd coaceruetur in
venis; nam poſtquàm in ventriculo factus eſt chylus, qui conſtat ex potulenta, &
C eſculenta materia, non poſſet ferri per venas meſeraicas, & quæ ſunt ad concauam
iecoris partem, niſi ab aquoſa hac materia tranſueheretur; ideo neceſſariò generatur
in ventriculo, & in hepate, in quo dum materia chyloſa tranſmutatur in ſanguinem,
hæc ipſa formam vrinæ acquirit, quæ poſtea à facultate iecoris expellitur in venam
canam, vnde mirum non eſt, ſi Galenus ſcripſerit, quòd hæc ipſa coaceruetur in venis,
cùm non dixerit contineri, vt venarum excrementum. Quod attinet ad lib. 3. de cau-
ſis ſympt. aliud eſt loqui de coctione vera, in qua materia tranſmutatur de ſubſtantia
in ſubſtantiam, vt chylus in ſanguinem, aliud eſt loqui de concoctione qualitatiua,
quæ nihil aliud dicit niſi perfectionem quandam accidentalem; amara bilis, & nigra,
& ſeroſus humor non concoquuntur, ſed alterantur in venis, vnde dicebat Galenus
venas ipſas à natura factas eſſe primò, vt deferant maſſam ſanguinis ad vniuerſum
habitum corporis, deinde, & ſecundariò, vt humores aliquam alterationem accipiant.

Vbi igitur excrementa ſecundùm debitum modum, & tempus in corpore retineã-
tur, nullam labem corpus noſtrum patititur, & remanet in ſtatu naturali, vbi verò
D præter modum retineantur, multa, & praua ſymptomata pariunt. Sic etiam cùm ali-
quid excernitur, quod eſt naturæ cognatum, tunc corpus exoluitur, at vbi ſecundùm
naturam excrementa naturalia excernuntur, corpus nihil moleſtiæ patitur. Quando
etiam excernuntur excrementa morboſa, nondum coctione peracta, contingit cor-
pus malè ſeſe habere; nam tunc ſeparari non poteſt inutile ab vtili ſubſtantia, atque
ita contingit vtramque expelli, & tunc ſymptomaticæ, & malæ dicuntur eſſe excre-
tiones, quæ abſque ſignis coctionis efficiuntur. Vnde Hippocrates lib. prognoſt. 2.
tex. 13. dicebat deiectionem optimam eſſe ſi mollis, conſtanſque eſt, & eo tempore
excreta, quo ſecunda valetudine aſſueuit, & copia ex ratione ciborum ingeſtorum eſt;
ſi enim talis excernitur, inferior venter benè valet. Si autem deiectio aquoſa admo-
dum, aut candida, aut admodum crocea, aut ſpumea deijciatur, mala eſt: & hæc de
excrementis primæ coctionis, quibus apparet, quænam corpus alterent ſecundùm
naturam, & quæ præter naturam.

Conſideranda modò ſunt excreta ſecundæ, & tertiæ coctionis, & primò ſecundæ, E quæ ſunt vrina, & bilis vtraque. In vniuerſum primùm dicam omnia excrementa, ſi præter ordinem naturæ retineantur, alterare, & corrumpere noſtrum corpus pro cuiuſque natura excrementi, & locis, in quibus continentur, aut à quibus exeunt; nam vt dictum eſt, alui excrementa retenta, præter alia ſymptomata, ventriculi appetitum deijciunt, vertiginem, & dolorem capitis adferunt, nauſeam pariunt, fœtum in mulieribus ſæpè elidunt, vrinæ ſtillicidium, & in nobis compreſſionem veſicæ multoties pariunt, colicos dolores excitant, dum flatus exire prohibent, & multis alijs modis corpori noſtro obſunt. Excrementa verò ſecundę coctionis iam dicta, præter modum retenta, & immodicè exeuntia, multos quoque prauos morbos inducunt; nam vrina, vbi ſupprimitur, antequam recipiatur in veſicam, ſi effunditur in cauitatem ventris, aquam intercutem parit, ſi verò vnà cum ſanguine miſcetur, nutritionem labefactat, pruritum, ſcabiem, & ſudores multos excitare conſueuit, ſi verò in veſica eadem collecta exitum habere non poteſt, quos cruciatus moueat, notiſſimum eſt, cùm tandem mortem inferre ſoleat, indeque excitantur iſchuriæ, dyſuriæ, ſtranguriæ, quæ quan F tùm noſtro corpori noceant, vix verbis exprimi poteſt. Vbi verò eadem vrina immoderatè fluit extra corpus, illam producit affectionem tam diuulgatam, quam diabetem vocant, noſtri hydropem ad matulam dicunt.

Sic ſi bilis flaua non recipiatur in veſica hepati ſubiecta, aut in ipſa non retineatur, vt decet, in iecur regurgitat, inde in venam cauam, ſucceditque morbus regius appellatus: aut ſi calor præter naturam ipſam inuadit febres putridæ, ac building bilioſæ ex ipſius putredine prodeunt, atque ſi fortè à natura ſeparetur ab alijs humoribus, & extrudatur in aliquam partem, tunc naſcuntur eryſipelata, herpetes, puſtulæ bilioſæ, & ſi huiuſmodi humor repat ad caput delitia, & furores contingere ſolent, vbi in ſtomachũ ſe recipiat, ſitim intenſiſſimam producit, & appetentiam deijcit. Humor quoque melancholicus, & ipſe vbi retineatur, ſua mala quoque producit; nam in ſtomacho picam, caninam famem, in capite melancholiam dictam, & maniam, in corde mœſtitiam gignit: at vbi expanditur per vniuerſum corpus, ad externas partes præſertim delata, elephantiaſim, & lepram producit, in aliquibus verò partibus cancros, & hæc G ſunt praua ſymptomata, quæ ſecundæ coctionis excrementa, & fluentia præter modum ſymptomata pariunt.

Excrementa verò tertiæ coctionis, cùm (vt dictum fuit in Anatome contemplatiua capite de cuticula) alia ſint vtilia, quemadmodum ſemen, & pinguedo, alia inutilia quoad ſubſtantiam, vtilia tamen quoad finem, hoc eſt, quia natura ijs abutitur ad ſua aliqua munia obeunda: alia quoque ſint prorſus inutilia, quæ ex neceſſitate materiæ prodeunt, vt ſunt ſordes, de quibus loquens Galenus 3. method. med. cap. 3. dicebat extra corpus per inſenſibilem halitum euaporare, aliquãdo verò adeo augeri, vt manifeſtè ad cutem expulſa appareant. Omnia hæc excrementa tertiæ coctionis, ſi vel immodicè retineantur, aut fluant, ſequuntur etiam, & praua ſymptomata, atque morbi: ex retento quidem ſemine; nam & Ariſtoteles 1. de gen. añ. cap. 18. 2. de gen. añl. cap. 4. & Galenus 6. de locis affectis teſtantur ex ſemine retento in morbos homines incidere, & ex ſeminis conſumptione corpus vitiari, vt ſatis apparet ex ijs, qui gonorrhæa laborant. H

Pinguedo verò, quæ & ipſa eſt excrementum vtile ratione ſubſtantiæ, ſi præter modum retineatur, & colligatur in corpore, facit nimiam obeſitatem, quemadmodum è contra, ſi tota pereat, corpus extenuatur, & emaciatur. At ſi ab excrementis vtilibus natura læſionem accipit, multò magis læditur ab alijs excrementis inutilibus, vt ſunt vaporoſa excrementa, quæ dum cohibentur adſtricta cute, aut obſtructa, calorem intus augent, & febrẽ ſynocham, aut alias pro ſubiecti humoris, & corporis conditione excitant. Sordes quoque vbi ad extimam cutem perueniant, & retineantur, cutem fœdant, poſſuntque ſcabiem gignere, & alias huiuſmodi immundities generare, ex quibus, ne proſequamur ſingula, conſtare ſatis puto ab excrementis relictis ex nutritione, dum retinentur, alterari, & corrumpi noſtrum corpus. Quibus omnibus ſic demonſtratis luce clariùs apparet Galenum per hanc quintam rem non naturalem, minimè intelligere voluiſſe, repletionem, aut euacuationem, quemadmodum

Digitized by Google

A admodum omnes authores de hac re ſcribëtes vnanimi conſenſu determinarunt, ſed vt ipſius Galeni verba ſonant, voluit comprehendere excrementa prodeuntia ab alimentis, ſi præter ordinem naturæ retineantur, vel immodicè fluant.

Notandum etiam eſt, quòd Galenus, poſtquàm recenſuit omnes res non naturales, ſcribit in fine 85. capitis iam citati, omnes haſce res non naturales noſtrum corpus alterare duplici nomine, euidenter nempe, & per alias cauſas medias, nec non & ſanitatem corrumpere. Circa has cauſas à Galeno medias appellatas, per quas ſex res non naturales alterant corpus, & corrumpunt ſanitatem, variæ ſunt opiniones: alij dicunt intelligere Galenum diſpoſitiones corporis, alij humores, vel aliquam malam intemperiem, vel malam corporis compoſitionem; alij verò dicunt per cauſas alias intelligere voluiſſe mediatas, per euidenter immediatam cauſam.

Magis mihi probatur vltima opinio; nam quòd per euidenter intelligat immediatè, ex eo apparet, vt inquit Argenterius, quòd illi opponat per alias cauſas medias, & quòd exemplo confirmat ab aëre deſumpto; aër enim calidus immediatè calefacit, B cùm eſt frigidus refrigerat, ad calorem verò ſequuntur diſſolutio corporis, ad hanc debilitas, & ad hanc rurſus alia, huiuſmodi igitur aër primò, & per ſe calefacit, reliqua verò per accidens, & per media quædam, quia debilitatio ab eo proueniens non ſtatim fit ab aëre, ſed mediante diſſolutione noſtræ ſubſtantiæ, ſic aër frigidus ſuo occurſu denſat cutem, non immediatè, ſed mediante refrigeratione, ad denſationem verò ſequitur caloris incrementum per duo media, per refrigerationem nempe, & denſationem; eadem ratione cibus, & potus primò replent, ad repletionem ſequitur obſtructio, ad hanc prohibita tranſpiratio, putredo, & tandem febris. Hæc igitur per multa media naſcitur, cùm cibus ſua multitudine, aut viſciditate, aut craſſitie obſtruit cauitates internas corporis, quod idem dici poteſt de omnibus alijs non naturalibus rebus, quamuis illi, qui dicunt diſpoſitiones, & qui humores, intemperiem, & malam diſpoſitionem, dicant & ipſi cauſas, quibus mediantibus res ipſæ non naturales corpus noſtrum lædunt. Et hæc de quinta re non naturali, quam alij dicunt repletionem, & euacuationem eſſe.

C Reliquum eſt, vt de vltima re ex non naturalibus agamus, ſed memoria recolëdum eſt, quòd haſce ſex res non naturales comprehëderit Hippocrates quatuor capitibus, quorum primum inſcribit, quæ intus à nobis aſſumuntur; ſecundum, quæ fiunt in nobis animo, & corpore; tertium, quæ excernuntur, & retinentur; quartum, & vltimum, quæ extrinſecùs corpus noſtrũ alterant. Per ea, quæ intus aſſumũtur, intelligere oportet cibum, & potum: per ea, quæ fiunt in nobis, intelligendum eſt ſomnum, & vigiliã; motum, & quietẽ animi, & corporis; per ea verò, quæ retinentur, & excernuntur, accipienda ſunt retenta, & excreta. Cũm igitur de omnibus hactenus pertractauerimus, præter quàm de ijs, quæ in nobis fiunt animo, ipſe ordo exigit, vt deinceps verſemur circa ea, quæ in animo noſtro continuò fiunt, à Græcis παθήματα ſimpliciter, à Medicis verò propriè animi accidentia vocata, quòd animum moleſtia impleãt, ac deprimant, motuque ſuo auerſum à rectã ratione vexent, lacerent, ſtimulos admoueant, ac præ anguſtia reſpirare hominem vix ſinant. Hæc eadem cum adiectionè παθήματα τῆς ψυχῆς ijdem Græci, Latini animi affectus, & Cicero perturbationes appellant.

D Sed quæ ſint paſſiones hæ à ſtatu naturali corpus, & animum auertentes Galenus in arte Medica enumerat his verbis, liquet ab ipſis caueri oportere, omnes animi immodicos affectus, videlicet iræ, triſtitiæ, furoris, timoris, inuidię; hæc enim (ſubdit) alterant, atque à naturali ſtatu corpus auertunt: ſed multò fuſiùs, quænam ſint in vniuerſum ea, quæ animũ à recta ratione tranſuerſum agere ſolent à Cicerone explicãtur 4. quæſt. tuſcul. Sunt autẽ hæc, inquit, æmulatio, obtrectatio, miſericordia, angor, luctus, mœror, ærumna, dolor, lamentatio, ſollicitudo, moleſtia, afflictatio, deſperatio, terror, timor, pauor, verecundia, formido, maleuolentia, metus, lætitia, gaudiũ, inuidentia, excandeſcentia, odium, inimicitia, diſcordia, deſideriũ, cupiditas, quorum omnium fons atque origo eſt intemperantia, & vt ſcribit Galenus lib. de cognoſ. & cur. animi morb. auiditas inexplebilis, vtq; nimirũ ſit à tota mente, etiã à recta ratione defectio, ſic auerſa à præſcripto rationis, vt nullo modo appetitiones animi, quæ rectè ſedatę, tranquillæq; eſſe ſolent, nec regi, nec contineri queant; nam quemadmodum temperantia, in

qua omnis motus animi ſedatus, ipſáque adeò tranquillitas poſita eſt, appetitiones E omnes animi ſedans, ac temperans, efficienſque, vt hæ rectæ rationi pareant. Sic huic inimica intemperantia omnem animi ſtatum inflammat, conturbat, peruertit, incitat, vnde & metus, & angores, & malæ cupiditates, cæteræque perturbationes omnes tanquam è fonte gignuntur, perinde atque in corpore vbi ſanguis corruptus eſt, aut pituita redundat, aut bilis ægrotationes in eo, ſæuique morbi naſcuntur, ſic in animo vbi ſe cupiditates, & appetitiones immodicè intruſerint, prauarum que opinionum conturbatio, ſanitate animum ſpoliant, morbiſque perturbant, mœrore inquam, inuidentia, luctu, ſollicitudine, metu, & alijs paulò antè enumeratis. Vnde Plutarchus in quodam opuſculo, quod inſcribitur animi ne, an corporis affectiones ſint peiores, concludit longè peiores eſſe animi morbos, quàm ſint corporis; nam inquit ignoratio omnibus animi morbis accidit, cùm neque inſanientes, neque libidinoſè, aut iniuſtè agentes peccare ſe putant, quidam imò rem à ſe præclarè tunc geri cenſent. Qui verò morbo corporis (vt ait idem Plutar.) infeſtatur, is ſtatim concedit, ſeque in lectulum demittit, ibique quiete curationes ſuſtinet, at qui in morbis animi ſunt, F tunc maximè agunt, tunc minimè quieſcunt; incitationes enim animi principia ſunt agendi: concludit tandem longè peiores eſſe animi morbos morbis corporis.

Cùm igitur tanti momenti ſint animi morbi, omni ingenio curandum eſt, vt à Medico cognoſcantur, iuxta illud Hippocratis 6. epidem. ſect. 8. tex. 28. dicentis mentis quoque intelligentia videnda eſt, vt per ſe ipſa conſtat, citra inſtrumenta, & res externas, an triſtitia, aut gaudio, an metu, aut cõfidentia, an ſpe, aut animi abiectione teneatur. Anutius Poeſius Hippocratem hac ſententia nos admonere ſcribit animi affectus rectè conſiderandos eſſe, & quo modo ab his animus afficiatur, quòd inde magna morborum occaſio ducatur, & ex ijs ipſis tum corporis temperies, tum humorum qualitas facilè æſtimetur, mentis autem intelligentiam, vt per ſeſe ipſa cõſtet, & valeat contemplari vult, quòd plerumque à cauſis internis, & externis plurimùm perturbetur, & moueatur: illas quidem per organa, has verò per πρήγματα; per πρήγματα intelligendæ ſunt cauſæ euidentes, & externæ, quæ animum huc illuc vel momento impellunt, quæ per turbationes, rerũ moleſtiæ, aut difficultates, & negotia, aut rerum G gerendarum actiones intelligi poſſunt. Vnde idemmet Hippocrates magna cum ratione 2. aphor. 33. ſcriptum reliquit in quouis morbo mente conſtare bonum eſſe, contra verò ſe habere malum, de animi igitur perturbationibus diligenter inquirendum eſt; nam abſque morbis corporis, & proba in eius valetudine à grauibus ſcriptoribus habemus pleroſque viros, & mulieres ab illis interemptos fuiſſe.

Sunt autem affectiones animi præcipuę quatuor ab Auicẽna canticorũ part. primę tract. 2. deſcriptæ, nempe ira, timor, gaudium, & triſtitia. De ira & Galenus; & Ariſtoteles dixerunt eſſe feruorem ſanguinis circa cor, & Auicennas loco præcitato, iram animæ excitare calorem, generareque interdum alia nocumenta: hinc Cardanus lib. 3. de ſan. tuen. cap. 96. ſcriptum reliquit Thomam quendam Girardellum ciuem Bononienſem ab ira interemptum fuiſſe. Ex timore verò, qui fit ob ſubitam reuocationem caloris metu impendentis mali, caloris extinctio ſuccedit, & Auerrhoës ibidem ſuper cantic. Auicennæ dicebat, quòd timor animæ generat in corpore frigiditatem, & ob hoc accidit tremor metuenti, & interdum magnificatur in tantum in patiente, H donec ipſe moriatur: huius autem cauſa eſt regreſſus caloris naturalis ad cor ex timore cauſatus; hac ratione Plinius lib. 7. cap. 36. Pub. Rutilium nunciata fratris in conſulatus petitione repulſa illico expiraſſe memoriæ prodidit: idem M. lepidum vxoris charitate, atque mœrore nimio poſt repudium mortem obijſſe tradit. Ioſeph etiam Hebræus de Bello Iudaico ſcribit Elim Iudeorum Pontificem, ac Iudicem accepto triſti nuncio de clade, qua Paleſtini hoſtes capta arca, occiſiſque ipſius filijs, Iudaicum exercitum affecerãt, magno ſubitoque mœrore oppreſſus, cùm à regio ſolio ſupinus caderet, effracta ceruice ſtatim perijſſe.

Gaudium ait Auerrh. eſt ex rebus corpus impinguantibus, quod ſi magnificetur valde, & contingat ſubitò, necat, & maximè valde pingues. Præ gaudio igitur multos puſillanimos expiraſſe varijs auctorum monumentis proditum eſt; nam non perinde atque in ira cum valido feruore ad exteriora fertur animata facultas, imò è contrario

ſi quid

A ſi quid antea ei fuit roboris, id nunc ſoluitur, laxaturque; cùm enim nimio gaudio laxa-
ta ... exteriora, diſcutitur, atque diſſipatur, hoc modo Polycritam Nobilem è Naxo
Inſula fœminam extinctam eſſe refert Ariſtoteles. Philippides quoque comœdiarum
ſcriptor non ignobilis, cùm in certamine Poëtarum præter ſpem viciſſet, & lætiſſimè
gauderet, præ gaudio ſubitò mortuus eſt. Scribit etiam Plinius lib. 2. cap. 52. Chylo-
nem Lacedemonium Philoſophum inſignibus ſapientiæ titulis, non intermori-
tura fama nobilitatum, dum victorem in Olympia filium conſpexiſſet, è vita præ gau-
dio deceſſiſſe. Idem Sophoclem, & Dionyſium ſeniorem Siciliæ Tyrannũ, qui magna
felicitate potius modeſtè ſemper antè fortunam tulerat, accepto nuncio de victoria
inter Tragoedos parta gaudij exuperantia interijſſe, quod idem teſtatur Diodorus Si-
culus, cùm tamẽ alij ſcribant eum interemptum fuiſſe à ſuis ſatellitibus, alij à Dionyſio
iuniore filio veneno è medio ſublatum. Valerius Maximus lib. 9. cap. 12. præ gaudio
mortuas eſſe geminas mulieres ſcribit, vna ſoſpiti filio ad ipſam facta obuia complexu
eius expirauit, altera cùm mœſta domi ſederet, ad primum conſpectum redeuntis fi-
B lij exanimata eſt.

Triſtitia Auerrhoë docente interficit interdum macrum, & confert indigenti diſſo-
lutione, quia diſſoluit corpus, cuius cauſa eſt; nam triſtitia cauſa eſt collectionis, &
coaduoationis caloris naturalis in corde, & ob hoc infrigidatur corpus ab ea, ex cuius
infrigidatione contingit diminutio nutrimẽti eius pro tanto ſi fuerit macrum corpus,
additur inde in macie eius in tantũ quod interdum ſignificat mortẽ in eo, ſi verò cor-
pus fuerit pingue permittit & tolerat quod diſſoluatur. Et hic eſt finis rerum non na-
turalium quæ neceſſariò nobis cõuerſantur, ex quibus ſanitas efficitur, & conſeruatur.

Quod relinquitur hoc loco, eſt vt videamus, an verum ſit Galenum diminutum
fuiſſe, & prima facie videtur verum, cùm reliquerit neceſſaria quædam ad victum
humanum obſeruanda, quæ ſunt nitor, & ſordities; nam ſordities in corporibus ægro-
tantibus morbum facere poteſt, & præſentẽ augere, pruritumque Galeno docente, ſe-
cundo de cauſis ſympt. cap. 6. ſolet inducere. Nitor, & mundities è contra ſanitatem
inducunt, pruritumque auferunt, deinde experientia oſtendit, quòd quæcumque ſor-
C dities fuerit circa ægrotantem collecta, grauem odorem, & faſtidij plenum inducit,
quo potiſſimùm nomine virtuti obeſſe dicendum eſt, quando mala odorata quæcun-
que ſpiritibus inimica eſſe omnium ſit ſententia: è contra verò ab optimis odoribus,
vel reſtaurari, aut ſaltem recreari eos Gal. cenſuit, 2. aphor. com. 11. quod ſi cor, aut
cerebrum à prauis his odoribus affici contingat, magis ſine dubio res hæc eſt iudican-
da; nam huiuſmodi viſcera à bonis odoribus iuuari conſueuerunt, è contra à prauis
maximè lædi; in eorum enim altero, nempe in corde animæ ipſius domicilium extat,
cerebrum verò ſenſus cuiuſque principium eſt, hinc euenire certum eſt, vt læſo inte-
rim à prauis humoribus cerebro, apoplexia ſuperueniat, vel epilepſia, læſo verò cor-
de ſyncopis, vel lypothimia. Experientia quoque compertum eſt, quòd ſi quis vulnere
lædatur in capite, nullus negabit, quin à prauis immunditiei odoribus inſigniter læda-
tur, & certiſſimum eſt, & à nemine negandum prauis odoribus affectum repleri caput.

Deinde ſit febricitans aliquis, cui ſingulo, vel etiam alterno die tantùm copioſus
erumpat ſudor, cuti adhærens craſſius quoddam excrementum, abſterſione is eget
D diligenti, poteſt etiam eſſe, vt ex huiuſmodi cauſa cutis pori obſtruantur, quod ma-
nifeſtum ſit ab aurium ſordibus, qui meatum auditorium longè latiorem, quam ſint
pori cutis, obſtruere poſſunt, vt ſcriptum reliquit Galenus lib. 1. de cauſis ſympt.
cap. 3. cùm igitur maxima, craſſiorque ſudoris portio, linteis ægrotantem ambien-
tibus, tangentibuſque imbibi ſoleat, ita vt quàm celerrimè multùm fiant ſordida,
cutis pori magis obdurantur, corporiſque perſpiratum inde impediri poſſe ita cla-
rum eſt, vt nulla egeat demonſtratione. Sordida item lintea, ſi præſertim nobiles fue-
rint ægrotantes, ſomnum, ac quietem impedire experientia credendum eſt, præterea
ſi res diligenter perpendatur, ſordities ipſa virtuti eſt noxia, è contra verò gratiſſima,
iucundiſſimaque, & vtilis eſt mundities omnis, atque elegantia.

Adhæc tantæ neceſſitatis eſſe mundiciem putauit Scipio Mercurius lib. error.
popul. Italiæ lingua vulgari inſcripto, vt tradiderit inter res non naturales eſſe
reponendam ſecundo loco; nam ſordities, & mundities ſunt non ſecus à Medico con-
ſideran-

Digitized by Google

ſiderandæ, atque ſint aliæ res non naturales à nobis deſcriptæ: verùm hanc propoſi- E
tionem ſuam non alia ratione probat, niſi exemplis quibuſdam, quibus oſtendit nito-
rem eſſe quid iucundum, elegans, & ſanitati maximè conducibile; è contra verò ſor-
ditiem, & ægrotantibus, & ſanis obnoxiam eſſe probat: & in duobus capitibus 7. libri
9. nempe, atque 10. multis extollit munditiem, & nitorem; nam dicit oportere caput
pectere, ſpongia abſtergere, linteo craſſo filo texto confricare, os, dentes, oculos aqua
clara, & pura abluere, ſæpe manus eadem aqua lauare, induſia, linteamina, ſæpe mu-
tare, quæ odores gratos redoleant, & huiuſmodi alia, quæ re vera ad meliorem, &
politicam vitam faciunt, non tamen neceſſariò requiruntur, nec Galenus, nec aliquis
ex Antiquis negauit huiuſmodi vrbanitatem, vnde dicendum eſt aliud eſſe loqui, de
rebus non naturalibus ad vitam neceſſariò facientibus; & aliud eſt loqui de rebus ad
meliorem, & nobiliorem vitam ſpectantibus. Priores ſex res non naturales, aër ſci-
licet, cibus, & potus, ſomnus, & vigilia, motus & quies, & reliqua à nobis iam dicta,
ſunt adeo humanæ naturæ neceſſaria, vt ſine ipſis homo viuere nequeat, at ſine mun-
ditie poteſt omninò viuere, etiam ſi ſordibus innatet. F

Ferunt Maximilianum Sforzam Mediolani Ducem adeo ſordidum fuiſſe, vt non
calceos linteos exueret, niſi putrefactos; deinde quot homines reperiũtur etiã vrbani,
& nobiles, qui dum è lecto ſurgunt tranſacta nocte, vix manus abluunt, audeoque di-
cere, nec agnoſcere quid ſit pecten, quid ſpongia, quomodoque ijs vtẽdum veniat pro
capitis abſterſione, & tamen iſti viuunt, quòd facere ſine exercitio, ſine potu, aut ali-
qua alia re ex prædictis rebus non naturalibus haud poſſent. Vnde iſtæ ſunt res non
naturales quidem, ſed quæ in noſtra poteſtate ſunt, & illis quando placet, vti poſſu-
mus, quemadmodum eſt vſus rerum venerearum, vel balnei, vel frictionum, & id
genus plurima, quæ non ſunt neceſſaria. Argumentum igitur, vbi dicitur reliquiſſe
Galenum neceſſaria, falſum eſt, quia ipſe propoſuit ea, quæ ſunt neceſſaria, & ſine qui-
bus non poſſumus viuere, vt ſunt res ſex non naturales iam dictæ, nec ſpreuit illam
combinationem de munditie, & ſorditie, eamque faſſus eſt conferre quidem ad ſani-
tatem conſeruandam, & ad morbum auferendum, non tamen inter neceſſaria voluit
connumerare, ſed inter ea, quę pro arbitrio à nobis agenda ſuſcipiuntur, quæ vbi opus G
fuerit, adminiſtranda eſſe non negat, non ignorans ſordida linteamina poſſe officere
ægrotanti, & nitida ipſum recreare, quemadmodum, & odores prauos poſſe cerebro,
& cordi aduerſari; è contra verò bonos odores opitulari.

De Morbis. Cap. IX.

Abſolutis naturalibus, & non naturalibus rebus, tempeſtiuum iam eſt
verſari circa rerum præternaturaliũ diſceptationem, quæ ſunt tria,
Morbus, Cauſa, Symptoma. Primò de morbo diſputabimus inquirẽ-
tes, quid morbus ſit, & quotuplex. At priùs quid nomine rei præter-
naturalis intelligendum ſit ex communi Medicorum conſenſu, decla-
rare non pigebit; nam multùm id refert rerum dicendarum notitiæ.
Præter naturam igitur, id dicitur eſſe, quod non eſt ex ordine naturæ, nec ſpectat ad
ipſius conſtitutionem, ſed contra naturalem ſtatum corporis eſt, & ipſum labefacta- H
re, alterare, ac perdere, eiuſque vires, atque functiones manifeſtè interturbare, ac
naturæ fines excedere poteſt. Atque id modò proximè, & immediatè, modò alterius
interuentu lædit corpus: quod proximè, & immediatè lædit, morbus eſt, cauſa verò
morbifica alterius interiectu, & mediatè: operationum autem ſenſibilis læſio,
terminus eſt eorum, quæ præter naturam dicuntur, vt rectè Galenus in Arte Medica,
virium, atque actionum manifeſtam læſionem expendens, ex ijs, quæ ſecundùm natu-
ram ſunt, æſtimat, atque iudicat. Igitur quæcunque functionibus incommodant, præ-
ter naturam dici merentur, quaſi dicas præter naturæ legem, & ipſius ordinem, ac
conſtitutionem: eſt autem is naturæ ordo, inuiolabilis conſtitutio, atque inconcuſſa
lex, vt in beneualente corpore omnia rectè fiant, nihil impeditum, nihil læſum, nihil-
que infirmum ſit: è contra, in eo ſtatu, qui præter naturam eſt, nihil ferè rectè fit,
ſed læſa, impedita, & infirma omnia habentur, & quæ ſic affecta conſpiciuntur, verè

contra,

A contra, ſeu præter naturam dici debent.

Nec obſtat nobis, quòd Fernelius lib. 1. cap. 2. de morb. diff. ſcripſerit aliud eſſe contra naturam, & aliud præter naturam; nam huiuſmodi opinio à Valleriola lib. 3. locor. comm. cap. 1. ſatis eleganter refellitur; neque expedit in hac materia examinanda tempus conterere. Quare accedens ad eſſentiam rei præter naturam dico, quòd ea ſit genus, ſub quo morbus, cauſa, & ſymptoma continentur; Gal. enim cap. 1. de diff. morb. dicit, quòd morbus ſit affectus præter naturam actionem primò, & per ſe lædens: cauſa verò morbum præcedens, & à quo mox affectus is, qui morbus dicitur, originem trahit: ſymptoma affectus, ſeu diſpoſitio morbum conſequens. Sed vnuſquiſque horum affectuum ſingillatim, diligenterque conſiderandus à nobis venit.

Galenus lib. 1. de ſanit. tuen. & 1. de morb. differt. cap. 1. & 1. de different. ſympt. 1. dum venatur morbi definitionem, à definitione ipſius ſanitatis exorditur; ſicut enim partium corporis omnium naturalis conſtitutio, quæ primùm, & per ſe functionum
B eſt opifex, ſanitas dicitur; ſic illius contrarium, nempe infirma, ac partium vitioſa conſtitutio, quæ primùm, ac per ſe functiones euertit, morbus meritò cenſeri debet. Eſt igitur à Galeno pluribus locis deſcriptus morbus, conſtitutio præter naturam, à qua primò actio vitiatur, ac proinde ſit vitiatæ actionis cauſa. Conueniunt ſanitas, & morbus in hoc, quòd ambo ſunt affectiones, atque conſtitutiones corporis quædam, differunt verò, quia ſanitas eſt partium firma conſtitutio, morbus verò infirma, & vitioſa: illa functiones integritate ſua perficit, hæc vitio ſuo labefactat, corrumpit, & perdit; ergo morbus erit affectus corpori præter naturam inſidens, illiuſque functiones primò, & per ſe vitians. Affectio, ſeu affectus à Græcis διάθεσις, ſeu κατασκευὴ dicitur, hoc eſt dictu, affectus permanens; affectus enim accipitur pro eo, quod factum eſt, vt permanet in re aliqua, quæ patitur, poſtquam alterans quieuit, ita à Galeno accepta eſt διάθεσις lib. de differt. ſympt. cap. 2.

Quare vobis omnibus perſpicuum eſſe puto affectum propriiſſimè acceptum à Galeno, eſſe quicquid factum eſt, poſtquam alterans iam quieuit, & agere deſijt, non
C curando num idipſum, quod iam factum eſt, qualitas ſit, aut ſubſtantia. Galenus autem aliter, ac Ariſtoteles διάθεσιν vocem vſurpat; hic enim pro qualitate tantùm, quæ facilè à ſubiecto dimouetur, accipit: Galenus verò pro conſtitutione, ſeu pro re permanente, firma, ac ſtabili, aut permanentem habente eſſentiam vſurpat. Prætereà differt affectus ab eo, quod Græcis πάθος, vel πάθημα ſpeciatim dicitur; nam πάθος eſt motus rei, quæ afficitur, vel omnis alteratio circa materiam, vel motus, qui adhuc eſt in fieri, proinde πάθος non habet eſſentiam ſuam, niſi dum conuertitur, alteratur, mutatur, mouetur: quapropter πάθος eſt in fieri, affectus autem eſt permanens: ille quid fluens, mobile, imperfectum, ac veluti ad affectum via, hic fixum, ſtabile, perfectum, & illius finis eſt; differt itaque πάθος ab affectu, tanquã finis à medio, tanquam mobile, & temporarium ab eo, quod ſtabile eſt, & permanens, tanquam perfectum ab imperfecto. Ex hinc perſpicuum euadit πάθος, ſiue πάθημα propriè loquendo non eſſe, niſi id quod alij morbum fientem nominant; cùm enim is non ſit, niſi qui adhuc ſit, ſuamque in fieri eſſentiam habeat, à πάθηματι nihil differat, neceſſe eſt, vt quod non ſit niſi alte-
D ratio, ſiue motus, qui adhuc ſit, atque hic eſt harum duarum vocum παθήματος, nimirum, & affectus legitimus vſus, quem niſi quiſpiam rectè obſeruet in legendo libros Galeni, multis eum difficultatibus inuolui contingit.

Ex his omnibus patere ſatis poteſt morbum eſſe conſtitutionem, ſeu affectum præter naturam actionem primò, & per ſe lædentem, cuius plurimæ ſunt differentiæ; aliæ enim, quæ deſumuntur à partibus, quibus inſident; aliæ verò ſunt differentiæ deſumptæ ab accidentibus quibuſdam. A partibus quidem primò, & præcipuè conſtituuntur, vnde alij dicuntur morbi ſimilares, alij organici: ſimilarium partium morbi, alij ſunt ſimplices, alij compoſiti, ſimplices ſunt intemperies calida, frigida, humida, & ſicca: compoſiti verò ſunt in duplici differentia, alij ſine materia, alij cum materia, priores ſunt calidus, & humidus; calidus & ſiccus; frigidus, & humidus; frigidus, & ſiccus: cum materia ſunt phlegmone, eryſipelas, œdema, & ſcirrhus. Organici verò, ſeu inſtrumentales ſunt vel in conformatione, hoc eſt, in figura, cauitate, læuitate, aſperitate:
vel

vel in numero abundante, & deficiente, quorum Galeno Authore lib. de differentijs E
morb. cap. 8. alij dicũtur eſſe ex genere præter naturam ſimpliciter, vt ſi cui ſextus adnaſcatur digitus, aut in oculo vnguis, Græcè πτερύγιον, alij verò à toto genere præter naturam, veluti lumbrici, lapis in veſica, & huiuſmodi. Vel in magnitudine maiore, vel minore: vel in ſitu mutato, vt in hernia inteſtinali, quæ ἐντεροκήλη dicitur.

Eſt & alter morbus, qui communis eſt partibus ſimilaribus, & organicis, appellaturque ſolutio continui pro varia partium, quibus incumbit, natura; hac ratione varia quoque nomina ſortitur; nam vbi contingat in partibus mollibus, & præſertim in parte carnoſa à cauſa interna, dicitur vlcus, à Græcis ἕλκος, ſi verò à cauſa exteriori, dicitur vulnus, 3. metho. med. à Galeno: ſi contingat in oſſe idem quoque vel proueniat à cauſa interna, vel à cauſa externa, à cauſa interna caries, à cauſa verò externa κάταγμα appellatur: ſi verò eueniat in neruis, dicitur conuulſio, à Græcis σπάσμα: ſi in muſculis, & ligamentis ἀποσπάσμα dicitur. Huiuſmodi ſolutiones continui multas aſſumere poſſunt differentias, tum à propria eſſentia, tum ab accidentibus. Ad venas, & arterias pertinent oſculorum apertio, dilatatio, inciſio, & fiſſura: oſculorum apertio F
appellatur ἀναστόμωσις à Græcis, dilatatio διαπήδησις: inciſio, & fiſſura, vel ortum ducit à cauſa externa, vel interna, ſi à cauſa externa inciſio eſt, ſi verò à cauſa interna à Græcis dicitur ἀναίρεσις, latinè eroſio. Et hæ ſunt differentiæ deſumptæ à partibus.

Differentiæ autem ab accidentibus deſumuntur à qualitate, ſeu more, à quantitate, à loco, ab ætate, & à tempore. A qualitate quidem, ſeu more; nam alij morbi dicuntur maligni, alij benigni, malignus eſt, cuius ſpecies, & ſymptomata ſuperuenientia, multa, diuturna, valida, & maligna ſunt, cuiuſmodi eſt peſtis, difficilis tolerantia, pulſuum malitia, ſpirandi difficultas, facies ſanis diſſimillima, aures frigidæ, oculi caui, color faciei niger, vel viridis. Benignus verò è contra eſt, cuius natura, ſeu ſpecies, & ſymptomata ſuperueniẽtia non ſunt mala, vt *v. g.* ſi morbus fuerit ephemerus, ſeu tertianarius ſimplex; adhæc ſi pulſuum adſit bonitas, mens, & vires conſtent, facilis tolerantia, facilis anhelitus, facies ſanis ſimillima, & huiuſmodi. A quantitate deſumitur differentia; nam vel magnus, vel paruus eſt, magnus eſt ille, cuius ſymptomata, multa magna, & vehementia ſunt, vel qui vehemens eſt, & in ſpecie plurimùm auctus, vt G
magna intemperies calida, magnum vulnus, quod magnum locum occupat, tam ratione longitudinis, latitudinis, & profunditatis. Paruus magno eſt contrarius, qui parum à ſanitate recedit, vt vulnus paruam occupans partem, tales morbi Medici auxilio non indigent; nam à natura ſola curantur.

A loco, morborum alius eſt, qui proprius partis dicitur, cùm ſcilicet pars, per eſſentiam, & propria affectione laborat, & hic proprijs accidentibus deſignatur. Improprius verò is eſt morbus, qui per conſenſum fit, & per compaſſionem, quæ Græcis dicitur συμπάθεια, & duobus modis fit, vel per tranſmiſſionem vaporis alicuius, vt quando à ventriculo vapor ſurſum ad caput euolat, vel humor quiſpiam ſurſum ad caput delatus ipſum diſtendens, & calefaciens; non tranſmiſſa verò materia fit, vt quando materia alibi præparata non concurrit ad partem, vt in vocẽ ſpiritus, aut quando facultas animalis non tranſmittitur vel ad crus, vel ad brachium, ita vt contingat ratione defectus ſpiritus animalis fieri reſolutionem, ſeu paralyſim. Ab ætate alij ſunt morbi euenientes pueris, alij iuuenibus, alij conſiſtentibus, & alij ſenibus: pueris, infantu H
lis nempe, vlcera oris, vmbilici inflationes, aurium humiditates, variolæ, morbilli, & id genus ipſis euenientes. Iuuenibus verò, febres acutæ, tabes, ſputum ſanguinis, morbi comitiales, & alij. Cõſiſtentibus, pleuritides, pulmoniæ, phrænitides, dyſenteriæ, choleræ, lienteriæ, quartanæ. Senibus, aſthmata, deſtillationes, tuſſes, apoplexiæ, vertigines, tremores, vrinæ ſtillicidia, morbus articularis, pruritus, & ſimiles.

A tempore morbi, & anni: à tempore quidem morbi, vel totius, vel partium, à tempore totius morbi, alij acuti ſunt, alij non acuti. Acuti quorum motus eſt velox, & citò pericula aducuiunt, qui vel propriè acuti, vel peracuti, propriè acuti, qui & exactè acuti dicuntur ad decimũ quartum vſque diem extenduntur, non exactè verò, qui ad vigeſimum vſque ſunt protenſi. Peracuti quorum aliqui exactè, alij verò non exactè ſunt tales, priores illi ſunt, qui quarto die, vel citiùs finiuntur; non exactè, qui in diem ſeptimum, aut intra hebdomadam vnam propagantur. Non acuti verò alij
ſunt

Digitized by Google

A ſunt breues, alij longi, breues ſunt illi, qui citò terminantur, vt febris ephemera: longi, qui ad multos dies extenduntur, vt febris quartana, & tumores aliqui præter naturam duriores. Et iſtæ ſunt differentiæ, quæ deſumuntur ab ipſis morbis acutis reſpectu totius, reſpectu verò partium morbi omnes ſua habent tempora, quæ ætates appellantur, deſumpta metaphora ab animalibus, & à plantis; nam ſicut hæc poſtquam genita ſunt, ad vigorem vſque per augmentum procedunt, vt tandem tabeſcentia ad extremam corruptionem perueniant, ſic etiam morbi iuxta primam eorundem generationis conſtitutionem, via quadam ad vigorem vſque progrediuntur, atque increſcunt, donec pro incrementi prioris ratione decreſcentes in totum diſſoluantur, vt autem non omnia animalia ad extremam, vſque ſenectutem perueniunt, atque omnes ætates pertranſeunt, ita nec omnes morbi ob eorum malitiam, ac ægrotantium imbecillitatem, ſingula tempora attingere poſſunt.

Sunt autem tempora morborum numero quatuor, principium, augmentum, ſeu incrementum, vigor, ſeu ſtatus, & declinatio. Principium eſt totius morbi pars, quæ
B cruditatis ſignis definitur; quàm diu enim cruditatis ſigna, ſeu excrementa cruda apparuerint, morbi erit principium. Augmentum, ſeu incrementum, ſeu aſcenſus, eſt id, quod ſtatim poſt principium incipit, in quo parum cocta excrementa apparent, & ad vigorem vſque durat. Vigor, ſeu ſtatus eſt vehementiſſimum totius morbi tempus, in quo probè, & integrè cocta excrementa apparent. Declinatio tempus eſt, quod vigorem ſequitur, in quo quantitate diminuta ſunt excrementa, hæc de differentijs ſumptis à morbis totius, & partium. Ab anni temporibus quoque ſumuntur differentiæ; nam alij ſunt verni, alij æſtiui, alij autumnales, alij hyemnales, de quibus ſatis. Horum morborum alij ſunt manifeſti, qui à cauſa manifeſta eueniunt, alij occulti, qui à cauſis abditis naſcuntur, quorum aliqui proprij dicuntur, alij communes, ſeu populares, horum alij contagioſi, alij abſque contagio ſunt.

Manifeſti morbi illi ſunt, qui à manifeſtis cauſis nobis cognitis, partium, quibus inſident, ſubſtantiam demoliuntur, atque peruertunt, vt vlcera maligna, phthiſis, viſcerum morbi ex humorum copia, vel putredine nati. Occulti ſunt, qui à cauſis nobis
C minimè perſpectis naſcuntur, totamque ſubſtantiam noſtram occulta quadam poteſtate inuadunt, qui ea ratione etiam à quibuſdam cæci morbi appellantur: horum aliqui venenati, alij peſtilentes, quorum grauiores aliqui, nonnulli etiam leuiores, in grauioribus ſunt febris peſtilens, carbunculus venenatus, & peſtilens bubo. In leuioribus nominantur exanthemata variorum colorum, & etiam hectimata. Populares illi ſunt, qui ortum ducunt à communiſſima cauſa, vel ab aëre, vel ab alimentis, dicunturque populares, ſeu vulgares, eò quòd populariter graſſantur in omnes cuiuſuis ætatis, ſexus, & tēperamenti homines. Hiſce popularibus contrarij ſunt priuati, ſeu diſperſi à Græcis σποραδικοὶ nuncupati, eò quòd ſparſim, non populariter, pro alia, atque alia victus ratione modò hunc, modò illum apprehendunt, de quibus fuſiùs tractabitur in diſceptatione febris malignæ.

Noſtris his tēporibus cœpit in hac ciuitate Meſſanenſi vsgari morbus quidam, qui & peſtilentialis, & contagioſus ab aliquibus cenſetur, ſed ſiue peſtilens appelletur, ſiue non, longè peior quauis peſte peſſima eſt; nam à peſte plures liberantur, & poſſunt
D curari, hic verò morbus nullam recipit curationem, & quos inuadit, adeo repentè ſuffocat, & tanta celeritate, vt vix ab aſſiſtentibus animaduertatur. Eſt autem huiuſmodi morbus tumor quidam inflammatorius repente inuadens laringem, & omnes in ea contentas partes, nempe palatum, vueam, ſeu gargareonem, fauces, & præſertim amygdalas, ſeu glandulas illas παρίσθμια dictæ, quæ vtrinque ſunt ad latera laringis, & vbi nimiùm repletæ ſunt, adeo vehementer ſtringunt laringem, vt neceſſe ſit homines ſtrangulari, non ſecus atque ſi fune ſuſpenderentur, quare à quibuſdam meritò affectio ſtrangulatoria appellata eſt, de qua ſuo loco.

Aliæ ſunt differentiæ morborum deſumptæ à contagio, vnde morborum alij ſunt contagioſi, alij verò minimè: rurſus contagioſi alij ſunt, qui ad diſtans ſuam contagionem transferre poſſunt, quemadmodum eſt peſtis, alij verò per contactum contagionem communicant, alij per fomitem; nam præter contactum adeſt fomes, quem relinquit in re contagio aff cta, idque iuxta triplicem differentiam contagij, cùm alius

ſit, qui ad diſtans, alius per ſomitem, & alius per contactum, de qua re ſuſiùs tracta- E
bitur, vbi ſermo fuerit de maligna, & peſtilentiali febre. Morbi verò minimè conta-
gioſi ſunt plures eorum, de quibus ſupra à nobis fuit actum. Eſt tandem morborum
quædam differentia deſumpta à tempore, hoc eſt ab antiquitate, & nouitate; nam alij
ſunt antiqui morbi, qui in omnibus fuerunt temporibus, & ab omnibus cogniti, alij
verò, qui de nouo oriuntur, de quibus loquēs Plutarchus lib. 8. ſympoſiacorum quæſt.
9. probat multis rationibus poſſe dari nouos morbos nunquam excogitatos, nec vi-
ſos; & adducit Agatharchitis authoritatem dicentis homines multis, & inauditis ac-
cidentibus fuiſſe vexatos, natoſque in aliquibus angues exiguos exertis capitibus, qui
ſuras, & brachia perederent, & tacti rurſum carnem ſubirent, ac per muſculoſa ſer-
pentes inflammationum vim intolerabilem excitarent.

Alterum affert caſum non negligendum de quodam, qui cum diu laboraſſet vrinæ
difficultate, tandem culmum hordeaceum geniculatum excreuit, & multa alia velut
portentoſa enarrat, nunquam ante ſua tempora obſeruata. Experientia quoque
oſtendit nouos morbos, & penè incognitos varijs temporibus in corporibus humanis F
irrepſiſſe. Non deſunt grauiſſimi Medici ſcribentes, tempore Tiberij Claudij Cęſaris
Mentagrã, quæ erat turpiſſimus, & infeſtiſſimus morbus, primùm inuaſiſſe Italiam,
quemadmodum & Elephantiaſim ante Pompei Magni tempora non eueniſſe, &
noſtra tempeſtate, aut paulò antè, luem illam, quam veneream appellant, tempore
Caroli Octaui Galliarum Regis, vniuerſum mundum infeſtaſſe. Eſt & alter morbus
nunquam antea obſeruatus, qui hiſce noſtris temporibus per totum orbem vagatur,
qui in Polonia primò ſedem fixit, vocatus plica, de quo Hercules Saxonia elegantiſ-
ſimum librum compoſuit, & hæc ſint ſatis de morbo, & ſuis differentijs dicta.

De Morborum cauſis, & ſymptomatis. Cap. X.

PRoponentes diſceptationem de rebus præter naturalibus diximus
omnem affectum præternaturam corporis, qui à naturali ſtatu receſ
ſit, morbum eſſe, vel morbi cauſam, vel morbi ſymptoma; quid mor- G
bus ſit, qui nam, & quot numero in vniuerſum, tam ſimplices, quàm
compoſiti, generatim, membratimque diximus, quot verò cuiuſque
generandi ſint cauſæ, hoc in capite declarandum proponimus. De
cauſis quidem alio modo tractant Philoſophi, & alio modo Medici, ſiquidem Ariſto-
teles 2. de phyſic. audit. cui & Galenus pluribus in locis conſtanter conſentit, lib. 6.
de vſu part. cap. 12. & lib. de ſympt. differ. cap. 1. cauſarum quatuor eſſe conſtituit
prima genera, primum, & maximum propter quod fit aliquid, ſecundum à quo fit,
tertium ex quo, quartum per quod: Vnde ſcholæ communiter id, propter quod fit
aliquid, finem appellant; id à quo, efficiens, ex quo, materiam; per quod, formam.
Meritò igitur præcipua hæc cauſarum genera omnes eſſe volunt, quod in omnibus
effectis concurrere ea ſit neceſſe: nec ſine eorum concurſu effici quicquam poſſit.
Verùm vt dixi, etſi hæc concedantur à Galeno, & Medicis omnibus tanquam veriſſi-
ma, nihilominus, dum verſamur circa morbos, & ſuas cauſas, opus eſt, vt earum di-
ſcrimina methodo medica tractemus. H

Has cauſas diuidunt Medici in externas, & internas, ſeu corporeas: externæ cauſæ
eæ appellantur, quæ forinſecùs incidentes corpora alterare, vnoque copiam læſionis
modo afficere ſolent, quas & occaſiones Antiqui rectè vocandas conſueuerunt, quòd
ab ijs inferendis morbis euidens cauſa præſtetur, ac proinde ſi quis æſtu laborans in
febrem incurrat, aut frigoris exceſſu in congelationem, æſtum, atque frigus morbo oc-
caſionem dediſſe vulgares non ſine ratione exiſtimare vidētur. Nec etiam ſine magna
ratione cauſæ huiuſmodi præincipientes, ſeu primitiuæ vocantur, quòd ab his prima
occaſio noxæ detur corpori à Græcis προκαταρχόμεναι, & προκαταρκτικαὶ dicuntur, quod idem
eſt, atque præincipientes. Ab his imbecilla corpora lædi quàm maximè ſolent; nam,
quæ bonitate naturæ prædicta ſunt corpora, viriumque præſtantia pollent, externa-
rum cauſarum noxam vix ſentiunt, ac proinde, qui optimo ſunt corporis habitu aëris,
ac tempeſtatum maris, ſolis, & reliquorum, quæ exteriùs accidunt iniurias, contem-
nunt,

A nunt, imbecilli verò, qui ſunt, promptiſſimè ab his læduntur. Huiuſmodi cauſæ antegreſſæ, vbi noxam peperère, abſiſtunt, nec manent, vt ſol, frigus, balneum, telum, & id genus reliqua: quapropter ita, & rectè quidem definiri poſſunt, cauſæ, quæ confecto opere, vt habetur à Galeno lib. finit. Medic. recedunt.

Internarum verò, ſeu corporearum duo ſunt genera, antecedentes, & continentes, ſeu coniunctæ, de quibus Galenus lib. de cauſis morb. cap. 2. ad hunc diſſerit modum: *quæ in animali ipſo conſiſtunt, ſiue affectus ſint, ſiue motiones præter naturam, cauſas nominant morbum præcedentes, quæ verò extrinſecùs adueniunt, ſi vehementer alterant, immutantque corpora, eas interim* προκατάρχοντας καὶ προκαταρτικὰς *cauſas appellant*. Quæcunque igitur intra corpus conſiſtunt, quæ protinus affectus ſequitur functiones lædẽs, cauſæ præcedentes, ſeu antecedentes meritò appellari debent; Græci has προηγούμενας vocant, quaſi dicas antegreſſas. Huiuſmodi cauſas antecedentes omnibus morbis cauſas habentibus conuenire, apud omnes Medicos euidentiſſimum eſt; nullus enim reperitur, apud Græcos, aut Arabes, aut etiam Latinos, qui cauſas antecedentes non aſſignet

B morbis materia conſtantibus.

At magna lis eſt inter aliquos Authores de continentibus cauſis, ſeu de coniunctis, inter quos ex vna parte eſt Fuchſius, qui ſuis quibuſdam rationibus nititur demonſtrare in via Galeni non dari huiuſmodi cauſas continentes; è contra verò eſt Franſciſus Valleriola lib. 6. enarratione prima, qui pluribus grauiſſimorum virorum authoritatibus, & rationibus egregiè probat aduerſus Fuchſium dari in morbis cauſas continentes, ſeu coniunctas appellatas. Cui & ego libenter ſubſcribo, hoc præſertim fundamento innixus, à Galeno deſumpto 3. ſect. in 6. lib. epidem. textu. comment. 19. vbi apertiſſimè mentionem habet præincipientium, præcedentium, & continentium cauſarum, hæc ſunt ipſius verba. *Demonſtratum quoque nihilominus, & quæ de affectis locis, & cum ipſis patientibus tum ſcire, tum exactè cognoſcere in agris oporteat, veluti & de cauſis, quas & præincipientes, & præcedentes, & continentes vocant*. Si quis cupit hanc quæſtionem denudatam habere, legat Valleriolam lib. iam dicto, & enarratione præſcripta. Erunt igitur tria cauſarum prima genera, præincipientium nimi-

C rum, antegreſſarum, ſeu antecedentium, & continentium, quas coniunctas rectè appellatas eſſe diximus. Sunt modò & aliæ cauſæ minùs præcipuæ, à Medicis tamen conſideratæ, quales ſunt, cauſa conſeruatrix, præſeruatrix, inſtrumentalis, ſeu inſtrumentum, cauſa ſine qua non, concauſa vocata, & quæ adiutrix dicitur.

Item ex cauſis, quædam manifeſtæ, quædam obſcuræ, & abditæ, quædam verò medio modo ſe habent; nam aliquo tempore obſcurę, aliquo autem manifeſtę fiunt. Eſt & quędam cauſa per accidens, & quamuis multæ ſint cauſæ à nobis recẽſitæ ex communi Medicorum, & Galeni conſenſu, illæ tamen verę cauſę cenſeri debent, quę in corpore aliquid faciunt, & affectum aliquem actiones lędentem producunt; nam primò, quòd actionem lędit, morbus eſt, id verò, quod pręcedit, morbi eſt cauſa, quia cauſę ſunt principia eorum, quę fiunt, ac proinde ſuaptè natura id efficere poſſunt, quod fit, quodque gignitur. Quod verò per accidens quidquam efficit, id cauſę nomen minimè meretur, eò quòd non efficiat per ſe, & ex ſui natura; igitur à quo fit aliquid, id omninò cauſa eſt.

D Videamus modò, quæ ſint cauſæ morborum partium ſimilarium, tam ſimplicium, quàm compoſitorum, & primò partium ſimilarium morborum ſimplicium, quorum aliqui ſunt calidi, alij frigidi, alij humidi, alij ſicci. Calidorum morborum externæ cauſæ ſunt vicinitas corporis calidi, vt ignis, ſolis, aëris calidi, motus tam corporis, quàm animi. Corporis quidem motus magnus facit laſſitudinem, ſi eſt ſaltem in muſculis, aut articulis; febrem autem, ſi cor vna cum toto corpore afficiatur: animi verò, vt ira, quæ propter motum nimium ſanguinis circa cor interdum febrem accendit. Alimenta etiam calida, & acria, vt allium, porrum, cæpe, vinum vetus, & alia huiuſmodi: medicamenta acria, & alexiteria, & amuleta, hæc de cauſis externis morborũ calidorum partium ſimplicium. Internę ſunt putredo humorum, & maximè bilis, totius corporis, vel partium, in quibus hi putreſiunt, vt in eryſipelate, herpete, phlegmone, carbunculo, tertiana febre: conſtipatio, cute denſata per frigus: balneũ aquę aluminoſæ, vel alterius, quod huiuſmodi vaporũ tranſpirationẽ prohibet, qui ſi ſint fuliginoſi, febrẽ accẽdunt.

Digitized by Google

Frigidorum morborum exteruæ cauſæ primùm ſuut vicinitas corporis frigidi, E
aëris, aquæ, glaciei, niuis, & huiuſmodi, motus immodicus, & otium, cibus, & potus qualitate frigidus, quantitate nimia ſumptus, medicamentum frigidum, vt papauer, cicuta, mandragora, hyoſcyamus. Iuternæ cauſæ ſuut pituita, rarefactio totius, vel partis calorem natiuum diſſipans, vt medicamenta rarefacientia, aër circumfuſus calidus: hæc de cauſis morborum frigidorum ſimplicium. Venio ad humidorum cauſas, & primò affero exteruas, quæ ſunt aëris, & temporis cõſtitutio humida, vt imbres plurimi, aquarum dulcium crebra balnea, cibus, & potus copioſior, & uatura humidior, mollis educatio, auimi tranquillitas, vitæ iguauia, otioſa vita, ſomuus longior, medicamenta potentia humida. Interuæ verò cauſæ, ſiue antecedentes, ſiue coniuuctæ ſunt pituita, & variæ ſpecies ipſius. Siccorum verò morborum exteruæ cauſæ ſuut aëris conſtitutio ſicca, aquæ uaturam ſulphuris, nitri, aluminis habeutes, cibus, & potus parcior, & uatura ſiccior, labores, curæ, vigiliæ immodicæ, & medicamenta exiccantia. Internæ verò cauſæ ſunt atra bilis, trauſpiratio plurima, & iſtæ ſunt omnes cauſæ tam externæ, quàm interuæ morborum ſimplicium partium ſimilarium. F

At compoſitorum morborum ex intemperie ſola prodeuntium cauſæ ſuut, morborum ſcilicet, calidorum, & humidorum, calidæ, & humidæ intemperies; calidorum, & ſiccorum, calidæ & ſiccæ; frigidorum, & humidorum, frigidæ, & humidæ; frigidorum, & ſiccorum, frigidæ & ſiccæ; calidorum & frigidorum, calidæ, & frigidæ; humidorum, & ſiccorum, humidæ, & ſiccæ; & iſtæ ſunt, quæ faciuut intemperiem inæqualem in toto, vel iu parte. Morborum verò ea intemperie cum materia ſunt, & primò calidorum, & humidorum, vt phlegmoues, ſanguis calidus, & humidus; calidorum, & ſiccorum, vt eriſypelatis, bilis flaua, calida & ſicca: frigidorum, & humidorum, vt œdematis, pituita, frigida, & humida; frigidorum, & ſiccorum, vt ſcirrhi, atra bilis, frigida, & ſicca, hoc eſt, melaucholia naturalis, quæ fæx ſanguinis vocatur. Et iſtæ ſuut cauſæ morborum ſimplicium, & compoſitorum euenientium partibus ſimilaribus.

Modò inſtrumentalium partium morborum ſimplicium, & compoſitorum cauſæ iudagandæ veniunt, quæ vel ſunt ſimplicium morborum, vel compoſitorum, iu con- G
formatione, numero, magnitudine, & ſitu: morborum inſtrumentalium ſimplicium conformationis ſunt, vel ratione figuræ vitiatæ, vel à primordio generationis, fœtu in vtero matris adhuc exiſtente; vel extrinſecùs euenientes ob aliquem errorem. Primo modo euenit ob impedimentum motus naturalis ſpermatis, vel propter nimiam materiæ quantitatem, vel ob qualitatem ipſius materiæ minimè idoneam. Extrinſecùs, vel ob errorem obſtetricis in inuoluendo faſcijs infantem adhuc mollem, & flexilem, vel in erigendo, reponendo, & mouendo vehementiùs, vt contingit per ſtationem, & ambulationem nimis, quàm par ſit, validam, vel quando ſtrictiùs æquo aliqua pars deligatur, vel ratione ipſius iu mouendo immodicè, vt quando ægrotus membrum ad vſum accommodet, priuſquàm firmus conſtiterit callus, vel Medici in deligando, & formando membra non probè ſe geſſerint.

A plenitudine quoque, vel defectu alicuius partis, cuius figura deprauatur, vel totius corporis: partis quidem vnius, vel primaria ratione, vel per accidens, primo modo eſt, vt quando naſus ſit ſimus, vel aures acutæ, vel labra craſſa: iu elephantiaſi pri- H
mus caſus videtur; nam obſeruamus elephanticos habere naſum ſimum, atque in totum, qui ſic laborant, ſatyris ſimiles fiunt, labra craſſa, nares acutæ, collapſa tempora, oculi concaui, ſcapulæ, & brachia in alarum modum porrecta, quæ omnia in phtiſicis deprehenduntur. Per accidens ob neruorum reſolutionem, & trahitur à muſculis, qui adhuc actione valent, conuulſionem, & à muſculis trahitur conuulſis, vel ob phlegmonem, ſcirrhum, prædurum cicatricem inductam, quæ omnes partes proximas intendendo trahunt, vel ob diſſectionem tendonum, neruorum, quemadmodum fit in reſolutis, vel corporis totius, vt elephas, tabes, qui morbi ex toto formam immutant.

Ratione aſperitatis pars deprauatur ob humores acres, medicamẽta abſtergentia, & huiuſmodi vitia in oſſibus, & carnibus ſæpe obſeruantur. Si autem fuerint valentiores in oſſe cariem efficiunt, in carne verò vlcus, vt ſupra etiam dictum fuit, dum de differentijs

ferentijs

Digitized by Google

A ferentijs ſolutionis continui ageremus. Si autem modicæ ſint cauſæ ſolam aſperitatem gignunt, id etiam efficit puluis, & fumus in oculis: leuitatis humor pinguis eſt cauſa, & viſcoſus: cauitatis, ſeu meatus partium internarum omninò amiſſi, aut læſi per coalitum, anguſtiam, obſtructionem, compreſſionem, ſubſidentiam, patefactionem variæ eſſe poſſunt, per coalitum ſanè vt ſi ſuperficies interna exulceretur, & poſtea coaleſcant partes; per anguſtiam, vt caruncula, vel tuberculum, phlegmone, ſcirrhus, abſceſſus, & cæteri tumores præter naturam inſtrumenti internam cauitatem comprehendentes; per obſtructionem, vt humor craſſus, & lentus, callus, grumus; per compreſſionem, vt ſi aliquid extrinſecùs incidat, & vehementiùs comprimat; per ſubſidentiam in ſe ſe adſtringentia ſunt, frigus, ſiccantia, ſeu areſacientia, facultas retentrix immodicè mouens. Per patefactionem excretricis facultatis motus immodicus, contentricis imbecillitas, medicamentum, aut aqua vim aperiendi habens, mollities immodica inſtrumentorum, aër humidus, & calidus: & iſtæ ſunt cauſæ omnes morborum inſtrumentalium ſimplicium conformationis. Veniamus ad nume-
B rum, magnitudinem, & compoſitionem præter naturam.

Cauſæ igitur numeri deficientis, partis reſectio eſt, vſtio, putrefactio, vel ob medicamenta, quæ ſuapte natura putrefacere poſſunt, vel ob excrementa in ipſo animali genita, quæ tranſpirationem impediunt, vel ob refrigerationem nimiam. Cauſa numeri ſuperflui, in vtero, naturali ſpecie vtilis materiæ multitudo eſt, ſpecie præter naturam inutilis materiæ exuberantia: extrinſecùs caro ſupercreſcens in vlcere, pterygion in oculis. Magnitudinis auctæ cauſa eſt vtilis materiæ abundantia, & potentia valida. Compoſitionis præter naturam eſt poſitionis ſubitaneus, & vehemens motus, intemperies humida in articulis, à qua ligamenta humeſiunt, & laxantur nimiùm, fractio ſuperciliorum in finibus coxarum, prominentia ſuperficiei ab initio cotylæ: meatus à peritoneo ad teſticulos pertingens dilatatus, vel ruptus conſenſus, inepta coaleſcentia partium, aut ligamentum laxum intentum, aut ruptum: & iſtæ ſunt cauſæ morborum ſimplicium partium inſtrumentalium, cauſæ verò compoſitorum facilè ex his, quæ dicta ſunt inueniuntur; nam ex ſimplicibus iam dictis compo-
C nuntur.

Sunt modò cauſæ ſolutionis continui, quæ ad partes ſimilares, & organicas ſpectant, cùm ſit morbus communis tam in ſimilaribus, quàm in inſtrumentarijs, aut organicis, vt Gal. docuit lib. de differ. morb. cap. 4. Et quamuis nonnulli aduerſentur Gal. magno conatu tueri volentes vnionem, & continuitatem partium ſimilarium actionibus nihil prodeſſe, nec ſolutionem obeſſe; quia tamen nihil conſideratione dignum aduerſus præceptorem adferant eorum opinione relicta, dico Galeni rationem, loco citato allatam, qua probat ſolutionem continui eſſe vtriſque partibus communem morbum, planè euincere. Eſt autem illius ratio deſumpta ab vnitate, qua vnaquæque pars, & ſimilaris, & organica eſt prædita, quare cùm partes ſimilares, & organicæ hoc commune habeant, vt vnitas de vtriſque prædicetur, ergo neceſſe eſt, vt ſoluta vnitas, & continuitas referatur ad læſionem vtrarumque partium.

Solutionis igitur continui partium ſimplicium cauſa, vel externa, vel interna eſt; externa quidem erodentia, tendentia, rumpentia, frangentia, contundentia, &
D incidentia. Erodentia quidem, vt ignis, medicamenta acria, & cauſtica; rumpentia, tendentia, frangentia, & contundentia, vt caſus ab alto, vel corpus validum, & durum in corpus irruens: incidentia, vt ſunt acuta omnia, & ad ſecandum habilia, vt enſes, pugiones, cultri, & ſimilia. Internæ verò, vt motus repentinus, inæqualis, & validus, vnde Veteres vngebant ſe priùs, & fricabant, antequam ſe mouerent; ſuntque humores acres, & erodentes, & praui, & tandem plenitudo ad vaſa. Et hæ ſunt cauſæ ſolutionis continui partium ſimplicium, compoſitarum verò ex dictis facilè vnicuique innoteſcere poſſunt. Hactenus de cauſis præternaturam morborum, ſat ſint dicta, relinquitur igitur de ſymptomatibus à nobis aliquid conſiderandum.

Cùm de cauſis morbificis, morbiſque ipſis abundè ſatis pro inſtituti noſtri ratione à nobis actum ſit; reliquum eſt, vt de ſymptomatis verba faciamus nomine verò ſymptomatis, rerum præternaturalium tertium genus, quod morbum vmbræ ritu conſequitur, & à Medicis σύμπτωμα propriè vocatur, intelligere volumus. Sumitur autem

tem vocabulum ſymptomatis, non vno modo; nam ſi vocis ſignificationem ſpecte- E
mus, quæ latinis eſt concaſus à συμπίπτω, ideſt ſimul cado, nihil aliud erit, quàm
συμβεβηκὸς à συμβαίνω, quod idem ſignificat, quare quicquid alicui accidit, aut aliud con-
ſequitur, ſiue ſecundùm, ſiue præter naturam, ipſius ſymptoma dici poterit. Nihilo-
minùs vſus inualuit, vt à Medicis id ſolùm latiſſima quoque ſignificatione dicatur
ſymptoma, quod animato corpori præter naturam ineſt; nam à Gal. 1. de ſympt.
differ. cap. 2. ſymptoma bifariam accipitur, vno modo communiter, vt ſine diſcrimi-
ne complectatur, quæcunque animali præter naturam accidunt, qua ſignificatione,
non ſolùm morborum accidentia, ſed etiam omnes morbi, morborumque cauſæ ſym-
ptomata dicuntur.

Alio modo propriè, & ſpeciatim accipitur, vt à morbis, moborumque cauſis di-
ſtinguitur, pro eo ſcilicet, quod morbos propriè conſequitur, aut à morbis prouenit,
vnde alio nomine ἐπιγέννημα, ideſt ſuperueniens, & ſuper genitum vocatur. Quare
σύμπτωμα propriè erit affectus corporis viuentis præter naturam morbum vmbræ ritu
conſequens. Quod propriè ſumptum in tria partitur genera; alia enim ſunt functio- F
num noxæ, alia corporis noſtri affectus, & alia, quæ ad vtraque per immodicas excre-
tiones, & retentiones ſequuntur. Functionum noxæ primùm duæ ſunt differentiæ;
vel enim animalium, vel naturalium functionum noxæ exiſtunt. Rurſus, animalium
actionum læſiones, ſeu noxæ trifariam ſecantur; vel enim ſunt ſenſilium actionum
externarum, vt eſt viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus, vel prorſus amiſſus, vel
hebes, vel deprauatus: vel ſunt motricum, vt partia eſt immobilitas, & difficilis mo-
tus: vel ſunt principum actionum, vt imaginationis, ratiocinationis, & memoriæ,
abolitio, debilitas, & deprauatio.

Auſpicemur à ſymptomatibus ſenſuum externorum, & primò ab oculo, cuius læſio
vel eſt ex parte ſpirituum, vel ratione viarum: ratione ſpirituum, qui vel multi, vel
pauci ſunt, ſi multi, vel puri, vel impuri ſunt: ſi puri, homines qui ita afficiuntur, res
paulò diſtantes videre poſſunt; ſi verò impuri, vel quia nimis craſſi, vel turbidi, vel
obſcuri (fiunt autem tales propter cerebri morbum, quod patitur, vel vt eſt membrum
ſimilare, vel organicum) vel vnitatis ſolutionem. Si primo modo erit intemperies G
calida, frigida, humida, aut ſicca ſimplex, vel compoſita, vt calida, & humida; calida,
& ſicca; frigida, & humida; frigida, & ſicca; & ægri iſti res diſtantes vident quidem,
ſed non ad vnguem diſcernunt. Si verò cerebrum patitur, vt eſt inſtrumentum, quam-
uis magis impediri poſſunt illius actiones, quàm vitiari, poteſt tamen etiam & à ſolu-
tione continui vitiari, vt inde prodeant ſymptomata iam dicta. Si verò ſpiritus ſint
pauci, vel puri ſunt, vel impuri: primo modo res propinquas planè diſcernunt; ſi im-
puri, vt ſupra, ij neque exactè, neque purè videre poſſunt, & iſtæ ſunt læſiones, ſeu
ſymptomata, quæ eueniunt ratione ſpirituum læſorum.

Ratione modò viarum, earum præſertim, per quas ad oculum à cerebro pertinent,
læſio eſt in neruis opticis propter morbum, vel ſimilarem, vel inſtrumentalem, vel
vnitatis ſolutionem. Si ſimilaris morbi ratione, vel hic erit morbus ſimplex, vel com-
poſitus, ſimplex quidem, vt ſit calida, vel frigida, vel humida, vel ſicca intemperies;
vel ſi compoſitus, calida, & ſicca; calida, & humida: frigida, & humida; frigida, & ſic-
ca, ſi inſtrumentalis, eſſe poterit vel compreſſio, vel conſtipatio, vel inflammatio, vel H
tumor præter naturam à craſſis viſcidis, & lentis humoribus ortum ducens. Si ratio-
ne ſolutionis vnitatis plura poſſunt eſſe ſymptomata pro diuerſitate cauſarum eam
efficientium. At ſi oculus patiatur, vt inſtrumentum, id erit vel ratione partis princi-
palis, nempe cryſtalloidis humoris, qui vel patitur intemperiem ſimplicem, vel com-
poſitam: vel vt eſt primarium viſionis inſtrumentum, quod à ſuo loco motus fuerit,
ſurſum, deorſum, ad angulum maiorem, aut ad angulum minorem magis vergens;
atqui ſi patiatur ſolutionem continui, & ſi à cauſa externa, erit vel ſectio, vel contu-
ſio, vel compreſſio, aut punctio, & ſimiles cauſæ: ſi interna, eueniet vel ab humoribus
erodentibus, vel diſtendentibus.

Atqui ſi oculus patiatur reſpectu aliarum partium, vel rhagoidis tunicæ foraminis,
quod adauctum ſit nimis, vel à natura, vel à cauſa morboſa, quæ eſt vel laxatio, vel
tenſio. Aut diminutum fuerit, vel ratione naturalis conſtitutionis, vel ratione morbi:
ſi iſtud

Digitized by Google

A ſi iſtud foramẽ, quod pupilla appellatur, ſit ſtrictũ à natura viſioni non nocet; eſt enim
adagium Galenicum, quod pupilla ſtricta ſemper ſit bona, dilatata verò mala. At ſi
ratione morbi id contigerit, nihil aliud eſt, quàm deficientia humoris aquei inter
rhagoidem, ſeu vueam, & cryſtalloidem; nam deficiente humore aqueo, concidit, &
rugoſa euadit: ſi morbus ſit ſolutio continui, erit ruptio, ſeu diuulſio. Patitur etiam
oculus ratione humoris aquei; nam vel ipſius ſubſtantia nimis craſſa, vel nimis tenuis
eſt, vel peccat in nimia, vel pauca quãtitate: itidem etſi color ipſius mutetur, vel ad
fuſcum, vel ad alium colorem præter naturam, itidem & vitiatur actio oculi, nempe
viſio ratione membranæ corneæ, quæ & [illegible] appellatur, vel ratione adiunctæ,
ſeu adnatæ; nam cornea, vel craſſa nimis eſt, vel nimis denſa, & tunc facit ſenſum he-
betem, & aciem ipſius oculi perturbat. Idem quoque contingit à nimia ipſius humi-
ditate, & denſitate, vel quia color ipſius mutatur ad præter naturam, & facit tenebras
oculi, vel quia ei contingit aliquod vlcus, vel quia membrana aliqua externa ei ad-
naſcitur, in adnata verò membrana, euenit chymoſis, pterigium, & ophtalmia à qui-
B bus oculus, & ipſius actio læditur, aut diminutè, aut aboliſtè, aut deprauatè.

Eadem ſymptomata in actionibus auditus, olfactus, & guſtus contingunt, à quibus
actiones vel abolentur, vel diminuuntur, vel deprauantur; ratione ipſarum partium,
& primùm illius, quæ facit actionem primò; deinde & reſpectu aliarum partium
conſtituentium ipſa inſtrumenta. In auditu neruus auditorius, qui audiendi facultatem
auri defert, qui vel vt eſt membrum ſimplex, vel vt inſtrumentum patitur; primo
modo ab intemperiebus, tam ſimplicibus, quàm compoſitis lædi poteſt, deinde vt
eſt membrum inſtrumentale ab obſtructione, à compreſſione, & tumore præter
naturam: patitur etiam & ſolutionem continui, quæ eſt morbus communis, tam ſimi-
laribus, quàm partibus organicis, quod idem dicendum eſt non modò de partibus
ipſum oganum conſtituentibus, verùm etiam de ipſo cerebro, ſiue vt eſt membrum
ſimilare, ſiue vt organicum. Actio quoque olfaciendi, & aboleri, & diminui, atque
deprauari eadem ratione poteſt, quod idem de ſymptomatibus euenientibus guſtui
dicendum eſt.

C Sunt modò & ſymptomata in ſenſu tactus, à quibus actio ipſius, & diminui, & de-
prauari, atque aboleri poteſt, quæ ſymptomata videntur referenda potiùs ad tracta-
tum morborum particularium, quàm ad præſens inſtitutum, quod eſt demonſtrare
ſymptomata in genere quinque ſenſuum. Hoc quoque dicendum eſt de alijs ſympto-
matibus euenientibus, tam motricibus actionibus, quàm hegemonicis, quarum actio-
nes poſſunt diminui, aboleri, atque deprauari. Eadem prorſus ſymptomata eueniunt
& actionibus vitalibus, & naturalibus; nam reſpiratio, & pulſatio arteriæ diminui, &
deprauari poteſt, atque etiam aboleri, quemadmodum etiam actiones naturales, &
partium naturalium, vt eſt attractio, retentio, expulſio, & alteratio, id quod meliùs,
& opportuniùs tractatur in morbis particularibus, quàm hoc loco. De ſymptomatis
peculiari tractatione nuſquam egit Hippocrates, morborum tamen ferè omnium
ſymptomata peculiaria varijs in libris tractauit, vt rectè admonuit Valleriola lib. 3.
locorum comm. ad calcem cap. 4. nempe morborum muliebrium ſymptomata lib.
epidem, febrium ſymptomata lib. de coacis prænot. lib. præſag. & prædict. lib. de
D morb. & de inter. affect. & pluries alibi prout, & morborum reliquorum, qui in va-
rijs corporis partibus accidunt in ijſdem ipſis, quos modò citauimus locis.

Relicta ſunt ſymptomata in affectibus corporis noſtri, quæ ab omnibus qualitates
mutatæ appellantur, de quibus Gal. lib. de ſympt. differ. & de ſympt. cauſis, egregiè
& diffuſè admodum pertractauit, ad quem vnuſquiſque refugere poteſt. Dicam ta-
men breuiter qualitates mutatas eſſe in quadruplici differentia; ſunt enim viſiles affe-
ctus, vt colores præter naturam totum corpus, vel partem vnam, vel plures occupan-
tes, vt eſt color in morbo regio, & vitiligines, quæ etiam ſunt plures; hi enim colores
aliquandiu manent, nec ita ſubitò cum morbis, à quibus procreati ſunt, abeunt, imò
interdum difficulter amouentur. Olfactiles, ſeu odorabiles, vt fœtores aurium, narium
axillarum, & aliarum putreſcentium partium, ructus fumoſi, & fœtidi. Guſtabiles, vt
ſapores præter naturam, amarus nimirum, ſalſus, & acris. Tactiles, vt cutis durities,
tenſio, ariditas, flacciditas, & rugoſitas.

Ea verò,

Ea verò, quæ præter naturam vel à corpore excernuntur, vel in eo detinentur, in E tres quidem, & primas differentias ſecantur; nam vel tota ſubſtantia, vel qualitate, vel quantitate à naturali habitu recedunt, in cenſu eorum, quæ tota ſubſtantia præter naturam ſunt, ſanguinis excretio, quæ Græcis αἱμοῤῥαγία dicitur, numeratur, neque temerè, ſiquidem per eam excernitur, quod corpori maximè familiare eſt, & quod in vaſis vt pote naturæ vſui futurum retineri debebat: quæ qualitate à naturali ſtatu recedunt, ſunt eorum, quæ excernuntur, colores, & odores præternaturam. Quantitate præter naturam ſunt ſudor, qui immodicè excernitur, aut indebitè retinetur, item vrina, & muliebre profluuium; igitur iam dicta ſymptomata, vt comprehenſum eſt, modò ad affectus corporis, modò ad functionum noxas ſequuntur, vt ſanguinis profluuium, & immoderata excretio, quæ læſam venarum actionem, nempe retentionis imbecillitatem, aut immodicum expultricis facultatis motum ſequitur. Idem etiam corporis affectum comitatur, puta calidam intemperiem, vel vulnus, & id genus alios affectus: tuſſis F præterea affectum interdum corporis, frigidam nimirum intemperiem ſequitur; & hæc eſt recepta hactenus ſymptomatum in ſua genera, & differentias diuiſio, quæ omnia à Galeno in libris de differ. morb. de different. ſympt. de differ. cauſar, & de cauſis ſymptomatum accepimus. Et hæc dicta ſufficiant de rebus præter naturam. G

FINIS QVINTAE DECADIS

IOANNIS BAPTISTAE CORTESII

MISCELLANEORVM MEDICINALIVM DECAS SEXTA.

De Vrinis, & Pulſibus.

Ad Tyrones.

MOris eſt apud rei nauticæ peritos iter nauigando conficientes, ſubin-
de geographicam, & hydrographicam paginam, nec non & magne-
B tis pyxidem omni animi ſolertia inſpicere, vt quò velint, tutò nauim
impellant, & rectam proſpero curſu teneant; ſi enim harum rerum
quauis de cauſa obſeruationem ignaui præterirent, nec quantùm
ſpatij excurriſſent, aut vbi ſint, nec quò puppis ſit dirigenda, qui-
buſue ventis vtendum, aut quo modo ſcopulos effugerent, vlla ra-
tione cognoſcere potuiſſent. Sic quoque exercitatus in re Medica artifex, ſi ægrorum
nauigium in ſanitatis tranquilliſſimo portu collocare percupiat, quid lotium, quidne
pulſus circa naturales, & vitales facultates præſens, aut venturum oſtendat, vt diligen-
ter conſideret, eſt opus; ex vrina quidem an iecur ſua munia poſſit obire, & quod nam
morbi tempus inſtet, & ex arteriarum motu quanta ſit cordis pulſifica virtus, & num
vires profligando morbo ſufficiant, ſatis aptè comprehendere poterit. Quibus dein-
de cognitis, & curationem ægritudini accommodatam omninò adhibebit, & ſympto-
matis, quæ in morbi decurſu contingere conſueuerunt, appoſitis remedijs occurret,
vt tandem infirmitas feliciſſimè ad exitum perducatur. Cùm igitur tanta ſit lotij, &
C pulſus cognitionis præſtantia, vt ſine ipſa ad optatam ſalutem haud valeat Medicus
ægrotantem perferre, hac Decade in ſtudioſorum gratiam, qui deſiderant Medici-
nam medullitùs ediſcere, quò hanc facultatem factitando honoribus augeantur in-
firmos priſtino robori reſtituentes, dilucidam tractationem, ſuperfluis ſanè reciſis, de
vrinis, & pulſibus tradere decreui.

Principium, & fundamentum totius Medicinæ eſt morborum cognitio: morbi au-
tem ſunt in duplici differentia, alij exteriores, aut quia partibus externis eueniunt, aut
quia fiunt à cauſis exterioribus; alij verò ſunt interni, & à cauſis proueniunt internis,
vt Decade ſuperiori dicebam. Priores viſu nempe, ſenſu, & tactu facilè percipiuntur,
vt ſunt vulnera, fracturæ, tumores, &c. ſecundi egent altiori, & accuratiori via, vt
perfectè dignoſcantur: huiuſmodi autem via cognitionis deſumitur rationali quadam
coniectura, & quodammodo nobis inſita, ſcilicet à rebus magis nobis notis, & fami-
liaribus, quæ ſunt in corpore noſtro. Has res Medici ad tria capita reducunt, nempe
ad qualitates corporis, ſeu ad eiuſdem affectiones mutatas, ad actiones partium cor-
D poris læſas, & ad ea, quæ ex corpore noſtro excernuntur, & in corpore retinentur.
Ab his igitur tribus Medici rationales ſuas coniecturas accipiunt, quibus tanquam
ſignis ducuntur in cognitionem earum cauſarum, quæ morbos in corpore producere
conſueuerunt. Sed cùm ex morbis internis alij dicantur communes, quia omnibus
partibus noſtri corporis officiunt, vt ſunt febres; alij verò dicantur proprij, & parti-
culares vniuſcuiuſque partis, ita vt non poſſint eſſe communes alijs partibus: & mor-
bi particulares per actionum particularium læſionem per propriam paſſionem, &
per qualitates mutatas nobis magis innoteſcant, quàm per excreta: at febres licet
dignoſcantur ab his tribus, magis tamen ab actionibus vitalibus læſis, & ab excretis
per vrinam innoteſcant: hinc Gal. 1. ad Glauc. ſigna ab vrinis, & pulſibus deſumpta
appellauit magna ſigna.

Iam verò cùm nobis ſeſe offerat (Deo dante) de febribus anno venturo diſcutien-
da doctrina, nec ipſæ poſſint curari, niſi exactè & rectè dignoſcantur; & ad earum

Digitized by Google

cognitionem neceſſaria ſit vrinæ, & pulſuum contemplatio, de vtrsque agendum no- B
bis iſtis diebus feriatis (eodem Numine permittente) proponitur: auſpicati primùm
ab vrinæ meditatione, nec ſine quadam apparenti, & fortaſſis vera ratione; nam Gal.
habemus, qui 4. de tuen. val. cap. 4. 1. de criſ. 7. vrinarum tractationem tractatui de
pulſibus antepoſuit: ſed quod magis eſt, diuinus Hipp. totius medicinæ parens, multa
& præclara in omnibus ſuis libris de vrinis docuit, de pulſibus autem aut nihil, aut ob-
ſcurè admodum ſcripſit, Succedit, quòd febrium cognitio, quæ per vrinas habetur,
videtur tutior, & certior, quàm illa, quæ per pulſuum contemplationem acquiritur:
vnde Plin. lib. 11. cap. 37. vt aduertit Mercurialis lib. 1. de excrem. cap. 1. ſcribit
Herophilum fuiſſe primum, qui doctrinã de pulſibus inſtituit, & ob rei difficultatem,
& incertitudinem fuiſſe à ſuis diſcipulis derelictum. Addo pulſum ob corporis, &
animi commotionem ſtatim moueri, & conturbari; quare difficilis ad cognoſcendum
redditur, vnde Gal. 1. de pulſ. dignoſc. cap. 1. ſcriptum nobis reliquit, quòd ad exactã
pulſuum notionem requiritur totum vitæ hominis ſpatium; quinimò de ſe ipſo Gal.
teſtatur per multos annos laboraſſe antequam ſyſtolis potuiſſet aſſequi cognitionem, F
& Hercules Saxonia, qui tam egregiè de pulſibus ſcripſit, lib. de feb. cap. 16. fatetur
liberè ſe nunquam potuiſſe cognoſcere ſyſtolem, & in hoc caſu dicit ſe ſemper obſer-
uaſſe reſpirationem; expiratio enim correſpondet ſyſtoli, inſpiratio vero diaſtoli.
Cùm igitur vrinæ tractatio facilior, & tutior, & certior nobis videatur ad febrium
cognitionem habendam, meritò de vrinis primùm, antequam de pulſibus, diſputan-
dum propoſuimus.

Sed attentiùs rem examinanti ſolutio allata non ſatisfacit, & fortè inſtanter mihi
obijciet, magis ad febrem dignoſcendam facere pulſuum, quàm vrinæ contemplatio-
nem, quare poſtpoſitis vrinis primò auſpicandam eſſe tractationem de pulſibus.
Quòd maior cognitio habeatur ex pulſibus patet; nam in primis cùm pulſus redditur
frequentior, velocior, & maior, ſtatim Medicus cognoſcit adeſſe febrem, quod ex
vrina nunquam conijcere poſſet, etiam ſi millies ipſam intueatur: deinde illud, quod
facit cognoſcere differentiam inter febrium genera, videtur magis neceſſarium, quàm
illud, quod non ponit vllam diſtinctionem, ſed pulſus æqualitas, & inæqualitas diſtin- G
guit febrem diariam à putrida, vt habetur primo ad Glauc. 2. Addo, quòd ex ipſo pul-
ſu diſtinguitur hectica febris à putridis, ergo magis neceſſaria eſt ad cognoſcendas fe-
bres pulſus ſcientia, quàm vrinæ. His adde, quòd cognitio morborum tutior, & cer-
tior eſt, quæ deſumitur ab actionibus læſis, quàm ea, quæ deſumitur ab excretis, ergo
ſequitur, quòd cognitio ex pulſibus ſit certior, & ſecurior: prior propoſitio huius ar-
gumenti nulla eget probatione, quia ad actiones ſequuntur mutata excrementa, igi-
tur cognitio ab actionibus læſis immediatior eſt, quàm quæ ab excretis petitur, ſiqui-
quidem actio ſtatim prodit à facultate. *Vbi* itaque apparet læſio in actione, cognoſci-
tur facultatem læſam eſſe; atqui pulſus actio læſa oſtendit immediatè febrem, quæ eſt
paſſio cordis primò: quare ſequitur contemplationem pulſuum neceſſariam magis
eſſe, & vtiliorem vrinarum contemplatione.

Pro ſolutione, dico vtramque contemplationem, vrinæ nempe, & pulſus neceſſa-
riam eſſe, certam, & vtilem, verùm alia, atque alia ratione; nam ſi conſideremus anti-
quitatem contemplationis vrinarum, ſimulque & authoritatem grauiſſimorum viro-
rum de vrinis ſcribentium, vt fuit Hippocrates, qui nihil, vel obſcurè admodum de H
pulſibus tradidit, poterimus dicere vrinæ doctrinam eſſe præferendam contempla-
tioni de pulſibus, tanquam magis antiquam, & magis à ſcriptoribus communiter ela-
boratam. At ſi ſermo ſit de vtilitate, quam Medici ex vtriuſque cognitione hauriunt,
vtraque eſt neceſſaria; nam ab vtriſque tanquam à ſignis quibuſdam certis, Medici in
notitiam affectionum internarum ducuntur; verùm vna & tutior, & certior altera
eſſe poteſt, diuerſa habita ratione, quandoquidem vel loquimur de cognitione abſo-
luta, vel de cognitione futuri euentus morbi cogniti, nẽpe febris, de qua magis, quàm
de alijs morbis agitur. Si primo modo accipiantur, contemplatio pulſuum certior eſt,
quia hac mediante ducimur in cognitionem facultatis cordis vitiatæ ab ipſa febre;
quare febris dignoſcitur à pulſu; deinde cùm arteriæ ipſæ, quæ pulſu aguntur, ortum
ducant ab ipſo corde, & ad motũ ipſius moueantur, ſequitur, vt ex ipſo pulſu agnoſca-

mus

A mus robur ipſius facultatis, nec non eiuſdem languiditatem: ex pulſus igitur actione
læſa percipimus affectionem cordis, ſimulque & ipſius languiditatem, & validitatem,
quæ ex vrina comprehendi minimè poſſunt; nam vrina non oſtendit nobis ipſam
febrem.

Verùm adhuc vlteriùs conſiderandum eſt, & circa ipſam vrinam diſcurrendum;
nam vel bona eſt, nimirum ſimilis ſanæ, vel multùm recedit ab hac bonitate, quæ rur-
ſus vel cocta eſt, nempe apparet cum ſignis coctionis, vel cum ſignis cruditatis, aut in-
gentis putredinis: ſi primo modo, non oſtendit morbum ſimpliciter, ſed cauſam mor-
bificam aut nullam eſſe, aut ſaltem exiguam: quemadmodum ſi cocta eſt, nobis demo-
ſtrat cauſam morbificam victam eſſe; nam coctiones, & ſecuritatem, & celeritatem
morbi demõſtrant, vt apud Hipp. & Gal. diuulgatū eſt 1. epid. & per conſequens mor-
bi euentum ſalubrem futurum; è contra vbi hæc coctionis ſigna non adſint, euentum
vel inſalubrem, vel longum prænuntiant, quare vos videre poteſtis, quòd pulſus ad
cognitionem febris eſt vtilior, ad præſagitionē faciendam vrinæ contemplatio. Cæte-
B rùm pulſus, & vrina ad præſagiendum faciunt, ſiquidem bonus pulſus virtutem validā
demõſtrat, vnde inferri poteſt ægrotantem valiturum; ex oppoſito verò vbi pulſus
eſt peſſimus, demonſtrat nobis virtutem, ſeu facultatem cordis languere, & per con-
ſequens ægrotantem periturum. Quibus conſideratis poterimus tale ratiocinium for-
mare, virtus vitalis multùm conſtat; ergo ęgrotus viuet: & vice verſa languida eſt, ergo
peribit: deinde ex coctione vrinæ apparet virtutem, ſeu naturam cauſam morbificam
ſuperaſſe, atque ita poſſumus inferre ægrotantem conualiturum, ex qua ratiocinandi
formula conſtat ad febris cognitionem, & ad mortem ægrotantis præſagiendam
magis facere pulſuum cognitionem, & proinde certius eſſe ſignum à pulſu de-
ſumptum tam in febre cognoſcenda, quàm in morte prædicenda: at contra ſecurius
ſignum eſſe ab vrina deſumptum ad vitam præſagiendam, quàm ſit ſignum à pulſu
deſumptum.

Ex his videtur exoriri difficultas quædam non ſpernenda, & contradictio in verbis
Hipp. ſiquidem 1. epid. allata eſt famoſiſſima illa propoſitio, nempe quod coctio &
C certitudinem, & celeritatem morbi demonſtrat, cui propoſitioni contraria eſt illa, ab
eodem Hipp. ſcripta, 1. pror. com. 2. tex. 24. quòd vrinæ coctæ ſunt malæ, ſi igitur
vrinæ coctæ ſunt malæ, non videtur eſſe dicendam coctionem in vrinis ſignificare
nobis euentus morbi ſecuritatem, & celeritatem. Pro ſolutione huius difficultatis
multi multa dicunt, ſed deuenio ad Gal. qui in commentario huius textus totam rei
ambiguitatem reijcit in lectionem huius particulæ, quæ eſt οὖρα πέπονα, hoc eſt vrinæ
coctæ, vnde dicit aliquos addere particulam illam, *malè*, vt ſenſus ſit, quòd vrinæ
coctæ ſint malæ. Hi autem Authores, qui ad hunc modum legunt dicentes vrinas eſſe
malas, inter ſe ſunt diuerſi; nam alij dicunt, per coctas vrinas eſſe intelligendas puru-
lentas, & prauum continentes craſſamentum, vnde ſenſus eorum eſt, quòd vrinæ pu-
rulentæ, & prauum habentes ſedimentum, ſeu craſſamentum ſint prauæ. In hanc ſen-
tētiam venit antiquiſſimus ille empyricus Leuſis appellatus, qui à Ruffo Epheſio Gal.
antiquiori fuit reprehenſus, & multis quidem rationibus, quas huc transferre inutile
prorſus iudico, cùm potiſſimùm à Gal. eius reprehenſiones admittantur. Alij verò qui
D eandem recipiunt interpretationem, adhuc inter ſe ſunt diuiſi; nam alij improbabilia
prorſus, nec memoratu digna afferunt, alij verò probabilia quidem in medium addu-
cunt, quibus incautos Medicos facilè decipere poſſint; nam dicunt Hipp. ſententiam
fuiſſe 2. epid. ſec. 1. quòd indicatoriorum, non indicantium alia ſint, lethalia, alia
facere difficilem indicationem: vnde dicebant coctas vrinas, vbi morbum non tol-
lunt, non eſſe bonum ſignum, & ſic conſideratas malas eſſe concludunt.

Verùm eorum deceptio eſt poſita in mala intellectione eorum, quæ dicuntur
à Gal. 1. de criſ. cap. 14. & 15. nec non in 1. pror. com. 2. tex. 24. vbi ait, quòd
ſignorum criſis duplex ſit differentia; nam alia ſunt ſigna tantùm, alia verò ſunt &
ſigna, & cauſæ ipſius criſis, priora ſunt *e.g.* dolor capitis, colli grauitas, hallu-
cinationes quædam, tenebroſæque vertigines, quæ criſim prænuntiare quando-
que conſueuerunt, non tamen ſemper, & neceſſariò: alia ſunt, quæ & ſigna dici
poſſunt, & cauſæ, quemadmodum eſt fluxio ſanguinis, excrementa alui copioſa,

vrinæ copioſæ, ſudores copioſi, ſi appareant primùm ſigna coctionis, vnde falſum eſt E
vrinas coctas eſſe malas, quia & ſi non terminent morbum, ſunt ſemper tamen indicia ſecuritatis morbi; & per conſequens falſum quoque eſt illud aſſumptum, vrinas coctas non decernentes morbum eſſe malas; non enim eſt neceſſarium, vt morbi terminentur per vrinas, quia vbi coctio in illis eſt, ſemper ſunt bonæ, ſiue indicent, ſiue non indicẽt morbum: quare legentes hoc modo *vrina cocta mala*, non ſunt admittendi, ſed dicendum potiùs eſt, hanc particulam legendam eſſe ſine illo additamento, *malæ*, vt ſit ſenſus vrinæ etiam non coctæ; quam interpretationem ſummè probat Gal. & loco [illegible] legendum putat [illegible] hoc eſt, laborioſè exeuntia, vt ſit ſenſus, quòd vrinæ, quæ cum labore exeunt, ſint malæ; ſit igitur firma & ſtabilis hæc concluſio, quòd vrinæ coctæ ſint ſemper bonæ, nunquam malæ: & hæc obiter.

Reuertor nunc ad primum propoſitorum, quod erat de neceſſitate, & vtilitate huius tractatus tum de vrinis, quàm de pulſibus, vbi dicebamus vtramque contemplationem ad febrium dignotionem eſſe neceſſariam, & aſſero, quòd quamuis Hipp. non tractauerit de pulſibus, alij tamen Medici poſt ipſum horum cognitionem retepe- F
runt, inter quos fuit Herophilus, & poſt ipſum Gal. qui materiam hanc adeò perfectè, & egregiè pertractauit, vt omnes Medici quotquot poſt ipſum fuerunt ipſius diligentiam cum admiratione amplexi ſint, conatiq́ue omnia ipſius dicta, ſuis ſcriptis colluſtrare. Quòd autem ob animi affectiones, & alias cauſas pulſus alteratur, hoc non tollit, quin eius contemplatio ſit neceſſaria, licet difficilis reddatur: quare & nos fatemur cognitionem pulſuum obſcuriorem eſſe, & difficiliorem tractatione de vrinis, & proinde ab vrinis tanquam à re nobis magis familiari, & conſpicua exordium ſumimus, dicturi poſtea de pulſuum contemplatione.

In hacq́ue materia pertractanda curabo vobis proponere ordinem, quo poſſitis omnia capita non modò memoriæ mandare, ſed etiam facilè retinere. Eſt autem hic ordo, ille idem, qui ab Actuario in tractatu de vrinis aſſignatur; quem (niſi ego fallor) omnes Authores quos hactenus viderim, ad vnguem ſeruarunt, vno excepto Hieronymo Capiuacceo, qui primùm longo, prolixo, & fortè nimium etiam obſcuro ſermone, (vt ſui moris eſt) diſcurrit circa vrinæ ſanorum naturam, deinde morboſam G
vrinam contemplatur. Nos igitur vtilitati veſtræ conſulentes breuiter, & cõpendioſè, ea omnia amplecti curabimus, quæ pro cognitione vrinæ ſcire debet Medicus, atque cognoſcere, omnemq́; hanc materiam quinque capitibus perſtringemus, & in primo venabimur definitionem, & naturam ipſius vrinæ; in ſecundo differentias examinabimus; in tertio habebitis omnium vrinarum cauſas, quartò docebimus modum, & viam, quà poſſitis mediante vrinarum cognitione rectam de morborum cognitione ferre prædictionem. Quintò & vltimò examinabimus, an poſſit ex vrinæ inſpectione cognoſci mulieres grauidæ ſint, nec ne.

De definitione Vrinæ. Cap. I.

HActenus habuiſtis inſtituti noſtri rationem in tradenda vrinarum materia proinde propero ad primum caput, quod erat inuenire definitionem vrinæ. Duplex vniuſcuiuſque rei datur definitio, vna notionalis, altera eſſentialis: notionalis definitio ea eſt, quæ ſi nomina H
plura ſunt, rem definiendam declarat: quare cum plura ſint nomina, quæ vrinam declarare videntur, ea in primis ſunt afferenda, quorum quædam à græcis, alia à latinis vſitata ſunt. Apud græcos reperiuntur tria nomina, nempe οὖρον, ſecundo ὖρον, tertium vero dicitur οὔρημα, quamuis Gal. in fine lib. de natura hum. ſcriptum reliquit iſtud nomen οὔρημα nunquam fuiſſe apud Medicos antiquos vſitatum, ſed à recentioribus quibuſdam inuentum, frequentiſſimè verò vtuntur hoc nomine οὖρον, ſed latini plura nomina etiam habent, nempe vrina, lotium, aquoſitas & ſerum; atque hæc de nomine dicta ſufficiant. Quod attinet ad eſſentiam, omnes Authores, qui de hac materia tractant, in definitione tradenda, aſſumunt excrementum, tanquam genus quoddam: verùm cum excrementum ſit alicuius coctionis excrementum, cuius nam coctionis ſit, nondum perfectè declaratum

eſt,

A eſt, quandoquidem in corpore noſtro ex communi Medicorum ſententia tres fiunt
coctiones, vna in ventriculo, ſecunda in iecore, tertia in partibus ſolidis totius cor-
poris; quamuis non deſint Græcorum celeberrimi Authores, inter quos eſt Actua-
rius, qui ſcribant in iecinore duplicem fieri coctionem, vnam in gibboſa eius parte,
alteram in concaua, vnde per hos quatuor fiunt in noſtro corpore coctiones.

Stante hac eorum opinione, nonnulli exiſtimant vrinam eſſe excrementum primæ
coctionis, hoc eſt, factæ in ventriculo; alij contra dicunt vrinam non poſſe alibi ge-
nerari, quàm in hepate, & ſecundùm eorum opinionem, qui putant vnicam fieri in
hepate coctionem, vrina generatur in toto iecore; ſecundùm verò opinionem eorum,
qui duplicem ſtatuunt, generatur tantummodo in gibboſa parte. Nec deſunt dicentes
vrinam eſſe excrementum tertiæ coctionis, nempe illius, quæ fit in partibus ſolidis;
aliqui etiam exiſtimarunt vrinam eſſe excrementum renum, & veſicæ, & Galenus
ipſemet ſcriptum reliquit 4. de vſu par. vrinam eſſe venarum, & arteriarum excre-
mentum. Ex his videtis magnam varietatem in eorum opinione eſſe, qui materiam
B hanc pertractant, & quod magis eſt omnes rationibus, & authoritatibus grauiſſimo-
rum virorum vtuntur ad propriam opinionem fulciēdam, quos in hunc locum tranſ-
ferre conantur: ego autem inutile, & tædioſum eſſe exiſtimo. Recentiores non aper-
tè excrementum vocant vrinam, quorum aliqui dicunt eſſe potulentam materiam
alimenti vehiculum; alij dicunt eſſe aquoſam chyli portionem ſanguini pro vehiculo
conceſſam; alij dicunt eſſe ſerum, vehiculumque ſanguinis vi renum ſecretum; tandem
alij dicunt eſſe ſubſtantiam conflatam ex duplici ſubſtantia, nempe ex potulenta ma-
teria, & ſero ſanguinis; alij his addunt materias quaſcunque humidas, & partes cor-
poris colliquatas eſſe vrinam.

Verùm ſi rem ipſam recto iudicio decernere voluerimus, videbimus omnes Au-
thores, aut nihil, aut parum inter ſe diſcrepare, ſiquidem potiùs verbis pugnare, quàm
re ipſa videntur; nam vrina poteſt pluribus modis conſiderari primò, vt eſt aquoſitas
quædam in ventriculo primùm exiſtens, in qua tanquam in humido alimenta coctio-
nē recipiunt; hæc enim coctio aſſimilatur elixationi, quæ fit in rebus artefactis à calo-
C re ignis. Cùm enim à natura comparatum ſit, vt omnium animalium corpora nu-
triantur alimentis, nutritio autem fieri minimè poſſit, niſi ipſa alimenta in ſanguinem
tranſmutentur, (loquor de animalibus ſanguineis) ideo partes aliquas conſtituit, in
quibus alimēta tranſmutētur, inter quas partes ventriculus eſt, qui tanquā promptua-
rium quoddam ab ore per œſophagum, id eſt, per gulam omnia alimenta recipit, &
recepta ſuo calore naturali alterat, comminuit, & ad naturam ſubſtantiæ cuiuſdam
fluidæ, & albæ ſucci ptiſſanæ in modum reducit, quæ chylus vocatur.

Capiuacceus hanc ventriculi actionem appellauit chyloſim, ſeu chylificationem,
& eſt prima alteratio, quam in corpore ſubeunt alimenta, ſed nec poſſet fieri talis
alteratio, niſi præcederet rei euacuatæ appetitus; nam è corpore animalium perpetuò
aliquid difflatur, ac reſoluitur, quod noua eget reſtauratione, alioquin animalia nec
reſtaurari, nec viuere poſſent: hinc opus fuit deperditi reſtauratione, quæ nihil aliud
eſt, quàm nutritio. Id autem, quod ſenſim deperditur, conſtat ex duplici ſubſtantia, ex
humida nempe, atque ſicca, qua vbi partes ſolidæ priuantur, ſtatim conuertuntur ad
D alias partes ſibi propinquas, à quibus quantùm poſſunt trahunt; illæ verò ab alijs par-
tibus, ita vt ſucceſſiua quadam ratione, à venis tandem exugant, quouſque attractio
communicetur, venis exiſtentibus in ventriculo, qui, vt diximus, alimenti promptua-
rium eſt. Non alia ratione in ventriculo continentur alimenta pro partibus corporis
nutriendis, quàm in terra alimentum continetur pro plantis; ventriculo quippe eua-
cuato, venæ, quæ in ipſo ſunt, trahentes, & quodammodo diuellentes eundem lædunt,
efficiuntque, vt ventriculus hanc læſionem minimè ferre poſſit, vnde ad alimentum,
tanquam ad medelam quandam ſe conuertit, quò ab ipſa diuulſione, & læſione libe-
retur. Quòd ſi contingat à materia ſicca magis euacuari ventriculum, excitatur appe-
titus ille, qui fames propriè dicitur: at ſubſtantia humida euacuata, fit alter appetitus
frigidi, & humidi, qui ſitis appellatur; os enim ſuperiùs ventriculi contextum eſt ex
neruoſa ſubſtantia, quæ non modò obiecta ſenſus tactus percipit, ſed quod magis eſt,
cùm inanitus eſt ſtomachus (quod nulli parti corporis eſt conceſſum) exquiſitiſſimè
ſentit.

Vbi igitur ventriculus percipit ſe ab humiditate deſtitutum, excitatur ſitis, vbi verò E
à ſiccitate, fit fames: hinc neceſſariò ſequitur, quòd ad conſeruanda animalia opus
ſit & potione, & cibis, quamuis videamus aliqua animalia ſine potu viuere. Memini
me prandium ſumpſiſſe Nicaſtri in Calabria cum viro quodam Iacobo nomine, aſſe-
rente ſe ab ineunte ætate in eum vſque diem, nullo genere potus vſum eſſe; nec me
in tantam admirationem adduxiſſet, ſi dapibus humidis, & frigidis eum veſci animad-
vertiſſem (noui enim marchionem Gallicum, qui etiam nunquam biberat, fructibus
tamen alijſque humectantibus fruebatur) at vice verſa ſalſos hic cibos vorabat, & me-
lancholici habitus erat: & quod caput eſt, retulit idem ſe Iunio, Iulio, & Auguſto dum
ſyrius ardor vel maximè vigeret in Belgio militans, onuſtum cataphracto, & haſta
oblonga itinera varia pedes confeciſſe, neque vllo tempore ſe potu refocillaſſe. Qua-
propter nonnullis hominibus dicendum eſt pro eorum ſuſtinenda vita, & humidi re-
ſtauratione, ſat eſſe humiditatem illam, quæ in eorum cibis reperitur, atque ita nulla
alia egere potione; rarò autem contingit homines viuere ſine potu, & non vti cibarijs
humidis, qui gerant vices potus, ſed nunc verſamur circa ea, quæ vt plurimùm eue- F
niunt, nec curamus rarò contingentia, cùm nec ad ſcientias, nec ad artes faciant:
omnia igitur animalia potiſſimùm perfecta, cibo, & potu indigent, qui vbi in ventri-
culo ſunt, per coctionem alterantur, vt dictum eſt.

Verùm in quauis coctione duo generantur excrementa 3. meth. med. cap. 3. vnum
nempe craſſum, & aliud tenue: craſſum in ventriculo illud eſt, quod à craſſioribus
partibus alimenti in coctione ſeparatur, non ſecùs atque contingit in tritici expur-
gatione, in qua primùm ſeparantur lapides, globi terrei, ſpinæ, & quæ ſunt huius ge-
neris, vt Gal. inſinuauit 4. de vſu par. t. 2. & 3. Hæcque dum deorſum chylus ad tenuis
inteſtina deſcendit, ſenſim à chylo ſeparantur, venis meſeraicis, quæ in inteſtinis ſunt,
ipſum chylum attrahentibus, & ad craſſa inteſtina protruduntur. Tenue verò excre-
mentum genitum in hac coctione, nihil aliud eſt, quàm aquoſitas, ſeu potulenta ma-
teria, cuius vna pars, quamuis pauca, ſimul cum craſſioribus excrementis ad inteſtina
deſcendit, vt fluida magis reddantur, & faciliùs ſecerni poſſint; alia verò pars ſimul
cum chyloſa materia, per venas meſeraicas ad iecur traducitur, fitque chyli vehiculũ. G

Cùm igitur hæc aquoſitas alterationem accipiat à coctione ventriculi, & à natura
non intendatur nutriendi cauſa; ſed ſubſequatur ex neceſſitate materiæ, chylus verò
ſit id, quod primò natura intendit, tanquam futurum alimentum, quodque in hac co-
ctione à duplici illo excremento; nempe à craſſo, & ſicco, & ab humido, & fluido
iam dicto expurgatur, cumque fæces, vt dictum eſt, ſint craſſum excrementum, opus
eſt concludere aquoſitatem hanc eſſe tenue excrementum, potiſſimùm quia nullum
aliud excrementũ in ventriculo reperiatur, quod proportione correſpondeat è con-
trario ipſis fæcibus hac excepta. Quòd verò potulenta materia in ventriculo conuer-
tatur in aquoſitatem, ſatis demonſtrant præter alia potatores multam copiam vini
ingerentes, qui ſiue rubicundum ſit, ſiue flauum, aut nigrum vinum, quod bibunt,
ipſum mingunt ad naturam aqueam mutatum, quamuis breuiſſimo tempore in ven-
triculo contineatur, atqui huiuſmodi mutatio ad aqueam naturam non poteſt proue-
nire ab alia parte, quàm à ventriculo, vel iecore; ſed non à iecore cùm ipſius paren-
chyma, ſeu ſubſtantia ſit rubicunda; ventriculus verò omninò albus ſit, albedinem
ergo, ſeu aquoſitatem aſſumit à ventriculi ſubſtantia; eſt enim Galenicum axioma: H
quòd partes, quæ tranſmutant aliquas materias, eaſdem eo colore, quo præditæ ſunt,
afficiunt: hinc Gal. dicebat ſanguinem eſſe rubicundum, propterea quòd generatur
in parenchymate iecoris, quod rubicundum eſt.

Qua de cauſa dicimus aquoſitatem prædictam in ventriculo generari ex potulenta
materia, qua natura vtitur pro chyli vehiculo; primò enim hęc aquoſitas chylum con-
fectum in ventriculo per venas meſeraicas comitatur, quæ quaſi infinitæ ſunt, & ad
concauum inteſtinorum, & ventriculi capacitatem non terminant, ſed inter membra-
nas conſiſtunt, & ſua vi attractrice ex ventriculo chylum haurientes ad portam tan-
quam ad proprium truncum deuehunt, qui hinc ad venas in cauam regionem hepa-
tis diſſeminatas tranſmittitur, & inde in proprium iecoris parenchyma deponitur, vbi
tanquam in officina quadam tranſmutatur aſſumens, & induens formam ſanguinis.

Materia

A Materia verò aquoſa, quæ chylum huc deduxerat,& ipſa ibi remanet aliquam altera-
tionem accipiens; nam dum à calore iecoris, & virtute ipſius alteratrice, ac paren-
chymatis chylus tranſmutatur in ſanguinem,duo quoque & in hac coctione generan-
tur excrementa,tenue nempe, atque craſſum: tenue excrementum eſt bilis, ſeu bilio-
ſus humor, craſſum verò eſt humor melancholicus, qui & ater vocatur, quamuis im-
propriè. Primum excrementum nempe bilis tranſmittitur ad duodenum inteſtinum,
& ad folliculum bilis; craſſum autem,ſcilicet humor melancholicus à liene attrahitur,
expultrice iecoris propellente; aquoſitas verò ſimul cum ſanguine remanens tandem
ab ipſo, non ſecus atque ſerum à lacte, à caſeoſa ſubſtantia ſeparatur.
Rem hanc pulcherrimo quodam exemplo declarat nobis Gal. 4. de ſimp. med.
fac. cap. 3. deſumpto à vino, quod in dolio concoquitur (id quod etiam contingit
omni ſucco, qui à calore concoquitur) in quo quatuor reperiuntur ſubſtantiæ inter
ſe diuerſæ. Prima eſt vinum, ſeu ſuccus, qui concoquitur,deinde duo ſunt excremen-
ta, vnum craſſum,aliud tenue:excrementum tenue ſupernatans flos vocatur commu-
B niter; aliud verò, quod in fundo reſidet, nempe craſſum, tartarum appellant. Reperi-
tur etiam quędam ſubſtantia aquoſa per totam ſubſtantiam vini diſperſa,quæ tandem
in vaporem degenerat, & reſoluitur. Similis igitur concoctio celebratur in iecore, in
quo illa quatuor reperiuntur;primò enim eſt chylus in ſanguinem tranſmutatus;dein-
de bilis, quæ tanquam tenue excrementum ſupernatans in folliculum ſibi proprium
aſcendit; tertiò eſt melancholicus humor, craſſus,& terreſtris, qui ad lienem deſcen-
dit; tandem eſt aquoſitas, quæ cùm in maiori ſit copia, non poteſt, vt in vino, reſolui,
ſed illi deſtinatæ ſunt aliquæ partes, per quas expurgatur,hæcque ſeroſitas, ſeu ſerum
dicitur, quòd inſtar ſeri à ſanguine ſeparatur. Verùm antequàm hæc ipſa exeat,& ex-
pellatur à iecore,non aſſumit illam ſeparationem ex toto,ſed ſimul cum maſſa ſangui-
nis in venam cauam propellitur, in duaſque partes diuiditur, vna remanet in eadem
vena, vt ſit ſanguinis vehiculum (hac enim ratione ſanguis & promptiùs, & faciliùs
ad omnes corporis partes nutriendi cauſâ diſtribuitur) alia, quæ eſt longè copioſior,
à renibus attrahitur mediantibus venis emulgentibus, vnde per vreteres ad veſicam,
C tanquam ad proprium receptaculum deponitur, vbi colligitur,& retinetur,quouſque
per canalem communem extra corpus virtute expultrice veſicæ eijciatur.
Sed quoniam in iecore generantur ſubſtantiæ ſeroſæ, quibus vrina admiſcetur,
hinc etiam vrina dicitur compoſitum quoddam ex potulenta materia, & ſeroſitate,
quæ vbi extra corpus emiſſa fuerit, lotium, & vrina vocatur, & illa eſt, quæ ſubijcitur
medicæ conſiderationi, vnde apparet vocari poſſe excrementum, vt priores Autho-
res exiſtimant, in qua definiēda pulchrè excrementum tanquam genus aſſumunt, di-
ciq́ue etiam poteſt excrementum & primæ coctionis, nempe ventriculi, & ſecundæ,
ob rationes allatas. Sed cùm eadem ſit coctio, quæ fit in iecore, atque venis, hinc re-
ctè à Gal. dictum eſt vrinam eſſe excrementum venarum, & arteriarum: cumq́ue re-
nes trahant ipſam vrinam, eamq́ue per vreteres deponant in veſicam, poteſt præte-
rea nominari excrementum renum, & veſicæ, licet impropriè; verè quidem, & legi-
timè eſt excrementum primæ coctionis, ſed materialiter, vt aiunt; ſecundæ verò co-
ctionis formaliter: at nequaquam cenſenda eſt excrementum tertiæ coctionis, vt
D mox dicam.
Vrinam ſuas alterationes accipere in ventriculo, & in iecore audiuiſtis,& per con-
ſequens dicitur excrementum primæ, & ſecundæ coctionis, nempe illius coctionis,
quæ fit in toto parenchymate iecoris,non autem in gibboſa tantùm parte, vt nonnul-
li aſſerebant, quia in iecore vna fit tantummodo concoctio, & per totam ſui ſubſtan-
tiam, quæ eſt ſanguinis generatio, atqui quemadmodum vrina dicitur excrementum
primæ,& ſecundæ coctionis, ita è contra non eſt dicenda excrementum tertiæ co-
ctionis, illius nempe, quæ fit in partibus ſolidis corporis; nam ſecundùm illud Gal.
ſuppoſitum, quod in quauis coctione duo generentur excrementa, tenue nempe, &
craſſum, vrina ad nullum excrementū tertiæ coctionis referri poteſt. Huius rei ratio
eſt,quia excremēta tertiæ coctionis alia ſunt vtilia,alia verò inutilia ratione ſubſtātiæ,
eò quòd minimè apta ſunt nutrire corpus,neq; ex benigna fiunt materia,ſed ſunt pura
excrementa: vtilia quoad ſubſtantiam ſunt in duplici diſcrimine;nam alia ſunt tenuia,
alia

alia verò craſſa, tenue excrementum vtile eſt pinguedo, craſſum autem eſt ſemen. E

Inutilia quoque excrementa ratione ſubſtantiæ, ſunt in duplici differentia, alia craſſa, alia tenuia, & rurſus craſſa diuiduntur in partem magis craſſam, & in partem magis tenuem: ex craſſiori parte natura generat vngues manuum, & pedum in homine, in brutis cornua, roſtra, & quæ ſunt huius generis: ex tenuiori & magis glutinoſa parte generatur in homine cuticula ἐπιδερμίδα appellata, extimam ſuperficiem corporis contegens, quæ vbi auferatur ſemper denuò regeneratur. Rurſus tenuior pars excrementi inutilis diuiditur in duas partes, vna eſt magis vaporoſa, quæ per cutis inſenſibiles poros, & meatus euaporat, quamuis etiam contingat eam aliquando ſenſibilem reddi, vt ſcribit Gal. 3. meth. med. cap. 3. altera verò pars fuliginoſa, & craſſior ea eſt, ex qua pili omnes generantur. Et hæc eſt diſtributio excrementorum tertiæ coctionis, ex qua apparet vrinam non poſſe referri ad aliquod ipſorum, & quamuis ſudores appareant exire per poros cutis, tum partium, tum totius corporis, non ſunt propterea excrementa tertiæ coctionis, ſed proueniunt ab eadem prorſus materia, à qua vrina prodit, & eſt portio illius, quam diximus remanere in vena caua, vt poſſit F
eſſe vehiculum ſanguinis ad totum corpus, & aliquando per ſudores exit, nonnunquã etiam à renibus allicitur, & in veſicam deponitur.

Hoc breui diſcurſu volui vobis oſtendere, quòd etſi ab alijs Authoribus vrinæ appelletur excrementum, ab alijs verò non, ſed modò aquoſitas, modò ſerum, modò quid compoſitum ex potulenta materia, & ſero; vnam tamen, & eandem rem ipſi intellexerunt nominibus tantummodo inter ſe differentes. Potuiſtis etiam intelligere quomodo generetur vrina, ex qua materia, nec non & quarum coctionum poſſit appellari excrementum; in ventriculo enim generatur ex potulenta materia, ſimulque & ex parte alimenti aquea, in iecore verò tum ex prædicta materia, tum ex ſero totius maſſæ humorum, vnde facta coctione expellitur à virtute iecoris expultrice in venam cauam, à qua per venas emulgentes, renes trahunt ipſius maiorem partem, quæ per ipſorum ſubſtantiam denuò percolatur, vnde etiam nonnulli colamentum appellarunt, & hæc guttatim, & ſenſim à renibus in vreteres deponitur, à quibus in veſicam deducta, ibique collecta per aliquod tempus retinetur, ac poſtea extrapellitur per G
communem canalem in pudendum, & hac Medici tanquam ſigno ad internas affectiones dignoſcendas vtuntur.

His præhabitis dicimus vrinam, ſeu lotium eſſe excrementum tenue, fluidum, genitum primò in ventriculo, deinde in iecore à maſſa ſanguinis ſecretum, ſimulque cum ſero à facultate iecoris in venam cauam vna cum ſanguine expulſum, ac inde per colem expreſſum. Et hæc eſt definitio vrinæ, qua arbitror ipſius naturam ad vnguem eſſe declaratam: & quamuis vobis videatur longa deſcriptio, eſt tamen facilior, quàm ſi breuiori ſermone ipſam deſcriberemus; ita voluiſſe viſus eſt Gal. 4. de diff. pul. 2. vt Tyrones longis definitionibus rerum inſtruãtur, ad faciliorem ſcilicet intelligentiam.

Sed iam examinemus vnamquamque definitionis particulam: primò dicimus eſſe *excrementum*, vt inde pateat vobis, non eſſe aliquam ex quatuor humoribus: ſecunda differentia eſt *tenue*, vt inde monſtremus excrementum eſſe tenue, ad craſſorum differentiam: tertia differentia eſt, quod ſit *fluidum*, ad differentiam illius excrementi tenuioris, quod inſenſibiliter euaporat: addimus quartam differentiam *in ventriculo genitum*, vt oſtendamus non poſſe aliunde vrinam prouenire, quàm ex materia con- H
tenta in ventriculo, quæ nihil aliud eſt, quàm potus & alimenta. Quinta differentia eſt *in iecore à maſſa ſanguinis excretum*, vt oſtenderetur, quòd à facultate ſanguificatrice aliquid patiatur, dum chylum tranſmutat in ſanguinem, mediante alteratrice, & ſubſtantia iecoris, quæ parenchyma appellatur, & ſenſim à ſanguine ſecernitur, non ſecus atque ſerum à lacte ſeparatur: ſed cum hoc diſcrimine; nam cùm proprium caloris ſit homogenea congregare, & hætherogenea ſeparare, in hac coctione ſanguis purus ab excrementis ſeiungitur, non ſecus atque triticum à tenuioribus excrementis, nempe paleis mundatur, antequàm piſtrino exponatur. Sexta differentia erat, *à renibus attractum inde ad veſicam, & tandem per colem expreſſum*, vt ipſam vrinam ſeiungamus ab ea ſeri parte, quæ in venis remanet vt vehiculum ſanguinis, & in multas partes eſt diuiſa; nam poſtquam functa eſt proprio officio, vna pars per ſudorem excernitur,

A cernitur, quamuis non ſemper, ſed ſępius per inſenſibilem euaporationem; altera
cadit in capſulam cordis, in qua dicunt cor innatare; reliqua verò pars percolatur, &
retinetur ad oſſa ethmoidea vocata ſupra oculos, ex qua deinde generãtur lachrymæ.
Et hæc eſt definitio, & partiũ ipſius examen, in ſequẽti verſabimur circa differentias.

De Differentijs vrinæ. *Cap. II.*

HAbita definitione, quæ erat primum caput propoſitorum, tempe-
ſtiuum eſt, vt ſecundum aggrediamur, quod eſt de differentijs: ve-
rùm antequam ipſas attingam, duo ad perfectiorem intellectionem
eorum, quæ dicenda ſunt, examinabimus. Primum eſt, cur vrinæ
ſanorum ſint ſemper vel pallidæ, vel ſubpallidæ, flauæ, aut ſubflauæ,
rufæ, vel ſubrufæ. Omnes, qui de hac materia tractant, in hoc
conueniunt, quòd id eueniat ratione bilis, quæ lotio admiſcetur, &
B varius efficitur color in vrina pro varia ſpecie bilis; nam ſi bilis ſit vel pallida, vel
ſubpallida, fit color pallearis; ſi verò adſit copia flauæ bilis, vel ſubflauæ, fit color
flauus, & ſubflauus: idem dicendum eſt de bile rufa, vel ſubrufa, quæ facit colorem
rufum, vel ſubrufum. Sed etſi conueniant in hoc, non tamen omnes conſentiunt in
reddenda ratione, cur magis bilis vrinæ admiſcetur, quàm reliqui humores, nempe
vel ſanguis, vel pituita, vel melancholia, cùm in eodem hepate tanquam in officina
quadam omnes generentur humores. Hic multùm immoratur Capiuacceus in tracta-
tu de vrinis, dicitque eſſe perdifficilè reddere huius quæſiti rationem, nihilominus
ſcribit, quòd à natura id factum ſit, vt excrementum illud fieret familiare naturæ, ne-
que eſſet inimicum partibus illis, à quibus trahitur. At ſi hoc eſſet, ſequeretur, quòd
partes deberent trahere hoc excrementum, quod ſi concedamus, erit etiam conce-
dendum eaſdem partes nutriri ab hoc excremento, quod tamen falſum eſt.

Quare exiſtimo bilem ſolam, aut ſerum bilis vrinæ admiſceri neceſſitatis, & com-
moditatis gratia: neceſſitas eſt, quia bilis excrementitia, aut ſerum ipſius longè co-
C pioſius eſt, quàm quiuis alius humor genitus in iecore excepto ſanguine, & cęteris hu-
moribus tenuius, & ad fluendũ magis paratum: vnde Gal. lib. 3. de vſu par. cap. 6. conſi-
derabat illas partes, quæ à natura excrementis ſunt deſtinatæ, & dicebat quaſdam,
vias anguſtas habere, per quas ferantur excrementa, quaſdam è contra, vias amplas
& latiſſimas, Priores partes ſunt veſica bilis, & veſica vrinæ, pro quarum nutritione
opus eſt, vt per alia vaſa feratur illis nutrimentum, quæ verò lata, & ampla habent
vaſa, quemadmodum ſunt lien, & renes, de quibus nunc loquimur, qui venas emul-
gentes à vena caua ortum ducentes amplas habent, & latas, opus non habent alijs
venis ad ſui nutritionem, hinc per venas has emulgentes, non modò vrina, ſed &
ſanguis, atque bilis tranſmittitur; ſanguinis enim portio humidior, & tenuior fluit, quæ
inde per totam renum ſubſtantiam roris in modum ſpargitur, & à ſubſtantia renum
trahitur, atque ab ea nutritur: bilis verò, cùm ſit prorſus inutilis ad renes nutriendos,
ſimul cum lotio ad veſicam transfertur; tenuis enim eſt, vt dictum fuit, hinc facilè
cum lotio fluit, ratinneque ipſius coloris lotium colore afficitur. Cùm autem hæc ipſa
D bilis, acris, & mordax ſit ſuapte natura, hinc irritat facultatem expultricem veſicæ, vt
inde citiùs expellatur: & hæc eſt neceſſitas admixtionis bilis cum vrina, ſimulque &
commoditas, ſeu vtilitas.

Altera verò vtilitas habetur à Gal. lib. 14. de vſu par. cap. 9. quæ duplex eſt, vna
ad augendum in ſiniſtris partibus tam maris, quàm fœminæ frigiditatem vaſis
ſeminalibus in vtero; nam cùm vaſa ſpermatica, vena nempe ſiniſtri lateris à
vena emulgente ſiniſtra ortum habeat, neceſſariò ſequitur, vt etiam ad illa vaſa copia
ſeri transferatur, cuius beneficio ſiniſtræ partes, tam vteri, quàm vaſorum ſeminaliũ,
in muliere, & viro aliquo modo refrigerentur, vnde faciliùs ſubſequitur fœmellæ ge-
neratio. Sed huiuſmodi vtilitas non prouenit ex bile, niſi quatenus bilis eſt tenuis, &
redditur quodammodo vehiculum ipſius ſeri, vel vrinæ, quæ frigida eſt ſuapte natu-
ra, vtpote aquoſa. Alia quoque vtilitas, quam bilis admixtio præbet vrinæ, eſt ad
maiorem cupiditatem, & voluptatem in vſu inſtrumentorum excitandam; nam cùm

Digitized by Google

humor ſeroſus incaleſcit, titillat, atque ſuo motu voluptatem infert, non ſecus atque B
contingit in humoribus acribus, & mordacibus ſub cute contentis, & pruritum indu-
centibus. Prior vtilitas ſemper ineſt ſiniſtris partibus; ſecunda verò, & in ſiniſtris, &
in dextris partibus reperitur. Hæcque eſt cauſa, meâ ſententiâ, cur bilis admiſcetur
vrinæ.

Secundum caput, quod conſiderandum propoſuimus, continet conditiones quaſ-
dam ab Auic. deſcriptas Fen. 2.doct.3.cap.1.in vrina obſeruandas pro ipſius exacta
cognitione: prima eſt, vt vrina accipiatur à ſomno abſoluta iam coctione, tempus
iſtud, in quo perfecta eſt coctio, deſcribitur à Iouberto viro doctiſſimo, quod ſit per
horam ante prandium, ſed ſermo ipſius magis intelligendus eſt de vrina ſanorum;
nam in ægrotis fieri poteſt, vt coctio fiat citiùs, quia & alimenta pauciſſima ſunt, &
facilioris coctionis, hinc vrina inſpici poteſt varijs temporibus ipſarum ægritudinũ,
magis tamen opportuna videtur, ſi conſideretur tempore declinationis acceſſionis
particularis. Secunda conditio eſt, vt tota accipiatur, non pars, quare opus eſt, vt ma-
tula ſit capax, ex vitro pellucido, diaphano facta, non autem ex craſſo, aut aliquo co- F
lore infecto, ſitque fundo amplo: in hanc rem promptiſſima ſunt ea vrinalia vitrea
vocata, quæ minimè puſilla ſunt, neque fundo exactè plano. Tertium obſeruandum
eſt, vt vas in quo collecta eſt vrina, procul à ſole, & vento ſit, loco minimè frigido, ne
turbetur, aut incraſſeſcat, ſed quieta reſideat ſenſim frigeſcens, proinde os matulæ eſt
tegendum. Quartò poſt horam vrina eſt inſpicienda, non priùs, quamuis etiam intra
ſex horas liceat ipſam ſpectare. Quintò ſi interea turbata fuerit, igne lento, aut aqua
calente diſſoluatur, non mutato vaſe, & abſque vlla agitatione, ne confundantur, aut
diſſipentur contenta. Sexto inſpicienda in loco minimè obſcuro, nec valdè lucido, aut
radijs ſolaribus illuſtrato, ſicque diſponi debet matula, atque ita adaptari, vt lumen in
eam deſuper, non tranſuerſim deſcendat, idque manus, aut veſtis appoſitione effici
ſolet, quamuis contenta ad radios ſolares magis, & clariùs appareant. Poſtremò re-
quiritur certa diſtantia; nam quò longiùs vrina ſita eſt, eò tenuior apparet, quò verò
propinquiùs, eò craſſior. Et hæc erant dicenda ante explanationem capitis de dif-
ferentijs. G

His declaratis opus eſt, vt in præſenti vrinam in ſuas ſpecies, & differentias diui-
damus, quod ſanè difficilè non erit, ſi conſiderauerimus differentias eſſentiales, eaſ-
que diuiſerimus, & ſeparauerimus à differentijs accidẽtalibus; nam vt noſtis, differen-
tiæ eſſentiales ſunt illæ, quæ faciunt aliud, accidentales verò dicuntur facere alterum,
nec diſtribuunt genus in ſuas partes eſſentiales, ſed differentiæ eſſentiales ſunt illæ,
quæ & naturam rei, & eiuſdem eſſentiam conſtituunt, atque integrant: nunc verſa-
mur circa differentias eſſentiales. Omnes ſcriptores quot quot in hunc vſque diem
viderim, accipiunt differentias eſſentiales à tribus capitibus, nempe à ſubſtantia vri-
næ, à colore eiuſdem, & à contentis. Verùm mihi videntur confundere differentias
accidentales cum eſſentialibus, quòd ſi Ariſtoteli credimus, maximum eſt in diuiden-
do aliquo genere peccatum; nam ſubſtantia pertinet quidem ad eſſentiam rei diui-
dendæ, nempe vrinæ, ſed colores, & quæ continentur in vrina, non referuntur ad
ſubſtantiam vrinæ, vt clarum eſt, ſiquidem vrina eſt aquoſitas quædam, ſeu liquor,
aut corpus fluidum, cuius ſubſtantia eſt aquea, vnde Ariſt. 4.meteor. dicebat vrinam
eſſe ſpeciem aquæ, ſubſtantia igitur aquea in ſuas differentias eſſentiales eſt primùm H
diuidenda, & deinde conſiderandæ ſunt differentiæ accidentales, quarum aliquæ pro-
pinquiores ſunt ipſi ſubſtantiæ, aliquæ verò ſunt remotiores.

Vt igitur accipiamus primas, & eſſentiales differentias, opus eſt in primis, vt ad
memoriam reuocetis, quod à Gal. ſcribitur, primo de vſu par. cap. 9. & alibi, nempe
quòd partibus noſtri corporis, tria inſunt perpetuò, (verùm non ſolùm partibus
corporis hæc tria inſunt ſed etiam omnibus rebus, quæ in hoc ſublunari mundo re-
periuntur) primum eſt ſubſtantia, ſeu partis eſſentia, & quod ineſt ſecundùm eſſen-
tiæ ſuæ rationem; ſecundum appellatur neceſſariò conſequens; tertium ab eodem
dicitur neceſſariò accidens. Hæc tria conſideranda veniunt, à quibus nos deſumemus
differentias, tam eſſentiales, quàm accidentales, tam proximiores, quàm magis remo-
tas ſubſtantiæ. Verùm in vrina quædam reperiuntur, quæ neque ad eius ſubſtantiam,

neque

A neque ad ſequentia, neque ad accidentia neceſſariò, ſed contingenter eueniunt : quæ
contingenter vrinæ accidunt, contenta vocamus, hoc eſt, quæ continentur in vrina,
igitur quatuor capita conſiderabimus, à quibus eliciemus vrinæ omnes differentias,
tam eſſentiales, quàm accidentales.

Primùm verſemur circa ea, quæ ad eſſentiam vrinæ pertinent; deinde circa ea, quæ
neceſſariò ſequuntur, tertiò circa ea, quæ neceſſariò accidunt, vltimò circa ea, quæ
contingenter euenire diximus. Iam verò ea, quæ dicuntur neceſſariò conſequi, ſunt in
duplici differentia; nam quædam ſunt, quæ ſequuntur materiam, quædam verò, quæ
ſequuntur formam, nempe temperamentum, Priora ſunt plura, nempe denſitas, gra-
uitas, raritas, lenitas, aſperitas, lenitas, friabilitas, lentor, durities, mollities, craſſities,
& tenuitas: at nos conſiderabimus tantùm tenuitatem, & craſſitiem (reliquis omiſ-
ſis, tanquam ad rem propoſitam minimè facientibus) quæ pertinent ad vrinæ ma-
teriam. Quæ verò ſequuntur formam, ſunt odores, ſapores, colores, & ſoni. Omit-
timus ſaporem in hac conſideratione, quòd hominis liberalis, & nobilis (quemad-
B modum debet eſſe Medicus) non ſit ſaporẽ rei tam ſordidæ guſtare : deinde quia nul-
lius videtur eſſe vtilitatis quãuis Clariſſimus Mercurialis ex authoritate Raſis ſcripſe-
rit Gal. quandoque vrinam deguſtaſſe. Et quamuis odor videatur poſſe afferre iudi-
cium bonitatis, & malitiæ illius ſubſtantiæ, cui inhæret, non eſt propterea, vt circa
ipſum multùm immoremur, cùm ab eodẽ odore pauciſſimæ deſumantur differentiæ;
hinc etiam vel parum, aut nihil de differẽtijs ab odore ſumptis mentionem faciemus.

Quod ad ſonum attinet, quamuis aqueæ ſubſtantiæ proprium ſit aliquem ſonum
edere, dum deorſum labitur ex vno in alium locum, & olei ſine ſtrepitu, & ſono ca-
dere, nihilominus parum obſeruatur in praxi huiuſmodi vrinæ differentia; quando-
quidem vix credibile eſt, quòd in homine poſſit vrina conuerti ad tantam oleoſita-
tem, vt dum euacuatur ex vna matula in alteram, nullum prorſus ſonitum faciat: quòd
ſi ad talem corruptelam perueniret, iam actum eſſet de vita ægrotantis, quare huiuſ-
modi vrinæ obſeruatio raro contingit. De ſono igitur, & de ſapore nullam habebi-
mus conſiderationem, ſed inter neceſſariò conſequentia color primùm, & maximè
C conſiderabitur, quòd ab ipſo multæ, & quaſi infinitæ deſumantur differentiæ. Quod
ſpectat ad ea, quæ neceſſariò accidunt, hæc quatuor ſunt, nempe numerus, magnitu-
do, ſeu quantitas, ſitus, & motus, at ad rem noſtram ſola quantitas attinet, quare à
quantitate aliquot deſumemus differentias. Poſtremò à rebus, quas diximus contin-
genter euenire vrinis; ex ijs, quæ contenta vocantur, multas quoque habebimus
differentias.

Auſpicemur itaque à primo capite, nempe ab vrinæ ſubſtantia: ab hac ſtatim tres
deſumuntur differentiæ, quarum prima dicitur tenuis, altera craſſa, tertia mediocris,
quæ inter craſſitiem, & tenuitatem omninò eſt media. Addit Mercurialis ex Actua-
rij authoritate duas alias differentias à ſubſtantia deſumptas, nempe quòd alia ſit vri-
na clara, & alia turbida, hoc eſt, alia mingitur lucida, & clara, alia turbida: & mea opi-
nione hæ duæ differentiæ non ſine ratione adduntur, quandoquidem differt corpus
craſſum à turbido, non ſecus atque tenue à lucido, aut claro; nam docet Gal. 2. aph. 54.
corpus craſſum illud eſſe, cuius duæ apparent dimenſiones magis adauctę profunditas
D ſcilicet, & latitudo; vnde vrina craſſa illa cenſebitur, cuius profunditas, & latitudo ſunt
magis auctæ, at corpus turbidum eſt id, per quod radij oculorum noſtrorum per cor-
pus ipſius non feruntur, aut ſaltem maxima cum difficultate; itaque vrina turbida eſt
illa, quæ oculorum noſtrorum radios non admittit, ſicut dicimus vitrum eſſe turbi-
dum, per quod viſus radij non transferuntur; vnde quamuis vrina turbida ſit craſſa,
non tamen vrina craſſa eſt turbida, atque ita alia eſt ratio turbiditatis, alia craſſitiei, &
per conſequens vrina craſſa diſtinguitur à turbida.

Similiter tenuitas alicuius corporis diuerſa eſt à luciditate; quandoquidem Autho-
ribus iam dictis conſentientibus, tenue corpus illud eſt, cuius vnica dimenſio clara eſt,
nempe longitudo, quare vrinam tenuem eam eſſe dicimus, cuius ſola longitudo
clara oculis intuentibus ſeſe offert, & hæc eſt, quæ tenues partes habet: clarum verò,
aut ſplendidum corpus illud eſt, cuius ſubſtantiam oculorum acies, atque radij pene-
trant, & facilè; vitrũ enim, & cryſtallum tunc dicimus clarũ, & ſplendidũ, quãdo facilè

Digitized by Google

eius ſubſtantia admittit radios oculorum noſtrorum. Quare vrina ſplendida,& clara E illa dici debet, quæ radios facilè, & ſtatim admittit: & hinc ſatis apparet differre tenuem vrinam à perſpicua, & clara; ſiquidem perſpicuitas poteſt eſſe in craſſitie, & tenuitate; vnde vrinas craſſas quandoque pellucidas obſeruamus, atque diaphanas. Vrina igitur alia craſſa, alia tenuis, alia turbida: turbidarum rurſus tres ſunt differentiæ Gal. authore 1. de criſ. 12. nam alia eſt, quæ turbida fit poſt mictionem,ſed clara mingitur, alia turbida mingitur, & turbida ſemper manet, tertia quæ turbida mingitur, ſed quæ poſt mictum clareſcit. Et iſtæ ſunt differentiæ deſumptæ à primo capite nempe ab vrinæ eſſentia.

Sed ex his, quæ dicta ſunt,ſtatim excitari poſſet dubitatiuncula quædam, an ſcilicet vrinæ ſubſtantia habeat aliquam aliam differentiam præter iam dictas? & primò videtur, quòd habeat duas alias differentias, re vera deſumptas à ſubſtantia, quarum vna magis ad materiam,altera verò ad formam attinere videtur, eò quòd ineſt ſecundùm eſſentiæ rationem; nam vrina poteſt habere aſperitatem quandam in exeundo, quare dicitur aſpera; quemadmodum è contra lenitatem præſeferre poteſt, & lenis F dicetur: ſimiliter vrina poteſt eſſe frigida,& calida. Pro ſolutione dicatis vrinam propriè non poſſe appellari aſperam; ſiquidem aſperum illud cenſeri debet, quod ſuperficiem duram, & inæqualem habet, & quod terminatur proprio termino, at vrina non terminatur termino proprio, ſed alieno, vnde eius ſuperficies non lenis, ſed humida cenſeri debet, quare propriè loquendo vrina nec lenis, nec aſpera dicenda eſt, ſed metaphoricè, quia dum exit aſperitatem in communi canali induit, idque ei contingit non ratione ſui, ſed ratione prauæ qualitatis inductæ à varia cauſa, modò in vrina, modò in canali malè affecto, vt clariſſimè cernitur in illis, qui ardorem vrinæ patiuntur. Quando igitur vrina exit cum dolore, poteſt dici aſpera, ſi verò exeat ſine dolore dicitur lenis, ſed minùs propriè, & metaphoricè, vt dictum eſt, & quamuis vrina ſe ipſa calidior ſæpe reddatur, nunquam tamen comperietis exire frigidam, niſi in extremo vitæ ægrotantis, idque rariſſimè contingit, quare iſtæ duæ differentiæ obiectæ nullius ſunt conſiderationis, & à nullo ex his, qui materiam hanc conſiderant animaduerſæ. Et hæc de primo capite. G

Veniamus ad ſecundum deſumptum à coloribus, de quorum quidem generatione, ac natura multa ſcribuntur ab Authoribus, ſed potiſſimum à Mercuriali, & Capiuacceo, quæ mea opinione vel parum, aut nihil faciunt ad inſtitutum noſtrum; quandoquidem de coloribus vrinæ tantummodo agendum proponitur, quantum ſatis eſt ad ipſius cognitionem,& morborum prædictionem,& quorum contemplatio poſſit eſſe vobis vtilitati, quare breuiter, quoad fieri poterit de illis agemus, initium ſumentes à coloris, vt color eſt, definitione, quam Ariſt. nobis tradit lib. de ſenſu, & ſenſili, cap. 3. vbi ait, quòd color ſit perſpicui extremitas in corpore determinato. Hæc deſcriptio colorem declarat in primis eſſe extremitatem, non autem corpus, quia eſt extremitas, & nullam habet dimenſionem, vt corpora, ideo dicit eſſe extremitatem ad differentiam corporis: deinde addit perſpicui, vt oſtendat nobis non omnem extremitatem eſſe colorem, ſed perſpicui, hoc eſt illius rei, quæ perſpicua eſt: atqui non poteſt perſpicuum reddi aliquid, niſi mediantè lumine: vnde lumen eſt id, quod colorem ipſum actuat; nam quamuis adſit color in extremitate, aut ipſe dicatur extremitas, niſi perſpicua reddatur, nunquam apparebit color. Poſtrema differentia eſt H corporis determinati, vt inde appareat vobis, quod elementa, quæ ſunt corpora indeterminata, non ſint colorata: cùm igitur vrina, de qua præſens eſt ſermo, ſit corpus determinatum, vbi perſpicua ipſius extremitas fuerit, color ſtatim apparebit. Applicantes igitur varietatem colorum ipſi vrinæ dicimus, vrinas poſſe in primis eſſe aut albas, aut nigras, prout color albus, aut niger ſunt extremè oppoſiti, à quibus omnium colorum varietas (quæ propemodum infinita eſt, & à ſolo Deo cognita) excitatur. Medij coloris deinde vrinæ ſunt pallida, fulua, ſeu ruſa, flaua, & rubea, quæ inter ſe ſecundùm magis, & minùs differunt.

Incipiamus à coloribus vrinarum extremis, deinde examinabimus medios colores, & ſuas differentias, eſt tamen animaduertendum non omnes colores eodem modo à Gal. fuiſſe appellatos; quandoquidem colores perfecti in ſua ſpecie ab eo appel-

lantur

Digitized by Google

A lautur ſimpliciter, vt vrina alba dicitur alba, pallida, pallida vocatur; at illi colores, qui ab his recedunt, nominantur ab eo ſub conditione quadam, nempe cum hac particula ὑπὸ græcè, nos dicimus, ſub, in exemplo, vrina, quæ recedit à pallida, dicitur ſubpallida, & ſic de ſingulis. Vrina igitur alba illa dicenda venit, quæ aquæ aſſimilatur, vel niui, vel cryſtallo, vel ſimili colori, & tales vrinæ dicuntur aqueæ, vel niueæ, vel cryſtallinæ, quòd colorem aquæ exquiſitè præſeferant. Vrina verò ſubalba eſt, quę ab hac prædicta albedine parum recedit, varijſque nominibus à ſcriptoribus vocatur. Actuarius, qui inter Græcos diligentiùs vrinas eſt perſcrutatus, has vrinas appellat caropas, glaucas, & lacteas, alij verò vocitant corneas, quòd cornibus leuigatis aſſimilentur: de his vrinis loquitur Gal. 3. epid. com. 3. tex. 70. Altera eſt differentia albæ vrinæ, quæ vino aſſimilatur, vnde & vinoſa dicitur, & Gal. 1. de criſ. 12. dicebat quædam vina reperiri alba, & tenuia, quibus vrinæ aſſimilantur, eaſque vrinas eſſe dicebat, quæ aſſimilantur aquæ, cui paucum croci, aut bilis admixtum ſit. Maſſarias hanc vrinam aſſimilat aquæ, in qua modicum hordei ebullierit, & exiguo tempore. B Et iſtæ ſunt tres vrinæ differentiæ deſumptæ à colore albo.

Propero ad colorem nigrum, ad quem reducuntur plures alij colores, quemadmodum eſt color ater, liuidus, fuſcus, & viridis, vnde vrina alia eſt, quæ nigra ſimpliciter dicitur, & eſt ea, quæ à colore extincti carbonis, à quibuſdam deſcribitur, alia huic proxima eſt fuſca, quæ hanc ſequitur eſt liuida, & poſtrema viridis. Rurſus color viridis eſt in duplici differentia, vnus, qui folijs marrubij, aut praſſij aſſimilatur, alter verò eſt color viridis, ſed æruginoſus, vnde vrina alia erit praſſina, alia æruginoſa. Liuidus quoque color poteſt eſſe duplex, vnus violaceus à quibuſdam dicitur, quòd violarum purpurearum colorem imitari videtur, alter oleaginoſus, ſeu plumbeus, quia plumbi, & olei colorem referre ſolet, vnde vrina aliquando violacea, nonnunquam oleaginoſa, & plumbea cenſetur. Inſuper & color ater duplex eſſe poteſt, vnus cæruleus appellatus, quia colorem cæli ſereni quodammodo refert, alter verò dicitur color iſatidis, ſeu glaſti, horum colorem habens; eſt enim glaſtum, ſeu iſatis herba quædam, quæ ſolet manus inficere atro colore in tangendo, quare & vrina alia eſſe poteſt C cærulea, & altera verò iſatis. Et hæc de extremis coloribus.

Venio ad medios colores, qui à Gal. numerantur in genere quatuor: primus eſt color pallidus, qui duplicem habet gradum, prout ſecundùm magis, & minùs à colore aquæ recedit, vnde vnus color dicitur pallidus ſimpliciter, alter ſubpallidus, quare & vrina alia erit pallida, alia ſubpallida: pallida eſt ea, quæ imaginem refert illius aquæ, in qua terra lutea, aut bilis copioſiùs, quàm par ſit, permiſcetur, quem colorem in vrinis multi compararunt illi colori, qui in paleis antiquis cernitur. Subpallida verò vrina remiſſa talis eſt, magiſque ad album colorem vergit, qualem colorem triticum, paleaque quodammodo ad album declinantia referre videntur: nonnulli hunc colorem in vrina ſpiceum appellant ab hordei, aut tritici ſpica matura, à quibuſdam etiam dici ſolet paleaceus color, vnde vrina ſpicea, & palealis dicta eſt.

Succedit alter color fuluus, & rufus appellatus, qui & ipſe duas habet differentias, ſecundùm quas à pallido iam dicto, aut magis, aut minùs recedit: appellatur etiam & igneus color, qui ſi remotior fuerit à pallido iam dicto, eò quòd ſit intenſior, dicitur D color verè rufus, atque fuluus; ſi verò magis appropinquat pallido, eò quòd minùs ſit intenſus, dicitur color ſubrufus & ſubfuluus, & etiam ſubigneus. Vterque hic color eſt ſimilis colori citrij, vnde etiam & citrinus color appellatur, ſed cum hac differentia, quòd color rufus eſt magis intenſus, alter verò remiſſior, & ſic vrina alia dicitur rufa, flammea, & fulua, alia verò ſubrufa, ſubfulua, & ſubignea. Vrina rufa eſt, quæ ignis flammam repræſentat, vnde (vt dicebam) aliqui flammeam appellant) nonnulli verò auream ob ſimilitudinem, quam cum auri colore habet, quamuis re vera magis præſeferre videatur colorem ſyderum, & vrina ſubrufa eumdem colorem habet, ſed remiſſiorem. Maſſarias hoc loci ſcribit colorem rufum aſſimilari puro auro, ſubrufum verò non puro, & hanc vrinam verè citrinam plerique Authorum appellarunt.

Tertio loco ſuccedit color flauus, qui à Gal. lib. de Tum. præter n. docente Mercuriale, colori auri aſſimilatur: addit tamen Mercurialis, & rectè quidem, quòd auri color ſit duplex, vnus in legitimo auro, alter in non legitimo; vnde etiam eſt, quòd

vrina

Digitized by Google

vrina alia eſt, quæ habet verum colorem auri, & verè flaua dicitur, alia quæ auro non B
puro aſſimilatur, diciturque ſubflaua. Videtur tamen Maſſarias confundere vrinam flauam cum vrina rufa, licet ſatis differat; ſiquidem vrina rufa ad flammam ignis, flaua verò ad colorem auri vergit, hancque nonnulli appellarunt croceam, quòd aſſimiletur colori croci aqua pura diluti; nam color croci integer ad rubrum magis vergit. Vltimo loco inter medios colores eſt color rubicundus, ſeu rubeus, qui ab Auice. in tres gradus diuiditur: nempe in rubeum roſeum, in rubeum obſcurum, & in rubeum puluerulentum. Sed huiuſmodi colores in vrinis ſunt difficiles admodum ad cognoſcendum, & qui non niſi longa praxi obſeruantur; & quia vnam, & eandem cauſam habent, ex his idem iudicium fieri poteſt ſecundùm magis, & minùs. Sed ne plus conteratur temporis, ſat erit vobis cognoſcere, quòd ex vrinis quædam ſunt rubeæ claræ, quædam magis ſaturatæ, quæ & vinoſæ dicuntur ab Aretæo, quia ſubſtantiam craſſam habent vini muſti in modum. Quare concludimus vrinas alias albas eſſe, alias nigras, alias pallidas, alias rufas, alias flauas, & alias rubeas. Et hæc de differentijs vrinarum deſumptis à coloribus. F

Succedit caput deſumptum ab his, quæ neceſſariò accidunt, inter quæ ſola vrinæ quantitas contemplanda eſt, quæ vel nimia eſſe poteſt, vel exigua. Quamuis huic capiti addi poſſit modus exeundi; nam alia eſt, quæ pauca, & cum difficultate exit, quæuis exire poſſet cum facilitate; & è contra multa eſſe poteſt cum difficultate exiens, & cum facilitate. Et hæc dicta ſint de differentijs deſumptis à neceſſariò cōſequentibus, & neceſſariò accidentibus, ſequitur, vt de his, quæ contingenter vrinæ eueniunt, pertractemus.

Poſtremum igitur caput, à quo differentiæ vrinæ deſumuntur, eſt illud, quod diximus pertinere ad ea, quæ contingunt non neceſſariò, ſed accidentaliter, & ſunt quædam res remotæ à natura vrinæ, & contenta dicuntur, quæ mea opinione reduci poſſunt ad tres differentias; ſiquidem alia obſeruantur contenta in ſubſtantia vrinæ, alia in ſuperficie ſuperiori eiuſdem, tandem alia, quæ internæ ſuperficiei matulæ adhærent: hæc omnia ſunt à nobis diligenter perpendenda. Primò igitur dicendum eſt de contentis in ſubſtantia vrinæ, quæ ſunt in duplici differentia, alia conſpicua omnibus, G
& ſunt numero tria diuulgatiſſima, & per omnium Medicorum ora vagantia, nempe hypoſtaſis, nebula, & ſuſpenſum, aut ſublimamentum, quæ à Græcis ſuis nominibus donantur ſumpta proportione à locis, in quibus apparent; nam vel in ſuprema regione vrinæ continentur, vel in media, aut in ima, ſcilicet in fundo matulæ. Primo modo appellantur νεφέλη, noſtris verò nebula metaphora deſumpta à nebulis, quæ in ſummo aëre conſiſtunt: ſi in medio contentum fuerit, dicitur à Græcis ἐναιώρημα nobis ſuſpenſio, aut ſuſpēſum appellatur: quod verò in fundo reſidet à Græcis dicitur ὑπόστασις, quam vocem vſurparunt etiam Latini quamuis, & ſedimentum, & ſubſidentiam vocent: & illa ſunt contenta, quæ quotidie à Medicis obſeruantur in vrinis ægrotantium, non quidem omnia ſimul, ſed vnum tantùm ex prædictis reperitur, ſiue in ſuperiori, ſiue in media, ſiue in inferiori parte, idque contingit pro varia corporis affectione, & varia cauſa.

Nec putetis huiuſmodi ſedimenta reperiri ſemper in vrinis, quandoquidem aliquando, licet rarò, obſeruantur vrinæ ſanorum ſine contentis, quemadmodum docet Gal. 1. de criſ. 12. idque apparet ex rei ipſius natura; nam cùm dictum ſit eſſentiam H
vrinæ conſtare ex potulenta materia, & eſculenta humidiori, perque omnes coctiones, quæ in corpore fiunt, permeare, mirum non eſt, ſi aliquid, vel chyloſæ, aut ſanguineæ materiæ, aut etiam ex tertia coctione, quod attractum non ſit à partibus, ſecum ad renes ducat. E contrario ſequitur, vt nihil aliquādo reperiatur in prædictis coctionibus, & per conſequens nihil præter ſerum, aut vrinam in renes labi: vt plurimùm tamen aliquid, quod effugerit prædictas coctiones, in medijs vijs reperitur, quod ſecum ad renes ducit, proque varietate huiuſmodi contentorum, varia apparent ſedimenta in ipſis vrinis, & potiſſimùm in ijs ægrotantium, de quibus agimus. Quæ quemadmodum inter ſe ſitu differunt, ita etiam quantitate, & ſubſtantia; nam materia, quæ fundum petit, craſſa eſt, & grauis, quæ verò ad medium, aut ſupremum tendit tenuior eſt, & ſæpe flatibus obuoluta.

Cæterum

A Cæterùm prædicta contenta faciunt inter ſe differre vrinas; quandoquidem alia eſt vrina, in qua apparet hypoſtaſis, alia verò in qua non apparet: deinde vna eſt cum nebula, alia ſine nebula, alia cum ſublimamento, alia ſine. Differre etiam faciunt ratione ſubſtantiæ, coloris, & quantitatis; nam ſubſtantia contentorum, alia eſt tenuis, alia craſſa, alia mediocris, aliquando æqualis, & inæqualis; & hinc eſt, quòd variæ in ſedimentis apparent figuræ, quia vbi partes eodem modo ſunt craſſæ, aut tenues, faciunt æqualitatem quãdam, ita vt contentum videatur in omnibus ſuis partibus æquale, & quaſi leuigatum. Nonnunquam verò craſſiores partes deſcendunt, tenuioribus aſcendentibus, & fit figura quædam pyramidalis, quæ figura cæteris omnibus præfertur: at ſi partes inter ſe diuellantur, fiunt vrinæ ſedimentorum variæ figuræ. Hinc eſt, quòd ſæpe obſeruamus ſedimenta eſſe coronæ cuiuſdam in modum facta, nonunquam etiam eſſe in medio perforata, & hoc ſecundùm magis, & minùs: aliquando etiam videmus ſedimentum lunæ in modum effigiatum, & varias figuras præſeferre, deinde in aliquibus vrinis adeſt multa ſedimentorum copia, in alijs verò eſt pauciſſi-
B ma, quæ quandoque craſſa, & quandoque tenuis eſſe poteſt.

Quod ſpectat ad colores, ſicut varij colores ſpectantur in vrina, vt diximus, ita etiam varij ſunt in contentis, ſi tamen contingat colorem contentorum eſſe diuerſum à colore vrinæ, & tunc vel colores ſunt albi, vel nigri, aut rubei, & non niſi vnus ex prædictis conſpicitur; nam contentum vel album, vel nigrum, aut rubeum cernitur. Et hæc ſunt contenta, quæ noſtris oculis apparent in ſubſtantia vrinæ. Sunt modò & alia contenta in eadem ſubſtantia vrinæ, quæ illi ita admiſcentur, vt ſenſu deprehendi nequeant, quemadmodum apparet in craſſis vrinis, & turbidis: de huiuſmodi contentis nullam habebimus mentionem, quia neque ad cognitionem neque ad prædictionem faciunt, niſi in illis vrinis, in quibus continentur.

Sunt etiam alia ſedimenta conſpicua, & apparentia, quæ & ſi rariùs obſeruantur, faciunt tamen ad inſtitutum noſtrum, hæc autem ſunt duplicia; alia ſiquidem ſunt præter naturam ſimpliciter, nempe vel ratione qualitatis, aut quantitatis, alia verò ſunt, & dicuntur à toto genere præternaturam. Priorum ſedimentorum, nempe quæ
C præter naturam dicuntur, ſunt quatuor differentiæ famigeratæ, videlicet ſedimentum orobeum, cùm in fundo matulæ apparent veluti grana orobi, ſeu erui vocati; aliud eſt furfuraceum, quia in fundo matulæ apparent furfura, nempe ſquammæ furfuris in modum: tertium dicitur ſquammoſum, quòd in eo apparent veluti ſquammæ quædam: poſtremum eſt illud, quod craſſæ farinæ hordei aſſimilatur, & farinaceum à quibuſdam dicitur. His quatuor ſedimentis finitima ſunt alia, vt eſt grumus ſanguinis, humor crudus, qui ad ſeminis, & pituitæ formam refertur, ſemen deinde annumeratur, quamuis videatur magis pertinere ad ea contenta, quæ vrinæ ſupernatant, de quibus paulò poſt. Succedit pus, quod non rarò conſpicitur, nonnunquam & apparet mucus, de quibus omnibus contentis loquuntur Hipp. & Gal. tum. 4. aphor. tum. 1. de criſ. tum. 2. progn. Et hæc ſunt ſedimenta præternaturam quidem, ſed quæ peccant ſolummodo in exceſſu, aut defectu.

Egimus hactenus de contentis præternaturam, veniendum modò eſt ad ea, quæ dicuntur à toto genere præternaturam: hæc autem ſunt, quæ & ſpecie, & ſubſtantia
D extra limites naturæ continentur, quæ rurſus ad duas differentias reuocari poſſunt, quandoquidem alia leuia, alia grauia ſunt. Priora ſunt ea, quæ nonnunquam ad ſupremam vrinæ regionem, aut ad medium ipſius retinentur, quemadmodum ſunt pili, aut ſubſtantiæ quædam corticis hordei figuram præſeferentes. Habetis à Gal. 3. de locis aff. ſe obſeruaſſe pilos in vrina: grauia verò contenta ſunt ſicut arenulæ, calculi, & corpora quædam carunculis ſimilia, quæ ſemper in fundo matulæ reſident. Denique ſunt ea, quæ in ſuperficie cernútur, & quæ corpori matulæ nonnunquam adhærent: priora ſunt tria nempe pinguedo, cui ſemen addi poteſt, quamuis etiam illud ſit graue, & deorſum cadere magis ſit aptum, quàm ipſa pinguedo, deinde ſunt bullæ, & ſpuma. Pinguedo verò triplicem poteſt habere differentiam, prima apparet non ſecus atque illa conſpicitur in iure pulli: ſecunda ſpecies eſt veluti aliquibus guttulis conſperſa olei in modum: tertia eſt continua inſtar telæ aranearum. Bullæ ſunt inter ſe ſeparatæ, atque hinc inde per ſuperficiem vrinæ ſparſæ, quarum occaſione nonnulli vrinas bullantes appellarunt.

Spuma

Digitized by Google

Spuma verò nihil aliud eſt, quàm bullulæ parnæ inuicem coniunctæ, & copulatæ, E quæ nonnunquam vniuerſam vrinæ ſuperficiem occupant, aliquando vnam ipſius partem, non rarò circumcirca coronæ in modum cingunt ſæpe attingentes internam matulæ ſuperficiem, & facientes circulum in ſuperficie vrinæ, ſimulque & ſemel ſæpe exprimentes lineam quandam circularem in ipſa matula, quam coronam, & alij Actuarij circulum appellarunt: & hæ coronæ obſernantur in ſuperficie vrinæ, & matulæ, quamuis diuerſimodè, quia non rarò contingit ſpumam in media ſuperficie vrinæ efformare coronam; ſæpius autem ad extremos ſui terminos, quibus hæc ipſa attingit matulam. Hinc eſt etiam, quòd circulus quandoque impreſſus in ipſa matula remanet. Hoc loci tamen debetis animaduertere ſpumam in vrinis poſſe bifariam conſiderari, primo modo quando ſpumoſa in meiendo efficitur, ſecnndo quatenus ſpuma remanet poſt mictionem: primo modo non conſideratur à Medico, ſed ſecundo, vt ſuo intelligetis loco. Et hæc de differentijs vrinarum.

Iam tempeſtiunm eſſet deuenire ad canſas, ſed antequam ad ipſas deueniam pulcherrimum, & diuulgatiſſimnm quæſitum vobis enodare decreui; nempe ex qua ma- F teria fiant contenta priora in vrinis, quæ communiter tam in ſanis corporibus, quàm in ægris reperiuntur, de quibus non eſt omnium Authorum eadem determinatio, neque omnes ſunt eiuſdem ſententiæ; quandoqnidem, & ſi conueniant in hoc, quòd ſedimenta ſanorum differant à ſedimentis ægrotantium, diſcrepant tamen in determinanda materia, ex qua ſedimenta ſanorum fiunt; nam alij exiſtimant eſſe humores crudos, alij pituitam, aut pituitoſos humores, alij portionem chyli, quæ coctionem ſubterfugerit, alij portionem eorum humorum, quæ in hepate, & venis eſt ſuperflua, à venis, & à iecore expulſa, ſimulque cum ſero in renes depoſita. Non deſunt etiam dicentes illud ſedimentum nihil aliud eſſe, quàm ſuperfluitatem tertiæ coctionis, illius nempe, quæ fit in membris ſolidis, nec non & venis. Ratio eſt, quia, vt ſupra diximus, cùm ſerum deponatur in venam cauam, vnaque eius portio euadat ſanguinis vehiculum, vbi hæc ipſa functa eſt ſuo munere, & ad partes nutriendas alimentum vexerit (alimentum autem nihil aliud eſt, quàm ſanguis à partibus tractus, qui elaboratur, & in partium nutrimentum conuertitur) id quod ſuperfluit, & conuerti non po- G tuit in ſubſtantiam partium nutriendarum, ſimul cum portione illa ſeri in venas remeat, & ab eodem calore tranſmutante ſanguinem in quatuor humiditates ita alteratur, vt exuat naturam, conuertaturque in ſubſtantiam aptam ad partium nutritionem; ſimulque & colorem album acquirat virtute partium ſolidarum, quæ albæ ſunt, neque alia ratione ab illis reſpuitur, niſi quia quantitate peccat; atque in venas retrocedit, ſeroque admiſcetur, nempe vrinæ, & tandem attrahitur à renibus.

Iſtæ ſunt Medicorum grauiſſimorum opiniones, quæ omnes ſanè multas habent difficultates, nec ſpernendas, ſed præ cæteris, poſtrema videtur habere longè maiora inconuenientia, ſi rectò conſiderabimus naturam tertiæ coctionis. Sed cùm hæc ſint alterius, & maioris inquiſitionis, maius otium, & aliud tempus requirunt, quæ omnia, vbi in rebus medicis fueritis magis, & ampliori tempore exercitati, ac peritiores, per vos ipſos libros Authorum legentes contemplari, & decernere poteritis. Sat mihi eſt vobis demonſtraſſe contentum in vrinis eſſe quid diuerſum à liquore, non autem eſſe de ipſius eſſentia, vt plerique ſcripſerunt, ſic quoque contentum eſſe quid extraneum, ſiue primæ, ſiue ſecundæ, ſiue tertiæ coctionis, & ad morborum digno- H tionem faciens: de hoc Gal. loquens 1. progn. comm. vltimo dicebat, id eſſe quicquid alimenti in ſanguinis generatione confectionem effugit naturæ, & ſubſidet in vrina, neque vt ſanguis ab ea commutatur, neque vt pus cauſæ præternaturam eſt particeps, quam ſententiam alibi etiam confirmauit præſertim 1. de criſ.

Concludentes igitur dicimus contenta in vrinis ſanorum eſſe ſuperfluitatem alimenti, quę cùm in ventriculo in exactum chylum mutari non potuit, neque etiam permutari in ſanguinem, cum aquoſitate permanens, tandem in renes ſimul cum ea delabitur. Sin autem velimus appellare hanc materiam crudum ſuccum, poterimus id tutò cum Gal. in prędictis locis aſſerere, quare contenta ſanorum nihil aliud ſunt, quàm alimenti portio, quę vinci à calore non potuit. Sed hypoſtaſis vocata, in ęgrotis, & potiſſimùm in febrientibus mixta eſt ex alimentorum ſuperfluitate, & humoris

putre-

Digitized by Google

A putreſcentis portione: hinc eſt etiam aliquando, quòd ſola portio alimenti, non-
nunquam verò è contra ſola pars humoris putreſcentis in hypoſtaſi apparet: vnde
Gal. 1. de diff. feb. cap. 6. dicebat ſedimentum, quod in vrinis febricitantium con-
ſpicitur, nihil aliud eſſe, vt plurimùm, quàm fæcem humoris putreſcentis, pu-
ri proportione reſpondentem. Per hanc particulam, *vt plurimum*, notat Mer-
curialis intelligi à nobis, in vrinis febricitantium poſſe generari, & apparere con-
tenta, eo pacto quo in ſanis, quia vt plurimùm eſt portio humoris peccantis, ergo
etiam aliquando ex alimentis.

Sed ex dictis duæ inſurgunt dubitationes. Prima eſt, ſi hypoſtaſis ſanorum eſt pars
alimenti, quæ coctionem ſugerit, cur dixit Hipp. eam eſſe ſignum perfectæ coctionis,
quando eſt alba, leuis, æqualis, & minimè fœtida; non enim video quomodo illud,
quod fugerit coctionem, ſupra quod calor naturalis non potuit habere dominium,
poſſit dici, & eſſe ſignum coctionis. Altera eſt, ſi hypoſtaſis febricitantium eſt portio
alimenti, & humoris putreſcentis, vt ſuppoſitum eſt, eiuſdemque naturæ cum hypo-
B ſtaſi ſanorum, quomodo cognoſci à Medico, atque diſtingui poſſit, quando ſit ab ali-
mento, & quando ab humore putreſcente?

Pro ſolutione prioris quæſiti dicatis, quòd aliud eſt loqui de hypoſtaſi ſanorum, &
aliud eſt loqui de hypoſtaſi ęgrotantium. Hippocrates non loquitur de ſanorum hyp-
poſtaſi, ſed de morboſa, quæ vbi habeat prædictas cõditiones, tunc ſignum eſt probæ
coctionis, non quidem illius dictæ in inuatiuo, quæ nihil aliud eſt, quàm tranſmuta-
tio alimentorum in partes nutriendas, ſed loquitur de coctione appellata in nocitiuo,
quæ nihil aliud eſt (magiſtro Gal.) quàm victoria ſupra cauſam morbificam; hoc eſt,
quòd calor ſuperauerit morbum, quemadmodum vbi adſunt oppoſitæ conditiones,
ſignum eſt naturam victam eſſe à cauſis morbificis. Ad ſecundam difficultatem dici-
mus opus eſſe iudicio Medici, qui exactè agnoſcat victus rationem, qua vtuntur ęgro-
tantes, quæ vel nimis plena eſt, vel ita exacta, vt nullum in ea ſequatur peccatum. Si
ægrotus peccet, ita vt nimio vtatur alimento, & alimentum ſit tale, quod concoqui à
calore non poſſit, tunc conijcere poterit Medicus hypoſtaſim in vrinis eſſe alimenti
C reliquias: at ſi nullum ſequitur peccatum in viuendi ratione, tunc artifex facilè poterit
deprehendere hypoſtaſim nihil aliud eſſe, quàm portionem humoris putreſcentis.
Et hæc de differentijs.

De cauſis vrinæ. Cap. III.

ABſolutis vrinarum differentijs, cauſæ examinandæ occurrunt, in qui-
bus quidem perpendendis, eundem ordinem ſeruabimus, quem in
inueniendis ipſarum differentijs antea tenuimus; primo enim cauſas
omnes generationis in vniuerſum examini ſubijciemus, deinde quę
ſit cauſa vniuſcuiuſque differentiæ allatæ in medium afferre enite-
mur. Et vt à primo exordiamur, omnibus veſtrum manifeſtum ſit
vniuſcuiuſque rei, quæ in hoc ſublunari mundo reperitur, dari quatuor cauſarum ge-
nera, nempe Materiale, Efficiens, Formale, atque Finale. Materia autem vrinæ eſt
D potulenta materia, ſimulque, & omnis illa humiditas, quæ in eſculentis reperitur, nec
non portio ſeri vniuſcuiuſque humoris, vt ſatis ſupra à nobis fuit declaratũ. Si placeat
etiã addere, quicquid in corpore reperitur, quod in humorem poſſit degenerare, ſiue
per colliquationem, aut reſolutionẽ, vt nõnulli arbitrati ſunt in hoc, parum immoran-
dũ eſt. Cauſa verò efficiens eſt duplex, vna principalis, altera inſtrumẽtalis: principa-
lis eſt calor naturalis, inſtrumẽtalis verò eſt multiplex, vt vẽtriculus, iecur cum ſuis ve-
nis, renes, vreteres, atque veſica. Forma deinde vrinæ, ſeu formalis cauſa eſt liquor
cum ſuo temperamento, ſuoque calore affectus.

Cauſa tandem finalis nulla eſſe videtur, cùm ſit excrementum ex neceſſitate mate-
riæ enatum: tamen cùm dictum ſit vniuſcuiuſque rei dari quatuor genera cauſarum,
vrina & ipſa poteſt habere cauſam finalem. At verò rerum duplex eſt finis, nempe fi-
nis cuius, & finis cui, ſi conſideremus finem cuius in ipſa vrina, nullum certè aſſigna-
re poterimus, niſi velimus dicere eam à natura factam eſſe gratià vehiculi alimenti, vt

in primo capite vobis oſtendi; at ſi conſideremus finem cui; videbimus eam ipſam fa- E
ctam eſſe ad hoc, vt Medici ea vtantur tanquam ſigno quodam ad morborum digno-
tionem, & prædictionem; nam ex ipſius ſpeculatione internarum affectionum cogni-
tionem habere poſſunt, earum potiſſimùm partium, in quibus hęc ipſa vrina tranſmu-
tationem recipit, atque permeat. Cùm igitur materia vrinæ, nec quantitate, nec qua-
litate vlla peccat, ſed proportionata eſt alimentis aſſumptis, & calor naturalis ventri-
culi, iecoris, venarumq́, aliorumq́ue inſtrumentorum robuſtus eſt, & ſecundùm natu-
ram; tunc neceſſariò vrina formam ſuam naturalem, & optimum temperamentum
conſequitur, & colorem ſibi proportionatum.

Sed dicetis fortaſſè, quibus notis poterimus cognoſcere conditiones naturalis vri-
næ? Reſpondeo, & dico, quòd Gal. 1. de criſ. cap. 12. eas pulchrè deſcribit dicens
oportere vrinam, quo ad ſubſtantiam, eſſe mediam inter tenuem, & craſſam: quo ad
colorem, colore flauo, aut ſubflauo debere eſſe præditam: quo ad quantita-
tem, eſſe neceſſarium, vt ipſa proportione reſpondeat potui aſſumpto, quo ad
contenta, non in omnibus vrinis ſanorum contenta apparere, vbi tamen adſunt, F
debere eſſe alba, leuia, & æqualia. Per æquſle ſedimentum debetis intelligere id, quod
Aetius lib. 15. cap. 28. nempe continuum, & indiuiſibile, & per leue, cuius tota ſub-
ſtantia vndequaque ſibi ſimilis ſit, & quòd vnoquoque die eodem modo reſpicia-
tur, ita vt non vno modo vna die, altera verò alio modo reperiatur. Hic tamen
animaduertendum eſt, quòd vrinæ ſolent mutari, tum quoad colorem, tum quo
ad ſubſtantiam non modo à rebus naturalibus, verum etiam à ſex rebus non naturali-
bus; proinde non omni tempore vrinæ ſanorum conſiderandæ ſunt à Medico, ſed
illæ tantùm, quæ poſt perfectam coctionem emiſſæ fuerunt; tunc enim vrina ſuis
proprijs qualitatibus, nempe colore, & alijs accidentibus induta eſt, vnde ille
ſecuncus Hipp. Cornelius Celſus lib. 1. cap. 2. dicebat eam vrinam ſanam eſſe, quæ
mane alba emittitur, deinde ruſa cuadit, quia illa naturam coquere, hæc verò con-
coxiſſe ſignificat.

In conſiderandis, itaque ac rectè perpendendis conditionibus vrinæ ſanorum dum
ad laboramus, ex ijs quaſi deducimur in perfectã cognitionẽ viriatæ vrinę in ægrotis G
in qua videre eſt quendam receſſum ab eo, quod eſt ſecundùm naturã, quandoquidem
vrinæ illæ, quæ ſunt ſimiles vrinis ſanorum, oſtendunt in ægrotis non fuiſſe magnum à
natura receſſum: è cõtra verò vbi vrinas obſeruamus in cõditionibus recedere à ſanis,
agnoſcimus planè maiorem fuiſſe lapſum à naturali ſtatu, ſiue ab vna ex prędictis, vel à
duabus, vel omnibus ſimul cauſis hũc receſſum à naturali ſtatu fuiſſe cõijciamus; nã vel
materiã, aut efficiens principale, aut aliquid ex inſtrumẽtis neceſſariò à ſuo ſtatu natu-
rali receſiſſe concludimus. Propterea reuocate ad memoriam differentias vrinarũ eſſe
deſumptas ab eſſentialibus, à cõſequentibus, & accidentibus neceſſariò, & cõtingenter
accidentibus. A primo capite deſumebamus differentias ſecundùm ſubſtantiam vrinę:
nam alia erat tenuis, alia craſſa, alia clara, alia turbida: tenuitatis ergo vrinæ cauſæ
poſſunt eſſe omnes cauſæ efficiantes iam dictæ tam coniunctim, quàm ſeparatim.

Primò igitur calor naturalis ſiue iecoris, ſiue ventriculi, qui languidus, debilis, ac
impotens eſt ad coquendum, eſt tenuitatis vrinæ cauſa. Nam ſi vera eſt Ariſt. ſenten-
tia 4. meteor. quod ea, quæ concoquuntur, procedunt incraſſando, vbi vrina tenuis H
fuerit, ſignum eſt vrinam minimè coctam eſſe.

Adductæ præterea fuerunt aliæ duæ cauſæ generationis vrinæ, vna erat materia; al-
tera cauſa efficiens principalis, & inſtrumentalis: deinde diximus pro varietate, & affe-
ctione harũ cauſarũ, ſeorſim, vel ſimul ſumptarũ vrinã variari à ſuo ſtatu naturali, quẽ-
admodũ in exemplo adduximus vrinas deſumptas ab eſſentia ipſiuſmet, in qua qua-
tuor aſſignabantur differentiæ, vna erat tenuis, altera craſſa, tertia clara, poſtrema
turbida. Et afferentes cauſam tenuitatis diximus in primis calorem languidum eſſe
per languiditatem caloris, vos intelligere debetis intemperiem frigidam inſtrumento-
rum, in quibus generatur vrina. Alia cauſa tenuitatis deſumitur ab inſtrumento, per
quod percolari conſueuit, quod nihil aliud eſt, quàm vaſa illa, per quæ deducitur,
quæ vel anguſta ſunt, vel obſtructa, ita vt ipſa vrina permeare non poſſit, quare cogi-
tur deponere craſſiores partes; quod docuit Gal. 6. de locis aff. 3. vbi loquitur de

Dd nephri-

Digitized by Google

A nephriticis,qui vrinas tenues vt plurimùm mingunt. Fit etiam tenuis ratione nimij potus; nam potus ob nimiam ſui quantitatem non remanet tandiu in iecore, aut in ventriculo,quouſque alterari poſſit, & hoc luce clariùs conſpicimus in his, qui aquas thermales bibunt,quæ ſuaptè natura retineri nequeunt,proinde celeres exeunt,& per conſequens tenues minguntur. Quapropter tenuitatis vrinæ cauſa eſſe poteſt materiæ quantitas,quæ euinci non poſſit; languida facultas iecoris,venarum, & ventriculi; nec non & anguſtia vaſorum.

Sed ex dictis oriri poteſt quædam dubitatio; nam cùm vrinæ tenuitatis tot aſſignentur contrariorum contrarij ſint effectus, & cauſæ, igitur ſi languiditas caloris eſt cauſa tenuitatis in vrina, ſequitur, quòd vigor eiuſdem ſit cauſa craſſitiei, & per conſequens craſſa vrina erit concocta, quod tamen falſum eſt. Deinde adducebatur anguſtia vaſorum, ergo amplitudo eorundem vaſorum, & latitudo erit cauſa craſſitiei, in eademmet vrina. Tandem erat nimius potus cauſa tenuitatis, ergo paucitas potus erit cauſa craſſitiei. Reſpondeatis, quòd aliud ſit loqui de vrinis ſanorum, aliud
B de vrinis ægrotantium:ſi ſermo ſit de vrinis ſanorum inter ſe comparatis, verum ſemper eſt,quòd vrina craſſa eſt magis concocta; tenuis verò non benè cocta, iuxta illud Cornelij Celſi à nobis allatum: qui dicebat vrinam albam, hoc eſt tenuē, eſſe ſignum cruditatis, ſeu coctionis in fieri, rufam verò & craſſiorē eſſe ſignum perfectæ coctionis. Deinde craſſities in vrina alia eſt moderata, quæ non ſit ex mixtione,alia eſt craſſa, quæ fit ex mixtione humorum, quare vrina craſſa, & moderata in ſanis eſt ſignum perfectæ coctionis, & fit à calore valido: at vrina craſſa in ægrotantibus fit ſemper ex mixtione variorum humorum,& proinde non poteſt dici concocta, ſed potiùs cruda: vnde Ariſt. dicebat, quòd ea, quæ concoquuntur, incraſſantur: & id intelligendum eſt in actionibus naturalibus, non in præternaturalibus.

Quod ſpectat ad vaſa, per quæ percolatur vrina, dico, quòd anguſtia,& adſtrictio, quemadmodum amplitudo, & latitudo ſunt cauſæ per accidens, & concomitanter; nam vbi anguſta ſunt, non permittunt totam vrinam cum ſuis contentis deſcendere, & proinde ipſa redditur tenuis: amplitudo verò vaſorum, & eorundem latitudo facit
C contrarium effectum, quia permittit, quicquid cum vrina eſt, deorſum deſcendere. Quod attinet ad quantitatem potus, vera eſt allata, propoſitio, ſi cætera omnia ſint paria; nam potus copioſior non poteſt longam in viſceribus trahere moram, paucus verò poteſt, & ibi ſuam accipere coctionem. Vrina tamen, & ſi retineatur, plerumque non poteſt concoqui: vnde videtis in hoc caſu ægrotantium vrinam tenuem,crudam eſſe ſemper, etiam in ſanis, at craſſam non ſemper eſſe crudam, ſed ſolùm eam, quæ fit per admixtionem humorum. Et hæc de cauſis tenuitatis, & craſſitiei.

Propero ad aliam differentiam deſumptam ab eademmet vrinæ eſſentia, hæc autē eſt claritas,ſeu perſpicuitas, & turbulentia, primò itaque dicamus de cauſis perſpicuitatis dicturi poſtea de cauſis turbiditatis. Clara, & perſpicua vrina vel poſt mictum in ſua perſpicuitate permanet, vel turbatur: prima claritatis differentia fit ob virtutem alteratricem hepatis imbecillem; nam materia potulenta, quæ per venas meſeraicas ad iecur tranſuecta eſt, remanet cum illa ſua perſpicuitate,& alia re non inficitur. Secunda verò differentia, quòd ſcilicet clara mingitur, & poſtea tur-
D batur, fit tribus de cauſis, prima eſt cruditas replens multis craſſis vaporibus ipſam vrinam,qui demum in aquam denſati,& conuerſi turbant illius perſpicuitatem,& claritatem. Secunda ratio eſt calor igneus (vt in febribus ſæpe obſeruatur) qui ſubſtantiam vrinæ politam, & leuem inſtar ſpeculi reddit, in qua poſtmodum lumen recipitur, atque reflectitur, abeunte verò calore leuor ille, atque polities omninò aboletur, ac inde perſpicuitas deperditur. Tertia cauſa eſt rectitudo, & raritas pororum vrinæ; cæterùm luciditas poteſt eſſe tam in craſſa vrina, quàm in tenui, quamuis aliqui exiſtimant ſolùm reperiri in tenui materia, quod falſum eſt; nam videmus etiam in glacie, quæ eſt corpus ſolidum, & craſſarum partium, remanere perſpicuitatem, ſeu diaphaneitatem: & iſtæ ſunt claritatis, & perſpicuitatis cauſæ in vrina.

Accedamus ad cauſas vrinarum turbidarum, de quibus pulchrè agit Gal. 4. de ſan. tu.4.& 1. de criſ. 12.quæ ſunt in triplici differentia,vt ſupra diximus;vna enim turbida

emittitur, quæ deinde clara fit: ſecunda mingitur clara, at deinde turbatur: tertia E
turbida mingitur, & ſemper turbida manet. Addit Gal. priorem eſſe meliorem, ſe-
cundam deteriorem, tertiam verò in medio. Sed animaduertere debetis, vrinas craſſas
longè differre ab vrinis turbidis; primò quia vrinæ craſſæ opponūtur vrinis tenuibus,
& ſunt illis contrariæ; ſecundo, quia craſſæ vrinæ poſſunt eſſe perſpicuæ, turbidæ ve-
rò nunquā; nam craſſæ lumen reflectētes non prorſus luciditate priuantur, & propte-
rea noſtri viſus acies vniuerſum earum corpus penetrat; turbidæ verò lumen ſua aſpe-
ritate in profundum recipiunt, nec reflectunt, vnde fit, vt obſcuræ ſemper reddantur,
atque viſus acies ſuperficiem tantummodo videat, non autem internas partes conſpi-
ciat. Hæ turbidæ vrinæ ſubiugales; & fermentatæ dicuntur; ſubiugales quidem, eò
quòd imitantur naturam vrinarum, quæ à brutis animalibus redduntur: fermentatæ
verò appellantur à Gal. 2. pror. tex. 40. ratione flatus permixtionis cum aquoſitate,
ſimilitudine quadam deſumpta ab aceto, quod in terram cadens eam fermentat ele-
uando vapores, quibus aliquæ portiones terræ admiſcentur.

Fiunt igitur vrinæ turbatæ magiſtro Gal. 4. aph. 70. quòd multi, & craſſi vapores in- F
uenis agitantur, & ſimul cum flatibus mixti, & in ſuccos craſſos mutati vrinæ admi-
ſcentur per agitationem, & eam conturbant. Colligere etiam licet ex eodem Gal. lib.
1. de criſ. cap. 12. cur aliquando vrina mingitur turbida, & poſtea clareſcit, & aliquan-
do è contra clara mingitur, & turbida fit, & interdum turbida mingitur, & turbida
ſemper manet; id enim cōtingit ratione agitationis factæ à calore naturali. Nam cùm
pugna perpetuò committatur inter cauſam morbificam, & ipſum calorem, vel ea ta-
lis eſt, vt vnus ſuperet, alter ſuperetur, vel vt ex æquo ſe habeant ſine alterius partis
victoria. Si calor naturalis non ſit ſuperior ſupra cauſam morbificam, tunc vrinæ
exeunt claræ, deinde turbantur, atqui ſi calor naturalis dominium habeat ſupra cau-
ſam morbificam, tunc vrina turbida redditur, & paulo poſt clareſcit, & ſubſidet: ſi
tandem materia reſiſtat agitationi ipſius caloris, itaut neutrum alteri cedat, tunc vri-
næ turbidæ redduntur, & ſemper turbidæ manent.

Sed quoniam obſeruamus in praxi, vrinas quandoque mingi quidem claras, & non
ſtatim turbari, ſed paulò poſt, quarum aliquæ ad ignem poſitæ clareſcunt, aliæ verò G
minimè: propterea iure inquirendum proponitur, an id contingat ratione cauſæ in-
ternæ, an verò ab aliqua cauſa exteriori. Pro cuius quidem rei reſolutione opus eſt
conſiderare tempora morborum, à quibus prodeunt vrinæ; an videlicet morbus ſit in
initio, an in augmento, an in ſtatu, vel in declinatione, ſi enim in principio morbi
vrinæ turbidæ fiant, ſemper prouenit à cauſa interna, quocunque modo turbentur,
vt dictum eſt. Reliquis temporibus fieri poteſt, vt cauſa ſit externa, nempe aër, vel
etiam poteſt eſſe interna; quandoquidem cùm caloris proprium ſit partes homoge-
neas congregare, diſgregare verò hætherogeneas, huiuſmodi calor vel validus rema-
net in vrina poſt minctionem, vel ita languidus, vt aëri ambienti reſiſtere nequeat. Si
primo modo tunc vrinæ turbantur à cauſa interna, quia ſimul cum vrina flatus, & hu-
mores aliqui exeunt turbantes vrinam, quod plerumque contingit in fine morborum,
in quibus vrinæ criticè exeunt morbum ſoluentes: aliquando quidem affatim, & re-
pentè, vt contingit in vera criſi, nonnunquam ſenſim, & paulatim, vt fieri ſolet in non
vera criſi: at ſi turbentur vrinæ ob aëris ambientis frigiditatem, id euenit, quia calor
vrinæ languidus eſt, & nequit reſiſtere qualitatibus aëris, & in hoc caſu potiùs cor- H
rumpi, quam turbari dicenda eſſet vrina.

Si vultis autem cognoſcere quando ab aëre vrina corrumpitur, & quando à cauſa
interna, ſignum accipere poteſtis primùm ab aëris temperie; nam ſi corruptio fiat
ratione cauſæ internæ, id vrinæ euenit, tam in aëre calido, quàm in frigido, vbi verò
corrumpatur, & turbetur à cauſa externa, nempe ab aëre, id illi contingit in tempo-
ribus, aut locis frigidis, vt in autumno, vel hyeme, vel in aliquibus frigidis regionibus.
Aliud ſignum accipere poteſtis ab euentu; nam ſi vrina fit turbida ratione aëris, vbi
non multùm temporis corrupta manet, ſi eam igni expoſueritis ſtatim videbitis eam
reclareſcere, at ſi fiat à cauſa interna corruotio in vrina, & ſi millies igni exponatur
nunquam eam reclareſcere videbitis. Et aæc de cauſis vrinæ ab illius eſſentia de-
ſumptis.

Aggre-

Digitized by Google

A Aggredior cauſas deſumptas à neceſſariò conſequentibus, inter quas colores pri-
mum locum obtinent, quare de cauſis colorum agendum. Colorum cauſæ, & ſi plu-
res eſſe videantur, ad duo tamen capita reduci poſſunt; vnum eſt caloris naturalis lan-
guor, aut potentia; alterum eſt humorum in corpore exiſtentium cum vrina cōmixtio.
Materia vrinæ cùm ſit potulenta, videtur ſuapte natura deſtituta ab omni colore, &
veluti materia apta ad colores omnes ſuſcipiendos: nam omne recipiens debet eſſe
denudatum à natura recepti: cùm autem ab humoribus vrina recipiat colores, vt di-
ctum eſt, & humores varij ſint, non poteſt ſemper vnum in ſe continere colorem.
Sunt autem humores numero quatuor, videlicet ſanguis, pituita, bilis, & melancho-
lia: à ſanguine recipit vrina colorem rubeum, quia nihil aliud eſt in corpore noſtro,
quod ruborem producere poſſit, quàm ipſemet ſanguis; à pituita verò albedinem
aſſumit, quamuis etiam poſſit à lacte accipere aliquem candorem. Atqui à bile mul-
tos poteſt accipere colores, prout eſt bilis multiplex; nam vna eſt pallida, inde vrina
pallorem aſſumit, altera eſt flaua, & vrina flauitiem recipit; alia ruſa, & vrina eodem
B colore ruſo inficitur: & quod dico de aliquibus differentijs bilis, id intelligere debetis
de omnibus ipſius ſpeciebus, quæ ſeptem à ſcriptoribus aſſignantur. Tandem vrina
nigra redditur per admixtionem humoris melancholici, quamuis etiam ab alia cauſa
ſine admixtione melancholiæ nigra reddi poſſit, vt intelligetis.

Inter colores primò occurrit albus, cuius in differentijs vrinarum primò memini-
mus, nūc ipſius albedinis cauſa indagāda proponitur, circa quam omnes ferè ſcripto-
res conueniunt dicentes albedinis cauſam in vrinis non poſſe eſſe aliam, quàm caloris
languiditatem, & Mercurialis aſſerit calorem adeo languidum in hoc caſu eſſe, vt non
poſſit vllo modo alterare, atque permiſcere proprium humorem aqueæ ſubſtantiæ,
ac proinde colorē album relinqui. Sed huiuſmodi aſſertio mihi videtur pati non ſper-
nendam difficultatē, quia in praxi ſæpe obſeruamus vrinas in ſanis eſſe prorſus albas
aquæ in modum, & tamen calor illorum non eſt languidus, cùm reliquæ corporis fun-
ctiones omnes naturales bene ſeſe habeant: quare minimè dicendum eſt huiuſmodi
albedinem in vrinis prouenire à languiditate caloris. Deinde ſi potus in ventriculo nul-
C lam aſſumeret alterationem, ſeruaretque ſuum colorem, ſequeretur, quòd qui vinum
flauum, aut rubeum bibunt, etiam ipſum in alteratum mingerent; nam lotium appare-
ret eiuſdem coloris, vel flaui, vel rubei, nullus tamen vnquam repertus eſt, qui vinum
minxerit, ſequitur igitur, quòd calor non poteſt dari adeo imbecillis, vt in ventriculo
nequeat alterare aliquo pacto materiam potulentam. Non igitur videtur dicendum
propoſitionem hanc ſemper veram eſſe, nempe quod vrina alba fiat à diminuto calo-
re. Addo, quòd illi, qui bibunt aquas thermales, eaſdem prorſus mingunt nulla ratio-
ne alteratas, & tamen calor ipſorum non eſt imbecillis, imò validus, ergo cauſa albe-
dinis in vrina non debet ſemper referri in languiditatem caloris innati.

Quare vrina alba, & aquea poteſt duobus modis conſiderari, vel quatenus fit à fa-
cultate, ſeu à calore languido, vel ab errore quodam externo: ſi facultas adeò ſit langui-
da, vt non poſſit alterare potum ad recipiendum ſuas qualitates, aut ſaltem, vt diſpo-
natur ad eas recipiendas, vel ratione imbecillitatis non poſſit generari bilis, quæ poſ-
ſit vrinæ admiſceri, tunc poterit re vera dici, quòd calor ſit imbecillis, ac inde ſucce-
D dat vrina aquoſa, & alba, quod tamen raro contingit, & quaſi quando ægrotantes ſunt
in extremo, Si fiat ab errore quodam externo, id contingit præſertim à nimio potu;
nam ita tūc temporis oneratur natura, vt non poſſit ſuo calore naturali eam ipſam ſu-
perare, & per conſequens alterare. Verùm, cùm dictum ſit colores vrinarum fieri ex
mixtione humorum, opus eſt aliam albedinis vrinæ cauſam reddere; ſed cum hac di-
ſtinctione, ſiquidem vrinæ albæ ſunt in duplici differentia, aliæ ſunt tenues, aliæ craſ-
ſæ: albæ vrinæ tenuis cauſa eſſe poteſt, vel calor languidus, vel error externus iam di-
ctus: ſi conſideretur vrina alba craſſa, dico, quòd ipſa redditur alba per admixtionem
materiæ pituitoſæ, quæ pro ſui varia condenſatione fit quoque varia in albedi-
ne nam ſi craſſa eſt pituita, & denſata, fit vrina illa, quæ cryſtallina fuit à nobis
appellata, ſi verò minùs ſit condenſata, fit ea, quæ alba niuis in modum eſt;
vnde vrina nivea à nobis fuit dicta. Si tandem minùs cogatur pituita, & magis di-
luta ſit, efficitur vrina alba lactea, quamuis etiam ex ſemine, ex lacte, & ex pure mu-
tetur

Digitized by Google

tetur color in vrinis. Vnde Capiuacceus notat vrinas quaſdam ſubiugales eſſe albas, & eas minùs periculoſas,quia fiunt ex admixtione vnius ex dictis. Quare concludatis triplici de cauſa vrinas albas fieri; prima eſt languiditas caloris, ſecunda eſt error externus, tertia eſt admixtio pituitoſi humoris. Et hæc de cauſis vrinarum albarum.

Veniamus ad vrinas nigras, quæ & ipſæ ſuas cauſas habent,& internas,& externas: cauſa interna eſt calor adeo excedens, vt adurat, quocirca aduſtio eſt cauſa nigredinis; altera cauſa interna eſt humoris melancholici admixtio,eſt & bilis illa, quam æruginoſam dicunt, nec non & porraceam, atque iſatidem, quæ ita mutant vrinas, vt potiùs ad nigredinem, quàm ad proprios colores eas reducant. Adhæc nigredinem fieri poſſe à ſumma frigiditate, voluiſſe videtur Gal. 1. de criſ. 12. 2. progn. tex. 29. plerique Authores non ſpernendi, hanc Gal. opinionem defendunt, alij è contra eandem euertere ſunt conati:quibus autem horum adhærere debeatis,non eſt,cur in præſenti multùm laboremus, quia Gal. authoritas magnifacienda eſt, aliorum rationes non ſunt negligendæ, vnuſquiſque tamen veſtrum poterit per otium videre, quid Argenterius, & doctiſſimus Mercurialis circa propoſitam controuerſiam poſtremo docuerint.

Accedamus ergo ad medios colores,inter quos primò occurrebant illi,qui ab albis coloribus recedunt, vt eſt ſubalbus, vnde ſubalba vrina dicebatur, quæ & ipſa eſt in duplici differentia; nam alia eſt tenuis, alia craſſa. Tenuis vrina ſubalba ea eſt, cuius meminit Gal. 1.de criſ. 12.cui modicum bilis, craſſa verò eſt, cui non modò bilis,ſed pituita admiſcetur, vt eſt ſubalba lactea,quæ in pueris ſæpe cernitur: alia ſubalba cryſtallina eſt,aliç,de quibus ſatis dictũ,ſunt quæ nomẽ ſortiſitur pro vario bilis,vel pituitæ dominio; nam vna dicitur ſubflaua, altera ſubfulua, ſeu ſubrufa, pro vt pituita magis, & minùs ſuperat ipſam bilem. Alij verò colores, qui & citrini, & fului dicuntur, prodeunt ab ipſa bile, ſiue ſit vitellina diluta, ſiue flaua, ſiue pallida, quare omnes iſti colores in vrinis fiunt à maiori, & minori copia bilis, maioriq́ue, & minori actione caloris.

Rubeus deinde color fit ratione admixtionis ſanguinis, ſecundùm maiorem,& minorem ipſius cópiam; nam ſanguis miſcetur vrinæ, quia à nimio calore, & à multitu- G dine ſanguinis ora venarum aperiuntur, vel quia vaſa diſtracta ſunt,vel quia ex nimio labore calor adauctus, calefaciens, atque tumefaciens ſanguinem venas aperit, & fluens ſanguis admiſcetur vrinæ. In morbis autẽ frigidis ſolet admiſceri ſanguis vrinę, & id ratione facultatis iecoris diſcretoriæ,quæ non rectè ſecernit, & ſeparat ſanguinem: quamuis etiam contingere poſſit ratione virtutis retentricis renum læſæ, quæ permittit deorſum ſanguinem deſcendere. Eſt tamen animaduertendum vrinæ colorea fieri poſſe à rebus quibuſdam exterioribus, vnde obſeruamus à rheubarbaro, & à ſena aſſumpta vrinam flauam reddi, & Mercurialis animaduertit obſeruaſſe ex clyſtere facto ex ſapa, nempe ex vino cocto vrinam fuiſſe redditam nigram. Et hæc de cauſis colorum in ipſis vrinis.

Abſolutis cauſis vrinarum, earum rerum, quas neceſſariò conſequi diximus, iam opus eſt deuenire ad neceſſariò accidentia,inter quæ ſola quantitas vrinæ à nobis fuit conſiderata: quare nunc de cauſis quantitatis immoderatæ, & inopiæ eiuſdem à nobis eſt agendum. Cauſæ immoderatæ vrinæ, & eiuſdem inopiæ ſunt in duplici differentia; aliæ ſunt internæ,aliæ externæ. Vrinæ penuriæ cauſa externa eſt in primis po- H tus penuria, victuſq́ue facultatem exiccandi habens,auſtera alimentorum qualitas, vel craſſities,aut etiam eorundẽ viſciditas, labor immoderatus, copioſus ſudor. Internæ verò cauſæ ſunt, quando vrina aliunde auertitur, aut quando ad inteſtina labitur, neque per venas meſeraicas ad iecur deducitur: vnde habetis vltimum quartæ particulæ aphoriſmum, vbi ſcriptum eſt, multam mictionem noctu factam, paruam deiectionem ſignificare;quia tunc temporis materia ſeroſa tota fertur per venas meſeraicas in iecur, inde in renes: vnde inteſtina, hac humiditate priuata, non poſſunt tam facilè eijcere fæces, & è contra quando tota vrina ad inteſtina prolabitur, tunc fit vel nulla, vel pauciſſima vrina.

Eſt in hac ſerie, & virtus tam excretiua, quàm expulſiua renum, quæ languida eſt, vel debilis, vel impedita, aut quando adeſt in renibus obſtructio, aut in vreteribus à

craſſis,

A craſſis, viſcidiſque humoribus facta, vel quando colligitur, vel pus, aut grumus ſangui-
nis, aut calculus, vel arenulæ, vel quid ſimile contentum, tam in vaſibus vrinæ, quàm
in renibus. Aliquando etiam contingit vrinam pauciſſimam reddi ob craſſorum, &
lentorum humorum copiam in venis collectam; eſt tandem & febris ardentiſſima, &
vehementiſſima, nimium quàm par ſit vniuerſum corpus exiccans. Si placeat etiam
addere aliam cauſam, ea eſt, quando potus in alimentum conuertitur, vt obſeruamus
quandoque in famelicis à penuria alimentorum, & etiam in conualeſcentibus, in qui-
bus videmus potum conuerti in alimentum, & iſtæ ſunt cauſæ tam internæ, quàm ex-
ternæ penuriæ vrinæ.

Cauſæ verò quantitatis immodaratæ eiuſdem vrinæ ſunt prædictis contrariæ; nam
externæ ſunt in primis immoderatus potus, vel vini tenuioris, aut aquæ; immoderatus
quoque vſus diureticorum medicamentorum, otium non aſſuetum cum denſitate cu-
tis à frigore externo; tandem alui conſtipatio. Cauſæ internæ ſunt intemperies re-
num calida, vt contingit in diabetica paſſione. Hipp. in lib. de morbis ſcriptum reli-
B quit vrinam copioſam reddi, quando caput nimium calefactum fuerit. Interna quoque
cauſa eſt materia pituitoſa, (cuius caput eſt fons) colliquata, & ad vias vrinæ propul-
ſa; eſt etiam vrinæ collectio in aliqua parte, quæ cauſa eſt, vt multa reddatur, ſicut
quandoque contingit in mulieribus, quibus in abdomine colligitur vrina. Habetis
exemplum apud Fernelium in illa muliere, quæ multam copiam vrinæ mingens fuit
ab hydrope liberata; id etiam euenit, quando materia contenta in thorace per criſim
expurgatur, nonnunquam inſuper contingit fieri huius aquæ collectionem in pulmo-
nibus, quæ deinde ad renes propellitur, & huiuſmodi dicitur pulmonum hydrops, &
iſtæ ſunt cauſæ tam internæ, quàm externæ nimiæ quantitatis vrinæ.

Occurrit modò poſtremum illud caput, quod dicebatur contingenter eueniens ipſis
vrinis: illud autem verſatur circa contenta vrinæ, quorum quædam diximus eſſe na-
turalia, eò quòd vt plurimùm in vrinis tam ſanorum, quàm ægrotantium reperiuntur,
alia verò præter naturam, quæ adhuc ſunt diuiſa à nobis in præternaturam ſimpliciter,
& quòd peccent tantummodo in defectu, aut in exceſſu; & in à toto genere præterna-
C turam, eò quòd in illis producendis natura nihil prorſus operatur. Priora contenta
erant tria, ſi rectè memoria tenetis, vnum erat ſemper in ſuperiori parte vrinæ, & ſub-
limamẽtum dicebatur, aliud erat in media regione vrinæ, & vocabatur nebula, poſtre-
mum erat hypoſtaſis, quæ in imo matulæ ſemper remanebat. Horum omnium inue-
niendæ ſunt cauſæ, quorum aliæ dicuntur generationis contentorum ſecundùm natu-
ram, aliæ eorum mutationis diuerſorum locorum, quæ omnes reducuntur ad duo ca-
pita ad calorem tanquam ad cauſam efficientẽ, & ad materiam vario modo affectam.

Primo calor naturalis dicitur cauſa efficiens horum trium contentorum in vrina, eò
quòd validè expellit, quicquid ſuperfluum eſt: materia verò vel eſt in ſanis, vel in ægro-
tis; ſi in ſanis, nihil aliud eſt, quàm portio alimenti, quæ coctionem effugerit, vt dictum
eſt. In ægrotis verò eſt ſuperfluitas alimenti, nec non & humoris putreſcentis pars;
cauſa verò cur huiuſmodi contenta contineantur in varijs locis eſt idemmet calor
magis, & minùs validus, & materiæ craſſities, & tenuitas; nam ſi calor naturalis non-
dum perfectè ſuperat cauſam morbificam, & hæc ſit tenuis, & plena flatibus, neceſ-
D ſariò remanet in ſublimiori parte vrinæ: at ſi calor validior, materiaque paulò craſſior
fuerit, neque à flatibus agitata, tunc remanet in media vrina: vbi verò calor tam vali-
dus eſt, ita vt ex toto ſuperet materiam morbificam, flatuſque perfectè diſcutiat, tunc
materia perfectè coquitur, craſſiorque exiſtens, & benè elaborata, deorſumque de-
ſcendens in imo matulæ, fitque leuis, alba, atque continua, vera tunc hypoſtaſis dici-
tur. Si verò calor naturalis non perfectè dominetur, neque hypoſtaſis, & reliqua æqua-
lia neque continua remanent, ſed inæqualia, & diuulſa. Et iſtæ ſunt cauſæ trium con-
tentorum naturalium.

Quæ verò præternaturam dicuntur, & ipſa ſuas habent cauſas à diuerſitate actionis
caloris, aut à minori, ſeu maiori materiæ reſiſtentia deſumptas; nam cum hypoſtaſis
in morbis, vt dictum eſt, conſtet partim ex materia morbifica, vt contingit in febribus,
partim ex alimento; calor qui aduerſus cauſam morbificam pugnat, ſemper vel vincit,
vel vincitur à calore præternaturam, vel ex æquo pugnant, ita vt modò calor natura-

lis ſu-

lis ſuperare videatur calorem præternaturam, modò calor præternaturam ſuperare E
calorem naturalem, ſi primo modo, quæ cõtinentur in vrina, apparent vnita, & æqualia in quocunque loco fuerint, coctionemque ſecundùm magis, & minùs factam eſſe demoſtrant: ſimulque & in venis efficitur quid ſimile ei, quod in puria tranſmutatione, & in inflammationibus obſeruamus, cõtentumque quale illud fuerit, redditur album, leue, & æquale, & quàm minimè fœtidum. Si verò calor præternaturam vincit, id contingit ei ſecundùm magis, & minùs, & pro varia materia, in quam agit: hinc apparent in vrinis ſedimenta varia tùm quantitatis, tum qualitatis ratione: inde etiam apparent illæ variæ figuræ in ſedimentis. Et iſtæ ſunt cauſæ contentorum præternaturam ſimpliciter.

Illa verò ſedimenta praua, quæ diximus, vel furfuris, vel ſquammarum, vel farinæ craſſæ, aut etiam orobi figuram repræſentare, fiunt quidem ab intenſiſſimo calore præternaturali agente, & varias corporis partes colliquante; nam illa ſedimenta quæ orobi, ſeu erui figuram præſeferunt, à iecoris, aut lienis ſubſtantia proficiſcuntur, quæ verò furfuracea ſunt, ſæpe à tunica interna veſicæ, aliquando verò à proprijs venis prodeunt: at ſquammoſa, vel prodeunt, & apparent in vrinia ſine febre, vel cum F
febre, ſi ſine febre ſignum eſt prodire à veſica; ſi cum febre ab internis venarum membranis: tandem farinacea, ſeu ſedimenta, quæ craſſæ farinæ hordei aſſimilantur ex ſanguine aſſato, ſeu aduſto fiunt: reliqua verò vt mucus, aut humor crudus, aut pituita à varia ſpecie pituitæ proueniunt, ſemper ſuperante calore præter naturã: qui quidẽ calor ſiue dominetur, ſiue dominium non habeat ſupra has materias pituitoſas, ſedimenta tamen ſunt ſemper eiuſdem naturæ, quemadmodum è contra pro vario vnius, vel alterius dominio iam vno, aut alio modo ſeſe habent.

Sedimentorum autem à toto genere pręternaturam quędam dicebamus eſſe leuia, quædam grauia; priora erant pili, vel corticis hordei figuram præſeferentia, grauia verò, quæ in fundo matulæ reſidebant, vt arenæ, calculi, & corpora quædam carniformia. Pili fiunt ex materia pituitoſa tenaci diù contenta in renibus, & vreteribus, quæ à calore aſſata, ſeu aduſta, & ob locorum anguſtiam attenuata ad pilorum naturam redigitur: hoc idem dicendum de corporibus corticis hordei figuram æmulantibus. G
Carunculæ, ſeu carniformia corpora proueniunt à ſubſtantia renum malè affecta. Erant vltimo loco ea contenta, quæ per ſuperficiem ipſius vrinæ vagabantur, vt eſt pinguedo, quæ fit à calore præternaturali liquante non modò pinguedinem renum, ſed aliarum partium, & totius corporis: ſpuma, corona, bullæ, atque circuli, quæ ſingula duas habent cauſas, materiam, & efficiens. Materia eſt humor viſcidus, ac flatus: cauſa verò efficiens eſt triplex motus, calor, & frigus: & hæc eſt tritiſſima Ariſt. & Gal. ſententia.

Sed videamus in primis modum, quo ſpuma efficitur, fit igitur hæc à flatibus intra viſcidam materiam incluſis quęrentibus exire in aërem tanquam in proprium locum; humorem enim illum viſcidum, in quo ſunt incluſi attollunt, & eleuant: quòd ſi tenax ſit humor, viſcidus, & denſus, quare flatus exire minimè poſſit, neceſſariò eleuantur bullæ, ex quibus exoritur ſpuma. Si verò humores prædicti minimè denſi ſint nec tenaces, facilè flatus exeunt, & ſtatim ampullæ rumpuntur, vt ſæpe in pluuijs obſeruamus. Cauſa verò efficiens potiſſima eſt calor, qui tribus modis concurrere poteſt: primò humores incraſſando, viſcidoſque reddendo: ſecundò ex illis humoribus eleuando flatus: tertiò agitatione, quam facit in rerum, aut ſuccorum ebullitione. Motus, & H
ipſe eſt cauſa ſpumæ, humores calefaciendo, atque ab illis eleuando vapores, & flatus, qui vbi calefacti ſunt, & incluſi bullas faciunt: concurrit etiam rarefaciendo humores, quibus rarefactis, ne detur vacuum, includuntur aër, ac ſpiritus, & ab his, pro diuerſitate craſſitiei, & lentoris, aut duritiei, contingit ampullas eleuari, & durare per aliquod temporis ſpatium: aut vbi non adſit durities, in lentorem ſtatim diſſolui, id quod obſeruamus in mari. Tertia cauſa efficiens erat frigiditas, cuius etiam meminit Gal. lib. 1. pror. cap 1. dupliciter ad ſpumam faciendam concurrens: primo modo ſpiritus intra aquam condenſando: ſecundo modo retundendo calorem ne ſuccos concoquere, ac ſuperare poſſit, ſed in flatus ipſos cogat. His de cauſis fiunt ſpuma, & coronæ in vrinis, quemadmodum & vocati circuli in matulis, qui plerumque obſer-

uantur

A nantur ob lentorem, & craſſitiem ipſius humoris. Hæc de cauſis præternaturalibus
mutationis ipſarum vrinarum.

Sunt modò & aliæ cauſæ alterantes, & mutantes vrinas, quæ naturales, & non na-
turales dicuntur, quemadmodum eſt complexio, ætas, & ſexus, deinde ſunt & cauſæ
non naturales, quæ referuntur ad alimenta, ad aërem, & reliqua: de quibus non eſt,
vt in præſenti longiorem habeamus ſermonem, quia vos poteritis per vos ipſos lege-
re alios Authores, & quia, vt expediamus hunc tractatũ, opus eſt deuenire ad poſtre-
mum caput, in cuius gratiam hæc omnia hactenus conſiderauimus: iſtud autem caput
inſtitutum fuit pro præſagijs, verùm non modò præſagimus ex inſpectione vrinarum
futurum morborum euentum, ſed etiam, & præſentem agnoſcimus, ideo diligenter
à vobis eſt conſiderandum.

Sed ſtatim dicet quiſpiam veſtrum, vtrum liceat Medico vrinam contemplari in
omnibus morbis, vt inde ex illis agnoſcat ideam morborum omnium, nec non & fu-
turum euentum præſagiat? cui breuiter reſpondeo poſſe vrinam bifariam conſidera-
B ri: tum primò, & per ſe, tum ſecundariò, & per accidens: ſi vrinæ primo modo conſi-
derentur, nempe per ſe primò, dico, quòd demoſtrant, & præſentem ideam morbi,
& futurum illius euentum, & hoc euenit in illis affectionibus, quæ inſunt partibus, in
quibus vrina generatur, & permeat, quemadmodum potiſſimùm id eſt in ipſis
febribus, & in morbis renum, vreterum, veſicæ, & hepatis: ſi ſecundo modo
vrinæ conſiderentur, dico, quòd per accidens nobis euentum demoſtrare poſſunt;
nam ex vrinis benè, & malè habentibus in morbis particularibus cognoſcimus,
an ſimul cum affectibus iecur, aut aliæ partes naturales, benè, vel malè ſe habeant.
Si vrinæ ſunt bonæ, minùs malum, arguimus, ſi non bonæ, tunc cognoſcimus par-
tes naturales malè ſeſe habere. Vrina igitur in omnibus morbis eſt contemplanda,
ſed maximè in febribus, quandoquidem vrinæ per ſe primò indicant ſanitatem, &
ægritudinem, ſalutem, & mortem, iudicij celeritatem, & tarditatem, vnde dicuntur
per aliud demoſtrare, hoc eſt per coctionem, aut cruditatem.

C

De Præſagitione ex vrinis. Cap. IV.

DE iudicijs igitur, quæ ab vrinis petuntur, in hoc capite tractandum
proponitur, eo prorſus ordine, quem ſeruauimus in differentijs, &
cauſis inueſtigandis. Et primò à nobis videndum eſt, quid vrinæ te-
nues, quid craſſæ, quid claræ, & quid turbidæ nobis ſignificent, & in
febribus potiſſimùm; ita enim propoſuimus differentias ab eſſentia-
libus vrinæ deſumptas, quæ erant quatuor differentiæ iam dictæ, vt
noſtis; primò igitur videamus quid tenues ſignificent, quæ à nobis diuiſæ fuerunt in
eas, quæ ſunt ſemper tenues; & in illas, quæ aliquando craſſeſcunt. Priores vrinæ non
modò caloris languiditatem demonſtrant, ſed etiam & obſtructionem; quę verò craſ-
ſeſcunt, oſtendunt nobis minorem caloris languiditatem, & minorem crudita-
tem, & pauciſſimam obſtructionem; aut ſaltem tantam adeſſe caliditatem, vt eleua-
re poſſit flatus, qui admiſcentur vrinis. In ſumma tenuis vrina, quæ talis ſit, vt
D perſeuerat in morbis acutis vel cruditatem, vel malum iudicium, aut mortem no-
bis prænuntiat, vel tranſmutationem morbi in aliquem abſceſſum, vt ſcribitur 2.
progn. 31. & 34.

Craſſæ autem vrinæ demonſtrant nobis cruditatem; nam vbi tales permanent, in-
dicant admixtionem prauorum humorum, ſiue flatuum, flatuſque eſſe craſſos, & vi-
ſcidos, qui à calore ſuperari non poſſunt, niſi vix, & cum difficultate, & longo tempo-
re: hinc ſæpe colligimus prauos fieri abſceſſus, aut morbos recidiuare. At quæ vrinæ
non ſunt ſemper craſſæ, ſed quandoque attenuantur, minus malum portendunt; ſigni-
ficant enim humores non eſſe perfectè admixtos, poſſeque aliquando adæquari: ſunt
tandem hæ vrinæ prioribus minùs malæ. Sed dices prǽterquàm quòd euentum futuri
morbi prænuntiãt (cùm in ipſis dixerimus ad eſſe copiam flatuũ, & cùm ipſi flatus vnà
cum ſuccis calidioribus, in caput ferri conſueuerint) poterunt etiam prænuntiare
nobis & capitis dolorem, & alios affectus. Ad id reſpondeo, vt ſupra, quòd vrinæ

per ſe non poſſunt demonſtrare dolorem capitis, neque alias affectiones, quia per ſe E non demonſtrant niſi coctionem, & cruditatem: ſecundariò verò, & per accidens, hoc eſt per aliud, nempe per flatus in caput eleuatos, & per humores, qui ſurſum cum ipſis feruntur, poterunt & dolorem capitis, & phrenitidem demonſtrare. Et hæc eſt reſponſio Gal. 3. epid. ſec. 3. ægroto 6. hactenus de indicijs vrinarum craſſarum, & tenuium.

Videamus modò, quid ſignificent turbidæ vrinæ, & claræ, quas diximus eſſe in triplici differentia: aliæ enim turbidæ mingebantur, deinde ſubſidebant, & claræ reddebantur: aliæ turbidæ mingebãtur, & turbidæ ſemper remanebant, aliæ denique erant, quæ claræ mingebantur, & ſtatim turbabantur. Iſtud poſtremum membrum videtur pertinere etiam ad ipſas vrinas, quæ claræ minguntur, & claræ ſemper manent; vel turbantur ſtatim poſt mictionem, aut paulò poſt. Priores vrinæ docente Gal. 1. de criſ. 12. quæ videlicet turbidæ minguntur, & clareſcunt, ſunt cæteris omnibus turbidis minùs periculoſæ, quia demonſtrant naturam prope eſſe, vt cauſam morbificam vincat, ac ſuperet; ſunt enim futuræ coctionis indicium: at ſi remaneant turbidæ ſem- F per iumentorum vrinarum in modum, indicant morbum adhuc crudum eſſe, admiſtoſque eſſe flatus cum humoribus, qui vix, & cum difficultate vinci poſſint, aut paulò poſt cauſam morbificam ſuperaturam. Vel, vt dicebat Hipp. 4. aphor. 70. tales vrinæ demonſtrant dolorem capitis, vel præſentem, vel futurum; ideſt, quòd non omnes vrinæ turbidæ capitis dolorem prænuntiant, ſed tantùm illæ, quæ turbidæ minguntur, & turbidæ remanent. Vrinæ verò, quæ claræ minguntur, & turbidæ fiunt, inter turbidas ſunt omnium peſſimæ, eodem docente Gal. iam citato; demonſtrant quidem agitationem eſſe in venis, ſed à multitudinis copia calorem ſuffocatum iri, nec poſſe vincere, vnde cum virium robore longitudinem ſemper, cum languore verò omnimodam deſperationem minantur, & malum morbi exitum: quare Gal. & 1. de criſ. 12. citato, & 4. aph. 70. ſcriptum reliquit inter turbidas vrinas, eas eſſe peiores, quæ claræ minguntur primò, deinde turbantur: ſecundum locum obtinent illæ, quæ turbidæ minguntur, & turbidæ manent: tertio loco ſunt illæ, quæ turbidæ eijciuntur, & poſtea clareſcunt. G

Sed ſi verum eſt, quòd vrinæ, quæ minguntur claræ, deinde turbantur, omnium turbidarum ſunt peſſimæ, & cum virium languiditate mortem, cum robore virium ſignificant longitudinem morbi, cur idem Gal. 4. de tu. val. cap. 4. ſcribit, quòd vbi vrina emittitur pura, protinuſque turbatur, crudi ſucci concoctionem aggredi naturam doceat? hæc enim propoſitio ſuperiori contraria eſt; nam concoquere, & ad mortem tendere contraria ſunt omninò. At rectè conſideranti ſermo Gal. diuerſus eſt, cùm primo de criſ. loquatur de morbis acutis; 4. verò de ſan. tuen. de vitijs, quæ reperiri ſolent in venis eorum, qui ſani quidẽ ſunt, ſed non omnimode fruuntur ſanitate, cùm in ipſis craſſi, & crudi humores generentur, à quibus laſſitudines fieri poſſunt. Quòd verò Gal. lib. de ſan. tuen. loquutus fuerit de ſanorum vrinis, demonſtrant verba, quæ paulò poſt ſcribit, vbi dicit. *Verum omnium turbidarum vrinarum generalis nota eſto ipſius craſſi, à liquidiore ſeparatio, aut properè, aut tardè facta, aut omninò nulla*: ergo ſi protinus fiat, & quod ſubſidet album, leue, & æquale ſuperiorem longè naturam ſuccis, quos concoquit, oſtendit. Sin bonum ſit, quod ſubſidet, ſed quod poſt longius in- H terpoſitum tempus colligatur, eius naturam temporis ſpatio ſuperaturam ſuccos nuntiat: ſi verò vel omninò nulla ſeparatio; vel id quod ſubſidet malum ſit, imbecillitas naturæ ſignificatur, egetque ope aliqua ad ſuccos concoquendos. Vrinæ tam ſanorũ, quàm ægrotantium in febribus patridis conueniunt in hoc, quòd turbidæ redduntur, deinde quia liquidum à turbido ſeparari poteſt, aut properè, aut tardè, aut difficilè, vel nullo modo: ſed differunt, quia in vrina ſanorum, vbi turbidum à ſano ſeiungitur, quod ſubſidet, album, leue, & æquale eſt, quod non contingit in turbidis vrinis febricitantium. Deinde, quod ſubſidet in vrinis ſanorum, oſtendit naturam eſſe aggreſſuram coctionem: è contra verò contingit in vrinis turbidis febricitãtium. Tandem vbi nulla fit ſequeſtratio, aut ſeparatio turbidi à liquido, in ſanis oſtendunt calorem languidum quidem eſſe, ſed ope artis poſſe ſuparare, at in febribus cum virium languore mortem, cum virium robore longitudinem, nec ſecuritatem.

Sunt

A Sunt modò vrinæ, quæ claræ minguntur, deinde ſtatim, aut paulò poſt turbantur, quę tamen, non ſunt adeò malæ: ſunt & alię vrinæ, quæ etiam turbantur, quemadmodum contingit in febribus quartanis, & etiam aliquot quotidianis, quare obijcere aliquis poſſet, quòd non eſt ſemper vera hęc ratiocinatio: vrinę clarę minguntur, deinde turbantur, ergo ſunt malę. At reſpondeatis, quòd morbi, in quibus vrinæ claræ minguntur, deinde turbantur, ſunt in duplici differentia; nam alij ſunt morbi acuti, inter quos connumerare poteſtis febrem malignam, alij verò non ſunt acuti. Si primo modo conſiderentur morbi, dico, quòd opus ſit adhuc conſiderare tempora morbi; nam ſi à principio in morbis acutis, & malignis vrinę clarę mingantur, & paulò poſt turbentur, vera eſt propoſitio Galeni, quia ſemper iſtę vrinę ſunt malę, & mortem vt plurimùm portendunt; ſi verò morbi ſint in fine, & fiant turbidę vrinę, tunc non ſunt malę, quia hac via ſæpe ſoluitur morbus per criſim tam veram, quàm non veram. At ſi conſiderentur vrinę, quę paulò poſt turbantur in alijs morbis, & in principio potiſſimùm, tunc vel turbantur à cauſa interna, vel ab externa: ſi à cauſa interna ſunt malę, B quia copiam crudorum humorum denuntiant: ſi verò in fine appareant tales, non ſunt malę, at quando turbantur à cauſa externa, ſunt bonæ, & malę ſecundùm magis, & minùs; nam ſi turbantur in aëre calido, indicium eſt calorem languidum eſſe, ita vt non poſſit hętherogeneas partes ab homogeneis ſeparare, & huiuſmodi vrinę non ſunt bonę: ſi autem turbentur in aëre frigido, indicium eſt aëris frigiditatem ſuperare caliditatem vrinæ; & huiuſmodi vrinæ non ſunt malæ.

Sed dicetis, quomodo nos poterimus cognoſcere vrinas turbari ab aëris frigiditate, an ſi quid à diminutione caloris vrinę? Reſpondeo, vt ſupra quoq; adnotaui, quòd ſi vrinę turbentur ab aëris frigiditate, quòd ſtatim igni appoſitę reuertuntur in ſui claritatem; ſi verò à caſa interna nunquam clareſcunt, etiam ſi millies igni apponantur. Et hęc ſunt indicia, ſeu pręſagia, quę deſumi poſſunt ab eſſentialibus vrinę, quod fuit primum caput propoſitorum.

Veniamus ad ſecundum caput, quod erat deſumptum à coloribus, tanquam à neceſſariò conſequentibus, qui nihil aliud nobis demonſtrant, niſi cruditatem, aut co- C ctionem in vrinis; nam intellexiſtis rufum, & ſubrufum colorem eſſe perfectę coctionis indicia: alij verò colores demonſtrant, & cruditatem, & coctionem, prout recedunt, & accedunt ad pręd́ictos colores. Vnde vrina alba, quia à pręd́icto colore ſummè recedit, demonſtrat ſummam cruditatem, ſubalbus verò, & ſubpallidus, & alij iam dicti, demonſtrant nobis cruditatem, & coctionem diminutam: ſubrufus autem maiorem coctionem oſtendit, quàm vel pallidus, aut flauus, aut ſubpallidus, vel ſubflauus. Sed dicetis, ſi albus color cruditatem nobis demonſtrat, vnde eſt, quòd Hipp. 4. aphor. 72. ſcriptum reliquerit, quibus vrinę clarę, & perſpicuę apparent maximè verò ſi in phreniticis id cõtingat, malas eſſe: vnde etiã voluit vrinã albam pręnuntiare nobis aitidem, inde mortem; nam Gal. in cõm. ſcribit nunquam obſeruaſſe aliquem phreniticum, qui cum vrinis albis conualuerit. Reſpondeatis, vt ſupra, quòd vrinę albę per ſe ſemper cruditatem demonſtrant; ſecundariò verò, & per aliud, nempe per ſuccos bilioſos in caput repentes, à quibus augetur phrenitis, demonſtrant ſemper ipſam phrenitidem, quare vrina alba ſuapte natura ſemper demonſtrat cruditatem D ſecundùm magis, & minùs.

Vrinæ nigræ pro diuerſitate cauſarum, à quibus proficiſcuntur, bonum, & malum oſtendunt: ſi ab intenſiſſimo calore prodeant, demonſtrant vel maximum incendium: ſi verò à frigiditate, nempe ab extinctione caloris proueniant, tunc omnium ſunt peſſimæ: ſi verò nigræ ſint reſpectu humoris melancholici, vt in quartanis obſeruatur, & etiam in puerperis, quibuſdam, quæ ſolent expurgari ab humore melancholico per vrinas, vt ex Hipp. clariſſimè colligitur 3. epid. ſect. 3. ægroto 5. in Thaſo muliere auſtera, nec non & in vxore Epicratis 1. epid. ſect. 3. ægrota 5. quæ ambæ mulieres vrinam nigram minxerunt, & cum ſalute: vrinæ verò liuidæ virides, & æruginoſæ ſunt peſſimæ. Vrinæ rubeæ, pro vt inter ſe ſunt magis, & minùs colore rubicundo ſaturatæ, demonſtrant intenſionem, & remiſſionem ſecundùm magis, & minùs caloris naturalis; nam rubeus color, qui non admodum ſit intenſus copiam materiæ demonſtrat, & cruditatem, quæ non niſi longo temporis ſpatio ad coctionem per-

duci poſſit: ſi verò craſſa admodum, & rubicunda, demonſtrat potiùs renum affectionem: B ſi pauca, & tenuis fuerit, taliſque perſeueret indicium eſt futuræ hydropis. Vrinæ tandem rubeæ in acutis morbis, niſi ex vaſorum apertione fiant, ſunt omnes malæ: & tandem, vt in ſumma concludam cum Hipp. qui ſcriptum reliquit minùs periclitari ægrotantes in ijs morbis, in quibus ſimiles ſunt ætati, ſexui, naturæ, & cõplexioni eorum, dico quòd vrinæ, quæ ſimiles ſunt ætati, ſexui, complexioni, & naturæ eorum, à quibus fiunt, ſunt minùs malæ, quæ verò his ſunt contrariæ, omnes ſunt prauæ. Et hæc de ſecundo capite.

Venio ad tertium caput, quod eſt de quantitate vrinæ, quæ ſi multa eſt, indicat vel nimium potum, aut rerum diureticarum nimium vſum, aut quia vrina vehementiùs, quàm par ſit à renibus attrahatur: ſignificat etiam in morbis longis colliquationem, præſertim ſi ſuperat pinguedo inſtar telæ aranearum: paucitas verò vrinæ à contrarijs cauſis proficiſcitur, vel aliunde auertitur, nempe ad inteſtina, aut ad aliquem alium locum, aut quia vaſa, per quæ fertur, ſunt obſtructa, vel quia adeſt copia craſſorum, & lentorum humorum in venis, aut tandem ardoris cuiuſdam intenſiſſimi ra- F tione, quemadmodum in conſtitutionibus peſtilentibus contingere ſolet; nam ſignificat ſummam virtutis concoctricis, & expultricis imbecillitatem. Et hæc de tertio capite: erat poſtremum caput de contentis, de quo in ſequenti.

Quid igitur contenta omnia ſignificent tam naturalia, quàm præternaturam, breuiter à nobis in præſenti eſt dicendum: pro cuius rei reſolutione ſcire debetis, morborum alios eſſe, qui fiunt ab humoribus, alios, qui fiunt ab alijs cauſis, vt docet Gal. 1. de criſ. 12. in prioribus morbis vrinæ ſemper ſunt cum contentis, nempe hypoſtaſi, nebula, atque ſuſpenſo: in ijs verò, qui fiunt vel ab inedia, aut vigilijs, vel huiuſmodi cauſis, vel non reperiuntur contenta in vrinis, aut ſalem tantùm nebula, vel ſuſpenſum, quod etiam animaduertit Gal. in febrientibus ex bilioſis humoribus: hac ſtante determinatione dico, quòd huiuſmodi contenta in quacunque parte fuerint, ſi alba, leuis, æqualia, & quàm minimè fœtida fuerint, ſemper demonſtrant perfectam coctionem, vbi verò recedunt à prædictis cõditionibus, non oſtendunt niſi cruditatem, ſecundùm tamen magis, & minùs. Diuerſitas etiam loci horum contentorum aliquid G facit ad cruditatem, aut coctionem indicandam; nam vbi in ſublimi fuerint, rudimenta coctionis præſeferunt, vbi in medio maiorem coctionem, vbi verò in fundo cum prædictis conditionibus perfectam, & abſolutam nobis demonſtrant coctionem.

At vbi morbi ſunt immateriales, aut ſaltem ex leui, & tenui materia, vrinæ tantummodo coctæ cum ſuo colore coctioni proportionato oſtendunt nobis morbi coctionem; vel quando adeſt, vel leuis nebula, vel ſuſpenſum, quod ſcilicet habeat ſuas conditiones, nempe vt ſit album, leue, æquale, & minimè fœtidum: quamuis etiam flauus color in huiuſmodi ſuſpenſis poſſit demonſtrare perfectam coctionem: ſed hoc eſt de rarò contingentibus, quòd ex ſola vrina, & ex ſolis ſuſpenſis dignoſcamus, perfectam coctionem; nam rarò contingit morbos fieri immateriales. Et hæc ſunt, quæ colliguntur ex contentis, quæ à nobis fuerunt appellata naturalia. Cùm autem excedunt interdum in quantitate, ex quibus fiunt variæ ſedimentorum figuræ, huiuſmodi ſedimenta vel ſunt cùm robore virium, vel cum earundem languiditate: ſi primo modo ſignificant nobis morborum longitudinem, non tamen ſecuritatem, ſi verò ſint cum H virium languiditate, certiſſimam nobis mortem prænuntiant.

Quod attinet ad illa quatuor ſedimenta, nempe furfuracea, ſquammoſa, farinacea, & æruginoſa; dico; quòd rarò contingunt, & quando eueniunt demonſtrant nobis colliquationem partium corporis: pro quibus legite Hipp. 2. progn. tex. 28. Grumus verò ſanguinis veſicæ, & renum affectionem præternaturalem demonſtrat; nam ſanguis quotieſcunque exit à ſuis venis, ſiue maneat in corpore, ſiue extra corpus in grumum conuertitur. Calculi ſunt indicia veſicæ, aut renum malè affectorum, & pili demonſtrant intemperiem calidam renum, & copiam humoris pituitoſi ab hac intemperie aduſti. Illa verò ſedimenta, quæ in ſuperficie vrinæ, & ad matulam adeſſe diximus, aliquando demonſtrant nobis colliquationem, aliquando verò ſolam renum affectionem. Pinguedo ſemper colliquationem demonſtrat, aliquando quidem ſolius pinguedinis, aliquando verò carnium, & partium ſolidarum, prout magis, & minùs

eſt co-

A eſt copioſa bulla, & ſpuma ſupernatans ſignificat renum affectionem 7. aph. 34. de-
monſtrant etiam longam ægritudinem, quemadmodum etiam & illi circuli albi, quos
in interna ſuperficie matulæ obſeruamus, quia fiunt ex humoribus pituitoſis viſcidis,
lentis, & craſſis, qui, vt diſcutiantur, longo temporis ſpatio egent. Et hæc ſatis, ſu-
perque nobis dicta ſint hoc loco de vrinis, ſi ampliorem de ijs tractatum requiritis re-
currite ad Authores, qui de hac materia fuſiùs ſcripſerunt.

Vtrum mulieres vtero gerentes poſſint cognoſci ex vrinis.
Cap. V.

PRo corollario tamen addere placet diuulgatiſſimam illam inter Me-
dicos quæſtionem, an ſcilicet poſſint cognoſci mulieres vtero geren-
tes ex vrinis? Non deſunt, qui certò id fieri poſſe putent, rationibus,
& authoritatibus haud deſtituti; quandoquidem (vt ſupra intellexi-
B ſtis) vrinæ varietatem recipiunt à rebus naturalibus, & non naturali-
bus: at inter res naturales connumeratur ſexus: ergo à ſexu vrinæ ali-
quam varietatem aſſumunt, quare & vrinæ mulierum habent aliquam diuerſitatem,
ab vrinis virorum. Sed quemadmodum diuerſitas eſt aliqua, inter vrinas varij ſexus,
nempe hominis & mulieris: ita ergo erit etiam dicendum varietatem aliquam reperi-
ri inter vrinas grauidarum mulierum, & earum quæ minimè ſunt grauidæ: & hoc
euenit, quia vt dicebat Ariſt. 4. de gener. anim. cap. 6. mulieres vtero gerentes, vt
plurimùm ſunt infirmę; vitam enim ſedentariam, & otioſam degunt: hinc plura aggre-
gant excrementa, à quibus ægritudines proueniunt.

Succedit, quòd fœtus in vtero, vt habetur ab Hipp. 1. de morbis, ad ſe trahit me-
liorem ſanguinis partem, pro ſui nutritione, deteriori parte ad habitum matris reli-
cta: hinc videtis mulieres vtero gerentes, plerumque virore quodam palleſcere, quaſi
ſint ex praua cacochimia nutritę, quare & vniuerſus habitus corporis ipſarum eſt mu-
tatus, & diuerſus ab eo habitu, quem antea habebant: hincque neceſſe eſt etiam, vt
C vrinæ ſint mutatæ: & hæc eſt ratio, qua perſuaderi facilè poteritis, ad dicendum ex
vrinis poſſe diſcerni mulierem vtero gerentem. Huic rationi ſuccedit Principis Ara-
bum Auicennæ authoritas fen. 2. Doct. 3. cap. 10. & ante ipſum Rhaſis 2. continen-
tis cap. 9. qui multa ſigna attulerunt in vrina obſeruanda mulierum grauidarum, tam
in ſubſtantia, quàm in contentis ipſius vrinæ: & quod magis eſt inter Latinos Iacobus
de partibus commentator Auic. & Matthæus de Gradis nituntur ſuis quibuſdam ra-
tionibus ſigna ab Auic. comprobata, & obſeruata probare.

Primum autem ſignum, quod ab Auic. obſeruatur, eſt: vt vrina ſit clara: ſecun-
dum, vt ſupra eius ſuperficiem ſit nebula: tertium, vt aliquando & vrina, & nebula tra-
hant ad colorem aquę cicerum, aut aquę pedum, id eſt, vt ait Gradis, ad colorem aquę
loturæ pedum ſimilem, deinde adeſt color irinus: per irinum Gradis interpretatur
colorem ſimilem ei, qui in iride cernitur, qui conſtat ex flauo, rubeo, viridi, & glauco
colore. Quartum ſignum eſt, vt ſupra ſummitatem earum adſit nebula: ſed quomodo-
cunque hæc nabula fuerit, inquit Auic. in medio videbitur ſicut cotum carminatum,
D hoc eſt, vt goſſipium diuulſum: vltimum, quod in vrinis harum mulierum grauidarum
obſeruatur, ſunt grana tria, quæ mouentur ſurſum, & deorſum. Commentatores verò
iam dicti admonent hæc grana non eſſe ſemper tria, ſed ſiue duo ſint, ſiue tria, mouen-
tur per vrinæ liquorem, immoto remanente liquore, nec quocunque motu mouen-
tur, ſed motu ſecundùm ſurſum, & deorſum. Et iſtæ ſunt rationes, & authoritates eo-
rum, qui tenent partem affirmatiuam.

Hactenus intellexiſtis, quæ ſint fundamenta exiſtimantium, poſſe ab vrinæ inſpe-
ctione cognoſci mulieres vtero gerentes: videamus modò opinionem aliorum, qui
partem negatiuam ſuſtinent, qui & ipſi ratione nituntur, & grauiſſimorum virorum
authoritate. Ratio deſumpta eſt ab ijs, quæ ſupra ex Gal. diximus, nempe vrinam non
demonſtrare niſi affectiones earum partium, in quibus ea generatur, vel permeat, aut
colligitur, quemadmodum ſunt ventriculus, iecur, venæ, renes, vreteres, & veſica:
atqui cùm vterus nullum commercium cum prędictis partibus habeat; hinc etiam
eſt,

eſt, quòd inſpectio vrinæ nihil demoſtrare nobis poteſt earum rerum, quæ in vtero E
continentur.

Addatis & aliud, quòd dùm mulieres vtero gerunt, illud, quod in vtero continetur, ſiue genitura ſit, quæ eſt prima alteratio, quam patitur ſemen in vterum iniectum, ſiue embrio, qui eſt ſecunda, ſiue fœtus qui eſt tertia, ſiue infans, qui eſt quarta alteratio, ſemper eſt, quid ſecundùm naturam: cùm autem vrinæ non tranſeant per ipſum vterum; neque poſſunt nobis aliquid de vtero ſignificare. Addo, quòd vrinæ per ſe nihil aliud nobis demonſtrant, niſi coctionem, aut cruditatem, ex qu bus nihil prorſus inferri de vteri geſtatione poteſt. Et iſtæ ſunt rationes, quæ oppoſitæ ſunt prioribus rationibus.

Accedunt & authoritates: & inter Græcos primò, quamuis multi fuerint, qui de vrinis exactè tractarint, quorum fortaſsè Areteus primas partes obtiniut, ne verbum quidem de vrinæ cognitione, in mulieribus vtero gerentibus attulit. Inter Arabes plerique fuerunt, qui diligentiſſimè, & accuratiſſimè tractarũt de vrinis, inter quos fuit Iſaac, qui & ipſe de hac materia ne verbũ quidẽ protulit. Inter Latinos pauciſſimi, quos F
reperietis, de hac reſcripſiſſe irridere potiùs viſi ſunt Auic. & Rhaſis infantiam, qui exiſtimarunt poſſe ex vrinis cognoſci mulierem vtero gerentem, & iſtæ ſunt authoritates, & rationes exiſtimantium non poſſe cognoſci ab vrinis mulieres grauidas.

Eſt tamen res magni momenti, neque tam facile ſilentio obuoluenda; nam videtis ſæpe Medicos grauiſſimos de hac materia inter ſe certantes, vtrum ſcilicet mulieres vtero gerant, nec ne? nam vbi mulieres aliquo morbo laborant, vel præſenti, vel imminenti, ſitque ſuſpicio de vteri geſtatione, non poſſunt auxilia tam liberè adminiſtrari, quemadmodum eſt ſanguinis miſſio, aut purgatio, quæ abortum cum matris periculo concitare cõſueuerunt, à quibus vel abſtinendum penitus eſt, vel ſaltem id agendum cum maxima cautela, & præmeditatione; nam cum abortus ſuccedit Medici culpa, ſiue id ignauia, ſiue propria negligentia contingat, omni pœna dignus cenſetur ipſe, & grauiter, mortaliterque peccat, ſiue fœtus animatus, ſiue inanimatus in vtero exiſtat. Quare in hac materia determinanda cautum eſſe oportet Medicum, & (vt rectè admonet Diuus Ambroſius) ſi non poteſt ſubuenire alteri, niſi alter lædatur, G
commodiùs eſt neutrum iuuare: quare cum res indicatu ſit admodum difficilis, non eſt, cur medicus fidem adhibeat vnico ſigno potiſſimùm deſumpto ab vrina, quod adeò fallax eſt, quemadmodum intellexiſtis.

Et quod attinet ad rationem eorum, qui cum Arabibus tenent vrinam poſſe demonſtrare mulieres grauidas eſſe, ſiue diuerſitas ſit in ſubſtantia, ſiue in colore, dico, quòd huiuſmodi diuerſitas nihil prorſus demoſtrare nobis poteſt, niſi aliquam ſpeciẽ cacochimiæ collectam in toto ambitu corporis, cuius etiam portio poteſt eſſe in vtero, non tamen demonſtrat nobis poſſe aliquid reperiri, & contineri in ipſo vtero, ſiue ſecundùm naturam, ſiue præternaturam ſit.

Quod attinet ad ſigna, quæ ab Auic. & ſuis ſequacibus afferuntur, dico, quòd ſunt communia, à quibus nihil certi haberi poteſt, vt eſt claritas vrinæ, & nebula, quam dicunt reperiri in ſuperficie: idem quoque dicendum eſt de illo colore, qui in vrina reperitur inſtar loturæ pedum; nam huiuſmodi color refertur ad vrinas turbidas, vt intellexiſtis, quæ vrinæ turbidæ nihil de vtero ſignificant. Quod attinet ad nubeculam illam, quam dicunt eſſe carminatam inſtar coti, aut goſſipij carminati: hanc ego nebulam non ſemel in vrinis honeſtiſſimarum monialium obſeruaui, quæ perpetuò vitam caſtam, & virgineam conſeruarunt. H

De illo colore irino, cùm ſit, quicquid refertur ad varios humorum colores, qui in omnibus reperiuntur, non poteſt quicquam certi de vtero affecto nobis demoſtrare; nec cur ſit, quòd magis appareat in mulieribus grauidis, quàm in illis, quæ non ſunt grauidæ. Quod attinet ad poſtremum illud de granulis illis tribus contentis in vrinis, de quibus dicebant ea moueri per vrinam, vrina quieſcente, mihi ſanè videtur riſu potiùs dignum, quàm probatione, quicquid dicat Iacobus de Partibus ex Augerij authoritate.

Quare concludo, quòd nihil temerè ſit determinandum, ſed opus ſit cum maxima cautela procedere, nec fidendum vrinis eſſe, vnde pulchrè Matthæus de Gradis ſuper

hunc

Digitized by Google

A hunc locum Auic. dicebat cautiùs eſſe cum præſentia prædictorum ſignorum negare,
impręgnationem, quàm cum abſentia ipſorum aſſeuerare oppoſitum, nempe ingra-
uiditationem. Cùm igitur res tam difficilis ſit ad iudicandum, & quotidie Medici ſint
coacti ſuum ferre iudicium in mulieribus, quæ habentur pro grauidis, vnde poſſint
medicamenta in illis adminiſtrari, ideo vt rem ipſam quantùm mortalibus permitti-
tur poſſitis ad lucem reducere, affero vobis infallibilem viam ad rem hanc determi-
nandam, hæc autem nihil aliud eſt, quàm methodus quædam, quæ oritur à tribus ca-
pitibus, nempe ab ijs, quæ neceſſariò antecedunt; deinde ab ijs, quæ neceſſariò con-
ſequuntur; & ab his, quæ contingenter eueniunt.

Quæ neceſſariò antecedunt, ſunt copula viri cum muliere eiaculato ſemine virili,
receptio eiuſdem in vtero, ac retentio, quæ etiam ad cauſam efficientem ſunt redu-
cenda, nempe ad virum, & mulierem, de quibus Medicus certò ſcire debet, an fœcun-
di ſint ſuapte natura, an ſteriles. Hæc ſunt, quæ neceſſariò antecedunt grauiditatem.
Quæ verò neceſſariò cõſequuntur, ſunt duo potiſſimùm, vnum eſt poſt iniectum ſe-
B men, os vteri, ſeu matricis clauſum, ſed quod ſit ſine aliqua duritie, tumore, aut dolo-
re. Nec certè poteſt contineri riſus, quando audiuntur obſtetrices imponentes digi-
tos in vuluam, nihil aliud referentes, niſi quòd mater ſit plena, quia impoſſibile eſt, vt
poſſint ſolo digitorum contactu cognoſcere extimam ſuperficiem vteri, quia nihil à
peritiſſimo etiam Anatomico cognoſci poteſt, præter ſuperficiem oris ipſius vteri,
quod clauſum eſſe debet, vt intellexiſtis.

Nec poſſum etiam admittere illud, quod Sanctorius de Sanctorijs, in pulcherrima
ſanè, & admiranda methodo cognoſcendorum errorum, lib. 1. cap. 6. aduerſus
ſentẽtiam omnium Medicorum, & Anatomicorũ ſcriptum reliquit, nunquam ſcilicet
os matricis claudi, ſed quòd, cùm mulieres vtero gerunt, intra vterum ſtatim ge-
neratur globulus quidam veluti vitreus, & cryſtallinus, qui ori interno præficitur, im-
pediens quò minùs ſemen deorſum decidat, quia hęc opinio pluribus poſſet reproba-
ri, ſed alium locum, & aliud tempus ea requirunt.

Aliud, quod neceſſariò ſequitur, eſt ventris inferioris tumor, quamuis huiuſmodi
C ſignum non apparet in primis menſibus, vt ex ipſo iudicium inferri poſſit in primis
duobus, vel tribus menſibus, in quibus verſatur tota difficultas. Contingentia verò ne-
ceſſaria ſunt mẽſium retentio, quæ non proficiſcatur ab aliqua cauſa morbifica, quàm
probè Medicus dignoſcere debet, diſcurrendo circa eas res omnes, quæ poſſunt præ-
ternaturam retinere menſes, & concludendo non poſſe eſſe aliam cauſam, quàm im-
prægnationem, quod etiam de lacte in mammillis, de vomitu, de nauſea, de inappe-
tentia, quæ vbi diſcurrendo collegerit, non poſſe aliunde prouenire, quàm ex vteri
geſtatione, ſecurè ſuam concluſionem facere poteſt de geſtatione vteri: quibus omni-
bus perſpectis, & rectè examinatis poterit etiam, & recurrere ad ipſas vrinas, & ani-
maduertere vtrum Arabum dicta omnia proba ſint, an deprauatæ imaginationes.

Tandem ad certiorem, & faciliorem cognitionem, poteſtis animum conuertere ad
Hipp. & probare an vera ſit ipſius ſententia 5. aph. 41. vbi ſcribit, ſi velis noſcere, an
conceperit mulier, cum dormitura eſt, ei aquam mulſam potandam da, & ſi mulier
concepit tormina patietur, ſin minùs, non concepit. Quibus omnibus ad trutinam
D rationis redactis, ſimulque & examinatis alijs Hipp. aphoriſmis, ab ipſo quinto libro
traditis, de hac materia poteritis ſaltem, quantùm homini permittitur, iudicium re-
ctum facere de vteri geſtatione. Et hæc ſatis dicta ſint pro tractatu de vrinis, vt verò
abſoluamus ea, quæ polliciti ſumus, tractabimus de pulſibus, breuiter & ſententioſè.

De nominis definitione, ac de quiditate pulſus, arteriarumque diſtributione.

Cap. VI.

EXpedito tractatu de vrinis, ordo expoſtulat, vt hoc loco de pulſibus (qua
poterimus breuitate) quæ magis neceſſaria videbuntur, veſtrum vtilita-
ti conſulentes, documenta tradamus. Quod licet breue compendium
ſit longioris tractationis, non parum tamen conferet materiæ febrium
dignoſcendæ, ſupra modum etiam iucundum erit ob ſui pulchritudinẽ,
& elegantiam, ac rerum varietatem, quibus animus, & alacrior, & magis hilaris, ſimul-

que

que propior ad ſpeculandum reddi poterit; in illo enim multa problemata reperientur B
iucundiſsima,& ſcitu digniſsima, quæ vos omnes, mirum quantũ allicient ad exactiorem indaginem, omniaque in ipſo breuiter tractabuntur. Quæremus etiam (vt aliqua ex magis curioſis proponamus) vtrum ad motum cordis moueatur cerebrum, an ſcilicet per ſe motum habeat, & diuerſum à corde & vtrum arteriæ à corde moueantur, ita vt dilatato corde dilatentur arteriæ, an è conuerſo, dum cor dilatatur, conſtringãtur arteriæ, quæ ſit cauſa mouens, tum cordis, tum arteriarum, vtrum fiat à forma, an ab aliqua potentia, & vtrum idem ſit finis reſpirationis, ac pulſus; cordis, & arteriarũ; multaq; alia quæſita ſtrictim vobis propoſita magnam delectationem afferũt, quãto maior erit cũ per ea fuſe tractata vobis ſpaciari licebit? Vnum tamẽ vos moneo ex inſtituto me ſolum eam pulſus partem tractaturum, quæ Medicis doctis practicantibus ſcitu neceſſaria eſt, de qua quidẽ & ſi neque Hippocrates ipſe perfectè (quemadmodum de alijs medicinæ partibus) tractauerit, nobis tamen quæ neceſſaria ſunt, pauciſſimis verbis inſinuauit; videlicet pulſus vſum, differentias, & prænotiones. Gal. verò Hippoc. imitator, & fidus interpres, eam pulſuum doctrinã egregiè, & eleganter ſatis F
excoluit, amplificauit, doctiſſimiſque ſuis commentarijs illuſtrauit & quantum potuit, facilem reddere eſt conatus.

Quoniam autem ipſemet Galenus coactus erat prauas antiquorum opiniones de hac materia refellere, veritatemque certiſſimis demonſtrationibus confirmare: hinc rem ipſam in longius protrahere debuit: vnde libros quattuor: de diff. pul. de dignot. eorundem quatuor, quatuor de cauſis, de præſag. ex pul. quatuor, qui omnes ſexdecim numero ſunt, Diexotici appellati; quòd in illis diffusè materiã de pulſibus, ob rationes dictas pertractauerit. Rem tamen omnem compendioſè admodum eo in libro, quem ſynopſin appellauit, nec non libro de pul. ad Tyrones perſtrinxit; & adeo perfectè, de omnibus rebus ad pulſum, & eius notionẽ pertinẽtibus tractauit, vt vix aliquid ab illis, qui poſt ipſum ſcripſerunt, addi vnquã potuerit, & quamuis Auic. 2. fen. prima, aliquid lucis addiderit, rem faciliorem, & breuiorem reddens, Galenum tamen, vti præceptorem ſemper eſt ſequutus. Auerrhoës, 4. Coll. 17. 18. & 20. cap. compendioſè nimis G
& confuſè hanc materiam pertractare voluit: multi autem poſt hos authores fuerunt, & noſtri quidem temporis viri excellentiſſimi, qui hanc materiam ſuis ſcriptis illuſtrarunt: vt eſt Franciſcus Valleſius tam in ſuis controuerſijs, quàm in tractatu de pulſibus: Ludouicus Mercatus etſi ipſe videatur prolixior, vniuerſam tamen de pulſibus materiam faciliſſimam reddere contendit.

Verùm, qui omnes ſcriptores, & priſcos & modernos ſuperare viſus eſt (vt ea, quæ animo comprehendi ingenuè fatear, ſicut decens eſt) Hercules Saxonia reuera fuit, qui in pulcherrimo ſuo de pulſibus tractatu, non modò Galenum eſt interpretatus, verùm etiã, & pulcherrima alia addidit ab ipſo Galeno (ſit pace dictum) vix cognita. Poteſtis per vos ipſos hos Authores legere: cõfido tamen, vt poſt lectionẽ huius tractatus, quem vobis nunc explanaturum me accuratè, licet breuiter polliceor, fore, vt materiam hanc de pulſibus tam difficilem, & longam, vos ipſi & facilem, & breuem habeatis. Quod ſane fiet vniuerſam de pulſibus materiam quinque capitibus perſtringendo, atque in ijs cuncta quæ alij ſuas in longum protrahentes diſceptationes attulerunt, diſtinctiſſimè tractata comprehendendo; in primo enim, tam quid nominis, tam etiã quid rei pulſus attendimus. In ſecundo capite omnia adducemus, à quibus deſumuntur differentiæ pulſuum. In tertio ſummo quoad poterimus cõatu vobis demonſtrare H
curabimus, qua methodo, & qua via omnes pulſuum differẽtiæ dignoſcantur. In quarto verſabimur circa cauſas pulſuum, tam naturaliter, quàm non naturaliter, & præter naturam. In quinto, & vltimo noſtrum erit negotium exactiſſimè declarare vobis, qua ratione ex pulſibus in morbis præſagire poſſitis.

Sed initium faciens à primo capite, dico pulſus acceptione varia intellexiſſe veteres ſcriptores; nam aliqui, nomine pulſus intelligebant palpitationem; alij contra per palpitationem pulſum; denique alij magis accurati per pulſum nihil aliud intelligebant, niſi perſpicuum motum illum, qui in arterijs obſeruatur. Nobis autem cum Galeno ſentire magis placet, pulſus nomine eum venire motum, qui fit à corde, & arterijs media facultate vitali, ſeu pulſifica, quæ eſt ipſis cauſa efficiens. Et hæc de

quid

Digitized by Google

A quid nominis dixiſſe breuiter ſit ſatis. Veniamus ad definitionem, ſeu quid rei; tradditur illa à Galeno 4. de differentijs pulſuum cap. 2. vbi ait, quòd pulſus ſit actio peculiaris cordis primò, deinde arteriarum, quæ diſtenſione, & contractione mouentur à facultate vitali, ſeu pulſifica, quò caloris natiui mediocritas retineatur. Hanc definitionem receperunt omnes, qui de hac materia ſcripſerunt, & quidem optima ratione, cùm hæc ipſa definitio conditiones omnes habeat ad veram definitionem requiſitas; nam in primis conſtat ex genere, & differentia, & in ſe continet omnia cauſarum genera; nempe materiam, formam, efficiens, & finem. Primò accipitur (*actio*) tanquam genus; ſubditurque (*peculiaris actio*) ad differentiam communis actionis, quæ ad nutritionem ſpectat, & eſt in corde, non ſecùs atque in omnibus corporis partibus. Deinde ſubijcitur (*cordis primò*) deinceps (*arteriarum*) quia hæc vis ingenita eſt primùm cordi, deinde à corde arterijs communicata, & quodammodo (ſi ita liceat loqui) præſtita, & hæc ad materiam ſpectant.

Formalitas verò huius operationis peculiaris eſt diſtenſio, & contractio ſyſtoles, &
B diaſtoles, quæ poſita eſt in prima differentia. Quare actio hæc peculiaris eſt cordis: iam verò cùm hæc diaſtole, & ſyſtole ſint duo motus inter ſe contrarij; contrarios autem motus fieri minimè poſſe, niſi media quiete doceat Ariſtoteles 5. de phyſ. audit. euidenter hinc ſequitur, quòd formalitas pulſus, ſit omninò poſita, non modò in hoc duplici motu, ſed & in duplici quiete; nam poſt dilatationem vna mediat quies; poſt conſtrictionem altera. Itaque huiuſmodi cordis, & arteriarum actio conſtabit ex quatuor partibus, ex duabus per ſe, ex duabus per accidens. Partes per ſe ſunt dilatatio, & conſtrictio, partes per accidens dici poſſunt quietes, quamuis & ipſæ quietes fiant à facultate vitali, & ſunt actiones ipſius, non autem ceſſationes: & quies, quæ eſt poſt dilatationem, hoc eſt inter dilatationem, & conſtrictionem, dicitur quies externa: quæ verò eſt poſt conſtrictionem, hoc eſt inter conſtrictionem, & dilatationem, dicitur quies interna: ita vt pulſus nihil aliud ſit, quàm actio cordis, & arteriarum actiua conſtans ex duobus motibus ad inuicem contrarijs, & duobus ſpatijs, ſeu interuallis, ſeu duabus quietibus, interna ſcilicet, & externa.

C Deinde dicitur (*à facultate vitali, ſeu pulſifica*) ad differentiam aliarum facultatum totius corporis, naturalis, & animalis, quæ fit mediantibus neruis, & muſculis; quemadmodum à Galeno 7. de anatomica adminiſtratione 3. & alibi etiam demonſtratum eſt aduerſus antiquos putantes cor moueri à facultate animali; omnes enim motus prodeuntes à facultate animali liberi ſunt, qui & fieri, & minimè fieri poſſunt: at motus cordis nunquam quieſcit, & arteriarum, ergo non poteſt dici motus animalis; quare neque mouetur à facultate animali, & licet facultas vitalis poſſit contineri ſub naturali; nam in doctrina Galeni duæ tantùm reperiuntur facultates in genere, vna animalis, altera naturalis; ab animali prodeunt omnes motus voluntarij, à naturali verò fiunt motus naturales, vt ſunt attractio, & expulſio, retentio, & alteratio: à Gal. dicuntur quandoque motus voluntarij naturales, & quicunque motibus violentis opponuntur, vt eſt motus cordis, & arteriarum, de quo nunc ſermonem habemus, qui nec à voluntate pendet, neque à natura ſimpliciter, quamuis proficiſcatur à facultate vitali, quæ naturalis eſt, & in ſolo corde reſidens. Cauſa igitur efficiens hunc
D motum nulla alia eſt, quàm facultas vitalis, ſeu pulſifica iam dicta.

Vltima differentia, quæ eſt cauſa finalis (*vt caloris natiui ſymmetria, aut temperies conſeruetur, & ſpiritus animales generentur*) conuenit quidem cordi, & arterijs, cùm vtriſque ſit propria, non tamen in quarta ſignificatione accepta, quia illis ſemper competit, ſed non ſolis, cùm conueniat reſpirationi à thorace prodeunti, quandoquidem thorax cum ſuis pulmonibus dilatatur, & conſtringitur in prædictos vſus, nempe ob caloris conſeruationem, & ſpirituum animalium generationem: vnde eſt, quòd reſpiratio, & pulſus in multis conueniant, diſcrepent etiam in plurimis.

Conueniunt quidem in eo, quòd eidem facultati inſeruiant, nempe vitali; deinde quia eadem eſt cauſa finalis, eademque neceſſitas: tertiò conueniunt in ratione motus; conſtant enim diaſtole, & ſyſtole, nec non duplici quiete: differunt verò, quia pulſus eſt motus naturalis, & continuus non interruptus, atque extra omnem voluntatis poteſtatem, reſpiratio verò è contra libera eſt, & plerumque pro arbitrio ceſſat: effi-

ciens præterea pulſus eſt natura ſola, vt dictum eſt: reſpirationis anima, & natura. Similiter pulſus organa ſunt cor, & arteriæ, reſpirationis ſunt muſculi: pulſus à corde fit, reſpiratio verò non à corde, ſed propter cor. His addite, quòd reſpiratio præbeat materiam cordi pro vitalium ſpirituum generatione: cor verò præbeat materiam generationis ſpirituum animalium pro cerebro. His tandem concludere poteſtis pulſum eſſe motum diaſtolis, & ſyſtolis à vitali facultate factum pro conſeruanda vita, & generatione ſpirituum vitalium, & animalium. E

Habita definitione ordo propoſitus expoſtulat, vt ad differentias pulſuum properemus, quæ cùm fiant ab ipſa arteria, ad faciliorem intelligentiam earum differentiarum pulſus, quas allaturi ſumus, opus eſt, vt in primis videamus, quid ſit arteria, vnde oriatur, & quomodo per vniuerſum corpus diſtribuatur. Et quod attinet ad primum, dicimus arteriam eſſe corporis noſtri partem, quæ duobus modis poteſt conſiderari, vel vt eſt membrum ſimilare, vel vt eſt membrum organicum: ſi conſideremus ipſam, vt eſt membrum ſimilare, tunc dicimus ipſius ſubſtantiam conſtare ex duplici membrana, externa nempe, & interna; interna craſſiſsima, externa verò tenuiſſima; hinc F
eius complexio, ſeu temperies frigida, & ſicca eſt, duritiemque, mollitiemque præſeferens ſuo corpori proportionatam. Relinquo alias conditiones, quæ ad inſtitutum noſtrum minimè faciunt; ſi conſideremus, vt eſt membrum organicum, tunc dicimus eſſe corpus rotundum, planum, intus excauatum; motuque duplici moueri diaſtole, & ſyſtole.

Hinc etiam colligere licet, ipſam arteriam conſiderari poſſe bifariam; nempe, vt eſt canalis quidam, vel vt motu mouetur dilatationis, & conſtrictionis: ſi primo modo ipſam conſideremus, duplicem præbet corpori vſum, primus eſt, quòd recipiat ſpiritum à ſiniſtro cordis ventriculo, & ipſum partibus omnibus diſtribuat, ſecundus vſus eſt, quòd calorem influentem alijs corporis partibus impertiatur: ſi ſecundo modo conſideretur, nempe vt mouetur motu diaſtolis, atque ſyſtolis, ſuum quoque habet vſum, qui eſt conſeruare caloris innati ſymmetriam; dum enim dilatatur haurit aërem, dum conſtringitur expellit à corpore fuliginoſa excrementa, & hæc quantum ad primum. Quod pertinet ad ſecundum, dicimus arteriam ipſam, quam Ariſtoteles G
aortam appellauit, ſuam originem ducere à ſiniſtro cordis ventriculo.

Quoad diſtributionem verò dico, quòd exiens à corde ſtatim in duas inſignes ramificationes diuiditur, quarum vna deorſum deſcendit, altera verò ſurſum aſcendit: pars, quæ deorſum deſcendit, maior eſt ea, quæ ſurſum ſcandit, & in plurimos canales, ſeu ramulos diſtributa; quorum primus, licet exiguus, tendit verſus iecur: ſecundus omento, ſeu zirbo vocato offertur: tertium ſatis notabilem offert lieni; nam inſtar lineæ elicæ obliquè ad ipſum fertur, quod à paucisſimis obſeruatum eſt: quartum tranſmittit renibus, qui proculdubio cæteris omnibus eſt maior, appellaturque emulgens arteria: quintam ramificationem offert vaſis ſeminalibus. Poſtrema ramificatio, quæ exigua adhuc eſt, diſtribuitur per muſculos lumbales, quos Græci [illegible] appellant; tandem deueniens ad oſſis ſacri regionem, in duas partes æquales diuaricatur, atque deorſum ad foemora, & ad crura ſe conferens per illa diſtribuitur, (nonnullos tamen ramulos offert veſicæ, vtero, & partibus circumuicinis, antequam crura adeat) ibique in multos ramulos diſtributa alios internis partibus, alios verò exterioribus partibus ipſi videlicet cuti offert: Hinc eſt, quòd aliæ ſunt conſpicuæ, aliæ minimè oculis apparent, neque ſenſu tactus explorari queunt, notabiles tamen ſunt ad malleoli interni, & H
externi regionem. Atque iſta eſt diſtributio rudi quadam delineatione à nobis expoſita partium infernarum, & quantum præſens ſermo requirit.

Venio ad diſtributionem partis ſuperioris, quam dicimus à corde ad ſuperiores partes recto tranſitu aſcendere, & ramulos etiam partibus thoracis offerre, non ſecus ac parti inferiori diſtributos eſſe diximus, quamuis alia ratione; nam primus ramus aſcendentis arteriæ eſt ille, qui in diaphragma vtrinque diſtribuitur: ſecundus ramulus notabilis ille eſt, qui cordi, ſeu baſi cordis offertur, & propterea coronalis appellatur, eò quòd baſim cordis coronæ in modum amplectitur, ſurſumque magis aſcendens plures ramificationes hinc inde partibus thoracis offert, ac per illam glandulam famoſam, quam thymum appellant, diſtribuitur, & ab ipſo conſeruatur. Tandem ex-

tra

Digitized by Google

A tra thoracem delatus, in duas partes diſtribuitur, quarum vna ſurſum per ceruicem,
ſeu collum aſcendit, & hæc diuiſa eſt in duas inſignes ramificationes, quæ iugulares
appellantur, quarum vna à dextris, altera verò à ſiniſtris aſcendit, & vtraque tam dex-
tra, quàm ſiniſtra diuiditur in internam, & externam iugularem. Ab interna iugulari
vtrinque oritur famoſus ille ramus arteriarum dictus arteria ſoporaria, val vt Arabes
dicunt, ſubetica, eò quòd obſtructæ, & læſæ prohibent ſpirituum vitalium ad caput
aſcenſum: ab huiuſmodi ſoporarijs arterijs enaſcuntur illi proceſſus tam diuulgati,
qui proceſſus choroides appellantur; ſoporariæ enim arteriæ iam dictæ, quàm pri-
mùm attingunt regionem oſſis ſphœnoidis, capiti implicantur, ita vt faciant rete ad-
mirabile, quod in animantibus brutis magis conſpicuum eſt, quàm in hominibus: inde
oriuntur plexus illi choroides, qui ſunt quædam implicationes venarum, & arteria-
rum ſimul deuinctæ, & vnitæ, ita vt ſeparari vena ab arteria, & arteria à vena non poſ-
ſit: & ita progredientes cauitatem cerebri, nempe ventriculos anteriores ingrediun-
tur, & per eos diſtribuuntur, & iſti ſunt meatus implicatiſſimi ad modum labirynti hi,
B per quos ſpiritus vitales in caput feruntur.

Venio ad aliam diſtributionem, quæ magis ad inſtitutum noſtrum facit, quam dixi-
mus arteriæ aſcendentis per brachia eſſe eadem prorſus ratione, qua venæ per to-
tum brachium, & manum diſtribuuntur; namque videre eſt in cubito baſilarem arte-
riam, cephalicam, & communem. Baſilaris ortum ducit ab axillari arteria, cephali-
ca à iugulari, communis verò tracta eſt inter vtramque. Baſilaris diuiſa in multos ra-
mos ea eſt, quæ in carpo, ſeu in carpi regione conſpicua cernitur. Hac ſtante arteriæ
diuiſione, opus eſt, vt videamus, quæ ſint vſui noſtro neceſſariæ; nam, vt videtis plures
arteriæ diſſeminantur per vniuerſum corpus, pauciſſimæ tamen ſunt, quæ in vſum
medicum veniunt, inter quas primum locum tenent illæ, quæ iuxta carpum reperiun-
tur ad malleolum internum, ſeu radij regionem interiorem, quà radius carpo adiun-
gitur. Deinde ſunt etiam aliæ iuxta pedum malleolos tam internos, quàm externos:
reperiuntur demum aliquæ ad regionem temporum, quę nonnunquam in vſum me-
dicum venire poſſunt; ſed cùm Medicus ſummitate digitorum debeat eas arterias, &
C motum ipſarum dijudicare, nulla ſanè eſt (omnibus Authoribus conſentientibus) quæ
commodiùs, aut promptiùs, aut etiam honeſtiùs contrectari poſſit ea, quam iuxta
carpum conſtitutam eſſe diximus: quandoquidem locus hic cuique patet, vt pote car-
ne vacuus, vnde eſt, quòd facilè poteſt attingi, ſiue in interiori parte radij reperiatur,
ſiue deflectat ad exteriores partes ipſius, vt quandoque contingit. In huiuſmodi arte-
rijs tangendis, & obſeruandis Medicus debet mentem adhibere ijs impreſſionibus,
quas pulſus, ſeu motus, ſeu ictus arteriæ digitis imprimit; inde enim abſque errore iu-
dicium ferat de varijs pulſus differentijs. Volo tandem vos animaduertere arteriam
illam magnam, quam dixi per dorſum, ac abdomen deſcendere, ita pulſare, vt mani-
bus ad hippochondria poſitis, percipiatur ipſius motus, præ cęteris in ijs, qui emaciati
valde ſunt, præſertim, ſi hippochondriaca paſſione tententur.

De differentijs pulſuum. Cap. VII.

D Differentiæ pulſuum aliæ ſunt primæ, aliæ ſecundæ: primæ deſumuntur
ab arteria, vel vt eſt corpus ſimilare, vel vt eſt organicum, ab arteria,
vt eſt corpus ſimilare, duę oriuntur differentiæ, vna ex parte primarũ
qualitatum, vnde pulſus alij frigidi, alij calidi dicuntur, verùm huiuſ-
modi pulſus differentia nullius eſt conſiderationis. Alia verò diffe-
rentia, quæ vtilis eſt, & prorſus neceſſaria, deſumitur à ſecundis
qualitatibus, nempe à mollitie, & duritie; vnde ab hoc capite tres ſunt pulſus differen-
tiæ; nempe pulſus durus, mollis, & mediocris. Ab arteria verò, vt eſt corpus organicũ,
deſumuntur aliæ pulſus differentiæ; nam vel arteria conſideratur, vt eſt corpus mobi-
le, ad vbi, vel vt eſt corpus cauum, quod repleri, & euacuari poteſt: ſi conſideretis ar-
teriã, prout eſt corpus mobile, tunc tres accipiuntur differentię; nam cùm mobile mo-
ueatur, neceſſum eſt, vt per ſpatiũ aliquod moueatur: deinde, vt moueatur in tempore:
tertiò, vt moueatur à mouente, præterea à termino à quo ad terminum ad quem; &
ex his vobis oſtendam veras pulſus differentias primas deſumi.

Et primo quidem auſpicemur à ſpatio, per quod iſtud mobile, nempe arteria, mo- E
uetur: cùm enim hæc ipſa moueatur motu dilatationis, & conſtrictionis, non moue-
tur tamen ſecundùm totum ſuum corpus deferens locum, in quo ipſa firmatur, ſed ſe
ipſam dilatando à centro tanquam à termino, à quo mouetur, nempe ad cutem mo-
uetur, tanquam ad circumferentiam, inde à cute tanquam à termino à quo ad cen-
trum reuertitur: hoc ſtante, cùm & hæc ipſa arteria ſit corpus, quod conſtat tribus di-
menſionibus, nempe longitudine, latitudine, & profunditate. Cùm verò mouetur per
ſpatium iam dictum, proportionem ſeruans inter has tres dimenſiones, tunc efficitur
pulſus vna differentia, quæ eſt inter magnum, & paruum, & dicitur pulſus magnus, vel
pulſus paruus, vel mediocris: ſi verò excedat ſecundùm vnam dimenſionem pro di-
uerſitate exceſſus, varia acquirit nomina; nam ſi ratione longitudinis excedat, effici-
tur pulſus longus, cum ſuis differentijs, id eſt vel longus, vel breuis, vel mediocris di-
ci poteſt, vel excedit ſecundùm latitudinem, & dicitur latus pulſus, vel auguſtus, vel
mediocris: vel tandem profunditatis ratione, & appellatur pulſus altus, ſuperficialis,
& medius. F

Et hinc oriuntur vigintiſeptem differentiæ, quas videre poteſtis apud Galenum, primo de diff. pul. cap. 4. & huiuſmodi differentiæ pulſuum à Gal. dicuntur deſumptæ à quantitate motus. Tot igitur differentiæ ſunt, quæ deſumuntur à ſpatio, per quod arteria ipſa mouetur. Secundò, cùm omne, quod mouetur, moueatur in tempore, hinc eſt, quòd arteria etiam moueatur in tempore, vel in tempore breui, vel in tempore longo, vel in mediocri: atque hinc tres fiunt pulſus differentiæ, vna eſt, qua pulſus celer dicitur, altera, qua tardus, tertia mediocris. Celer motus eſt ex parte ipſius mobilis, quod in breui tempore totum ſpatium permeet, tardus verò, quod longiori tempore egeat: mediocris qui eſt medius inter celerem & tardum, & hæ ſunt differentiæ, quæ ſecundùm Galenum à qualitate motus deſumuntur.

Tertio à facultate tanquam à cauſa mouente etiam deſumuntur tres differentiæ: nam vel facultas valida impellit pulſum ad tactum digitorum vehementer, & pulſus vehemens appellatur, vel remiſsè, & languidè mouet, & dicitur pulſus languidus, vel
mediocriter, & dicitur pulſus mediocris: & à Galeno huiuſmodi pulſus differentiæ G
deſumuntur à qualitate occurſus ipſius pulſus. Et iſtæ ſunt quatuor pulſus differentiæ, quæ in ictu arteriæ reperiuntur ſemper: & has habetis à Galen. lib. de pulſ. ad Tyrones cap. 3. Alia & poſtrema differentia deſumitur ab ipſa arteria, prout ad terminum ad quem quieſcit, vel parum, vel multùm; nam ſi parum quieſcit in termino ad quem, efficitur pulſus frequens, ſi multùm, fit pulſus rarus, ſi mediocriter, dicitur & pulſus mediocris; huiuſmodi autem pulſus differentia dicitur à Galeno deſumpta à qualitate quietis: & iſtæ ſunt quatuor pulſus differentiæ deſumptæ ab arteria, vt eſt corpus mobile.

Conſideremus modò ipſam arteriam, vt eſt corpus cauum, quod & impleri, & inaniri poſſe diximus: hinc fiunt pulſus tres differentiæ, nempe pulſus plenus, pulſus vacuus, pulſus mediocris; pulſus pleni, & vacui meminit Galenus tum in lib. de pulſ. ad Tyrones, tum primo de diffe. pul. cap. 2. cumque minimè diuerſum eſſe à quatuor propoſitis differentijs arteriæ, vt eſt corpus mobile probare conatus eſt, cùm tamen
è contra idem Gal. tertio de dig. pul. 2. & 3. oppoſitum docuerit, quem ſequutus eſt
Auicennas, & alij poſt ipſum, potiſſimùm Hercules ſaxonia, qui pluribus probare con- H
tendit dari huiuſmodi pulſum plenum, & vacuum: hos poteſtis per otium legere; ſat enim eſt nunc mihi afferre vobis eas differentias, quæ magis ad vſum medicum ſunt: Et hæc de primis pulſus differentijs.

Veniamus ad ſecundas, quæ ita dictæ ſunt, quòd ſine primis nihil ſunt, deſumuntur autem à tribus capitibus, primò à proportione motus dilatationis, & conſtrictionis, nec non & à vitiata proportione: aliæ verò duæ differentiæ deſumuntur ab æqualitate, & inæqualitate prædicti motus, atque etiam ab ordine, & diſpoſitione contraria ipſi ordini. Hinc habetis pulſus alios æquales, alios inæquales, alios ordinatos, alios ordine carentes, de quibus tractandum eſt. Primò igitur duæ iam dictæ differentiæ deſumuntur à rhythmo qui nihil aliud eſt, quàm proportio quædam, quæ eſt inter duos dictos motus, nempe dilatationem, & conſtrictionem, nec non inter duas quietes. Quare

pulſus

A pulſus alij dicuntur eurhythmi, & ſunt ij, qui ſeruant iam dictam proportionem, qui
verò ab hac proportione recedunt, dicuntur arhythmi, & quamuis iſtud nomen
(arhythmus) videatur dicere carentiam rhythmi, non tamen id ſignificat, ſed vnuſ-
quiſque pulſus habet ſuum rhythmum; vnde pulſus alij ſunt, qui dicuntur eurhythmi,
alij arhythmi, priores non ſubdiuiduntur, ſed ſunt illi habentes proportionem motus
dilatationis,& conſtrictionis: alij verò nempe arhythmi, ſubdiuiduntur in tres diffe-
rentias, quæ à Galeno ita diuiduntur, primo de differ. pul. cap. 9. nempe in hetero-
rhythmos, pararhythmos, & in echrythmos, qui inter ſeſe recedunt ab illa propor-
tione motus, quam eurhythmos pulſus habere diximus; ſed huiuſmodi differentiæ
pulſus mihi videntur potiùs in imaginatione eſſe quàm in praxi reuera obſeruari poſ-
ſint; qui etſi obſeruarentur, id rarò fieret, & fortaſſe præter aliquam vtilitatem: pote-
ſtis per otium legere Galenum de hac materia.

Quibus relictis iam propero ad alios pulſus inæquales, de quibus quidem primò
loquitur, tam in genere, quàm in ſpecie, deinde de alijs; auſpicemur ab æqualibus,
B tanquam à fundamento cognitionis. Aequalis igitur pulſus ille dicitur, qui in omni-
bus pulſationibus eſt par, inæqualis verò è cõtra, qui eſt impar. Hic verò pulſus impar
vbi eſt, reperitur vel ſimplex, vel compoſitus, & vterque dicitur, vel ſimpliciter talis,
vel ſecundùm quid; ſimpliciter talis ille eſt, qui ſecundùm omnes ſimplices, atque
compoſitas pulſus differentias eſt impar: ſecundùm quid autem ille eſt, qui vnica pul-
ſatione, vel ſaltem non in omnibus eſt impar. Verùm vt rem hanc rectè intelligatis,
ſcire debetis inæqualitatem pulſus eſſe in duplici diſcrimine, vna eſt quæ à Græcis di-
citur Συςηματική, quam noſtrates collectiuam appellant; altera verò, quæ dicitur vnius
ictus, quæ & ipſa duobus modis conſideratur, vel vt eſt ſub vnico digito, & per conſe-
quens in vna arteriæ parte, aut ſub varijs digitis, & varijs arteriæ partibus. Rurſus tam
inæqualitas collectiua, quàm vnius ictus, eſt duplex: diſpar & interrupta, altera, quæ
diſpar eſt, vel facit pulſus inæquales inæqualiter, vel æqualiter, & ſub huiuſmodi capi-
tibus variæ reperiuntur differentiæ, quarum aliquæ ſunt nominatæ, aliquæ nomine
carentes, quæ à nobis conſiderandæ ſunt. Et primò quidem de ſimplicibus, mox de
C compoſitis: & iſtæ ſunt, quæ in arte pulſuum cognoſcendorum maximam afferunt
difficultatem.

Inter primas igitur ſimplices pulſuum differentias inęquales Συςηματική, ſeu collecti-
ua in primis à nobis eſt conſideranda (hęc enim verſatur circa omnes primas pulſuum
differentias, vti circa vehementiam, magnitudinem, celeritatem, frequentiam cum
ſuis oppoſitis) cùm itaque duplex ſit inæqualis, diſpar, nempe & interruptus, & diſpar
adhuc ſit duplex, æqualiter, aut inæqualiter: prima differentia eſt eorũ pulſuum, quos
decurrentes appellant; ſunt autem inæquales potiſſimùm vehementia, imbecillitate,
magnitudine ac paruitate, in quibus ſecunda pulſatio eſt languidior, ac minor prima,
& tertia minor ſecunda, ita vt ſenſim ſenſim, & proportionaliter diminuatur, tantuſ-
que ſit defectus ſecundi motus reſpectu primi, quantus tertij reſpectu ſecundi, & ſic
deinceps. Quamobrem huiuſmodi pulſus cauda muris vocatur, & inter inæquales
æqualiter connumeratur, habet autem hic ſub ſe alias differentias; vel enim prorſus
deficit, vel non, ſi primo modo μείουρος deficiens vocatur, alter verò non deficiens: &
D rurſus deficiens vel recuperat motum, vel non recuperat, ſi recuperat dicitur deficiens
reciprocus, ſi non recuperat caret nomine. Et hæc de pulſibus μείουρος: at ex ſententia
Galeni rarò obſeruantur tales pulſus, & non niſi in morituris.

Sunt modò inæquales alij pulſus ſub eadem Συςηματικῇ inæqualitate, qui inæquales
quidem ſunt, ſed inæqualiter procedentes, hi autem ſunt in duplici differentia; nam
alij carent nomine, alij verò ſunt nominati: anomini diſpares ſunt illi, qui in celeritate,
magnitudine, vehementia, crebritate, vel duritie nullam ſeruant arithmeticam pro-
portionẽ; non enim paulatim, & ſenſim, ac proportionabiliter, vt μείουροι, ſed impropor-
tionabiliter admodum, & affatim tranſeunt ex alio in aliud extremum, vel vehemen-
tiæ, vel magnitudinis, vel alterius differentiæ: illi verò, qui nominibus proprijs donan-
tur, duo ſunt, nempe intermittens, & intercurrens, de quibus agendum, & quidem ac-
curatè, quia ſæpe in praxi obſeruantur. Intermittens igitur pulſus, vt ab eo exordia-
mur, interceptus, & interruptus vocatur, eſt autem inæqualis, inæqualiter ratione ra-
ritatis,

ritatis, vt ſcribit Galenus; cùm enim deficiat quandoque vna, quandoque verò duplex, & triplex pulſatio; hinc maximum intercedit interuallum, inter duas ſyſtoles, hoc eſt arteriæ conſtrictiones, id quod nunquã contingit, quando nulla pulſatio intermittitur. E

Cæterùm nihil refert, quò minùs paruitatis, & imbecillitatis inæqualitatem huic pulſui tribuamus; nam ſi omnem motum prorſus amittit, igitur & contractionem, & dilatationem. Omnem tamen placuit μύουρος deficientibus, paruitatis inæqualitatem tribuere; intermittentibus verò raritatis, eò quòd illi ſenſim perdant ſuam magnitudinem, hi verò affatim, & ſubitò, vt propterea ſint iure inter inæquales, inæqualiter procedentes connumerati, eò quòd abſque vlla proportione à vehementia, atque magnitudine in abolitionẽ tranſeunt: non eſt tamen hic pulſus ex illis inæqualibus, qui omnium pulſationum perdũt æqualitatem; imo verò quandoque illam retinet vſque ad ſex ictus, octo, vel plures, vel etiam pauciores; at poſtea eandem amittit, atque viciſſim recuperat, quemadmodum intercurrens, qui & ipſe ſicut interceptus vnus eſt in æqualibus collectiuis inæqualiter, ſed ratione crebritatis, quandoque vna quaſi ſuperflua interponitur pulſatio, quæ frequentiorem facit pulſum, & huiuſmodi inæqualitatis, tot ſunt ſpecies, & differentiæ in collectiua inæqualitate. F

Modò deueniendum eſt ad pulſus inæquales, qui etiam cõſiderantur reſpectu vnius ictus ſub vnico digito, vel ſub pluribus digitis, & per conſequens in vna parte arteriæ, & in pluribus partibus eiuſdem arteriæ. Inæquales pulſus ratione vnius ictus, aut vnius digiti, vel vnius partis arteriæ ſunt à Galeno in triplici differentia enumerati, quarum vna eſt diſparis, ſecunda interrupti, tertia dicroti, ideſt bis pulſantis: diſpares pulſus in vno ictu ſunt, vel ratione vehemmentiæ, vel celeritatis, verùm multò euidentiùs in celeritate, quàm in magnitudine. Inæqualitas verò ſecundùm duritiem, aut mollitiem nullũ habet locum; neq; enim poteſt arteriæ ſtatus in vnico ictu, ab vna in aliã tranſire conſiderationem, ſed neque magnitudinis inæqualitas, aut paruitas in vnico ictu non interrupto haberi poteſt, quia nihil dicitur magnum, aut paruum, quod adhuc eſt in fieri, ſeu in motu, nec ad ſui motus terminum peruenit, idcirco, neque pulſus non interruptus dici poterit maior in principio, aut fine, cùm magnus, aut paruus non dicatur, antequam totam ſuam magnam diſtenſionem compleat. Quòd ſi motus interrumpitur, tunc poterit & magnitudinis, & celeritatis adeſſe inæqualitas, ſicuti dictum eſt in non interrupto, eſt autem celeritatis, ac tarditatis inæqualitas omnium maximè perſpicua; cùm ſcilicet motus principium à reliquis diſtat ſuis partibus. G

Atque hinc eſt, quòd Galenus vnum, & eundem motum, quandoque tria habere docet, quandoque quatuor tempora, vt paulò inferiùs intelligetis. Nunc autem diaſtoles in duas tantùm partes diuiſa, à principio, & à fine erit à nobis cum Gal. diſtributa, in eam, quæ æqualiter, & in eam, quæ inæqualiter procedit. Et primùm quidem quo ad inæqualitatem æqualiter ſpectat, ſex oriuntur differentiæ; nam in principio tardus, in fine moderatus, in principio velox, moderatus in fine, in principio moderatus, celer in fine, in principio moderatus, tardus in fine, in principio paulò tardior, in fine autem moderatus, aut paulò celerior in principio, paulò celerior in fine, vel moderatus, vel paulò tardior; & omnes iſtæ differentiæ dicuntur inæquales æqualiter. Et ratio eſt hæc, quia tranſit ictus ab vna in aliam conditionem paulatim, ſenſim, atque cum aliqua proportione, idcirco in hac inæqualitate æqualiter facta, nunquam tranſit pulſus ab vno in alium terminum abſque medio. H

Ex pulſu inæquali inæqualiter procedente, aliæ exurgunt differentiæ, quæ & ipſæ numero ſunt ſex, à prioribus diuerſæ, vt *v. g.* pulſus in principio celer, in fine tardus, in principio moderatus, celer in fine, in principio tardus, celer in fine, in principio celer, moderatus in fine, in principio moderatus, tardus in fine, in principio tardus moderatus in fine. Ex his autem differentijs quatuor ſunt, quæ cum prioribus conueniunt, æqualiter factis: videlicet moderatus celer; celer moderatus; moderatus tardus; tardus moderatus: diſtant autem hac ratione, quòd in pulſibus æqualiter factis, ſenſim, & proportione quadam arithmetica fit huiuſmodi tranſitus ab extremo ad moderatum, in pulſibus verò inæqualibus inæqualiter fit affatim, & ſine vlla proportione, eſt præterea cuique veſtrum aduertendum, duas haſce differentias rarò admodum euenire poſſe; non enim vnumquemque affectum tanta conſequi poteſt mutatio,

vt tar-

A vt tardiſſimè initio agitata arteria, ad extremam celeritatem perueniat, aut è contra:
poſtremò attentè conſiderare oportet, ſimul cum reliquis pulſibus inæqualibus in-
æqualiter in vno ictu tres alias reperiri pulſuum differentias, prima eſt celer, celer,
ſecunda tardus, tardus, tertia moderatus, moderatus, quas quidem enumerat Gal. ſed
ſimul tamquam vanas, & inutiles reijcit, redditque rationem; quæ eſt, quòd omnes
inter ſe ſunt æquales, & confuſionem in praxi parere poſſent, & hæc de pulſibus in-
æqualibus in vnico ictu, atque in vna arteriæ parte. Accedamus modò ad pulſum in-
terruptum, qui ſecundo loco fuit propoſitus; à Gal. hic interruptus vocatur, quia vni-
cam dilatationem habeat in duas partes diuiſam: huiuſmodi pulſum inæqualem eſſe
inæqualiter luce clariùs patet, & quòd motus ipſius nulla ſeruata proportione, à
magnitudine, celeritate, & vehementia in paruitatem, tarditatem, imbecillitatem, &
vt vno verbo amplectar, in quietem, atque intermiſſionem deſinat. Sed quia in-
æqualitas in celeritate, atque tarditate longè euidentior eſt, quàm in magnitudine, at-
que vehementia, idcirco huiuſmodi inæqualitas ſit velut aliarum exemplum, quarum
B poſtea eadem erit ratio. Interrupti itaque pulſus differentiæ nouem numero ſunt à
celeritate, & tarditate deſumptæ, videlicet celer tardus; celer moderatus; celer celer;
tardus celer; tardus moderatus; tardus tardus; moderatus celer; moderatus tardus;
moderatus moderatus: omnes hæ differentiæ habent inæqualitatem, ſed ſex illarum
habent duplicem inæqualitatem, tres verò habent inæqualitatem ſimplicem: ſuntque
tres ſequentes, tertia, ſexta, & nona, quæ propter motus interruptionem nullam ob-
tinent inæqualitatem; aſt reliquæ ſex præter interruptionem habent initium motus,
à fine aliqua ex parte diuerſum.

Tot igitur ſunt inæqualitates in vnico ictu, ſub vnico digito, pulſu interrupto exiſte-
te ratione celeritatis, & tarditatis. Totidem ſunt, vt ex poſito iam exemplo patet, in-
æqualitatis magnitudinis differentiæ, proinde cum prioribus coniunctæ decem, &
octo ſunt: verùm huiuſmodi inquiſitio tam exacta, videtur potiùs mentem iuuenum
confundere, quàm ſcientiam parere, his ergo omiſſis, fas eſſet ad tertiam iuxta pro-
poſitam methodum accedere ſpeciem, quam Gal. appellauit dycrotum pulſum, quia
C verò licet pulſuum contemplatio in omnibus ſit plurimis difficultatibus implicita,
nulla tamen magis mihi videtur ardua, ea quæ de pulſibus dycrotis, ſeu recurren-
tibus eſt, eamque vobis prorſus inutilem fore cenſeo, idcirco neque de ipſa quid-
quam afferendum eſſe hoc loco videtur, conſulite vos Gal. lib. 1. de differentijs pul-
ſuum. Præterea conſequenter agendum eſſet de alijs pulſibus inæqualibus, qui di-
cuntur tales, eò quòd in varijs partibus arteriæ videntur tales eſſe, vt potè ijs, in qui-
bus obſeruantur ſecundùm diuerſas arteriæ partes, plures differentiæ pro diuer-
ſitate occurſus ipſius arteriæ ad digitorum ſummitatem, quæ differentiæ à Galeno
prim. de differ. pul. cap. 8. ſnnt numero vna ſupra octuaginta, quas etiam afferre, &
inutile, & tædioſum vobis eſſet: ſunt etiam pulſus, quos vocant ordinatos, & inor-
dinatos; ſed cùm tanti temporis iactura à nobis facta fuerit in enumerandis differen-
tijs a'b occurſu arteriæ deſumptis circa vnum digitum, nolo in præſenti animum ve-
ſtrum confundere in ijs, quas enumerauit Gal. quia eius inſtitutum fuit omnia diffuſè
pertractare: ipſum legite, & ex vberrimis ipſius fontibus doctrinam haurietis.

D Nos breuitati ſtudentes ordinatum conſideramus, à quo duæ ſtatim oriuntur diffe-
rentiæ; nam omnis pulſus vel eſt ordinatus, vel inordinatus. Pulſus æqualis eſt ſemper
ordinatus, non tamen omnis inæqualis eſt ordinatus, ſed eſt aliquis pulſus inæqualis
ordinatus, aliquis eſt inordinatus: inordinatio, quæ vnius eſt ictus, neque ordinem, ne-
que ordinis carentiam continet, ſed in collectiua tantùm inæqualitate reperitur: hæc
autem eſt duplex, vel abſoluta, vel ſecundùm quid; abſoluta ea eſt, quæ nullius circuitus
ſeruat paritatem, ſecundùm quid autem eſt illa, quæ alicuius circuitus ſeruat parita-
tem, aliorum verò non. Vt autem meliùs doctrinam hanc intelligatis, non grauabor
eam ipſam exemplo declarare, accipiamus pulſus inæqualitatem ratione magnitudi-
nis, & fingamus ipſam poſt tres pulſationes vnam ſemper intermittere, tres verò illas
pulſationes ſibi mutuò correſpondere, iam apparet vobis huiuſmodi pulſum inæqua-
lem eſſe, at ordinatum, ſi verò tres pulſationes primis ſuccedentes nulla ratione pri-
mis correſpondeãt, & interruptio, modò poſt quatuor, modò poſt quinque, vel plures,

vel etiam pauciores ſit pulſationes, iam omnes vident, hunc pulſum eſſe abſolutè inordinatum, ſed ſi circuitus prioris paritatem retineat, illam verò amittat in quarto, aut quinto tantùm, tunc dicetur inordinatus ſecundùm quid: cuius etiam plures conſtitui poſſunt differentiæ, de quibus non eſt, cur aliquid hoc loco dicamus, cùm parum vobis vtilitatis afferre poſſit. Atque hæc ſatis dixiſſe ſit de pulſibus inæqualibus ſimplicibus, duo verba dicamus de pulſibus compoſitis, & inæqualibus compoſitis genere: inæquales enim compoſitos in ſpecie videte vos apud ipſum Galenum, lib. cita: nempe primo de differ. pul. à 29. cap. ad finem vſque. E

Pulſus igitur inæquales compoſiti, à Galeno lib. de pulſibus ad Tyrones tres tantùm enumerantur, aut quatuor, nempe vndoſus, vermiculoſus, formicans, & hecticus, primo verò de differe. pulſuum, habentur præter hos alij pulſus, vt eſt conuulſiuus, vibratus, & caprizans, quamuis etiam lib. cita. ad Tyrones, mentionem faciat cuiuſdam pulſus, qui ſerrinus appellatur omnibus notus, eò quòd cæteris omnibus compoſitis maximè ſit inæqualis; addit etiam pulſum tremulum, palpitantem, & frequentem, qui ab omnibus inter inæquales pulſus compoſitos reponuntur. Adducuntur etiam & alij, nempe vndoſus, vermiculoſus, & formicans, qui ex inæqualibus componuntur differentijs per ſe nunquam ſubſiſtentibus, conuulſiuus verò pulſus, vibratus, caprizans, atque ſerrinus ex ſimplicibus differentijs fiunt, quę per ſe inueniuntur: de hectico verò pulſu multi multa dicunt; quemadmodum circa pulſuum differentias multa dixerunt; nam alij multas afferunt differentias tam ſimplices, quàm compoſitas, quæ cùm ſint nullius vtilitatis, & animum ſaltem tyronum confundant, ijs, quæ ſupra dicta ſunt, contenti erimus finem imponentes pulſuum differentijs vſilibus, quæ ſufficiunt ad habendam pulſuum cognitionem neceſſariam in praxi Medicinæ, reliqui verò pulſus aut nihil, aut parum proficiunt; aggrediamur aliud caput, in quo ſermo erit de cognitione. F

Quomodo cognoſcantur pulſus differentiæ. Cap. VIII.

Quatuor pulſus partes præ ceteris conſiderabiles eſſe noſtis, reor, ex ijſdem, quæ docuit Gal. 1. de cognitione pulſuum, vbi ait primam partem eſſe, & Medicis, & Philoſophis communem: tertiam vti de cauſis pulſuum eſſe magis propriam Philoſophorum, ſecundam verò, & quartam magis Medicis conuenire, eò quòd ſecunda verſatur circa cognitionem, quarta circa præſagitionem euentus morborum. Iam verò de prima, quæ verſatur circa differentias, iam à nobis ſatis, ſuperque dictum eſt, ſecundam aggredior, quæ eſt de cognitione earundem differentiarum, de qua quidem cognitione idem Galenus loco citato pronuntiauit intricatum valde eſſe, proinde magis eſſe opus tempore, quàm longo ſermone, & re vera huiuſmodi pars penè innumeras difficultates obtinet; nam cùm quatuor ſint partes pulſus, quas Galenus elementa vocat, quæ cognitioni ſubijciuntur, nempe dilatatio arteriæ, eiuſdem conſtrictio, quies externa, & interna, ſola ſenſibilia videtur dilatatio, aliæ verò tres partes, vix & cum difficultate cognoſcuntur: præterea in diſtenſione non omnes partes ipſius cognoſcuntur; ſuccedit & mutatio facilis in ipſis pulſibus, à quacunque non naturali cauſa proueniens: eſt etiam & inſignis varietas in ipſis pulſibus, pro ætatis, ſexus, temperamenti, habitus, aliorumque ſimilium diuerſitate: dictas auget difficultates plerumque noſtri tactus ſtupor, & hebetudo, mentiſque noſtræ obtuſio dum pulſuum tactu differentias cognoſcere intendimus; ſunt denique & tot differentiæ, vt eas noſſe omnes vix vlli vnquam conceſſum fuerit, quàm pauciſſimas vero cognitas, & facilè obliuioni tradi, vt plurimum contingat, quod ita verum, vt Galenum impulerit loco citato ad dicendum pro omnibus pulſus differentijs cognoſcendis non ſufficere vitam hominis, pro cognitione verò paucarum differentiarum requiri multos annos, & quod magis eſt, ſcriptum reliquit, ſe multos conſumpſiſſe annos in ſyſtole, id eſt, contractione cognoſcenda; vnde pulchrè inuehitur in illos Medicos, qui pollicentur ſe vniuerſam Medicinam, ſpatio ſex menſium edocturos. G H

Hoc autem Galeni teſtimonium ne putetis me adduxiſſe hoc loco, vt veſtrum animos

A mos à cognitione pulſuum deterream: ſed tantùm vos admonere volui, vt cognoſca-
tis opus eſſe in arte Medicinæ addiſcenda, ſicut edocenda ſummo ingenij conatu, vt
inde elegans Medicus euadere quiſque veſtrum poſſit. Rem itaque propoſitam aggre-
diens dico, quòd cognitio pulſuum duplici ratione haberi poteſt, ſenſu nimirum, atque
ratione, ſenſus eſt maximè tactus, iſque per ſummitatem digitorum factus; in huiuſ
modi ergo tactu alia ſunt obſeruanda ex parte manus tangentis, alia ex parte bra-
chij ipſius paſſi. Manus tangentis, id eſt, Medici debet eſſe mollis, temperata, mi-
nimè calloſa, neque hebetis ſenſus, ſed exquiſiti, quæ quatuor digitorum apicibus in
arteria, quæ in carpo eſt ad regionem malleoli ipſius radij applicari queat: hæc quan-
tum ad tactum quoad manum tangentem.

Iam accedo ad brachium patientis, quod tangi à Medico oportet; neque ſuſpen-
ſum illud, neque extenſum eſſe debet, vnde videtis imperitos verè quoſdam Medi-
cos eſſe, qui dum manum offerunt patienti ad tangendum pulſum, faciunt, vt æger ex-
tendat, atque erigat brachium, cuius ſitus importunus omninò eſt ad tangendas arte-
B rias, quia multò plus quàm par eſt, extenduntur. Neque etiam brachium pendere de-
bet, ſed opus eſt, vt ipſum collocetis in angulari figura, neque ſupinum, neque pro-
num, ſed æqualiter in latus imum verſus minimum digitum reclinet, & tunc tempo-
ris facilè, & eleganter Medicus percipit pulſum, qualis eſt in ipſo brachio ſine altera-
tione: opus eſt etiam animaduertere, vt dicebam antea, qualis naturæ ſit ille, in quo
pulſus explorandus eſt; nam moderatus, id eſt, moderatæ naturæ pulſum habet inter
omnes alios medium, qui eſt veluti regula, & menſura, qua omnes alij pulſus metiri
queunt, ad quem quidem omnes exceſſus pulſus rediguntur: aliud etiam diligenter eſt
expendendum, num vel motu, & labore, aut animi perturbationibus, vel cibo, & potu
immoderato, aut quauis alia cauſa potuerit pulſus immutari.

Rurſus pulſus, qui vehemens eſt preſſa arteria, digitiſque validè infixis cognoſci-
tur: vnde dicebat Galenus digitos quandoque applicãdos eſſe, ita vt cutem premant,
aliquando cutem ipſam palpando ſine impreſſione, digitis itaque infixis, & prementi-
bus dignoſcitur pulſus vehemens, & à magno, & pleno diſtinguitur, eò quod pulſus
C vehemens ſolet ſuo robore tactum vertere, atque pulpam digitorum excauare: non
tamen hic pulſus validè adeo premendus eſt, vt manus applicatæ arteriæ robur ſu-
peretur. Iam verò languidos pulſus molliter, & tantummodo digitis cutem palpando
attingere eſt opus, veluti ſunt pulſus mulierum, & alij pulſus languidi. Cæterùm in pul-
ſibus tangendis ſcire debetis, quòd motum faciens, & ictum à centro ad cicumferen-
tiam ipſa eſt arteriæ dilatatio; nam illam perinde facilè cutem attingentem digi-
tis applicatis Medici cognoſcunt. Cùm autem arteria à circumferentia ad centrum re-
uertitur, tunc eſt contractio, vnde eſt, quòd non facit motum, neque ictum digitis Me-
dici. vnde etiam eſt, quòd (vt ferè omnes ſcriptores dicunt) contractio pulſus non
poteſt à Medico cognoſci. verùm ſi nos conſideremus ea, quæ Galenus lib. 1. de dig.
pul. ſcripſit, videbimus eius cognitionem difficilem quidem eſſe; in aliquibus tamen
pulſum facilè deprehendi, vt quando pulſus eſt magnus, vehemens, atque durus, cuius
quidem pulſus conditiones rarò in vno pulſu concurrunt. præterea quamuis ipſa con-
ſtrictio neque motum faciat, neque ictum, accuratum taman Medicum, qui intentè
D ſtudet ipſi tactui, dico cognoſcere illam poſſe à contrarijs conditionibus dilatationis:
nam dilatatio arteriæ premit digitos, ita vt quandoque videatur excauare pulpam di-
gitorum extremam. Cùm verò hæc ipſa arteria diſcedit à digitis, tunc pulpa digito-
rum reuertitur ad ſuum ſtatum.

Hac itaque ratione Medicus cum digitis ſimul, & animum applicans cognoſcere
ipſam arteriæ conſtrictionem poteſt, & quamuis illa, re vera non faciat motum ad ex-
tra, facit tamen ictum reflexum, ratione cuius ictus, ipſa deprehendi poteſt. Sed hac
de re ne plura dicamus; eius enim inquiſitio videtur prorſus inutilis, vt Saxonia
etiam in ſuo tractatu de Pulſibus animaduertit; animus enim debet conuerti ad ſoli-
diorem, magiſque neceſſariam diligentiam, & animaduertere quantum fieri poteſt
ipſam dilatationem, ex cuius notione omnes pulſus partes ordinariè cognoſcuntur,
proinde hęc ſatis, ſuperque dicta ſint de tactu tum ratione manus tangentis, tum etiam
brachij patientis, ſupereſt tandem, vt de cognitione pulſuum per rationẽ, & diſcurſum

N n pauca

pauca addamus. Iteque ratione conſequitur Medicus pulſus cognitionem, dum accu- E
ratè aduertit, maximumque ſtudium in differentijs pulſuum ponit, in quo exacta vti
debet memoria, ac longa cauſarum exercitatione, in qua quidem conſideratione, &
exercitatione opus eſt, vt tria animaduertat: primum eſt, quis, qualiſque ſit naturalis
tactus eius; circa cuius pulſus notionem verſatur, deinde quomodo ſe habeat ad cauſas
exteriores, tertio debet animaduertere mutationes ipſius pulſus, & quid illi ex caſu
contingere poteſt; nam plerumque vſu venit, vt dum corpus exercetur, aliquid aliud
accedat, quod facere mutationem poſſit in ipſo pulſu, quemadmodum ſunt nuntia,
quæ animum ipſum commoueant, & alia id genus, & hæc ſint breuiter dicta de cogni-
tione per rationem: expedita itaque pulſuum cognitione iam agredienda eſt cauſa-
rum theoria.

De cauſis pulſuum. Cap. IX.

DVm de differentijs ſermonem haberemus, diximus pulſuum differen- F
tias eſſe in duplici diſcrimine; alias videlicet eſſe primas, alias ſecun-
das: primæ differentiæ erant numero quindecim, deſumptæ à quan-
titate motus arteriæ, vt Galeni verbis vtamur: aliæ deſumptæ erant à
qualitate motus; tertiæ differentiæ erant deſumptæ à robore, & debi-
litate facultatis mouentis; aliæ verò deſumebantur à ſpatijs, ſeu à quie-
tibus: poſtremæ differentiæ deſumebantur à corpore arteriæ, quod erat vel molle, vel
durum; hinc pulſus alij magni, alij celeres, alij vehementes, alij crebri, alij molles di-
cebantur, cum ſuis contrarijs: ſecundæ verò differentiæ, quas diximus ſine primis ni-
hil eſſe, deſumebantur à proportione inter motum ſyſtolis, & diaſtolis, nec non ab
æqualitate, & inæqualitate: tandem etiam ab ordine, contrariaque ordini diſpoſitione.
His ſtantibus differentijs, deuenientes ad cauſas pulſuum, Galenique doctrinam ſe-
quentes, diuidimus cauſas in duas differentias; quarum primæ à Galeno primò de cau-
ſis pul. dicuntur eſſe cauſæ generationis, aliæ non generationis cauſæ, ſed alterationis
tantùm eſſe dicuntur: priores ſunt tres numero, nempe vſus, cuius gratia pulſus fiunt, G
deinde facultas, tertio inſtrumentum, vſus dicitur etiam cauſa finalis, cauſa efficiens,
quæ eſt facultas, & materialis, quæ eſt inſtrumentum, nempè cor, & arteriæ ab ipſo
dependentes, alterationis verò cauſę ſunt in triplici diſcrimine, nam aliæ dicuntur eſſe
naturales, aliæ non naturales, & aliæ præternaturam.

De primis agendum primò proponitur, quæ, vt dictum eſt, ſunt vſus, facultas & in-
ſtrumentum. Et primò quidem ab vſu auſpicemur, vſus igitur, vel augetur, vel dimi-
nuitur, ſi vſus augetur, tunc pulſus familiares habet, ſeu tales pulſus facit, nempe
magnum, celerem, atque crebrum; ſi verò decreſc:r, hoc eſt diminuitur, contrarios
producit pulſus, nempe rarum, tardum, atque paruum, & iſti ſunt pulſus, qui familia-
res ſunt vſui, & ab ipſo variè affecto prodeunt. Secundò conſideremus ipſam facul-
tatem, quæ & ipſa duobus modis conſideratur, vel vt eſt firma, atque robuſta, vel vt
languida, & infirma; ſi primo modo, pulſum neceſſariò conſequentem habet, nempe
vehementem, hoc eſt, producit neceſſariò pulſum vehementem: familiares verò pul-
ſus illi ſunt; magnus, celer, atque creber: ſi verò infirma eſt facultas, neceſſariò produ-
cit languidum pulſum: familiares verò pulſus illi ſunt prioribus contrarij, nempe H
paruus, tardus, creber, & iſti ſunt pulſus prodeuntes ab ipſa facultate.

Conſideremus modò inſtrumentum, quod vel durum eſt, vel molle, ſi durum, ſem-
per neceſſariò habet pulſum durum: pro familiaribus verò pulſibus, habet pulſum
paruum, tardum, atque crebrum, & iſti ſunt pulſus, qui prodeunt ab ipſis cauſis ſimpli-
cibus, modò conſideremus eaſdem cauſas, vt inuicem complicantur, & videamus qua-
les producant pulſus. Et primò quidem conſideremus vſum, & facultatem; nam facul-
tas infirma poteſt habere vſum adauctum, deinde eadem facultas firma, & robuſta,
poteſt habere vſum diminutum. Tertia facultas firma poteſt habere vſum adauctum;
tandem facultas infirma poteſt eſſe cum vſu diminuto. Si primo modo, tunc fiunt pul-
ſus parui, tardi, ſed creberrimi; ſi ſecundo modo, fiunt magni, moderati, ſed rariſſimi,
Tertio, fiunt pulſus maximi, celerrimi, quemadmodum crebri. Si quarto modo, adhue
poſſu-

A poſſumus tribus modis hanc complicationem facultatis cum vſu conſiderare; nam vel excedit decretio vſus, vel vſus deficit, & facultas infirma eſt, vel tandem facultas ipſa eſt infirmiſſima; ſi primo modo, fiunt pulſus parui, tardi, & rari: ſi ſecundo modo, fiunt parui, tardi, crebri, & moderatè rari; ſi tertio modo, fiunt minimi, frequenter deficientes, & intermittentes, & iſti ſunt pulſus, qui fiunt ex complicatione facultatis, & vſus.

Expendamus nunc, qui pulſus fiant, quando vſus, & inſtrumentum complicatè læduntur; nam fieri poteſt, vt vſus ſit diminutus, inſtrumentum verò durum, vel vt vſus ſit auctus, & inſtrumentum molle, vel vt idem vſus auctus ſit, & inſtrumentum durum, vel tandem vſus ſit diminutus, & inſtrumentum ſit molle. Si primo modo conſideremus, id eſt, vſum diminutum cum duritie inſtrumenti, tunc vel durities ipſius pulſus vincit, & ſuperat ipſum vſum, vel eſt in eadem paritate, vel deficit vſus. Si primo modo, fiunt pulſus minores, quàm tardiores, & crebriores. Secundo modo, fiunt pulſus eò minores, quò tardiores fiunt, tamen moderatè crebri, & rari.
B Si tertio, pulſus fiunt tardiores, quàm minores, & rariores. Si verò ſecundo modo, hoc eſt, ſi conſideremus vſum adauctum, & inſtrumentum molle; adhuc conſiderare oportet, an mollities inſtrumenti in arteria vincat vſum, vel ſint ambo paria, vel vſus ſit ſupra mollitiem. Primo modo, fiunt pulſus maiores, quàm celeriores; ſi ſecundo modo, fiunt eò maiores, quò celeriores, & ſic non impletur vſus crebritas: tertio modo, ſi ita contingat, vt actio vſum non impleat, pulſus fiunt multò celeriores, quàm maiores, ſimulque crebri: ſi actio vſum implenit, fiunt æquè magni, atque celeres; & hæc de primo, & ſecundo membro, hoc eſt de compoſitione, quam inter ſe habent vſus, & inſtrumentum; ſunt modò duo alia membra, de quibus in ſequenti.

Veniamus modò ad tertium, in quo conſiderandus eſt vſus, qui ſit vel adauctus, & inſtrumentum durum habeat, vel vſus ſit diminutus, & habeat inſtrumentum molle. Si primo modo, vel vſus vincit duritiem, vel durities vincit vſum; vel ita ſe habent, vt neutrum ipſorum altrum vincat. Si primo modo, fiunt pulſus iuxta maio-
C res, ſi ſecundo modo, fiunt iuxta minores, ſi tertio modo, fiunt pulſus celerrimi, creberrimi iuxta minores: atque ſi vſus diminutus cum mollitie inſtrumenti adfuerit, vel vſus vincit, vel mollities vincit vſum. Si mollities vincit vſum, fiunt pulſus magni: ſi verò inter ſe æqualitatem habeant, fiunt pulſus magnitudine moderati, ſi verò deficit vſus, fiunt pulſus parui, omnes tamen ſunt tardi, & rari, ac quantò magis defecerit vſus, & iſti ſunt pulſus, qui fiunt ab vſu, & inſtrumento ſimul conſideratis. Modò conſideremus, quos pulſus faciant inſtrumentum, & facultas ſimul conſiderata: nam vel conſideramus facultatem, & inſtrumentum, vel vt facultas infirma eſt cum inſtrumenti duritie, vel vt hæc eadem eſt infirma cum eadem inſtrumenti duritie; vel conſideramus facultatem validam, & robuſtam cum mollitie inſtrumenti, vel eandem infirmam cum inſtrumenti eiuſdem mollitie. Si primo modo, fiunt pulſus parui, tardi, & crebri: ſi ſecundo modo, fiunt, parui & crebri, non tamen tardi, imò vero aliquando iuxta celeriores. Si tertio modo, fiunt pulſus manifeſto maiores, aliquando rariores, & tardiores: ſi quarto modo, vel infirmitas, & languiditas
D facultatis excedit ipſum inſtrumentum in mollitie, vel mollities inſtrumenti ſuperat facultatem ipſam, vel robur eius; vel etiam ſunt in æquali diſpoſitione, hoc eſt, neque vna excedit alteram. Si primo modo, fiunt pulſus parui, tardi, & crebri. Si ſecundo modo, inter magnitudinem, & celeritatem fiunt pulſus moderati, ſi tertio modo, vel modicè ita ſe habent facultas, & inſtrumentum, vel immodicè. Si primo modo, fiunt pulſus magni, & celeres quidem, ſed moderatè; ſi ſecundo modo, fiunt pulſus parui, tardi, & crebri, & iſti ſunt pulſus, qui fiunt à complicatione facultatis, & inſtrumenti.

Iam deueniamus ad conſiderationem horum pulſuum, qui fiunt à complicatione conſiderata harum trium cauſarum ſimul, videlicet facultatis, vſus, & inſtrumenti, quæ ita ſeſe habere poſſunt; nam facultas infirma eſt, vſus diminutus cum duritie inſtrumenti; vel è contra, facultas infirma eſt cum vſu diminuto, & inſtrumenti mollitie, aut facultas infirma eſt cum vſu adaucto, & duritie inſtrumenti, vel eadem

facultas languida eſt, cum vſu adaucto, & inſtrumenti mollitie. Nunc conſideremus E
quales pulſus fiant à facultate infirma, his quatuor modis propoſita, ſi primo modo,
fiunt pulſus parui, & tardi, ſi ſecundo modo fiunt pulſus parui, tardi, & rari, ſi tertio
modo, vel cauſæ omnes inſigniter læduntur, & tunc pulſus fiunt minimi, tardiſſimi,
& creberrimi, vel ſolus vſus inſigniter lęditur, & tunc fiunt pulſus moderatè magni, ce-
leriores, & crebriores, vel tandem omnes cauſæ parum offenduntur, & tunc fiunt pul-
ſus crebri parum. Quod ſi quarto modo conſideremus facultatem infirmam, vel hæc
ipſa inſigniter eſt læſa, alijs duabus moderatè ſe habentibus, & tunc fiunt pulſus parui,
imò minimi, creberrimi, & modicè tardi, ſi verò vſus, vel inſtrumentum inſigniter
lædantur, pulſus maiores quàm celeriores, & aliquantulum crebri fiunt, ſi potiſſimùm
vſus magis lædatur; ſi verò magis inſtrumentum, fiunt pulſus maiores; & iſti ſunt pul-
ſus prodeuntes à facultate infirma pro vſus, & inſtrumenti varietate.

Veniamus ad pulſus alios, qui fiunt à facultate firma, & robuſta exiſtente, quæ &
ipſa quatuor modis conſideratur, vel vt eſt robuſta quidem, ſed cum vſus diminutio-
ne, & inſtrumenti duritie: vel cum vſu diminuto, ſed cum mollitie inſtrumenti: vel præ- F
terea cum vſu adaucto, & mollitie inſtrumenti; vel tandem cum vſu adaucto, ſed du-
ritie inſtrumenti. Si primo modo conſideremus facultatem validam, vel vſus diminu-
tio ſuperior eſt inſtrumenti duritie, vel inſtrumentum duritie ſuperat diminutionem
vſus. Si primo modo, fiunt pulſus minores, tardiores, & rariores, ſi ſecundo modo,
fiunt quidem minores, & tardiores, & rariores, ſed non tam apertè: ſi verò tertio mo-
do facultas robuſta conſideretur, fiunt pulſus maximi, celerrimi, & creberrimi: ſi demũ
quarto modo eandem facultatem robuſtam conſideremus, vel durities inſtrumenti
parua eſt, & vſus adauctio eſt magna, & tunc fiunt pulſus iuſto maiores, celeriores, &
crebriores: vel durities inſtrumenti eſt parua, & vſus non admodum adauctus, & tunc
fiunt pulſus magni, moderatè celeriores, & crebriores: vel tandem durities magna eſt,
& vſus adauctio magna, & tunc fiunt pulſus celeriores, minores, & crebriores; & iſti
ſunt pulſus, qui fiunt ab illis cauſis, quas continentes, & pulſus generantes appellauit
Galenus, qui & ſimpliciter conſiderari poſſunt, vel vt ſimul complicantur, vt intel-
lexiſtis. Quas omnes cauſas, ſi & ſeiunctim, & coniunctim conſideraueritis, eaſque G
memoriæ mandaueritis, atque etiam tenaciter tenueritis, confido fore, vt cognoſcatis
perbellè primas pulſuum cum ſuis cauſis differentias; de quibus Galenus in toto pri-
mo libro de cauſis pulſuum, quæ omnia per compendium hoc loco adduximus, vt in-
de per vos ipſos, vbi totum hunc librum perlegeritis, perfectiùs totam hanc materiam
cognoſcatis.

De huiuſmodi cauſis noluit Galenus in lib. de pul. ad Tyro. pertractare, ne mentem
tyronum confunderet, ſat illi fuit hoc in loco declaraſſe differentias pulſuum, à qui-
bus vniuerſa pulſus cognitio dependet; & hęc de cauſis primarum differentiarum pul-
ſus: proſequamur cauſas differentiarum ſecundarum, quas Gal. 2. de diff. pulſ. fuſiùs
declarat, nos verò per compendium, & breuiter, quoad fieri poterit, ipſas decla-
rabimus. Sunt autem duæ differentiæ, vt noſtis ex ijs, quæ ſupra docuimus ad
rhythmos, vnde pulſus alij erant eurhythmi, alij pararhythmi, alij arhythmi.
Eurhythmi dicuntur, hoc eſt proportionati, in motu tam diaſtolis, quàm ſyſtolis, alij
verò ſunt omnes recedentes à proportione naturali, quę eſt inter motum dilatationis,
& conſtrictionis. Sunt & alij dicti inæquales, & inordinati, quorum omnium eædem H
ſunt cauſæ continentes, quæ variè affectæ faciunt huiuſmodi pulſum. Et primò quod
attinet ad rhythmos, omnes fiunt ratione vſus; nam dum arteriæ diſtenduntur frigi-
dum aërem excipientes, & contractione ſua fuligines expellentes reſpirant, & red-
dunt ita, vt vbi adſit proportio, tunc nec contractione diſtenſio, nec contractio di-
ſtenſione ſit celerior, vel contra contractio diſtenſione ſit maior, ſeu celerior, vt di-
ſtenſio contractione, tunc pulſus dicuntur à proprio rhythmo recedere, & huiuſmo-
di pulſus mutantur, pro ratione vſus mutati: at inæquales pulſus omnes, non aliunde
ſuum ortum ducunt, quàm vel ex vſu, vel ex facultate, vel ex iſtrumentis læſis.

Sed quò res ipſa exactiùs percipiatur, operæ pretium eſt, vt intelligatis ab vſu ſolo
adaucto non poſſe fieri inæqualitatem, niſi contingat ipſum vſum ad contraria per-
mutari, quam mutationem Galenus appellauit inæqualem intemperiem. Reliquæ
verò

A verò inæqualitstis cauſæ ſunt facultas, & inſtrumentum læſum, ſed non quomodo-
cunque, verùm hac ratione, cùm videlicet facultas admodum imbecillis eſt, ſiue ſit
ſuapte natura, ſiue ab humorum copia. Galenus appellauit onere preſſam, quam
animaduertit eſſe maximè, & diligenter conſiderandam, vt ipſius imbecillitas cogno-
ſcatur à virtute onerata; inſtrumento verò opus eſt ad faciendam inæqualitatem, vt
vel obſtructione, vel compreſſione, vel ingenti mollitie, & duritie affecta ſint, adeò vt
ex Galeni ſententia tres ſint in vniuerſum cauſæ, ex quibus pulſus inæquales redduntur,
nempe intemperies inæqualitatis, facultas, vel infirma, vel onere preſſa, aut in-
ſtrumenta malè affecta, & huiuſmodi cauſæ dicuntur eſſe cauſæ inæqualitatis, dicun-
tur etiam cauſæ inordinationis. Nam procul dubio omnis pulſus æqualis eſt ordina-
tus, & vice verſa, inæqualis poteſt eſſe, & ordinatus, & inordinatus, cùm autem inæ-
qualitas ſit duplex, vna, vt diximus, collectiua, altera verò vnius pulſationis, & in vtra-
que adſint varij pulſus inæquales; eos perſequitur Galenus ſingillatim 2. de cauſis
pul. quem librum legere poteſtis, ex cuius lectione poteritis colligere vniuſcuiuſque
B pulſus inæqualis cauſam. Nunc verò hoc agere ſuperuacaneum puto. Quare his reli-
ctis tas eſt, vt tandem deueniamus ad præſagia, quæ ratio præſagiendi ex pulſibus eſt
mirum in modum vtilis, ac neceſſaria; vnde illam, licet breuiter, accuratè tamen vo-
bis traddere pollicemur.

Verùm antequam ad præſagia ab omnibus accepta deueniamus, poterit quiſpiam
veſtrum à me percuntari, cur ſit, cùm propoſuerimus duplex cauſarum genus pul-
ſuum, quorum primum dicebamus generare, & efficere pulſus, & hac ratione à
Galeno has cauſas continentes fuiſſe appellatas, aliud genus erat illarum cauſarum,
quæ alteratum facere dicebamus pulſum, quas diuiſimus in tres differentias, vidalicet
in cauſas naturales, præternaturales, & medias, quas non naturales Medici appellant,
cur ſit inquam, quòd differẽtias pulſuum, cauſarum continentium in medium attuleri-
mus, relictis alij cauſis alterantibus. Huic dubitationi dico me id ſtudio, & induſtria
feciſſe, conſulentem vtilitati veſtræ, & ſermonis breuitati, eò quia primæ cauſæ diffici-
liores, & obſcuriores ſunt, quæ egebant illa, quam attulimus declaratione. Aliæ verò
C cauſæ, cùm faciliores ſint, & à Galeno lib. de cauſis pulſuum 2. & 3. declaratæ, ideo
ab expoſitione ipſarum abſtinui, remittẽs vos ad hos Galeni lib. tum ad librum, quem
ſcripſit de pulſibus ad Tyrones, nec non ad eum, quem de ſynopſi, pulſus exarauit,
per vos igitur poteritis intallectis primis cauſis facilè, & commodè intelligere alias
cauſas, de quibus hactenus.

De præſagijs à facultate vitali deſumptis. Cap. X.

AEnio modò ad præſagiendi rationem, quæ deſumitur à pulſuum diffe-
rentijs prioribus. Pulſus autẽ eſt, qui ſalutis, & mortis affert nobis cer-
tiſſima indicia; rarò enim contingit ægrotantes cum bono pulſu pe-
rire. Solus ſanè pulſus, vt etiam dicebamus in tractatu de vrinis,
mortis, & vitę fidelis eſt nuntius. Primò igitur, quod attinet ad pulſum
magnum, vehementem, & validum, perpetuò nobis ſecuritatem pol-
D licetur, è contra verò languidus, debilis, & paruus, imbecillis facultatis eſt indicium,
creberrimus autem, & celerrimus nunquam ſunt boni; declarant enim nobis caloris
innati, & ſpirituum diſſipationem, tardiſſimus, & rariſſimus ob ingentem totius cor-
poris, & cordis refrigerationem demonſtrant peſſimum euentum, deinde etiam, quia
patefaciunt partium contentarum in ipſo corde, & quæ ſunt circa ipſum, læſionem;
molliſſimus verò & duriſſimus, & ipſi in extremo peſſimi ſunt: & ratio eſt, quia de-
monſtrant nobis corporis ipſius arteriæ, aut alterius partis cum ipſa communicantis,
extremas læſiones. Myurus pulſus peſſimus omnium eſt; nam debilitatem nobis ex-
tremam oſtendit facultatis, vſumque eſſe mutatum, & diminutum. Longiſſimus, tar-
diſſimus, & rariſſimus pulſus certè, & ipſe non modò pernicioſus, ſed peſſimus eſt.
Poſt hunc minimus, molliſſimus, & duriſſimus, poſt hos verò creberrimus, ſed non
celerrimus, & maximus, quia iſti ſunt modicè periculoſi, atque iam dicti nempe lon-
giſſimus, rariſſimus, & tardiſſimus cæteris omnibus ſunt peiores, & periculoſiores.

Inqui-

Inquiretis fortaſſe, an ſit aliquis pulſus inter has differentias extremus, qui non ſit pe- E
riculoſus? dico ego, quòd pulſus inter extremos vehementiſſimus ille ſit, qui præ cæteris omnibus non videtur periculoſus ob facultatis robur, quod nobis demonſtrat, ita vt vbi virtus ſit robuſta, & præſertim vitalis, tunc animo conſpicimus eum, qui in quouis morbo facultatem validam habet fore ſine periculo. Et iſtæ ſunt prædictiones, quæ deſumuntur à primis pulſuum differentijs à nobis allatis.

Veniamus ad ſecundas, inter quas primùm occurrit pulſus intermittens, qui ſi ſit cum debilitate, & languore facultatis iudicandus eſt ſemper lethalis; nam debilitas per ſe ipſa (vt ante dicebam) mala eſt, ſi verò ei adiungatur intermiſſio longè peior eſt; nam intermiſſio eſt defectus pulſus talis, & via eius ad priuationem motus: quando verò pulſus eſt intermittens ea ratione, vt duarum pulſationum ſpatio quieſcat, Galenus dubitauit, an vnquam poſſet reperiri quiſpiam, qui ſuperſtes fuerit, quia hæc intermiſſio non tantùm facultatem opprimit, ſed ſummam debilitatem portendit facultatis vitalis, eſtquè periculis plena. Rurſus pulſus, qui tantummodo tempus vnius
motus æquat, aut plus aliquantulum temporis habet, non eſt admodum periculoſus, F
& præſertim in ſenibus: ratio eſt, quia facultas ſenum debilis exiſtens à paruis cauſis, & leuibus læditur, virtus verò, quæ firma eſt, non poteſt lædi à paruis cauſis, ſed opus eſt ad hoc, vt deijciatur, maximæ, & vehementiſſimæ ſint cauſæ. Deinde in pueris huiuſmodi pulſus intermiſſio non videtur admodum formidanda, eo quòd in ipſis virtus non eſt adeo firma: quare tum in ſenibus, tum in pueris facultas à leuibus cauſis facilè offenditur. Hæcque dicta ſint de pulſibus intermittentibus.

Tranſeamus modò ad alios pulſus inæquales, & potiſſimùm ad eos, qui dicuntur inæquales reſpectù vnius ictus, inter quos primò occurrit pulſus, qui vocatur intercurrens, qui ex Galeni ſententia differt ab intermittente, eò quòd in decurrente cognoſcimus naturam certare cum noxijs humoribus; in intermittente verò vix, & cum difficultate talem pugnam natura aggreditur, quaſi ipſam pigeat decertare aduerſus noxios humores; intercurrens tamen pulſus prænuntiat futuram criſim, & ſæpe eſt indicatorius, intermittens verò in vno pulſu, cum diuerſus ſit, varia etiam demonſtrat;
nam ſi ſecundus motus ſit vehementior, aut celerior primo motu, melior eſt pulſus, G
debilior autem, & tardior eſt peior, tandem inæqualitas in vno pulſu omnium inæqualitatum eſt incommodiſſima; quia eaſdem prorſus habet cauſas, atque habet collectiua, verùm multò deteriores; deinde inæqualitas collectiua motus habet pulſus ſine intermiſſione, at inæqualitas in vno pulſu nullos habet, ſed cum ſemel incæperit, perſeuerat ſemper cum intermiſſione. Pulſus verò vndoſus debilitatem oſtendit per ſe, ſi vehementiam aliquam coniunctam habeat, nec non & altitudinem; tunc enim eſt ſudoris prænuntius, maximè ſi appareant ſigna coctionis; nam vndoſus ſolùm per ſe ſignificat mollem arteriam, & facultatem ſatis languidam, quæ ſimul, & ſemel non poteſt arteriæ partes mouere. Vermiculoſus pulſus maiorem debilitatem oſtendit, quàm vndoſus pulſus, formicans, verò & vermicularis, demonſtrant debilitatem virtutis: at cum hac differentia, quia formicans multò deterior eſt; nam denuntiat maiorem debilitatem, & in febribus diuturnis prænuntiat futuram mortem. Verùm cùm pulſus ſunt debiles, debet Medicus animaduertere, an facultatem ſubitò reſoluant, hoc eſt, naſcantur ex illis cauſis, quæ ſubitò reſoluunt: qui pulſus tunc temporis non ſunt
tantopere formidandi, iuxta illam Hippocratis regulam lib. 2. aphor. 7. vbi ait, quæ H
citò reſoluuntur corpora, citò etiam reficiuntur.

Accedamus nunc ad μύουρος pulſus, quos barbari vocant caudam muris. Decurtati omnes oſtendunt facultatis debilitatem; ſunt enim inter ſe diuerſi; nam aut in vno pulſu, aut in diuerſis partibus ſe conſequuntur: ſi primo modo, præter debilitatem oſtendunt etiam corporis gracilitatem, ſi ſecundo modo, non eſt neceſſarium, quia poteſt contingere debilitas abſque corporis gracilitate; verùm cùm decurtati ſint in duplici differentia; alij in vno pulſu, alij in pluribus. Si ſecundo modo, aut ſunt reciproci, vel deficientes; reciproci minus periculum denuntiant: deficientes verò exiguo intermiſſo tempore reciprocant, qui minus periculoſi ſunt, quàm vbi omninò deficiunt; tunc enim mors in propinquo eſt, pulſus verò errans, quantò manifeſtior eſt, tantò deterior, & niſi æger virtutem habeat robuſtam, ex eo prædicenda eſt mors.

Conuul-

A Conuulſiuus pulſus alius alijs præferendus eſt; nam qui poſt plurimos ſudores, vel vomitus, aut deiectiones alui accidit, non poteſt niſi maxima cum difficultate reſtitui in priſtinum ſtatum, & malum ſignificat propemodum inſanabile, è contra verò, pulſus vndoſus, qui naſcitur repentè, & ſtatim in principio morbi, vel paulò poſt principium, non eſt admodum periculoſus, modò non proficiſcatur à cauſa aliqua venenata, quia tunc temporis maximè periculoſus eſt. Pulſus vibrans indicat naturam cum morbo pugnare, ex quo futurum morbi terminum bonum ſperare licet. Tremulus verò pulſus in morbis acutis oſtendit mortis maximum periculum propter extremam virtutis debilitatem. Pulſus palpitans nullum de ſe creare ſolet periculum. Et iſti ſunt pulſus, qui frequētiùs à Medicis obſeruari ſolent, à quibus, vt noſtis, futurum morbi euentum prædicere conſueuerunt: alios pulſus poteritis per vos ipſos contemplari legentes lib. 4. Galen. de præſagijs ex pulſu. Et hæc ſint dicta de præſagijs, quæ deſumuntur à facultate vitali pulſifica.

Cùm autem facultatem vitalem diuiſerimus in duas partes, nempe in pulſatiuam, B & reſpiratiuam, declarata præſagitione ex pulſibus, videndum modò, & breuiter quidem, quid in morbis acutis potiſſimùm præſagiri debeat ex alia parte, quæ dicitur reſpiratio. Nam cùm & ipſa reſpiratio ad facultatis vitalis ſubſidium ſit comparata, eius etiam robur, ac debilitatem oſtendit, & quid ſperare liceat de futuro morbi euentu.

Videmus in primis Hippocratem multa ſcribentem de reſpiratione tali, nam, &
in prognoſticis, & in epid. ſcriptum reliquit reſpirationem facilem, & libe-
ram in omnibus morbis acutis, ſemper demonſtrare bonum euentum;
in primo, progno. tex. 24. ſcriptum etiam reliquit, frequentem
reſpirationem, & paruam, vel dolorem, vel inflammatio-
nem partium ſuperiorum diaphragmatis denotare;
dixitque reſpirationem magnam ex longis in-
terualliis eſſe ſignum delirij, reſpirationem
verò paruam, minutam, & raram ſi-
gnificare, iamiam inſtare cer-
C tiſſimum malum, videli-
cet ægrotantis mor-
tem: & tan-
dem: inſinuauit nobis idem Hippocrates, frigidam è naribus
& ore ductam reſpirationem, perniciosiſſimam eſſe, & cer-
tiſſimum inſtantis mortis periculum. Et hæc de præ-
ſagitione dicta ſufficiant, quæ deſumi ſolent ex
pulſu, & reſpiratione; hoc eſt à facultate
vitali; ſequerentur modò præſagia
deſumenda à facultate animali,
& naturali, ſed de his ali-
bi ſermo nobis
erit.

D

FINIS SEXTAE DECADIS.

IOAN-

IOANNIS BAPTISTAE CORTESII

MISCELLANEORVM MEDICINALIVM DECAS SEPTIMA,

Prælectiones Meſſanenſes.

Ad Prouectiores

De Putredine. Cap. I.

DVo ſunt in Medicina difficillima, quæ à Doctoribus in publicis gym- F
naſis exagitari ſolent: quæſtio de humorum periodicatione: & tracta-
tio de Putredine. Prima quidem ſatis ardua eſt, nam & ſi multiplex à
viris peritiſſimis periodicationis afferatur ratio, nulla tamē eſt, in qua
intellectus omnino acquieſcat, cùm ſemper rationis, quam hactenus
aſſignare conati ſunt, noua adhuc inquirenda ſuperſit ratio. Altera
verò clara eſt ſuapte natura, at diſſentientes ſcriptorum opiniones in illius eſſentia ex-
plicanda, adeo obſcurant, & perplexam reddiderunt, vt difficultate priori non cedat.
Nos interim humorum periodicatione relicta, de qua ſuo loco verba faciemus, putre-
dinis inueſtigandam proponimus naturā, generatim primùm, deinde in ſpecie, pro vt
illius cognitio ad febrium putridarum tractationē prærequiritur. Quòd autem putredinis
materia ad febres dignoſcendas pertineat, deprehendi profectò poterit, quòd maior
harum pars, ab ea tanquam ab immediata, & proxima cauſa prodeant. Iam verò Ariſt.
lib. 4. meteor. cap. 2. multa, ac præclara eſſentiam Putredinis exactiſſimè declaran-
tia tradidit, ſimulque modum, quo ipſa fiat, perdocet, & eleganter, quamuis paulò G
obſcurius in medium adduxit. Quæ omnia ab antiquis tam Græcis, quàm Lati-
nis recepta à Gal. præceteris pluribus in locis, & potiſſimùm 1. de diff. feb. cap. 9.
confirmantur, & ab Alberto Magno in expoſitione 4. meteor. mirum in modum am-
plificantur. Et licet omnes arbitrentur vnicam Putredinis definitionem aſſignaſſe
Ariſtotelem, non deſunt tamen noſtri temporis grauiſſimi Auctores exiſtiman-
tes duas tradidiſſe: vnam declarantem naturam Putredinis naturalis: alteram
violentæ, & præternaturam, quam ſecundùm partem, & propriè Putredinem
appellauit, addentes Putredinis naturalis duas eſſe definitiones, eaſque differentes.
Prior eſt, quòd Putredo ſit dominium paſſiuarum qualitatum ſupra agentes propter
continens: altera verò eſt, quòd ſit corruptio propria, & ſecundùm naturam calidi-
tatis, in vnoquoque humido à calore ambientis. Verùm dicunt primam definitionem
eſſe rectè, ſed conciſè traditam, ſecundam verò eandem eſſe cum priori quidem, ſed
magis explicitè deſcriptam, ſuperioriſque declaratiuam. Rurſus priorem definitio-
nem formalem, alteram verò cauſalem eſſe fatentur, & propterea in ipſa examinanda
omnes hactenus ſcriptores fuiſſe deceptos, quòd corruptionem tanquam genus in de- H
finitione aſſumpſerint, cùm tamen cauſales definitiones non tradantur per genera.
Addunt præterea, definitionem putredinis violentæ, aut ſecundùm partem eſſe hanc,
videlicet Putredo violenta eſt ſeparatio à propria natura, hoc eſt, receſſus quidam à
proprio ſtatu ipſius mixti.

Alij concedentes ab Ariſt. duplicem fuiſſe datam putredinis definitionem, in aſſi-
gnanda putredinis ſpecie contrariantur prioribus; nam priores, vt audiuiſtis, ſcribunt
duplicem Putredinis naturalis ab Ariſt. definitionem traditam fuiſſe: prior erat, quòd
ſit dominium paſſiuarum qualitatum ſupra actiuas propter continens, quam conci-
ſam, ac ſtrictam vocarunt definitionem: altera verò eſt alterius declaratiua: hi verò
vtramque dicunt eſſe violentæ, & præternaturam Putredinis definitionem, non autem
naturalis, ſed quod magis eſt, tertiam ipſius Putredinis violentæ addunt definitionem,

quæ

A quæ eſt, quòd Putredo ſit ſeparatio mixti à ſtatu naturali. Volunt igitur iſti Auctores
Ariſtotelem triplicem definitionem putredinis violentæ,& præternaturalis tradidiſſe:
vna eſt, quòd Putredo ſit dominium paſſiuarũ ſuper actiuas: altera,quòd ſit corruptio,
&c. tertia,quòd ſit ſeparatio mixti à ſuo ſtatu naturali, atque ita contrarij ſunt priori-
bus Auctoribus, qui duas priores definitiones eſſe Putredinis naturalis affirmant, vlti-
mam verò tantùm violentæ,ſeu præternaturam Putredini aſcribunt.

Alij verò ſunt, qui quamuis conueniant cum ſecundis dicentibus ſecundam illam
definitionem (nempè corruptio propriè, &c.) eſſe Putredinis violentæ; diſcrepant
tamen ab omnibus alijs circa hanc particulam (dominium paſſiuarum ſupra actiuas)
dicunt enim non eſſe definitionem, nec naturalis, nec violentæ Putredinis, ſed eſſe
modum quendã,& ordinem ab Ariſt.declaratum, per quem mixta ad interitũ tendũt.

Rurſus alij ſunt, qui cum prioribus conueniunt in aſſignanda definitione violentæ
Putredinis dicentes eam eſſe, quam ſecundùm partem Ariſt. appellauit, videlicet Pu-
tredo eſt mixti ſeparatio à propria natura:in definitione verò Putredinis naturalis de-
B terminanda ab omnibus diſcrepant; ſcribunt enim Ariſt. definiuiſſe Putredinem,
quando dixit Putredinem eſſe mixti, quatenus mixtum, interitum, eſtque contraria
generationi.

Alij denique dicunt Ariſt.Putredinis naturalis definitionem tradidiſſe vniuerſalem,
quòd Putredo ſit communis paſſio mixtorum dependens ex duabus cauſis frigiditate
interna, & caliditate externa. Audiuiſtis opinionem eorum, qui exiſtimant ab Ariſt.
lib. 4. meteor. cap. 2. duplicem fuiſſe allatam Putredinis definitionem, & quantum
inter ſe diſcrepent, ex quorum Auctorum lectione confuſio potiùs, quàm rei huius,
quam quærimus,determinatio oritur. Mihi verò, qui veſtræ vtilitati ſtudeo, danda eſt
opera, vt vobis breuiter, & quantum præſens febrium methodus requirit naturam
Putredinis aperiam,(longis Authorum diſceptationibus,quæ potiùs ad oſtẽtationem,
quàm ad vtilitatem faciunt, prætermiſſis) quod accuratè fiet, primùm in via Ariſt.
deinde in via Galeni, vt inde cognoſcere valeatis Putredinem humorum in febribus,
& quomodo ipſa fiat.

C Eſt itaque definitio Putredinis perfecta, & abſoluta, ſub qua tanquam ſub genere
quodam generaliſſimo omnes ſpecies, & differentiæ comprehenduntur, non ſecus
atque ſub definitione febris, omnes febres continentur, illa communiſſima ab Ariſt.
deſcripta, ab omnibus antiquis ipſius expoſitoribus, & à Galeno maximè 1. de differ.
febr.c.9. recepta, & confirmata, quæ eſt, Putredo eſt corruptio proprij, & naturalis
caloris in vnoquoque humido exiſtentis à calore ambientis. Definitio hæc omnibus
numeris abſoluta eſt, ac perfecta; conſtat enim ex tribus partibus, vt omnes bonæ ac-
cidentium definitiones conſtare conſueuerunt, nempè genere accidentis, ſubiecto,&
cauſa, quæ tria ſunt neceſſarij termini potiſſimæ demonſtrationis, omniaq; ſimul col-
lecta vnum faciunt, quod neque definitum excedit,neque à definito exceditur,omnia
prædicata ſunt eſſentialia; prædicantur enim in quid, & omnibus poſitis ſtatim ſequi-
tur genus, quæ omnia ad bonam definitionem ſpectant. Talis eſt ea, quæ ab Ariſt. de
Putredine traditur. Namque *corruptio* in primis vendicat ſibi nomen generis, plu-
res enim reperiuntur corruptiones ſub hoc genere comprehenſæ, vt ſunt inquinatio,
D & incoctio, quæ non ſunt putredines. *Proprij caloris* eſt prima differentia, quæ hanc
corruptionem differre facit à prædictis, in quibus calor alteratur, & remittitur, aut
augetur. *In vnoquoque humido* eſt ſecunda differentia, qua materia, & ſubiectum
demonſtratur; nam huiuſmodi corruptio verſatur circa calorem naturalem, & pro-
prium exiſtentem in vnoquoque humido;corruptio enim proprij caloris eſt tanquam
eſſentia ipſius Putredinis, & etiam tanquam effectus, in quo includitur ſeparatio hu-
midi à ſicco, tanquam alius effectus poſterior priorem inſequens, ſubiectum autem,
& materia eſt corpus humidum. Calor ambientis eſt cauſa efficiens.

Habet igitur materiam, formam, & efficientem cauſam, formaque loco generis
ponitur, eſtque corruptio caloris proprij, & naturalis,quam corruptionem immedia-
tè ſequitur humidi à ſicco ſeparatio, vt effectus neceſſariò conſequens. *In vnoquoque
humido* eſt materia. *Calor ambientis* eſt cauſa efficiens. Vnde Albertus 4. me-
teor. c. 8. rectè ſcribit definitam eſſe Putrefactionem, quia aſſumit genus proximum,

nempe corruptionem, agens primum, quod eſt caliditas externa,& proximum, quod E eſt caliditas naturalis corrupta, nec non ſubiectum proprium, quod eſt humidum vniuſcuiuſque rei. Conſtat igitur ex materia, forma, & efficiente, omniaque hæc vnum ſimul faciunt, ita vt definitum nec excedat, nec excedatur; nam corruptio caloris proprij, & naturalis in vnoquoque humido ab ambiente, eſt Putredo: & ipſa Putredo nihil aliud eſt, quàm corruptio prædicti caloris, quam ſequitur humidi à ſicco diſſolutio. Omnia hæc prædicata ſunt eſſentialia, & dicuntur in quid de ſuo ſubiecto. Tandem genus differentias has ſequitur, non è contra, v. g. poſita euaporatione caloris innati exiſtentis in humido facta à calore ambientis, ſtatim ponitur corruptio, non è contra, poſito genere ponuntur differentiæ.

Quare à nobis dicendum eſt hanc ab Ariſt. traditam definitionem veram eſſe, & ad vnguem declarare naturam Putredinis in vniuerſum, non ſecus atque definitio febris ab Auicenna tradita declarat eſſentiam, & naturam febris. Quare vanum eſſe videtur fundamentum eorum, qui dicunt duplicem traditam fuiſſe ab Ariſt. Putredinis naturalis definitionem, & eò magis vbi dicunt tradidiſſe definitionem Putredinis naturalis, & violentæ ſeiunctim, cùm vnius in quantum vnum vnica ſit ratio F formalis, & ex Ariſt. vna eſt Putredo, vna igitur illius eſt definitio docens, & quid, & propter quid. Quòd vnica ſit Putredo apparet, quia vnica eſt cauſa, nempè calor ambientis, videlicet extraneus. Vnum ſubiectum, circa quod illa verſatur, nempè calor naturalis in humido, & vnicus finis vltimatus, nempè elementorum diſſolutio. Agente enim calore ambientis in calorem proprium mixti, ipſum calorem ad ſe trahit, & à ſua proprietate ita aufert, vt non valeat ampliùs mixtum in ſuo naturali ſtatu conſeruari, eo itaque euocato ſimul, & humidum euaporat, hinc ſubſequitur neceſſario ſeparatio humidi à ſicco quidem, ſed ſine formæ deſtructione, vt v. g. oſſa cum putreſcunt, ſeruant oſſis formam; quia ſeparatio duo includit, nempè præuiam quandam diſpoſitionem, & formæ introductionem: tamen vlteriùs progrediente putrefactione amittitur forma ipſius, & tunc peruenit ad interitum, nempè in fimum, & terram: primum tamen fit in tempore, ſecundum verò in inſtanti, quia eſt introductio nouæ formæ: ſeparato enim humido à ſicco mixtum deſtruitur. Vnde ſeparatio humidi à ſicco duobus modis fit, vel ſucceſſiuè, vel in inſtanti; primo modo remanet forma ſubſtantialis rei putreſcentis: ſecundo modo non remanet, ſed fit eius interitus. G

Atque hinc deducere poſſumus hanc concluſionem, Ariſtotelem ſcilicet non definiuiſſe Putredinem pro ſolo termino, ſed pro via, quæ fit ſucceſſiuè: corruptio enim dicitur, & de eo, quod corrumpitur, & de eo, quod iam primo corruptum eſt: hoc enim modo ſeparatio humidi à ſicco eſt formaliter putrefactio, non autem mera cauſalis, quemadmodum illa, in qua dicitur Ecclypſis eſt interpoſitio terræ, ſed perfectiſſima eſt cum formam, efficiens, & materiam includit. Et hæc eſt definitio illius Putredinis, quæ generationi opponitur, in qua quidem eſt via, quæ ſucceſſiuè fit, & formæ introductio, quæ eſt terminus ipſius generationis, ad quem diſpoſitio illa viæ, ſucceſſiuè miſcibilium tendit, quæ quemadmodum nunquam acquirit formam ſubſtantialem, niſi in inſtanti, ita contingit in ipſa Putrefactione, in qua non amittitur forma ſubſtantialis, niſi quando ſeparatum eſt perfectè humidum à ſicco; tunc enim ſeparantur inuicem elementa, quemadmodum in generatione vniuntur. Dicitur ergo corruptio, & de via, & de termino ad quem: quod verò Putrefactio de H via dicatur præter Ariſtotelem Galenus teſtimonium locupletiſſimum affert nobis 11. meth. med. c. 8. vbi ſcribit Putredinem eſſe mutationem totius eſſentiæ corporis ad corruptelam, non autem dixit eſſe totius ſubſtantiæ interitum, ſed de Galeni definitione paulò infra, ſat nobis ſit demonſtraſſe hanc Ariſt. definitionem omnem, & quamcunque ſpeciem, & differentiam Putredinis amplecti, & eſſe veram definitionem habentem omnes conditiones requiſitas ad veram definitionem. Fruſtra igitur contendunt ſcriptores in via Ariſt. velle afferre tot Putredinis differentias; multiplicant enim entia ſine neceſſitate.

Sed hoc loco inſurgit non ſpernenda dubitatio, nam ſi concedatur hanc definitionem prædicari in quid de omni Putrefactione iam quoque concedendum erit, dari vnam definitionem includentem res contrarias, nempè præternaturam, & ſecundùm naturam;

A naturam; præter naturam quidem, quia quæ putreſcunt, procul omni dubio ſtatum ſuum amittunt naturalem, quæ talia ſunt, ſine difficultate dicuntur eſſe præter naturam. Deinde ipſemet Ariſt. 4. meteor. c. 2. ſcriptum reliquit Putredinem eſſe contrariam generationi: ſed generatio eſt ſecundùm naturam, ergo putrefactio eſt præter naturam; ſuccedit quod hæc Ariſt. definitio competit combuſtioni, quæ præter naturam eſt, nam à calore externo calor naturalis conſumitur, qui eſt in humido. Addatis rationem, quæ eſt, quòd illa tranſmutatio, quæ fit à cauſa efficiente externa, dicitur præternaturam, at Putredo talis eſt, ergo eſt præternaturam.

Ex altera verò parte idemet Ariſt. prædicto lib. & c. dicebat Putredinem eſſe opus naturale, quia eſt opus virtutum naturaliũ, erit igitur ſecundùm naturam. Idem Ariſt. ſcribit finem ſecundùm naturam omnium rerum eſſe Putredinem, quare Putredo eſt quid ſecundùm naturam, at quæ ſunt ſecundùm naturam, & præternaturam non poſſunt ſub vna definitione comprehendi, cùm inter ſe pluſquàm genere differant naturalia, & præternaturalia, ſub hac ergo Ariſt. definitione non comprehenduntur omnes B ſpecies, & differentiæ ipſius Putredinis, vt concluſum ſupra fuit. Iure igitur merito Auctores Neoterici duplicem dixerunt traditam fuiſſe ab Ariſt. definitionem: vnam naturalem; alteram præternaturalem, & violentæ Putredini competentem. Ad primum dicimus Putredinem, vt Putredo eſt, vnicam eſſe, proinde illi vnam tantùm conuenire definitionem. Verùm reſpectu rei putreſcentis, & finis ad quem tendit, poteſt dici, & naturalis, & præternaturam. Naturalis quidem dicitur in relatione ad naturæ ordinem, quæ ita ſtatuit, vt omnia per corruptionem, tanquam per medium ad ſibi deſtinatum finem, nempè ad interitum, veniant: hoc enim modo Putredo dicitur interitus naturalis omnium rerum; ita enim à natura comparatum eſt, vt omnia, quæ in hoc ſublinari mundo ſunt vno ex duobus modis intereant, prout hæc ipſa ad duo hæc, omnia reducuntur, nempè ad animalia, vel ad inanimata, quæ vel ſunt ſimplicia, vel mixta. Animantibus primò aſſignatus eſt modus per humidi naturalis conſumptionem factum (vt dicebat Ariſt.) à calore extraneo, vel vt Albertus dicebat à proprio calore naturali, & hic modus interitus vocatur mors naturalis, quæ etiam C eſſe poteſt violenta.

Simplicia verò per contrariorum actionem, & paſſionem agente etiam cæleſtium corporeum motu. At mixtis anima carẽtibus aſſignatus eſt modus, vt per Putredinem intereant, dummodò nullum habeant impedimentum, & quamuis aliqua ſint, quæ non videantur putreſcere ob eorum durationem, vt aurum, & alia metalla; putreſcunt tamen, & ipſa, ſimulque omnia, quæ in hoc ſublunari mundo nata reperiuntur, niſi impediantur. Cùm ergo ex inſtituto naturæ omnia mixta debeant per Putredinem interire; ideo Putredo dicitur naturalis. At ſi Putredo comparetur rei putreſcenti in particulari eſt præternaturam, quia eſſe ipſius corrumpit; indiuiduoque procul omni dubio violentiam infert, à proprio naturali ſtatu ipſum remouens. Siue igitur calor naturalis amittat ſuam illam proportionem naturalem, & acquirat igneitatem, qua conſumit humidum, faciens illum euaporare extra, ſiue meliùs, vt Ariſt. placuit, calor internus ab ambientis calore deſtituatur, extraque trahatur, eſt ſemper præternaturam, tum quia corrumpitur natura indiuidua, tum quia fit à cauſa externa, cui paſ- D ſum nihil confert. Motus verò cælorum fit ab extrinſeco, non tamen eſt præternaturam, & hoc eſt, quia illi anima eſt.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd non valet hæc illatio, generationi contraria eſt Putredo, ergo illa naturalis, hæc verò præternaturam, quia putrefactio eſt naturalis, nam agentia, & patientia in ea ſunt naturalia, non ſecus atque in generatione; verùm cum hac differentia, quòd in illa per agentia, & patientia fit via in naturam; in corruptione è contra; nam principia ſunt mutata ad præter naturam. Dici etiam poteſt quod reſpectu putreſcentis rei ſemper eſt præter naturam, quia corrumpitur natura ipſius, at reſpectu finis, ad quem tendit, dici poteſt naturalis, cùm tamen diſſolutio ipſius in fimum, & terram fit violenta, eò quòd ex toto deſtruat naturam ipſius.

Putredo quoque duobus modis conſideratur, vel reſpectu cauſarum agentium in Putredinem, & generationem: vel reſpectu modi, quem tenet in agendo. Primo modo

& Putredo, & generatio ſunt naturalia entia. Secundo modo Putredo eſt præternaturam: generatio verò ſecundum naturam eſt. B

Ad poſtremum argumentum, vbi dicitur hanc definitionem competere combuſtioni; at combuſtio eſt præternaturam, ergo & putrefactio. Non deſunt, qui reſpondeant putrefactionem, & combuſtionem eſſe præternaturam reſpectu cauſæ agentis exterioris, nempè caliditatis ambientis; verùm differre reſpectu modi; nam putrefactio fit ſenſim, & longo tempore, aduſtio verò violenter, & breui tempore; ſed hæc reſponſio reprobatur ab Alberto Magno 4. meteor. c. 6. dicente hanc non eſſe diuerſitatis huiuſce cauſam, ſed modum quendam à natura rei obſeruatum. At modus rei rem ipſam, cuius eſt modus, inſequitur; nam violenter fieri, aut tardè fieri eſt modus, qui inſequitur rem vel naturalem, vel violentam, non autem cauſa; non igitur tarditas aſſignari poteſt, vt cauſa naturalis, neque velocitas, vt cauſa præternaturam. Alij dicunt Putredinem naturalem eſſe ratione principij interni, non quidem actiui, ſed paſſiui, quod ſi concedatur, idem dicendum eſt de combuſtione; nam materia combuſtibilis, & ipſa habet aptitudinem ad comburendum, non ſecus atque materia putreſcibilis eandem habet ad putreſcendum. F

Alij dicunt, quòd licet tam putrefactio, quàm combuſtio vnum finem habeant, & in reſoluendo corpora mixta ſimilem viam retineant, Putrefactio tamen eſt naturalis, & generationi naturali ipſius mixti oppoſita, combuſtio verò violenta, eò quòd putrefactio fit à calore intrinſeco conſumente humidum, combuſtio verò ab extrinſeco. Rurſus dicunt calorem mixti duo habere, vnum quatenus eſt quid ſecundùm naturam, & rei conſeruatiuum, aliud verò eſt, quòd habet vim caloris ignis, vbi amittitur illa via naturalis, qua cõſeruabatur, & non retinet, niſi vim ignis reſpectu mixti illius, cuius erat calor naturalis, at proprietas, & vis ipſius caloris ignis eſt diſſoluere, & educere ſubtile à craſſo, quod facit calor ille naturalem humorem continuò ad ſuperficiem ducendo, & tunc humeſcit extra mixtum ſicut ligna, & animalia, & lapides, qui putreſcere incipiunt.

Combuſtio autem non ſic agit, eò quòd calor naturalis non adhuc à virtute naturali deductus ſit, & ideo fit ibi violentia, quia calor interior cùm ſit in vigore naturæ adhuc eſt mixti: & ideo in quantum talis nihil coagit ipſi comburenti, ſed reluctatur, & vim patitur, vnde totum principium combuſtionis eſt externum, cui nihil confert, ſiue coagit calor naturalis intrinſecus in quantum eſt naturalis, & hæc eſt cauſa, cur combuſtio eſt violenta, putrefactio verò naturalis. Sed huiuſmodi expoſitio nihil valet, cum Ariſt. in tractatu de Putredine actionem tribuat tantùm calori ambienti, à quo deſtruitur calor naturalis, & extrahitur à corpore mixti, ita vt calor internus diminuatur, neque quidquam agat, ſed patiatur. Alij reſpondẽt differre putrefactionem à combuſtione, quia hæc habet duplex principium ſuæ corruptionis; combuſtio verò vnicum tantùm, nempe calorem externum: putrefactio verò habet calorem internum, & externum. Internus eſt calor naturalis, externus eſt extraneus, & hinc eſt, quòd ab Ariſt. putredo dicitur naturalis; combuſtio verò ſemper præternaturam, & violenta. G

Modus ipſius putrefactionis ab ipſis aſſignatus eſt, quia calor (inquiunt) interior augetur ab extrinſeco calore aëris agentis in ipſum, qui calor interior intenſior factus corrumpit humidum radicale, reuocando ipſum ad circumferentiam, & cum illo humido euaneſcit calor, & hoc pacto fit corruptio: & ſic vt hæc putredo habet cauſam intrinſecam appellatur naturalis; combuſtio verò ſemper præternaturam. Sed huiuſmodi propoſitio de calore interno, qui augetur ab externo eſt contraria Ariſt. dicenti calorem extraneum, ſeu ambientis euocare calidum innatum, vt ſupra dictum fuit, inde partim ſubſequi frigiditatem internam rei putreſcentis: vnde dicebat putrefactionem fieri à duabus cauſis à frigiditate interna, & caliditate externa. H

Deinde ſi huiuſmodi calor internus, & naturalis intenſior factus eſt, quomodo conſeruat humidum radicale, cùm ſit à ſua proportione naturali eductum, qua conſeruari ſolebat? Addo quòd, ſi quia intenſior factus huiuſmodi calor cõſeruat humidum, vnde eſt, quòd ipſum reuocat ad circumferentiam. Cæterum quis calor ille eſt, quem addit cum humido euaporari? Si eſt idem calor intenſior factus, non poterit hæc duo contraria facere humidum radicale conſeruare, & ipſum permittere ad circumferentiam

ferri,

A ferri, deinde talis calor non poteſt habere rationem cauſæ efficientis, & effectus: cauſa efficiens eſt quando ad circumferentiam reuocat humidum: effectus eſt, quando humidum euaporat.

Quare dicendum mea opinione eſt, combuſtionem ſemper eſſe præternaturam, & violentam; putrefactionem verò, modò ſecundùm naturam, modò præter naturam; quod præter quàm quòd ſatis ſuperque ex dictis patet, quàm aptiſſimè confirmatur ex eò quòd ignis comburens ſimul, & ſemel ob ſui violentiam, non modò agit in frigidum ſibi contrarium, ſed etiam in humidum, omneque corruptibile ad ſui naturam conuertere tentat, quod in putrefactione minimè contingit. Succedit, putredinem fieri per ſimilitudinem quandam naturæ, quia attrahitur calor à calore: at combuſtio potiùs per contraria. Quibus ſic determinatis apparet putredinis definitionem competere omni putredini, tam vniuerſali, quàm particulari; tam reſpectu totius rei putreſcentis, quàm illius, quæ ſecundùm partem putreſcere dicitur; quam etiam eandem eſſe cum putredine totius dictum eſt. Et in ſumma vna, & eadem eſt putredo in omnibus ab eadem cauſa eueniens, eundemque modum ſeruans; nam à calore externo calor internus rei educitur, ſecum humido coeuaporante, idque à ſicco ſeparatur.

B Quæ vero ad putredinem dicuntur; alia ſunt terrea, alia aquea, terrea putreſcunt ſecundùm totum, aquea ſecundùm partem, idque eis contingit ratione naturæ, & aptitudinis ipſarum rerum, non ratione efficientis, quod vnum, & idem eſt in omnibus (nempè aëris ambientis calor) eundem effectum inducens in omnibus, ſed cum quadam diuerſitate, cùm à rebus terreis totum educat humidum naturale, reſque putreſcit ſecundùm totum, quod fieri non poteſt in rebus humidis, ideſt, quæ aqueæ ſunt, inde eſt, quòd tales res non putreſcunt, niſi ſecundùm partem. Perfecta autem putrefactio ea eſt, in qua mixtum penitus in elementa diſſoluitur, ita vt nihil illius reliquum appareat, niſi terra, & fimus, & hæc eſt ſecundùm totum putrefactio, ſecundùm quam putreſcunt omnia mixta, quæ à prædominio ſunt terrea, vt caro, pomum, & omnia ſolida; euocato enim proprio calore, humidum quoque totum ad extra ducitur, & ita conſumitur, vt remaneat terra ſicca.

C Sed in rebus fluidis, quæ in magno exceſſu ſunt aquea, non poteſt fieri hęc perfecta, & integra putredo, quòd in illis ſit plurimùm humidi, & parum ſicci. At ſi per ſicci eductionem fieri poſſet putredo, vtique ipſa ſecundùm totum facilè putreſcerent, ratio eſt, quia illis ſiccum eſt pauciſſimum, ſed à calore non euocatur ſiccum, ſed tantùm humidum, quod cum plurimum inſit, non poteſt educi totum, & à ſicco ſeparari, quare res aqueæ putreſcere non poſſunt ſecundùm totum; in illis enim primùm tenuiores partes educuntur, quod faciliùs ſuccedit, quàm ſi craſſiores eſſent, vt in vino putreſcente videmus, eius enim ebullitio indicat tenuiores partes exhalari, ex quibus in ſuperficie vini genitum inſpicimus illum ſitum, vel lanuginem, quæ in omnibus rebus ſignum putredinis eſſe ſolet: attamen omninò tunc ex illa actione vinum non ſoluitur in elementa, quia in eo multò maior eſt copia humoris, quàm vt educi poſſit totus, & à ſicco ſeparari. Et hæc eſt illa Putredo, quam Ariſt. appellauit ſecundùm partem, de qua quidem tot inſomnia protulerunt illi, qui conantur reddere rationem, cur Ariſt. eam appellauit propriè Putrefactionem. Hanc enim talem eſſe dixit Ariſt. quia eadem

D prorſus ratione fit, quemadmodum illa ſuperiùs dicta, & res eodem modo putreſcunt per caloris euocationem, euaporationemque humidi à ſicco; tunc enim dicitur mixtum perfectè putreſcere, quando penitus humidum ſeiungitur à ſicco: quando verò hæc ſeparatio non perficitur, tunc mixtum, quatenus mixtum eſt, ſecundùm partem interire dicitur, & ſecundùm partem diſſolui, & vt inquit Ariſt. à ſua natura recedere, valeant igitur iſti cum ſuis diuiſionibus rem omnem obſcurantibus, & confundentibus, Ariſt. doctrinam, & Putredinis naturam perperam interpretantibus.

Rem igitur breuiter determinantes dicimus vtramque hanc Putredinem vnam, & eandem eſſe, ſolumque differre nomine, & ſecundùm magis, & minus proinde conuenire rebus ſublunaribus omnibus, tam elementis, quàm mixtis. Addentes tamen poſſe elementa duobus modis conſiderari; vel vt ſunt corpora ſimplicia, & in ſuis regionibus ſecundùm ſe tota, vel vt ſunt mixta cum alijs corporibus, ac ſecundù partem. Primo modo non corrumpuntur, quia non putreſcunt, vt idem Ariſt. teſtatur

lib. 5.

lib. 5. de gen. animalium ſecundo modo putreſcunt, is tamen modus putreſcendi B
non eſt apud omnes idem; nam alij dicunt tunc elementa putreſcere, quando miſcen-
tur, & impura redduntur, aut quando natura ipſorum, hoc eſt temperies, alteratur, at
huiuſmodi impuritas, vel temperiei ipſorum alteratio non eſt putrefactio, ſed via quę-
dam, & cauſa, ſine qua elementa putreſcere nequeunt. Hinc eſt, quòd ignis putreſcere
minimè poteſt; idque duplici ratione, tum quia calorem ſupra ſe non habet maiorem,
à quò trahi poſſit calor naturalis ipſius; tum quia nullam poteſt accipere rerum ex-
tranearum admixtionem, cætera verò elementa ſunt veluti ipſius materia, circa quam
ipſe agens ab ipſis euocat calorem, ſiue mixta fuerint, perfectè, ſiue imperfectè
admiſceantur, cùm Putredo ſit humidi à ſicco diſſolutio, vt ſupra ſatis probatum eſt,
quamuis temperamenti corruptio, & mutatio, rerumque externarum admixtio ſint
cauſa, ſine qua res putreſcere minimè poſſunt; neceſſario enim temperamentum rei
putreſcentis mutatur.

Elementa igitur omnia putreſcere poſſunt igne excepto; elementa enim illa, quæ
ſunt apud nos, mixta ſunt, vno igne excepto, inde eſt, quòd putreſcere non poteſt, F
ratio eſt, quia dictum eſt Putredinem ab attractione caloris innati ad ipſum ambien-
tis fieri à calore externo; ſed nihil eſt, quod poſſit calorem ignis attrahere, ille verò
attrahit ad ſe calorem aliorum, omniaque ſunt illius materia, circa quam operatur at-
trahendo calorem ipſorum ad ſe. Deinde non poteſt recipere aliorum admixtionem.
Hinc eſt, quòd (etſi à ſuo contrario extingui poſſit) nunquam tamen putreſcere po-
teſt ſecundùm partem, nec ſecundùm totum; alia verò elementa ſe ipſis longè cali-
diorem habent ignem, deinde admiſcentur alijs, hinc putreſcere poſſunt, & ſecundùm
ſe tota, & ſecundùm partem. Verùm duobus modis contingit ipſa elementa alijs miſ-
cibilibus miſceri, vel perfectè, vel imperfectè, aut (vt dicebat Albertus) ſecundùm ali-
quam partem ipſorum in ſuis ſphæris: ſi perfectè miſceantur, ſit attractio caloris pro-
prij, cum quo humidum euaporat; ſi verò non perfectè miſceantur rebus extraneis,
quia tamen qualitates miſcibilium ſunt intrinſecæ magis factæ, caliditatem quoque
intrinſecatam habent, ex cuius attractione, ſeu ad extra eductione, humidi portio
educitur, & ita putreſcere poſſunt vtraque putredine, hoc eſt totali, & ſecundùm par- G
tem, idque contingere poteſt duobus modis, diſpoſitiuè, atque terminatiuè. Quamuis
elementa frequentiùs putreſcant putredine ſecundùm partem, vt ſupra vidimus, vel
quia non veniunt, niſi raro ad perfectam illam, & conſummatam Putredinem, vel quia
putreſcunt ſecundùm accidentia, hoc eſt diſpoſitiuè.

Hac Putredine humores in corpore putreſcunt in febribus putridis, cùm autem ipſi
ſint corpora fluida, vix & cum difficultate eorum humidum extrahi poteſt, vt fiat Pu-
tredo ſecundùm totum, ſed aliqua humidi pars educitur, non tota humiditas, quare
hæc Putredo, non eſt Putredo niſi ſecundùm partem: poteſt enim humor aliquis ex in-
genti Putredine tandem ita exareſcere, vt incineretur quidem, ſed hoc raro, quod
quoque à Galeno fuit obſeruatum lib. 2. de diff. febr. & 3. progn. febribus præſertim
bilioſis, quod etiã apparet in fundo matulæ ab vrinis, in quo incineratio euidentiſſimè
conſpicitur. Quòd verò fiat hæc Putredo ſecundùm partem in humoribus, & ſucceſ-
ſiuè, id videtur quoque à Galeno conceſſum lib. art. med. cap. de communiſſima inten-
tione curatiua, vbi ſcribit poſſe concoctione fieri, vt humorum ceſſet putredo, H
proinde poſſe eos alterari manente ipſorum ſubſtantia.

Concluſum tandem ſit à nobis Putrefactionem, quæ ad diſſolutionem in elementa
non peruenit, ab Ariſt. vocatam fuiſſe imperfectam, & ſecundùm partem, in qua dan-
tur gradus quidem, vt aliqua ita leuis ſit, vt res alteretur tantùm ſecundùm accidentia,
forma verò ſubſtantialis non alteretur, quæ quia eodem modo fit, atque totalis, dici-
tur ab Ariſt. propriè Putredo; aliqua etiam ſit maior, qua fiat formæ ſubſtantialis de-
perditio, non tamen in ea ad elementa vſque fiat diſſolutio, ſed mutatio mixti in aliam
naturam. Res huiuſcemodi exemplo ſanguinis declaratur; primo enim alteratur,
& facit ſynochum febrem imputrem, deinde putreſcens facit ſynochum putri-
dam; conuertitur tandem in aliam formam humoris, nempè tenuior ipſius pars in
bilem, craſſior in melancholiam, ibi adſunt gradus Putredinis diſtincti ſecundùm ma-
gis, & minus, omniſque huiuſcemodi Putrefactio eſt ſecundùm partem, ſed quia non

eſt

A eſt ad finem vſque deducta, nempè ad incinerationem non eſt perfecta, & ſecundùm totum abſoluta Putrefactio, eſt tamen vera, & propria Putrefactio eundem modum ſeruans, & ab eadem cauſa eueniens; fit enim attractio caloris naturalis, & proprij in vnoquoque humido à calore ambientis. Caloris ambientis nomine, non modò intelligere oportet aëris, & aquæ, vt ſonare videntur Ariſt. verba, quæ loco exempli potiùs allata ſunt, ſed omne continens, quod putrefacere poſſit, ſeu à quo res putrefieri poteſt: dicebat enim Albertus, per continens eſſe intelligendum locum, qui locus ab ipſo duobus modis conſideratur, nempè vt locus, & vt eſt qualitatibus affectus, videlicet caliditate; nam quamuis calor ſit ille, qui putreſcere faciat, non tamen communicatur rebus, nec eas tangit, niſi per ſuperficiem loci continentis, in eo quod tangit, agit; & in quod agit, alterat, & per conſequens putrefacit.

Sic vbi ſanguis, aut alius humor putreſcit, ambiens putrefaciens, aër eſſe minimè poteſt, ſed eſt aut circumſtans caro, vel aliqua alia pars præter modum calefacta, & extraneo calore affecta, quæ Putredinem efficit, tanquam cauſa quædam extranea, B quæ naturalem humoris calorem educit, & ita Putredinem efficit. Sic quando ex obſtructione, vel prohibita tranſpiratione fit in animalium corporibus Putredo, vapores cùm diſſlari non poſſint, ibi manentes calefaciunt humores, tanquam cauſa quædam externa, & ob eandem rationem fit lætaminis Putrefactio, atque celeriùs ſi lætamen in aceruum congeratur, propterea quòd vapores intrinſecùs, cùm nequeant diſſlari, funguntur officio externi calidi putrefacientis. Nomine igitur ambientis non ſolùm aquam, & aërem, ſed quodcunque, quod continentis rationem habet intelligere oportet. Calor igitur ambientis eſt cauſa Putredinis.

De modo autem, quo calor hic externus agat in calorem naturalem, & in fimum, non vnica eſt opinio. Nam alij dicunt agere primum in humidum, facereque ipſum euaporare, ad cuius diſſolutionem, neceſſe eſt quoque diſſolui calorem innatum. Alij dicunt ex caliditate naturali, & extranea fieri vnum calorem, qui naturam caloris innati ita corrumpit, vt non ampliùs valeat ſuas exercere operationes, nec conſeruare mixtum: hinc eſt, quòd putreſcit. Ambo igitur iſti calores coniunguntur, ex quibus to- C tus calor extraneus redditur, & alienus fit, qui mox in humidum agit, & partem mixti corrumpit. Hæc opinio, etſi non ſit eadem cum Alberti opinione, non tamen ab ea valdè diſtat; nam Albertus dicebat à calore extraneo tolli illam proportionem caloris innati, qua conſueuerat operationes naturales moliri, fieriq́ue igneum, inde in humidum agere, efficereq́ue corruptionem. Sed iam dictum eſt Ariſt. ſcripſiſſe fieri caloris naturalis ab actione exterioris ad ſe attractionem, quare calorem innatum diminui, non autem augeri. Putredo igitur fit per caloris naturalis diminutionem, non autem per ipſius auctionem.

Modus igitur eſt, vt calor ambientis ſua vehementi actione (quæ naturali maior eſt) ad ſe trahat calorem innatum, eoque mixtum deſtitutum maneat, & per conſequens neceſſariò ſequatur humidi euaporatio, & tandem Putrefactio. Hinc eſt, quòd idemmet Ariſt. ſcripſit, quod putreſcit, frigidum remanet, quia priuatur propria caliditate. Quare etiam non defuerunt, qui dixerint frigiditatem agere in aliquot gradus ipſius caliditatis, & hoc modo Putredinem fieri ab vtraque cauſa. Sed inſurgit ex dictis D non ſpernenda difficultas; quia falſum eſt, quæ putreſcunt reddi frigidiora, quod non modo ipſa experientia docet, ſed auctoritate Ariſt. & Galeni comprobari facilè poteſt. Nam videmus aceruum grani, aut tritici, (cùm putreſcit) ita incaleſcere, vt vix manus poſſit talem perferre calorem, ſicut etiam in fimo obſeruatur, in quo tactus concipitur calor, vt ſit idoneus ad fouenda oua, non ſecus atque gallinarum calor.

Ratione etiam confirmatur, nam cùm ab Ariſt. ſcriptum ſit, & ab omnibus tam Medicis, quàm Philoſophis conceſſum in calore duplicem eſſe actionem; primariam nempè, & ſecundariam; primaria eſt calefacere; ſecundaria verò terminare; at vbi vehementior eſt, non niſi calefactionem præſtat, vt ſupra cum Alberto vidimus. Cùm igitur propria caloris operatio ſit calefacere, vbi in mixtum agit, neceſſe eſt, vt primùm calefaciat, deinde ſequantur alij effectus, nempè rarefactio, attractio, & id genus. Quam ob rem neceſſariò concludendum eſt, quòd illud, quod putreſcit, calidum reddatur, ac proinde mixtum putreſcens à principio eſſe calidum caliditate aduentitia,

Digitized by Google

titia, & extranea, quia procul dubio mixtum à caliditate caleſit, calidumque redditur B
ab extraneo calore in ipſum agente, calor verò mixti ex illa actione intēditur, & maior
fit, & hac ratione dicitur corrumpi, vt dicebat Albertus, quia deſinit eſſe illi mixto na-
turalis, cùm amiſerit debitam proportionem in paſſiuas reſpectu illius mixti. Hinc fit,
vt deferat illud, ita vt euaporet, & res illa ſine calore naturali manet frigida. Quare
mixtum putreſcens poteſt duobus modis conſiderari: vno modo quando putreſcit, &
per totam viam putrefactionis: deinde quando iam putrefactum eſt. Si primo modo
procul omni dubio eſt calidum caliditate aduentitia, & frigidum frigiditate propria.
Sed frigiditas ipſa non percipitur, duplici de cauſa; vna eſt, quia calor extraneus dum
validè operatur, neceſſe eſt, vt primum calefaciat; ſecunda eſt, dum euocat calorem
internum, opus eſt, vt à centro ad circumferentiam feratur; hinc eſt, quòd calidus quo
ad ſenſum apparet. Nam quemadmodum ex humido, quod euaporat, redduntur hu-
midæ res, quæ putreſcunt, ita quoque neceſſe eſt, vt calidæ appareant, quare poſſunt
etiam in ſuperficie dici à principio calidæ, intus verò frigidæ. Si verò conſiderentur in
fine, iam conſumpta, & facta putrefactione, etiam ſi ad incinerationem non deue- F
nerint, frigidæ tamen reperiuntur, & ſine aliquo calore, & hoc eſt, quod Ariſt. dicebat,
qua indigens tali virtute, (hoc eſt calore) frigidum omne.

A frigiditate igitur propria, & caliditate aliena fit Putrefactio, non quòd ipſa frigi-
ditas expellat, aut extinguat aliquem gradum ipſius caliditatis naturalis, ſed quia vbi
res priuatur ſuo calore, vt ſtatim fiat frigida, neceſsè eſt. Calor igitur ambientis ſimili-
tudine quadam trahit calorem internum mixti, ad quem ſequitur humidum naturale,
hinc diſſoluitur humidum à ſicco, quæ eſt Putrefactio formalis. Reſoluto humore, &
calore neceſſariò ſequitur, vt remaneant alia duo, nempè frigiditas, & ſiccitas; nam
procul dubio, quod patitur putrefactionem, eſt ipſum mixtum. Putrefactio igitur eſt
communis affectio frigoris proprij, & caloris alieni; eſt enim effectus vtriuſque frigi-
ditatis, & caloris, non tamen addita eſt ipſa frigiditas, vt alia cauſa, ſed vt declarans na-
turam priuationis caloris naturalis; nam quod priuatum eſt calore proprio, vt ſit fri-
gidum, neceſsè eſt, non igitur frigiditas agit in ipſum calorem.

Per humidum autem, quod ſimul cum caliditate naturali euaporat, quid intelligere G
velit Ariſt. non omnium eadem eſt opinio. Atque cùm multa à ſcriptoribus inter ſe
diſſidentia dicantur, quæ aliud tempus, aliamque occaſionem requirunt, breuitati, ac
vtilitati veſtrę ſtudentes dicimus humidum rei alicuius putreſcentis eſſe in duplici dif-
ferentia; aliud eſt naturale; aliud excrementitium, & ſuperfluum. Exiſtimamus Ariſt.
intellexiſſe vtrumque humidum tam naturale, quàm ſuperfluum. Verùm non ſimpli-
citer, ſed alia, & alia ratione prout mixta putreſcentia ſunt inter ſe diuerſa; quando-
quidem nonnulla ſunt humido naturali, ſed fluido, & quod euaporare facilè poteſt,
quædam verò è contra, humido conſtant non admodum copioſo, & quod ſuapte na-
tura ſine adminiculo non euaporat.

Priora facilè putreſcunt, quia à calore ambientis facilè educitur calor internus, cum
quo ſine difficultate humidum illud euaporat, & fit ſeparatio, ſeu diſſolutio humidi à
ſicco, quæ eſt Putredo, ſeu Putrefactio: vbi verò humidum eſt paucum, vt in lignis ari-
dis, etiam ſi calor ambientis agat, non poteſt tamen tam facilè calorem in hoc humi-
do, tanquam in proprium ſubiecto reſidens ad ſe trahere. Ideo vbi aliquod humi-
dum aduentitium additur, vt potè ſi ligna arida madefiant, faciliùs putreſcunt, quia à H
calore ambientis attrahitur calor, inde ſequitur humidum aduentitium primò, deinde
humidũ radicale, ad cuius euaportionem ſequitur Putredo. Quare vnum humidum
habet rationem rei conſiſtentię: aliud vehiculi, vnde per humidum intelligere oportet,
tam naturale, quàm aduentitium. Et hæc ſunt, quæ de Putredinis natura ex Ariſt. col-
ligere nobis licuit, quæ ſummatim ad epilogum reducuntur, nempè, quòd vnica ſit
Putredo vnica definitione comprehenſa; videlicet, Putrefactio eſt corruptio proprię,
& ſecundùm naturam caliditatis in vnoquoque humido ab ambiente. Modus eſt, vt
calor ambientis euocet caliditatem innatam, cum qua ſimul euaporat humidum, &
tunc ſequitur humidi à ſicco ſeparatio in illa caloris attractione, mixtum priuatur ſuo
calore, redditurque frigidum; dumque id operatur contingit paſſiuas qualitates do-
minari ſupra actiuas, naturamque ipſius indiuidui à ſuo ſtatu naturali remoueri, cali-
diuſque

A diuſque,& humidius in principio putrefactionis eſſe,in fine verò remanere ſiccitatem,
& frigiditatem,quo nomine,duplex reperitur;vna ſecundùm partem,altera ſecundùm
totum: prior imperfecta; ſecunda verò perfecta, & vltimata appellatur. Omnes res,
quæ in hoc ſublunari mundo continentur aptę,natæ ſunt per hanc putrefactionem in-
terire; quorum tamen aliqua faciliùs, aliqua difficiliùs putreſcunt, pro earum natu-
ræ diuerſitate. Quibus ſic breuiter(quoad fieri potuit)iactis,ac declaratis iam ad natu-
ram Putredinis Galeni, & Medicorum indagandam deueniendum eſt. De huiuſmodi
Putredine multæ ſunt lites, & controuerſiæ inter Philoſophos & Medicos,quorum ta-
men diſcordias minimè referre opus eſt, cùm ſit tædioſum, & præter veſtram vtilita-
tem; eas ſolùm innuemus, vt ſi placet,poſſitis per vos ipſos legere.

Sed venio ad Galeni definitionem ab ipſo allatam 11. methodi med. c. 8. quæ eſt.
Putredo eſt mutatio totius eſſentiæ corporis ad corruptelam à caliditate aliena. Reuo-
candum eſt ad memoriam, quòd aliqui dixerunt definitionem Putredinis, quam vni-
cam eſſe determinauimus eſſe vnam quidem comprehendentem ſub ſe particularem
B illam Putredinem, quam ſecundùm partem appellauit Ariſt. Alij è contra dixerunt
fuiſſe duplicem; nam vna eſt illa, quæ ſecundùm partem: alia verò ſecundùm totum,
quam quidem definitionem alij dixerunt eſſe naturalis Putredinis, alij verò violentæ.
Qui dixerunt definitionem illam, in qua dicitur, quòd *Putredo eſt corruptio caloris,
&c.* eſſe naturalis Putredinis, adhuc ſunt inter ſe diuiſi. Nam alij voluerunt definitio-
nem hanc à Galeno traditam comprehendi ſub Putredine illa ſecundùm partem, eſt
autem hæc mutatio à ſtatu ſuo naturali ipſius mixti. Alij verò eandem eſſe cum totali,
ſiue hæc ſit naturalis Putredinis definitio, ſiue præter naturam, nam etſi differant in
hoc,quòd aliqui velint eſſe Putredinis naturalis,alij verò violentæ definitionem, con-
ueniunt tamen in hoc, quòd eadem ſit Galeni definitio cum ipſa definitione Ariſt.
nempè quòd corruptio proprię,& ſecundùm naturam caliditatis in vnoquoque humi-
do ab ambientis calore, & mutatio totius eſſentiæ putreſcentis corporis à calore ex-
traneo ſit vna, & eadem declarans vnam, & eandem rem, quamuis aliqui dicant has
eſſe definitiones Putredinis naturalis, alij è contra exiſtiment eſſe definitionem Putre-
C dinis violentæ,& præternaturam: ſunt tamen concordes in hoc vt exiſtiment vnam &
eandem rem ſub diuerſis verbis ſignificare voluiſſe.

Qui verò putant vnam ab Ariſt. traditam fuiſſe Putredinis definitionem compre-
hendentem ſub ſe tam Putredinem ſecundùm partem,quàm ſecundùm totum,etſi cō-
ueniant cum his, qui exiſtimant Galeni definitionem referri debere ad Putredinem
violentam, nempè ſecundùm partem,in hoc quòd,quæ putreſcunt in corpore noſtro,
dicantur putreſcere ſecundùm partem, dicunt tamen hanc Galeni definitionem mi-
nimè conuenire cum prędicta Ariſt.definitione, neque declarare Putredinis naturam.
Sed cùm à prædictis multa dicantur, quæ in hunc locum allata parum, aut nihil vtilita-
tis afferre poſſent, ijs ſilentio inuolutis, cum illis conuenio, qui dicunt Galeni defini-
tionem vnam, & eandem eſſe cum illa Ariſt. à nobis ſupra examinata, ac puto ſub illa
tanquam ſub maiori propoſitione contineri, quaſi quòd fieri poſſit huiuſmodi ratio-
cinium,ſeu ſyllogiſmus. Omnis corruptio caloris innati in vnoquoque humido facta à
calore ambientis eſt Putrefactio, ſed mutatio totius eſſentiæ putreſcentis corporis ad
D corruptelam à calore extraneo, eſt corruptio caloris innati in vnoquoque humido
facta à calore ambientis; ergo mutatio totius eſſentiæ putreſcentis corporis ad cor-
ruptelam à calore extraneo eſt Putrefactio.

Ratiocinij huius maior clara eſt; eſt enim Ariſt. definitio Putredinis. Probo mino-
rem hoc ſuppoſito, quòd idem eſt dicere rem corrumpi, & mutari ad corruptionem.
Vtroque enim modo res à ſuo ſtatu naturali exit, quæ cùm ſtatum naturalem non ſer-
uat, opus eſt etiam, vt putreſcat. Formalis ratio Putredinis ex Ariſt.eſt corruptio calo-
ris, quam ſequitur ſeparatio humidi à ſicco: efficiens eſt calor extraneus: modus eſt,vt
calor internus ab hoc calore extrahatur, ſubiectumque illud proprio calore deſtitu-
tum, vt putreſcat,neceſsè eſt: at quando mutatur eſſentia ad corruptelam, eſt quando
à calore extraneo ipſius rei,calor conſeruatiuus attrahitur; Galen. enim lib. 2. de diff.
febr. cap. 9. ſupponit id,quod Ariſt. ſcripſerat, nempè à calore extraneo attrahi ca-
lorem internum, qui nihil aliud eſt, quàm rei ipſius,nempè corporis mixti, & ſimilaris

eſſentia, quæ cùm mutatur à ſuo ſtatu naturali, nec poſſit ampliùs ipſum conſeruare, vt B
putreſcat, neceſſe eſt. Qui igitur dicit mutationem eſſentiæ corporis putreſcentis ad
corruptelam à calore extraneo, dicit corruptionem caloris proprij exiſtentis in vno-
quoque humido à calore extraneo: Galenus enim in ſua Putredinis definitione parti-
culariùs loquitur, & de Putredine illa potiſſimùm, quę fit in partibus corporis humani,
quæ, & ipſæ ſunt corpora mixta, non ſecus atque alia corpora mixta. Iam verò omnia
mixta ſubiecta ſunt Putredini, quæ cùm in omnibus vna ſit, moduſque eius vnus, ſic &
ratio formalis eadem; neceſſariò quoque contingit, vt eadem partibus humani corpo-
ris conueniat. Alium tamen ſeruauit Galenus dicendi modum, ac facit Ariſt. in ſua de-
finitione, quandoquidem ſenſum magis ſequutus eſt Galenus accomodans ſermonem
ſuum ijs, quæ in putrefactione apparent noſtris ſenſibus; vnuſquiſq; autem videt, quòd
quando aliquid putreſcit, quod ad corruptionem tendit, in qua à primo ſuo naturali
ſtatu mutatur, vt igitur ipſam declaret, ac omnibus patefaciat, dixit id euenire ratione
mutationis eſſentiæ; cùm autem (vt millies docuit) eſſentia corporis ſimilaris ſit ipſa
temperies, ſequitur, quòd ad ipſius mutationem ſubſtantia quoque putreſcat; muta- F
tur autem quando calor ipſius naturalis euaneſcit, atque languet, idque patitur à calo-
re extraneo. Putreſcit enim ſubſtantia, non calor, corrumpitur calor, quia euocatur,
aut deſinit eſſe naturalis illius partis, cuius erat naturalis, & tunc res illa putreſcit.

Ariſtoteles verò philoſophicè magis, & intimiùs rem ipſam ſcrutatus, non modò
popularem ſequutus eſt dicendi modum, ſed rei naturam, vniuerſaliterque de omni
Putredine, tam in fieri, quàm in facto eſſe loquutus eſt; quare modus loquendi ipſorum
eſt diuerſus, res tamen vna, & eadem eſt: forma Putredinis ab vtroque declaratur; pro
diuerſitate tamen ſubiectorum diuerſimodè videntur tractaſſe. Ariſt. enim vt Philo-
ſophus naturam Putredinis in vniuerſum amplexus eſt, at Galenus vt Medicus eam
contemplatus eſt, quia fit in corporibus humanis, & præſertim in humoribus. Hinc
etiam eſt, quòd cauſæ efficiens diuerſa eſſe videtur, cùm Ariſt. dicat caliditatem am-
bientis, nempè aëris, & aquæ, vt ſupra adnotauimus: Galenus verò calorem extraneũ
in nobis tanquam magis particularem, & magis immediatum excitatum, à quacunque
cauſa ipſe prodierit, ſiue fuligines ſint calefactæ, ſiue partes circumuicinæ inflammatę, G
ſiue alio modo calor extraneus in corpore fiat, habet rationem ambientis, atque ex-
tranei, à quo corrumpitur calor naturalis ſpirituum, aut humorum, aut partium ſoli-
darum noſtri corporis, ex cuius caloris naturalis corruptione contingit varios caloris
extranei gradus excitari, à quibus febrium differentiæ oriuntur.

Ex his igitur apparere ſatis puto, quid Putredo ſit, tam in via Ariſt. quàm Galeni.
Modo videndum eſt, à quibus cauſis in corpore noſtro excitari poſſit. Cauſæ igitur
Putredinis vel externæ ſunt, vel internæ: ſi primo modo vel neceſſariò occurrunt no-
bis, vel non neceſſariò. Si neceſſariò in primis eſt aër, qui mutatur à propria natura
multis modis, vel ratione intemperiei, qui calidior, & ſiccior redditur, qualis maximè
ſub canis ortu accidit, lib. de diff. febr. c, 4. & 9. vel ratione temperiei, aut ſubſtantiæ
alicuius extraneæ admixtionis, vel calidior, & humidior. Hinc non modò febres pu-
tridæ ſimpliciter, ſed peſtilentes frequentiſſimè fiunt, Gal. 1. de diff. feb. c. 4. Auic. 1.
4. tract. 1. c. 1. val propter admixtionem putreſcibilis euaporationis, vel ex loco pro-
pinquo, vt paludibus, lacubus, præſertim aeſtatis tempore, Gal. 1. de diff. febr. 4. &
Auic. loco citato, locis in quibus maceratur linum, aſphaltum, & huiuſmodi, ex Auic. H
ibidem, vel loco longinquo, ſicut quando ventorum impetu ad longinquas regiones
defertur, ſicut Athænis ex Aethiopia, 1. de diff. febr. c. 4. vtriuſque ſecundùm varias
combinationes.

Cibus, & potus ratione, vel ſubſtantiæ, vel quantitatis, præparationis, temporis,
ordiniſque. Subſtantiæ quidem aut bonæ, vel malæ, bonæ quidem, ſed quæ facillimè
Putredinem contrahat, ſicut lac, ex Auic. ibidem, malæ verò vel ſimpliciter, vel ſecun-
dùm quid; ſimpliciter quidem aut per ſe, aut per accidens, per ſe, & ex propria natu-
ra, vt ſunt allia, cæpe, naſturtia, porri, braſſica, ozima, vrtica, & quæcunque alia agre-
ſtia, ex Gal. 1. de diff. febr. c. 3. per accidens verò qualia ſunt omnia; quæ alioquin
bonæ ſubſtantiæ, diſpoſitionem tamen ad Putredinem contraxerunt; vel in primo
ipſorum ortu, ſicut cùm frumenta, hordea, atque omnes aliæ fruges, quæ ad vſum cibi
aſſumun-

Digitized by Google

A aſſumuntur, in primo ortu rubiginem contrahunt primò de diff. febr. c. 3. vel poſt or-
tum, vt ſola diuturnitate marceſcentia, ficuti dictæ fruges, carnes, piſces, oua, omnia-
que iam fœtentia mala cuſtodia excrementitiam humiditatē putredinoſam contraxe-
rint, Gal. ibidem.

Non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, aut quia aquoſæ nimis ſunt, vel excremen-
titiæ, vel glutinoſæ, craſſæ, & frigidæ: aquoſæ quidem, & excrementitiæ, quales
ſunt, quæ à corpore quantumuis ſano non poſſunt in optimum ſanguinem con-
uerti, ſed in excrementitium, huius generis ſunt horarij, omnes fructus, ſeu præcoces,
vt ceraſia, pyra, mora; perſica quoque, melones, cucumeri, & reliqui fructus autumna-
les, vua ſuſpenſa excepta, & ficubus optimè maturis, Auic. lib. 4. fen. 1. trac. 2. c. 1. Gal. de
bon. & vitio ſuccorum c. 1. & 6. alijq; huiuſmodi fructus, de quibus idem Gal. loco cit.
ſunt enim omnes mali ſicci, & excrementitij, quorum immoderato vſu, etiam ipſemet
Gal. ſæpè ægrotanit, vt loco citato de ſe ipſo refert.

Glutinoſæ tandem craſſæ, & frigidæ, quæ malè regulantur à calore natiuo, & facilè
B extraneum concipiunt calorem, & obſtructionem faciunt, Gal. 1. de diff. febr. cap. 3.
tales ſunt cucumeri, batecæ Arabum, citruli, pyra, & huiuſmodi. Adde paſtam,
caſeum, polentam. His quæ de cibis dicuntur, addatis etiam potus, quorum
meminit Gal. loco cit. 1. de diff. febr. cap. 3. ſcilicet aquarum fæculentarum, & lu-
tulentarum, ſiue ex paludibus, ſiue ex piſcinis, ſiue quouis alio modo vitioſorum.
ratione quoq; immoderatæ quantitatis, cuius potus, licet boni ſint ſucci, confici tamen
probè nequeunt; Vndè malè à calore natiuo conuertuntur, & tam hoc nomine, quàm
quod obſtructiones pariunt putredinis cauſæ ſunt, ex Gal. & Auic. locis citatis.
Præparationis, vt ſi non probè coctus cibus fuerit: vel probè quidem coctus, ſed aut
in vaſe immundo, vel ſtamno illito cum butyro, aut axungia rancidis, &c. ex
Auic. loc. cit. Temporis ſi nondum priore alimento confecto nouus aſſumatur, vel à
cibo in hora coctionis bibatur, & pręſertim aliquis potus calidus, rapitur enim alimen-
tum incoctum ad viſcera indè obſtructiones fiunt, ex Auic. loco citato.

Ordinis, vt ſi tenuia alimenta, & quæ facilè putreſcunt poſt craſſa, & difficilius
C aſſumant, ex Auicenna loco citato. Vel quæ calefaciunt non aſſumuntur ante alia,
ſed poſterius, & hæc de cibo, & potu. Succedunt aliæ res non naturales, vt im-
moderata vigilia 1. de diff. febr. 3. indè enim cruditas fit, vel quæ facta fuit
quiete, & ſomno non corrigitur. Somnus etiam immoderatus ad putredinem ali-
quandò confert, quatenus excrementa non diſcutit. Motus immoderatus præſertim
à cibo, ex Galen. & Auicen. locis citatis, diſtrahitur enim calor à coctione, & ali-
mentum rapitur in viſcera. Immoderata quies, & exercitium intermiſſum. Inani-
tio conſueta intermiſſa, ex retentis enim excrementis Putredo facilius conciliatur.
animi accidentia, vt diuturnæ cogitationes calorem à coctione diſtrahentes, ex
Gal. loc. cit. & iſtæ ſunt cauſæ non naturales neceſſariò occurrentes, quæ putredinem
facere poſſunt.

Non neceſſariæ ſunt balneum, aut vſus ipſius intempeſtiuus, vt ab aſſumpto
cibo, ex Gal. ſuo enim calore mouet, & fundit crudos ſuccos ad habitum cor-
poris, ſicque vel præexiſtentem obſtructionem auget, vel nouam gignit. Inſolatio
D itidem præſtat, ex Gal. & Auic. ob eandem rationem, frequens acrium medicamen-
torum vſus, ex Gal. loco pluries citato auget enim calorem externum, ſeu extra-
neum. Et hæc de cauſis externis. Cauſæ verò internæ cum aliæ ſint, quæ per ſe id
præſtare poſſint; aliæ vero per accidens, per ſe quidem aliæ ſunt remotæ, aliæ proxi-
mæ, remota cauſa eſt obſtructio à cauſis iam dictis facta. Cauſæ vero per accidens ſunt
quatuor; duæ tamen ſunt, quæ magis corpus ad ſuſcipiendam Putredinem diſponunt,
vt temperamentum, & habitus corporis.

Temperamentum quidem vel totius, vel partis, totius quidem, nempè calidum, &
humidum, ratione cuius fit, vt non ſolum febribus Putridis, ſed omnibus alijs morbis
ex Putredine valdè ſint obnoxij, 7. methodi partis, vel partium, nempè viſcerum, qui-
bus alimentorum concoctio demandata eſt. Temperamentum quoque calidius, quàm
par ſit conuertit alimentum potius in bilioſum ſuccum, quam in bonum ſanguinem,
frigidius quoque temperamentum alimentumq; minimè concoquens conuertit in

acidum, frigidum, & craſſum ſuccum corrumpens, à quo obſtructio facilè, & fa- E cillimè quoque calor extraneus conciliatur, ex Auic. ibidem. Habitus corporis vel plethoricus, vel cacochymus; ex multitudine enim obſtructio, ex obſtructione Putredo oritur, ex 1. de diff. febr. 3. & Auic. ibidem. In cacochymia verò humores facilè putreſcunt non benè victi à calore, qui eos continere debet, ex Gal. loc. cit. & hæc ſint dicta de cauſis Putredinis tam internis, quàm externis, Declarata Putredine & in genere, & in ſpecie, ſubſequitur Methodus febrium putridarum tam cognitionis, quàm curationis, de qua agendum eſt in hac ſeptima Decade, exorſus primùm à febris definctione.

De febris definitione. Cap. II.

EXplicata Putredinis natura tum ſimpliciter, tum vti in humoribus ſpectatur; eiuſdem cauſis, tam proximis, quàm remotis allatis antequam ad febrium putridarum declarationem me accingam, ſatius duxi ex- F plicare vobis definitionem febris, quæ à feruore à Latinis dicta eſt, à Græcis verò πυρετὸς ἀπὸ τὸ πυρὸς denominata, quod eſt ignis, quaſi quòd febris ſit ignis quidam paruus. Variæ ſunt febris definitiones, quas varij auctores commenti ſunt; nihilominus nulla eſt, quæ mea opinione magis declaret naturam ipſius, quàm definitio Auicennæ lib. 4. fen. 1. cap. 1. ea vero eſt. *Febris eſt calor extraneus, accenſus in corde, & procedens ab eo mediantibus ſpiritu, & ſanguine, per arterias, & venas, in totum corpus, & inflammatur in eo inflammatione, quæ nocet operationibus naturalibus, non ſicut caliditas ira, & laboris, qui non vltimatur, & impedit operationem, ita vt retineatur.* Definitio hæc habet omnes conditiones ad definitionem accidentis veram attinentes; conſtat enim ex genere, & ſuis differentijs prædicantibus in quale quid de ſuo definito, quibus poſitis ſequitur ad eas genus acceptum in definitione, & omnia prædicata vnum ſimul faciunt, quod cum ſuo definito conuertitur. In hac definitione examinanda hunc ſeruabimus ordinem; primò curabimus videre, quale ſit genus, ipſiuſque omnes conditiones aperire, deinde G ſigillatim, & ſucceſſiuè vnamquamque differentiam interpetrabimur vſque ad vltimam, tandem ad faciliorem intelligentiam totius definitionis, & partium ipſius, nonnullas dubitationes aduerſus genus primùm, ordineque ſucceſſiuo aduerſus omnes differentias, quæ à ſcriptoribus afferri ſolent, & nos cum ijs adducemus, ac pro viribus accuratè, quo ad poterimus eas enodare, atque vndequaque ſoluere enitemur.

Quod ſpectat ad genus, pro eo ab Auicen. in hac febris definitione poſitus eſt calor; quid amplius addendum generi docet, atq; egregiè probat doctiſſimus Saxonia lib. de feb. cap. 5. inquiens calorem extraneum inflammatum, qui lædit operationem eſſe genus in hac definitione, at reliqua omnia vult ſpectare ad ſubiectum; nobis tamen videtur aptiùs dicendum calorem eſſe genus, & alia ad differentias ipſius generis ſpectare, ad quod dicendum mouemur, quòd veræ definitiones illæ ſunt, vt cuique conſtat, quæ ex genere conſtant, & differentijs, ita vt genus ſequatur ad differentias, quare tota illa particula, quam Saxonia ponit pro genere, non poteſt eſſe genus; nec reliqua ad ſubiectum pertinent; cùm ſint propoſiti generis differentiæ prædicantes in quid de ipſo, & omnes ſimul acceptæ, aptè genus contrahunt, ac perficiunt. Id quod ex eo ſa- H tis patet, quòd in corpore noſtro ex Gal. ſententis plures ſint calores, 6. epid. com. 4. t. 25. 3. de cauſis pulſuum cap. 6. lib. aduerſus Licum cap. 6. (quod ab omnibus, tam Philoſophis, quàm Medicis receptum eſt,) nam vnus eſt, qui dicitur natiuus, aut innatus, alter aduentitius, Rurſus & ſi calor natiuus modò à Gal. fuerit appellatus ille, qui in ſanguine menſtruo, & ſemine ſubiectatur, modò qui in ſanguine venali, & ſpiritu, aliquando verò in ſolo ſpiritu, nonnunquam etiam in omnibus iam dictis, nempe in ſpermate, & ſanguine menſtruo, & ſanguine venali, ſimulque in ſpiritu, ex quibus omnibus ſubſtantiam, & eſſentiam caloris innati conſtare aſſeruit: nihilominus in tres calor naturalis portiones diuiditur pro ſubiecti diuerſitate, in qua fundatur; nam calor ille, qui in ſemine, & ſanguine menſtruo reperitur, vt pote is, qui à primordio generationis ingreditur primam membrorum conſtitutionem, dum in vtero efformamur, prima

portio

A portio eſt, quem proinde ab Hipp. ἀρχίγονον appellatum fuiſſe idem Gal. ſcribit lib. ad-
uerſus Licum cap. 7. hoc eſt primò genitum. Altera portio caloris, quæ poſita eſt in
ſanguine venali, & ſpiritu, ab hepate, & corde fluens, in ipſiſque genita eſt, calor na-
tiuus, ſed influens vocatur. Tertia caloris innati portio, ea eſt, quæ in omnibus mem-
bris noſtri corporis remanet, & θέρμον ἔμφυτον ab Hippoc. dicitur, à noſtris calidum im-
plantatum, & huiuſmodi calor à calido influente conſeruatur, & niſi ab eo refocillare-
tur, non poſſent vllæ partium fieri operationes, quandoquidē ab hoc calore tanquam
ab efficiente fiunt omnes corporis operationes.

Rem hanc de calido innato, influente, & implantato pulchrè nobis deſignauit Gal.
lib. artis paruæ cap. 9. vbi corporis membra diuidens dicebat quaſdam noſtri corpo-
ris partes eſſe principia, alia ab ijs principijs dependere, nonnullas habere ſibi innatas
facultates; ita vt à ſe ipſis regi poſſint, alias eſſe tandem, quæ & inſitas facultates habent,
& affluxu egent, at facultas inſita non poteſt niſi ab inſito, & implantato calore profi-
ciſci (quem omnes partes, quæ nutriuntur habere eſt neceſſe) nec poteſt conſeruari, niſi
B mediante calido, quod per ſanguinem, & ſpiritum ad ipſas partes nutriendi cauſa
transfluit. Ex ijs igitur patere ſatis poteſt, duplex in nobis reperiri calidum innatum,
vnum, quod implantatum, ſeu inſitum appellamus, aliud quod influens dicitur, quæ in-
ter ſe conueniunt, tum nominis, tum temperiei, tum motus ratione; nominis quidem,
quia comprehenduntur ambo ſub calore, ſecundò conueniunt ratione motus, ſiqui-
dem vterque calor in corpore continuò mouetur; tertiò conueniunt ratione tempe-
riei, ſiquidem ſi conſideremus actiuas ipſius qualitates, ita inter ſe temperatæ ſunt, vt
elemento ſtellarum proportione reſpondeant, vt Ariſt. teſtatur 2. de generatione
animalium cap. 3. & Gal. 8. de Hippocratis, & Platonis decretis, & ratio eſt, quia eo-
dem docente Galeno, eius ſubſtantia ex aquea, & aërea ſubſtantia cum aliquali ſpiri-
tuum abundantia conſtat, ex quibus mediocritas quædam inſurgit aliquantulum ad
calidum declinans; nam cùm ab iſtis duobus caloribus tanquam ab anima, aut imme-
diato inſtrumento ipſius animæ omnes operationes corporis fieri neceſſariū eſſet, ra-
tioni conſonum fuit, vt ab ipſa caliditate tanquam ab efficaciori, & magis actiua qua-
C litate denominaretur. Quod attinet ad paſſiuas qualitates, ad humidum magis flectunt;
nam ſpermatica, & ſanguinea, & ſpirituoſa ſubſtantia, in qua fundantur, omninò eſt
humida.

Differunt verò inter ſe primò ratione ſubiecti, quia implantatus calor eſt in ſemi-
ne, & ſanguine menſtruo, à quibus fiunt omnes corporis partes, quibus efformatis re-
manet in illis inſitus, & implantatus calor: influens verò eſt in ſanguine venali, & ſpiri-
tu arteriali: deinde implantatus perficitur, & conſeruatur ab influente, vnde influens
habere videtur rationem perficientis, implātatus verò perfectibilis. Tandem differunt
ratione modi motus, ſi quidem implantatus mouetur ſemper à centro ad circumfe-
rentiam, & è contra à circumferentia ad centrum, nunquam tamen partem deſerens,
cui implantatus eſt, Gal. auth. aduerſus Licum 6. & 7. cap. At calor influens à centro
ſemper ad circumferentiam mouetur, videlicet à iecore, & corde, in quibus genera-
tur ad partes reliquas corporis, quaſi impulſus. De hac materia Decade ſecunda dictū
quoque fuit, & de modo, quo reſtaurari poſſit calidum implantatum, nunquam tamen
D à circumferentia ad centrum moueri id poſſe ſtatuimus ſecundùm naturam: & hæc
eſt natura caloris innati breuiter declarata.

Sed præter hos duos calores datur & alius, qui adſcititius, aduētitius, & acquiſititius
dicitur Gal. authore 1. Aphoriſ. 14. aduerſus Licum 6. & 7. cap. 6. epid. com. 4. tex.
25. quibus in locis ait eiuſmodi calorem ſic appellari, eò quòd in nobis temporis pro-
greſſu enaſcitur; de quo quidem calore multi multa dicunt, curabo tamen relictis alio-
rum opinionibus breui, quantum fieri per me poterit, naturam huius caloris perſtrin-
gere, & quantum ſufficiat vobis ad intelligentiam, eorum, quæ de hac febris definitio-
ne dicturus ſum. Scire igitur debetis doctiſſimum Donatum ab Altomari lib. de me-
dendis febribus cap. 9. dixiſſe hunc calorem adſcititiuum quatuor modis ab innato dif-
ferre, nempè nomine, eſſentia, qualitate, & operatione, nomine quidem, quia innatus
ineſt nobis à primordio generationis, vnde innatus dicitur ab Hipp. ἀρχίγονον, hoc eſt
primò genitum, vt dictum eſt, at acquiſititius ſic appellatur, quòd non niſi poſt genera-
tionem

Digitized by Google

tionem in nobis naſcitur, vndè etiam ſpurius appellatur, differt ſecundò ab innato ra- E
tione ſubiecti, à quo ſui ſpecificam ſumit rationem, quia calor iunatus in ſubſtantia
aërea & aquea; hic verò è contra fundatur in ſubſtantia terreſtri, & ignea, tertiò differt
qualitate; uam calidi iunati caliditas, halituoſa eſt, ſuauis, mitis, ac temperata; calidi-
tas verò acquiſititij, acris, mordax, arida, atque ignea eſt, id quod tactu comprehen-
di facile poteſt; uam calidum innatum conſequuntur vapores, halituoſi, benigni, ſuaues,
& temperati, è contra verò caloris acquiſititij, vapores, ſunt fuliginoſi, fumoſi, aridi,
acres, & manus mordentes; idque contingit ratione variæ ſubſtantiæ, cum ex humida
halituoſi, ex ſicca fumoſi exſpirēt, vapores, quarto, & vltimo hi duo calores operatione
inter ſe differunt, nā à calore innato prodeunt naturales operationes, vt eſt generatio,
coctio, diſtributio, ſanguinis procreatio, & auctio, appoſitio, aſſimilatio, & huiuſmodi;
at à calore aduentitio eueniunt operationes contrariæ; videlicet putrefactio, aduſtio,
corruptio, deſtructio; tandem calor acquiſititius corrumpit ea omnia, quæ à calore
naturali fiunt.

Sed huiuſmodi Altimari opinio non ſatis conſtare videtur; nam quamuis iſti duo F
calores, inter ſe nomine differant; nam vnus innatus, alter aduentitius, & acquiſititius
dicitur, ſunt tamen inter ſe, vnum, & idem re ipſa; nam aduentitius calor in eiſdem-
met ſubſtantijs ſubiectatur, in quibus diximus calorem innatum repoſitum eſſe, nempe
in ſanguine, & ſemine, ex quibus partes ſolidæ componuntur ſanguine venali, & ſpiri-
tuali ad ipſarum conſeruationem fluentibus, differunt verò ad inuicem, quia quamdiu
ſubſtātia ex iam dictis, nempè ex ſemine, & ſanguine mēſtruo integram, ac propriam,
temperiem ſeruauerit natiui, & inſiti caloris nomen, & rationem habet, vbi verò egre-
diatur, limites proprios, & ſibi conuenientes iam dicitur calor aduentitius; nam vt Gal.
primo Aphoriſ. citato, & alibi loquitur facta in vtero poſt ſeminis receptionem ſan-
guinis menſtrui, & ſeminis miſtione calidum, quod innatum vocamus in perfecto hu-
mido exiſtit, & maximè viget, at vbi partes ex eo efformatæ ſunt, amittitur iam ipſius
aliqua vigoris quantitas, quod partes paulò ſicciores reddantur, vbi enim magis per-
ficiuntur, humiditatis copia euaneſcit, ac tandem, vbi extra vterum viuimus perpetuò,
de huiuſmodi humido primigenio, aliquid ſecundum magis, & minus deperditur, vt G
tandem temporis progreſſu paulatim, & ſucceſſiuè fiat huiuſce humidi reſolutio, ad ſic-
cius ſubſtātia promota, hinc corpus noſtrum quotidie magis terreſtre fieri indè magis,
atque in dies eius qualitatem calidam augeri.

Cùm igitur diminutio caloris ipſius innati, per humidi reſolutionem fiat, ipſius ca-
loris fundamentum ad terreſtre accedat magis, neceſſe eſt, atque ita ipſius qualitas
magis temporis progreſſu acuitur, igneumque corpus redditur; quare ex ijs apparet
calorem innatum, & acquiſititium vnum, & eundem eſſe ratione, & eſſentia, ſiuè
entitate, differre tantummodo ratione ſubiecti in quo fundatur innatus calor, qui tēpo-
ris progreſſu conſumitur, indè partibus ſiccioribus redditis, caloris eiuſdem qualitas
acuitur, & ad caliditatem promouetur, ſubſtantia ipſius ad ſiccius promota, id quod
Gal. etiam ſcripſit lib. ad Lycum cap. 6. quo in loco dicit calorem huuc non agnouiſſe
Lycum, neque alium ex antiquis, idem ſcribit 6. epid. com. 4. tex. 25. iam citato, quare
caliditas hæc vna eſt, & eadem ſubiecti tamen diuerſitate modo temperata, modo
acris, & mordax eſt, ex quo apparet etiam quantum Siluanus Romanus deceptus fue- H
rit, qui ſcribit calidum aduentitium eſſe portionem quandam ignis in ſemine, & ſan-
guine menſtruo ſiccitatis gratia à natura poſitam.

Altimaro igitur dicenti calorem hunc adſcititium differre, nomine tempore gene-
rationis eſſentia, ratione fundamenti mutati; & per conſequens ratione qualitatis,
ſubſcribo, tameu non concedo ipſum differre ratione operationis, nam vterque calor,
tàm innatus, quàm aduentitius, eaſdem faciunt operationes ſecundum tameu magis, &
minus perfectas niſi vellimus pro Altimaro dicere, calorem aduentitium eſſe in du-
plici differentia nempè vnum eſſe naturalem, alium præter naturam, naturalis calor
aduentitius ille ſtatuendus erit, qui poſt ortum infantis incipit generari, 6. epid. cit.
com. 4. tex. com. 25. & à cauſis naturalibus nempè à tempore, ab ætate, ab exercitio,
& ab alijs rebus non naturalibus, tam neceſſariò, quàm non neceſſariò occurrentibus,
calor verò aduentitius præter naturam eſſe, cenſeri poteſt, qui fit à cauſis præter natu-
ralibus,

Digitized by Google

A talibus, vt (exempli gratia) eſt inflammatio, Putrefactio, & id genus cauſarum præter
naturalium; ſi primo modo conſideremus calorem aduentitium, tam per ſe, quàm per
comparationem ad calorem innatum, vt puerorum, procul omni dubio, quòd acer,
& mordax eſt ad manum, vaporeſque ipſius ſunt fuliginoſi, & acres: at ſi comparetur
cum calido præter naturam, benignus cenſebitur, eiuſque vapores benigni, & actiones
ipſius omninò ſunt naturales, alioquin non fierent actiones naturales ad vitam neceſ-
ſariæ: in ijs, qui ipſo calore aduentitio abundant, cuiuſmodi ſunt iuuenes, neque poſ-
ſent nutriri, eſſentque ſemper morboſi, quod falſum eſſe continuò oſtendit experien-
tia, rerumque euidentia. Si verò ipſum calorem aduentitium conſideremus, vt eſt præ-
ter naturam, verum eſt id, quod ſcripſit Altimarus, nempe quòd actiones ipſius ſunt
corrumpere quidquid à calore innato perficitur. Ex ijs ſatis patere puto poſſe plures
caloris differentias dari, nempè innatum, qui diuiditur in implantatum, & influentem;
nec non, & acquiſititium, proinde dicimus rectè Auic. in ſua definitione aſſumpſiſſe
calorem tanquã genus. De quo calore inquiritur à quibuſdã, an ſolam qualitatẽ dicat,
B an ſubſtantiam quandam qualitate affectam, de hac enim materia controuerſia eſſe
videtur inter Latinos, quorum aliqui tenent vnam, alij alteram partem ſuis quibuſdam
rationibus, & Gal. authoritatibus defendere contendunt, quorum fundamenta, & ra-
tiones hic ſilentio inuoluimus, eò quòd parum vobis prodeſſe poſſunt ad id, quod de-
clarare intendo, quod eſt vobis demonſtrare cognitionem febrium putridarum, &
earumdem curationem in genere; ſat enim vobis eſt, vt intelligatis, & ſciatis de hac ca-
loris febrilis natura, poſſe nos duobus modis loqui, nempè, vel ſecundùm iudicium ſo-
lius ſenſus, vel ſecundùm iudicium ſenſus, & rationis ſimul: ſi ſenſum ſequamur, quia
ad hunc pertinet ſola qualitatum cognitio, dicimus febrem eſſe caliditatem, non cali-
dum præter naturam, & extraneum, hoc enim modo febrem conſiderauit Gal. 1.
de diff. febrium cap. 2. vbi loquebatur de febre, vt ſub varijs differentijs caliditatis,
quas tactui offert, poteſt in varias tribui ſpecies: at ſi ſequamur iudicium ſenſus, ac in-
tellectus ſimul, hic docet non poſſe ſolam qualitatem dicere, cùm illa dependeat ab
effluxibus ad totum habitum corporis demandatis, qui ſubſtantia quædam ſunt, ſuppo-
C nuntque calidam aliquam ſubſtantiam præter naturam affectam, à qua eleuantur.
Nomine igitur caloris poſſumus intelligere, & ſubſtantiam caliditate affectam, & qua-
litatem ipſius calidam.

Hoc loci inquiritur, quis nam ſit iſte calor, qui extraneus ſit factus febrem faciens;
Altimarus dicebat eſſe calorem aduentitium, ſed Gal. lib. 1. Aphoriſ. 14. multiſque
alijs in locis docuit febrem tunc fieri, aut eſſe, quando calor innatus mutatur ad igneam
naturam, ſiue intelligere velimus ſubſtantiam, in qua fundatur calor naturalis, calidio-
rem redditam eſſe, vel ipſius qualitatem eſſe magis adauctam, ita vt ipſius caloris inna-
ti temperies harmonia à propria temperie receſſerit; per calorem autem natura-
lem opus eſt, vt intelligatis tam inſitum, quàm influentem; & etiam aduentitium; hic
igitur calor præter naturam effectus lædit operationes; afficitur autem quandoque in
ſolis ſpiritibus accenſus, vt in ephemeris, quandoque in humoribus, vt in Putridis.
Dicere etiam poſſumus febrem eſſe calorem compoſitum ex naturali, & præter natu-
ram, vt dicebat Auer. ſecundùm verò Auicen. per calorem extraneum oportet intel-
D ligere calorem naturalem ad maiorem caliditatem mutatum; & hæc de natura caloris
ab Auicen. tanquam de genere aſſumpto in definitione febris dicta ſatis ſint.

De differentijs.

Venio modò ad examen differentiarum huius generis, inter quas primò occurrit
extraneus, qua differentia oſtenditur non omnem calorem eſſe febrem, ſed tantum-
modo extraneum hoc eſt præter naturam, ad differentiam naturalis, qui in ſua tempe-
rie manens, nunquam poteſt febrem facere. Secunda differentia eſt *accenſus in corde*,
vt hac demonſtret ſubiectum febris primarium eſſe cor, in quo primò calor extraneus
accenditur vnde Gal. 1. de differentijs febrium cap. 3. dicebat, quod quamuis in cor-
pore calor accendatur à quauis cauſa, nunquam tamen eſſe poteſt febris, niſi accen-
datur in corde, calor etiam, qui in alijs corporis partibus accenditur, vt iecore, liene,
aut alijs, non poteſt dici febris niſi accendatur in corde, quare character febris eſt, vt
calor accenſus ſit in corde, tunc calor naturalis mutatus eſt ad igneam naturam, vt vo-
luit

fuit Gal. & à communi hominum conſenſu febris appellatur. Tertia differentia eſt E
procedens ab eo, mediante ſanguine, & ſpiritu, per venas, & arterias per totum corpus.
Quamuis character febris videatur poſitus in accenſione caloris cordis, requiritur ta-
men, vt poſtquàm accenſus eſt calor in corde, inde ad vniuerſas corporis partes fera-
tur, quo etiam ipſum incaleſcat, proinde Auicen. addit procedere calorem extraneum
à corde mediantibus ſanguine, & ſpiritu per venas, & arterias, oſtendens nobis vehi-
cula, per quæ fertur talis calor, quæ ſunt ſanguis, & ſpiritus; nam cùm ſanguis in cor-
de calefactus fuerit, & ſpiritus cum ipſo ferantur per corpus, opus eſt, vt caliditatem
ſuam, quam à corde acceperunt vniuerſo corpori cõmunicent, ſed ſanguis per venas,
ſpiritus per arterias feruntur, quare Auicen. non ſolùm declarauit nobis vehicula ipſius
caloris, ſed ſpatia, & loca, per quæ feruntur tam ſanguis, quàm ſpiritus, quæ ſunt venæ,
& arteriæ pert otum corpus diſtributæ.

Quarta differentia huius generis, nempè caloris eſt, *vt inflammetur in eo inflammatio-
ne, quæ nocet operationibus naturalibus*; nam quamuis cor incaleſceret, atque etiam
communicaretur calor vniuerſo corpori, operationibus tamen haudquaquam noce- F
ret, non eſſet febris, quare requiritur, vt calor extraneus ſit accenſus in corde, inde ad
omnes corporis partes delatus ſit, & lædat operationes, ad hoc vt ſit febris, ex quibus
Auicennæ verbis luce clariùs apparet febrem eſſe morbum, cùm lædat operationes
naturales. At cùm morbus ſit triplex, nempè in ſolutione continui, in mala compoſi-
tione, & in intemperie, non poteſt eſſe in ſolutione continui, vt apparet, neque vnquam
aliquis fuit, qui imaginatus ſit febrem eſſe talem morbum, de morbis tamen in com-
poſitione aliqui dubitarunt, cùm exiſtimauerint ſubſtantiam, in qua calor fundatur,
adauctam fuiſſe; nam vt ſuperiùs intellexiſtis, plerique ex Latinis exiſtimarunt nomine,
caloris innati, eſſe intelligendam propriam ſubſtantiam caloris, vt ſenſus ſit, febris eſt
accenſio caloris innati, hoc eſt ſubſtantiæ, in qua calor innatus eſt accenſus, vnde
dixerunt ſubſtantiam calore affectam eſſe. Hæc autem non poteſt ad aliud genus mor-
bi referri, quàm ad numerum adauctum, ſed dato, quòd vera ſit hæc poſitio, dico ego,
quòd non ſequitur febrem reponi debere in genere morbi malæ compoſitionis, & ra-
tio eſt, quia nomine, caloris, quem θέρμην Gal. appellauit ſuo idiomate, duo intelligun- G
tur ab eodem Gal. nempè ſubſtantia, & qualitas calida, febris non lædit operationem,
quà ſubſtantia: hoc eſt ratione ſubſtantiæ, in qua fundatur id non habet, ſed ratione
caliditatis extraneæ, ſeu quatenus mutata eſt ad igneam naturam, vt dicebat Gal. vnde
ſequitur neceſſariò, quòd febris redigatur ad intemperiem calidam, quare eſt morbus
in intemperie calida, vt pulchrè nobis hac definitione docet Auicen. ſi autem læderet
actionem, vt eſt ſubſtantia, dici poſſet eſſe morbus in numero adaucto, quia ſubſtantia,
quæ priùs non erat adaucta, eſt operationem lædens, cùm igitur maximum abſurdum
ſit excogitare febrem eſſe ſubſtantiam in numero adauctam, abſurdius eſt etiam dice-
re eſſe morbum in numero, de alijs autem ſpeciebus ipſius malæ compoſitionis non
eſt, vt quidquam dicam; cùm, vt clarum eſt, non poſſit reduci ad figuram læſam, aut ad
magnitudinem adauctam, vel diminutam, aut in ſitu alicuius partis mutato, quæ ſunt
ſpecies morbi malæ compoſitionis, neceſſarium igitur eſt, vt ſit morbus in intemperie,
quare cùm ſit calor lædens operationes, concludendum eſt morbum eſſe in intempe-
rie calida, vnde ex hac Auicen. definitione colligimus febrem eſſe intemperiem cali-
dam cordis, & totius corporis lædens operationes. Atque ex his quantum Argenterius H
aduerſus Gal. & Auicen. ſcribens erret (vbi dicit lib. de febribus cap. de febris definitio-
ne, non rectè ab his in definitione febris acceptum fuiſſe calorem, ſed intemperiem)
vnuſquiſque ſanè veſtrum iudicioſus poteſt facilè cognoſcere, cùm calor lædens
operationes nihil aliud ſit, quàm intemperies calida, rectè igitur Auicen. aſſumpſit ca-
lorem, vt genus in hac ſua definitione.

Quarta igitur hæc differentia ab Auicenna poſita eſt, vt oſtendat calorem hunc ex-
traneum eſſe intemperiem calidam lædentem operationes naturales, vt eſt attractio,
retentio, expulſio, & reliquæ actiones naturales, poſtrema verò particula in hac defi-
nitione ab Auicen. poſita facit ad maiorem declarationem; nam cùm dixiſſet calorem
extraneum accendi debere in corde, inde ad omnes partes corporis diſtribui, potuiſ-
ſet quiſpiam dicere adeſſe quandoque huiuſmodi calorem in corpore, non propterea
debere

A debere dici febrem, talis autem eſſe poteſt calor ab ira, aut labore excitatus proinde addit. (*Non ſicut caliditas, ira aut laboris, cum non vltimamur, & impedit operationem, ita vt retineatur*) quaſi dicere volens de ratione febris eſt, vt lædantur operationes, à calore autem iræ, & laboris non poteſt fieri læſio operationum, non ergo calor iræ, & laboris eſt febris, & ratio eſt, quia calor vtriuſque non retinetur tandiu in corpore, vt vltimetur, hoc eſt, vt ad tantam caliditatem perueniat, vt indè actionum læſio ſequatur; ſi enim calor hic tandiu retinetur, vt ad vltimum gradum peruenire poſſit, tunc lædi poſſent operationes, vnde dicere poſſumus duplicem eſſe actionum læſionem, vna eſt, quæ tranſiens, alia permanens dicitur: læſio tranſiens ea dici poteſt quæ contingit in ira, & labore, nec eſt morbus, ſed paſſio; huius enim eſſe eſt in fieri, at læſio operationum permanens eſt morbus, cùm ſit in facto eſſe, calor autem iræ, aut laboris, niſi remaneat in corpore, non poteſt lædere actiones; vnde Gal. lib. 1. de differentijs febrium cap. 3. lib. de cauſis morborum cap. 5. dicebat calorem extraneum non poſſe lædere operationes, niſi ipſe retineatur, & longā moram faciat in corpore, ita vt non ampliùs
B dependeat à ſua cauſa, verùm ea ablata, adhuc ipſe calor remaneat, tanquam effectus à violentia cauſæ impreſſus.

Concluſio ſit, quòd febris non eſt calor extraneus, quemadmodum caliditas ab ira, aut labore proueniens, quia huiuſmodi caliditas citò tranſit, & paſſionis rationem habet, calor verò febris remanet, & vltimatur, rationem diatheſis habens, cùm ſit intemperies calida, & hæc eſt definitio febris ab Auicen. tradita, habens omnes conditiones veræ definitionis; nam calor occupat nomen generis: extraneus eſt differentia ad demoſtrandam naturam ipſius caloris excedentis limites naturæ, accenſus in corde, & procedens ab eo per totum corpus actiones lædens, ita vt calor extraneus accenſus in corde, indè in omnes partes corporis lædens operationes ſit febris, è contra febris eſt calor extraneus accenſus in corde, & in omnibus partibus corporis actiones lædens, hoc modo definitio conuertitur cum ſuo definito, vnum faciens, & omnia prædicata de ipſo genere, prædicantur in quid, & illud ad ipſa prædicata ſequitur, non è contra, & hæc de definitione febris.

C *Difficultates aduerſus definitionem febris.*

Ad faciliorem intelligentiam eorum, quæ de febris definitione, & partibus ipſius à nobis ſuperioribus lectionibus fuerūt examinata, nonnullæ difficultates à nobis in medium ſunt afferendæ, ac ſoluendæ, quas quidem eo ordine proponemus, quo particulas definitionis examinauimus. Et primò eſt difficultas, an febris ſit intemperies calida tantùm, an verò complicata, & ſi complicata concedatur, dubium adhuc eſt, an ſecum adiunctam habeat humiditatem, an ſiccitatem; dictum enim fuit calorem extraneum accenſum in corde nihil aliud eſſe, niſi intemperiem præter naturam calidam, ita vt videatur eſſentia ipſius febris ex Gal. & Auicen. poſita in ſola intemperie calida. Galenus ſanè pluribus in locis videtur voluiſſe naturam, & eſſentiam febris poſitam eſſe in ſola caliditate, primo quidem lib. de diff. morb. cap. 5. lib. de cauſ. morb. cap. 2. & lib. 1. de diff. feb. differentias eſſentiales à ſolo calore deſumptas eſſe ſcripſit; quare de eſſentia febris ſolus eſt calor, ſunt etiam alia loca, quibus eandem opinionem habere videtur. Ex altera verò parte plures ſunt eiuſdem Galeni authoritates, quibus
D probari facilè poteſt febrem eſſe intemperiem calidam, & ſiccam, vnus locus Gal. eſt primo acutorum tex. 15. & 43. vbi colligens medicamentum febri competens concludit debere eſſe frigidum, & humidum, ergo eius eſſentia poſita eſt in caliditate, & ſiccitate, quare febris, vt indigens tali auxilio, calida, & ſicca eſt affectio, & 1. Aphoriſ. com. 16. dicebat Gal. quia febris eſt affectus calidus, & ſiccus, cùm ſit conuerſio innati caloris ad igneam naturam, quaſi reddens rationem vtriuſque qualitatis, & aphor. ſ. 24. eiuſdem particulæ admonebat Medicos, vt euitarent medicamenta calida, & ſicca, in morbis acutis, potiſſimùm in febre, quia augeretur febris, cùm ſit paſſio calida, & ſicca; poſſem plura alia Galeni loca afferre, quibus comprobarem febrem eſſe intemperiem calidam, & ſiccam, vnde videtur varius Gal. in hac materia determinanda. His Galeni locis addo Hipp. authoritatem lib. 1. Aphoriſ. Aphoriſ. 16. iam citato, vbi inſtituens victus rationem febricitātibus, dicebat victum humidū omnibus febricitantibus conuenire, nulla facta frigiditatis mentione, ſignum eſt igitur Hipp. voluiſſe ma-

gis in ſiccitate, quàm in caliditate eſſentiam febris poſitam eſſe; ſi enim in his, quæ præ- E
ter naturam ſunt indicationes victus rationis à contrario deſumendæ, vt Gal. in com.
huius Aphoriſ. dicebat, & Hippoc. mentionem habeat humiditatis tantùm, neceſſa-
riò cogimur fateri febris eſſentiam magis poſitam eſſe in ſiccitate, & Gal. ibi huic ſen-
tentię conſentiens cõtendebat oſtẽdere quomodo febricitantibus omnibus talis victus
cõueniat, dubitationes omnes è medio tollens, quæ videbãtur huic veritati repugnare.

Huiuſmodi difficultas ab aliquibus, & grauiſſimis quidem viris ex neotericis maximi
penditur, quam tamen exiſtimamus eſſe parui momenti, & facilis ſolutionis, quando-
quidem in febre duo conſiderari debent, vnum eſt forma febris ipſius, aliud eſt læſio,
quam infert actionibus corporis; ſi primo modo febris conſideretur de ratione ipſius
eſt, vt non minùs ſiccitatem, quàm caliditatem habeat adiunctam; cùm ſit caloris na-
turalis ad igneum calorem conuerſio, perpetuoque per caliditatem, & ſiccitatem læ-
ſionem infert; ſi verò ſecundo modo conſideretur, non ſemper per ſiccitatem in
corpus inducere poteſt læſionem, propter corporum diuerſitatem, quibus febris eue-
nit; nam Gal. lib. aduerſus Lycum ſcripſit dari febres quaſdam humidas, ſub quibus F
primo die ſtatim homines magno ſudore perfunduntur ſine aliquo ægrotantium pro-
fectu, aut conferentia, imò vero nos hoc anno obſeruauimus tales febres, quæ vt plu-
rimùm in prima hebdomada homines ad ſepulchrum reduxerunt, à Græcis tales fe-
bres [illegible] vocantur. Dantur etiam febres quædam aridiſſimæ, & ſicciſſimæ,
quæ ęgrotantibus ſitim inexhauſtam inferunt, cutem corij in modum exiccantes, ſum-
mamque ſiccitatem ariditatemq; in linguam, os, & palatũ inducentes, ex quo Gal. loco
vnicuique veſtrum patere facilè poteſt dari febres quaſdam, modò humidas, modò
ſiccas, nullam tamen dari poſſe abſque caliditate; nam caliditas ſemper læſionem in-
ducit, non ſemper ſiccitas; quare & Auicen. conſiderans calorem in febre ſemper læ-
dere, non autem ſiccitatem, meritò poſuit calorem in definitione tanquam genus; ca-
lor enim dicitur de omni, & ſecundùm quod ipſum, vnde nulla febris ſine caliditate
dari poteſt, abſque ſiccitate verò aliquando.

Aduerſus tamen hanc reſponſionem, adeſſe poteſt auctoritas Auicennæ 1.4.cap.1.
dicentis dari febres frigidas, deinde idem Auicen. ſcriptum reliquit febres ſyncopales G
eſſe in hoc genere, quandoquidem in ipſis apparent ſigna frigiditatis, quæ ſunt pulſus
rari, & tardi: hæc autem ſunt cordis frigidi ſigna, ergo febris frigida datur, ſuccedit, &
experientia; nam quotidie obſeruamus in epyalis, & lypirijs corpora eſſe frigida, quod
etiam manifeſtiſſimè obſeruatur in febribus tertianis, & quartanis, in quibus ægrotan-
tes frigore maximo corripiuntur, ex his apparere poterit dari aliquas febres frigidas,
vnde reſponſio data claudicare videbitur, cùm non ſecus reperiantur febres frigidæ,
atque de ſiccis, & humidis dictum eſt, quod à iuuantibus, & nocentibus confirmari
poteſt; nam ſunt aliquæ febres, quæ curantur calidis, quæ ſi frigidis tractentur, potiùs
exaſperantur, ergo dantur febres frigidæ.

Huiuſmodi obiectio nulla eſt; nam aliud eſt febrem conſiderare ratione ſui ipſius,
& aliud eſt ipſam conſiderare reſpectu materiæ, in qua accenditur, hoc eſt ratione
ſubiecti, ſi primo modo nunquam febris eſt frigida, cùm in ipſius eſſentia calor ſit in-
cluſus, ſi ſecundo modo febrem conſideremus, opus eſt non modò materiam, in qua
febris accenditur conſiderare, ſed & locum in quo accenditur, & motum, quem facit;
nam materia frigida eſt, quæ ſi intus corpus incaleſcat, deinde moueatur, tunc ægro- H
tantes intus refrigerari ſe percipiunt, ſi verò extra, tunc frigore algere ſe dicunt, & ali-
quando ſimul, & ſemel refrigerari, & calefieri, quod in epyalis, & lypirijs apparet, vnde
Auicennas conſiderans materiam, in qua calor accenditur, dixit aliquas febres eſſe
frigidas, non conſiderans febris ideam, ſed tantummodo effectus prodeuntes à mate-
ria, rem potiùs ſenſu, quàm ratione dijudicans, taleſque febres quandoque cogimur
curare calefacientibus, non ratione cauſæ efficientis caloris, ſed materiæ. De tertianis,
& quartanis febribus, in quibus ægrotantes frigus maximum percipiunt, alia eſt ratio;
nam calor iam accenſus eſt in corde, in principioque acceſſionis totius corporis ſpi-
ritus, & calor ad cor tanquam ad arcem refugiunt, inde deſtitutæ ſunt exteriores cor-
poris partes ſuo calore, quo nomine refrigeratæ apparent, vnde febris ratione ſui eſt
ſemper calida. Quod ſpectat ad febres ſyncopales ab Auicen. allatas dicimus, quòd in
huiuſ-

Digitized by Google

A huiuſmodi febribus duo cōſiderari debent, vnum eſt febris, alterum eſt ſyncope, febris
ſemper calida, ſyncope verò eſt virium præceps lapſus, à quo pulſus rari, & tardi fiunt,
nec ſunt effectus febris, ſed ſyncopis, vt ſuo loco declarauimus, idq́ue luce clariùs con-
ſpicitur in ſyncope ſine febre, quare huiuſmodi authoritas non eſt ad propoſitum, ſit
igitur conſtans, & firma aſſertio, in qua dicimus febrem ratione ſuæ formæ include-
re calorem, & ſiccitatem, reſpectu verò læſionum ſemper lædere per caliditatem, non
ſemper per ſiccitatem, aut humiditatem.

Ad Gal. authoritates dicimus ipſum conſideraſſe febrem ratione ſuæ formæ, pro-
inde dixiſſe eſſe calidam, & ſiccam intemperiem, atque illi refrigerantia, & humectan-
tia conuenire, vt eſt aquæ potus, vbi verò ſcripſit ipſius eſſentiam in calorè eſſe poſi-
tam, conſiderauit ipſam ratione ſuæ operationis perpetuæ, cùm, vt audiuiſtis, febris
per ſuum calorem ſemper lædat; per ſiccitatem verò, aut humiditatem non ſemper.
Ad Hippoc. dicimus propoſuiſſe victum humidum omnibus febricitantibus non ſolùm
curationis, ſed præſeruationis, & conſeruationis gratia, curationis quidem, ratione
B ſiccitatis præſentis, quæ à febre, vt febris eſt producitur, cùm non ignoraſſet eſſentiam
ipſius poſitam eſſe in caliditate, & ſiccitate, à qua ſiccitas prouenit, quæ humectatione
eget, ratione etiam præſeruationis, quia corpora, quæ febrem patiuntur, nimium exic-
cantur, vt itaque præſeruentur à nimia ſiccitate, opus eſt victu humido, ratione verò
cōſeruationis victus humidus competit ipſis pueris, & corporibus mollioribus, cùm id,
quod eſt ſecundùm naturam, conſeruari debeat à ſimili. Idem dicendum eſt de illis, qui
victu humido vti conſueuerunt, nam conſuetudo habet rationem naturæ, quæ con-
ſeruari debet, de frigido autem ne verbum quidem habuit, quod omnibus notiſſimum
erat, non ſecus illud conuenire, atque humidum, vel vt dicebat Argenterius victus fri-
gidus ſuo inſtituto ita accommodari non poterat; nam frigidus ſtatus corporis, cùm na-
turæ noſtræ inimicus ſit, non conſtat mutandus nè, an verò conſeruandus qualitate ſit;
humidum autē, quale præſertim eſt in pueris, vt potè naturæ noſtræ familiare ſimili vi-
ctus qualitate conſeruandum eſſe omnes cōcedunt; quare cùm ex victu humido oſten-
dere poſſet qualem victum, & morbus, nempe febris, vt febris eſt, nulla facta cauſarum
C conſideratione, & propria temperies, & etiam conſuetudo exigeret, ideo eam qualita-
tem præ omnibus elegit. Alij dicunt Hippocratem non fuiſſe ibi loquutum de medica-
mento, quod apponi debet febri, vt febris eſt, ſed tantùm de victus ratione competen-
te febrientibus, quæ eſt, vt victus ſit actu humidus, & potulentus, qui facilè diſtribuatur,
ῥόφημα, id eſt ſorbile à Græces dicitur. Sed hoc loco adhuc vlteriùs quæretis (cùm de-
terminatum ſit febrem eſſe intemperiem calidam & ſiccam) ſit ne ipſa cum materia,
an ſine materia? & ratio inquiſitionis eſt nonnullorum Latinorum doctrinam Arabum
ſequentium, protrita quædam diuiſio, quæ eſt, quòd febrium quædam ſunt immateria-
les, aliquæ verò materiales, priores ſunt hecticæ, atque ephemeræ, ſecundæ ſunt pu-
tridæ, quæ ab Auic: dicuntur humorales. Reſpondeatis, quòd aliud eſt dicere febrem
eſſe intemperiem calidam, & ſiccam cum affluxu materiæ, & aliud eſt dicere febrem,
eſſe intemperiem calidam, & ſiccam fundatam in materia, ſi primo modo ipſam con
ſideremus, nulla febris eſt intemperies cum fluxu materiæ, nec Latini voluerunt febres
materiales eſſe intemperies cum fluxu materiæ, ſed dixerunt febres aliquas eſſe mate-
D riales, vt oſtenderent quaſdam dari febres in corpore habentes materiam eas fouen-
tem, vt ſunt humores, eaſq́ue appellarunt materiales ad differentiam aliarum, non quia
exiſtimarent in intrinſeco ipſarum ingredi huiuſmodi materia, ſcientes febris eſſen-
tiam poſitam eſſe in ſolo illo calore igneo, & præter naturam, qui dicit intemperiem
calidam, & ſiccam ſine materia, quare febres materiales ab ipſis appellatæ ſunt febres
putridæ, & humorales, ephemeræ verò, atque hecticæ immateriales dictæ ſunt, quia
non fundantur in humoribus, hæc de materia caloris extranei, quod eſt primū poſitum
in noſtra definitione. Sed rurſus inquiretis, an febris ſit intēperies? & cùm omnis intē-
peries ſit æqualis, vel inæqualis, in quo nā genere ipſa reponatur febris? huic quæſito re-
ſpōdeatis ex Gal. lib. de inæquali intēperie primò, quòd febres aliæ ſunt ephemeræ, aliæ
humorales, aliæ hecticæ, primæ, & ſecūdæ ſunt intēperies inæquales, tertiæ verò, nempe
hecticæ ſunt intemperies æquales; rurſus inæqualis intēperies eſt in duplici differentia,
vna quæ à materia ortū ducit, altera à forma, prior eſt, quādo materia, in qua accēſus eſt

calor, ſit varia, vt eſt bilis, & pituita, ſecunda verò eſt, quando exiſtente intemperie E calida, non tamen omnes corporis partes æque afficit; æqualis enim intemperies ęqualiter afficit omnes corporis partes, vt hectica febris.

Sed vlteriùs progrediamur, cùm huiuſmodi intemperies, quam Auicen. nomine, extranei caloris nobis deſignauit, dupliciter ad humanum corpus poſſit ſe habere: vno quidem modo, vt determinatam aliquam corporis partem occupet, vt brachium, crus, & cætera, alio verò modo, vt vel totum ipſum occupet, vel plures partes, vel ſaltem magis præcipuas, vt docet Gal. 1. com. in 6. epid. tex. 30. Cùm in præſenti definitione dictum fuerit inter omnia corporis membra, cor eſſe primum membrum, in quo calor hic extraneus eſt; eſtque febris, propriam ipſius cordis paſſionem febrem eſſe minimè dubitandum eſt. Obijci tamen poteſt aduerſus vtrumque propoſitum, & primò, quod non ſemper febris accenditur in corde, primò quia dantur febres aliquæ, in quibus calor in corde non eſt accenſus, vt patet in epiala apud Auicen. in qua interiora frigent, exteriora verò calent, ergo cor non eſt inflammatum, eſt tamen in ipſo febris, deinde confirmatur à febre ephemera ex gaudio, quæ fit ex motu ſanguinis, & ſpirituum, à F cordè ad circumferentiam, ergo potiùs cor refrigeratur.

Idque comprobari poteſt ex natura ipſius febris; nam Galeno teſte lib. de cauſ. morb. cap. 2. febris nihil aliud eſt, quàm immoderata totius corporis caliditas, nullam habet hic Galenus cordis mentionem, quare febris ſiue cor primò, ſiue ſecũdò afficiat, ſeruat febris naturam. Quod ad ſecundum ſpectat, ſi eſſet febris propria cordis paſſio, ſemper illi ineſſet, quemadmodum trianguli habere tres angulos eſt propria paſſio, quæ illi ineſt ſemper, ſed pauciſſimis verbis vtrique dubitationi ſatisfacio, & primò dico ex Auicenna falſum eſſe in epiala non accendi calorem primò in corde, atqui intus refrigeratio, extra verò calefactio in ipſa contingit ratione materiæ, quæ putreſcit, atque mouetur, ratione cuius fit huiuſmodi caliditatis, & frigoris mutatio, ad ephemeram ex gaudio falſum ſupponitur, quia primùm accenſi ſunt ſpiritus, qui cordi caliditatem communicarunt, & ad Gal. authoritatem allatam dicimus ibi Gal. non loqui de natura febris ex profeſſo, ſed eam conſiderare reſpectu illius effectus, quem producit, & qui ab omnibus vt talis indicatur, qui eſt totius corporis caliditas, at vbi ex profeſſo G locutus fuit de natura febris, vt primo de dif. feb. 3. & 10. meth. med. cap. 10. apertè declarauit non omnem totius corporis caliditatem eſſe febrem, ſed eam tantùm, in qua primùm cor accenſum fuerit, & loco exempli affert totius corporis caliditatem, quę contingit poſt muſculorum calefactionem ex motu excitatam. Ad ſecundum dico, quòd (prout Logici dicunt) paſſiones proprijs ſubſtantijs inſunt dupliciter, nempe actu, & potentia, hoc eſt aptitudine, febris & ſi non ſemper in actu in corde ſit, tamen in aptitudine; nam cor eſt illa pars, quæ primò febri ſubiecta eſt; deinde duplex eſt paſſio vna, quæ ſemper concomitatur ſubiectum, vt riſibile in homine, altera verò non ſemper, vt ecclypſis in luna, febris eſt cordis paſſio ſecundo modo, non autem primo.

Ex his igitur conſtat neque huic particulæ officere haſce dubitationes, accenſus igitur calor eſt in corde: progrediamur vlteriùs, ſubſequitur hæc particula, quæ eſt, & procedens ab eo mediante ſpiritu, & ſanguine per arterias, & venas in totum corpus, in hac breui definitionis febris particula quatuor conſidero, primum eſt terminus à quo proficiſcitur hic calor, nempe cor, ſecundum eſt vehiculum caloris ad vniuerſum corpus, mediante ſpiritu, & ſanguine, ita vt ſanguis, & ſpiritus ſint vehiculum huius H caloris, tertium eſt via, per quam calor à vehiculo defertur per arterias, & venas, quartum, & poſtremum eſt terminus ad quem delationis huius caloris, qui eſt vniuerſum corpus. Dubito contra vnumquodque horum, & primo probo, quòd non poſſit à corde procedere in omnibus febribus; nam in febre hectica calor eſt fixus, & habituatus in membris, non igitur à corde procedit, & deinde in febre ſyncopali, & ephemera ex triſtitia, motus potiùs eſt à toto ad cor, quàm à corde ad totum; in his enim luce clariùs apparet à circumferentia corporis ad interiores partes, tanquam ad centrum fieri recurſum ſpirituum, & humorum, non eſt igitur vera hæc particula, quòd à corde proficiſcatur calor in omnibus febribus. Ad hanc dubitationem reſpondere poteſtis febres hecticas poſſe duobus modis conſiderari, nempè quatenus ſunt in fieri, aut in facto eſſe, ſi primo modo conſiderentur tunc, dicimus, quòd continuò à corde ſup-

peditatur

A peditatur calor, ſi ſecundo modo vt iam fixa eſt febris, & habituata, dico, quòd adhuc
à corde tranſmittitur calor; ſi non quantum ad eſſe, ſaltem ad conſeruationem; nam ſi
poſſet dari huiuſmodi febris hectica confirmata, neque in ea cor afficeretur ab hac
intemperie fixa, ſtatim etiam periret calor in alijs membris: quare ſemper in quacun-
que febre à corde proficiſcitur calor.

Quod ſpectat ad ſyncopalem febrem, cùm duplex ſit febris ſyncopalis, vna quæ di-
citur ſyncopalis humoroſa, alia minuta; in vtraque primò facta fuit affectio in corde, à
qua effluxus occaſio orta eſt, quòd ſi in totum non expanſa eſt, id ex copia irruentium
humorum frigidorum, in humoroſa factum eſt, vel quia vna cum calore innato, qui
proximus eſt extinctioni ſimul etiam extinctus eſt calor febrilis, vt in minuta. Ad ephe-
meram ex triſtitia dicendum eſt, quòd febris non fit ex ea delatione humorum, & ſpi-
rituum ad cor, quæ fit in anguſtijs animæ, ſed poſtquàm facta fuit talis delatio, ſi ac-
cidat ſpiritus inflammari, & affectum cordi communicari, & mediante corde toti cor-
pori iam febris eſt, & hæc de termino à quo. Quantum verò attinet ad ſecundũ, nempè
B ad vehicula, in his quoque ſuæ occurrunt difficultates, quia primùm videmur admitte-
re maximum cuique rectè philoſophanti repugnans abſurdum, quod eſt migratio ac-
cidentis de ſubiecto in ſubiectum, videlicet caloris febrilis in ſanguinem, & ſpiritum
è corde, & ab his ad totum (præterea ſpiritus, & ſanguis potius ſunt vehicula caloris
viuifici, quàm febris) vehicula verò propria febris potiùs ſunt ex Gal. putrida exhalatio,
fuligo, & huiuſmodi. Sed tales difficultates facilè ſoluuntur, quandoquidem dicimus
calorem à corde tranſmitti in vniuerſum corpus mediante ſpiritu, & ſanguine, non
per migrationem eiuſdem caloris numero ex vno in aliud, ſed per productionem ſi-
milis in ſpecie, quo producto ratione continuitatis eiuſmodi partium ſucceſſiuè
productarum, vnus numero calor febrilis in totum conſtituitur, ratione item vnitatis
ſubiecti cui inhæret, quod vti ſubſtantia ipſum habet ſuſtentare, eiuſmodi verò caloris
entitas, ſeu vt vulgo dicitur, & impropriè ſubſtantia, primum erat caloris innati dum
propriam temperiem, naturalemq́ue diſpoſitionem ſeruabat, deinde ſupra modum
accenſa, extrinſecùs accedente calore cordis, & per vehicula calor vnus numero,
C qui febrilis eſt, ratione ſubiecti vnus efficitur vt ex dictis patet.

Ad aliud, vbi dicebatur ſpiritum, & ſanguinem, eſſe vehiculum caloris viuifici, re-
ſpondendum eſt, quòd homo conſideratur, vel vt ſanus eſt, vel vt febre affectus, ſi pri-
mo modo verum eſt, quòd ſanguis, & ſpiritus ſunt vehicula caloris viuifici, at vbi præ-
ter naturam, & febre præſertim afficitur, nihil prohibet ab his deferri ad vniuerſum
corpus malam qualitatem in corde repertam, quæ licet poſſit habere etiam alia vehi-
cula, non tollitur tamen quin etiam his opus ſit, quare neque hi officiunt propoſitæ
febris definitioni. Contra vias, ideſt ſpatia, aliquæ iam inſurgunt difficultates; primò
enim oſtendi poteſt, quòd non poſſit per venas, & arterias huiuſmodi delatio fieri;
ſecundò, quòd ſaltem non poſſit per venas. Primum ſic conuincitur, ex ſola alteratione
partis poſt partem poteſt accendi febris diaria ex bubone, ergo, & corde caleſacto
per ſolam alterationem partis poſt partem citra arterias, & venas poterit deferri ca-
lor febrilis in totum corpus. Præterea ſi per venas, & arterias, ergo ſequeretur febres
omnes eſſe continuas, probatur conſequentia ex eo, quòd perpetuò, & continuò fit
D huiuſmodi delatio, tandem ſi hoc eſſet, omnis febris eſſet ephemera, aut putrida nulla
hectica; clarè infertur conſequentia ad hunc modum, quia per venas, & arterias ſan-
guis ſolus, & ſpiritus deferuntur. Quòd verò ſaltem non per venas probatur, quia ſi à
corde, non per venas, quia à corde non oriuntur venæ, ſed arteriæ ſolæ.

Sed breuibus reſpondendum; primò itaque ad primum dicimus, dato fieri poſſe
communicationem caloris per alterationem partis poſt partem, negari tamen non
poſſe, quin multùm conferre poſſint ſpiritus, qui in minutiſſimis arteriarum ramulis
continentur, & partibus inſeruntur, aliàs vix mente concipi poſſet, quomodo tam cito
fieri habeat huiuſmodi alteratio. Si ergo ſpiritus in his contenti concurrunt, ergo per
arterias deferuntur. Ad ſecundum vbi dicitur, quòd inde ſequeretur, quod omnis febris
eſſet continua, nonnulli reſpondent non eſſe ſatis ad febrem continuam producen-
dam, vt ſanguis, & ſpiritus contineantur in venis, & arterijs, ſed opus eſſe, vt materia
putreſcat intra vaſa, quæ ſanè reſponſio vera eſt, ſed non aſſignat veram eius, quòd

quæritur cauſam; nam vt ſit febris continua, non eſt ſatis continuam eſſe delationem E
ſpiritus, & ſanguinis à corde per arterias, & venas, nec quòd materia putreſcat intra venas, ſed opus eſt, vt fiat continua delatio putridæ exhalationis à loco putredinis ad cor, quod fit ſolùm, vbi putreſcat materia intra vaſa, & propè cor.

Ad tertium neganda eſt conſequentia. Ad probationem verò dicendum, quòd licet in venis, & arterijs ſoli humores, & ſpiritus contineantur, ſpecies tamen febris deſumuntur ex varia materia, in qua calor reperiri poteſt in calefacto eſſe, quandoque in ſpiritibus, & non in humoribus, & ſolidis, vt in ephemera, quandoque in humoribus, & non in alijs, vt in putridis, quandoque in ſolidis, & non in alijs, vt in hectica. Demum cum dicebatur, quòd ſaltem non per venas, quia Auerroes 3. col. cap. 3. viſus eſt timuiſſe hanc difficultatem, cùm mentionem faciat tantummodo arteriarum, ſed pauci momenti videtur eſſe, quia licet primò per arterias, tamen etiam per venas, quia & ſi non oriantur à corde, quemadmodum arteria magna, quæ à ſiniſtro cordis ventriculo prodit, in quo continentur ſpiritus, qui vbi accenſi ſunt per corpus ita per arteriam diſtribuuntur, vena tamen caua eſt, quæ etſi à iecore prodit non à corde F
magnum tamen ramum offert dextro ventriculo cordis, in quo ſanguis continetur, qui vbi calefactus eſt, per eumdem canalem in venam regurgitat, transfunditur, & tandem inde per corpus. His accedit, quòd continuò venæ ipſis arterijs aſſociantur, vt facilè poſſint affectione eadem corripi qua ipſe arteriæ. De termino ad quem videntur eſſe grauiores difficultates, & primò ſi totum eſt febris ſubiectum, cum illud conſtet ex ſpiritibus humoribus, & partibus ſolidis, vel igitur febris erit in partibus ſolidis tantùm, & tunc omnes febres erunt hecticæ, vel humoribus, & ſpiritibus tantùm, quod eſſe minimè poteſt; nam ſubiectum morbi debet eſſe pars viuens, at neque humores, neque ſpiritus viuunt, vt ſcripſit Ariſtoteles, quare dicendum erit omnes febres eſſe hecticas, nec putridas, nec ephemeras poſſe dari. Secundò cum febris ſit intemperies videtur pertinere ad ſolas ſimilares partes, non ad totum: at reſpondebitis primò eſſe in ſimilaribus, & harum ratione in organis, dicam ego tunc febrem non eſſe morbum vnum, cùm non habeat ſubiectum vnum. Tertiò ſi in totum diffunditur tanquam in proprium & adæquatum ſubiectum, ergo cor non erit ſubiectum ipſius, vt determinatum eſt. G
Tandem ſunt aliquæ febres, vt lypiriæ, & febrientes illi, qui ſunt proximi morti, qui febriunt quidem, nihilominus exteriora frigent, ergo non in totum corpus.

Ad primum argumentum, quod nullius eſt conſiderationis, dicēdum eſt totum corpus conſtans ex humoribus, ſpiritibus, & partibus ſolidis eſſe febris adæquatum ſubiectum, ſi non ſemper in actu, in potentia ſaltem, quia omnes ipſius partes iam dictæ, febribus ſubijciuntur, quando calor præter naturam in illis reperitur in facto eſſe, ita vt ſi in ſpiritibus talis calor, hoc eſt in facto eſſe, reperiatur, fiat febris ephemera, ſi in humoribus fiat putrida, tandem ſi in partibus ſolidis fiat febris hectica, vnde patet totum corpus ſubiectum omnium febrium in vniuerſum, partes verò ipſius, particularis cuiuſque febris, vt dictum eſt; humores enim ſunt ſubiectum putridarum, ſpiritus diariarum, ſolidæ verò hecticarum, febris itaque ſi accenderetur in partibus ſolidis, adeoque eſſent illæ ſecundum ſe totæ in calefacto eſſe, procul omni dubio, fieret febris hectica, & tunc valeret argumentum, ſed quia accenditur in humoribus, & ſpiritibus in facto eſſe quidem, ſed cum hac conditione, vt etiam ſolidæ ſint in calefacto eſſe, non tamen ſecundùm ſe totas, hinc eſt, quòd illo nihil concluditur. Hæc eſt Galeni doctrina H
primo de diff. feb. cap. 1. vnde etiam rectè idem Gal. lib. 8. meth. med. cap. 1. ſcriptum reliquit, ex febribus quaſdam eſſe σχετικὰς, alias eſſe hecticas; febres ephemeræ, & humorales ſunt σχετικαὶ, aut ἐν σχέσει, hecticæ verò ἑκτικαὶ, aut ἐν ἕξει; ſunt enim febres iam dictæ in calefacto eſſe ſecundùm habitudinem, hecticæ verò ſecundùm habitum, & hæc eſt communis ad hoc argumentum reſponſio, quam Saxonia non admittens ſcripſit nihil habere veritatis, proinde ex Galeno dicendum eſſe putauit 3. de præſag. ex pul. cap. 6. ephemeras, & putridas aliquando eſſe abſque totius corporis caliditate, neque in fieri neque in facto eſſe: Hic adiecit hunc Gal. locum maximè notatu dignum eſſe, & certè eſt locus dignus, qui accuratè diſcutiatur, vt Saxonia aduertit, ob id præſertim, quia de hac materia ne verbum quidē loco citato Galenus habet, quinimò oppoſitum docet 1. cap. lib. de diff. feb. nempè, quòd in ephemera calor eſt in facto eſſe, non ſecus

atque

Digitized by Google

A atque in putrida, & ſolidæ partes ſunt in calefieri, vt dictum eſt, imò verò Gal. lib. 8 meth. med. cap. 1. vult in quacumque febre, ſiue humorali, ſiue diaria, & hectica partes ſolidas eſſe ſemper in calefacto eſſe, idque declarat exemplo deſumpto à lignis, quæ vel ſunt propè ignem, ita vt ſummè calefiant, ita tamẽ vt ab illis, nec flamma, nec fumus prodeat, ſecundo modo vbi iam aduruntur, vt ab illis flamma exeat; ambo hæc ligna dicuntur eſſe in calefacto eſſe, ſecundùm tamen magis, & minùs, & cum quadam alia differentia; nam ſi à prioribus lignis auferatur ignis, ſtatim aufertur caliditas, quod euenire minimè poteſt in ſecundis, cum in illis iam accenſus ſit ignis: non ſecus euenit in partibus ſolidis, quæ in febribus putridis, & ephemeris incaleſcunt, ita vt actiones lædant, diſpoſitionemque talem inducant, vt affectio permanens dici poſſit, at in hecticis ita calefiunt, vt non modò diſpoſitionem, & affectionem faciant permanentem, ſed habitualem.

Aliud etiam adduxit Saxonia hoc in loco non minùs abſurdum, idq; eſt, quòd actiones non tantùm à morbo læduntur, ſed ab alijs rebus, hancque propoſitionem inauditam facilè probare ſe dixit ex Auth. Gal. tum primo de locis affec. cap. 6. tum alijs in B locis, in hoc loco tamen hac de re nullum habet ſermonem, afferam tantùm locum de locis affectis, à quo accipit exemplum, quo putat ſe probaſſe ab alio, quàm à morbo lædi operationem, quod eſt, quòd vox læditur deficiente aëre, ergo non læditur actio à ſolo morbo, ſed ab aëris defectu, qui veſtrum leget cap. 6. & 7. huius libri cognoſcet planè ibi Gal. facere differentiam inter partes naturales, & animales, & modum læſionis ipſarum, ſed ad propoſitum dico, quòd quando amittitur vox, non eſt ex defectu aëris ſimpliciter, ſed ex defectu aëris talis, nempe per exufflationem à pulmonibus ſurſum ad laryngem impulſi, non impellitur autem, quando thorax non dilatatur, nec poteſt dilatari, ſi virtus motiua per neruos ad ipſum non feratur, quemadmodum contingit, ſi nerui ipſius aliquo morbo lædantur, quare actio læſa thoracis à morbo aliquo in neruis motum ferentibus inducta eſt, ſiue ſolutio continui, ſiue aliquis alius fuerit morbus, tam in intemperie, quàm in mala compoſitione; poſſem etiam demonſtrare alia exempla, quæ hoc loco adducit Saxonia nihil concludere; nam ex Gal. ſatis clarum C eſt primo de diff. morb. nihil eſſe quod immediatè lædat noſtri corporis operationes, niſi morbum, quod etiam apparere, poteſt vbi nerui reuulſiui ferentes motum laryngi, vel ſecentur, aut alio aliquo morbo lædantur, tunc enim vox ipſa læditur, vel diminutè, aut etiam abolitè, quod ſanè anatome facta in viuis animantibus apertè demonſtrat; nam ſi ex vna parte ſecetur vnus neruus, animal ſemiuocale redditur, at ſi vterque ſecetur, omninò amittit vocem, at id non poteſt euenire ratione aëris, eius videlicet defectu, vt patet, ſed ex neruorum recurrentium ſectione, vox igitur non amittitur ratione defectus aëris, ſed ob morbum lædentem neruorum deferentium facultatem thoraci & laryngi.

Ad ſecundum argumentum dico, quòd non ſolùm viuunt partes ſolidę, verùm etiam humores, & ſpiritus, quare & ipſi poſſunt eſſe ſubiectum febris, falſum igitur eſt humores, & ſpiritus non viuere, vt ſupponitur ab aduerſarijs. Ad Ariſtotelis authoritatem dicimus viuere, aut vita frui dupliciter contingere, vel in actu, vel in potentia, partes ſolidæ viuunt in actu, & ſuas faciunt actiones manifeſtas, at ſpiritus, & humores, & ſi in D actu non viuant, viuunt tamen in potentia, deinde Ariſt. 1. cap. lib. de ſenſu & ſenſili non dicit, quòd humores non viuant, & ſpiritus, ſed dicit nec ſanitatem, nec infirmitatem poſſibile eſſe fieri carentibus vita, aliud enim eſt dicere ſanitatem, & morbum requirere corpus viuens; aliud eſt dicere, quòd ſpiritus, & humores non viuant, ex hac Ariſt. authoritate habetur, quòd morbus, & ſanitas non ſunt niſi in corpore viuente, non autem habetur, quòd ſpiritus, & humores non viuant; nam præter allatas rationes ſpiritus, & humores ſunt viuentia, quia ſunt partes corporis viuentis, & ordinati in vitæ totius conſeruationem.

Idem Ariſt. lib. 2. de generatione animal. cap. 1. loquens de ſemine, negat illud eſſe actu animatũ, ſed potẽtia; huius etiã opinionis videtur eſſe Fortunat⁹ fidelis vir ſanè per quã doctus, & valde in doctrina Galeni exercitatus lib. 4. cõtemplationũ medicarũ cap. 3. is etiã docet lib. 9. cap. 8. eoſdem ſpiritus ex ſententia Coſtei habere quoſdã morbos ſibi proprios, id quod non modò verificari poteſt ex ſyncope, in qua corrumpuntur ex

mala

mala quadam aura à maligna minera eleuata, ſed etiam videmus ipſos intemperatos iri à varijs intemperiebus, patiuntur quoque, & morbum in ſitu, vt clarè in vertigine conſpicitur, quare ex his confirmari poteſt ipſos ſpiritus viuos eſſe, quod etiam de humoribus eſt dicendum, de quibus loquens Ariſt. 2. de generat. animal. cap. 1. dicebat eos eſſe viuificos, eorumque actionem eſſe delationem caloris ad vniuerſum corpus, ſimulque, & nutrimenti: vbi verò ab hac actione deſinunt, neceſſe eſt etiam actiones partium ſolidarum deficere: cùm igitur totum corpus diuidatur in partes ſolidas, humores, & ſpiritus, hinc fiunt tres ſpecies, & differentiæ febrium, vt dictum eſt, & vt 1. de diff. feb. cap. 1. à Gal. habetur; rectè igitur cor, & vniuerſum corpus pro ſubiecto febrium in hac definitione fuit acceptum. Dici poteſt etiam ſubiectum febris duplex eſſe, mediatum, & immediatum, cor, & vniuerſum corpus eſt ſubiectum mediatum, immediatum verò eſt illud idem, quod eſt ſubiectum caloris innati, ex Gal. 1. Aphoriſ. com. 14. vbi ait proximum ſubiectum natiuæ caliditatis eſſe ſpiritum, humorem, & ſolidam ſubſtantiam. E

Ad ſecundum dicatis eſſe vnum morbum vnitate ſubiecti proximi, ſcilicet ſubſtantiæ cui innititur, quæ primum ſecundùm naturam ſe habens erat calidum naturale. Ad tertium dicendum eſt febris ſubiectum eſſe duplex primarium, & extenſiuum, ſeu adæquatum, primarium eſſe cor, ſecundarium verò, & extenſiuum eſſe totum corpus, vt dictum eſt. Hanc reſponſionem, quæ communis eſt Auicennæ, & omnium Medicorum, Saxonia vult eſſe corrigendam, atque oportere dicere primò, & per ſe febrem eſſe cordis paſſionem, ex accidente non neceſſariò totius corporis; quod ratione probat, & auth. Gal. ratio eſt, quia ideo febris eſt paſſio totius corporis, quia cor eſt fons ſpiritus, & caloris, qui per venas, & arterias in vniuerſum corpus diſtribuitur, is verò ſi non poſſit diſtribui, tunc eſſet febris. Authoritas Gal. eſt lib. 6. epid. com. 1. tex. com. 30. vbi inquit Galenus, iuxta expoſitionem Saxoniæ, febrem eſſe paſſionem cordis primariò, per accidens tamen, & in reliquis partibus nonnunquam accendi. F

Sed nec ratio, nec authoritas, tales ſunt, vt demonſtrare poſſint totum non eſſe ſubiectum febris, quia cor eſt fons caloris, vt ſic autem ſemper ad totum corpus tranſmittit, & ſpiritum, & ſanguinem, neceſſarioque ſemper talis ſit progreſſus, à corde nempè ad totum corpus, alioquin animalia perirent, quemadmodum igitur ſe habet calor naturalis in corpore ſano, ita ſe habet calor febrilis in infirmo vna ſemel quòd eo tale corpus obſidetur, ſed conſtat planè cuique ſemper calorem cordis mediante ſpiritu, & ſanguine per vniuerſum corpus delabi, pari ergo ratione euenire neceſſe eſt, vt calor febrilis ſemper per totum corpus tranſmittatur, ergo à corde ſemper, & neceſſariò fit caloris delatio, talis enim eſt propenſio caloris cordis ad totum corpus, qualis eſt propenſio grauis ad ſuum centrum, ſed graue ſuaptè natura ſemper deorſum tendit, niſi impediatur, ergo etiam quando calor extraneus accenſus eſt in corde, neceſſariò per vniuerſum corpus diſtribuitur. G

Nec videtur poſſe dici talem progreſſum à corde ad corpus caloris huius breuiſſimo tempore ceſſare, quia cùm cor ſit fons caloris, & vitæ, vbi ceſſat ab hac tranſmiſſione, ſtatim vita totum corpus priuatur; non ſecus atque obſeruamus, vbi facultas vegetatiua ceſſat à ſua operatione, ſtatim quoque partes mortificari, quare non poteſt dari inſtans, multò minùs breue tempus, in quo calor cordis retineatur abſque trāſmiſſione ſui ad vniuerſum corpus, non igitur poteſt dici, quòd in corde retineatur, eoque tempore fiat febris; deinde ſi febris fieret vt fulgur, dici fortè poſſet ipſam fieri in corde, antequam ſpiritus, & ſanguis tranſmitterentur ad vniuerſum corpus, ſed vt 3. de criſibus dicebat Gal. non fit febris in breuiſſimo tempore vt fulgur, non igitur febris dici poteſt fieri in illo, breui tempore in quo calor in corde mutatus eſt ad igneam naturam, antequam expandatur: ſuccedit, quòd de ratione febris eſt, vt lædantur totius corporis actiones, id quod requirit tempus, in quo etiam fieri debet caloris diſtributio in totum corpus; alioquin non poſſent totius corporis lædi actiones, & quamuis Nicolus Florentinus tract. 2. ſumma 1. ſermonis 2. cap. 5. fuerit huius opinionis, vt putaret ad febrem faciendam non eſſe neceſſarium hunc progreſſum à corde ad totum corpus, nihilominus conſiderans febrem, vt febris eſt, faſſus eſt eſſe opus, vt per illam operationes lædantur; prout in definitione febris aſſumptū eſt, licet pronuntiauerit H

id eſſe

A id eſſe per breuiſſimũ tempus, & in eo febrem eſſe in corde,neq; neceſſarium eſſe progreſſum, vt febris cõſtituatur,ſed quantũ ipſe allucinatus fuerit ſimul cum Saxonia, qui in hac materia ipſum ſectatus eſt,ſatis ex ſuperioribus patet,& ex his perſuadeor rationem Saxoniæ nullius momenti eſſe. Venio ad authoritatẽ iam ſupra citatam, quam ex Gal. adduxit, ſuæ tamen opinioni contraria illa eſt,ſi rectè attendatur,Gal. verba ſunt hæc: Eſt autem febris ſubſtantia, non ſecundùm Hipoc. modò, optimoſq; medicos, verùm,& ſecundũ omnium hominum intelligentiã,præter naturam caliditas præcipuè quædã in totum extenſa animal, ſin minùs omninò tamen in pluribus, vel maximè in præcipuis euenìens partibus, ex quibus luce clariùs apparet Gal. hoc in loco minimè ſcripſiſſe febrẽ primò, & per ſe eſſe cordis paſſionẽ, ex accidẽti verò eſſe totius corporis: vt illi imponit Saxonia,ſed quòd febris ſic ſit;quãdo caliditas extranea eſt per totũ.

Ad vltimum reſpondet Auicen. tractatu proprio id eſſe per accidens, nempe ob impedimentum; & propterea in definitione addendum eſſe, niſi aliquid impediat, ſicut in definitione grauis illud dicimus eſſe, quod deorſum mouetur, niſi aliquid impe-
B diat, in moribundis verò exteriora frigent ob impotentiam caloris innati extinctioni proximi, qui partes longinquas ampliùs regere non poteſt, ſimulq̀ne cum febrilis euã euaporat, & hebetatur natura. Quod difficultatẽ facit in hac eadem definitione,eſt illa particula cum dicitur (*nocere operationibus naturalibus*) nam ſi operationes naturales in definitione poſitæ ſunt ad differentiam vitalium, & animalium, diminuta, & falſa videtur ipſa definitio, diminuta quidem, quia in multis etiam vitales læduntur, vt in ſyncopalibus, imò verò in omnibus febribus læditur, tum pulſus tum reſpiratio, falſa verò, quia in multis ephemeris non læduntur naturales, cùm calor blandus magis in his ſit; & Hippoc. 2. Aphoriſ. 28. ſuppoſuit quandoque contingere poſſe, vt febricitantium corpus nihil minuatur; ſi verò per naturales exponamus omnes ſecundùm naturam primùm ſeſe habentes,tunc etiam falſa reddi videtur, quia in multis febricitantibus ſenſus magis vigiles reddi videmus, in illis etiam tolli aliquas læſiones corporis;obſeruatum enim eſt quandoque liberatos fuiſſe ab epilepſia, & conuulſione, iuxta illud Hippoc. oraculum melius eſt febrẽ ſuperuenire conuulſioni, quàm cõuulſionem
C febri; nam febris, quæ eſt calor excedens,conſumit materiam facientẽ conuulſionem.

His tamen non obſtantibus dicendum eſt, vtroque modo, expoſita voce, *naturalis*, veram eſſe definitionem.Cùm autem affertur inſtantia contra primum ſenſum,reſpondendum, quod licet aliæ offendantur,meminit tamen naturalium, tanquam primò, & maximè, nec ſine optima ratione; à naturali enim calore illæ præſertim pendent; ad aliud,quod iam videbatur facere difficultatem, dicendum, falſum eſſe in aliquibus non lædi, cum autem dicitur lædi animales, ne intelligatis dictum collectiuè, ſed quòd aliquæ ex illis in vna, aliæ in alia, præterea ſi quæ perficiuntur, etiam læduntur, quia omnis immoderata intemperies actionem deijcit. Sic expoſita febris definitione ab Auicenna tradita, fas eſt poſtremò duas inſurgentes difficultates enodare. Prima eſt, quia diximus definitionem febris traditam à Gal. eſſe eandem cum hac Auicennæ definitione, aduerſus quam determinationem inſtant grauiſſimi viri Altimarus, & Augenius, & primò Altimarus dicit,quòd Galeni definitio data eſt per mutationem, ita vt voluerit eam intelligendã eſſe devia,non autẽ de termino ad quem,& ratio,quam
D adducit explicans in hoc Galeni mentem, eſt, quia cùm vltimus terminus mutationis huiuſce ſit ignis, ad illum ſi mutatio hæc perueniret, qui febre corriperentur,omnes ab igne vrerentur, non potuit igitur Galenus per mutationem intelligere terminum, ſed motum, & viam quandam ad terminum.Iam verò Auicennas pronuntians ipſum calorem extraneum accenſum febrem eſſe,terminũ,& non viam in definitione poſuit,non ergo eadem eſt definitio febris, & à Galeno, & ab Auicenna tradita. Augenius verò alio vtitur medio, vt deducat eandem concluſionem, lib. 1. de febribus; ex hac enim determinatione inquit,plura ſubſequerentur inconuenientia,primum erit, quòd febris non ſit morbus, ſed ſymptoma; omnis enim morbus diatheſis eſt, ſymptoma verò eſt pathos, huiuſmodi voces denotant,altera affectionem in fieri, altera in facto eſſe;ſi nos ſtatuamus eſſentiam febris eſſe in conuerſione, iam ſequeretur eſſe pathos,hoc eſt,paſſionem:omnes tamen concedunt eſſe morbum. Secundum, quòd ſi conuerſio eſt de febris eſſentia, ſequeretur nullã febrem eſſe æqualem intemperiem, & factam, cùm ſit

Rr con-

conuerſio, quæ inæqualitatem demonſtrat. B

Tertium febris eſſentia, & natura, non erit caliditas præter naturam, quia dum calor
naturalis mutatur, remanet adhuc caliditatis naturalis aliqua portio; dum verò iam mu-
tatus eſt, & terminũ igneitatis acquiſiuit non eſt amplius natiuus, ſed præter naturam.
Hæc ſunt, quæ contra poſitam deſcriptionem difficultatem faciunt. Secunda difficultas
eſt, quia diximus Auerrois definitionem eandem eſſe cum hac definitione Auicennæ,
cùm tamen Auerroes lib. 3. colliget cap. 3. ſcripſerit febrem eſſe calorem compoſi-
tum ex duobus caloribus, naturali nempè, & extraneo, non igitur dicendum eſſe vide-
tur vnicum eſſe calorem, nempè extranaum: auget difficultatem Augenius, qui hanc
Auerrois definitionem tribus rationibus euertere contendit, prima eſt, illud pro eſſen-
tia, & definitione febris ponendum eſt, ad quod prima ratio curandi dirigitur, id autẽ
eſt calor extraneus, non compoſitus ex naturali, & extraneo, quare ſolus calor extra-
neus in definitione accipiendus, non igitur compoſitus ex naturali, & extraneo.

Secunda ratio ille calor ſolus debet in definitione febris aſſumi, qui lædit operatio-
nes, at naturalis calor non lædit operationes, imò perficit, ergo non eſt ponendus in F
hac definitione, alioquin ſi poneremus ipſum calorem naturalem, opus eſſet etiam ad
illum dirigere curationem, eſſet proinde auferendus; nam cùm eſſentia febris indicet
ſui ablationem, eaque conſtet ex naturali, & præter naturam calore, opus eſſet omni-
nò ipſum calorem naturalem auferre, quo nihil abſurdiùs audiri poteſt; idem enim eſt,
ac ſi diceremus ægrotantes eſſe interficiendos.

Poſtrema ratio, ſi febrilis calor compoſitus eſſet ex naturali, & præter naturam, ſe-
queretur procul dubio quòd actiones, quę à febricitãtibus, vt tales ſunt, proficiſcuntur,
ab vtroque calore prodirent, quare omnium operationum læſio, ad compoſitum illum
calorem referenda eſſet, quod omninò abſurdum eſt, cùm actiones permixtarum cau-
ſarum permiſta eſſe debeant, perinde neceſſarium omninò ſit, vt à calore naturali
actiones proueniant naturales, & à præter naturam præternaturales; actiones natura-
les ſunt concoquere, alterare, conſeruare, generare ſanguinem, & huiuſmodi, præter-
naturalis verò caloris munus eſt corrumpere, putrefacere, adurere, & huiuſmodi, & ſic
in definitione opus eſſet ſimul cum læſione actionum ponere etiam ipſarum conſerua- G
tionem, quod abſurdum, vt patet, hæc Augenius lib. 1. de feb. cap. 10.

Nobis autem ad primam difficultatem de febre dicendum videtur Gal. non intel-
ligere per mutationem motum, & viam ſimpliciter, ſed etiam terminum ad quem; nam
quod mutatur, dum mutatur, recedit quidem à termino à quo, ad terminum ad quem
properans, & quantum recedit plus à termino à quo, magis perdit de ipſo, & plus ac-
quirit de termino ad quem, in quo eſt latitudo magna; cùm enim attingit tantam quan-
titatem, vel vt aptiùs loquamur, tot veluti gradus ipſius termini ad quem, nempe ignis,
vt ſit aptus lædere actionem, tunc eſt febris, nec opus eſt vlteriùs progredi, nempe ad
perfectam ignis acquiſitionẽ, vt ſit febris, ſed ſatis eſt acquiſiuiſſe tot veluti gradus eius,
quot ſint ſatis ad febris conſtitutionem: res pari ratione ſe habet, ſicut in ſanitate; adeſt
enim ingens in illa latitudo differẽs ſecundùm magis, & minus, ſic ergo videre eſt etiam
in latiudine rei præter naturalis; nam vbi calor ille à naturali ſtatu exiens, tanquam à
termino à quo, veniens, & properans ad terminum ad quem attingit conſtitutionem
præter naturam, tunc mutatus eſt ad igneam naturam, quamuis reſpectu ignis ſit in mu-
tatione, ad quem tamen terminum deuenire non poteſt, eò quòd non ſit opus, nam in H
corpore noſtro non poteſt reperiri talis conſtitutio: ad hoc verò vt fiat febris, ſat eſt, ſi
calor ad eum gradum perueniat, in quo rectè de illo dici poſſit, quòd ſit præter naturã,
& lædat operationes, tunc autem cum mutatus eſt ad præternaturam, dicitur facta mu-
tatio caloris naturalis ad præter naturam, quæ eſt formalis cauſa læſæ operationis.

Non igitur definitio à Galeno tradita declarat modum generationis, ſed febris
ipſius naturam, quaſi dicens tunc febris cenſenda eſt, quando caloris naturalis
mutatio eſt facta ad igneam naturam, non quidem ad ignem, ſed ad certum caliditatis
gradum, qui terminos naturales excedat, vnde Auer. tertio colliget cap. 3. dicebat, quòd
calor febrilis eſt permutatio caloris naturalis permutati in quantitate, & qualitate ope-
randi in corpore operationes non naturales, aut in materia non naturali, volens mea
opinione ſummus hic philoſophus hac dicendi formula nobis demonſtrare calorem

præter

A præter naturam eſſe in duplici differentia alium eſſe, qui permutatur ad gradum talem, vt longè ſuperet caloris naturalis temperiem, ſed tamen nondum lædit operationes, vt iræ, aut laboris calor, & in hoc genere calor febrilis non eſt, alter verò eſt, qui non modò excedit gradum caliditatis naturalis, ſed qui lædit operationes omnes corporis, qui in duplici poteſt eſſe differentia, cùm alius ſit, qui longè excedat in gradu calorem naturalem, cùm is, nempe calor naturalis, non excedat ſecundum gradum, calor verò febrium ardentium tertij gradus terminos extremos attingit, alius verò, qui quandoque non excedit calorem naturalem in gradu, vt eſt malignarum, & peſtilentium febrium calor, ambo tamen lædunt operationes, quare iſti calores dicuntur quantitate, & qualitate lædere operationes; proinde concludentes dicimus mutationem accipiendam eſſe ſub ratione termini ad quem; quare etiam concludimus definitionem Galeni declarare definitionem, & formam ipſius febris, non autem, vt dicebat Augenius, ſolummodo modum generationis, & ex hoc fundamento apparet rationes adductas aduerſus hanc definitionem eſſe vanas; nam mutatio hæc, vt dixi, non eſt in fieri ſolùm, B ſed in facto eſſe, habetque rationem termini ad quem, à quo ſit denominatio, non à termino à quo, & hæc ſunt, quæ ſatisfacere poſſunt primæ difficultati.

Venio ad ſecundam, de definitione Auerrois, quam dicimus eandem eſſe cum definit. Galeni, & Auicen. de qua dicebat Augenius non rectè in definitione acceptũ fuiſſe calorem compoſitum; pro cuius rei vera intelligentia oportet primò noſſe calorem extraneum eſſe in duplici differentia, videlicet alium, qui à toto genere præter naturam eſt, alium, qui extraneus quidem eſt, ſed non à toto genere: hanc doctrinam elicere poteſtis à Gal. lib. 5. de ſimpl. med. fal. cap. 6. vbi ſcribit triplicem in noſtro corpore fieri alterationem, vnam à calore naturali ſimpliciter, alteram à calore huic omninò contrario, qui præternaturam abſolutè dicitur, alteram tandem eſſe, quæ fit à calore naturali, & præter naturam, hanc eandem doctrinam ab eodem Gal. confirmatam habetis 1. de diff. feb. cap. 6. ex quibus habetis etiã calorem extraneum quendã eſſe talem à toto genere, vt omninò ſuperet caliditatem naturalem, nullamque ſecum mixtionem habeat, & talis calor non poteſt dici cõpoſitus; ab hoc autem calore prodeunt C corruptiones, & reliquæ operationes præter naturam ſimiles his, quæ in cadauerofis corporibus fiunt; ex toto enim ſuperatus eſt calor naturalis; alterum verò eſſe calorem naturalem admiſtum calori præter naturali, & hic eſt, de quo in præſenti definitione loquitur Auerroes, quando dicit febrem eſſe compoſitam ex naturali, & extraneo calore; nam ex parte, qua perficit actiones dicitur naturalis, ex parte verò, qua corrumpit actiones dicitur extraneus, ſtante hac Galeni veriſſima doctrina, poſſumus Augenij reſpõdere argumẽtis dicẽtes, quòd prior calor non ſumitur in definitione, ſed ſecũdus.

Et ad primum argumentum dicimus, quòd ratio curandi ea eſt, quæ ſumitur ab indicationibus quidem, hæ autem indicationes ſunt duæ in genere, vt ex tritiſſima Gal. doctrina apparet, vna, quæ ſumitur à re naturali, alia à re præter naturam, ab vtraque ſumitur indicatio medendi, & ad vtramque dirigitur curatio, primò cùm æquè, & primò ſeruandum ſit, id quod eſt ſecundùm naturam, & auferendum id, quod eſt præter naturam, quare falſum eſt, quòd dirigenda ſit curatio ad calorem extraneum ſolum, qui ita refrigerandus ſit, vt extinguatur, ſine tamen læſione caloris naturalis, ad vtrum- D que igitur calorem dirigitur curatio, quamuis alia ratione; nam vnus reſpicitur, vt auferatur, alter verò, vt conſeruetur, vterque igitur calor accipitur in definitione febris, vt ſupra diximus, nec propterea dicimus horum duorum calorum talem eſſe compoſitionem, qualem obſeruamus fieri ex materia, & forma, ſed eſſe quandam compoſitionem, qua oſtenditur in febre ſemper adeſſe vtrumque calorem, cùm tamen extraneus læſionem faciat in operationibus, & ex eo quòd habeat rationem prædominij magis ei competere videtur definitio, quamuis non ſemper idem robur, aut eandem virtutem habeat in principio, atque in fine; in principio enim videtur dominari ipſi calori naturali, in fine verò è contra calor naturalis dominium habet, vt contingit in febribus ſalubribus, contrarium tamẽ euenit in febribus lethalibus, in quibus ex toto dominatur calor pręternaturã; tunc enim ęgrotantes in extremo laborare dicimus, ergo cõpoſitus calor impropriè eſt idem, ac ſi diceremus, calor naturalis factus eſt extraneus, non autẽ extinctus ab extraneo, ſed oppreſſus ita, vt ſuas operationes perfectas moliri non poſſit.

Ad ſecundum Augenij argumentum dicimus calorem innatum duobus modis conſiderari, E vel vt ſolus eſt, & tunc facit operationes purè naturales, vt dicebat Galenus in prima alteratione, vel quatenus extraneus iam factus eſt, & ſuas facit operationes quidem, ſed impeditas, quemadmodum Gal. ſcribit fieri in 3. operatione nempe in puris generatione, & tales ſunt febricitantium operationes, vt ſupra ex Galeno 1. de diff. feb. dictum eſt, & hic calor naturalis eſt, qui ponitur in hac definitione, nec valet dicere ergo opus eſſet curationem illi dirigere, & per conſequens ipſum extinguere, quia vt ſupra dictum eſt, curatio fit conſeruando, & auferendo, calor quà naturalis eſt conſeruatur, quà verò extraneus eſt aufertur, valeret conſequentia ſi calor naturalis eſſet præter naturam, id quod eſſe non poteſt, ergo neq; fieri poteſt, vt extinguatur in curatione.

Ad tertiam rationem, quæ nullius momenti prorſus eſt, concedimus actiones in febrientibus, vt tales ſunt, fieri ab vtroque calore, ſed cùm calor præternaturalis magis vigeat, ſuæ operationes quoque magis conſpicuæ ſunt, calor verò naturalis ſuas molitur operationes, ſed impeditus eas perſpicuè facere minimè poteſt, idque ſecundùm magis, & minus, vt apparet in generatione puris: cum enim vigentibus febribus læſio F operationum appareat magis, quàm naturalium conſeruatio, hinc eſt etiam, quòd calori præternaturali tota actio attribuitur; niſi tamen calor naturalis operaretur, id contingeret, quòd in prima alteratione à Galeno ſcriptum eſt fieri, nempe actionem caloris præter naturalis talem, qualem in cadauerofis corporibus, aut in partibus, quæ moriuntur, ſeu in cancrenis, & ſphacelis quotidie fieri obſeruamus, in principio quidem, febrium, augmento, aut ſtatu videmus magis vigere calorem extraneum, in declinatione verò magis dilucidè conſpiciuntur vires caloris naturalis, in febribus videlicet ſalubribus: continuò enim iſti duo calores inter ſe pugnant, vnuſquiſque eorum ſua tempora habet, in quibus vnuſquiſque vigere cernitur; vnde ſemper ab horum duorum calorum permiſtione, operationes permiſtæ fiunt, nec propterea in definitione febris ponenda eſt actionis conſeruatio, quia ipſa non conſideratur, niſi quatenus actiones naturales deprauat, ac vitiat, cùm igitur febris, vt talis eſt, impedimento ſit ne probè fiant actiones, ideo tantummodo ponitur læſio operationum in definitione; cùm enim dicitur actionum læſio, ſupponitur adeſſe actiones naturales, quæ labefactantur. His G ergo ad hunc modum determinatis facilè vnicuique veſtrum clarum eſſe poteſt, idem voluiſſe Auer. quod ſcripſit Gal. & poſt Gal. Auicen. quare concludendum eſt, veram & germanam febris definitionem eam eſſe, quam nobis tradidit Auicennas, vbi ait, quòd febris ſit calor extraneus, idem ſibi volens, quod Gal. qui dixit eſſe calorem extraneum in igneam naturam mutatum, quod idem voluit Auerroes, quando dixit, quòd eſt calor cōpoſitus ex naturali, & præter naturam, vt ex dictis ſatis, ſuperq; patet.

De febrium putridarum cognitione in genere. Cap. III.

POſt febris definitionem tempeſtiuum eſt, vt de toto genere febrium, in humorum putredine conſiſtentium generatim agamus, tam quoad cognitionem, quàm quoad curationem. In cognitione autem primum occurrunt præſentia vocata à nobis, atque inter hæc nomen, & eſſentia febris putridæ. Nomen hoc quaſi per antonomaſiā, dicitur propria enim genus febris putridæ non eſt ſortitum, vnde à Latinis abſolutè H eiuſmodi febres dictæ ſunt putridæ; ab Arabibus verò, & Auic. potiſſimùm febres humorales; non enim rectè inquiunt hi, febres putridæ vocantur, cùm proprium putredinis ad ſubſtantiam ſpectare videatur, ſed quicquid ſit, quia Galenus, & alij eas putridas vocant nos quoq; & ad differētiam aliarum, putridas vocabimus. Eſſentia igitur harū, quas Gal. appellat putridas, non eſt poſita in putredine, (præſertim ſi ſalubres fuerint Ioberto authore lib. paradox. paradox 2.) ſed in caliditate tantùm, ideſt in calore non ſuaui, ac moderato qualis obſeruatur in ephemeris, ſed in acri, & mordaci, & ad tactum moleſto ex Auicen. 1.4. tract. 2. cap. 2. & ex Gal. 9. meth. 14. primo ad Glauconem. 10. meth. ſed minimè ſquallido, ad hecticarum differentiam, ſed potiùs fumoſo in principijs, & in incrementis acceſſionùm, vt plurimùm inæqualiter moto, ita vt gradatim non increſcat, ſed modò expandatur, modò retrahatur, cum ſenſu caloris,

Digitized by Google

A loris, & frigoris ſimul: ea ratione, qua flammam accenſam in lignis viridibus obſerua-
mus moueri, dixi autem (vt plurimùm) quia vbi contingit, vt accendatur in tenui,
& valde inflammabili materia ſicut in tertianis exquiſitis, magis vniformiter moueri
ſolet circa principia, & incrementa; redit autem perſæpè typis quibuſdam acceſſio-
num inſultu aſſignatis, ad differentiam ephemerarum, & hecticarum, & cum alijs nun-
quam inter vnam, & alteram acceſſionem corpus prorſus ſincerum relinquit. Cauſa
proxima, & continens omnium, eſt putredo, vel putrida exhalatio eleuata à putredine
humorum, vel ſimplicium, vel miſtorum; remotæ verò ſunt omnis putredinis cauſæ ex-
poſitæ, ſiue internæ, ſiue externæ, ſiue præparantes, aut adiuuantes, vel efficientes, de
quibus ſupra.

Ex ſymptomatibus, alia ſunt communia ipſis cum alijs febribus, ſuntque ea, quæ
febrem, vt febris eſt, ſequuntur, vt pulſus, ac reſpiratio, maior, celerior, & frequentior
vigilia, ſitis, de quibus, dum de febribus ephemeris egimus diximus quæ in febribus
putridis ſola intenſione differũt; nam quãtò putridæ ephemeris, inmaniores ſunt tantò
B ſymptomata grauiora eſſe par eſt. Vnde, vt dicebamus tractatu de Ephemeris, alia ſunt
ſymptomata, quę ſequuntur febrem, prout calor eſt accenſus, & ad igneam naturã con-
uerſus; alia verò, quę ſequuntur calorem, vt accenſus eſt in humoribus à putredine; nam
quantò febres putridæ validiores, & peiores ephemeris, & hecticis ſunt, tantò etiã gra-
uiora ſymptomata eſſe cenſendum eſt. Quare alia ſunt, vt dicebam, propria febrium
putridarum, quorum alia ſunt, quæ præcedunt febris aduentum, qui tunc ſolùm fit,
cum pulſus contrahi incipit; alia verò ſequuntur.

Præcedunt, vt plurimùm, quæcunque ab Arabibus, & Auic. lib. 4. fen. 2. cap. 1. ſub
diſpoſitione, quam ipſi vocant Almelíletu comprehenduntur, & pro parte etiam re-
feruntur à Gal. 1. de criſibus 6. ſunt autem hæc varia, & multiplicia, quæ ſingillatim re-
cenſenda ſunt, & in proprias cauſas referenda. Primum omnium, eſt caloris cuiuſdam
extranei prouentus, ad tantum tamen gradum, nondum delati, vt febrem conſtituat,
ſed ſolùm diſpoſitio quædam febris prænuntia eſt. Alterum eſt laſſitudo ſpontanea,
pendens, partim ex humorum acrimonia, ſi vlceroſa eſt, partim verò ex eorumdem
C copia membra diſtendente, & vires opprimente, ſi tenſiua ſit, ad quod reſpiciens Hip-
pocrates 2. Aph. 5. de omnibus morbis ex plenitudine vniuerſim loquẽs, aureum illud
dictum protulit, laſſitudo ſpontanea morbos prænuntiat.

Laſſitudini comes eſt, impotentia ad omnes motiones corporeas tanquàm tertium
ſymptoma ex eiſdem cauſis dependens; quartum verò eſt pandiculatio. Quintum
oſcitatio: ſextum palpitatio; ſeptimum tenſio venarum, & hypochondriorum;
octauum dolor capitis; nonum pulſatio. Decimum commotio ſomni, & vigiliæ à ſta-
tu naturali, itaut ſomnus ſit longior & profundior, vel turbulentior, vigiliæ autem ſint
longiores, vel ſomno magis permiſtę, quàm ſecundùm naturam cõueniat. Pendent au-
tem hæc omnia ex vaporum delatione, quæ in incipiente putredine fit; nam pro diuer-
ſitate, tum locorum, in quibus recipiuntur, tum humorum, à quibus eleuantur, ſympto-
mata dicta pariunt; ſi à tenui humore eleuantur externas artuum partes petentes, pan-
diculationes faciunt, ſi ad muſculos motionibus oris deſtinatos oſcitationes, ſi verò in
penitioribus partibus recipiantur, cuiuſmodi ſunt·venæ, & arteriæ, hypochondria,
D membranarum cerebri, ac venarum tenſionem, & hypochondriorum pulſationem,
arteriarũ dolorem, & capitis pariunt. Quòd ſi à craſſa materia eleuantur, & in muſcu-
lorum cauitatibus recipiantur, palpitationes ſuſcitant; ſi verò à frigida ſomnum pro-
trahunt, & profundiorem, & minus turbulentum reddunt; ſi à calida, è contra.
Vndecimum ſymptoma eſt anguſtia reſpirationis, & pulſus frequentia citra mani-
feſtam cauſam, & inæqualitas, quæ partim ex eiſdem vaporibus ad diaphragma, &
pulmonea delatis, partim verò ex aucto vſu ob auctum calorem proficiſcuntur.

Duodecimum eſt virium imbecillitas; decimumtertium coloris ad citrinum muta-
tio (quæ duo ſolùm vbi diutiùs prædicta perſeuerauerint) ſuperuenire ſolent; nam
cùm calor natiuus ferè in extraneum mutatus ſit, neceſſarium eſt omnes tractu tem-
poris labefactari actiones, tum vires, tum potiſſimùm coctionem, & ſanguificatio-
nem vitiari, atque eius humoris abundantiam fieri, qui excedentis caloris ſoboles eſſe
ſolet, talis autẽ eſt bilioſus, ex quo vniuerſæ cuti color conciliatur. Decimumquartũ eſt
inſolita

Digitized by Google

inſolita quædam multitudo, vt ſudoris, ſputi, muci, vrinæ, ac egeſtionis, quæ duplici E
nomine incipientem putredinem arguunt, primò ratione copiæ, quam natiuus calor
regulare non poteſt: ſecundò ratione præualentis humiditatis excrementitiæ. Deci-
mum quintum eſt, quòd ſi ijs omnibus, quæ huc vſque dicta ſunt, foetor adnaſcatur, tan-
tò certiùs illa incipientem putredinem indicabunt.

Vltimum ſymptoma eſt Nauſea pendens ex copia prauorum humorum, & ſemi-
corruptorum ſuccorum os ventriculi obſidentium. Hæc ferè ſunt omnia ſymptomata,
quæ febrem, aut febris aduentum præcedere ſolent, nec ſanè præter rationem: neque
enim, vt dicebat Gal. 1. de criſibus, febris inuadit ſubitò, veluti fulgur, ſed acceſſione
quadam per mediam diſpoſitionem; quo tempore prædicta ſymptomata, tanquam
futuræ febris rudimenta quædam, apparere eſt neceſſarium. Alia verò præter hæc
febri iam factæ ſuccedunt, atque horum quædam pertinent ad affectus noſtri corpo-
ris, alia ad excreta, alia verò ad læſas actiones; caloris enim acrimonia iam dicta in
toto corpore longè maior percepta, linguæ aſperitas, durities, & nigredo, vt Auicen-
nas docuit, in bilioſis potiſſimùm febribus perſæpè obſeruata ad affectus noſtri corpo- F
ris pertinent; tantum enim eſt ipſorum humorum bilioſorum incendium, vt præcor-
dia primùm, deinde linguam exiccent, vnde aſpera, & dura fit, poſtmodum verò orta
fuligine in ſuperficie ipſius nigra redditur.

Ad excreta verò pertinent quecunque circa ſudorem, fæces, & vrinas obſeruantur:
primùm quò ad ſudorem ſpectat nullus, vel exiguus admodum ſudor in principijs ob-
ſeruari ſolet, Tertiana ſolùm excepta; nam cùm cruda adhuc ſit materia, non poteſt
aliqua ratione in ſudorem reſolui, niſi tenuiſſima ſit, qualis eſt ſincera bilis, & propte-
rea Tertiana, quæ ex hac fit, excepta fuit, eſt autem ſymptoma hoc proprium putrida-
rum ad differentiam ephemerarum, quia ſemper ephemera niſi fortè permutetur ad
putridam, & augmentum habeat miſtum ex calore, & frigore, & in quo calor non ſit
æqualiter expanſus per totum corpus (quod ortis ex ſtipatione euenire ſolet) ſemper
in prima acceſſione ſudore, aut ſaltem madore terminatur, vt ex Gal. 1. de diff. feb. cap.
7. ſupra docuimus: poſt principium verò vlteriùs progreſſa febre, aliquando ſympto-
maticè ſudores adeò copioſi superuenire ſolent, vt cohibendi ſint; aliàs ſi incidant in G
vires imbecillas, interitum in fine acceſſionis afferunt, vt obſeruat Gal. 3. de criſibus c. 9.

Quantum verò ad fæces, & vrinas attinet ex Auic. loco ſupra citato, fæces circa
initia crudæ ſunt, liquidæ, inconſiſtentes, ac foetentes, vt dictum fuit; neque enim na-
tura potuit coctionem aliquam effatu dignam moliri. Putredo verò, atque excremen-
titia humiditas, ex quibus foetor, & inconſiſtentia pendet maximè prevalent: progreſſa
autem morbi ſymptoma fæcum eſt, quòd aliquando aluus fluidior redditur, ita vt cohi-
bere fas ſit, aliquādo adſtrictior, ita vt ſi lenire oporteat, ſicuti vrina aliquādo immode-
ratior effluit, ita vt ſiſtenda, aliquando parcior, vt prouocanda ſit, circa initia autem, vel
ſunt prorſus crudæ, vel parum admodum concoctæ redduntur, quia adhuc adeò viget
obſtructio putredinis cauſa, vt nihil craſſi ad vias vrinæ effundi poſſit, quod coctionis
veſtigium aliquod præſeferat, vel ſi effundi etiam poſſit, tanta eſt materiæ contumacia,
vt natura nihil adhuc effatu dignum ab ea ſequeſtrari potuerit, addit Auic. quòd ali-
quando etiam ſunt acutæ, hoc eſt mordaces, acres & pungentes, quòd in bilioſis veriſ-
ſimum eſt.

In genere verò actionum læſarum occurrunt primùm ea, quæ pertinent ad vitales, H
Reſpiratio ſcilicet, & Pulſus, quibus commune eſt, vt conſtrictio reddatur velo-
cior dilatatione, & quies interna breuior, quàm externa, ſecus quàm in ephemeris,
ex Gal. 3. de Præſagit. ex pulſ. 2. & Auic. 1. fen. 4. tractatu 2. cap. 2. vt ſupra, & ratio eſt
quia in putridis inſtat magis neceſſitas depurationis, quàm euentationis ob fuliginum
copiam, in ephemeris autem è contra ob ſolum acutum calorem citra putridam fuli-
ginem; in pulſu autem præter inæqualitatem hanc, quæ ſpectatur inter diaſtolem, &
ſyſtolem, inter vnam & alteram dyaſtolem longè facilior, atque ea eſt, in qua ictus
modò maiores, & vehementiores, modò minores, & imbecilliores obſeruantur, Gal.
1. de diff. feb. 7. quod tùm alias ſæpè, tum præſertim circa initia, & augmenta acceſ-
ſionum fieri ſolet, præſertim vbi non à ſinceriore bile febris ortum duxerit; in pugna
enim, quæ tunc inter naturam, & materiam morbificam fit, neceſſarium eſt modò na-

turam

Digitized by Google

A turam vincere, ſicque pulſationes maiores, ac vehementiores fieri, modò vinci, ac ob-
ſtrui, ſicque minores, & imbecilliores, niſi tanta ſit materiæ, tenuitas, vt cum ſemel ſu-
perari cœperit, ad finem vſque eadem euincatur, quod in Tertianis exquiſitis potiſſi-
mùm accidere conſueuit, imò verò obſeruat Gal. 1. ad Glauc. 8. in vno, eodemque
ictu præſeferri inęqualitatem quandam, cum in medio tardiùs moueatur, in principio,
& fine velociùs: additur inæqualitatibus iam dictis durities, vbi ſcilicet aut putridæ fe-
bri adnectatur, vel dura inflammatio, vel non dura in membro duro, qualis eſt mem-
brana, aut nulla ſubſit inflammatio, præceſſerit tamen, vel immoderatus gelidæ potus
aquæ, quæ durum, & rigidum corpus arteriæ reddiderit; vel omninò alia quæpiam
cauſa ex ijs, quæ pulſum durum efficere poſſunt, ſicuti balneum, aquæ aluminoſæ, vel
frigidæ exiccatio immoderata arteriæ, & huiuſmodi. Præter vitales actiones læduntur
etiam animales & naturales, naturalis læſio potiſſimùm ab excretorum cruditate, in-
appetentia, ac ſiti, quæ aſſiduè huiuſmodi febres ſequitur, orta partim ex copia humo-
rum putrium ad ventriculum delata, partim ex immoderato æſtu exiccante partes, quę
B ad fauces, palatum, & ventriculum pertinent; continuò enim per has tranſit, & inflam-
matus aër, & torrida fuligo, quæ expiratione excernitur. Animalium autem actionum
læſio deprehenditur, non ſolùm ex dolore capitis, totius corporis iactatione anguſtia,
& vigilijs, quæ tum alias ferè omnes putridas, tum potiſſimùm biliosas circa ſtatum
præſertim concomitari ſolent, delatis acribus, ac putridis vaporibus bilioſis, tum ad
cerebrum, & membranas vnà dolores, & vigilias facientibus, tum ad pulmones, &
diaphragma, vnde iactatio, & anguſtia; ſed etiam ex alijs, ſcilicet refrigeratione, hor-
rore, rigore, quæ in cuiuſque ferè acceſſionis inſultu ſuperuenire ſolent, circa quæ
paulò diligentiùs inſiſtendum eſt, vt diſtinctè magis à nobis intelligatur, quid vnum
quodque horum ſit, à quibus cauſis producantur, ac demum, qua ratione, tum à ſe in-
uicem, tum ab alijs paſſionibus, quæ ipſis finitimæ ſolent eſſe, diſtinguantur.

Primùm ergo quo ad frigus attinet, frigus nihil aliud eſt, quàm triſtis quædam ſen-
ſatio citra motum, & concuſſionem aliquam externis partibus potiſſimùm incidens
ei perſimilis, quam ſani etiam in magnis algoribus experiuntur, ortum ducens à re-
C tractione caloris innati, qui ſanguini, ac ſpiritibus nititur, tanquam à proxima, & con-
tinente cauſa; nam cum ab extremis partibus ſuapte natura frigidis, & exanguibus ob
neruorum, & oſſium copiam innatus calor retrahitur, protinus eas algere eſt neceſſa-
rium; retrahitur autem innatus calor aliquando à frigida, aliquando à calida, aliquan-
do verò nec à frigida, neque à calida cauſa, ſed alia, atque alia ratione; à frigida quidem,
ſiue interna, ſiue externa fuerit, ratione antiperiſtaſis, & fugæ, quæ inter contraria in-
tercedit, à calida verò ratione moleſtiæ, ac noxæ partibus ſentientibus illatæ, quam
natiuus calor refugere tentat; atque in hoc caſu primùm inæqualitas quædam caloris,
& frigoris perſentiri ſolet; deinde verò laſſitudo, atque frigus.

Quod quidem frigus differt à laſſitudine, & inæqualitate iam dictis, ſecundùm ma-
gis, & minus; nam cum leuis admodum eſt noxa partibus ſentientibus illata, inæqua-
litas inducitur; cum paulò maior, laſſitudo, cum adhuc maior, frigus. Ab horrore verò,
ſeu horripilatione, & rigore differt non ſolùm ſecundùm magis, & minus, ſed ſpecie
etiam; nam frigus ſolùm in genere actionis ſenſitiuæ læſæ poſitum eſt, horror autem,
D ſeu horripilatio, & rigor ad genus ſymptomatis in actione motrice deprauata perti-
nent, vt nunc intelligetis, hæc de frigore, ex quibus facilè eſt intelligere naturam, &
cauſas horroris, ſeu horripilationis. Nam eſt mediæ quodammodo naturæ inter frigus
iam expoſitum, & rigorem infra explicandum, & paulò vehementior frigore; quia
præter triſtem ſenſationem is ſuperaddit leuem quandam cutis agitationem, qua in-
horreſcit; imbecillior autem rigore, quia in hoc non ſolùm cutis inhorreſcit, & moue-
tur, ſed & muſculi, & vniuerſum corpus quatitur: cauſæ verò eædem ſunt, ac frigoris,
non ſolùm in hoc diſcrepantes, quòd in frigore præter retractionem caloris iam di-
ctam nihil aliud concurrit: at in horrore præter refrigerationem concurrit etiam cutis
aliquis motus, per quem, & pili eriguntur, & pori attolluntur.

Differt autem hic affectus à frigore, & eadem ratione ab inæqualitate, & laſſitudine,
non modò ſecundùm magis, & minus ſed ſpecie, & cauſa, vt modò dicebam; à rigore
verò ſecundùm magis & minus ſolùm; nam neque caloris retracti expanſio ad exter-

nas

nas partes, neque quòd retractionis cauſa ſuit valida, adeò vt præter cutem totum E
muſculoſum genus agitare poſſint, ſicuti in frigore accidit. Atque hæc de frigore, &
horrore, ſeu horripilatione.

Quod ſpectat ad rigorem, illud in primis obſeruandum eſt, quòd cùm rigoris nomine intelligendum veniat ea omnium partium agitatio cum frigore, quæ non definitur ſimpliciter frigus, aut etiam frigus vehemens, ſed adeò moleſtum, vt omnes corporis partes concutiantur: neque enim rigent omnes, qui frigore ſimpliciter, quantumuis vehementi, premuntur, niſi adeò moleſtum ſit, vt partes corporis inæqualiter dimoueat: atque proprium eſt huius ſymptomatis, vt homines percipiant frigiditatem, & punctionem quandam; quia rigor eſt dolorifica perfrictio cum quadam inæquali totius corporis concuſſione, & agitatione, & ex Argenterio eſt inuoluntarius totius corporis tremor cum refrigeratione vehementi, & dolorifica; ſimul enim, & ſemel percipiunt in cute, & muſculis veram diſtinctionem inter frigiditatem, & punctionem; differt à frigore, quia frigus eſt affectio quædam ſimplex, rigor verò
compoſita, pertinetque ad actionem ſenſitiuam, & motricem læſam, frigus verò ad F
ſenſitiuam ſolam, differt autem rigor ab horrore ſolùm intenſione, & remiſſione; nam rigor eſt motus totius corporis deprauatus cum ſenſu frigiditatis, horror verò eſt exigua vtriuſque paſſio; differtque, & ratione ſubiecti ab eodem horrore; nam rigor eſt paſſio muſculorum; horror verò eſt potiùs cutis affectio quædam, & quamuis rigor inter deprauatos motus totius corporis reponatur, ratione cuius cõuenire poteſt cum palpitatiuo, conuulſiuo, & tremulo, differt tamen ab ipſis, & primò à palpitatione, quia palpitatiuus motus rarus eſt, paucus, & tardus, è contra rigor eſt multus, ſi diu perſeueret, celer, cum velociter fiat, frequens, quia parum intercedit quietis inter duos contrarios motus, quibus continetur; palpitatio verò eſt motus partium, quæ dilatari poſſunt, differt à conuulſione, quia conuulſio eſt motus muſculorum ſimilis motui voluntario, nempe eſt retractio muſculorum ad propriam originem. Differt à tremore, quia tremor quieſcente membro tremulo quieſcit, rigor verò non quieſcit, imò ſi ægrotantes ſupra lectum extendantur, non poſſunt quieſcere à rigore; eſtque motus vibratiuus,
& concuſſiuus totius corporis, tremor verò eſt motus particularis alicuius membri. G

Cauſa rigoris authore Gal. 2. de cauſ. ſympt. 2. & Auic. 1. 4. tract. 1. cap. 6. vna eſt materialis, alia efficiens; materialis eſt duplex, nempe calida, acris, & mordax, nec non frigida, craſſa, & viſcoſa. Cauſa efficiens alia eſt externa, quæ ex Gal. eſt frigus externum, medicamenta acria extra admota; timor ab aliqua re horrenda, & tremenda inſpecta, vel audita; aquæ feruentis inſperſio, aut ignis ſcintillæ per cutem aſperſæ: interna verò eſt natura mediante virtute expultrice, quæ materiam extra venas pellens, & ad habitum corporis protrudens per partes ſentientes tranſiens illas pungit, vulnerat, mordet, & rigorem facit. Motus verò tremulus vnam habet cauſam, quæ eſt pugna inter grauitatem membri, & facultatem.

Cùm autem rigor ſit affectio conſtans ex frigiditate, & agitatione totius corporis, quando fit à materia calida, cùm ſit acris, & mordax, apparet facilè ab ea induci poſſe illam corporis concuſſionem, at de frigiditate non ita clarum eſt, quemadmodum è contra quando materia eſt frigida, frigiditatem facile oriri poſſe perſuaderi poteſt vnuſquiſque, ſed quomodo ab eadem agitatio, & totius corporis concuſſio fiat, non ita
conſtat. Primæ dubitationi Gal. occurrit lib. aduerſus Lycum cap. 7. dicens id euenire H
ratione ſanguinis, & ſpirituum intus recurrentium, à quibus calor ab externis in internas partes trahitur, hinc extimæ partes à calore priuatæ refrigerantur. Ad ſecundùm ex eodem Gal. & Auic. dicendum eſt materiam frigidam ſuo contactu refrigerare, ſed ſuo lentore, & craſſitie, cùm non poſſit extrapelli, ſequi corporis agitationem; verùm cum hac differentia, quia in materia calida, maior eſt agitatio, minor frigiditas, in frigida verò, maior frigiditas, minor agitatio, quòd in quotidianis, & quartanis febribus videtur; nam in materia frigida, frigus augetur duplici nomine, tum quia calor ad internas partes retrahitur, tum etiam quia materia frigida ſuo contactu attingens partes ſentientes frigiditatem inducit.

Sed hoc loco ad perfectam intelligentiam naturę rigoris veniunt conſideranda tria. Primum eſt quia Gal. lib. ad Lycum cap. 6. ſcriptum reliquit rigorem eſſe caloris innati affe-

A ti affectionem; nos tamen ex eodem Gal. diximus hanc paſſionẽ eſſe propriam muſculorum, & cutis. Secundum eſt contradictio inter Gal. & Auic. quia Gal. loco iam citato dixit rigores eſſe vehementiores, qui fiunt à materia calida; è contra Auic. lib. 4. fen. 1. tract. 1. cap. 6. ait rigores vehementiores eſſe, qui fiunt à cauſa frigida, & viſcida.

Tertium eſt, quia alia apparet contradictio inter Gal. & Auic. nam Gal. lib. 2. de cauſ. ſympt. cap. 5. & lib. 10. meth. med. cap. 4. ſcribit eò rigores vehementiores fieri, quò facultas eſt debilior; è contra Auic. lib. 4. fen. 1. tract. 2. cap. 6. ſcribit, quòd ad inducendum rigorem opus eſt valida virtute. Ad primum ex Gal. reſpondendum eſt, hoc vno præſuppoſito, tanquam rei huiusfundamento, quòd calor innatus eſt ſubſtantia mobilis, quæ à centro ad circumferentiam ſemper mouetur, & è contra; vnde ab Hip. appellatur ἀεικίνητον, ideſt ſemper mobile, vt ſupra dictum fuit, quod Gal. confirmauit lib. ad Lycum cap. 7. vbi igitur calori innato in ſuo illo motu, quem perpetuò facit, nihil obuiam venit, liberè abſque aliquo partium motu tranſitat vbi reperit materiam illam extrauaſatam, & partes ſenſitiuas contriſtantem, omni conatu tentat illam expellere, & B ab hac materia impeditus ſtatim intus reſilit, vbi vigoratus denuò inſurgit aduerſus ipſam, & cùm primo conatu nihil profecerit, vehementiùs denuò aggreditur, vt tandem eam protrudat: in hac violenta caloris expulſione neceſſe eſt, vt partes omnes cõcutiantur, motuque agitationis moueantur, qui rigor dicitur; calor enim natiuus in hac pugna id efficit, quod faciunt illi, qui aduerſus hoſtem potentiſſimum pugnant, quem cum prorſus fugare, & expugnare non poſſunt, modò fugiunt, modò ad pugnam conuertuntur, donec in ſalutarem locum recipiantur, aut aduerſarium ex toto expellant. In hac igitur pugna contingit totum corpus moueri, agitari, & concuti citra voluntatem ob inæqualem validum, & violentum lapſum, inuaſionem, & repulſionem caloris innati, qui eſt inſtrumentum principale, quo facultates partium expultrices vigorantur, quo nomine validius quicquid partes infeſtat, ab eiſdem eijcitur, & expellitur.

Quare reſpondentes ad problema, rigor eſt affectio caloris innati, cutis, & muſculorum, ſed alia, & alia ratione, caloris quidem, quia materia rigorem faciens eſt illi impedimento, ne liberè extraferri poſſit; hinc eſt etiam, quòd corpus aliquo modo re- C frigeratur, & cutis primùm, quia materia illa prohibet, ne calor extra feratur ad cutem; hinc eſt, quòd ipſa calore ſuo priuata remanet, & frigida ſunt omnia ad ipſam attinentia (muſculorum verò, quia in hac pugna valide agitantur, & mouentur inuoluntariè) at in tremore non eſt eadem cauſa, quia fit tremor ob pugnam, quę eſt inter facultatem mouentem, & morbum; nam facultas tentat ſurſum membrum attollere, grauitas verò mẽbri deorſum trahit, vt ſupra dictũ eſt, vnde, & ratione cauſæ rigor differt à tremore. Concludendum tandem rigorem eſſe caloris innati, & partium prædictarum affectionem; caloris quidem quatenus eſt impedimento, ne liberè moueri poſſit; partium verò, quia ipſas contriſtat, & hæc ad primum.

Ad ſecundum dicimus rigorem dupliciter dici poſſe vehementem, nempe ratione intenſionis, & extenſionis; primo modo rigores à materia calida vehementiores dici poſſunt, hoc eſt, corpus magis agitantes, & concutientes, ac pungentes, & in hoc ſenſu intelligendus eſt Gal. ſecundo modo dicuntur vehementiores, quia magis durant ob materiæ viſciditatem, quæ diſcuti non niſi longo tempore poteſt, & de his loquitur D Auic. quando dicit eſſe vehementiores, quia tales rigores ſunt longiores. Aduerſus hanc reſponſionem eſt Auerr. lib. 3. colliget cap. 30. qui à rebus ſenſui apparentibus probare contendit vehementiores eſſe rigores factos à materia frigida; etenim à frigido aëre fiunt rigores, non autem à calido, ergo ſequitur, quòd rigores à frigiditate ſint vehementiores. Ioannes Coſtæus ſupra cap. 6. fen. 1. lib. 4. tract. 1. nititur ſoluere hunc nodum, quia, inquit, in materia frigida, à qua fiunt rigores, duo debent conſiderari, nempe frigiditas, atque caliditas, quæ à putredine acquiritur, à frigiditate non poteſt fieri rigor, quia in corpore humano non datur talis frigiditas actualis, qua poſſit fieri ſenſus frigiditatis, qualis requiritur ad rigorem faciendum; verùm fit rigor ab acredine acquiſita per putredinem, qua irritat, atque mordet partes ſentientes.

Sed huiuſmodi reſponſio in duobus peccare mihi videtur, primum eſt, quia ſupponit vnum, quod falſum eſt, nempe materiam putrefactionis rigorem facere, quod aduerſatur Gal. & Auic. lib. 4. fen. 1. tr. 1. cap. 6. vbi dicit materiam crudam, ante febris acceſ-

ſionem, aut paroxiſmum rigorem efficere. Gal. quidem lib. de trem. palpit. 2. de cauſ. B
ſympt. & 10. Meth. med. cap. 4. præcipuè 2. de cauſ. ſympt. ſcribit omnes motio-
nes vitioſas fieri ex motu, & qualitate ipſius humoris, qui calore, vbi ad partes exter-
nas expulſus fuerit, putreſcit, & dum putreſcit febrem generat, vt ex caliditate per-
cipitur; nam in principio quando fit frigus à partibus ſentientibus, natura materiam ex-
pellit, quæ deinde putreſcit, putrefacta autem expellitur, vnde Gal. lib. cit. cap. 7. in fine
capitis de rigore dicebat poſt rigores corpus incaleſcere magis, quòd materia tunc pu-
treſcat, idque triplici ratione: prima eſt, quia calor ab exteriori perſpiratu repreſſus,
in altum colligitur; ſecunda, quia totus vehementer expanſus; tertia, quia caliditas in-
ſultu, ictu, & violento motu accendi ſolet, ſed ad faciendum rigorem non eſt opus, vt
materia putreſcat, quod confirmatur Gal. auth. lib. de inæquali intemperie. 2. de diff.
feb. vbi loquitur de epiala, laudat conſilium eorum, qui dicunt febrem fieri ex pituita
putreſcente, rigorem verò ex non putreſcente, & 2. de cauſ. ſympt. 2. & alijs in locis
ſcribit poſſe rigores fieri ſine febre, quod non agnouiſſe Hipp. dicit (eſt tamen locus
apud Hip. 2. progn. 31. ex quo colligitur dari rigores ſine febre) fiunt autem à crudi- F
tatibus.

Cùm igitur rigores non fiant à materia putrida, ſequitur, vt fiant, vel ratione frigidi-
tatis, vel motus ipſius materiæ. Si nos concedamus Coſteo fieri rigores à materia frigi-
da ratione putredinis, erit etiam concedendum fieri ab acredine acquiſita ex putredi-
ne, ita vt nulla poſſit aſſignari differentia inter rigores factos à materia bilioſa, & eos,
qui fiunt ab acredine pituitoſæ materiæ acquiſitæ per putredinem. Quare exiſti-
marem dicendum eſſe rigores eſſe in triplici differentia, alios eſſe in quibus magis
vrget, & magis lædit commotio, minùs frigiditas; alios verò eſſe in quibus magis læ-
dit frigiditas, minùs commotio, atque agitatio; alios eſſe in quibus, & frigiditas, &
commotio maximè offendunt; quare etiam dicendum eſt, alios eſſe vehementiores
reſpectu frigiditatis, minùs tamen reſpectu motionis, vt ſunt illi, qui fiunt à materia
frigida, & craſſa: qui etiam dici poſſunt vehementiores reſpectu durationis; quia lon-
giores fiunt, & magis producuntur, quàm illi, qui fiunt à materia tenui; alios eſſe vehe-
mentiores ratione commotionis, & agitationis, & etiam punctionis, minus verò vehe- G
mentes ratione frigoris, & durationis; nam frigus minùs moleſtum eſt, & rigor breuis,
priores ſunt illi, qui in quotidianis fiunt; ſecundi ſunt, qui fiunt in tertianis, tertij, qui in
quartanis fiunt.

Et quamuis non datur frigiditas actu in corpore talis, qualis extra corpus in aëre
ambiente percipitur, eſt tamen frigiditas comparatiuè; nam materia craſſa, frigida eſt
magis, quàm ſint partes ſentientes, per quas tranſit. Quare ſua frigiditate eas afficit;
deinde ſua craſſitie impedit, ne calor ad extimas partes diſtribuatur, vnde partes ad cu-
tem exiſtentes percipiunt frigiditatem, qualem percipere conſueuerunt à frigiditate
ambientis, & hoc eſt, quod Auerrhoës dicere voluit frigiditatē exteriorem eſſe cauſam
rigoris, ideſt illius partis rigoris, quæ fit à frigiditate; nam vbi concentratur calor, qua-
cunque de cauſa, partes exteriores ſuo calore deſtituuntur; & hæc de natura rigoris in
via Galeni.

Et quamuis nonnulli aduerſus eundē alios modos afferre in medium conati ſint, qui-
bus putarunt hanc Gal. doctrinam de rigore euertere, ſuamque ſententiam de H
hac materia extollere, nouumque modum excogitantes, quo rigores in corpore fiunt,
vt fecit Fernelius, atque Argenterius, nullus tamen horum veram rationem, & ve-
ram cauſam inuenire potuit, ac fecit Gal. ſicut rectè Euſtachius Rudius demonſtrat
lib. de febribus. Primùm æquidem breuiter attingam Fernelij opinionem ab ipſo tra-
ditam lib. 4. de febribus cap. 9. & 10. deinde ſubijciam, quæ Argenterius imaginatus
fuit de natura ipſius.

Fernelius igitur ad hunc modum ſcribit, quòd humor faciens frigus, horrorem,
atque rigorem ſit extra venas, qui vbi calidus fuerit, & putridus quouis in loco fuerit,
vel quieſcit, aut mouetur. Si primo modo corpus minimè agitat, ſit autem velut effera-
tus, mouetur variè, corpus concutit, atque affligit, qui vel paucus, vel multus eſt, vel plu-
rimus: ſi paucus, vt in lenioribus tertianis, vel parua ipſius ſit acrimonia, vt pituitæ pu-
treſcentis, motuſque ſit lentus, atque languidus, inducit tantum frigus, calore quidem,

ac ſpi-

A ac ſpiritu ab externis partibus intrò quaſi in opem,& auxilium aduocatus. Si verò copioſior eſt, acrior impetuoſeque motus horrorem facit. Cùm verò plurimus, iſque vehementer acris, & mordax, magnoque impetu in præcordia excuſſus fuerit, rigor verus producitur. Rurſus ſi hæc materia rigoris, & febris circum præcordia hærens ex ſe tanquam ex fomite malum,atque tetrum vaporē in corpus effundit, horum ſymptomatum iam dictorum altera cauſa cenſeri poteſt, nempe frigoris, horroris, atque rigoris, inde ſuccedit intermittentis febris acceſſio. Huiuſmodi opinio pluribus à Mercuriali conuellitur, vbi etiam opinionem Gal. vt veriorem, & magis rationi conſonam apertè defendit lib.5.de feb.cap.8. Argenterius non modò ipſam Fernelij opinionem reprehendit, quamuis varijs rationibus,& varijs fundamentis, & à Mercuriali diuerſis id præſtet, cæterùm Gal. quoque hac de re opinionem euertere cogitur lib. de feb. ad Glauc.& multis quidem rationibus. Qua euerſa, & vt ipſe putat reprobata ſuam ſententiam in medium affert.

Circa rigoris naturam, quam in duas partes diuidit, vna eſt frigus, altera verò eſt totius corporis concuſſio, illam dicit putredinem eſſe cauſam frigoris,quæ naturam cogit ad ſe calorem reuocare;nam ſic in principio acceſſionis febrium intermittentium,cum humor incipit putreſieri, & ob putredinem febrem accendere, natura in ſubſidium calorem colligit, vt reſiſtat putredini,quare frigus,quod fit in horrore, & frigore,cauſam habet contractionem caloris, & hanc facit natura,vt putredini reſiſtat; trahitur igitur à natura calor ad concoctionem efficiendam in humore putreſcente,non ab ipſo calore, qui eſt in humore. Concuſſio verò illa, ſiue tremor, altera pars frigoris oritur partim ex contractione, partim ex ipſius caloris expanſione; nam ſi intus ſemper includeretur calor, externæ partes non concuterentur, ſed immobiles manerent, vt fit in ſyncope;ſi verò eſſet libera caloris motio in partes externas, non vtique fieret motus ille deprauatus, in quo cadunt, & eriguntur membra, ſurſumque, & deorſum mouentur, vt in ſimplici tremore accidit.

B

Hæc eſt Argenterij opinio circa rigoris, horroris, & frigoris naturam, quæ diuerſa eſt à Galeni, & Fernelij opinione, multò maiores difficultates habens,quàm habeat illa Gal. quare dicendū eſt reuera neminem vnquā de hac materia tam accuratè ſcripſiſſe, neque aliquem fuiſſe,qui veriorem rationem, aut cauſam, tam immediatam, ac proximam inuenerit meo iudicio,ac fecerit Gal.poſt ipſum Fernelius; vnde Hercules Saxonia lib. de ſignis febrium cap. 6. pulchrè ſcriptum rěliquit rigorum eſſe duplex genus; alij enim ſunt, qui fiunt mota materia per carnes totius corporis,vt voluit Gal. alij ſunt qui fiunt ex viſceribus,vt voluit Fernelius. Et quamuis, vt dixi, Argenterius putet euertiſſe vtramque horum grauiſſimorum auctorum opinionem, fundamenta tamen eius rationis videntur aut pauci, aut nullius eſſe momenti, ad quam quidem refellendam eſſet opus longiori tempore, & maiori otio, quo nunc caremus, ingenioſa quidem eſt magis,quàm vera, quod vnicuique attentè legenti, & conſideranti non difficili negotio conſtare poterit. Sat enim mihi eſt pro meo inſtituto attuliſſe circa hanc materiam trium horum grauiſſimorum virorum opinionem, & ante oculos veſtros exaratam, vt eam contēplantibus vobis poſſitis per otiū eligere meliorē, quam putamus eſſe Galeni.

C

Ad tertiam reſpondet Hercules Saxonia, & egregiè quidem lib. de ſignis feb.cap.5. conſiderando facultatem motricem duobus modis,vel reſpectu naturalis impotentiæ, quam habet ad patiendum, quando exquiſiti erit ſenſus,vel reſpectu naturalis potentiæ validæ,& robuſtæ ad agendum;ad rigorem faciendum, requiritur vtraque potentia; nam primo quando facultas infirma fit ad ſuſtinēdam noxam prouenientem à mordacitate materiæ, tunc vehementior erit rigor, quemadmodum è contra vbi partis expellentis robur fuerit validior, eò quoque maior fuerit rigor; iure igitur Auic. robur, Gal. vero imbecillitatem requirit. Et hæc de ſymptomatibus, & cauſis febrium putridarum in genere, modò de differentijs earumdem in genere agendum, vt cognoſcatur quot,& quæ ſint in vniuerſum, & vnde ſingulæ ortum ducant,deinde verò quibus notis deprehendantur,& tandem quid de euentu earum ſperare liceat,aperiemus.

D

De differentijs.

Quod pertinet ad primum,cùm ex putridarū febrium differentijs quædam ſint primæ,& ſimpliciſſimæ,quales ſunt,quæ ex putredine,aut vnius humoris ſimplicis tantùm,

vel mixti, ſed vnam formam retinentis proficiſcuntur; aliæ verò nec primæ, & ſimpliciſſimæ, ſed complicatæ, & compoſitæ, vel quia alijs morbis, & ſymptomatibus iunguntur primo de ſimplicibus, deinde de compoſitis. Primæ igitur, ac ſimpliciſſimæ febrium putridarum differentiæ deſumuntur vel ab eſſentia ipſiuſmet febris, vel ab accidentibus: ſi primo modo vel à forma, quæ eſt calor præternaturam, vel à materia, quæ eſt humor, cui calor præternaturam innititur: ſi à forma vel calor mitis eſt, vel acris, ſi mitis eſt, & vaporoſus, qualis eſt, qui ſequitur putredinē humoris omniū benigniſſimi, ſanguinis ſcilicet; atque hinc oritur prima differentia, quæ appellatur Synochus putris, quæ diuiditur in Acmaſticam, Paracmaſticam, & Homotonam, Gal. authore, 9. Meth. cap. 5. 2. de diff. feb. 2. & 9. ſi verò acris, vel exurens, vel ardens: vel non exurens, neque ardens. Si primo modo vel ſubitò accedens, vel poſt inſurgens, ſi ſubitò accedens, vel ſuccumbens tactui, atque hinc fit tertiana ſimplex 1. in 6. epidem 30. non ſuccumbens tactui ſed magis in profundo agens, atque tunc fit cauſos, ſeu febris ardens putreſcēte bile ſincera in vaſis (propè cor) hepatis, pulmonis, & omninò intra alas, & inguina Gal. 5. de loc. affectis cap. 7. 2. de criſ. & tertiana continua, quæ tertio quoque die exacerbatur, quæ vel proximè integritati accedit, vel minimè accedit, vtroque modo fit illa ſpecies tertianæ continuæ, quam Gal. & Hipp. appellarunt Triteophien, 2. in 1. epidem 25. 3. in 1. epidem tex. 5. 6. epidem com. 2. tex. 25. Si verò poſt inſurgens, ſimulque fumoſus, non aridus ad differentiam hecticarum, tunc fit tertiana notha ex Auic. quæ diſtinguitur in tertianam maioris famæ, vbi Bilis cum Pituita admiſcetur, nec non & in tertianam minoris famæ, vbi Melancholia admiſcetur Bili, vt Auic. teſtatur 1. 4. tr. 2. cap. 2. F

Ex Gal. verò fit tertiana ſimpliciter, vel extenſa 2. in 1. epidem 25. 3. in 1. epidem. 5. 2. in 6. epidem 25. 2. de diff. febrium; ſimpliciter quidem ad differentiam exquiſitæ, & hæc eſt ea, quæ egreditur ſpatium duodecim horarum, terminatur tamen ante 24. horas aliquando enim 14. nonnunquam verò attingit 18. horas: extenſa autem producta, eſt quæ habet ſub ſe quatuor differentias; nam vel ſimpliciter dicitur extenſa, quæ extenditur ad 24. horas, & has non excedit; vel ſufficienter extenſa, quæ ad 30. horas deuenire poteſt, vel magis, ſeu multùm extenſa, quæ ad 36. producitur, vel plurimùm extenſa, quæ attingit 40. horas, quamuis etiam extendi poſſit ad 44. ſed vltra nulla eſt intermittens. At ſi calor poſt inſurgens, fumoſus, vel fuliginoſus quidem ſit, ſed paulò aridior, tunc quartanas febres conſtituit. Non exurens verò, neque ardens, ſed paulò debilis ad tactum apparens, is vel halituoſus, vel madefaciens, ſi halituoſus, tunc fiunt febres peſtilentes penphigodees, & aſpectu terribiles ab Hipp. dictæ 1. in 6. epidem 30. quòd cum puſtulis, atque alijs horrendis ſymptomatibus fiant. Si madefaciens, hinc quotidianę, & aliæ à pituita pendētes, vt Typhodees, Elodees, Gal. aduerſus Lycū cap. 1. Adhuc ſi calor pruriginoſus, tunc fiunt ſalſuginoſæ febres, & cauſos ſpurius ex Hipp. 6. epidē cit. & iſtæ ſunt differētię febriū putridarū deſumptę ab eſſentia caloris. G

A materia verò, quæ eſt humor putrefactus, is vel ſimplex eſt, vel mixtus; ſi ſimplex, vel ſanguis eſt, hinc ſynochus, ſeu continens, quæ vnica acceſſione terminatur, de qua ſupra: vel Bilis, hinc tertiana exquiſita: vel Pituita, hinc quotidiana: vel Melancholia, hinc Quartana: ſi intra vaſa putreſcunt faciunt continuas; ſi extra intermittentes. Si mixtus, ita tamen, vt miſcibilia non ſeruent propriam formam, ſed ueniant in vna forma mixti denominationem ſument à vincente, ſicque putredo, & febris vna, & ſimplex efficitur, hinc Tertiana notha quando Bilis admiſcetur Pituitæ dominiumque Bilis habeat ſupra Pituitam; vel quotidiana quando Pituita ſuperat Bilem, vel Quartana ſuperante Melancholia ipſam Bilem, & iſtæ ſunt differentiæ deſumptæ ab humoribus tanquam à materia. H

Venio ad differentias deſumptas ab accidentibus, quæ vel proximiora ſunt differentijs ab eſſentia deſumptis, vel ſunt remotiora; ſi primo modo vel ſecundùm quantitatē, vel qualitatem, ſi ſecundùm quantitatem caloris, & intemperiei (ſic enim vſus obtinuit, vt nomen quantitatis tribuatur qualitati) tunc febris dicitur magna, in qua magnus eſt calor, & putredo, vt in Cauſone, & Peſtilenti, vel parua, in qua paruus calor, vel exigua putredo, vt in Tertiana exquiſita. Iam verò ſecundùm qualitatem, quandoque febris dicitur rubra valde, qualis eſt ſynochus magnam in ſanguine accenſionem oſtendens,

quando-

A quandoque pallida, qualis eſt Tertiana ipſam Bilem referens,quandoque liuida, vt ita
dicam, qualis eſt febris propè mortem, ſanguinis defectu, & innati caloris extinctione,
plerumq; demum alia dicitur alba valde,cuius meminit Archigenes, qui 3. de præſagi-
tione ex pul. cap. 6. à Gal. fuit reprehenſus. Deuenio ad remotiora accidentia diffe-
rentijs eſſentialibus, quæ conſiderantur vel reſpectu temporis, motus, ordinis,loci, in
quo materia putreſcit, vel moris, vel criſis.

Si reſpectu temporis,vel ratione inſultus,primi & tunc aliæ ſunt, quæ vernales, aliæ
æſtiuæ,aliæ autumnales,aliæ hyemales; vel acceſſionis, atque hinc vel diurnæ ſunt, vel
nocturnæ,tertianæ,quotidianæ,quartanæ,quintanæ,ſextanæ,nonanę 3. in 1. epidem 2.
vel durationis, hinc breues, quæ breui terminantur, longæ, ſeu diuturnæ, quæ mul-
tùm durant 1. progn. 25. diuturnitatis verò cauſa partim externa, partim interna, ex-
terna, vt aër, ſic Hipp. dicebat æſtiuas quartanas breuiores eſſe, errata etiam in victus
ratione, præſertim in cibo,& potu. Internæ verò cauſæ ſunt in duplici differentia,quæ-
dam per ſe, & eſſentialiter coniunctæ febri, ſicuti humoris lentor, craſſities, & frigus:
B obſtructionis magnitudo, & contumacia quædam,vel accidentaliter ſicuti tumor, qui-
dam præternaturam, vt in liene, aut aliquo viſcere, & omninò affectus aliquis contu-
max, qui febrem foueat.

Si motus ratione, vel in vniuerſali, vel in particulari: ſi in vniuerſali, tunc conſide-
randa eſt quantitas, & qualitas, ratione quantitatis aut ſimpliciter, vt in Synocho, &
alijs, in quibus nulla exacerbatio obſeruatur: non ſimpliciter vt tertiana, quartana,&
in quibus continuitas cum exacerbatione copulatur non continuus, ſed interſectus at-
que vel ſimpliciter, vt intermittentibus veris, vel non ſimpliciter, vt in continuis, quæ
pluribus acceſſionibus cõſtant. Qualitatis verò ratione, quo nomine & alia dicitur ve-
lox,alia tarda;velox enim quia citò omnia tẽpora ipſius abſoluuntur ob materiæ tenui-
tatem, naturæ robur,corporis patientis diſpoſitionem, & ambientis aëris naturam, at-
que huius alia citra periculum,vt tertiana exquiſita,cum periculo,vt acuta omnis:tarda
verò dicitur ob contrarias rationes, atque huius quoque alia citra periculum, vt quar-
tana,cum periculo vt quotidiana ex praua pituita. Si verò motus conſideretur in par-
C ticulari,hoc eſt ratione acceſſionis vnius tantùm in hac ſpectari debet anticipatio, &
poſtpoſitio, longitudo, & breuitas; anticipant illæ, in quibus materia, quæ mouetur
eſt quantitate maior, qualitate verò tenuior, & acrior citiùs irritans naturam. Poſt-
ponunt,in quibus contrarium accidit. Acceſſiones longæ ſunt illæ,quæ fiunt à materia
multa, craſſa, lenta,ægrè mobili ob frigiditatẽ;vel quę fiunt in corpore imbecillo, den-
ſo, & quod ſit hebetis ſenſus, breues verò acceſſiones illæ ſunt, quæ contrarias habent
conditiones.

Si conſideremus ordinem, aliæ ſunt ordinatæ, & aliæ ſine ordine: ordinatæ febres
illæ dicuntur, quæ in ſuis circuitibus ſeruant tempora, eundem typum, quo ad diem,
& horam etiam, ſiue de tertio in tertium, ſiue de quarto in quartum, ſiue alio quouis
modo. Si ſine ordine ſint, vel periodicæ, vel non periodicæ, ſed erraticè: periodicæ
illæ ſunt, quæ aliquando typum habentes vel tertianarium, vel quartanarium, variant
tamen ſæpè horam,interdum vero & diem ex Gal.lib.de diff.feb.cap.vlt.& hoc duplici
potiſſimùm de cauſa,vna quidem ratione permutationis inter vnum,& alterum humo-
D rem, vt cum Synochus ſit ardens, vel tertiana in quartanam mutatur, altera verò
ratione errati commiſſi in victus ratione, vel medicamentis, vt cum ex vna quartana
fiunt duæ, vel tres, his addit Auic. lib. 4. fen. prima tract. 2. cap. 1. diuerſitatem ma-
teriæ in multitudine, & paucitate, groſſitie, & tenuitate virtutis imbecillitate, ſen-
ſus acrimonia, non periodicæ, ſed erraticæ, quæ non ſeruant certum diem, horam,
& typum.

A loco etiam ſumuntur differentiæ: nempè à putredinis foco, qui vel eſt extra
vaſa,hinc intermittentes omnes; vel intra, hinc continuæ; neque enim reſolui poteſt
materia exiſtens in vaſis antequam ſuperueniat nouæ corruptio, tum quia eſt concluſa
magis, tum etiam quia pars parti magis hæret, ita vt vna corrupta reliquam faciliùs
euincere natura poſſit,tum demum quia facilior eſt tranſitus continuus putridæ exha-
lationis in cor. A more tandem, atque à criſi differentiæ deſumuntur, cùm aliæ ſint
benignæ, vt omnes acutæ non malignæ, & peſtilentes, aliæ malignæ,vt valde acutæ, &

peſti-

peſtilentes: aliæ ſalutem, vnde ſalubres: aliæ mortem prænnntiant, vnde lęthales dicun- B
tur. Hæc de differentijs febrium putridarum ſimplicium. Ex quibus non eſt admodum
difficilè compoſitas inuenire; nam quæcunque alijs febribus, vel alijs morbis, vel alijs
ſymptomatibus, quàm febribus proprijs iunguntur, illæ omnes compoſitę dici poſſunt,
itaut compoſitarũ febrium aliæ ſint compoſitæ alijs febribus, aliæ morbis, aliæ ſympto-
matibus, ſi componantur primo modo, vel dicuntur componi per confuſionem, vel
per cõplicationem. Diuerſi generis ſicut cum putridæ hectica copulatur 1. de diff. feb.
10. 3. de pręſagit. ex pul. 3. eiuſdẽ generis, ſicut cum plures putridæ inuicem copulantur,
quæ vel ſunt eiuſdem ſpeciei, vt quando duæ, vel tres tertianæ iunguntur 3. de criſ. 9. vel
quartanæ 1. ad Glauc. 11. diuerſæ, vt tertiana, & quotidiana, quemadmodũ in Hemitri-
thęo 2. de diff. feb. 7. & 8. Si complicantur alijs morbis, vt quando iunguntur inflamma-
tioni, vel eryſipelati, vt contingit in Pleuritide, Peripneumonia, & tales febres ab anti-
quis non morbi, ſed ſymptomata appellatæ ſunt Gal. 4. Aph. 42. & 73. 1. in 6. epidem.
29. 11. meth. 1. ad Glauc. 1. cap. 4. t 1. & 14. meth. 11. Si ſymptomatibus, vt quan-
do febris coniuncta eſt cum ſyncope, phrænitide, lethargo, hinc febris ſyncopalis, F
phrænitica, & lethargica; huiuſmodi enim ſymptomata adeò vrgent, vt curationem
totam ad ſe trahant, & propterea ſeorſim etiam à Galeno tanquam miſta curatione
indigentes tractantur ad differentiam aliarum, quæ ſine ſymptomate ſunt. Ex his ſatis
patere poteſt, quæ ſint, & quot differentiæ febrium putridarum, & vnde oriantur.

De ſignis.

Succedit nunc alterum paucis explicandum, quod verſari debet circa eas notas, qui-
bus circumſcribuntur, & ab alijs diſtinguuntur, ſunt autem ſigna, quæ & communia
cum alijs non modò febribus, ſed alijs etiam morbis, deinde & propria huius vel illius
generis febris. Communia ſunt quædam, quæ deſumuntur ex probabilibus quibuſdam
coniecturis, qualis ea eſt, qua apud Galenum vtebatur Archigenes lib. 2. de criſ. cap. 3.
cum ex ſimiliter vagantibus morbis conijcitur natura pręſentis morbi; quare ſi certum
eſt multas vagari fębres putridas, veriſimile eſt eam, quæ præſens eſt, putridam eſſe, ſi
præſertim alia concurrant, quæ id confirment; deinde alia, quæ à Gal. traditur perora-
ꝗue omnium circumfertur deſumpta à iuuãtibus, & nocentibus; nam ſi præſens febris G
iuuatur ab illis præſidijs, quibus febres putridæ iuuantur, nempe vel ab ijs, quæ putre-
dinem abſumunt, vel euacuant, vel ſine calore deobſtruunt, & huiuſmodi, & contrario-
rum vſu lædatur, veriſimile eſt febrem eſſe putridam, quam præmanibus tractandum
habemus, his igitur, & ſimilibus coniecturis in cognitionem ducimur febrem eſſe pu-
tridam.

Ex proprijs verò certiorem febris putridę cognitionẽ aſſequimur, partim deſumptis
ab eſſentia febris putridæ, partim à cauſis eiuſdem, partim à ſymptomatibus: ad eſſen-
tiam pertinent, ea omnia, quæ à caloris qualitate, & motu deſumũtur, de quibus diffuſè
ſuperiùs actum eſt, cùm eſſentiam huius febris explicaremus. Cauſæ verò cùm vel ex-
ternæ, vel internæ ſint, vtræque indicia præbent. Externæ quidem, quia ex Gal. 1. de
diff. feb. cap. 7. proprium eſſe ſolet febrium putridarum ad differentiam ephemerarum,
vt nulla cauſa externa præcedente adoriantur; licet hoc non ſit perpetuum, & inſepa-
rabile ab ipſis, cùm aliquando præcedentibus, vel non præcedentibus etiam huiuſmo-
di cauſis, intercedente, vel non intercedente febre ephemera ſuſcitentur; nam aliquan- H
do febres ephemeræ fiunt abſque cauſa externa, & putridæ à cauſa externa, ephemeræ
nonnunquam fiunt ab obſtructione, vt habetur ex Gal. 8. Meth. med. cap. 4. nam quan-
tùm huiuſmodi cauſæ poſſunt multos, ac prauos ſuccos putredini aptos aceruare, vel
aceruatos ad putredinem deducere ob prohibitam euentationem, tantùm etiam putri-
das præcedere poſſunt.

Internæ verò vel ſunt per ſe, vel per accidens, per ſe, vel antecedentes, vt præſentia
humorum ad putredinem aptorum obſtruentium, vel coniunctæ vt ijdem, humores
actu putreſcentes, per accidens verò, vt temperamentum, habitus corporis, ætas, &
ſexus: ab his omnibus ſumuntur indicia harum febrium vi neceſſariæ conſequentiæ,
quæ inter cauſam, & effectum obſeruatur. Quare vbi deprehenderimus cauſas prædi-
ctas oblato nobis patiente, adeſſe iure etiã conijciemus febrẽ, qua tenetur, putridã eſſe.
Humorum autem ad putredinem aptorum præſentiam cognoſcimus partim ex ante

acta

A acta victus ratione, partim etiam ex ſignis plenitudinis, aut cacochimiæ; quæ ſunt al-
terius inſtituti, neque ad locum hunc pertinent. Obſtructionem verò deprehendimus
partim ex præſentia multorum, aut craſſorum ſuccorum, quos tum multa alia, tum cau-
ſæ antecedentes indicant, partim verò ex innata quadam vaſorum anguſtia, & excreto-
rum, vrinæque preſertim tenuitate, & huiuſmodi alijs. Preſentem verò putredinẽ, & ca-
loris qualitas, & pulſus, & vrina, fœtor, aliaq; oſtendũt ſuperiùs narrata, dum de ſympto-
matibus annexis Almelileтu Arabum ageremus. Inter ætates verò adoleſcentia potiſſi-
mùm ſolet eſſe ferax talium febrium, inter temperaturas calida, & humida primo
de diff. feb. 7. Inter habitus corporis denſus, & obeſus, at demum inter ſexus, virilis
magis: quare vbi omnes, vel plures ſaltem ex his cauſis adeſſe obſeruauerimus, ex his
tanquam ex certiſſimis indicijs conijciemus oblatam nobis eſſe febrem de genere pu-
tridarum.

Quibus ſi ea quoque adijciantur, quæ à ſymptomatibus ſumuntur, ſiue pertineant ad
affectus corporis noſtri, ſiue ad excreta, ſiue ad actiones læſas tam vitales, quàm na-
B turales, & animales, tantò certius has ipſas diſtinguere ab omnibus non putridis, &
in oblato nobis præſente recognoſcemus. Quæ omnia cùm ſuperiùs à nobis abundè
explicata ſint, dum de ſymptomatibus harum febrium in genere verba faceremus, non
eſt cur ad præſens, in illis denuò verſemur; ſed abſoluta iam præſentium cognitione ad
futurorum cognitionem properandum nobis eſt.

De præſagijs, ſeu prognoſticis.

Tantæ dignitatis eſt hæc pars de præſagitione, vt Medicum admirabilem omnibus
reddat, quia vbi ex arte facta fuerit nunquam contingit eam fallacem reddi, quando-
quidem ex recta prædictione ſuccedit recta curatio, vnde ab Hipp. 1. progn. 1. ſcriptũ
eſt, quòd qui rectè prædicit, etiam rectè curat. Ratio hæc deſumpta eſt ex morbi recta
cognitione; nam non poteſt quis rectè curare, niſi morbum agnoſcat, vnde qui benè
cognoſcit, benè curat; & qui ſcit benè curare, ſcit quoque rectè prædicere. Quare qui
rectè prædicit, rectè quoque curat. Ad rectam prædictionem faciendam opus eſt vti
artificio, non autem id caſu, & temerè agendum eſt, ſed cum maturitate, & præmedi-
C tatione. Ars autem rectè prædicendi deſumitur ex collatione virium, roboris, & mor-
bi vehementiæ, ponderata ſymptomatum magnitudine, vi, & ipſorum numero; tandem
ex dierum criticorum exacta obſeruatione.

Futura, quæ de febribus, & omnibus morbis præſagire poſſumus ex 4. de præſagit.
ex pulſibus cap. 11. pertinent, vel ad euentum, vel ad modum euentus, vel ad tempus
eiuſdem. Quod ad euentum attinet, cùm modò ad ſalutem, modò ad mortem termina-
ri poſſit, vtrum horum magis ſortiri debeat conijcere poterimus ex diligenti collatio-
ne roboris naturæ ex vna parte, & morbi ex altera, quæ tunc fiet, vbi ſingulorum
ſignorum, quæ vtriuſque robur indicant, numerus, magnitudo, ac vis rectè expenſa
fuerit, vt lib. de conſtit. ar. med. cap. 8. dicebat Gal. Signa ergo, quæ naturæ robur in-
dicant, ſumuntur partim à cauſis, partim verò à iuuantibus, & nocentibus, partim de-
mum ab effectis. A cauſis primùm quidem, ſi quod febricitat corpus, antea nactum ſit
moderatam qualitatem, & quantitatem ſpirituum; humorum, & partium ſolidarum; in
his enim 10. meth. cap. 1. conſtitutum eſt naturæ robur, ſi idemmet parum ab ea mo-
D deratione labatur; nam vt cum magno lapſu non poteſt magnum robur ſubſiſtere,
magnum tamen cum paruo facilè ſeruatur. A iuuantibus verò, & nocẽtibus, ſi quæ aliàs
ſolebant multùm lædere, parum, aut nihil lædant, & quæ aliàs parum prodeſſe con-
ſueuerant, nunc multùm proſint.

Ab effectis autem, ſeu ſymptomatibus, quæ ſunt læſæ actionis effectus, & excreta
ſumuntur indicia roboris, quotieſcunque fuerint magis ſimilia naturalibus, ſpeciatim
verò in actionibus naturalibus expectare oportet, præſertim inter has coctionem po-
tiſſimùm ex 11. meth. 9. nam vbi hæc probè fiat neceſſariò robur naturæ adeſt. Probè
autem fieri deprehenditur ex excrementis, & vrina potiſſimùm, tanquam à venis; vbi
reſident humores febrem facturi, delapſa ſit, vt docuit Gal. 3. in tertio epidem. 6.
& 3. criſ. 3. atque huic etiam tantùm tribuit antiquitas, vt Gal 2. de diebus decret. 11.
dicat nullum vnquam febricitantem viſum fuiſſe qui cum vrina probè cocta interierit,
& quamuis aliquando obſeruatum ſit aliquos interire cum ſignis coctionis, id tamen

raro

rarò contingit, quia ad febrem ſubſequitur alius morbus, vt euenit Illuſtriſſimo Don B
Petro della Rocca, quem ſimul cum Protomedico huius Regni Siciliæ, Ioſeph Pizzuto
hic Meſſanæ multis ab hinc annis curauimus, qui cum vrinis coctis ex febre in apo-
plexiam cecidit.

Nec tamen pulſus, & actiones, quæ ad animalem facultatem pertinent, ſpernendæ
ſunt, tum quia tantus eſt harum facultatum inuicem nexus, vt cum ſumma vnius im-
becillitate neutrius robur conſiſtere poſſit: tum etiam quia naturalis peculiariter, ita à
vitali fouetur, vt hæc ad illius naturalem, & vitalem tanta intercedat communio, vt vi-
talis robur plurimum faciat ad naturalis conſeruationem, & ex his deprehendi poteſt
naturæ robur. Morbi autẽ, & febris cognoſcitur magnitudo partim ex cauſis ipſius, par-
tim ex ſpecie, & differentia, partim à iuuantibus, & lædentibus, tandem ex affectis, ſeu
ſymptomatibus: & primò ex cauſis, quia ſi magnæ, ac vehementes fuerint cauſæ, tam
internæ, quàm externæ, quæ febrem ſuſcitauerint, neceſſarium eſt magnum eſſe robur
ipſius morbi. Quare ſi magna præceſſerint errata in victus ratione, ſi adſit putredo
non parua, qualis dicitur ea, in qua humores ſunt ſemiputres, vt 1. de diff. feb. 6. ſi con- F
tumax ſit obſtructio, neceſſariũ eſt etiam febrem eſſe magnam, & robur ipſius validũ.

Ex ſpecie verò, & differentia ipſius febris, quia improportionata corpori febricitan-
ti eſt maioris roboris, quàm proportionata, 2. Aph. 34. minùs periculoſè ægrotant ij,
quorum vel naturæ, vel ætati, vel conſuetudini, vel tempori familiaris eſt morbus, quàm
quibus nullo horum affinis, cognatuſque exiſtit; compoſita ſiue eiuſdem, ſiue diuerſi ge-
neris, ſit maius robur ſimplici habet, vt putrida cum hectica, atq; hæc eſt periculoſa, &
magnus eſt morbus, vel cõpoſita ratione diuerſæ ſpeciei, vt tertiana cum quotidiana, ex
quibus fit ſemitertiana, & hæc eſt morbus magnus, vel compoſita ratione eiuſdem ſpe-
ciei, vt duplex, aut triplex tertiana, ſtabilis quoque, & hærens deterior non ſtabili, & fa-
cilè remouibili ob cauſæ ſtabilitatẽ. Ordinata non ordinata peior; nam ordinata à cau-
ſa interna fit, inordinata verò à cauſa externa, & praua victus ratione, 2. de diff. feb. 5 1.
fieri poteſt: continua deterior intermittente, ex 4. Aph. 43. & ex continuis acceſſionem
habens carente acceſſionibus, vt ſynochus; nam licet vniformiter magis affligat, ab hu-
more tamen omnibus mitiore proficiſcitur, ex carentibus verò acceſſione acmaſtica, G
reliquis duabus, cùm ſemper ſeipſam augendo progrediatur.

Ex intermittentibus repetentes, non repetentibus, ex 4. Aph. 30. & ex repetenti-
bus febribus illæ, quæ anticipant non anticipantibus, quoties anticipationis cauſa
à ſolo augmento febris non dependeat, 1. de criſ. 3. ita ergo ex cauſis, & ſpecie ipſius
febris ducimur in cognitionem roboris ipſius febris. Sed ex nocentibus, & iuuantibus
hoc ipſum aſſequimur; nam ſi quę vel multùm prodeſſe ſolent, parum, aut nihil proſint;
vel quæ parum obeſſe conſueuerant, multùm admodum lædant, indicium eſt multi ro-
boris febris. Ex effectis demum, ſeu ſymptomatibus hoc ipſum cognoſcimus, non ſo-
lùm quantùm ad genericum hoc, quòd quantò plura, & grauiora fuerint, tantò maius
robur febris indicabunt, ſed in ſpecie etiam magis, quantùm vitium aliquod vnius, vel
plurium facultatum regentium corpus (quod non ſine magno febris robore accidit)
indicant.

Pertinent autem hæc ad actiones læſas, vel ad affectus noſtri corporis, vel ad excre-
menta. Agamus primùm de actionibus læſis, quæ vel animales ſunt, vel naturales, vel H
vitales; animales verò, principes, vt imaginatio, diſcurſus, & memoria, vel motrices,
vel ſentientes internæ, vt ſenſus communis; externæ, vt viſus, auditus, & reliqui
ſenſus. Doceamus primùm ſingillatim in ſingulis quomodo ex ipſarũ læſione inferatur
læſio facultatis animalis, ac cerebri, & conſequenter febris robur. Prodeant primùm in
medium principes: cum febricitantes falſò imaginantur flocos, & feſtucas ſupra lectum
adeſſe, atque illas carpere, & legere tentant imaginationis vitiatæ indicium, eſt quod
non citra magnum febris robur euenire ſolet, & propterea inter reliqua exitialia ſigna
acutarum febrium, hoc etiam recenſuit Hipp. 1. progn. 27.

Rurſus cum ijdem delira loquuntur, indicium eſt vitiati diſcurſus, quod magnum
febris robur indicat, & propterea Hipp. 2. Aph. 53. deſipientias omnes periculoſas
cenſuit, quãuis minùs eas, quæ cum riſu fiunt, quod arguant benignioris humoris vitiũ.
Cum verò non memorantur eorum, quæ proxime præterita ſunt, eſt graue cerebro

vitium,

A vitium, quod non ſine graui vitio caloris innati ipſius cerebri accidere ſolet, 3. prorrhet. 3. & propterea ſemper malum tanquam inferens magnum febris robur. Principes actiones ſequuntur ſentientes omnes actiones, & primùm ſenſus communis, ad quem, ex 1. de cauſ. ſympt. 8. pertinet ſomnus, & vigilia, hæc vbi lædantur immoderatè, magnum procul dubio febris robur indicant, cùm vel immoderatum cerebri calorem, vel frigiditatem, & humiditatem indicent, & propterea Hipp. 2. Aph. 3. dicebat vtrunque malum eſſe vbi modum exceſſerit. Quod pertinet ad particulsres ſenſus, nulli dubium, quòd vbi præ febris vehementia aliquis grauiter lædatur, & præſertim ex ijs, qui cerebro proximi ſunt, indicari magnum febris robur, quare ab Hipp. 1. prorrhet. 32. ſurditas ſuperueniens inter praua ſigna indicatur, ſic quo ad tactum attinet, vbi circa ventriculum fortis æſtus, & cordis morſus præſentitur, magnum febris robur oſtendit, vnde hoc ab Hipp. 4. Aph. 65. inter praua ſigna etiam enumeratur.

Principibus actionibus ſentientibus ſuccedunt motrices, ex quarum læſione ſimiliter B infertur magnum febris robur, ſiue ea prorſus auferatur, vt in attonitis, ſiue diminuātur tum in toto, tum in aliqua determinata parte, & præſertim ad reſpirationem attinente; neque enim vitia hæc incidere poſſunt citra facultatis motricis, & conſequenter cerebri inſignem aliquam læſionem, idque reſpexit Hipp. 1. progn. 16. & ſequentia varia ſigna læthalia ex varijs differentijs decubitus, & præſertim eius, in qua vel ad pedes labuntur, vel frigidi manent, deſumpſit, nec non ex vitiata reſpiratione mala deſumpſit indicia, ex non vitiata verò bona, & hæc de animalibus actionibus. Pergamus iam ad naturales, appetentia vitiatur aliquando, vel quia aufertur prorſus, vel quia immoderatiùs augetur: quorum vtrunque magnum febris robur indicat, cùm magnam extinctionem, & intemperantiam caloris natiui arguat ſitis, ſi vehementer augeatur, ſummum incendium infert, ſi præter rationem ſubitò ceſſet caloris extinctionem. 2. prorrhet. 22. demonſtrat, & propterea magnum febris robur.

Attractio, retentio, & coctio, vt naturæ robur oſtendunt, cum vitio carent, ita cum primùm febris vehementia validè labefactantur, eiuſdem robur indicant, ſic expulſio, C vbi vel aufertur ex toto, vel imbecilliter fit, magnum febris robur indicat; nam vel calorem valde vrentem, vel exiccantem demonſtrat, vel extinctionem ſenſus, calorіſque innati extemam imbecillitatem, & hinc fit, vt ſicut rigores vel quotidie, in intermittentibus facti, 4. Aph. 63. vel ardentibus ſuperuenientibus, 4. Aph. 58. boni cenſentur, quia naturæ robur indicant, quæ deinde ſudore excernit cauſam morbificam, ita pro malo habeantur, ſi vel non fiant, vel facti non ſoluantur ſudore, ſed prauus alius affectus ſuccedat; indicatur enim febris robur ſuperās naturam aggredientem expulſionē. Poſtremò occurrunt vitales actiones pulſus, & reſpiratio, quarum eadem ferè eſt ratio, vbi ergo has grauiter offendi viderimus, indicia nobis erunt roboris febris, & facultatis vitalis non valentis ſuo fungi munere, & calorem natiuum tueri; læditur autem grauiter ſpiratio quoties vel celerior, vel tardior, vel rarior, vel frequentior, & maior, vel minor, quàm pro naturæ modo conuenit, editur; illud enim auctum nimis vſum à febrili incendio indicat; hoc verò delirij indicium eſſe ſolet, 1. progn. 24. quorum vtrumque non ſine magno febris robore fit; læditur rurſus, vbi tanta cum difficultate fit, vt in ea edenD da muſculi omnes laborent, 1. progn. 18. ac tum maximè, cum eo deducitur, vt quod expirat, frigidum fit; tunc enim non multùm abeſſe caloris innati extinctionem credendum eſt ex loco citato.

Et hæc de primo genere ſymptomatum, alterum pertinet ad affectus noſtri corporis, à quibus non minùs febris robur conijci poteſt, quàm ab actionibus læſis, ſi vnum aliquod tale ſignum, aut plurium collectio firmiter indicare poſſunt, id quod futurum eſt, neque Hipp. ipſe dixiſſet artem longam, neque noſtri temporis Medici admirarentur, ſi poſſibile eſſet, in præcognitione medicinali huiuſmodi omnia euenire, ex 1. de criſ. 13. nam primùm quantum ad ea, quæ ſub viſu cadunt, attinet, ſcimus cutis colores nobis indicare non ſolùm prædominantes in cute ſuccos, ex 1. Aph. 2. ſed etiam caloris innati ſtatum, 4. Aph. 64. propterea tum pro diuerſitate humoris dominantis natura, tum pro caloris innati conditione, variè etiam de morbi robore iudicabimus, atque reſpexit Hipp. 4. aph. 62. dum dixit, quibus in febribus morbus regius ante

diem 7.accidit,malum;nec non 1.progn.70.colorem nigrũ caloris extinctionem ſigni- E
ficare dixit, extinguitur autem vel à contrario, & tunc præcedit liuor, vel à ſimili,ideſt
à calore vrente, & tunc præcedit viridis, 1.de criſ. 13. Quantùm verò ad ea,quę ſub au-
ditu cadunt, & ex vocis mutatione citra vitium inſtrumentorum,vel facultatis mouen-
tis, & ex crepitu inuoluntariè emiſſo, 1. progn. 24. conijcit delirium; quod ſi in febri-
bus accidat, robur ipſarum procul dubio indicatur, cùm delirium citra cerebri vitium
fieri nequeat, cerebrum autem non niſi à validis febribus lædi ſolet.

Ad odoratum pertinet fœtor ex corpore exhalans, à quo roboris febris indicium
ſumitur, quia magnam putredinem ſubeſſe ſignificat, ex 8.meth.7. Ad tactum pertinet
caliditas, & frigiditas,mollities, & durities, à quibus omnibus roboris febris indicia
ſumuntur. Hucq́ue ſpectant multa, quæ apud Hipp. & Gal.leguntur,2. pron. 50. &
56. optimum eſt,ſi corpus omne æquè calidum,ac molle ſit,textu verò 4. ſi caput, ma-
nus, & pedes frigidi ſunt, ventre, coſtiſq́ue calentibus malum; nam vt ait Gal. in Com,
indicium eſt inflammationis cucurbitulæ in modum ad ſe ſanguinem, & ſpiritum tra-
hentis. Relinquitur poſtremum genus ſymptomatum,quod pertinet ad excreta, & po- F
tiſſimùm vrinam, quæ in febribus maximum habet momentum, in qua ſpectatur ſub-
ſtantia, quantitas,qualitas, à quibus omnibus, cùm multum à ſtatu naturali receſſerint,
febris robur indicatur, propterea cum ſubſtantia vrinæ,quæ alioquin futura eſt ſeroſa,
mediaq́ue inter craſſitiem,& tenuitatem, 1.de criſ. 12. ſi nimium craſſa,aut turbida; ſed
cùm vrinarum turbidarum triplex ſit differentia; nam vel turbida mingitur, & clara
redditur, quia ſubſedit in fundo matulæ, vel è contra, clara mingitur,& poſtea turbida
redditur. Tertia eſt, quæ turbida fit,& turbida manet,hæc omnia habentur ſuo loco fu-
ſiùs tractata, nempè decade ſexta, quamuis omnes ſint malæ demonſtrantes magnum
febris robur, peioris tamen conditionis eſt, quæ clara mingitur,deinde turbatur: quæ
verò contraria eſt, melior eſt, media etiam media eſt; vel ſi tenuis, & aquoſa, vel in ſe
contineat, quæ continere non debet, aut nihil contineat eorum, quæ continere debe-
ret, ita vt concoqui non potuerit, indicium malum, 1. progn. vltimo ſi contineat ca-
runculam aliquam, vel ſquamam, vel adipem, vel carnem, magni roboris febris indi-
cium eſſe ſolet; nam caloris hæc colliquantis non ſolùm adipem, & carnem,ſed ſolidas G
& corporis partes ſigna ſunt, 2.progn. tex. 35.

Ita ſi quantitate excedat, aut deficiat magnum febris robur indicare ſolet,præſertim
ſi deficiat; indicat enim naturam aggredi quidem expulſionem nocui, rectam tamen
non poſſe abſoluere: hinc Gal. 1.prorrhet. 1. guttas ſanguinis paucas admodum exeun-
tes pro malo habuit. Ad qualitatem verò pertinet color, calor, odor, vbi nigra reddi-
tur, color omnium deterrimus eſt ater, ex 2. progn. 32. & 33. vt pote qui caloris inna-
ti extinctionem indicat, & conſequenter roboris febris indicium eſt, Gal. 1. prorrhet.
17. ſcribit hiſtoriam cuiuſdam moderatiſſimam febrem patientis, qui poſt quartum
diem vrinam ſecreuit ſubſtantia quidem tenuem, & colore nigram, ſimilem atramenti
pauci copia, multa aqua diluti, qui poſt ſeptimam diem interijt,itaque quo ad odorem
fœtor exitioſum eſt indicium,ex Hipp.2.progn. 32. cùm magnam arguat putredinem,
ſic etiam calor,& acrimonia eiuſdem cum ſuccorum acrium, ac exurentium copiam
indicat. Licet in ſudoribus ex aduerſo multò magis timenda eſt frigiditas, quippe quæ
aut ſummam cruditatem, aut caloris innati extinctionem denotet, ex 1. progn. 24. & H
37. & 1. de criſ. 12.

Poſtremò, quo ad habitum attinet, vbi multum à ſtatu ſecundùm naturam receſſe-
rit, magnum etiam febris robur indicat, ſtatus naturalis eſt, vt ſit mediocris inter te-
nuitatem, & craſſitiem, 1. de criſ. 12. vbi verò tenuitate peccet, indicium eſſe ſolet
multæ cruditatis, & conſequenter roboris morbi,vbi verò craſſitie,vel ebullitionis,vel
hæterogeneitatis materiæ, quorum vtrunque febris robur indicat. Ex his igitur omni-
bus rectè perpenſis, & ponderatis robur morbi ex vna parte, & ex altera naturæ per-
pendendum eſt, indeq́ue, vel malum, vel bonum euentum pro dominio vnius, vel al-
terius eſt prædicendum. Sed præter febris euentum præſagire etiam oportet modum
euentus, & tempus eiuſdem,modum quidem ne auertatur natura ab opere, quod mo-
litur, tempus verò,vt idonea ratione ſecuriùs inſtitui poſſit.

Quod attinet ad modum,cùm febres putridæ ſoleant ſolui aliquando ſubitò,aliquan-

do pau-

A do paulatim: ſi ſubitò, aliquando cum pugna, aliquando ſine pugna erit, ſi cum pugna, & criſi, aliquando per longum ſomnum, aliquando abſceſſu, aliquando expulſione materiæ extra corpus. Si cum abſceſſu aliquando ad partes inferiores, aliquando ad partes ſuperiores, & vtroque modo, aliquando magis ad vnam determinatam, aliquando magis ad alteram, & cum expulſione aliquando fluxu ſanguinis, vel per nares, vel per hæmorrhoydas, vel per vterum, aliquando vomitu, deijectione, vrina, ſudore. Sed iam aperienda eſt nobis methodus, qua poſſimus vnumquemque horum modorum præſagire, vt hac ratione, & ægrotis ſalutem, & arti noſtræ decorem promptiùs comparare poſſimus.

Primùm ergo an ſubitò, an paulatim ſolui debeat febris, conijcimus partim ex ijs, quæ ſunt ſecundùm naturam, partim ex ijs, quæ ſunt præter naturam, partim demum ex non naturalibus. Secundùm naturam ſunt vires, temperamentum, habitus, ætas, & ſexus, conſuetudo, & huiuſmodi, vbi ex his omnibus, vel ſaltem maiori ex parte vim ineſſe obſeruamerimus, conijciendum erit febrem potiùs ſubitò terminaturam quàm B lentè, vbi verò ex aduerſo, lentè potiùs & paulatim, ſubitæ mutationis indicat robur virium, lentæ verò imbecillitas; nam quò robuſtiores, eò citiùs, & expeditiùs pugnam aggrediuntur, & perficiunt, quò imbecilliores, eò tardiùs, 3. criſ. 10. Temperamentum vim indicat ſubitæ mutationis; vel enim encraſia ideſt optima temperatio à natura contracta citiùs ſe ipſam reſtituens priſtinæ moderationi, vel lapſus eius ad ſanguineum, vel bilioſum temperamentum, tardæ verò oppoſitæ conditiones. Habitui verò corporis indicium ſubitæ mutationis raritas, & mollities ſunt; è contra denſitas, & durities lentæ. Aetati autem ſubitæ iuuentus, è contra ſenectus lentæ mutationis vim præbet. Sexus demum virilis ſubitæ, muliebris lentæ mutationis indicium præbet.

Præter naturam ſunt morbus, cauſa morbi, & ſymptomata, quod ad morbum attinet; ſuſcipit vim ſubitæ mutationis ex robore; nam quantò robuſtior fuerit, tantò maiorem impetum naturæ infert, quantò imbecillior, tantò minorem, hinc verò ſubita, vel tarda mutatio ſequetur, & propterea Gal. lib. 1. de diebus criticis 10. ſcitè adC modum dicebat non fieri ſubitam mutationem, vel ſaltem rarò in morbis poſt quadrageſimum diem, ſed maximè vſque ad vigeſimum. Cauſa etiam febris pro diuerſa earum ratione, & natura vim afferunt lentæ, vel tardæ mutationis; nàm humor quò calidior, & tenuior fuerit, qualis eſt flaua bilis, eò magis ſubitam mutationem promouere ſolet; quò frigidior, & craſſior, eò magis lentam, 2. de criſ. 11. Symptomata demum quò plura, & vehementiora, eo ſubitam magis mutationem afferre ſolent, quo remiſſiora, & panciora, eò magis lentam, vbi ergo hoc, vel illo magis rem ſe habere obſeruauerimus, conijcere etiam poterimus de ſubita, vel lenta morbi ſolutione.

Poſtremò etiam hoc ipſum conijcere poterimus ex rebus non naturalibus, atque inter has potiſſimùm aëris occaſione, ad quem redigo cœli ſtatum, regionem, & conſtitutionem temporum; nam quantò magis ad calidum vergunt, tantò magis ſubitam mutationem atteſtabuntur, quantò magis ad frigidum, tantò magis lentam, vbi ergo vel omnia hæc, vel maxima ſaltem pars ipſorum in id conſpirabunt, vt indicent ſubiD tam ſolutionem febris, præſagiendum erit ſubitò potiùs, quàm lentè terminaturum iri; vbi verò ſecus, lentè potiùs, quàm ſubitò, tuncque ſi euentus fuerit ad bonum, ſemper concoctione ſenſim facta; ſi ad malum, è contra. Ex his igitur cognoſcimus, quando putridæ febris ſolui debeant ſubitò, & quando paulatinè.

Sed quoniam, cum ſubitò terminantur, ſolent aut cum pugna, vel ſine pugna ſolui, opus eſt, vt nunc perpendamus an cum pugna, an ſine illa debeant terminari; id quod aſſequi poterimus ponderantes robur morbi, & vim naturæ, inde præſagire an cum pugna, an ſine. Hoc autem, vt abſque errore cognoſcamus, naturæ robur ad morbum collatum attendere oportet, illud enim vel ita infirmum reſpectu morbi erit, vt non audeat pugnam aggredi, vel validum adeo, vt ſtatim conſpecto morbo pugnam aggrediatur, proinde ita ſe habebit, vt vel tandem ſuperet, vel ſuperetur; ſi adeò imbecillum fuerit, vt non audeat ad pugnam venire, tunc ex Gal. 3. de criſ. 10. præſagiendus eſt ſubitus euentus ad interitum ſine

pugna, vel in principio acceſſionis cruda adhuc exiſtente materia,& calorem innatum B
ſtrangulante, vel in augmento, & vigore (in quo grauiſſima ſunt ſymptomata naturæ
robur deſtruentia) vel in declinatione vnà cum extraneo calore innatus etiam imbe-
cillus admodum redditus totus exhalat, ex Gal. 3.de criſ. 9. atque hic modus ſubitæ ſo-
lutionis nunquam dici poteſt cum criſi; nam licet ſubitò fiat, non tamen cum pugna
neceſſariò ad criſim requiſita, ex Gal. 1. criſ. 20. & 2. criſ. 2.

Quòd ſi validum adeò naturæ robur eſſe deprehenderimus, vt poſſit pugnam cum
morbo ſuſcipere, ſiue poſteriùs ſuperetur, ſiue tunc, præſagiendum erit ſubitus euen-
tus cum pugna, & conſequenter cum criſi, vel bona, vel mala, & vtroque modo, vel
ſimpliciter, vel ſecundùm quid: bona quidem ſimpliciter, quando & pugnare, & ſupe-
rare prorſus poterit, tuncque mutatio erit ad ſalutem ſimpliciter, bona autem ſecun-
dùm quid, ſeu imperfecta, quando poterit quidem pugnare, ſed non ex toto ſuperare,
& tunc mutatio erit non in ſalutem ſimpliciter, ſed in melius, mala autem ſimpliciter,
quando poterit quidem pugnare, ſed ita vt ſuperetur, & tunc prorſus mutatio erit ad
interitum ſimpliciter; mala autem ſecundùm quid, quando poterit ſimiliter pugnare, F
& ſuperari, ſed non ſimpliciter, tuncque mutatio non erit ad interitum ſimpliciter,
ſed ad deterius, ex 3. criſ. 2. Ita ergo deprehendimus quando cum pugna, & criſi, &
quando citra pugnam, & criſim ſubitò ſolui debeant; ſed quia, vt antea dicebam, cum
ſoluuntur pugna, & criſi, aliquando ſoluuntur per longum ſomnum, concocta materia
morbifica, ſicuti in illis ſolùm, quæ fœlicem euentum ſortiri debent, 2. Prorrhet. 129.
aliquando verò per tranſlationem eiuſdem extra corpus non tantùm in illis, quæ fœli-
cem euentum, quantùm in ijs, quæ infœlicem euentum ſortiri debent: explicandum
nunc eſt, quando bonum euentum criſi, & pugna ſortiri debent, & qua ratione co-
gnoſcere poſſimus, quando hoc vel illo modo ſolui debent.

Quod attinet ad ſomnum, ex duobus potiſſimùm dignoſci poterit, quando per
ipſum criſis futura ſit, altero quidem, quod ſumitur ex omnibus, quæ fœlicem fe-
bris exitum pollicentur, de quibus ſuperiùs abundè pertractauimus; nam cùm non
poſſint diuturno ſomno ſolui niſi morbi, qui ad ſalutem terminantur, vt paulò
ante ex Gal. dicebam, vbi nouerimus febrem ex earum genere eſſe, quæ infœlicem G
euentum ſortiri debeant, certum eſſe ſciemus non poſſe ſomno ſolui, vbi ſecus
rem ſe habere deprehenderimus, ſperare licebit, quòd etiam ſomno: ſed, vt citiùs
cognoſcatur, ad alterum caput eorum, quæ talem ſolutionis modum præmonſtrant, cõ-
fugiendum erit, quod nititur naturæ ægrotantis, & morbi; nam vbi vtraque habilitatem
habeat ad coctionem per longum ſomnum, conijcienda erit ſolutio per longum ſom-
num, vbi vtrumque, vel alterum ſaltem eidem repugnabit, nequaquam conijciendum
erit. Ex febribus putridis illæ habilitatem habent ad hoc genus ſolutionis, quæ à ſuccis
non ex toto putridis, ſed ſemiputridis ſolùm, neque ex aduſtis, ſed crudis potiùs
ortum ducunt; nam ſicut illi longo ſomno nulla ratione concoqui poſſunt, ita facillimè
iſti concoquentur.

Ex ægrotantibus verò quicunque temperamento calido, & humido præditi, vt in-
fantili ætate conſtituti, & vere & hyeme præſertim febre corripiuntur; nam per has
ætates, & anni tempora ſomni longiſſimi fieri ſolent, 2. prorrhet. com. 29. & 1. Aph. 15.
Quantum verò pertinet ad expulſionem, & abſceſſum, vtro horum modorum magis H
ſolui debeat, dignoſcitur partim ex ijs, quæ ſecundùm naturam, partim ex ijs, quæ præ-
ter naturam ſunt, maiorem, vel minorem, habilitatem indicantia ad hunc, vel illum ſo-
lutionis modum. Inter ea, quæ ſunt ſecundùm naturam vires validæ, quas ex pulſu va-
lido, & magno deprehendimus, expulſionem magis, quàm abſceſſum pollicentur, im-
becillæ è contra abſceſſum potiùs, quàm expulſionem; vbi enim imbecillæ ſunt vires,
neque probè concoqui, neque rectè expellere extra corpus poſſunt, præter vires, ætas
etiam ſpectanda erit, præſertim iuuentus, ac ſenectus, quarum illa expulſionem, hæc
verò abſceſſum pollicetur; nam ſicuti in iuuentute actiones omnes vigent, ita in ſene-
ctute languent. Habitus etiam corporis ſpectandus eſt, qui ſi denſus, innius, & penè
totus obſtructus fuerit, potiùs abſceſſum, quàm expulſionem pollicetur, è contra verò
ſi rarus, peruius, & patens fuerit. Præter ea, quæ ſecundùm naturam ſunt, ſpectare etiam
oportet ea, quæ præter naturam, ſiue cauſa, ſiue morbus, ſiue ſymptoma ſit, ſi cauſa, à

qua

A qua pendet putrida febris, fuerit tenuis, calida, & probè cocta, expectanda magis eſt expulſio, ex 2. criſ. 11. quàm abſceſſus, è contra verò ſi frigida, craſſa, nec omni ex parte concocta, potiùs expectandus erit abſceſſus, quàm expulſio; ſi morbus ſit cæleris motus, potiùs expulſio, quàm abſceſſus, ſi verò tardè, potiùs abſceſſu, quàm expulſione terminabitur. Inter ſymptomata verò rigor potiſſimùm indicat naturam tentantem expulſionem, ex 3. criſ. 11. & propterea in tertianis, & quartanis, vbi validi rigores fiunt, non ſolent abſceſſus fieri, 1. in 6. epidem 11. effuſo ſcilicet humore extra corpus nequaquam verò delato ad aliquam partem pro gignendo abſceſſu. Sed quia, ſiue abſceſſu, ſiue expulſione terminantur, varijs modis id fieri poteſt, vt ſupra dicebamus, aperienda etiam eſt nobis ratio, qua poſſimus diſtinguere, quando vel abſceſſu, vel expulſione ſolui debeant, & quomodo peculiariter id futurum ſit.

Primùm ergo, quod attinet ad abſceſſum, occurrit ante omnia expendendum, an ad ſuperiores, an ad inferiores magis partes futurus ſit, quod cognoſcitur partim ex humoris peccantis natura, & loco, partim verò ex ægritudinis motu; nam ſi humor pec-
B cans, ſua natura ſit craſſus, ſi in ventre inferiori contineatur, morbus verò ſit de genere eorum, qui tardè mouentur, quales ſunt omnes chronici, expectandus eſt abſceſſus potiùs ad partes inferiores, quàm ad ſuperiores, è contra verò, ſi oppoſitæ conditiones adfuerint, vt apertè, colligitur ex Hipp. & Gal. tum. 3. progn. 23. tum. 3. criſ. vltimo. Hoc cognito indagandum erit, ad quaſnam ſuperiores, & inferiores magis partes fieri debeat, quod cognoſcitur tum ex partis natura, tum ex humoris peccantis ſpeciei, & ſitu, ex partis quidem natura, quia ſemper ad eam fiet, quæ reliquis eſt imbecillior, imbecillior autem eſſe poteſt, vel propria natura, vel caſu aliquo, & ſi propria natura, vel ſimpliciter, vel non ſimpliciter, ſed in hoc, vel illo.

Partes illæ propria natura dicuntur imbecilliores ſimpliciter alijs, quæ in propria natura in omnibus ſunt aptæ percipere excrementa aliarum partium, ſiue hoc illis accidat, quia viliſſimæ ſunt, & in nullum inſtitutum factæ, niſi vt aliarum recipiant excrementa, qualis eſt cutis, ſiue quia laxiſſimæ, vt ſunt omnes glandulæ, ſeu quia, & laxæ, & in continuo motu verſentur, quales ſunt articuli: illæ verò dicuntur propria natura
C imbecilliores non ſimpliciter, quæ in hoc, vel illo ſunt ſolùm imbecilliores, ſicuti cùm accidit partem quampiam alioquin validam in quopiam ab ortu naturæ factam fuiſſe imbecillam, illæ verò dicuntur imbecillæ non natura, ſed caſu aliquo, quæ alioquin validæ exiſtentes imbecillitatem ex accidenti contraxerunt, vt caſu, percuſſione, & huiuſmodi, vbi ergo abſceſſum nouerimus futurum, vel in ſuperioribus, vel inferioribus partibus, vt cognoſcamus, in qua nam determinatè, inter cætera quæ cõſiderare oportet, eſt imbecillitas partis, ſiue à natura, ſiue à caſu contracta fuerit, & ſi à natura, ſiue ſimpliciter, ſiue ſecundùm quid, & pro varia ratione roboris, & imbecillitatis, colligere etiam, quæ natura magis, & minùs paſſura ſit abſceſſum, quòd etiam eò certiùs aſſequetur, ſi imbecillitati partis adijciatur coniectura, quæ & ex ſpecie humoris, & ex ſitu eiuſdem deſumitur, ſcimus verbi gratia, ex vna parte cutem partem eſſe propria natura ſimpliciter imbecillem, & cognoſcimus ex altera humorem peccantem eſſe tenuiſſimum, & per habitum corporis diſuſum, & ex vtroque hoc colligendum futuram criſim ad cutem, vel per puſtulas, & ſcabiem, vel per ſimplicem coloris mutatio-
D nem, vt in arquatis.

Rurſus ſcimus ex vna parte articulos, & glandulas propria natura eſſe ſimpliciter in omnibus imbecillas, ex altera verò materiam peccãtem eſſe craſſam, & grauem; locum verò in quo cõtinetur eſſe ventrem, & ex hoc vtroque colligimus ad articulos, vel glandulas inferiores; ſicuti è contra ſi tenuior, & in loco ſuperiori, vel ad articulos, vel ad glandulas ſuperiores ferri, ad eas quidem, quæ poſt aures, ſi in capite; ſi verò in thorace ad eas, quæ ſub alis ſunt. Id ipſum etiã dico de partibus, quas imbecillas eſſe nouerimus non ſolùm propria natura, & ſimpliciter, ſed in hoc, vel illo, ſiue à natura, ſiue caſu aliquo id acciderit; nam ſemper ad eas potiùs futurum abſceſſum iudicabimus, quibus, & humoris natura, & eiuſdẽ ſitus hoc ipſum atteſtãtur. Ita ergo prçcognoſcitur, quãdo abſceſſus ſolui debeãt, & qua ratione peculiariter id futurũ ſit, ſed hoc ipſum ſãtumdẽ declarandũ eſt in expulſione; vt cùm nouerimus expulſione ſolui debere, cumq; varia ſint huius genera, poſſumus etiã præſagire, quo genere expulſionis potiſſimùm id futurũ ſit.

Occurrit

Occurrit in primis ſanguinis fluxus, de quo præcognoſcere poteritis inſpecta natura ægrotantis, & morbi, nec non anni tempora. Ad naturam ægrotantis pertinet ætas, & temperamentū. Inter ætates adoleſcentia, & iuuentus vſque ad 35. annum tam in maribus, quàm in fœminis ſolet apta ſolutione terminare morbum per ſanguinis fluxum 3. progn. 12. & 35. inter temperamenta verò, tum calidum, & humidum, tum calidum, & ſiccum ſanguinis effluxum afferre ſolent, illud quidem, quòd multum ſanguinem aceruat, hoc verò, quòd acrem, & tenuem. B

Natura etiam morbi hoc ipſum indicabit; nam ſi vel à copia ſanguinis, vt in ſynocho vel ab acri, tenui, & erodente humore ortum duxerit, iudicium erit futuræ ſolutionis per ſanguinis fluxum, 1. in 1. epidem. 9. ſed id etiam ex anni tempore coniijcietur; nam vere magis ob ſanguinis copiam fieri ſolent profluuia ſanguinis, ex 3. Aph. 20. nec non æſtate ob bilis redundantiam. Ex qua nam parte magis futurum ſit profluuium ſanguinis ex naribus ne, an ex hæmorrhoydibus in viris, an ex vtero in mulieribus, præcognoſcetur inſpecto potiſſimùm ſanguinis fluxus impetu; nam ad quam partē ex dictis irruere videbis, per eam etiam futurum profluuium intelliges; cognoſcetur autem impetus varius ex varijs ſymptomatibus, quæ ſanguinis motum ad hanc, vel illam partem ſequuntur, quorum perſæpè meminit Hipp. & Gal. præſertim 3. criſ. 10. & 3. progn. cit. Quòd ergo ad partes ſuperiores, & tandem ad nares feratur, clarè demonſtrant difficultas reſpirationis, præcordiorum contractio, grauitas capitis, pulſus, & palpitatio, ſplendor oculorum, lacrymæ præter voluntatem fluentes, rubor genarum, & faciei, & cum proximè inſtat pruritus circa extimam partem narium, & frequens manuum admotio ad ipſas. F

Si verò ad hæmorrhoydas, circa lumbos grauitas, & tenſio, cui ſymptomati, ſi conſentiat etiam natura morbi à melancholico, ſeu craſſo humore, & ſanguine pendentis, ſi ætas conſiſtentiæ, in qua plurimùm atræ bilis eſſe ſolet, ſi conſuetudo tantò, citiùs futurum profluuium per eam partem coniijcietis; ita etiam ſi in mulieribus grauitas, & tenſio circa lumbos, & vterum ſuperueniat, & præter hæc morbus pendeat à multo, vel acri ſanguine, & aſſueta ſit ætas, & conſuetudo copioſæ expurgationis conſentiat, ex omnibus certiſſimè colligere licebit fluxum ſanguinis per eam partem. Sed vomitu etiam perſæpè fit expulſio materiæ peccantis, quam præmonſtrant non ſolùm natura patientis ad vomitum prona, & aſſueta, ſed humoris etiam peccantis conditio, ſeu qualitas, qui faciliùs ad ſuperiora, quàm ad inferiora moueatur, qualis eſt bilioſus præſertim; ac demùm ſymptomata ſuperuenientia, quæ ſequuntur motum humoris in eam partem, qualia ſunt nauſea, morſus oris ventriculi, præcordiorum contractio, dolor capitis, vertigo, ſcotomia, 3. de criſ. cap. 11. & 1. ad Glauc. cap. 15. G

Quòd ſi deiectione futura eſt expulſio, cognoſcitur ſimiliter partim ex ægrotantis natura in tale genus excretionis prona, qualis eſſe ſolet eorum, quos balbos vocamus, 6. Aph. 32. partim ex humoris peccantis ſpecie, ac loco; graues enim, & craſſi, quemadmodum pituita, & melancholia, vbi vel in primis venis, vel in caua hepatis continentur, promptè deiectiones expelli ſolent, 3. de criſ. 3. partim demùm ex ſymptomatibus, quæ motum humoris ad inteſtina, qualia ſunt iliorum murmur, & ſuſpenſio, 4. Aph. 73. præſertim verò ſi multa copia vrinæ non exeat, ex 4. Aph. vlt. Si verò per vrinam debuerit humor noxius expelli, dignoſcitur ſimiliter, & ex patientis natura prona, & aſſueta tali excretioni, quòd vrinæ vias latas, ac peruias habeat, & ex humoris peccantis ſpecie, & motu, ſpecie quidem ſi tenuis, & aquoſus ſit, aut bilioſus, aut pituitoſus, ſi acris, & mordax expulſionem ſollicitet; motu verò ſi ad renes, & veſicam ferātur, quod ex ſuperuenientibus ſymptomatibus deprehenditur, qualia ſunt dolor, & grauitas circa veſicam. H

Poſtremò ſi ſudore futura ſit expulſio, præcognoſcitur ſimiliter ex natura egrotantis ad hoc genus excretionis prona, & aſſueta, & ex ſpecie humoris peccantis, & ex impetu eiuſdem: & ex naturis illæ maximè aptæ ſunt, quæ conſtant habitu raro, & poroſo, & ſcatent humoribus tenuibus, 3. de cauſ. ſympt. 2. ſpecies autem humoris debet eſſe tenuis, vel propria natura, vel ope caloris innati attenuata, vel arte, propterea bilioſas febres frequenter ſudoris excretione ſolui videmus; pituitoſas verò, & melancholicas rarò, niſi primùm attenuata, & cocta maxima ex parte fuerit materia; impetus autem

humoris

A humoris ad cutem, quandoque ex pruritu, quandoque ex robore cutis, quandoque ex ſuperueniente, tam continuis, quàm intermittentibus rigore indicantur, ex 4. Aph. 58. Ex his iam ſatis, ſuperq; patet, qua ratione præſagire liceat modum euentus in febribus, non ſolùm in vniuerſali, ſed in particulari etiam, quantum ad hunc, vel illum pertinet. Relinquitur, vt paucis aperiamus rationem, qua poſſimus etiam tempus euentus præſagire, ſeu præcognoſcere non ſolùm indefinitè, ſcilicet numquid longo, vel breui tempore ſolui debeant, ſed etiam definitè, ideſt quota die, aut hora præciſè, præſertim cum criſi id futurum eſt. Tempus num diuturnum, vel breue ſit futurum, cognoſcitur ex celeritate, aut tarditate motus ægritudinis ſequente robur, aut imbecillitatem cauſarum mouentium, ſiue ad ſalutem, ſiue ad interitum moueant, quemadmodum Gal. 3. de criſ. 4. ſcriptum reliquit euentum morbi cognoſci poſſe à ſpecie morbi, à vehementia, & à more; ita que ſtatuit breuitatem, & longitudinem debere, & poſſe cognoſci ex motu eiuſdem.

Motus verò celeritas, aut tarditas indicabitur, & à morbi natura, & ab anni tempo-
B ribus, & ab acceſſionum ſucceſſiuis incrementis, & decrementis, & ex ijs, quæ mox apparent, coctionis celeritatem, vel tarditatem, bonitatem, vel prauitatem indicantia, vt 1. Aph. 12. & com. 12. ex Hipp. & Gal. colligitur. Diuturnitatis autem & breuitatis menſuram diſtinctiùs aſſequimur, ſi præter hæc etiam modus euentus à nobis inſpiciatur, quia ſi ad bonum futurus ſit, illud perpetuum eſt, tam in his, qui breui, quam in his, qui longo tempore ſolui debent, vt nunquam ante coctionem vel perfectam, vel perfectæ ſaltem proximam ſoluantur, 3. criſ. 10. Quod tempus ſemper incidet, vel in fine *rigoris*, vel parum ante: quare in hoc caſu ſiue breui, ſiue longo tempore ſolui debeat, nunquam ante *rigorem*, ſed poſt prædicendum eſt tempus euentus; Quòd ſi ad malum futurum ſit, illud etiam perpetuum eſt, vt nunquam in declinatione, ſed vel in principio morbi, moriantur ægrotantes quando natura plurimum à morbo grauatur, & ſuperatur; nam non audet aduerſus morbum pugnare; ſine autem certamine criſis non ſit, vel moriturus ad morbi declinationem peruenire minimè poteſt, non tamen ad ſtatum neceſſariò venit; contingit enim ipſum in augmento, & ſæpè in prin-
C cipio mori, & ratio eſt, quia in declinatione natura iam morbum ſuperauit, at in declinatione particularis acceſſionis plurimi intereunt, 3. de criſ. 9.

Quare in hoc caſu, ſiue febris ſit in genere earum, quæ aut longo tempore, aut breui ſoluuntur, nunquam, vel citiùs, vel tardiùs tempore augmenti, & vigoris vniuerſalis id futurum eſſe præcognoſcimus, ſed poſtquàm nouerimus breui ne, an longo tempore ſolui debeat, illud etiam præcognoſcendum relinquitur, quod maiori adhuc admiratione dignum eſt, quota die, & hora id futurum ſit. Quod attinet ad diem, coniectabitur dies futuri euentus partim ex criticorũ dierum obſeruatione, partim verò ex ſymptomatum grauitate, quæ imminentem criſim præcedere ſolent. Criticorum verò dierum obſeruatio in eo potiſſimùm conſtituta eſt, vt ſciamus, qui nam ex ipſis ſint indicantes, & qui indicati, & qui iudicantes, & iudicatorij appellantur, & qui neque indicantes, neque indicati, ſed intercidentes, & intercalares dicuntur, de quibus paulò infra tractabitur.

Poſtquàm ergo hæc rectè obſeruata fuerint, diem conſtitutam futuræ criſis hoc mo-
D do facillimè cognoſcere poteritis, cùm ex diebus, qui toto febris decurſu incidunt, quidam ſint iudicatorij, alij indicatorij, alij intercidentes, atque inter indicatorios, & iudicatorios intercedat hic nexus, vt quicquid in iudicatorio futurum eſt, illud idem præmonſtratum ſit antea in ſuo iudicatorio, ex eo, quod in indicatorijs accidere obſeruauerimus, præcognoſcemus facillimè diem futuræ criſis eſſe iudicatorium immediatè ſubſequentem, vt pote ſi in 4. indicetur futura criſis ex apparentibus ſignis coctionis, vel prauitatis, ex ſuperuentu grauiorum ſymptomatum, & huiuſmodi, præcognoſcemus criſim futuram eſſe in ſeptima, quæ indicatoriæ proxima eſt quartæ; id ipſum dico de 11. & 14. de 17. & 20. & ita de alijs.

His tamen adhibitis limitationibus, prima niſi aliquis error incidat; nam ob errores perſæpè ſit, vt protrahatur vel anteuertatur hoc tempus, protrahitur in euentu bono, anteuertitur in malo, atque ſecundùm magis, & minùs pro diuerſitate erroris, aut maioris, aut minoris errati, ex 1. de diebus crit. 10. Secunda limitatio eſt, niſi accidat diem

diem iudicatorium alium eſſe à die acceſſionis; nam ſicut vbi in vnum recurrant ferè B
ſemper fit criſis in iudicatorio, ita vbi non recurrant, non ſemper; nam in die acceſſionis præſertim iudicatio fieri ſolet; propterea tam in his, qui imparibus, quàm qui paribus diebus mouentur, vt regula vera ſit, quòd in intermittentibus non ex dierum, ſed ex acceſſionum numero denominandi ſunt dies, tam indicatorij, quàm critici: in aſſiduis verò, & nullam ferè exacerbationem habentibus ex horarum numero dies denominationem ſumunt. Tertia eſt, vt niſi euentus futurus ſit pernicioſus; nam ſicuti 4. eſt index ſeptimæ in ſalubribus, ita ex aduerſo in exitialibus ſolet eſſe 6. ex Gal. 1. de diebus crit. cap. 4. Quarta eſt ſuppoſita regulari, & moderata celeritate, vel tarditate motus ægritudinis; nam vbi vel ad celeritatem, vel ad tarditatem multus ſit lapſus, ſolet celeritas diem iudicatorium anticipare, tarditas verò poſtponere, & propterea quia ſeptima futura erat criſis aliquando ſexta, aliquando octaua iudicat.

Quinta, & poſtrema limitatio eſt, niſi ea ſit, vel acceſſionis ſymptomatum vehementia, vt natura coacta in die aliquo intercidente criſim faciat, vt 3. 5. 9. vel 8. vel 10. quando prauus futurus ſit exitus. Ita ergo ex dierum criticorum obſeruatione dies futuræ criſis præcognoſcitur. Sed tunc maximè, & certiùs id fiet, ſi grauitas ſuperuenientium ſymptomatum attendatur; nam id perpetuum eſſe ſolet, vt vel nox præcedens diem, vel dies præcedens noctem, in qua futura eſt iudicatio, ſit moleſtior, & grauior nouo ſuperuentu grauiorum ſymptomatum, 2. aph. 13. & 3. criſ. 2. propterea ſi in quarta indicata aliqua criſis vel ex coctionis ſignis, vel ex incipiente aliqua excretione, & in nocte præcedente ſeptimam, obſeruata fuerit moleſtia maior, ſubitò nihil dubitandum, quòd ſeptima die futura ſit criſis. F

Qua hora autem præciſè illius diei id accidere debeat, præcognoſcitur ex acceſſionis temporibus; nam cùm ad malum futura ſit iudicatio, ferè ſemper in deteriori acceſſionis parte, atque aut in principio ſuffoco calore, aut in augmento & vigore obruto à vi ſymptomatum accidere ſolet; nonnunquam etiam in declinatione eodem exhalante vnà cum extraneo, vt ſupra ex Gal. 3. criſ. 9. vbi verò ad bonum, ferè ſemper in vigore, aut circa vigoris finem. Quando autem magis in prauis futura ſit in principio, & quando magis in augmento, aut vigore, & quando magis in declinatione cognoſcitur inſpecta natura morbi; nam vbi à multa, & cruda materia ortum ducat, timendum ne in principio ſtrangulato calore ante pugnam: vbi verò ex aduerſo peccant humores acres, mordaces, calidi, & grauia ſymptomata afferentes, potiùs in augmento, ac vigore, quia tunc omnia ſumma ſunt, diſſipato calore; vbi mediam naturam habuit, ita vt poſſit cum natura pugnare, etiam in vigore, ſed vt victa relinquatur, in declinatione accidit. G

Hunc in modum licet præſagire in putridis febribus non modò euentum bonum, vel malum, ſed etiam modum euentus, ſeu viam, & tempus, nec ſolùm in vniuerſali, ſed in particulari, ita diſtinctè, vt & diem, & horam determinatã prædicere valeamus. Sed quia quantum ad euentum ad bonum, tum ſimpliciter, quando ſit mutatio ad ſalutem, tum ſecundùm quid, cum ſit ad meliùs, ſiue iam factus, ſiue futurus ſit, relinquitur etiam vnum præcognoſcendum, quod futurum reſpicit, nec ſanè contemnendum, quod pertinet ad ſtabilitatem, aut inſtabilitatem ipſius, ſeu ad non recidiuam, vel recidiuam futuram poſt ſalutem, aut mutationem ad meliùs; non ab re erit, vt nihil in horum futurorum contemplatione prætermittatur, pauca igitur quædam de ratione præcognoſcendi futuram recidiuam hoc loco ſubijcere expedit. H

Qualis nam ergo futurus ſit euentus ad bonum, quem criſis aliqua ſtabilis attulit, & ſine recidiua, an potiùs inſtabilis, & cum recidiua, ex duobus potiſſimùm fontibus dignoſcere poterimus, ex modo ſcilicet, quo facta fuit criſis, & ex cauſis ipſius. Ex modo quidem primùm, quia ſi facta fuerit in die indicatoria præmonſtrata à præcedente indicatoria, in qua ſigna coctionis apparuerint, ſperanda eſt ſtabilitas, vbi ſecus timenda eſt recidiua, ex 4. Aph. 36. 3. progn. 9. & 22. rurſus ſi cum alleuiatione, & tollerantia facta fuerit, ſperanda eſt ſtabilitas ſiue minùs recidiua, ex Galeno ibidem. Ex cauſis etiam criſis hoc ipſum dignoſcitur, ſiue ſecundùm naturam, ſiue præternaturam fuerint, ſecundùm naturam quidem, vt vires, temperamentum, ætas, & huiuſmodi; nam quantò hæc in meliori extiterint diſpoſitione, tantò tutiorem, & ſtabiliorem erunt

criſim

A criſim afferentes, quanto è contra, ſuſpectam magis. Preternaturam verò ſi cauſa mor-
bifica ex toto eradicata fuerit, ſperanda eſt ſtabilitas, ſin ſecus recidiua; nam quæ relin-
quuntur in morbis recidiuam facere conſueuerunt, 2. aph. 12. cognoſcitur autem non
eradicatam fuiſſe ex remanentibus ſymptomatibus, vt inappetentia, 2. aph. 8. ſiti, do-
lore capitis, & huiuſmodi, ita ſi febris de genere earum fuerit, quæ à tenuibus, & cali-
dis ſuccis ducunt originem, ſperanda magis ſtabilitas, ſin ſecus, timendum; nam in his
minus rationi conſentaneum eſt exiſtimare vnica criſi quicquid noxij humoris aderat
eductum fuiſſe. Poſtremò ſi ſymptomata prædicta inappetentia, ſitis, tarda reſpiratio,
&c. poſt iudicationem relinquantur, timenda eſt recidiua, tãquam indicium totam ma-
teriam non eſſe victam, ſi contra ſperanda eſt ſtabilitas boni euentus.

De Curatione in genere. Cap. IV.

ABſoluta cognitione tam præſentium, quàm futurorum circa febres pu-
B tridas in genere, relinquitur, vt de curatione earumdem generatim ſi-
militer (quod erat alterum caput ex duobus propoſitis in principio)
verba faciamus. Poſita igitur eſt harum febrium curatio in tribus po-
tiſſimùm, in inuentione ſcilicet indicationum curatiuarum, in recta
earumdem diſpoſitione, vt ſciamus quid, poſt quod faciendum ſit, ac
tandem in recto vſu trium inſtrumentorum, Diætæ ſcilicet, Pharmaciæ, & Chirurgiæ,
quibus prædictis indicationibus ſatisfaciamus. Primum igitur, quod ad inuentionem
attinet, indicationes curatiuæ (non modò in curanda febre, ſed in quouis alio morbo
curando) ſumuntur partim à rebus nõ naturalibus, partim à rebus ſecundùm naturam,
partim demum à rebus præter naturam.

Inter res non naturales ſolus aër ſpectatur, qui nihil quidem indicat, vbi talis natura
ſuppetat, qualis deſideratur, ſed vbi contraria ratione ſit affectus, indicat ſui correctio-
nem vſu contrariorum. Inter verò res ſecundùm naturam conſiderantur potiſſimùm,
& vires, & temperamentum, à quibus indicatur conſeruatio vſu ſimilium, 9. meth. med
C cap. 14. & 15. Inter verò res præter naturam ſpectantur, & morbus, & cauſa morbi,
& ſympomata, à quibus omnibus indicatur ablatio vſu cõtrariorum, 11. meth. cap. 12.
ſed alia atque alia ratione pro diuerſitate ipſorum. Morbus itaque cum dicat intempe-
riem calidam, & ſiccam, vel præſentem, vel futuram ſaltem, indicat refrigerantia, &
humectantia, 10. meth. 10.

Cauſa verò cùm varia, & multiplex ſit, varia etiam indicat; putredo, quæ eſt proxi-
ma, & immediata cauſa, 11. meth. med. 4. duo indicat, alterum, vt quod putredinis iam
factum eſt, ſanetur, aut extra corpus educatur, ſi nullam ampliùs admittat curationem;
alterum verò, vt quod ipſius in generatione adhuc eſt, ſiſtat, inhibeaturque, 11. meth.
med. 10. hoc autem fiet, ſi cauſam proximam ipſius (quam diximus eſſe prohibitam
tranſpirationem, 10. meth. 10.) auferamus: aufertur autem prohibita euentatio, ſi quid
factum eſt obſtructionis, aut adſtrictionis, tollatur per ea, quæ obſtructionem, vel ad-
ſtrictionem liberant, 11. meth. med. quæ autem in fieri eſt, inhibetur per ea, quę cauſas
obſtruentes, aut adſtringentes compeſcunt, vt Gal. ibidem docet.

D A ſymptomatibus verò, vbi virea deijciunt, vel illis moleſta ſunt, vt curationem ad
ſe trahant, indicatur, ex Gal. 11. meth. 1. & 12. & 1. ad Glauconem 14. lenitio vſu con-
trariorum, quæ morbo, & cauſæ quàm minimùm fieri poteſt, obſint. Hæ ſunt omnes
indicationes, quę in curanda febre putrida nobis ſe ſe offerunt, quas vt rectè diſponere
poſſimus, primùm antequam opus aliquod aggrediamur, oportet eas inuicem cõferre,
in qua collatione reperiemus neceſſariò vel eſſe ſibi ipſis cõſentientes prorſus, vel ali-
qua ratione diſſimiles, & diſcrepantes, vel etiam prorſus contrarias, ſi prorſus ſimiles
ſint, nihil eſt, quod impediat, quò minùs omnibus ſimul ſtatim ſatisfiat, 10. meth. 1. ſi
verò ſint aliqua ratione inter ſe diuerſæ, vel tales ſint vt poſſit omnibus ſimul ſatisfieri,
vel non poſſit: ſi poſſit nihil cunctandum, ſi non poſſit primùm ſatisfaciendum erit ijs,
quæ ſumuntur ab vrgentiori indicante, 3. meth. med. 9. deinde verò illis, quæ futuræ
ſunt cauſæ reliquarum, quæ efficientes ſunt; poſtremò ijs, ſine quibus nequeunt reli-
qua fieri. Quòd ſi prorſus contrariæ fuerint, perpendendum erit, nunquid inter illas

vna quæpiam ſit, quæ maximè omnium requiratur, an plures æqualiter, an vna magis E
reliquis, ita tamen vt ipſæ quoque magnopere deſiderentur, 1. ad Glauc. 10. & 10.
meth. med, 9.

Si vnum præ cæteris maximè omnium requiri obſeruauerimus,ei primùm,& maxi-
mè ſatisfaciendum eſt,ſi verò plures ęqualiter, illis etiam ęqualiter ſatisfaciēdum erit;
ſi verò magis huic, vel illi, quàm alicui alteri ſatisfaciendum erit ijs, quæ magis requi-
runtur, alijs tamen minimè neglectis; magis autem requiruntur ex Gal. ſententia 8.
meth. 9. & 11. eiuſdem 3. quæ à pluribus, & efficacioribus indicantibus exiguntur.
Neque enim inſpiciendus eſt numerus tantùm eorum,quę indicant,ſed vis,& poteſtas
etiam ipſorum, quæ conſtituta eſt, & in magnitudine, & in qualitate ipſorum.

Redigamus rem ad exemplum,ea,à quibus deſumuntur indicationes,ſeu indicantia
in curatione febris putridæ,ſunt vel res non naturales,vt aër, vel res naturales, vt vires
potiſſimùm,& temperamentum:vel præternaturales, vt cauſa, morbus, & ſymptoma-
ta: omiſſo aëre tanquam minimè omnium indicante naturam ſeruante, cùm indicati
etiam rationem ſubeat, & omiſſo etiam ſymptomate vt eo,quod ad vires dirigitur; ex F
reliquis indicantibus,ſi ea conſeramus ad inuicem, comperiemus nihil eſſe,quod præ-
cæteris dignius ſit,ac magis vrgens viribus, 11.meth.med.cap.3. propterea intentioni,
quæ ab ipſis ſumitur, ſcilicet vt conſeruentur,præ omnibus ſatisfacere oportet, ita vt
cùm imbecillæ ſint, etiam ſi morbus,vel cauſa,vel ſymptomata vrgeant,non ſit inedia,
aut euacuatione aliquid tentandum, ſed potiùs refectioni,quantùm vſus exigit,incum-
bendum.

Poſt vires,ſi conſeramus cauſam,morbum,& ſymptomata ad inuicem,nulli dubium
eſt, niſi ſymptomata nos magis ſolicitent, quàm par ſit, quòd primùm morbo, &
cauſæ incumbendum erit, propterea quòd ſublatis his tolluntur etiam ſymptomata.
Sed vbi accidat (quod frequentiſſimè euenit) moleſta adeo eſſe ſymptomata, vt (niſi
ipſis ſtatim occurramus) vires deijciant, & morbum augeant, tunc incumbendum eſt
ſymptomati, 13. meth. med. 1. ita tamen vt morbum,& cauſam,quantùm fieri poſſit,
minimè lædamus; ita quoque ſi cauſam cum morbo, hoc eſt cum febre conſeramus,
nulli dubium eſſe debet, quòd vbi nihil occurrat, ratione cuius magis morbus vrgeat, G
quàm cauſa,tunc eſſe primùm,& magis ſatisfaciendum indicationi, quæ à cauſa,quàm
quæ à morbo deſumitur,quia hac ſublata, ſoluitur etiam morbus, non è contra; nam
ſi quid adſit ex parte morbi, quod magis vrgeat, quàm cauſa,ſecus agendum erit,ſicuti
in febre ardente, ex 9. meth. quia magnitudo caloris, in quo poſita eſt natura morbi,
ſuperat magis cauſam,hoc eſt putredinē humoris bilioſi,vel obſtructionē,vel quamcū-
que aliam:erit proinde magis incumbēdum indicationi ſumptæ à morbo,quàm à cau-
ſa, ſcilicet refrigerationi, & humectationi, quàm ſanationi, vel inhibitioni putredinis.

Inuentis, & rectè diſpoſitis indicationibus curatiuis, eiſdem ſatisfacere oportet
recto vſu trium inſtrumentorum medicorum, diætæ ſcilicet,pharmaciæ,atque chirur-
giæ,qui in eo conſtitutus eſt,vt in aſſequendis inuentis indicationibus nullus error cō-
mittatur, vel in quantitate,vel in qualitate,vel in numero, vel in loco, vel in modo, vel
in tempore, vel ordine eorum, quæ ad vſum horum inſtrumentorum pertinent.
Exordiar primùm à victus ratione,tū quia reliquis duobus ſit natura prius, & nobilius
inſtrumentum, tum quia per ipſum ſolum primæ, ac omnium digniſſimæ intentioni, H
virium ſcilicet conſeruationi ſatisfiat, & quoniam ad hoc inſtrumentum non modò
aër, ſed etiam cibus,& potus,ſomnus & vigilia,& reliquæ res non naturales pertinent,
explicare ſingulatim contendam, Deo dante, qua ratione vnaquaque dictarum rerum
naturalium generatim vtendum ſit in curatione putridarum febrium,idque non ſolùm
quādo ſatisfaciendum erit indicationibus à viribus ſumptis,verùm etiam cum ijs,quę,
& à morbo, & à cauſis peti cuique comperium eſt.

Primùm itaque,quod attinet ad aërem, eo vtimur duplici ratione,altera quidem ad
conſeruandas vires, altera verò ad ſubmouendum morbum, febrem ſcilicet, quæ eſt
intemperies calida,& ſicca;vires itaque cōſeruat;tum quia vna cum cibo, & potu con-
currit ad reficiendam ſpirituum ſubſtantiam,quæ vna cum humoribus, & partibus ſo-
lidis eſt virium baſis, tum quia per os, & nares ad pulmonem, & cor delatus frigidior
exiſtens temperat caloris exceſſum; morbum verò pellit ratione contrarietatis,ſi talis

ad cor

Digitized by Google

A ad cor feratur. Quare ſi nobis ſuppetat aër natura frigidus,& humidus,nihil aliud circa ipſum agendum relinquitur, ſed pro gratia habemus,8.Meth.med.nam talis,& ad conſeruandas vires, & ad morbum expellendum aptiſſimus eſt;danda ſolùm opera,ne præ ſua frigiditate nimia claudat poros, ſicque inhibeat effluxus calidæ exhalationis; nam hac ratione & febrem, & putredinem foueret; propterea quò poſſit ad cor frigidus aër permeare citra externæ cutis ſtipationem,Gal. 10. meth. med. 8. vtendum eſt, ſcilicet vt reliquo corpore optimè pannis tecto ſolum caput detectum maneat,non quòd omnibus ſit caput detectum,ſed pro cõſuetudine, ætate,capitis robore,aut debilitate,anni tempore, vel regione, vel etiam corporis habitu, & complexione, vbi verò talis non ſuppetat natura, arte parandus ijs, quæ à Gal. traduntur 10. Meth. med. & 8.& 11. meth. med. cap. 14. Quod ad cibum attinet multa circa ipſum conſideranda ſunt, videlicet in primis, an cibandum ſit, quantũ, quale, quomodo,quo tempore,quo ordine.

Quod pertinet ad primum, cùm ſemper in contrarijs indicationibus verſandum ſit, quia vires indicant dandum eſſe pro ſui conſeruatione,cauſa verò morbi,putredo ſcili-
B cet indicat non eſſe dandum, quia quò magis natura ciborum coctioni vacat,eò minùs vel expellendæ, vel concoquendæ putredini intenta eſt.Quare oportet diligenter perpendere,quid magis vrgeat,atque in hoc caſu,vel æquales eſſe vires vtriuſque indicationis erit deprehendere,vel inæquales,atque aut magno,aut paruo exceſſu:ſi primum, media quodammodo via incedendum eſt,neque prorſus nutrire,neque prorſus cibum auferre oportebit,ſi alterum, vbi magnus eſt exceſſus, illi ſolùm ſatisfaciendum erit, quod multò magis vrget; vel enim ſolùm nutriendum, ſi ſint vires, vel nullo modo nutriendum, ſi ſit cauſa morbifica, ſi demum exceſſus vnius ad alterum non ſit effatu dignus,vtrique aliqua ex parte ſatisfaciendum,habita tamen ſemper hic quoque magis vrgentis ratione. Hæc eſt methodus, quam tradit nobis Gal. 1. ad Glauc. 10. ſemper obſeruanda.

Sed vbi iam nouerimus dandum eſſe alimentum, tunc inuenienda eſt conueniens quantitas, quæ indicatur tum à viribus,tum à morbo, tanquam à præcipuis indicãtibus, tum ab ætate,regione, anni tempore, & huiuſmodi alijs,tanquam à minùs præcipuis,&
C coindicantibus; hucuſque ſpectat vniuerſa methodus ab Hipp. 1. Aph. tradita, à viribus indicatur quãtitas,quia quantò validiores fuerint, tantò minùs indigent ſubſidio,quantò imbeciliores, tantò magis; à morbo autem dupliciter & ratione cauſæ, & ratione ſpeciei morbi: morbus indicat quantitatem, quia quantò acutior, & celerioris motus, tantò minùs dandum eſſe indicat, quantò longior,& tardior, tantò magis,ex 1.Aph.7. & ſequentibus:cauſa verò, quæ eſt putredo, indicat quantitatem, quia quò maior, eò minorem quantitatem, niſi vires contraindicent, quò minor maiorem, coindicant autem ætas,tempus,anni, &c. quia cæteris paribus pro diuerſitate horum modo plus, modò minùs alimenti dandum eſt,plùs quidem,ſi id ipſum,& iuuentus, & conſuetudo, & anni tempus vernum, vel hybernum conſentiant, minùs verò ſi repugnent.

Quare hæc omnis,vbi in vnum conſpirauerint, tunc facilè erit conuenientem cibi quantitatem inuenire, vt ſi vires validæ fuerint,putredo maxima, ſtatus proximus,anni tempus æſtiuum,ætas conſiſtens, regio calida,vel nihil,vel parum dandum eſt;vbi verò diſcrepuerint,metienda erit quantitas ex vtriſque; habita tamen ſemper ratione eius,
D quod magis vrget, vrgent autem ferè ſemper magis vires. Inuenta quantitate, qualitas etiam inuenienda, qua, & viribus ſimul, & morbo,ſi fieri poſſit, conſulatur,cùm verò qualitatis nomine intelligatur à Medicis ſubſtantia, aliquando verò qualitas propriè dicta,vel prima, vel ſecunda,qualitatem vtroque modo, & conſiderare, & inuenire oportet in cibo eligendo. Primum igitur,quod attinet ad ſubſtantiã, debet ea eſſe boni ſucci, & facilis coctionis, & diſtributionis,1. Aph. 18. quantum vero ſpectat ad qualitatem propriè acceptam, ſicut ſubſtantiæ noſtræ (in qua vires continentur) futurus eſt cibus qualitatibus ſimilis, ita morbo, & cauſæ diſſimilis, ac contrarius eſſe debet; nam ſicut ea, quæ ſecundùm naturam ſunt, ſimilibus conſeruantur, ita quæ præter naturam ſunt contrarijs pelluntur.

Quòd ſi accidat contrarias qualitates indicari,videlicet à febre ſiccitatem,& calorẽ; à viribus humiditatem, & frigiditatem, caliditatẽ verò non ſolum à febre actu ægrum inuadẽte, verum etiam à cauſa putredinis,vt videre erit in prohibita trãſpiratione,tunc

Vv 2 ſpectan-

ſpectandum erit id,quod magis vrget, alijs non neglectis, & quia ptiſana hordeſcea B
qualitates habet, quæ & viribus, & febri, & cauſæ ſimul conueniant: viribus quidem, quia ſimilis eſt ſubſtantiæ noſtri corporis, & probè nutrit,ex lib. de bon.& vit. ſuc.cap. 10. febri quidē, quia refrigerat,& humectat;cauſæ verò,quia detergit,nec obſtruit,nec adſtringit, propterea reliquis omnibus edulijs præfertur, 1. Aph. 18. 1. ad Glauc. 13. præter ptiſanam verò emulſio ſeminum melonum, vel aliorum trium ſeminum frigidorum maiorum; panis ex optima farina factus, non admodum fermentatus, ſed eleganter coctus, ſiue tritus, ſiue in offas diuiſus, elotus priùs cum aqua roſacea pro ditioribus, aut alia frigida,vel in tenui iure coctus, ſic fercula ex cucurbita, ex borragine atriplici, acetoſa, & huiuſmodi alijs, ouorum luteis, oua autem ſimile alimentum præbent, ac faciat alica,lib. 5. meth. cap. 2.

Sed vbi præter hæc carne opus ſit, conuenit caro pullorum, in aqua elixa, in qua oxalis, & borrago bullierint, gallinæ quoque iuuenculæ, quæ magis refrigerent, tum extremitates, nempe alæ, quòd ob exercitium minùs excrementitiæ ſunt, tum etiam quia ventriculis bilioſis, quales perſæpè ſunt in febribus,magis accommodatæ, porcel- F
lorum etiam pedes hoc nomine conceduntur. Vbi autem maiori virium refectione opus ſit, teſtes gallorum,& oua ſorbilia,ex 1.ad Glauc.9.valde ex vſu ſunt;in hoc cenſu eſt vocata torta, aut contuſum, nec non etiam ſuccus carnis in duplici vaſe paratus,neque propterea carnes omnes probantur, ſed pullorum potiſſimùm, quia vbi hæc ſuppetit omnium melior eſt; vbi autem ea careamus,eiuſdem loco vituli, & caſtrati caro in vſu eſſe poteſt,quamuis in his partibus,in hoc nempe Meſſanenſi agro,caro vitellina non vendatur, altera verò certis quibuſdam temporibus, quæ etiam humidiſſima eſt, & difficilis coctionis, & quæ etiam ventriculum ſubuertere ſolet.

In carnium prædictarum penuria, aut defectu, aut quia ipſi ægrotantes carnem abhorreant,poſſemus,tunc carnium loco piſcibus vti,ex Gal. loco cit. ex piſcibus autem ſquamoſi, & ſaxatiles, vel maritimi prope ſcopulum degentes magis ex vſu ſunt, & exigui potiùs,quàm magni; nam vt hi duræ ſunt coctionis,& ſubſtantiæ craſſæ, & lentum, & craſſum gignunt ſuccum, ita illi ſunt faciles coctu, & tenuem, ac ſubfrigidum, & humidum ſuccum afferunt:parandi ſunt potiùs elixi,quàm aſſi. Fructus,olera,& huiuſmo- G
di poſſunt aliquando ægrotantibus concedi, ſtatutis tamen temporibus, ac ſub infra ſcriptis regulis, maximè autem refert illud alimentum propinare, quod maximè ab ægrotante appetitur, licet paulò deterior ſit, vt 2. Aph. 38. ſcriptum eſt; propterea conſideranda veniunt inter hæc,quæ, magis,& minùs concedi poſſint.

Quod attinet ad fructus arborum;fructus ij concedendi ſunt, qui non facilè corrumpuntur, quales potiſſimùm ſunt pruna damaſcena, ceraſia, *viſciole* nuncupatæ, mora, & huiuſcemodi concedi poſſunt in modica quantitate; refrigerant enim,& humectant, & propterea Gal. de his loquens 1. ad Glauc. 9. guſtari poſſe ait, non his expleri. Quod attinet ad melones,& cucurbitas tantopere exoptatas, dicendum eſt cucurbitam coctam nullum reijcere,præſertim illam, quæ à noſtratibus celſo nuncupatur,oblonga, alba, & durior longè difficiliùs putreſcit alijs, verùm cucurbita eſt, quæ ſuccum frigidum, & humidum generat,paucique alimenti, & multos apparandi modos admittit, ſi tamen in vētre corrumpatur,ſuccus valde malus eſt, de bon.& vit.ſucc.melones verò quantùm humectant, refrigerant, & detergunt,tantùm concedi poſſunt, quātùm etiam H
in bilem facilè conuertuntur, & ventriculum perturbant,lib. de bon. & vit. ſuc. cap. 8. non poſſunt proinde ita facilè concedi; nullus enim horum eſt boni ſucci, & niſi ſtatim aluum ſubeant,corrumpuntur,& ex corruptela humorem prauum generant,non longè à prauis venenis,de bon. & vit. ſuc. cap. 8.

Ex oleribus lactuca,intubus,cichoreum, flores borraginis,& huiuſcemodi alia refrigerantia, & humectantia concedi poſſunt; ſed inuenta iam quantitate, & qualitate alimenti, conſiderandus eſt modus propinandi; nam, inuenta quantitate, videndum eſt, debeat ne tota ſimul, an partitis vicibus tribui, ita vt parum, & ſæpè nutriatur, qua in re vires potiſſimùm ſpectandæ ſunt, & ſic diuerſa inſpecta ægrotantium diſpoſitione, diuerſa etiam propinare oportet, nam eo modo dandum eſt, quo concoqui poſſit, propterea vbi validæ apparuerint vires, multa portio alimenti vnica vice propinari poterit, vbi verò imbecillæ,exigua danda eſt; nam multa, aut extinguet virtutem, aut

non

A non concoquetur; ſicuti autem virium, ita etiam & ætatis, & regionis, & anni temporis, conſuetudinis, & huiuſcemodi circumſtantiarum, quæ cum viribus ſimul indicant, ratio habebenda erit; propterea decrepitis, & conualeſcentibus parum, & ſæpè dandum alimentum eſt. Iuuenibus autem, adoleſcentibus, & in primo ſenio conſtitutis multùm, & rarò, 1. Aph. 17. & lib. 5. de ſanit. tuen. cap. 4. Pueris autem cum plurimùm calidi innati habeant, & multa fiat diſſipatio caloris, hoc eſt ſubſtantiæ calidæ, & humidi radicalis, rationeque continui augmenti multùm, & ſæpè, ſicut æſtate, & autumno dandum eſt alimentum, ſed paucum, 1. Aph. 15. 17. 18. vere autem, & hyeme copioſiùs, ſic in regionibus proportione dicta ſeruata, ita aſſuetis ſemel totum, vel partitis vicibus, oportet etiam conſuetudinis rationem habere, Hipp. 2. acut. 22. & 29. 1. aph. 17. Quod ad tempus pertinet, niſi quid aliud obſtet, tempus opportuniſſimum eſt, cum exiſtimatur ingeſtum priùs alimentum confectum iam eſſe, & corpus minùs à febre vexatur, contingit autem vexari minùs, vel in integritate, ſi febris ſit intermittens, vel in remiſſione ſaltem ſi aſſidua, deprehendetur autem remiſſionis tempus ex in-
B dicio ab Hipp. tradito 1. acut. 46. & 4. acut. 39. ſcilicet quando calor ex thorace ad pedes deſcenderit.

Quod ſi nullam remiſſionem manifeſtam habuerit, ſicuti ſynocha; hora conſueta eſt eligenda, 11. Meth. med. cap. 21. At ſi febres habeant acceſſiones quidem, ſed inter eas pauciſſimum ſit ſpatium, aut quòd ſubintrent ad inuicem, quemadmodum in longo interuallo, aut longa remiſſione, facilè tempus nutriendi inuenitur; ita è contra difficilè admodum, vbi acceſſiones vel nullum habeant ſpatium, aut ſubintrent inter ſe, vnde neceſſè erit nutrire ægrotantem adhuc ſummè calentem, aut in initio acceſſionis, quod vtrumque eſt peſſimum. Quare, vt dicebat Gal. 11. meth. med. cap. citato debet Medicus præcognoſcere ſpeciem febris, quia, quæ non tranſcendit ſeptimum diem cum robore virium, quòd deficere non debeat ante illud tempus, poteſt iubere, vt ab omni cibo abſtineant ægrotãtes, ſin febris nonam aut vndecimam, ſeu decimamquartã diem ſit tranſgreſſura, aut quòd terminatura ſit in ſeptima, quia tamen vires non poſſunt vſque ad tempus illud durare, neceſſè eſt omninò nutrire, proinde dicebat Galenus in
C eiuſmodi caſibus idipſum peragendum eſſe, quod fieri ſolet in re maximè dubia, atque ancipiti, videlicet eligendum eſſe tempus minùs noxium, diſtinguendo ab eo, quòd magis ſit nociturum, quod fiet ex loco affecto cum ipſo affectu ſimul ponderato, ſimulque, & acceſſionis, principij, ac ſummi vigoris cognito more, ſiquidem vbi iecur, vel ventriculum phlegmone prehendit, pernicioſiſſimum eſt ante acceſſionem cibare, vbi hæc abeſt, & virtus infirma ſit, vtiliſſimum eſt.

Summi autem vigoris, & acceſſionis initij mos ita coniiciendus eſt. In ſummo vigore eodem Gal. authore notabis an citra magnitudinem febrilis caloris, ſiccus ſit, & ſqualens, an verò citra ſqualorem vigens: priorem namque humectante victu madefacere oportet quamprimùm, in ſecundo verò, hoc eſt quando vigor eſt cum calore vrente, ſed ſine ſqualore expectare oportet quouſque plurimùm caloris ſe remittat. Principij verò acceſſionis morem ita eſtimare oportet, an ſcilicet principium corporis extrema perfrigeret, & magnam ſanguinis reuocationem ad interiora corporis faciat, an omnino corpus non premat, ſi primo modo nihil offendes paulò ante cibans, ſi ſecundo mo-
D do, cauenda eſt ante acceſſionem cibatio, tanquam res maximè noxia: at verò ſi principium non faciat magnam intro reuocationem caloris, parum tunc temporis exiſtimandum eſt, tanquam facilè, & manſuetum, quaſi quòd ex hoc loco Galenus velit nos poſſe, ac debere in initio acceſſionis vbi calor non retrahitur ad interiora, nutrire, quẽadmodum vbi frigidior, quàm par ſit, vel calidior, calefaciendum, aut refrigerandum. Remanet ordo, de quo parum refert habere curam in ventriculo ſano: ſi verò malè affectus, *v. g.* ſi relaxatus ſit, in hoc caſu præferenda ſunt adſtringentia, & corroborantia, ſi adſtrictus è contra.

Ex his, quæ de cibo tradita ſunt, facilè cuique eſt noſſe, quid in recta potus adminiſtratione præſtandum ſit; nam primùm certum eſt potionem, vbi cibus cõceſſus fuerit, conuenire, tum quia per ſe vires reficit, humores potiſſimùm reſarciendo, 11. Meth. med. 3. tum quia coctioni cibi conducit, 1. primi doct. 4. cap. 2. in quanta verò menſura dandus ſit, deprehenditur ex viribus, & cauſa morbi; nam valida cauſa non admittit validam

validam potionem eo modo, quo dictum fuit de cibo. Vires autem requirunt, niſi immoderatior ſit, quàm vt poſſit confici. Qualis autem eligendus potus ſit, indicatur à viribus, & à cauſa; nam ſubſtantia debet eſſe boni ſucci, & naturæ familiaris, quantùm patitur morbus, & cauſa; qualitas verò, ſi medicamenti loco propinetur, debet alia, & alia eſſe prout vel ratione morbi, vel ratione cauſæ datur; nam ratione morbi indicatur refrigerans, & humectans, ratione cauſæ perſæpè incidens, detergens, vrinam, & ſudorem promouens, ſi verò non medicamenti loco datur, futura eſt ſimilis ſubſtantiæ noſtri corporis; ita enim vires magis conſeruabit, quòd ſi aliæ qualitates à morbo, & à cauſa, aliæ verò à viribus indicantur, vtrique ſatisfaciendum erit, & primò ei, quod magis vrget. E

Genera autem potionum antiquis vſitata in acutis tria ſunt potiſſimùm, vinum, mulſa oximel, 3. acut. per totum. Quod ad vinum attinet, cum tempeſtiuè adhibitum prodeſſe, intempeſtiuè verò obeſſe poſſit, conſideratè admodum propinandũ eſt; prodeſt, ſi tempeſtiuè detur, quia vires reficit, partes exiccatas humectat, concoctionem iuuat, euocat ſudorem, & vrinam. Verùm quia, vt calidum humores, febrem auget, vt tenue, & permeabile obſtructionem auget ſecum rapiens crudos humores, 3. acut. 2. propterea, vt opportunè detur, curandum eſt; nam non propinandum eſt priùs, quàm apparuerint ſigna coctionis, 11. Meth. med. 9. 1. ad Glauc. 9. & vbi febris fuerit ardens, eligendum eſt ſemper tenuea, quoſum, & ſubdulce. Mulſa verò vt minùs reficit vires vino, ita cauſam morbi magis oppugnat, detergit, & obſtructiones hoc nomine tollit, 11. Meth. med. cap. 10. calefacit tamen non parum, ita vt in febribus ex vſu non ſit, quòd non præſtat apomelli ex aqua, & fauis mellis confectum. Oximel efficaciſſimum eſt aduerſus obſtructiones à craſſis, & lentis ſuccis ortas; incidit enim, detergit, & extenuat, & niſi optimè dilutum fuerit, neruos lædit, ex 3. acut. F

Aqua poſtremò, & vt alimentum, & vt medicamentum prodeſt, vt alimentum reſiſtit exiccationi, quæ continuò à febre fit, coctioni, ac digeſtioni ſolidi alimẽti conducit, & non nihil etiam nutrit, cùm non ſit pura, & ſimplex; vt medicamentum verò prodeſt, quia febris naturæ è diametro oppoſita eſt, 11. Meth. med. & 1. acut. 18. & 42. Obſeruatum tamen ab Hipp. eſt 3. acut. de aqua biliofis naturis eam magis infeſtam eſſe, quàm mulſa; nam cùm magis moretur in hippochondrijs, bili in hepate, & ventriculo collectæ occurrens facilè in eius naturam permutatur, at mulſa celeriter per venas permeans hoc periculum non affert. Modus autem dandæ potionis alius futurus eſt; quando vt medicamentum, & alius quando vt alimentum datur; nam ſi medicamenti loco propinetur, ſemper ex vſu magis erit totum ſimul copioſè exhibere, niſi ſumma adſit caloris imbecillitas, 9. Meth. med. 5. vbi verò alimenti loco offertur, aliquando totum ſimul, vbi vires validæ fuerint, aliquando etiam, imò frequẽtiùs partitis vicibus. G

Tempus autem opportunum dandæ potionis eſt, ſicuti de cibo dictum eſt, cum præcedens iam effluxerit à ventriculo, & acceſſio multùm diſtauerit, niſi fortè vires ſecus indicent, aliquando tempus opportuniſſimum erit vigoris finis, cum ſcilicet potio vt medicamentum potiùs ad euocandum ſudorem, quàm vt alimentum datur; tunc enim vt obſeruat Gal. 2. criſ. 3. maximè ſuccedere ſolet ſomnus, & interuentu ſomni ſudor. Poſtremo quod ad ordinem attinet, vel à cibo danda eſt potio vniuerſa, quod munus laudabile eſt, vel iteratis vicibus interponẽda eſt potio cibo, quò meliùs fiat mixtio ſolidi, ac tenuis alimenti, ſicque promptiùs, & concoquitur, & diſtribuitur alimentum. H

Aër, cibo, & potui ſuccedit ſomnus, & vigilia, quibus ſicut in ſanitate, alternatione indigemus, ita & in morbis; nam per hæc, & vires conſeruantur, & calor innatus vegetior manet: vires conſeruantur, quia alimento indigent, non ſolùm cocto, ſed etiam diſtributo, coquitur per ſomnum, diſtribuitur per vigiliam. Calor enim innatus vegetior eſt, quia quiete, ac ſomno reparatur, vigilia moderato motu, qui in expanſione fit, euentatur; propterea vtraque hæc, vbi moderata fuerint, ad conſeruandam ſanitatem faciunt, ita vbi immoderata fuerint, mala euadunt, ex 2. Aph. 3. nam vigilia humores aſſat, ſicut ſomnus elixat, 2. acut. vlt. quare, & in febricitantibus etiam, ſiue morbum, & cauſam ipſius, ſiue vires ſpectemus, indicatur in neutro horum excedendum eſſe, ſed moderatè agendum; nam licet humectet ſomnus, vigiliæ verò exſiccent, 4. in 6. epidem. 17. febriſque humectationem potiùs requirat, quàm exiccationem, licet ad coctionem

ſemi

A ſemiputris humoris conducat, nec non ad ſudoris promotionem, quæ à cauſa indicantur, tamen vbi immoderatior fuerit, ſua incommoda affert; nam, & noxios humores diutiùs in viſceribus retinet, & internas partes calefacit, & caput replet, & excretionis genus quodcunque, excepto ſudore, reprimit, & vires eneruat, quare, & eo moderatè vtendum eſt. Tempus opportunum ipſius eſt vigoris finis, vel declinatio, importunum verò acceſſionis principium, vel incrementum, quia tunc, vel contrahuntur, vel contracti ſunt humores noxij ad viſcera; ſomno autem augetur hæc attractio, cùm potiùs ſit vigilijs aduerſus ipſam pugnandum, vt 2. Aph. 1. docuit Gal. ſemperque à cibo magis per vnam, vel per alteram horam inſtituendus eſt, quàm ante cibum, 6. epidem. 18. tunc enim ſicuti à cibo propellitur materia ſomni ex Ariſtotele 6. cap. de ſomno, & vigilia, ita per ſomnum meliùs coquitur cibus.

Modus autem, vt benè vniuerſum corpus tegatur, remanente tantùm libero perſpiratu in facie; ita enim occurret incommodo caloris, qui per ſomnum internis partibus conciliatur, vt poſſit aër libere inſpirari frigidus, nec incurritur in aliud incommo-

B dum, vt calidi effluxus introrſum detineantur: nam reſiduum corporis optimè eſt tectum; cùm verò ſomnus varijs modis decumbentes retinere poſſit, inter omnes in latus dextrum, deinde in ſiniſtrum laudatur, quamuis limitari hęc propoſitio à conſuetudine ſoleat. Somno, & vigiliæ ſuccedit motus, & quies, quorum eadem ferè eſt ratio; nam ſicuti quies ad ſomnum, ita vigilia ad motum ſe habet, propterea ſicut ſomno, & vigilia moderatè vtendum eſt, ita, & motu, & quiete. Sed febricitātibus magis conuenit quies, è 4. in 6. epidem. 15. & 3. in 6. 31. nam vigilia calefacit, & exiccat, ſomnus autem contra, & propterea Hipp. ibidem in calidis naturis laudat quietem, & Prodicum reprehendit, qui labore febricitantes macerabat, ita etiam cauſa febris, putris ſcilicet humor indicat quietem, quia in hac meliùs coquitur, quàm motu, 4. acut. 44. ſola excretio indicat motum, ſed leuem ob vires, & calorem, & ſiccitatem, quare in remiſſione leues frictiones non ſunt reprobandæ.

Quòd ad animi accidentia ſpectat, eadem eſt ratio; nam tranquillitas animi reſpondet quieti, perturbatio verò motui, 4. in 6. epidem. com. 5. quare tum omnis animi

C perturbatio fugienda eſt, tum potiſſimùm iræ, vt pote quæ feruorem ſanguinis afferat; minimè omnium nocent gaudium, & ſpes, quia exhilarant, & ad exteriora reuocant calorem. Si tamen immoderata hęc fuerint, nocere etiam poſſunt. Poſtremò quod ſpectat ad excrementorum retentionem, & euacutionem, fas eſt, vt quæ ſupervacanea ſunt, excernantur, vel ſudore, vel vrina, vel alia excretione; ſi verò quippiam naturæ amicum effluat immoderatiùs, illud retinendum, ac ſupprimendum erit ea ratione, qua ſuis locis dictum fuit, nempe Quinta Decade. Et hæc de primo medicinæ inſtrumento, nempe victus ratione, & de recto vſu, & recta adminiſtratione Diætæ dicta ſint.

Nunc occurrunt alia duo inſtrumenta, nempe chirurgia, & pharmacia, de quibus agendum proponitur; hæc enim ſuo ſunt illa, quibus potiſſimùm aduerſus morbum, vel cauſas, vel ſymptomata pugnamus; proinde de horum recto vſu diligenter tractandum, vt inde aſſequamur intentiones curatiuas, quæ ab illis iam dictis, morbo potiſſimùm, & cauſa deſumuntur, ijs mediantibus ſatisfacere valeamus. Primùm de cauſa fe-

D bris agentes, quæ vt ſupra dictum nihil aliud eſt, quàm putredo; cuius duæ ſunt indicationes vna, quæ reſpicit id, quod factum eſt, altera id, quod adhuc eſt in fieri. Rurſus id, quod putrefactum eſt, conſiderari poteſt duobus modis, vel quatenus reduci poteſt ad benignum per coctionem, vel minimè: ſi poteſt reduci, tunc non eſt opus niſi coquētibus auxilijs; at ſi ex toto putruerit, ita vt non poſſit ampliùs ad benignum reduci, neceſſarium eſt, vt detrahatur, quod pluribus auxilijs fieri conſueuit, pręcipuè verò ſanguinis miſſione, vel purgatione, de vtroque agendum proponitur initio facto à ſanguinis miſſione.

De Chirurgico instrumento.

Circa huiuſmodi argumentum ſanguinis miſſionis nonnulla ſe ſe nobis conſideranda offerunt, de quibus breuiter agemus; nam in re, quæ paucis determinari poteſt, & ad praxim reduci, ſuperfluum eſt in longum ſermonem protrahere; miror autem Maſſariam, & Augenium, qui tantùm temporis, tantam eloquentiæ vim, & facultatem in

hac

hac re determinanda conſumpſere,quę breui & compendioſo ſermone doceri poteſt, E quam proinde duobus capitibus perſtringere curabo, & breuiſſimis quidem. Primum eſt an ſanguinis miſſio conueniat. Secundum quis ſit ipſius rectus vſus, qui ad vbi, quantum, modum, quando, & ordinem reducitur.

Quantum pertinet ad primum, duo neceſſariò requiruntur, vt præſidium aliquod conuenire dicatur, primum eſt, vt requiratur, hoc eſt, vt ſit neceſſarium: ſecundum, vt toleretur: requiritur, quotieſcunque indicatur, toleratur verò, quotieſcunque nihil ſit, quod contraindicet, vel ſi ſit aliquid, quod contraindicet, illud vrgeat minùs. Indicans autem ſanguinis quale ſit non ita clarum eſt, quandoquidem nonnulli dicunt eſſe magnitudinem morbi, verùm, vt breuis ſim, dico hoc eſſe non poſſe; nam magnitudo eſt genericum indicans, ſanguinis miſſio eſt indicatum ſpecificum, hoc eſt auxilium determinatum, non poteſt autem indicari ab indicante generico, quale eſt magnitudo morbi, quæ indicat magnum, & extremũ auxilium, iuxta illud extremis morbis extrema remedia; extremum remedium eſt duplex, aliud in genere, aliud in ſpecie, magnitudo morbi indicat magnum, & extremum auxilium in genere; nam ſi vera eſt hæc F Galeni propoſitio 9. Meth. med. cap. 12. & à nobis ſuperiùs, dum de natura indicantis ageremus, declarata, quòd vnum non niſi vnum indicat, illud autem vnum, vel genericum eſt, vel ſpecificum: inter indicans, & indicatum debet eſſe proportio, quando indicans eſt genericum, conuenit etiam, vt indicatum auxilium ſit genericum; at magnitudo morbi (vt diſcurrenti apparet) eſt indicans genericum, non poteſt ergo niſi indicare auxilium genericum, hoc eſt auxilium magnum, alioquin dicendum eſſet vnum indicans ſub ratione vnius poſſe indicare plura, quod eſt cõtra regulas Methodi traditas à Gal. loco cit. & pluribus alijs in locis, vbi dicit, quòd vnum indicans indicat vnum, quatenus vnum eſt reſpectu vnius, & eiuſdem ad idem, & ſecundùm idem, eodẽ modo, eodem tempore ſe habens, at ſanguinis miſſio eſt vnum indicatum ſpecificum, magnitudo morbi indicans genericum. Non igitur ſanguinis miſſio poterit à magnitudine morbi indicari per ſe primò; nec per conſequens magnitudo morbi erit indicans ſanguinis miſſionis.

Sed cùm duplex ſit indicans ſanguinis miſſionis, auth. Gal. lib. de curan. rat. per ſanguinis miſſionem cap. 20. 4. meth. med. 6. 9. meth. med. 11. & alibi, quod confirmauit Auicennas lib. 1. fen. 4. cap. 20. aliud euacuatorium, aliud reuulſorium: primum indicans nihil aliud eſt, quàm, eodem Galeno authore, plenitudo, quæ duplex eſt, vna ad vaſa, alia ad vires, vtraque, vel præſens eſt, vel imminens, ſi igitur adſit plenitudo, vel præſens, quæ magnum morbum faciat, vel ipſum facere poſſit, ea eſt, quæ indicat ſanguinis miſſionem. Quare magnitudo, vt magnitudo eſt, non indicat ſanguinis miſſionem, niſi ſecundariò, quatenus ſit à plenitudine, ita vt dicendum ſit, magnus morbus à plenitudine indicat ſanguinis miſſionem, quæ eſt magnum auxilium. Contra hanc determinationem eſt huiuſmodi inſtantia; nam cùm indicationes ſanguinis mittendi deſumi non debeant, niſi vel à morbo, vel à cauſa, vel à ſymptomatibus, non à morbo, vt oſtenſum eſt, niſi per accidens, quatenus ſit à plenitudine, ergo ſequitur, quòd vel à cauſa, vel à ſymptomatibus, at ſymptomata, vt talia ſunt, non requirunt, ergo ſequitur, quòd ab ipſa cauſa, ſed cauſa febris propoſitæ eſt putredo, ergo ſequitur, quòd à putredine ſumitur indicatio ſanguinis mittendi, atqui cũ putredo fiat à cacochymia in illud H inconueniens incidemus, quòd indicans ſanguinis mittẽdi in febribus ſit cacochymia.

Nam cùm à Gal. lib. 11. Meth. med. cap. 15. tradita ſit illa famoſiſſima propoſitio, quæ in omnium Medicorum ore ſemper exiſtit, nempe quòd ſaluberrimum ſit in omni febre putrida mittere ſanguinem; cùm autem in febre duo ſint, morbus, & cauſa, quæ eſt cacochymia, ex qua ſit putredo, non ratione morbi, nempe febris, quia cùm ſit paſſio calida, & ſicca, non indicat euacuatorium auxilium, ſed refrigerãs, & humectans, neque ratione putredinis, quia hęc indicat exiccationem, abſterſionem, & apertionem ex Gal. 11. Meth. med. cap. 14. & 8. Meth. med. cap. 4. ergo ſequitur, quòd ratione cacochymiæ veniat mittendus ſanguis, quare magnitudo morbi à cacochymia indicabit ſanguinis miſſionem: veriſſima igitur erit propoſitio, quòd magnitudo morbi indicabit ſanguinis miſſionem. Confirmatur hæc propoſitio ex eo, quod dixit Gal. 11. meth. med. cap. 15. mitti ſanguinem in febribus, vt exoneretur natura à ſarcina, qua

preme-

A premebatur, qua exonerata faciliùs reliquum conſequitur natura, ſed ſarcina, quæ
premit naturam in febribus putridis, eſt putredo ortum ducens à cacochymia, eſt igitur
à cacochymia deſumenda indicatio ſanguinis mittendi. Quòd verò putredo ſit ſarcina
premens naturam in febribus putridis, cuius gratia mittitur ſanguis, probatur ſimilitu-
dine deſumpta à febre ſynocha, in qua mittitur ſanguis ratione auferendæ ſarcinæ, pari
ratione ſanguis mitti debet in febribus putridis, vt tollatur ſarcina, ſed in ſynocha eſt
copia ſanguinis, in putrida verò eſt cacochymia, & putredo, quare dicendum erit, & à
copia ſanguinis, & à cacochymia mittendi ſanguinis ſumi indicationem; non igitur
plenitudo, ſed magnus morbus, tam à ſanguinis copia, quàm à cacochymia, & putredi-
ne eſt, vnde ſumitur indicatio ſanguinis mittendi, atqui cùm tam à copia humorum, &
ſanguinis, nec non & à cacochymia fiat magnus morbus, ſequitur, quòd à magnitudine
morbi deſumi debeat indicatio ſanguinis mittendi.

Corroboratur hæc à Gal. 4. meth. med. cap. 6. vbi docet ab indicantibus eodem mo-
do ſe habentibus indicari ſanguinis miſſionem, à quibus indicatur purgatio, ſed purga-
B tio à copia vitioſi humoris, & à vehementia morbi deſumitur, ita quoque, & miſſio
ſanguinis, vel propter abundantiam ſanguinis, vel propter magnitudinem morbi.
Ex hoc loco duo afferri videntur indicantia, vnum eſt abundantia ſanguinis, alterum eſt
magnitudo morbi, quaſi Galenus velle videatur, quòd magnitudo morbi ſit quid
diſtinctum à plenitudine. Quoties igitur adeſt magnus morbus, toties eſt mittendus
ſanguis, at à plenitudine, & cacochymia fieri poteſt magnus morbus, videtur etiam
ſequi neceſſariò magnitudinem morbi eſſe indicans ſanguinis mittendi.

Adſunt aliæ authoritates à Gal. deſumptæ confirmantes eandem concluſionem, &
primò 8. meth. cap. 4. vbi ſcribit in curatione febris ephemeræ ab obſtructione mit-
tendum eſſe ſanguinem nullis apparentibus ſignis plenitudinis, addens rationem, quæ
eſt, quòd ex ſanguinis miſſione euacuabitur vitioſi humoris portio, qua euacuata faci-
liùs curabitur medicamẽtis deobſtruentibus cutem, & hic locus eſt famoſiſſimus, quem
multi interpetrantur, & variè quidem; ſed per vos ipſos videre poteſtis authores, quia
nolo conterere tempus, nec longiori lectione animos veſtros confundere, cùm potiſſi-
C mum exiguæ conſiderationis vtilitatem extrahere poſſitis. Huic loco addo alium ex
Gal. 5. meth. med. cap. 14. in fine, vbi tractans de curatione vlceris, pulmonum docet
ſanguinem eſſe mittendum, quando limus vitioſus, & craſſus totus fuerit; non enim lo-
quitur de ipſius ſanguinis multitudine.

Poſtremò Gal. 3. in 6. morb. vulg. cap. 8. & 29. ſecuit venam in illa muliere caco-
chyma, & extenuatiſſima, & copioſè quidem, nam in primo die detraxit ſeſqui libram,
rurſus poſtridie librã, tertio vero die non multò plus ſelibra; nam erant vnciæ octo.
Tandem idem Gal. 9. Meth. med. cap. 10. ſtatuit euacuationem quandam, ſeu potiùs
curandi rationem per euacuationem, quam ipſe epicraſim vocauit, quæ eſt euacuatio
praui, & vitioſi humoris, & boni per alimentum, reſtauratio, ſed huiuſmodi euacuatio ſit
per ſanguinis miſſionem, ergo, &c. Vltimo loco Auic. 4. primi cap. 20. ſcribit eſſe mit-
tendum ſanguinem, quamuis non ſit neceſſarium, hoc eſt, vt multi interpetrantur, nul-
lo exiſtente plenitudinis ſigno. Quare ex his authoritatibus videtur cõcludendum ſan-
guinem eſſe mittendum in cacochymia, ergo à magnitudine morbi, cùm tam ex pleni-
D tudine, quàm ex cacochymia fiat magnus morbus: indicatur igitur ſanguinis miſſio à
magnitudine morbi.

Qui tenent hanc opinionem, quòd magnitudo morbi ſit indicans ſanguinis miſſio-
nis, in duplici verſantur diſcrimine, alij ſunt qui dicunt magnitudinem morbi conſide-
rari duobus modis, vno modo, vt magnitudo ſit à copia ſanguinis, altero verò vt ſit à
cacochymia: primo modo dicunt magnitudinem morbi indicare ſanguinis miſſionem;
ſecundo indicare purgationem. Alij verò diuidentes magnitudinem morbi, ita loquun-
tur, vna eſt magnitudo morbi, quæ duas habet conditiones, nempe robur virium, &
ætatem florentem, altera eſt, quæ priuatur his duabus conditionibus, prima indicat
ſanguinis miſſionem, quia eſt magnitudo morbi ſpecifica, duabus prædictis conditio-
nibus limitata. Sed ſi rectè contemplemur vtramque opinionem, videbimus vnam, &
eandem rem dicere, ſub diuerſis tamen verbis: nam illa magnitudo morbi, quæ dua-
bus hiſce conditionibus eſt circumſcripta, eadem procul dubio eſt cum illa, quæ ortum

Xx ducit

Digitized by Google

ducit à plenitudine ſanguinis,ſiue ipſam ſimpliciter,ſiue ſecundùm quid conſideremus, in qua ſanguinis dominium habet ſemper, ex quo ſanguine omnes partes corporis nutriuntur, ſimulque adeſt copia, & qualitas ſpirituum, qui Galeno authore 12.meth. med. cap. 7. virtutum omnium,ac facultatum ſunt fundamenta,& à quibus robur ipſarum conſeruatur, in huiuſmodi igitur magnitudine neceſſariò adeſt robur virium, pro varia tamen natura, & hominis complexione. E

Qui igitur dicunt magnitudinem morbi ortum ducentem à plenitudine, idem aſſerunt,atque illi, qui dicunt magnitudinem morbi limitatam duabus conditionibus prædictis, videlicet robore virium, & ætate florente. Igitur, vt dicebat Gal. lib. de curan ratione per ſang. miſſ. cap. 13. primus ſcopus ſanguinis mittendi ſit magnitudo morbi cum robore virium, magnitudo illa eſt, quæ agendum indicat, robur verò virium id, quod permittit, nec agendum prohibet, ſiquidem contingit aliquando affectionem indicare, è contra verò languorem virium prohibere, & non permittere; verùm cùm ab annorum numero non ſumatur indicatio mittendi ſanguinis, vt eodem loco docet Galenus, hinc eſt etiam, quòd ætas ſæpè coindicat,hoc eſt concurrit, ſæpè etiam repugnat, ſeu contra indicat. F

Cùm itaque magnitudo morbi à plenitudine adiunctum habeat robur, tanquam ſignum illius humoris, à quo partes nutriuntur, quæ ſunt fundamenta roboris virium, ætas verò vt plurimum ſit ſignum ipſius roboris, hinc eſt,quòd Hipp. & Gal. determinarunt eſſe mittendum ſanguinem in ea morbi magnitudine, quæ robur virium,& ætatem florentem adiunctam habet; his duabus prærogatiuis deſignantes magnitudinem à plenitudine ortum ducentem, & præſertim per robur virium circumſcribitur ex plenitudine magnitudo; nam in ætate etiam declinante poteſt eſſe magnitudo morbi cum robore virium. Altera verò magnitudo morbi, quæ his duabus conditionibus priuatur, cùm fiat à cacochymia, à qua indicatur auxilium magnum quidem,ſed medicamentum purgans, non ſanguinis miſſio,ea igitur eſt, quæ non poteſt indicare ſanguinis miſſionem,cùm non adſit robur virium,nempe permittens; poſſumus etiam dicere cacochymiam eſſe in duplici differentia:alia eſt quæ ſanguinem adiunctum habet, alia eſt, quæ caret copia ſanguinis, prima refertur ad plenitudinem impropriè dictam, G in qua mittendus eſt ſanguis, cùm adſit indicans, & permittens, in ſecunda verò non eſt mittendus ſanguis,ſed ſolùm purgandum eſt,cùm adſit indicans purgandi,non ſanguinis mittendi; dicere igitur magnitudinem morbi cum robore virium, eſt dicere magnitudinem morbi ex repletione, eoque magis ſi adſit ætas florẽs, quemadmodum dicere magnitudinem morbi abſque prædictis conditionibus,eſt dicere morbi magnitudinem à cacochymia.

Ex quibus apparere ſatis puto falſum eſſe, quòd in omnibus febribus à principio hæc tria ſemper reperiantur, nempe magnitudo morbi, robur virium, & ætas florens, proinde ſanguinem mittendum eſſe,alioqui non eſſe mittendum, vbi videlicet non adſint omnia; fieri enim poteſt, vt febris ſit cum robore virium quidem, ſed in ætate minimè florente, imò declinante, quemadmodum Gal. de curan. rat. per ſang. miſſionem cap. 13. in fine docet, vbi tamen vult ſanguinem mittendum eſſe non obſtante, quòd ætas declinet; ſatis enim eſt, quòd adeſt robur virium, & idem dicendum eſt de prima ætate, non eſt igitur neceſſarium, quòd tres hi ſcopi ſint ſemper præſentes; H ſat enim eſt adeſſe indicans, & permittens,ex 4. Meth. med. cap. 6. vnde Celſus lib. 2. cap. 10.qui fuit ante Galenum,ſcriptum reliquit,quòd intereſt,non quæ ætas ſit,neque quid in corpore intus geratur, ſed quæ vires ſint;hæc enim duo ſunt indicans nempè, atque permittens, quæ Medicum ad ſanguinis miſſionem trahunt; at reliqua indicantia parui pendenda exiſtimat, aliquid tamen condonandum ſcripſit Hipp. ætati, habitui, complexioni, conſuetudini, tempori, regioni, victus rationi, quia ab his ſanguinis extrahendi quantitas limitatur, non autem indicatur ſanguinis detractio; vnde idem Celſus loco cit. dicebat antiquos fuiſſe in hac opinione, vt iudicarẽt primã, & vltimam ætatem non ſuſtinere hoc auxilium,videtur ſibi perſuaſiſſe mulierem grauidam,quæ ita curata fuiſſet,abortum facturam, poſtea verò vſus oſtendit nihil ex his eſſe perpetuum, aliaſque potiores obſeruationes eſſe, ad quas dirigi curantis conſilium debeat, tandem Celſus concludit, quòd ſi iuuenis imbecillus ſit, aut mulier, quæ grauida non eſt, parum

valeat,

A valeat, malè emittitur ſanguis, at firmus puer, robuſtus ſenex, & grauida mulier valens tutò curantur. Quare tota ſanguinis mittendi ratio poſita eſt in his duobus, nempe in indicante, & permittente. Quibus ſic iactis ad argumenta demonſtrantia eſſe mittendum ſanguinem in cacochymia reſpondeo, & ad primum concedo non eſſe mittendum ſanguinem in febre, vt febris eſt, neque ratione ſolius cauſæ, nempe putredinis, niſi ſecundariò, & per accidens, quatenus ſimul cum ſanguine, qui eſt præcipuum indicans exeunt ex vena putridi humores, quare in febre mittitur ſanguis euacuandi cauſa, quando adeſt magnitudo ex plenitudine orta.

Ad ſecundum dico breuiter, quòd ſarcina, cuius cauſa ſanguis mittitur in ſynocha, eſt alia ab illa, qua mittitur ſanguis in febribus putridis, ſiquidem in ſynochis adeſt plenitudo ſimpliciter, & abſoluta ratione quia in ea dominatur ſanguis, in putridis verò eſt plenitudo conditionata, quæ cacochymia, & plenitudo ſecundùm quid appellatur. Quare poſſumus dicere duplicem eſſe cacochymiam, vna eſt, quæ ſimpliciter talis eſt, quando vnus humor, vel duo ita aucti ſunt, vt ſuperent quantitate ſanguinem: altera B verò eſt, in qua humores quidem excedunt, ſed cum ſanguinis copia eos ſuperante: in prima, & ſi ſarcina ſit, à qua natura grauatur, non tamen in ea mittitur ſanguis, ſed purgante medicamento tollitur; altera verò ea eſt, cuius gratia mittitur ſanguis in febribus putridis. Quare ſimilitudo valet in hoc, quòd in vtraque febre tam in ſynocha, quàm in putridis mittitur ſanguis, vt exoneretur natura, ſed differt, quia in ſynocha natura grauatur à copia ſanguinis, in putridis verò à copia quidem, ſed cui admiſta eſt copia cacochymiæ, hoc eſt praui humoris, ac etiam putrefacti, cuius copia in ſanguinis miſſione cum ſanguine exit.

Ad Gal. locum 4. Meth. med. dicimus hunc locum difficilem eſſe ob variam hominum interpretationē; exiſtimamus tamen Galenum diſputaſſe antea aduerſus Empiricos, & Menodotum potiſſimùm, qui forte erat huius ſectæ caput, oſtendiſſeque illis non eſſe ſemper, & in quacunque ſyndrome plethorica mittendum ſanguinem. Ex aduerſo autem dicebat aduerſus ipſos exiſtimātes non eſſe mittendum ſanguinem, niſi in affectu plethorico, contingere aliquando plenitudinis concurſum eſſe in corpore, qui C abſque ſanguinis miſſione tolli poſſit, nempe vel inedia, exercitio, paucitate cibi, alui lubricitate, purgatione, balneo quoque, quæ ſunt auxilia ad tollendam aliquā plenitudinem, ergo non omnis plethoricus concurſus indicat ſanguinis miſſionē, vt Menodotus cum ſua ſecta exiſtimabat. Probabat deinde Galenus adeſſe aliquos caſus, in quibus abſque concurſu plethorico erat mittendus ſanguis, vt quando aliquis ex alto ceciderit, aut vulneratus fuerit, in quibus etiam ipſemet Empirici conueniebant in mittendo ſanguine. Quare concludit neque in omni plethorica affectione eſſe mittendum ſanguinem, & aliquando ſine plenitudine opus eſſe mittere ſanguinem.

Quibus ſic ſtantibus docet Gal. in hoc loco quando re vera mittendus ſit ſanguis, nempe quando plethorica ſindrome, aut plethoricus affectus faciat magnum morbum præſentem, aut poſſit ipſum facere, præſentem quidem morbum facit plethorica affectio, vt quando adeſt ſynocha febris, futurum verò facere poteſt, vt quando ad aliquam partem immoderatè fluit, ſiue id contingat à cauſa externa, vt quando aliquis ceciderit ex alto, aut vulneratus fuerit, vel aliquando euenit à cauſa interna, vt in flam- D matione aliqua; in primo caſu mittitur ſanguis, vt eſt auxilium euacuatorium, quo eget plethorica affectio, vnde Galenus in illo iuuene, qui febrem ſynocham patiebatur imputrem, miſit ſanguinem ad animi deliquium vſque; quam tamen ſectionem noſtris temporibus non eſſe tutam aliàs oſtendimus, proinde meliùs eſſe determinaumus ſanguinis miſſionem eſſe partiendam pro plenitudinis exceſſu, virium robore, anni tempore, ætate, aliarumque circumſtantiarum ratione.

In ſecundo verò licet mittere ſanguinem non tanquam auxilium euacuatorium, ſed reuulſorium; reuulſione enim inhibemus fluxum ſanguinis ipſum trahentes ad oppoſitas partes, ſed de reuulſione tractabimus infra, nunc verſamur circa febres, in quibus mittitur ſanguis non reuellendi cauſa, ſed euacuandi. Sed ſtatim obijcietis febres putridas non eſſe omnes ſynochas, proinde neque in ipſis reperiri plethoricum illum concurſum ſuppoſitum, & proinde non eſſe neceſſariam ſanguinis miſſionem, neque vt reuulſoriam, neque vt euacuatoriam.

Reſpondeo breuiter, & dico quòd concurſus plethoricus conſideratur duobus mo- E
dis, vel quatenus ſolus ſanguis in eo dominatur, aut cum eo omnes alij humores, & di-
citur plenitudo ſimpliciter, ſiue ſit ad vaſa, ſiue ad vires. Secundo modo quatenus adeſt
cum copia ſanguinis alius humor excedens, cuius vna pars ſit putrefacta, vel non pu-
trefacta, & dicitur plenitudo ſecundùm quid: in vtraque hac plenitudine mittendus eſt
ſanguis, vt eſt auxilium euacuatorium; verùm ſecundùm magis, & minùs, magis in ſim-
plici plenitudine, qualis eſt in ſynochis, minùs in plenitudine ſecundùm quid, & ea eſt,
quæ in putridis febribus conuenit. Quare in febribus putridis mitti debet ſanguis, vbi
cum putredine adeſt copia ſanguinis, & hæc plenitudo ſecundùm quid conſideratur.

Sed adhuc aliud eſt conſideratione dignum ex hoc Gal. loco, nempe quòd affectio,
quæ poteſt facere magnum morbum in potentia, vel ipſum iam actu facit, eſt duplex,
vna eſt, vt dicebam, quæ eſt in duplici differentia, alia quę ex copia humorum omnium,
aut ex ſolo fit ſanguine, & plethora dicitur; altera verò, quæ prauum aliquem humorem
admiſtum habet ſecum, quæ plethora ſecundùm quid dicitur, quæ etiam poteſt dici
cacochymia: quæ & ipſa in duplici eſt diſcrimine, vna in qua vnus, vel duo humores F
ſimul cum ſanguine nimium adaucti ſunt; alia verò, in qua humor vnus, vel duo, vel
etiam tres ſupra ſanguinem ſunt aucti, & in vtraque datur magis, vel minùs. Stante hac
diuiſione dicebat Galenus in magnitudine, quæ fit à plenitudine mittendus eſt ſanguis,
in magnitudine, quæ fit à cacochymia, vtendum eſt medicamento purgante.

Et hæc ſunt, quæ ad hunc locum Galeni ſpectant, ad locum 8. meth. meth. cap. 4.
reſponderi poteſt ſanguinem eſſe mittendum reuulſionis gratia. Ad auth. 6. lib. epidem.
dicendum eſt aliud eſſe dicere mulierem eſſe cacochymam, aliud eſſe dicere eandem
eſſe, vel fuiſſe extenuatam, & macilentam; nam ſi dicamus, & concedamus fuiſſe hanc
cacochymam, hoc eſt plenam prauorum humorum, perperam egiſſet Galenus, & ad-
uerſus ſua principia, ſi ei miſiſſet ſanguinem, & præcipuè tam copioſè, quemadmodum
fecit, quandoquidem ei ſanguinem extraxit ſpatio trium dierum ad libras tres cùm
duabus vncijs, quam euacuationem, ſi fuiſſet cacochyma, non potuiſſet perferre quare
ex bona tolerantia, & conferentia etiam ſatis dilucidè apparet hanc mulierem non
fuiſſe cacochymam, ſed extenuatam quidem ratione habitus corporis, qui gracilis erat, G
collegerat tamen in venis multam copiam ſanguinis melancholici, cùm venas haberet
latas, cuius copia periculum erat, ne in magnum quendam morbum incideret.

Euacuandi igitur cauſa Galenus tot libras ſanguinis emiſit, vnde ipſemet lib. de
curan. rat. per ſang. miſſ. cap. 11. docet regulas quaſdam obſeruandas, vbi ex talo
in mulieribus mittendus eſt ſanguis, prima eſt, vt obſeruetur, an mulier ſit nigrioris
coloris, an verò albi, deinde ſi gracilior, an ſit corpulenti, & pinguioris habitus, atque
carnoſi, tertiò an venas habeat latas, an verò anguſtas. Si mulieres ſint nigriores, habi-
tus gracilioris, venaſque habeant latas, docet, vt ſecetur vena, quæ ad talum eſt, & inde
mittatur copia ſanguinis, vt par eſt, atqui ſi candidæ ſint, carnoſæ, venaſque habeant an-
guſtas, meliùs eſt vti ſcarificationibus ad vtrumque malleolum, quàm ſecare venam,
quandoquidem experientia compertum eſt haſce mulieres magis iuuari ex ſcarifica-
tione, quàm ex venæ ad talum ſectione, quamuis ſacrificationes apud nos non ſint in
communi vſu, vt ſuo loco declarabitur.

Erat & epicraſis, quæ eſt praui humoris euacuatio, & boni per alimentum regene- H
ratio; dicimus hanc eandem eſſe in duplici differentia, vna eſt, quæ fit ſanguinis miſ-
ſione, altera medicamento purgante; ſi primo modo fieri debeat, opus eſt conſiderare,
an cum prauo humore adſit copia ſanguinis, vel non. Si primo modo, vel paucus eſt,
vel multus, ſi paucus augendus eſt per idoneam victus rationem; deinde ſpatio vnius,
vel alterius diei mittendus eſt ſanguis. Si multus pro virium robore mittendus eſt pro
maiori, & minori quantitate, deinde regenerandi ſunt boni humores, idque ſenſim, &
ſæpiùs agendum, quouſque ad bonitatem humores redacti ſint; at ſi non adeſt ſanguis,
ſed adſit pura cacochymia, medicamento purgante ſunt educendi eadem ratione, dein-
de, & humores nouos regenerare, itaque procedere quouſque praui humores ſint in
bonos mutati, quare, vt videtis hæc tam diuulgata, ac celebrata epicraſis ab vtroque
Medicinæ inſtrumento, nempe chirurgia, & pharmacia fieri poteſt, quibus tamen
diætæ opera contulerit.

A Ad Auic. authoritatem dicimus eſſe mittendum ſanguinem, vt eſt auxilium reuulſo-
rium, quamuis non ſit neceſſarium, vt euacuatorium auxilium; nam cùm ex Gal. &
Auic. conſilio ſanguis mitti debeat, vel euacuandi, vel reuellendi ratione, aliquando
Medicus cogitur mittere ſanguinem nulla exiſtente ſindrome plethorica, vt aduerſus
Empiricos demonſtrauit Galenus loco præcit. vt quando in vulneratis mittitur ſanguis
ſine ſignis plenitudinis reuellendi cauſa, & hoc eſt, quod Auic. dicebat mitti ſanguinem
aliquando etiam ſi neceſſarium non ſit ratione euacuationis, quamuis ſit neceſſarium
ratione reuulſionis.

Quare concluſum ſit ſanguinem mitti debere, quando in ſanguine eſt vitium, nempe
in copia faciente morbum præſentem, vel quæ poſſit facere, ſiue ſanguis ſolus, ſiue
alios humores adiunctos habeat prauos, vt ſupra dictum eſt, vel in motu quidem, ſit
itaque concluſum indicans ſanguinis mittendi eſſe vitium, vel in copia ea ratione, qua
dictum eſt, vel in motu; doctiſſimus Sanctorius tum lib. 3. artis paruæ cap. 88. tum
lib. 12. methodi vitandorum errorum cap. 4. ſcribit indicans ſanguinis miſſionis eſſe
B æquiuocum, & proinde innominatum, ergo etiam & incognitum, quod cùm Medi-
cus, vt artifex ſenſatus non poſſit ſpeculari, ſat illi eſt cognoſcere adeſſe plenitu-
dinem facientem magnum morbum preſentem, aut imminentem, ideo eſſe in pri-
ma plenitudine mittendum ſanguinem euacuandi, in alia verò reuellendi, aut deri-
uandi gratia.

Quod ad id, quod permittit ſanguinis miſſionem, attinet, nihil eſt aliud, quàm ipſa
virtus, ſeu robur ipſius, quæ vel valida prorſus eſt, vel non, ſi valida permittit, ſeu coin-
dicat ſanguinis miſſionem; ſi imbecillis non permittit, quamuis poſſit dari magis, &
minùs in imbecillitate; nam ſi prorſus ſunt debiles virtutes, omninò reijciunt ſanguinis
miſſionem, at ſi non prorſus languidæ ſint, moderantur ſanguinis quantitatem, ac mo-
dum mittendi ſanguinis limitant, quantitatem quidem, quia vbi vires imbecillæ ſint,
non eſt tanta quantitas detrahenda. Quod ad modum attinet; per ſectam venam
fieri non poterit, ſed potiùs per ſcarificationem, aut hyrudines, vel ſi per ſectam ve-
nam, non magnam, ſed exiguam, vel ſi magnam non vnica vice, ſed iteratis vicibus.
C Ex his igitur omnibus indagare licet, an cõueniat ſanguinis miſſio per venæ ſectionem.
His habitis eſſet modò deueniendum ad rectum agendorum vſum, nempe quando, &
vbi, verùm opus eſt, vt priùs declarem de reuulſione, & deriuatione nonnulla ſcitu ne-
ceſſaria, quæ & ſi inſtrumenta ſint communia tam Pharmaciæ, quàm chirurgiæ, fre-
quentiùs tamen his vtitur ipſa chyrurgia, quæ verſatur circa ſanguinis euacuationem.

De Reuulſione, & Deriuatione.

In huiuſmodi materia pertractanda adeo inter ſe diſſentientes ſunt authores, vt ni-
hil in Medicina reperiatur, quod intricatum magis ſit, & hoc forte propter varium lo-
quendi modum, quem Galenus ſeruauit, tam in reuulſione, quam in deriuatione tra-
denda ob varias occaſiones, quæ in hac materia obuiam venerunt; nam cum pluribus
in locis de vtraque loquutus fuerit modò abſolutè, modò per comparationem ad va-
rias res, aliquando etiam comparando eas adinuicem, factum eſt, vt ab his authoribus
res variè fuerit accepta pro varia ipſorum intelligentia; nam & ſi omnes conueniant in
hoc, quòd Galenus reuulſioni tribuerit quatuor conditiones, nempe quòd ipſa debeat
D fieri ſecundùm rectitudinem, deinde per diſtantiſſima loca, ſeu per oppoſitiones loco-
rum adinuicem, tertiò vt per eam trahantur humores ad originem ipſorum. Quartò
vt fiat per vaſa communia, quid in vnoquoque membro horum intelligere velit Gale-
nus, nempe quid nomine rectitudinis, quid per loca diſtantiſſima, & verum vera ſit hæc
propoſitio, nempe (in reuulſione attrahantur humores ad ſui originem) per ſe, & ſem-
per, ita vt hæc conditio competat reuulſioni; & demum quid per vaſa communia in-
telligendum veniat, iam variæ ſunt grauiſſimorum authorum opiniones; vt vix duo re-
periantur, qui in huiuſmodi contemplatione concordes ſint.

Poteſtis legere per otium Curtium, Manardum, Fernelium, Fuchſium, Altimarum, Bri-
ſotum, Altimarum, Argenterium, Ioubertum, Augenium, Maſſariam, Botallum, quãuis
tamẽ verear, ne ab eorum lectione minùs docti, & magis confuſi diſcedatis, ita vt quid
vobis determinandum omninò ignoraturi ſitis. Quam ob rem mitum erit rem omnem,
quantùm fieri poterit, compendio perſtringere, dilucidamque, & claram reddere, vt

cogno-

Reſpondeo breuiter, & dico quòd concurſus plethoricus conſideratur duobus modis, vel quatenus ſolus ſanguis in eo dominatur, aut cum eo omnes alij humores, & dicitur plenitudo ſimpliciter,ſiue ſit ad vaſa,ſiue ad vires. Secundo modo quatenus adeſt cum copia ſanguinis alius humor excedens, cuius vna pars ſit putrefacta, vel non putrefacta,& dicitur plenitudo ſecundùm quid: in vtraque hac plenitudine mittendus eſt ſanguis, vt eſt auxilium euacuatorium; verùm ſecundùm magis,& minùs,magis in ſimplici plenitudine, qualis eſt in ſynochis, minùs in plenitudine ſecundùm quid, & ea eſt, quæ in putridis febribus conuenit. Quare in febribus putridis mitti debet ſanguis, vbi cum putredine adeſt copia ſanguinis, & hæc plenitudo ſecundùm quid conſideratur. E

Sed adhuc aliud eſt conſideratione dignum ex hoc Gal. loco, nempe quòd affectio, quæ poteſt facere magnum morbum in potentia, vel ipſum iam actu facit, eſt duplex, vna eſt,vt dicebam,quæ eſt in duplici differentia,alia quę ex copia humorum omnium, aut ex ſolo ſit ſanguine,& plethora dicitur,altera verò,quæ prauum aliquem humorem admiſtum habet ſecum, quæ plethora ſecundùm quid dicitur, quæ etiam poteſt dici cacochymia: quæ & ipſa in duplici eſt diſcrimine, vna in qua vnus, vel duo humores ſimul cum ſanguine nimium adaucti ſunt; alia verò, in qua humor vnus, vel duo, vel etiam tres ſupra ſanguinem ſunt auct.,& in vtraque datur magis, vel minùs. Stante hac diuiſione dicebat Galenus in magnitudine,quæ ſit à plenitudine mittendus eſt ſanguis, in magnitudine,quæ ſit à cacochymia, vtendum eſt medicamento purgante. F

Et hæc ſunt,quæ ad hunc locum Galeni ſpectant, ad locum 8. meth. meth. cap. 4. reſponderi poteſt ſanguinem eſſe mittendum reuulſionis gratia. Ad auth. 6.lib. epidem. dicendum eſt aliud eſſe dicere mulierem eſſe cacochymam, aliud eſſe dicere eandem eſſe,vel fuiſſe extenuatam, & macilentam; nam ſi dicamus, & concedamus fuiſſe hanc cacochymam,hoc eſt plenam prauorum humorum, perperam egiſſet Galenus, & aduerſus ſua principia,ſi ei miſiſſet ſanguinem,& præcipuè tam copioſè, quemadmodum fecit, quandoquidem ei ſanguinem extraxit ſpatio trium dierum ad libras tres cùm duabus vncijs, quam euacuationem, ſi fuiſſet cacochyma, non potuiſſet perferre quare ex bona tolerantia, & conferentia etiam ſatis dilucidè apparet hanc mulierem non fuiſſe cacochymam,ſed extenuatam quidem ratione habitus corporis,qui gracilis erat, collegerat tamen in venis multam copiam ſanguinis melancholici, cùm venas haberet latas,cuius copia periculum erat, ne in magnum quendam morbum incideret. G

Euacuandi igitur cauſa Galenus tot libras ſanguinis emiſit, vnde ipſemet lib. de curan. rat. per ſang. miſſ. cap. 11. docet regulas quaſdam obſeruandas, vbi ex talo in mulieribus mittendus eſt ſanguis, prima eſt, vt obſeruetur,an mulier ſit nigrioris coloris, an verò albi, deinde ſi gracilior, an ſit corpulenti, & pinguioris habitus, atque carnoſi, tertiò an venas habeat latas,an verò anguſtas. Si mulieres ſint nigriores, habitus gracilioris, venaſque habeant latas, docet,vt ſecetur vena, quæ ad talum eſt,& inde mittatur copia ſanguinis,vt par eſt,atqui ſi candidæ ſint,carnoſæ,venaſque habeant anguſtas, meliùs eſt vti ſcarificationibus ad vtrumque malleolum, quàm ſecare venam, quandoquidem experientia compertum eſt haſce mulieres magis iuuari ex ſcarificatione, quàm ex venæ ad talum ſectione, quamuis ſacrificationes apud nos non ſint in communi vſu, vt ſuo loco declarabitur.

Erat & epicraſis, quæ eſt praui humoris euacuatio, & boni per alimentum regeneratio; dicimus hanc eandem eſſe in duplici differentia, vna eſt, quæ ſit ſanguinis miſſione,altera medicamento purgante;ſi primo modo fieri debeat,opus eſt conſiderare, an cum prauo humore adſit copia ſanguinis, vel non. Si primo modo, vel paucus eſt, vel multus, ſi paucus augendus eſt per idoneam victus rationem; deinde ſpatio vnius, vel alterius diei mittendus eſt ſanguis. Si multus pro virium robore mittendus eſt pro maiori, & minori quantitate, deinde regenerandi ſunt boni humores, idque ſenſim,& ſæpiùs agendum, quouſque ad bonitatem humores redacti ſint; at ſi non adeſt ſanguis, ſed adſit pura cacochymia,medicamento purgante ſunt educendi eadem ratione,deinde, & humores nouos regenerare, itaque procedere quouſque praui humores ſint in bonos mutati, quare, vt videtis hæc tam diuulgata,ac celebrata epicraſis ab vtroque Medicinæ inſtrumento, nempe chirurgia, & pharmacia fieri poteſt, quibus tamen diætæ opera contulerit. H

Ad

A Ad Auic. authoritatem dicimus eſſe mittendum ſanguinem, vt eſt auxilium reuulſorium, quamuis non ſit neceſſarium, vt euacuatorium auxilium; nam cùm ex Gal. & Auic. conſilio ſanguis mitti debeat, vel euacuandi, vel reuellendi ratione, aliquando Medicus cogitur mittere ſanguinem nulla exiſtente ſindrome plethorica, vt aduerſus Empiricos demonſtrauit Galenus loco præcit. vt quando in vulneratis mittitur ſanguis ſine ſignis plenitudinis reuellendi cauſa, & hoc eſt, quod Auic. dicebat mitti ſanguinem aliquando etiam ſi neceſſarium non ſit ratione euacuationis, quamuis ſit neceſſarium ratione reuulſionis.

Quare concluſum ſit ſanguinem mitti debere, quando in ſanguine eſt vitium, nempe in copia faciente morbum præſentem, vel quæ poſſit facere, ſiue ſanguis ſolus, ſiue alios humores adiunctos habeat prauos, vt ſupra dictum eſt, vel in motu eiuſdem, ſit itaque concluſum indicans ſanguinis mittendi eſſe vitium, vel in copia ea ratione, qua dictum eſt, vel in motu; doctiſſimus Sanctorius tum lib. 3. artis paruæ cap. 88. tum lib. 12. methodi vitandorum errorum cap. 4. ſcribit indicans ſanguinis miſſionis eſſe
B æquiuocum, & proinde innominatum, ergo etiam & incognitum, quod cùm Medicus, vt artifex ſenſatus non poſſit ſpeculari, ſat illi eſt cognoſcere adeſſe plenitudinem facientem magnum morbum preſentem, aut imminentem, ideo eſſe in prima plenitudine mittendum ſanguinem euacuandi, in alia verò reuellendi, aut deriuandi gratia.

Quod ad id, quod permittit ſanguinis miſſionem, attinet, nihil eſt aliud, quàm ipſa virtus, ſeu robur ipſius, quæ vel valida prorſus eſt, vel non, ſi valida permittit, ſeu coindicat ſanguinis miſſionem; ſi imbecillis non permittit, quamuis poſſit dari magis, & minùs in imbecillitate; nam ſi prorſus ſunt debiles virtutes, omninò reijciunt ſanguinis miſſionem, at ſi non prorſus languidæ ſint, moderantur ſanguinis quantitatem, ac modum mittendi ſanguinis limitant, quantitatem quidem, quia vbi vires imbecillæ ſint, non eſt tanta quantitas detrahenda. Quod ad modum attinet; per ſectam venam fieri non poterit, ſed potiùs per ſcarificationem, aut hyrudines, vel ſi per ſectam venam, non magnam, ſed exiguam, vel ſi magnam non vnica vice, ſed iteratis vicibus.
C Ex his igitur omnibus indagare licet, an cõueniat ſanguinis miſſio per venæ ſectionem. His habitis eſſet modò deueniendum ad rectum agendorum vſum, nempe quando, & vbi, verùm opus eſt, vt priùs declarem de reuulſione, & deriuatione nonnulla ſcitu neceſſaria, quæ & ſi inſtrumenta ſint communia tam Pharmaciæ, quàm chirurgiæ, frequentiùs tamen his vtitur ipſa chyrurgia, quæ verſatur circa ſanguinis euacuationem.

De Reuulſione, & Deriuatione.

In huiuſmodi materia pertractanda adeo inter ſe diſſentientes ſunt authores, vt nihil in Medicina reperiatur, quod intricatum magis ſit, & hoc forte propter varium loquendi modum, quem Galenus ſeruauit, tam in reuulſione, quam in deriuatione tradenda ob varias occaſiones, quæ in hac materia obuiam venerunt; nam cum pluribus in locis de vtraque loquutus fuerit modò abſolutè, modò per comparationem ad varias res, aliquando etiam comparando eas adinuicem, factum eſt, vt ab his authoribus res variè fuerit accepta pro varia ipſorum intelligentia; nam & ſi omnes conueniant in hoc, quòd Galenus reuulſioni tribuerit quatuor conditiones, nempe quòd ipſa debeat
D fieri ſecundùm rectitudinem, deinde per diſtantiſſima loca, ſeu per oppoſitiones locorum adinuicem, tertiò vt per eam trahantur humores ad originem ipſorum. Quartò vt fiat per vaſa communia, quid in vnoquoque membro horum intelligere velit Galenus, nempe quid nomine rectitudinis, quid per loca diſtantiſſima, & vtrum vera ſit hæc propoſitio, nempe (in reuulſione attrahantur humores ad ſui originem) per ſe, & ſemper, ita vt hæc conditio competat reuulſioni, & demum quid per vaſa communia intelligendum veniat, tam variæ ſunt grauiſſimorum authorum opiniones, vt vix duo reperiantur, qui in huiuſmodi contemplatione concordes ſint.

Poteſtis legere per otium Curtium, Manardum, Fernelium, Fuchſium, Alcaſiam, Briſotum, Alimarum, Argenterium, Ioubertum, Augenium, Maſſariam, Botallum, quãuis tamẽ verear, ne ab eorum lectione minùs docti, & magis confuſi diſcedatis, ita vt quid vobis determinandum omninò ignoraturi ſitis. Quam ob rem mihi tum erit rem omnem, quantùm fieri poterit, compendio perſtringere, dilucidamque, & claram reddere, vt

cogno-

Digitized by Google

cognoſcere valeatis proprietates, & conditiones vtriuſque, nempè reuulſionis, & deriuationis: quibus cognitis facilè per vos ipſos comprehendetis, in quibus caſibus veniat mittendus ſanguis reuulſionis, aut deriuationis gratia. Tandem ex his cognoſcetis omnes ſpecies, & differētias ſanguinis mittendi, tanquam ad tria hæc capita reduci, nempe ad euacuatoriam, reuulſiuam, & deriuatiuam, de quibus ſatis iam dictū eſt; nam eradicatiua reducitur ad euacuatiuam, quæ eſt ſecundùm magis, & minùs, refrigeratoria verò, & euentatiua modò ad vnam, modò ad alteram reducuntur; quoties enim mittitur ſanguis, ſubſequitur refrigeratio, & euentatio. Hanc doctrinam reperietis apud Galenum in tribus libris, quos de ſanguinis miſſione ſcripſit, nempe aduerſus Eraſiſtratū, aduerſus Eraſiſtrateos, nec non in libro de curan. rat. per ſang. miſſ. 4. meth. med. cap. 6. 13. meth. med. cap. 11. & in ſumma in tota eius doctrina reperietis ad tria hæc capita reduci omnem ſanguinis miſſionem. E

Quam Gal. doctrinam, vt dilucidè intelligatis, opus eſt, vt etiam ſciatis ab eodem Galeno determinatum fuiſſe pluribus in locis in corpore noſtro dari quatuor oppoſitiones, vt 4. meth. med. 3. & 6. 4. de ſanit. tuenda, vna eſt, quæ à ſuperioribus ad inferiores partes extenditur, vt à capite ad pedes, & è contra, diciturque oppoſitio ſecundùm longitudinem. Secunda eſt lateralis, quæ ſecundùm latus dextrum, & ſiniſtrum, eſt hoc eſt à dextro in ſiniſtrū, & è contra. Tertia eſt ſecundùm profunditatem, nempe ab anterioribus ad poſteriores corporis partes, & è contra, quarta, & vltima eſt à circumſerentia ad centrum, & è contra. Hac ſtante oppoſitionum determinatione, cùm opus ſit in reuulſione ſeruari rectitudinem cum oppoſitione, plerique Authorum ſcribunt in ſola oppoſitione ſecundùm longitudinem debere fieri reuulſionem, quia in hac ſola eſt venarum rectitudo, neque in alia ex oppoſitionibus obſeruari poteſt rectitudo, quam in ea, quæ fit per longitudinem, ſequitur etiam non poſſe veram reuulſionē fieri niſi in illa oppoſitione, quæ fit per longitudinem, in alijs verò minimè fieri poteſt; nam in his ſanguis exire non poteſt mediantibus fibris rectis; in hac verò exit per fibras rectas, quę in venis protenſæ ſunt. Quare in hac ſolùm oppoſitione, quæ eſt ſecundùm corporis totius longitudinem fit reuulſio, in alijs minimè fieri poteſt. Huius opinionis inter alios eſt Mercatus lib. 1. de recto præſidiorum vſu cap. 4. F G

Sed decipiuntur omnes, qui ſunt in hac opinione, quia ex Gal. ſententia non minùs rectitudo ſeruari poteſt in alijs oppoſitionibus, quàm in illa, quæ eſt ſecundùm corporis longitudinem; nam Gal. 3. de fracturis 10. hanc vocem ἰξύν, interpetratur rectitudinem è regione, hoc eſt oppoſitionem è directo, vnde eſt, quod in omni oppoſitione partes, quæ ſibi è regione ſunt, dicuntur oppoſitę ſecundùm rectitudinem, vt vna auris dicitur è regione alterius è directo. Deinde ἰξύν, exponitur conſenſus, ἰξύν, aut κατ᾽ ἰξύν nihil aliud ſignificat, quàm conſenſum, quem vaſa inter ſe habent, vt venæ vnius lateris conſenſum habent, cum illis, quæ ſunt in oppoſito latere, vt dextræ cum ſiniſtris, & è contra.

Tertiò rectitudo à recta linea reperitur in omnibus oppoſitionibus; nam & venæ, quæ ad latera feruntur rectæ feruntur, ſed non modo, quæ ad latera ſunt, rectitudinem ſuam habent, ſed omnes illæ, quæ ad anteriores, & poſteriores feruntur, rectitudine ſua non carent, quemadmodum quoque illæ, quæ à centro ad circumferentiam, & à circumferentia ad centrum inter ſe conſenſum habent, ſuamque rectitudinem. Ex quibus patet omnes oppoſitiones habere rectitudinem, quare & in omnibus fieri poteſt reuulſio. Rectitudo enim, vt patet, ſeruatur inter ſiniſtram partem, & dextram, anteriorem, & poſteriorem, internam, atque externam, non ſecus atque inter partem ſuperiorem, & inferiorem: id quod Gal. apertè docuit 6. meth. med. cap. 3. & clariùs 4. meth. med. 6. loquens de ſanguinis fluxu è naribus dicebat, quòd pars anterior ita aduerſatur poſteriori, quemadmodum ſuperior pars opponitur parti inferiori, ſed (quod magis eſt) idem 5. meth. med. cap. 3. ſcriptum reliquit quod ab his, quæ intus habentur ad ea, quæ foris ſunt, æquè ſeruatur reuulſio, atque à partibus ſupernis ad inferiores; vnde idem Gal. lib. artis paruæ 99. dicebat reuulſionem eſſe attractionem ad omnes oppoſitas partes. Quibus ſatis patere puto, quantùm ij decipiantur in via Galeni, qui putant non poſſe fieri reuulſionem niſi in oppoſitione longitudinali. Sed cùm Gal. ſcripſerit lib. artis paruæ cap. cit. reuulſionem eſſe attractionem ad oppoſitas H

partes

A partes,& 4. Meth. med. 3. ſcripſerit reuulſionem eſſe auerſionem quamdam, videtur
quòd ipſa reuuſio non poſſit definiri per ſolam attractionem, vt nonnulli exiſtimant;
quandoquidem hæc ipſa pluribus mudis fieri obſeruatur, videlicet expulſione, aliquã-
do attractione, ſæpe verò expulſione, atque attractione ſimul. Expulſione quidem, vt
quando v. g. humor fluit ad caput, fronti, & capiti applicamus auxilia repercuſſiua,
quæ ad partes infernas inpellunt humorem ipſum cogendo reuerti, vnde venit, ad
imitationem naturæ; quæ vbi in aliqua parte nimium grauata eſt, robore ipſius partis
expellit humorem cogens ipſum retrocedere.

Reuulſio itaque eſt auerſio humorum facta in contrariũ à facultatibus impellẽtibus,
& attrahentibus, tam cõiunctim, quàm ſeiunctim: quatuor conditiones habẽs, prima, vt
ſeruetur rectitudo, aut conſenſus, ſecunda, vt fiat per oppoſita loca, tertia, vt trahat ad
originem, & quarta, vt per loca cõmunia. Oppoſitiones verò in corpore ſunt quatuor,
per longitudinem, latitudinem, profunditatẽ, & intus, & extra; omnes hæ oppoſitiones
habent ſuum conſenſum, & in omnibus poteſt fieri reuulſio, aliquando ad diſtantia,
B aliquando ad propinqua, nec ſemper ad originem trahi poteſt. Per loca communia
opus eſt intelligere, & venas, & alias vacuitates, quæ caualium inſtar ſunt.

Hæc eſt reuulſio, quæ fit per expulſionem: per attractionem quoque fit, vt apparet
in applicatione hyrudinum ad aliquas venas, & etiam in applicatione cucurbitarum.
Per vtramque verò actionem, nempe expulſionem, & attractionem ſimul in chirurgi-
co inſtrumento, de quo nunc loquimur, fit reuulſio, vt in phrænitide à principio appli-
camus capiti oxirhodina refrigerantia, nec non hyrundines venis inferioribus:
hoc modo impellitur ad infernas partes humor, & ſimul ad eaſdem attrahitur; vnde
Clariſſimus Sanctorius rectè ſcribit de ratione reuulſionis eſſe, vt humor à ſuo motu,
auertatur, vnde fluebat ad contraria. Quare iure optimo videtur reuulſionem rectè de-
finire, vbi dicit eſſe auerſionem humorum in contrarium factam à facultatibus impel-
lentibus, & attrahentibus tam ſeiunctim, quàm coniunctim.

Quare etiam dici poteſt reuulſionem in genere eſſe auxilium reuulſorium, tam ad
Chirurgiam, quam ad Pharmaciam ſpectans, quandoquidem, & mittendo ſanguinem,
C atque purgando reuellimus. Sed cùm ſit reuulſorium inſtrumentum, opus eſt, vt ver-
ſetur circa humorem tanquam circa proprium obiectum, qui habet rationẽ indicantis
in chirurgico inſtrumento; ſanguis enim habet rationẽ obiecti circa, quod reuulſio ver-
ſatur tanquam ab ipſo indicata; huiuſmodi autem humor, vel quieſcit, vel in motu eſt,
rurſus ſi quieſcit, vel eſt in diſpoſitione propinqua ad motum, vel non eſt in diſpo-
ſitione, quatenus quieſcit non indicat reuulſionem, ſed vbi iam actu eſt in mo-
tu, aut in potentia propinqua ad motum, indicans eſt reuulſionis, & reuulſio eſt auxi-
lium ab eo indicatum, dummodo in contrarium fluant, aut fluere poſſint. Quare non
ſolùm fluctibus humoribus, ſed & fluxis, ac fluxuris competit reuulſio, dummodo apti-
tudinem habeant, vt poſſint cum ægrotantis commodo, ac benefitio in cõtrarium duci.

Hoc authoritate Hipp. 6. epidem. com. 2. tex. 9. & à Gal. 13. meth. med. confirmatur,
vbi ſcribit ſe ſanaſſe oculorum inflammationem vna die facta purgatione, & reuul-
ſione humorum exiſtentium in vẽtriculo; humores autem partim in fluxu erant, partim
diſpoſiti ad fluendum, & reuulſio quæ fit prima die auertit in contrarium, non modò
D humores actu fluentes, ſed qui ad motum etiam diſpoſiti ſunt, vt Hipp. lib. 2. acut. tex.
10. demonſtrauit, vbi ſcripſit in pleuritide mittendum eſſe ſanguinem, quouſque is ex
rubicundo liuidus fiat. Vnde ſi tanta ſanguinis copia euacuanda eſt, quouſque ſanguinis
mutatio ad liuidum fiat certiſſimum eſt, non modò euacuãdum eſſe fluẽtem, ſed etiam
humorem quieſcẽtem; ſed huiuſmodi ſanguinis euacuatio reuulſio eſt, quare ex Hipp.
reuulſio verſatur non modò circa humorem actu fluentem, ſed circa humorem fluxu-
rum. Quare reuulſio indicabitur, tam ab humore in motu, quàm ab eo, qui iam quieſcit.
Habita reuulſionis natura, & à quo indicatur, videndum eſt, an fiat per loca diſtantia,
an propinquiora. Plerique authores, qui de hac materia ſcribunt conueniunt in hoc,
quòd reuulſio fiat tum per loca propinqua, tum quoque per diſtantiſſima. Verùm inter
ſe maximè diſcrepant in ratione reddenda. Nam alij dicunt reuulſionem fieri per di-
ſtantiſſima loca, primò gratia præſeruationis, vel quando affectus eſt leuis, & ſine pe-
riculo, ſecundò quando humores non petunt partes principes, tertiò in morbis longis;

Per

Per proxima verò primò cùm morbus eſt periculoſus,ſecundò quãdo humores petunt B
partes principes,vt in morbis acutis. Alij verò faciunt aliam conſideratione͂,vt eſt San-
ctorius lib. 12. Meth.vitandorum errorum cap.7.dicentes quòd reuulſio duobus modis
conſideratur. Primo ratione ſuæ propriæ naturæ,deinde per comparationem ad prohi-
bens. Si primo modo, reuulſio ſemper fieri debet per proximas partes; ſic enim citò
fiet, medicuſque de medio tollet peccantes ſuccos; ſi ſecundo modo, cùm prohibens
ſit humorum multitudo,non eſt facienda reuulſio per proxima, ne ad locum affectum
confluant humores,& in hoc caſu longiſſimè faciẽda eſt reuulſio, quia plùs poteſt pro-
hibẽs,nempe plenitudo,quàm indicãs,quod eſt motus humoris, idem eſt atque dicere,
quòd in corpore plethorico facienda eſt reuulſio per loca longinqua; in corpore verò
minimè plethorico per propinqua.

Vt rem hanc non admodum facilem intelligere valeatis,ſcire eſt opus hoc,Authores
ſupponere tanquam ab omnibus conceſſum,omnem operationem curatiuam, quæ in
corpore à Medicis celebratur fieri debere tutò,citò,& iucundè. Cùm autem reuulſio
ſit operatio medica debet fieri tutò & citò; ſed quæ fit reuulſio à partibus propinquis, F
citiùs humores, & ſuccos auertit, quàm faciat ea, quæ à diſtantibus partibus fit. Vnde
concludunt reuulſionem fieri tutò magis à partibus propinquis. Si tamen ipſa fiat à
longinquis, quemadmodum Gal. docuit faciendam eſſe 2. ad Glauc. 2.13.Meth.med.
6. & alijs in locis, reſpondent, quòd reuulſio ſuapte natura ob rationem allatam debet
fieri à partibus propinquis quidem, ſed quòd ſæpè vtimur reuulſione à partibus lon-
ginquis,tum propter plenitudinem exiſtentem in corpore,quæ poſſet(ſi ſanguis à par-
te propinqua mitteretur)irruere in partem affectam, & augere morbum, ne id ſucce-
dat mali, ſatiùs eſt mittere ſanguinem è longinquis partibus, quemadmodum in pleu-
ritide feciſſe obſeruant Auic. lib. 3. fen. 10.

Cùm igitur humor fluens, aut fluxurus habeat rationem indicantis, plenitudo verò
prohibentis. Si indicans magis vrgeat, & prohibens nullius ſit conſiderationis ad pro-
pinqua loca,hinc Gal. 13. meth. med. cap. 11. in iecoris inflammatione ex dextro bra-
chio ſanguinem mittit. Si verò prohibens vrgeat pro diuerſitate vrgentiæ, modò ad
longinquas, modò ad longinquiſſimas partes materiam reuellendam eſſe dicunt. G
Secundò dicunt ſæpè reuellendum eſſe à longinquis partibus ob venarum defectum
in partibus propinquis, & quamuis venæ adſint, quia tamen non ſunt aptæ ad hanc
operationem, hinc eſt,quòd ad longinquiora loca refugimus,vt reuellamus,vt *v. g.* eſt
inflammatio in brachio dextro,ſi in dorſo,aut cruribus vena adeſſet,qua poſſemus mit-
tere ſanguinem,non deueniremus ad ſaphenas, quare ſi conſideretur reuulſio in ſui ra-
tione,meliùs eſt ſemper à partibus propinquis reuellere.

Sed ne diu immoremur in quæſtionibus parum conferentibus, & quæ olent inanem
diſceptandi cupiditatem,dicere poſſumus reuulſionem eſſe duplicem, alia quæ fit me-
dicamentis purgantibus, & ſanguinis miſſione, alia verò, quæ fit attractorijs medica-
mentis, quam localem appellant; neutra harum per ſe primò,reſpicit partes diſtantes,
aut proximas: ſed proprium vtriuſque eſt auertere humorem ad contraria, ſiue fluen-
te, ſiue non fluente humore. Frequentiùs tamen fit per loca propinqua reuulſio localis,
vt 6. vulg. morb. com. 2. tum. 9. ſcriptum erat à Galeno. Reuulſio verò, quæ fit ſan-
guinis miſſione, & ſi per omnem fieri poſſit oppoſitionem, frequentiùs tamen fit per H
longitudinem, ſed quia in longitudine corporis partes maximè diſtare videntur, hinc
eſt etiam,quòd frequẽtiùs fieri per loca diſtantia, & diſtantiſſima videtur:nec putamus
fieri per diſtantia loca ratione plenitudinis,vt exiſtimant,quia vbi adeſt ingens plenitu-
do in corpore,Gal. docet mittendum eſſe ſanguinem primum ab ea vena, quæ tollit
plenitudinem, ea autem eſt, vt ipſemet,& Auic. docent,quæ ad cubitum reperitur,ſiue
cõmunis,vel cephalica, vel iecoraria fuerit hac facta cõſideratione, quòd vbi reuellen-
dum veniat ratione partium ſuperiorum affectarum, modò ab vna vena, modò ab al-
tera mittendus ſit ſanguis; nam interior vena ſecta,nempe baſilica vtilis eſt ijs, in qui-
bus partes inferiores collo læſæ ſunt. Exterior verò vena, quæ & cephalica appella-
tur,tutò ſecatur in his affectibus, quæ ſunt ſupra collum, vt eſt caput, facies,& ipſorum
reliquæ partes. Communis verò vena ſecta,quæ à ſupra dictis iam duobus ramis pen-
det,poteſt omnibus prædictis partibus læſis opem ferre. Si ſeruetur potiſſimùm recti-

tudo,

Digitized by Google

A tudo, nam recta linea eſt illa, quæ magis expeditè à loco affecto ducit, & citiùs etiam;
hinc idem Gal. lib. de curandi ratione cap. 15. dicebat tàm perſpicuum, ac cæler re-
medium afferre venas ſectas è directo, vt ægrotus & affines ſæpè numero ſtupeſcant.
Quare exiſtimamus nos, quòd plenitudo non ſit impedimentum, quo minus ſangis in
reuulſione mittatur à partibus propinquis, vt Sanctorius putat, qui dicit hanc habere
rationem prohibentis, quando ipſa eſt in corpore, & ſumus coacti reuellere quod ſit
deueniendum ad longinquas partes ratione plenitudinis.

Quare nec reuulſio ſit à longinquis partibus per accidens, vt ſcilicet tollatur pleni-
tudo, quia dicimus primùm eſſe euacuandem plenitudinem totius corporis, deinde re-
uellendem, & quando ſumus coacti vtrunque auxilium præſtare, debemus ad venas re-
currere, quæ ſimul, & ſemel non modo euacuant & reuellunt, ſed quam citiſſimè, quod
ſanè eodem etiam docente Sanctorio magis conſequimur ex vena propinquiori, quæ
magna ſit, vt illæ ſunt, quæ ad cubitum reperiuntur, inter quas, & ſi ordo à Gal. poſitus
ſit, vt ſupra audiuiſtis, vna tamen eſt alterius vicaria, cùm ipſemet iubeat, vt quando
B vna non apparet, aliam ſecemus, & ratio eſt, quia omnes ab eodem venæ trunco or-
tum ducunt; vnde Gal. lib. 13. meth. med. cap. 11. in inflammatione iecoris, in
qua opus eſt ſola reuulſione à longinquis partibus mittit ſanguinem ex talo eiuſdem
lateris 13. meth. med. cap. cit. ad Glauc. 2. & vlt. meth. cap. 3. à longinquis igi-
tur partibus, & à longinquiſſimis, vbi non eſt opus niſi ſola reuulſione, eandem ſenten-
tiam confirmat.

Neque Auic. hoc loco tract. ſcilicet vlt. cap. 1. in primis verbis videtur voluiſſe ſan-
guinem ex ſaphena in pleuritide eſſe mittendum gratia plenitudinis: cùm primo ani-
maduerterit eſſe in principio ſanguinem mittendum ex oppoſito latere, vbi poſtea ad-
dit ex ſaphenæ ſectione citiùs auxilium deuenire ratione rectitudinis, hoc eſt, conſen-
ſus, quem venæ ſuperiores eiuſdem lateris cum inferioribus habent. Concludamus igi-
tur non ratione prohibentis, hoc eſt plenitudinis, non poſſe reuelli ſanguinem à par-
tibus propinquis, & opus eſſe deuenire ad longinquas partes. Verum id contingere ra-
tione diuerſitatis ipſorum morborum, quorum aliqui dant inducias, alij minimè, in
C quibus dantur induciæ (præcipuè in præcautione) nam vbi aſſuetus eſt humor perio-
dicè fluere, ab illa praua conſuetudine illum auertimus, Hipp. docente lib. 1. de natu-
ra hum. tutiùs eſt à longinquis partibus mittere ſanguinem reuellendi gratia, vt in præ-
dictis locis feciſſe Galenum videmus, nempe 2. ad Glauc. & vlt. meth. med. citatis.
Vbi verò morbus eſt periculoſus, vt in iecoris inflammatione mittit ſanguinem ex pro-
pinqua parte rectitudine ſeruata.

Concludamus igitur in reuulſione, humores ad contrarium eſſe auertendos ſeruata
vaſorum rectitudine, & conſenſu, deriuatio verò, & ſi fiat ad propinquas partes, non
tollitur tamen, quin & ipſa quandoque fieri poſſit ad longinquas, quod pulchrè docet
Gal. 2. morb. vulg. lib. 6. tex. 7. vbi dicit quod renibus vitiatis optimum ſit per aluum
deriuare, renes enim ab aluo ſatis longè diſtant, non igitur (& ſi deriuatio à partibus
vicinis fiat) eſt vt etiam fieri non poſſit à longinquis, quòd clariùs docet 2. ad Glauc.
2. vbi dicit ſectam venam tali, deriuare ab vtero, conueniunt tamen in pluribus reuul-
ſio, & deriuatio, quemadmodum etiam diſcrepant, conueniunt primò quia in vtraque
D auertitur humor peccans, conueniunt ſecundò in cauſa, quia ambæ cauſam æquiuo-
cam habent, cùm vtraque ab expellentibus, & attrahentibus fieri poſſit, conueniunt
tertiò ratione materiæ, quæ eſt humor peccans, quia vtraque verſatur circa humorem
fluentem, fluxum, & fluxurum; nam cum dictum ſit venam ſectam in talo deriuare ab
vtero, dicimus quoque ipſam deriuationem verſari quoque circa fluxuros humores.
poſtremò conueniunt, quia fiunt ambæ per vaſa communia.

Differunt etiam, & in multis; nam reuulſio ſæpiùs fit per longinqua loca (reuulſio-
nemque dicimus efficaciorem eſſe, quoties ſanguinis extractio per venæ ſectionem ſæ-
piùs iteratur ex Gal. lib. de curandi ratione per ſanguinis miſſionem cap. 12.) deriuatio
vero magis per propinqua ſecundo differunt, quia reuulſio magis, & frequentiùs circa
humores fluentes, & fluxuros verſatur, deriuatio verò circa fluxos, differunt tertio quia
reuulſio non ſequitur motum humoris, ſed potiùs contrarium, deriuatio verò ſemper
ſequitur motum, & propenſionem ipſius humoris. Quibus ſic declaratis vnicuique

veſtrum patere poterit, quando reuellendus ſit humor peccans, & quando deriuandus B
per vaſa communia, non modo intelligere oportet venas, & arterias, ſed omnes vias,
tam patentes, quàm non patentes in corpore noſtro exiſtentes, per quas humores tra-
duci ac transfundi poſſunt, quemadmodum ſunt inteſtina, ventriculus, renes, vreteres,
vacua, quæ ſunt inter muſculos, aliæq; intercapedines, tam occultæ, quàm manifeſtæ.
vnde Gal. 7. aph. 54. ex Hipp. ſententia dicebat naturam reperire ſibi vias nobis oc-
cultas, quibus tranſmittit materias, quamuis illæ ſint craſſæ, & foramina anguſtiſſima,
etiam per media oſſa, & 1. Meth. med. cap. 3. videns humores penetrare omnes mea-
tus: laudat Hipp. quòd dixerit corpus noſtrum totum conſpirabile & confluxibile: vi-
demus ſæpè vrinã per ſeceſſum ferri, quis animaduerterit vnquam viam hanc, ſed quod
omnem admirationem ſuperat, eſt, quia vident clariſſimi Anatomici à teſtibus ad vari
coſa paraſtata ſemen deferri mediantibus illis vaſis, quæ recurrentia appellantur, in
quibus nullus hactenus viam conſpicuam obſeruare potuit, merito igitur dicendum eſt
per vias latentes ferri poſſe per reuulſionem materias hoc eſt humores peccantes.

Finem imponentes huic tractatui dicimus in reuulſione non ſemper ad originem F
fluxionis reuelli, aut auerti humorem, ſed vt plurimum; nam cum dixerimus eſſe reuel-
lendum vt plurimum ad diſtantiſſima loca rectitudine ſeruata, & per vaſa communia,
nec non, & ad originem fluxionis, dubitari poteſt, an hæc vltima conditio ſit neceſſa-
ria, an ſcilicet fluxio ad originem ſit retrahenda: quare rectè dictum eſt non eſſe ne-
ceſſariam, & ſi contingat aliquando, vt videre eſt apud Galenum 5. Meth. med. 13.
qui mulieri illi applicat ceratum ſuturæ coronali, vt retrahantur humores, ne cadant in
pectus: caput enim eſt eorũ origo, ad quod reuelluntur humores, ſimiliter 2. ad Glanc.
cap. 7. in cruris, aut genu inflammatione ſecatur vena ad cubitum, quæ eſt retractio
fluxionis ad originem, ſunt tamen alia exempla, tam ab Hipp. quàm à Galeno accepta
demonſtrantia non ſemper ad originem fluxionis eſſe reuellendum, ſed ad alias partes,
quemadmodũ apparet 5. Aph. 68. vbi ſcribitur ſecta vena frõtis tollitur dolor poſterio-
ris capitis, quis dicet fluxionis originem eſſe anteriorem partem capitis nempe frõtem?
quando etiã ad cutim applicãtur cucurbitæ non retrahũtur humores ad locũ fluxionis.

Tandem cùm ex Gal. fiat reuulſio ſecundum omnem iam dictam oppoſitionem, non G
eſt ſemper neceſſarium, vt humores retrahantur ad originem fluxionis, vnde Gal. 2. ad
Glanc. 14. dicebat in aduerſum trahere oportet, vt ad communia membris patienti-
bus, aut ad ea, in quibus eſt fluxionis origo, cùm igitur appareat poſſe ad alia loca auer-
ti per reuulſionem humores, quàm ad originem fluxionis, ſequitur hanc conditionem
non eſſe illi neceſſariam, quamuis, vt plurimum vera ſit, & quantum fieri poteſt ſer-
uanda. Ex hoc igitur diſcurſu ſatis vobis patent conditiones reuulſionis, & deriua-
tionis, ita vt nunquam futurum ſit, vt contingat vobis in mittendo ſanguine errare aptè
intelligentibus, quando ſit auxilium iſtud adminiſtrandum euacuationis tantùm, aut
reuulſionis, vel deriuationis gratia.

Sed ingenioſus quis veſtrum quærit in febribus, quarum curatio tractatur mitten-
dus ne ſanguis ſit euacuationis, an verò reuulſionis cauſa, namq; ſi non eſt reuellen-
dum, aut deriuandum in ipſis febribus, videtur huiuſmodi tractatus ſuperfluus. Reſpon-
deo, & breuiter dico cum Ioanne Baptiſta Syluatico, quòd febribus, vt tales ſunt, nulla
ratione competit reuulſio, ſed euacuatio, tam ſanguinis miſſione, quàm medicamento H
purgante, at reſpectu diuerſorum ſymptomatum fieri poteſt, vt conueniat reuulſio:
propterea meritò reprehenſione dignum cenſemus eum, quicunque contendat hoc
loco adiectum tractatum hunc eſſe ſuperfluum, tum quia cõſequutione ſermonis opus
erat declarare iunioribus terminos hoſce, nempe quid nomine reuulſionis, & deriua-
tionis eſſet intelligendum, & à quonam ipſæ indicantur, tum maximè, quia in febribus
multa eueniunt ſymptomata, quibus reuulſione, & deriuatione ſuccurrendum eſt, tam
auxilijs à chirurgia, quàm à Pharmacia, tam ea, quæ per medicamenta purgantia curat,
quàm illa, quæ medicamentis localibus vtitur. Et hæc de indicationibus ſanguinis mit-
tendi in febribus breuiter, & diſtinctè quo ad fieri potuit dicta ſint modo accedamus
ad rectum vſum, & primo de quando.

De quando.

Per, quando, duo intelligere poſſumus nempe tempus vniuerſale, morbi, & tempus
particu-

A particulare mittendi ſanguinem, quod eſt hora, in qua debet mitti ſanguis. Quod ſpe-
ctat ad tempus vniuerſale, non deſuerunt Medici tam antiqui, quàm recentiores, qui
exiſtimarunt non niſi in principio morbi eſſe hoc auxilium adminiſtrandum. Verùm
non omnes inter ſe concordant, cùm aliqui dicant non eſſe mittendum ſanguinem niſi
poſt tertij diei paroxyſmum, quando videlicet (vt aiunt) dignotio quædam habetur,
qualis ſit forma, mos, ac natura morbi. Hinc Aegyptij multabant Medicos, qui ſuo
marte audebant ante tertium diem in morbis aliquid aggredi. Alij dicunt extremum
terminum mittendi ſanguinem eſſe quartum diem, intra quem miſſionem ſanguinis
concedunt in paroxyſmorum interuallis adhibendum, vnde Celſus lib. 2. cap. 10.
ſcriptum reliquit quòd aliquando primo die ſanguinem mittere neceſſe eſt, ſic nun-
quam vtile poſt quartum diem eſt, cùm iam ſpatio ipſo materia exhauſta ſit, & corpus
corrumpat.

Sed Gal. lib. de curandi rat. per ſang. miſſ. cap. 21. non admittit horum Medicorum
opinionē, ſiquidem aſſerit non ex numero dierũ eſſe ſumendã indicationem ſanguinis
B mittendi, ſed ab ipſis ſcopis, nempe ex magnitudine morbi, & robore viriũ, quibus præ-
ſentibus quauis die morbi mittendus eſt ſanguis, etiam ſi in vigeſima fuerit. Non diſpu-
to vtrũ in morbis acutis in 20. die poſſit eſſe indicans ſanguinis mittendi, quia, vt inquit
Gal. priùs tēporis tractu diſſoluitur virtus, idcirco occaſio mittēdi ſanguinem numero
dierum deperditur, non quòd dies id primario efficiant, ſed aliquo mediante, nempe
diſſolutione virium, vnde etiam ſi in primo, & ſecundo die vires diſſoluantur, à ſangui-
nis miſſione abſtinendum. Perperam igitur faciunt illi omnes, qui ſanguinis miſſionem
metiuntur ex dierum numero, cùm tamen primi dies, vbi opus eſt, ſanguinis miſſioni
videantur magis apti, vt dicebat Celſus, qui non metiebatur eo in loco ſanguinis detra-
ctionem à numero dierum, ſed voluit innuere primum diem, ſecundum, & tertium eſſe
magis idoneos, & quartum etiam, quàm ſint reliqui dies, quia in acutis morbis ingredi-
tur augmentũ, in quo meliùs eſt ex Hip. præcepto quieſcere: mouere autem in princi-
pio oportere, & potiſſimùm ſanguinis miſſione: raro igitur eſſe vtilem Celſus dixit ſan-
guinis miſſionem poſt quartum diem ob rationes adductas.

C In febribus igitur exiſtente indicante, & permittente ſanguis quamprimum in 1. 2.
3. & 4. ſæpiùs tamen primo, & ſecundo die mittendus eſt ſanguis. Sed vnum hoc loci
non eſt prætermittendum, & eſt, quòd Gal. videtur eos laudare, qui antequam ſanguinē
mittant, priùs cibos in ventriculo, aut ſuccos in primis venis ſemicoctos contentos con-
coquere maturant, qui proinde quintum ſæpè diem, aut ſextum ab initio expectant, vt
coquantur. Quod ſi ita eſt, nec mitti poterit ſanguis niſi poſt quintum, & ſextum diem,
non igitur in primis tribus prædictis diebus poterimus mittere ſanguinem, ſed hoc lo-
ci Galenus laudat quidem ipſos, quòd ſtatim feſtinēt ad ſanguinis miſſionem hac facta
conſideratione de cibis, & ſuccis contentis in ventriculo, ac primis venis, qui priùs ſunt
concoquendi, ſpatio vnius diei ad ſummum: quare non dicit Medicos expectare debe-
re quintum, aut ſextum diem, ſed dicit, quòd illi, qui curantur fieri coctionē expectant;
nam non accerſunt Medicos, niſi tranſacta quinta, aut ſexta die à morbo. Quo tempo-
re, & ſi præteriti ſint dies idonei ad ſanguinem mittendum, eſſe tamen deueniendum
ad ſanguinis miſſionem, vbi ipſa ſit ex vſu. Verùm non in omnibus caſibus expectare
D oportet coctionē ciborũ, & ſuccorũ, qui ſunt in primis venis, ſed tantũ in ijs, vt Celſus
dicebat, qui dant inducias; nã aliqui ſunt repētini, in quibus mittēdus eſt ſanguis, quãuis
paulò ante ſumpſerit cibũ; nam protinus ei demēda eſt materia, ne ſi ſubſederit, corpus
affligat, vt ſunt illi, qui ex alto cadunt, aut repente ſanguinē vomunt, aut expuunt, vel in
alijs, qui ſtrangulari poſſunt, vt in angina. In ſanguine igitur mittendo principium mor-
bi eſt magis idoneum, & inter dies primus, & ſecundus, modo tamen explicato.

Quod ad horã ſanguinis mittēdi ſpectat, decerni hoc non poteſt niſi facta hac diuiſio-
ne: vel præſeruationis cauſa ab aliquo futuro morbo, vel curãdi cauſa Medicus agnoſcit
phlebotomiã ex vſu eſſe. Si primo modo ex Gal. de cur. ratione per ſanguinis miſſionem
cap. 22. pro ſanguinis miſſione determinat horã, quæ eſt de mane, poſtquam Sol ſupra
terrã ſpatio trium horarũ dominatus fuerit. Hæcq; hora eſt poſt perfectã alimentorũ
digeſtionē, & excrementorũ depoſitionē; ſicque neq; humores crudi, neque excremen-
ta in venas regurgitare poſſunt, quamuis fateatur ipſe ſe miſiſſe ſanginē aliquibus, poſt-

A lipopſichia verò defectionem animæ: at ſyncopes eſt vltimus terminus, & quaſi prædictarum affectionum cumulus quidam, nec vlterius procedere poſſunt, cùm ſit præceps virium lapſus, inter igitur ſyncopen, & animi exolutionem eſt lipothimia, aut ipſa lipopſichia, hac ſtante Galenica doctrina diuulgatiſſima.

Dico, quòd nunquam eſt mittendus ſanguis ad ſyncopen, quia ipſa eſt mortis imago, & adeo ipſi propinqua, vt ſemper, vel vt plurimùm in ipſam terminetur. Quantum attinet ad alias affectiones; dico, quoad fieri poteſt debet Medicus euitare talem ſanguinis miſſionem, cùm ſint extremæ euacuationes, quas vbique euitandas docet Hipp. verùm methodus medendi requirit, vt ſemper minus malum eligatur, quãdo duo mala immineant, at minus malum eſt mittere ſanguinem ad animi deliquium, quàm permittere, vt ægrotantes moriantur. Verùm licet huiuſmodi caſus rarò ſeſe offerat, ſi contingat tamen, nunquam debetis mittere ſanguinem, niſi ad ipſam enclíſim, nequaquam ad animi deliquium, & vt aliàs vobis oſtendi, meliùs eſt partiri ſanguinis miſſionem, quàm totum ſanguinẽ vnica vice vacuare: ſed quia hæc ſpectat ad modũ, de ipſa paulò B inferiùs audietis, vbi ſermonem habebo de modo mittendi ſanguinem, cùm ipſe modus ſpectet ad rectum vſum, aut rectam adminiſtrationem ſanguinis mittendi, circa quam nos verſamur, & potiſſimùm circa ipſius quantitatem, quam difficilem admodum eſſe diximus.

Sed dicetis vos, habemus ne ſaltem ex libris Gal. aliquod exemplum de quantitate ſanguinis ab eodem vſitata. In hoc certè Gal. videtur varius pro diuerſitate ſubiectorum, à quibus mittit ſanguinem; primo enim de cur. rat. per ſangu. miſſ. cap. 13. loquens de miſſione ſanguinis in pueris poſt 14. annum ſcribit ad cotylam eſſe mittendum ſanguinem, cotyla autem attica continet vncias nouem; Romana verò duodecim: ſequenti verò die ſanguinis miſſionem iterans vult dimidiam cotylam tãtùm eſſe hauriendam, quæ videtur minima doſis: quare in pueris tranſcendentibus 14. annum minor quantitas ſanguinis in prima vice eſt ad nouem vncias, in ſecunda verò ad quatuor vncias, & ſemis. 3. in 6. epid. com. 29. in muliere miſit ſanguinem in prima die ad libram vnam, & ſemis, in ſecunda ad libram, in tertia ad vncias octo. & lib. de cur. rat. C per ſang. miſſ. cap. 17. œconomo miſit ſanguinem ad tres libras, deinde eodem die aliam; ita vt ſpatio vnius diei emiſerit quatuor libras.

At lib. de venæ ſect. aduerſus Eraſiſtratum cap. 7. comparans euacuationem, quæ fit per ſectionem venæ cum ea, quæ fit per medicamentum purgans, oſtendit, quòd licet ſecurior ſit venæ ſectio, errata tamen contingere poſſunt circa etiam mediocritatem: quam rem exemplo declarans dicebat, quòd ſi ſors ferat, vt e. g. mediocris detractio ſit trium heminarum, ſi quatuor detraxeris, noxam maximam inferes: duas rurſus ſi euacuaueris commodabit quidem id ſatis, læſionis verò nihil afferet: quare ex hoc loco mediocris quantitas videtur eſſe trium heminarum, minor verò eſt duarum. Eadem eſt menſura hemina, atque cotyla. Sed huiuſmodi locus re vera nihil determinati probat de ſanguinis miſſionis quantitate, videtur tamen Gal. vbique ſemper detrahere ſaltem libram vnam ſanguinis: quam tamen quantitatem extrahendam eſſe docere tutò minimè poſſumus, cùm contingat alios ne ſe libram quidem ferre poſſe: quamobrem opus eſt iudicio vti, maximaque exercitatione id comparandum eſſe exi- D ſtimo, vt ſciamus metiri quantitatem ſanguinis extrahendi.

De modo.

Sed iam deueniamus ad modum, & videamus quomodo ſanguinem mittere oporteat, an ſcilicet vnica vice exhaurire, an verò duobus, & pluribus vicibus valeamus: quod non niſi ex ſindrome plenitudinis, & virium robore determinari poteſt, vt idem Gal. docet lib. de cur. rat. per ſang. miſſ. cap. 12. 16. & 17. & in principio cap. 12. ab eodem ſcriptum eſt nihil eſſe, quod magis medicinam coniecturalem faciat, ac quantitas auxiliorum tam in chirurgia, quàm in duobus alijs inſtrumentis; nam certo certiùs ſcimus oportere offerre cibum, aut bilem, vel alium quempiam humorem eſſe purgandum aliquo medicamento, cæterùm quantum præberi debeat, neſcimus; idem quoque de ſanguinis miſſione eſt dicendum. Verùm cùm videamus opus eſſe hoc auxilio, recurrimus ſtatim ad virtutem, & exploramus quomodo in robore ſeſe habeat; nam ſi videmus, quòd virtus benè ſe habeat, & multa euacuatione opus ſit, euacuamus quan-

tum

Digitized by Google

rùm nobis placet; nam eodem docente Gal. id ſummum boni eſt in ſanguinis miſſione, B
quòd ad libitum noſtrum poſſumus ſiſtere euacuationem, & rurſus quo videatur tempore
fluere, ſinere quoad vſque rectè habere appareat, quod non contingit in pharmacia;
nam vbi ſemel deuoratum fuerit medicamentum, fieri non poteſt, quò minùs deuoratum
non ſit, neque poſſibile eſt, vbi pluſquam conueniat, purgetur homo, partem
medicamenti oblati auferre; exhibitio enim medicamenti corrigi non poteſt.

Præterea idem Gal. addit lib. de ſang. miſſ. aduerſus Eraſiſtratum cap. 7. ingens periculum eſſe in propinationibus medicamentorum purgantium: cum non commouet purgatio, vel quod in aluum attractum eſt, non facilè excernitur, vel cum dolore, morſibus, torminibus, refrigeratione, pulſuum euaneſcentia, ac animi defectu exprimitur, vel cum corpus vehementer perturbatur, interimque paululum admodum euacuatur, aut euacuatio modum excedit; hoc enim ipſum tanquam maiorum omnium extremum in hac parte frequenter contingere ſolet; neque enim, vt venæ inciſæ fluxum, quem ſuper impoſito digito mox ſiſtes, ſic profluuium alui ſiſtere licet. Sed quid in enarratione purgantium, & fortium medicamentorum tempus terimus, B cùm & cibi cuiuſque erratum in menſura maxima, vt idem docet Gal. afferat nocumenta, quorum magnitudinem in extenuatis corporibus, & imbecillibus hominibus, qui nutritione celeri egent, conſiderare vnuſquiſque veſtrum poteſt. In his enim ſi quis æquo minùs nutriat virtutem tabidam reddit; è contra, vbi quid in modum ſuperans naturæ potiùs oneri, quàm nutrimento fuerit, virtutemque onerabit, ſuffocabit, atque etiam extinguet.

Videte igitur, quantum in quantitate aliorum duorum inſtrumentorum opus ſit induſtria, vt euitentur prædicta incommoda: in auxilio verò chirurgico, maior quidem eſt ſecuritas, cùm ſtatim effluentem ſanguinem, quandocunque placuerit, ſiſtere poſſumus. Vel igitur vires valent, ac robuſtæ ſunt; vel debiles, magnaque in vtraque tam debili, quàm robuſta virtute eſt opus: ſi debilis virtus, tunc ſanguinis miſſio partienda eſt, eodem docente Gal. lib. de ſang. miſſ. cap. 7. non tamen omnibus eodem modo; quãdoquidem eodem die bis, & ter mittitur ſanguis per venam ſectam, deinde & alio, & ſequenti die eadem repetitur ſanguinis miſſio, quemadmodum obſeruamus feciſſe G Gal. 5. meth. med. cap. 13. in illo iuuene, qui expuebat ſanguinem; nonnunquam idem Gal. bis, & ter in eadem die, deinde in ſecunda, & tertia die eodem modo: verùm non ſimiliter, quia aliquibus in prima vice minùs ſanguinis detrahit, in alia deinde ſectione magis: è contra verò in aliquibus maiorem copiam in prima vice, minorẽ in ſecunda; videmus enim, vt ſupra diximus, in puero 14. annorum in prima vice auferre cotylam, in ſecũda mediam: in muliere epid. 3. tex. 29. in prima vice mittit ſanguinem ad libram vnam, & ſemis, deinde in ſequenti die ad libram: in tertia die ad vnciae octo. In œconomo verò nobilis diuitis Romani mittit primò ſanguinem ad tres libras, deinde eadem die ad libram tantùm.

Cauſam autem huiuſmodi ordinis ſeruati, quicquid alij multis verbis dixerint, deſumptam eſſe exiſtimo ab ipſo indicante, nempe vel à copia, aut à motu, robore virium ſeruato: nam vbi adeſt multa copia humoris peccantis cum robore virium, prima vice maiorem copiam ſanguinis mittit, vbi nullum adſit crudorum humorum impedimentum, proinde in œconomo, in illa muliere, atque in puero 14. annorum in prima vice H maiorem copiam emittit: ſed quia longè maiori copia eſt opus, maiorem partem auferit, vt in alio poſſit id, quod peccat, auferre: vbi verò crudorum humorum adeſt copia, in prima vice minorem copiam: vbi verò ipſos attenuauerit, maiorem copiam aufert, vt cap. 12. videre vnuſquiſque poteſt, at vbi aſſumenda eſt indicatio à motu ſanguinis, non reſpicit hanc conditionem; nam modo plùs, modò minùs in prima, & ſecunda vice mittendum ſanguinem admonet pro ruentis humoris impetu, ac copia, quemadmodum vnuſquiſque legere apud Gal. poteſt 5. meth. med. cap. 8. vbi bis, & ter ſpatio trium horarum, nonnunquam opus eſt mittere ſanguinem ex vena. Dicimus igitur, quòd in euacuatoria ſanguinis miſſione Gal. has conditiones obſeruat, vt dictum eſt, nequaquam in reuulſione, aut deriuatione.

De venis ſecandis.

Venio ad vbi, hoc eſt ad venas, quas ſecare oportet: quod eſt quarta conditio ipſius recti

A recti vſus, aut rectæ adminiſtrationis in chirurgico inſtrumento obſeruanda. Scire in
primis eſt opus, antiquos venarum nomine intellexiſſe arterias ipſas ex Gal. lib. de
cur. rat. per ſang. miſſ. cap. 22. quare non modo à venis mittitur ſanguis, ſed etiam ab
arterijs, frequentiùs tamen à venis, quàm ab arterijs, cum autem venæ à caua vena,
arteriæ ab aorta: longè plures venæ ab authoribus ſecandæ, quàm arteriæ deſcribun-
tur; nam aliæ ſunt ad artus ſuperiores, aliæ ad inferiores, per artus ſuperiores intelli-
gatis manus ipſas, quæ in tres partes diuiſæ ſunt, nempe in humerum, vlnam, & extre-
mam manum, quæ & ipſa diuiſa eſt in carpum, metacarpum, & digitos: per partes in-
feriores intelligatis pedes diuiſos, & ipſi in tres partes, nempe in femur, tibiam, & ex-
tremum pedem, qui & ipſe diuiditur, non ſæcus atque extrema manus, in tres partes,
nempe in tarſum, qui carpo in manu proportione reſpondet, in pedium, qui metacar-
po reſpondet, nec non & digitos.

Qua ſtante diuiſione artuum, venæ quæ à Medicis ſecantur per hos artus ſunt diſtri-
butæ; quamuis etiam aliquæ ſint in alijs partibus idoneæ, vt ſecentur, ſed minus fre-
B quenter, vt in capite, fronte, angulis narium internis, & oculorum, ore, ceruice. Sed
iam veniamus ad eas, quæ communiter & frequentiſſimè in omnibus morbis ſecan-
tur, ſunt autem hæ, quæ ad manum, vlnam, ſeu ad cubitum vocatum ſunt diſtributæ,
vt docet Gal. lib. de cur. rat. per ſang. miſſ. cap. 16. vna dicitur interna, iecoraria, &
baſilica, alia externa, quæ & cephalica, & capitalis dicta eſt, alia media, quæ ab
aliquibus communis vocatur, & ab Auic. dicitur nigra. Prior ortum ducit ab illa ra-
mificatione venæ cauæ, quæ ad iugulum excurrit; ſed quia ſub axilla ſcandit, axillaris
dicta eſt; altera verò ab illa ramificatione, quæ iugulum aſcendit, iugularis externa di-
cta, communis verò eſt propagatio quædam exigua, quæ è regione cubiti ab vna ad
alteram venam exporrigitur, & iſtæ ſunt tres venæ famoſæ. Aliæ verò ſunt ad extre-
mam manum, quarum vna reperitur inter anularem, & minimum digitum vtrinque, &
ſaluatella communi nomine appellatur: quamuis in dextra manu ab aliquibus vocatur
iecoraria, ſeu hepatica: in ſiniſtra verò dicitur ſplenetica. Altera verò ad pollicia regio-
nem producta eſt, quæ aliquando vagatur inter pollicem, & indicem digitum, voca-
C turq́ue vena capitis cephalica, & iſtæ ſunt venæ artuum ſuperiorum à quibus commu-
niter ſanguis ſectione mittitur.

Inferiorum verò artuum venæ, aliæ ſunt in poplite vocato (quæ eſt regio illa cruris
ſub genu comprehenſa in vtraque parte reperta) vnde venæ poplitis dicuntur, harum
venarum ſectio, aut nunquam, vel raro in vſu eſt, aliæ verò deorſum ad malleolos vo-
catos, quorum vnus interior eſt, exterior alter: interior fit à tuberculo inferioris tibiæ,
exterior verò à tubere, fibulæ vocatæ. Venæ quæ ab ipſo malleolo interno erumpunt,
& quandoq́ue ad digitum magnum extenduntur, appellantur ſaphenæ communiter:
quæ verò ad malleolum ſunt exteriorem, dicuntur venæ ſciatichæ. Iſtæ ſunt venæ, quæ
communiter ſecari coſueuerunt, tam in brachijs, quàm in cruribus, aliæ ſunt magis
particulares, quæ in varijs occaſionibus ſolent ſecari, vt illæ, quæ ad ceruicem ſunt, iu-
gulares externę vocatę; illæ quoque, quæ ſunt ſub lingua, quæ ſunt in interna capacitate
narium, quæ ſunt ad pinnam ipſius naſi, quæ ad angulum ipſius internum, denique
& quæ ſunt in fronte, nonnunquam verò, quæ ad tempora diſtributæ ſunt, etiam ſe-
D cantur. Iſtæ ſunt venæ omnes chirurgico inſtrumento dicatæ, in febribus vt febres
ſunt, non niſi venæ illæ, quæ ad cubitum ſunt ſecari conſueuerunt.

De Arteriotomia ideſt de ſectione arteriarum.

Arteriarum ſecandarum vſus rarus admodum eſt, nec aliquis, quem ego viderim,
noſtris hiſce temporibus, & in hac regione auſus eſt manus admouere ſectioni ipſarū,
quia videtur eſſe paucæ vtilitatis omninò, nullumq́ue adiumentum afferre poſſe febri-
citantibus, deinde, quia fluxus ipſarum (vbi ſectæ fuerint) vix & cum difficultate com-
peſci poteſt, vulnuſq́ue conſolidari, & quamuis conſolidetur, difficillimum eſt, vt de-
fendatur arteria ab illo tam infeſto, & periculoſo tumore, quem aneuriſma vocant. Eſt
etiam Gal. qui in principio vigeſimi tertij capitis de curandi ratione per ſanguinis miſ-
ſionem, ſcribit ſe non ſſe quoſdam, qui ex ſectione arteriarum, quæ in cubito ſunt ſub-
iectæ interierunt; alioſq́ue addit obſeruaſſe, qui ob vinculum circumpoſitum, quo vo-
lebant Medici ſanguinis fluxionem ſiſtere, in gangrænam incidiſſe; alios tandem in

aneuriſma-

aneuriſmate manus curando defunctos ſe ſe vidiſſe; quare ex Gal. hoc loco videtur E
maius damnum ex arteriarum ſectione inſurgere, quam emolumentum.

Ex altera verò parte eſt idẽmet Gal. tum vigeſimo ſecũdo capite, tum vigeſimo tertio
lib. eiuſdẽ de curandi ratione per ſanguinis miſſionẽ, vbi ſcribit ex ſectione arteriarum
ab ipſo adminiſtratarũ plures iuuatos fuiſſe, & determinans indicans ſanguinis mitten-
di per ſectas arterias, inquit, eſſe calidũ, ſpirituoſumque, & infeſtum ſanguinẽ in arterijs
aceruatũ, qui ſectis cõmunibus parti affectæ arterijs, opus eſt, vt extrahatur, & in fine
vigeſimi tertij, hoc eſt, vltimi capitis, ſcribit hæc verba, *hæc itaque mihi perſuaſerunt, vt
in ſummis artubus, imò & in capite arterias ſecarem in omnibus doloribus, qui à calida, &
ſpirituoſa ſubſtantia naſci videbantur, & maximè in membranis, quarum dolor punctioni
eſt ſimilis, ac ſenſim expanditur, pungente quidem ſenſu in vna parte, tanquam in affecti
loci centro infixo, tenſionis verò ſenſum percipiente circumcirca ad centrum particulæ.*
Ex quibus Galeni verbis non modò diſcimus indicans ſanguinis miſſionis per ſectas
arterias, verùm etiam videtur demoſtrare nobis, quomodo iſtud indicans à nobis co-
gnoſci poſſit, quod (vt dictum eſt) eſt calidus, & ſpirituoſus ſanguis aceruatus in arte- F
rijs inducens dolorem, qui dolor in primis eſt punctioni ſimilis, & maximè in mem-
branis, deinde ſenſim expanditur; tertiò in vna parte infixus, tanquã in affecti loci cen-
tro, videturque quidem pungens in vna parte, circa verò centrum particulæ tenſionis
ſenſum inducit, ita vt dolor ſit ſimilis pungitiuo, ſit fixus in centro, & circumcirca ſit
tenſiuus. Vnde Medici conſuetudinem acceperunt eas arterias incidere, quæ ſunt in
temporibus, atque poſt aures in temporibus quidem ſecari poſſunt arteriæ (inquit
Gal.) infeſtantibus oculos fluxionibus, tum calidis, tum ſpirituoſis, poſt aures verò in
vertiginoſis maximè, & his, qui diuturnis doloribus capitis à materia iam dicta affli-
guntur. Addit etiam aliquos Medicos fuiſſe, qui ob alios diuturnos affectus in capite
conſiſtentes vſi ſunt ſectione arteriarum, quæ ſunt poſt aures, deinde, ait, *tamen in nul-
la alia particula patiente eam ſectionem arteriarum adhibuerunt, tametſi multæ ſint,
quibus hoc potiùs auxilio, quàm venæ ſectione ſit opus*, itaque ex Galeni hiſce ſcriptis
manifeſtiſſimum eſt, non modò ſecandas eſſe arterias, verùm etiam, aliquas eſſe affe-
ctiones, & partes, quæ potiùs ſectionem arteriæ requirunt, quàm venæ. G

His, quæ à Gal. dicta ſunt, addo Alpinum virum doctiſſimum lib. de Aegyptiorum
Medicina cap. 11. & 12. teſtantem apud Aegyptios ſanguinis euacuationem per ſe-
ctas arterias, non minùs, quàm per venas familiariſſimam eſſe, & abſque vllo timore
eas in quamplurimis morbis ſecare; quinimò addit vſus ſanguinis euacuandi per arte-
rias ſectas, pręter quam quod ſit frequẽtiſſimus, pro tutiſſimo etiam auxilio diuinoque
arcano celebratur, & quod magis eſt cap. 12. ad hunc modum ſcribit, *de tuta arteria-
rum ſectione in antiquis capitis doloribus, maximeque cum pulſu affligentibus, in omnibuſque
inflammationibus frontis arteriarum, temporum, atque earũ, quæ poſt aures poſitæ ſunt ſecare
ſolent, idque feliciter ipſis ſuccedit, ex his verò omnibus eam, quæ in fronte eſt frequentiùs ad
illius affectus ſcindere ſolent, præſertimque in antiquatis ophtalmijs*, addit tandem vnum,
quod admiratione eſt dignum, ſcilicet multos, qui vel antiquum capitis dolorem per-
tulerant, vel oculos longo tempore habuerunt lippientes, per ſectam frontis arteriam
ſanguine euacuato, ſubitò, quaſi præſtigio quoddam Chayri ſanatas fuiſſe. Ex qui-
bus habemus non modò ſecandas eſſe arterias, vbi opus ſit, verùm etiam maxima ſe- H
curitate, cùm non minùs iucundè apud Aegyptios ſecentur, quàm ipſæ venæ, vnde di-
cendum Aegyptios Medicos non modò Græcos, ſed etiam, & Arabes; & Latinos longè
in hac ſuperaſſe, cùm nuſquam auditum ſit aliquem ipſorum fuiſſe, qui ſectione arte-
riarum ita familiariter, & tutò vſus fuerit, quare tam ex Gal. quàm ex Aegyptijs Medi-
cis concludendum eſt diſſecandas eſſe arterias, non ſecus atque venas vrgente neceſſi-
tate. Inquirendum modò eſt (poſt quam vidimus agendum eſſe) quis ſit rectus vſus, &
recta earum adminiſtractio, nimirùm quando arteriæ ſunt ſecandæ, quantùm ſangui-
nis ſit mittendum, quis ſit modus ſanguinis exeundi, & vbi, hoc eſt, quæ nam arteriæ,
tutò ſecandæ veniant.

De quando.

Quantum attinet ad tempus, tunc arteriæ ſecandæ ſunt, cùm calidiores, atque gran-
diores apparent, & multum ſanguinem excalfactum, vel aliquo flatu permiſtum conti-
nent eoque repletæ diſtenduntur, & Gal. lib. de ſanguinis miſſione cap. 22. inquit,
quòd

Digitized by Google

A quòd vbi calidus, ſpirituoſuſque, atque infeſtus eſt ſanguis in arterijs, tunc opus eſt ar-
teriam ſecare, hoc eſt dictu, quando indicans eſt præſens, tunc agere eſt opus, & Saxo-
nia parte prima prelectionum practicarũ de curatione doloris capitis, inquit, cùm do-
lor fit ex ſanguine in arterijs contento nihil meliùs eſſe ſectione arteriarum, quando
tamen repletæ ſint arteriæ externæ; nam ſi fuerint internæ ſectio nihil prodeſt, ex Gal.
ſententia 3. de locis affectis cap. 8.

De quãtitate ſanguinis miſſionis ſcribit Gal. citato loco ſe permiſiſſe fluere ſanguinẽ
donec ſponte ſanguis ſiſteretur, effluxit autẽ non integra libra; quare quãtitas ſanguinis
mittẽdi in hoc caſu, vix determinari poteſt, cùm ſanguis admodũ tenuis ſit, & mittatur
ratione auferendi dolores, quemadmodũ apparet in duobus caſibus à Galeno recẽſitis,
in quibus monitus fuerat per inſomnia, & in primo poſt ſanguinis miſſionem diuturnus
dolor extinctus eſt, qui fixus erat, qua iecur ſepto trãſuerſo cõmittitur; deinde miniſter.
Dei Pergami diuturno lateris cruciatu laborãs liberatus eſt poſt ſãguinis miſſionẽ, ſecta
igitur arteria Medici ſinunt tantùm ſanguinis effluere, quãtùm opus habẽt, huiuſq; quã-
B titatis regula à multis obſeruatur, quæ eſt quando ex ſemet ipſo ſanguis deſinit effluere.

Quòd ſpectat ad modum, neceſſarium eſt, vt vnica vice permittatur totum ſangui-
nem dolorem facientem exire, quia non poteſt fieri reuulſio ex pluribus repetitis vici-
bus, quemadmodum fit in ſectione venæ propter difficilem eruptionis ſanguinis com-
preſſionem. Et quamuis ex Gal. lib. 5. meth. med. cap. 6. arteriæ ſectæ coeant, nihilomi-
nus non ita facile poſſunt conſolidari, quemadmodum conſolidantur venæ, primo ob
duram earum ſubſtantiam, deinde quòd in continuo ſunt motu, id quod in cauſa fuit
cur nulli aut pauciſſimi Medici auſi ſint ſectione arterias aperire.

Quod pertinet ad vbi, hoc eſt, quæ ſint arteriæ illæ, quæ ſecandæ veniant, ex Gale-
no, habemus eas eſſe, quæ poſt aures reperiuntur, & quæ temporum regionem percur-
runt. Quæ poſt aures ſunt, ſecantur in affectibus vertiginoſis, & diuturnis doloribus,
ſunt deinde arteriæ, quæ ſunt inter pollicem, & indicem manus, deinde, quæ reperiun-
tur in ſumma manu, quas ſecuit Galenus in miniſtro Dei Pergami, eſt & arteria, quæ
ad malleolum tibiæ reperitur, tandem illæ ſunt, quæ reperiuntur in ſummis artubus, &
C iſtæ ſunt, quas (vt intellexiſtis) ob varios dolores diſſecuit Galenus. Apud Aegyptios
verò, referente Alpino, ſunt arteriæ temporum, quæ poſt aures ſunt, in fronte, quæ
maximè, & frequentiùs cæteris alijs ſecantur, in manu verò inter pollicem, & indicem.

Relinquitur modus ſecandi ipſas arterias. Gal. tum libro citato tum 13. meth.
med. cap. vltimo ſecat tranſuerſim arterias, tam magnas, quàm paruas, & magnas qui-
dem poſt ſectionem vult deligandas eſſe ad vtrumque caput vinculo circumiecto,
paruas verò (inquit) conſolidari; nam vna pars arteriæ ſectæ ſurſum, altera deorſum
reuellitur, quibus ambabus applicandum eſt illud medicamentum ipſius Galeni, quod
conſtat ex albo oui, pilis mollibus leporinis, manna thuris, atque aloe omnibus ſimul
agitatis: quo medicamento validiſſimè conſolidantur arteriæ. Hic eſt modus Galeni
ſecandarum arteriarum, qui à nullo obſeruatus eſt, neque (vt rectè Saxonia dicit) no-
ſtris temporibus adminiſtratur; eſt etiam, & modus ſecandi arterias apud Aegyptios
obſeruatus, cuius meminit Alpinus loco præcitato his verbis. *Operarius itaque in primis*
partem, in qua ſcindenda exiſtit faſcia linea, non ſecus quàm in venarum ſectione fieri ſo-
D *let, ligat, arteriamque ſanguine impleri, atque tumidam fieri ſinit, quam tunc acutiſſimo*
phlebotomo, ſiue ſcalpro obliquè ſecat (phlebotomis, Aegyptij ad ſectionem arteriarum longè no-
ſtris acutioribus vtuntur) in ſectioneque etiam illarum ſemper minimam efficiunt ſectionem,
quia ſanguis tenuiſſimus eſt, atque etiam quòd magnum vulnus difficiliùs coaleſcit, hæc quan-
tùm ad ſectionem, & modum ſectionis, quòd attinet ad conſolidationem multis vtuntur mo-
dis ad vulnus factum in arteria conſolidandum, in primis enim ſanguine euacuato, non ſecus
faciunt; atque noſtri in ſectis venis, quarum ad vnionem digitis labia deducunt, & ita ſe-
ctam arteriam vniunt, eiuſque vulneri modicum goſſipij ſuper ponunt, ſupra quem aneum
magnum denarium ibi vſitatum (quem illi ſollera appellant, eſtque ipſe latitudinis commu-
nis veneti aurei, & craſſitie argentei) fortiter alligat permittantque hoc modo arteriam li-
gatam, & adſtrictam tribus diebus manere, quibus finitis ligaturam detrahunt nullo alio ad
ipſius curam auxilio ab ijs vſitato, nullumque ex plurimis vidi, cui ſecta arteria fuerunt, qui
detracto aneo denario ligatura poſt tres exactos dies aliquo alio auxilio opus habuerit, ſed in-

Zz tegrè

ægrè ſanatos omnes obſeruaui, & hic eſt modus communis, hæc Alpinus qui deinde addit. B
Sunt verò aliqui, qui priuſquam ligent arteriam, goſſypiumque ei ſuperponant parum thuris accenſa candelæ flamma calfacta apponunt, eoq; arteriæ vulnus rectè digitis vniunt, & mox goſſypium, & tandem fellera ſuperponunt, atque alij lentium nigrarum puluerem arteriæ vulnus aſpergunt, & mox goſſypium, & fellera apponunt, atque hæc de ſectione arteriarum apud illos vſitata ſufficiunt, ex quibus colligitur duo in ſectione illa arteriarum obſeruari, ſcilicet in ijs vulnus minimũ factum, deinde obliquè acutiſſimo phlebotomo adacto & tertio applicatione æneí denarij ſuper arteriæ vulnus, quo & frigiditate, & duritie pulſus arteriæ motus cohibetur, & ne validè arteria pulſu vulnus percutiat, atque ne vehemens ille motus fiat, quo poſſit arteriæ vulnus rurſum dilatari, atque obſtare, quin arteria ſecta rectè coaleſcat.

Vndè ſi vobis vnquam cõtingat opus eſſe arteriam aliquam ſectione aperire, magis tutus eſt, & elegans modus ſectionis, quo vtuntur Aegyptij, eo quem propoſuit Gal. longèque elegantior, & facilior eſt ad compeſcendum ſanguinem, & prohibendum, ne fiat aneuriſma in ipſa arteria. Id quod obijciebatur, quòd inutiles ſint, videtur eſſe falſum; nam ad diuturnas oculorũ opthalmias, atque inueteratas, nec non ad capitis, viſcerumque multorum antiquos, diuturnoſque dolores maximè valere, eſt ſententia F
Galeni lib. de curandi ratione per ſanguinis miſſionẽ capitibus citatis, & quamuis inutiles videantur ad febrium curationem, in cauſonide tamen, vbi tanta ſit caliditas, fortè ad cordis ipſius refrigerium non eſſent omninò inutiles, cùm eo tempore multa copia ſanguinis arterioſi in arterijs coaceruetur, cuius euacuatio inutilis minimè foret.

Quod ad fluxum compeſcendum ſpectat, aliud eſt dicere, quod arteriæ ſectæ conſoldari nequeant, aliud eſt dicere, quod conſolidentur quidem, ſed cum difficultate; falſum eſt enim; quod conſolidari nequeant; cùm Galenus lib. 5. meth. med. cap. 6. pluribus demonſtret eas ipſas poſſe conſolidari, ex quibus Galeni verbis eo in loco adductis conſtat, arterias ſectas poſſe coaleſcere, quamuis non ita facilè id ſit, confirmaturque experientia Aegyptiorum Medicorum, qui tam facilè, & ſæpè in multis ægrotis ipſas arterias ſecant abſque vllo diſcrimine, vel timore, quamuis igitur cum difficultate conſolidentur, non eſt propterea ab earum ſectione, vbi opus fuerit, timendum; G
nam ex modo, quem ſeruant Aegyptij in illis ſecandis, & conſolidandis, nullum imminet periculum de illo tam deplorato tumore aneuriſmate; & ad ea experimenta, quæ adducuntur à Gal. in quibus à ſectione arteriarum, tot inconuenientia animaduertit, dicendum quòd, vbi omnia ritè, & decenter facta fuerint circa ſectionem arteriarum, nullum ſubſequetur periculum mortis, aut gangrænæ ſuperuenientis, quod fiet ſi arteriæ ſecentur phlebotomo tenui, & bene ſecante, eoque ea ratione immiſſo, qua Alpinus ſcribit vti Medicos Aegyptios in ſectione arteriarum, & hæc ſint ſatis dicta de arteriarum ſectione, & de vtilitate, quam ſectæ afferunt pluribus morbis, & de recta earum ſectione, & conſolidatione.

De hirundinibus.

Antequam determinem quicquam de ſanguinis miſſione, quæ fit per venas ſedis, quas hemorrhoidales vocant, ad podicem, & anum terminantes, opus eſt primùm, vt vobis declarem, quid illæ ſint, quotuplices, & in quem vſum à natura productæ fuerint. Quare primùm dico hæmorrhoidas nihil aliud eſſe, quàm ramos quoſdam venæ, ita H
dictos, quòd ab eis ſanguis fluat; ſanguis enim à Græcis αἷμα appellatur; ῥοῦς verò eſt nomen deductũ à verbo ῥέω, quod eſt fluo, vnde hæmorrhois, ſeu hæmorrhoides nihil aliud ſunt, quàm rami venarũ, à quibus ſanguis effluit; ab effectu itaque, quem faciũt, ſiuè à natura, ſiuè ab arte, qui eſt ſanguinem extramittere, hæmorrhoides dicuntur.

Venæ verò præcipuæ noſtri corporis ſunt in duplici differentia; vna eſt, quæ ad concauam iecoris partem reperitur, porta ob officium, quod preſtat dicta: & eſt ingens truncus materiam chyloſam deponens in iecur, à quo plures rami, & quaſi infiniti prodeunt diſſeminati per meſenterium, vndè meſeraicæ venæ dicuntur, inter quos ramos maior ille eſt, qui in lienem fertur, & per quem lien ſolet iecur expurgare ab humore atro, & melancholico: ab huiuſmodi ramo (antequam is attingat lienem) alter ramus enaſcitur, qui deorſum deſcendens per meſenterium, & inteſtina, tandem ad recti inteſtini internam partem terminatur, plures offerens ramos, (inter quos quinque pre-

cipui

Digitized by Google

A cipij ſunt) ibique diuiſus internam, & infimam oram inteſtini coronæ in modum complectitur: circa autem huius venæ diſtributionẽ, multa ſibi fingit Andræas Laurentius.

Alter magnus truncus venæ appellatur vena caua, & vena chyli, quæ à gibboſa regione iecoris enaſcitur contraria concauæ iam dictæ, à qua oriri venam portam dicebamus. Porta quidem proportione correſpondere videtur radicibus in arbore; vena verò caua ſimilitudinem quandam habet cum ipſius arboris trunco: cùm igitur hæc vena caua à gibboſa parte iecoria prodeat, quamprimum ab ipſo iecore exit, in duas inſignes ramificationes diuiditur, vna ſurſum, altera per dorſum, & lumborum regionem ad latus ſpinæ deorſum deſcendit, plures hinc inde ramificationes ſpargens, vſque ad ſuperiorem oſſis ſacri regionem, vbi rurſus in duas ingentes diſtributa eſt partes, quæ deorſum rectè vtrinque ad crura deſcendunt. Has ramificationes Laurentius appellauit Illiacas; Quę antequã excedant oſſis ſacri regionem, aliquot ramulos offerunt, tam ex vna, quàm ex altera parte veſicæ, in mulieribus vtero, & tandem muſculis illis, qui ſphyctera appellantur, quorum vnus prefectus eſt ori veſicæ, ſygmoides dictus, & B tres extremitati inteſtini recti accomodantur, quorum duo ſunt lati, carnoſi, & totum inteſtinum exteriùs amplectentes, alter verò, & tertius oræ extremæ poſitus, ambit totum extremum ipſius inteſtini recti os. Priores duo ſuſtinent rectum inteſtinum prohibentes, ne exteriùs, & deorſum labatur, aut vbi cadat, vt ipſum retrahant, tertius verò ad extremam oram exteriorem poſitus, prohibet importunum excrementorum exitum; qui etiã duplicatus eſt ea ratione, vt vnus internus, alter externus eſſe videatur, ita tamen ambo coniuncti, vt ne cultro quidẽ diſiungi queant; ita enim à natura muſculus hic fabrefactus, vt æmulari credas naturam labiorum; per omnes igitur iſtos muſculos diſtribuuntur plures rami venæ cauæ, ſed exigui admodum, & capillares exteriùs ſparſi, & hæc eſt vera vtriuſque venæ magnæ ad has partes diſtributio.

Stante hac enarratione oritur inter ſcriptores de his venis controuerſia quædam, cùm alij velint vnicum genus hæmorrhoidum dari tantùm; ſuntque interſe diſcordes; quia alij putant illas venas à caua delatas in prędictos muſculos diſtributas eſſe hæmorrhoidales: è contra alij pro certo tenent venas, & ſolas illas eſſe hæmorrhoidas, quæ à C porta enaſcuntur. Alij in medio ſunt dicentes hęmorrhoidas eſſe in duplici differentia, alias internas, alias externas, internas dicunt à vena porta ortum ducere, externas verò à vena caua. Qui ſequuntur ſecundam opinionẽ ſunt Donatus ab Altomari Neapolitanus, & Mathæus Curtius Papienſis, viri Doctiſſimi, Altimarus lib. de medendis humani corporis malis cap. 66. ad hunc modum de illis loquitur. *Quamquam non adeò conſpicuum ſit, neque mihi adeò certum, num dicta ſedis venæ progerminationes ſint venæ portæ dictæ, vt quibuſdam viſum eſt, vel magnæ venæ chyli, ſeu caua appellata, vel vtriuſque, cum ex vtriſque rami ad eamdem partem attineant, & ex porta venæ maiores, quamuis Hipp. & Galeni magis conſentiat eos ramos eſſe venæ cauæ, propter ipſius Galeni verba, tum 2. de naturalibus facultatibus cap. 9. tum 2. de arte curatiua ad Glauconem cap.* 10. *& 6. de locis affectis, & Hipp.* 11. *&* 21. *lib.* 6. & paulò inferiùs ſuam ſententiam determinans inquit audacter. *Itaque cum Hipp. & Galeno tenemus (quidquid alij ſentiant) hæmorrhoidas eſſe ramos venæ cauæ potiùs, quàm portæ*, & videtur ſuæ huius opinionis afferre duplicem rationem, prima eſt quia in tota vena caua multa copia humoris melancholici D colligitur, vt quando iecur aptiùs redditum eſt ad hunc atrum humorem generãdum, lienque minimè expurgat iecur, victuſque ratio ea eſt, qua poſſit accumulari huiuſmodi humor veniſque habentibus facultatem expellendi, tunc temporis quidquid extraneum eſt ad ſedis vaſa propellitur.

Secunda ratio eſt, quòd ſi melancholicis, & phræniticis hæmorrhoides conferant, non ſolùm ratione euacuationis, ſed qualitate humoris vacuati, quem natura pellit ad partes ignobiliores, quia producit tales effectus, præſertim cùm craſſus, & melancholicus fuerit, cui in dubium venerit talem humorem per ramos venæ cauæ, non autem portæ, ad dicta ſedis vaſa tranſmutari, atque transferri, tanquam per vaſa, & loca conuenientia, perque promptiùs, & faciliùs fiat tranſmutatio. tandem aliam adducit authoritatem Gal. 2. ad Glauconem, vbi dicit, quòd iuſtum ſit, lien trahit ad ſe ſuccum atrum, vt ſanguis impurior craſſior, & nigrior, ſic vniuerſum corpus redditur decolor non propter aliud, niſi quòd eius facultate attrahendi imbecillior reddita ſanguis in

Digitized by Google

vniuerſum corpus impurus tranſmittitur, & deinceps ab ipſis venis vim excernendi habentibus, ad venas ſedis quandoque dirigitur; ex quibus concludit Altimarus neceſſariò ſi qui hæmorrhoidas venæ cauæ non venæ portæ eſſe ramos. Hæc ſunt fundamenta, quibus Altimarus hanc aſtruit ſententiam. B

Sed Mathæus Curcius ſuper Anatome Mundini cap. 26. vtitur alia ratione ad hanc concluſionem confirmandam; dicit enim has venas hæmorrhoidales non poſſe à vena porta oriri, & ratio eſt, quia venæ omnes meſeraicæ, à natura factæ ſunt, ad attrahendũ quidquid boni in inteſtinis reperitur, cùm autem tales venæ ſint factæ attractionis gratia, non poſſunt contrariam operationem moliri, nempè excretionem, ſed illæ, quæ ſunt ad terminum inteſtini recti expellunt ſanguinem, ergo non poſſunt eſſe eiuſdem generis cum illis, quæ attrahendi gratia factæ ſunt, ſequitur igitur, quòd neque à vena porta, neque à meſeraicis ortum ſuum ducant, quare opus eſt, vt ſint venæ cauæ rami. Plures ſectati ſunt hanc opinionem, qui reſpicientes ad pauca, facillimè enuntiarunt hæmorrhoides eſſe ramos venæ cauæ, non portæ, inter quos eſt Thomas Minadaus vir ſanè alioquin doctiſſimus lib. 2. de febre maligna cap. 7. qui harum venarũ ductum, F & progreſſum per clunes (haud anatomicè) declarat, & confirmat ſuam opinionem authoritate Realdi, qui tamen totum oppoſitum ſcribit, vt ex eius verbis colligere licet, lib. 6. de iecore & venis hæmorrhoidalibus cap. 1. ad hunc modum dicentis. *Adhuc deſcribendus eſt ramus alius, qui tamen inter vena porta ramos connumeratur, & ab eo originem ducit, qui lieni dicatur; qui parte caua per meſenterium deſcendens primùm inteſtinum rectum petit, venaſque gignit hæmorrhoidales, quibus dumtaxat poteſt ab humore melancholico vendicari.* Hæc Realdus.

Augenius lib. 10. de curandi ratione per ſanguinis miſſionem capite eodem eiuſdem videtur opinionis cum Minadoo, ſed de hac materia adeò inſulsè loquitur, atq; ineptè, vt oſtendat ſe prorſus in rebus anatomicis imperitum; nam cùm in principio huius capitis proponat hoc quæſitum, an venis hæmorroidalibus apponendæ ſint hirudines pro curandis morbis à melancholia enatis; reſpondet primùm inter Medicos noſtrates, maximam eſſe diſſenſionem; cùm aliqui putent nunquam illis vtendum, contendentes venas hæmorrhoidales nullam cum liene habere communionem; alij verò contrariũ ſentiant, quibus ipſe adhærere libere fatetur; at vellens probare, quòd venæ hæmorrhoidales conſenſum habeant cum liene, dicit à vena caua quæ lumbis eſt proxima, venam lienem nutrientem originem habere, & tam audacter illud affirmat, vt non vereatur dicere omnibus Medicis id eſſe in confeſſo, quod tamen falſiſſimum eſt. Vix credibile eſt tantum virum in re manifeſta, tam turpiter cæcutiuiſſe; nam à vena caua nullus ramus in lienem fertur, quod non modò Anatome, ſed quotquot ſcripſerunt de rebus anatomicis, id aſſeuerantur affirmant, è contra rami à vena porta diſtribuuntur per meſenterium, & quemadmodum nulla eſt harum venarum, quæ excedat terminos meſenterij, inteſtinorum, lienis, ventriculi, & cauæ iecoris regionis; ità prorſus nulla vena, ex caua ad huiuſmodi partes transfertur: quare illum conſenſum, quem manifeſtum eſſe dicit, falſum Anatome ipſa facilè demonſtrat; & Anatomici ſcriptores. Maſſaria lib. de Scopis ſanguinis mittendi nihil certi determinat; ſcripſit enim tantummodo aliquas venas à porta, aliquas à vena caua ortum ſuum ducere, de qua re addit maximum eſſe inter Anatomicos diſſidium. G

Hac equidem in re ſtatuenda cum illis conuenio, qui dicant vnicum dari genus hæmorrhoidarum; nam Anatome ſat clarè demonſtrat vnicum eſſe, & à vena porta, non à caua ortum ducere, quod probo authoritate, & ratione: authoritas prima eſt Hipp. libello de hæmorrhoidibus tex. 1. vbi ad hunc ſcribit modum. *Ora venarum hoc modo ſanguinem fundere ſolent, bilis, aut pituita ad venas, quæ in ano decumbunt, ſanguinem, qui in his eſt, calefacit, incaleſcentis autem venæ ſanguinem ex proximis venis attrahunt, eoque impletæ recti inteſtini partem interiorem in tumorem attollunt, & venarum capitula conſpicua ſunt, quæ dum partim à ſtercore exeunte contunduntur, partim à ſanguine coaceruato perrumpuntur, ſanguinem eiaculantur idque maximè cum ſtercore, interdum verò ſine eo.* Ex qua diuini Hippocratis ſententia facilè colligitur venas hæmorrhoidales eſſe in partibus internis inteſtini recti, atque venæ inteſtini recti cauitatem perreptantes ortum ducunt à meſeraicis venis; hæ vero à porta, quare ex Hipp. ſententia concludendum H

dum

A dum eſt venas hæmorrhoidales non aliunde prouenire, quàm à vena porta. Nec dicen-
dum eſt libellum hunc non eſſe Hipocratis, quia Annutius feſius vir Doctiſſimus, qui
judicium fecit librorum Hippocratis multis probat hunc libellum ipſius eſſe genuinum
fœtum, quod etiam ex clariſſima cenſura Mercurialis librorum eiuſdem Hipp. confir-
matur. Galenus verò lib. de ſectione venarum, & arteriarum cap. t. ſcribit venas illas,
quæ ad ſedem ſunt ramos eſſe tertij rami venæ portæ: at illi qui in interna cauitate in-
teſtini reperiuntur, illi ſunt, qui terminantur ad ſedem eodem docente Galeno, qui
ſcripſit inteſtina, ventriculum, lienem, pancreon, & meſenterium, nullam aliam habe-
re venam niſi à vena porta, id confirmant clariſſimi Anatomici Veſalius lib. 5. de huma-
na fabrica cap. 15. & lib. 3. cap. de diſtributione venæ portæ, columbus loco ſupra
citato, Valuerda lib. 6. cap. 5. ſuæ Anatomes, eſt tandem & Theodorus Angelutius lib.
de febre maligna eiuſdem ſententiæ. Idem ſentire videtur Saxonia lib. de feb. ex men-
te Gal. 5. in 6. epid. a 5. Venio modò ad rationes, quibus probo non poſſe dari hæmor-
rhoidas, quæ ortum ducant ab alia vena, quàm à vena porta.

B Et primò illæ venæ ſolæ ſtatui pro hæmorrhoidibus debent, quæ in morbos ſui no-
minis aptæ ſunt incidere, ſed ſolæ venæ, quæ ad anum, & ad internam cauitatem in-
teſtini terminantur, illæ ſunt ſolæ, quæ aptæ ſunt morbos prædictos pati, ergo ſequi-
tur, quòd illæ ſolæ hæmorrhoidales cenſeri debent: maior propoſito clara eſt, minor
eſt Hipp. lib. nuper citato tex. 5. vbi loquens decuratione harum venarum, inquit, quòd
venæ iſtæ *ſanguinem fundentes tuberoſam quandam eminentiam habent, & veluti mori
fructus illis adnoſcitur; ſiquidem tuberoſa eminentia foras valde prominet*, & quæ ſequun-
tur, ex quibus Hippoc. facilè colligo has venas, quæ ad capacitatem inteſtini ſunt pati
tubercula, eminentias, atque tumores mori fructibus ſimiles illis adnaſci. Idemque
Hippocr. hoc loco docet harum venarum curationem, quando ſcilicet turbercula pa-
tiuntur tumores iam dictos: & iſtæ ſolæ ſunt illæ in interna capacitate recti inteſti-
ni contentæ, quæ ſunt in duplici differentia, aliæ cœcæ dictæ, aliæ verò apertæ: cœcæ
ſunt, à quibus nihil exit ſiuè intus, ſiuè extra ſint, quas Auicen. appellat fundas: apertæ
verò ſunt, quæ extra anum efferuntur, & Gal. in lib. definitionum medicarum ſcribit
C haſce hæmorrhoidas differre inter ſe, magnitudine, figura, & conſtitutione. Hinc
recens Chirurgorum diſciplina alia quatuor hæmorrhoidarũ genera facit, nominibus
ab earum forma expreſſis; nam aliæ verrucariæ, aliç vueales, aliæ morales, & aliæ ve-
ſicales dicuntur: verrucariæ ſunt illæ, quæ verrucæ in modum eminent, vueales, quæ
acini vuæ figuram repræſentant, morales moro dumi ſimiles, veſicariæ, quæ veſicæ
piſcium formam, & figuram æmulantur, at huiuſmodi venæ, quæ prædictos morbos
patiuntur intus cauitatem recti inteſtini incluſæ ſunt, & ſæpè ab orificio eiuſdem extra
pelluntur, vbi morbis prędictis ſunt affectę, neq; vnquam cõprehenduntur talia tuber-
cula, niſi deſcẽdant à capacitate inteſtini ad partes externas, venę igitur exeuntes à fo-
ramine ani & hiſce tuberculis affectę, illę ſunt ſolę, quæ hęmorrhoides debẽt appellari.

Rami autem à vena caua ortum ducentes non patiuntur talia tubercula; nam
cùm vt dictum eſt, ad latera muſculorum exteriùs diſſeminati ſint, opus fuiſſet, vt ij
quoque deorſum extra inteſtinum, & ad eius latera deſcendiſſent, non ſecus atque illę
venę quæ intus inteſtina ſunt his tumoribus obſeſſæ, quę à medio inteſtino tanquam ab
D ipſius centro prodeunt, quod quotidiana experientia comprobat: at nullus eſt, qui
ſcripſerit ſe animaduertiſſe ad inteſtini recti latera, deſcendere venas his tuberculis
malè affectas; ergò neque huiuſmodi venę debent, aut poſſunt dici hęmorrhoidales,

Succedit venas eaſdem nempè à caua ortum ducentes exiguas eſſe admodum, &
capilares, vt rectè admonuit Petrus Pereda lib. 1. de medendis morbis, & per conſe-
quens prorſus ineptas, dilatationi; ita vt in illis poſſint fieri hæc dicta tubercu-
la, & quod magis eſt, ſi à prædictis tumoribus obſiderentur, extra minimè exire poſ-
ſent, cùm ſphincter muſculus ad ora externa inteſtini recti aſſidens alijs duobus ſphincte-
ribus lateralibus iam dictis, adeò adnexus eſt, vt vix ſectione ſeparari poſſit, quare ne-
que huiuſmodi venæ extra exire vnquam poſſent. Addo, quod ſi venæ illę à vena caua
prodeuntes, & in muſculis recti inteſtini terminantes, aptę eſſent dilatationi; vt poſſent
expurgare melancholicum humorem, quando vena caua eo humore ſcatet natura ad
ipſas, tanquã ad propinquiores, non autẽ ad crura, quæ magis remotę ſunt eum propel-

leret

leret ſicut obſeruatur in varicibus, & id eſt, quia venę illę non ſunt factę huius gratia. E
Sequitur, quòd ſi natura pro hæmorrhoidibus demandaret venas haſce, ſibimet repu-
gnaret; nam repugnantia naturæ ſunt, venas hæmorrhoidales à vena caua ortum du-
cere, quod ex vſu ipſius venæ cauæ demonſtro, qui eſt, ex Ariſt. ſententia lib. 3. hiſto-
riarum cap. 3. Galeni pluribus in locis Auicennæ lib. 13. de animalibus cap. 7. & pri-
mo libro fen. 1. doct. 5. cap. 2. & 3. & Auerrhois primo colliget cap. 6. ſanguinem
tanquam theſaurus vitæ veluti in promptuarijs quibuſdã conſeruare, atque diſtribuere
per vniuerſum corpus nutritionis cauſa, cuius ſi aliquæ terminarentur ad ſedem ſeque-
retur naturam feciſſe quid contrarium ſuæ intentioni, nempè nutritioni, & permitteret
ſuum theſaurum ſine fructu extra corpus expãdi. Neque etiam arteriæ eò loci adductæ
ſunt, vt inde fierent hæmorrhoides, aduerſum Realdum Columbam, & Curtiũ, qui ſcri-
bunt dari arterias hæmorrhoidales. Realdus quidem lib. 6. ſuæ anatomes cap. de cor-
de, & arterijs. Curtius verò loco ſupra Citato. Hoc equidem non modò falſum, ſed
indico eſſe impoſſibile, vt ex vſu arteriarum apparet, qui triplex eſt, primus eſt ſpirituo-
ſum ſanguinem in ſiniſtro cordis ventriculo elaboratum continere, diſtribuere, tranſ- F
mittere, tum ad perfectam ſingularem partium nutritionem, tum ad animalis ſpiritus
generationem, & nutritionem, alter vſus eſt influentem cordis calorem, & ſpiritum
vitalem in vniuerſum corpus diſtribuere, tertius eſt caloris natiui temperatio, & nutri-
tio, quem perenni ſuo diaſtoles, & ſiſtoles, motu conſequuntur; periculum enim eſſet
ne ſanguis ſpirituoſus ſtatim euacuaretur, nec ſine magno vitæ periculo.

Succedit præterea naturam non conſueuiſſe arterias detectas permanere, vt ex Ga-
leno habetur 6. de vſu partium cap. 14. dicebat enim eo loco, naturam magis recon-
ditè ducere arterias, quam venas tum ob ſanguinis fluxum imminentem; tum quia vbi
ſectæ ſunt vix conſolidari queunt, ſi igitur ad hanc partem extra ducerentur venæ,
etiam & arteriæ, cum illis ſemper aſſaciatæ eſſent, & ab his fieret hæmorrhagia ſan-
guinis, quæ compeſci non poſſet, tum ratione motus perpetui arteriarum, tum ratione
craſſitiei ſubſtantiæ earundem, quæ non facilè coaleſcit, vnde cum maximo vitæ peri-
culo, quare ex his concludo, neque in venis cauæ, neque in arterijs poſſe fieri hæmor-
rhoidas, apparetque tandem ſatis, non dari niſi vnicum genus venarum hæmorrhoida- G
rum ortum ducens, à venis meſeraicis, & porta, & hęc quod ad primum propoſitorum.

Secundum erat aperire, vobis, in quem vſum venæ hæmorrhoidales à natura ſint
factæ, quod quidem non poteſt tam facilè declarari niſi priùs diſtinctionem faciamus;
quæ eſt, quod venæ hæmorrhoidales conſiderari poſſunt, vel vt ſunt venæ terminan-
tes ad ſedem, vel vt ſanguinem extra corpus effundunt, ſi primo modo eundẽ preſtant
vſum, atque aliquæ venæ Meſeraicæ; quæ quamuis omnes ab eadem trunco prodeant,
preſtant tamen diuerſos inter ſe vſus; nam aliæ deferunt, & chylum, & ſanguinem, chy-
lum quidem, ab inteſtinis pro ſanguinis in parinchymate iecoris generatione, ſangui-
nem verò à iecore pro inteſtinorum nutritione, ita enim à natura compartum eſt, vt
venarũ meſeraicarum, quæ à porta dependent aliquæ ſint à tenuioribus inteſtinis, & à
ventriculo attrahentes, & ducentes chylum in iecur, ſimulque & ſemel à iecore ſan-
guinem abducentes pro ventriculi, & inteſtinorum nutritione, Gal. lib. 3. de natur.
facul. cap. 13. nec obſtat, quod videatur motus contrarius, quia hoc contingit ratione
membrorum attrahentium; cum ventriculus, iecur, & inteſtina, attrahant ſibi propor- H
tionatum humorem, & expellunt onus ſibi ſuperfluum, quare ex venis meſeraicis,
quædam ſunt, quæ ſimul, & ſemel, & eodem tempore ferunt chylum, & ſanguinem,
aliæ verò, quæ à iecore ſolum trahunt ſanguinem pro partium diuerſitate, in quas ter-
minantur; nam Galeno Magiſtro, aliæ ſunt quæ feruntur in pancræas, aliæ deſinunt in
meſenterium, & eius glandulas alimentum illis partibus vehentes, non ſecus atque
illæ, quæ ſunt in ventriculo; aliæ ſunt, quæ ſolliculum bilis nutriunt, aliæ tandem ſunt,
quæ humori melancholico deſtinatæ ſunt, vt eſt ille magnus venę portę ramus, qui in
lienem diſtribuitur; à quo antequam in lienem ſe inſerat, duo notabiles rami prodeunt,
quorum vnus in ventriculum diſtribuitur ad membranas ventriculi corrugandas, &
conſtringendas, vt inde melior fiat alimentorum amplexus, ac deinde coctio, quam
ſequitur appetitus; alter verò in multas ramificationes diuiſus, deorſum per meſente-
rium deſcendit vſque ad inteſtini recti regionem, qui iterum diuiſus terminatur ad ſe-

dem,

A dem, modò quinque, modò plures ramos extremitati internæ ipſius inteſtini offerens, à quibus excitantur hæmorrhoides, vt dictum eſt.

Ramus igitur hic, hac ratione conſideratus eundem vſum in corpore præſtat, ac faciat ille, qui ad lienem eſt tranſmiſſus, at cum hac differentia, quia ille ſemper expurgat iecur ab humore melancholico, hic verò non ſemper eum transfert extra corpus, niſi quando humor melancholicus ita abundet, vt recipi in lienem nequeat, aut quòd lien aliqua infirmitate trahere ad ſe non poſſit humorem melancholicum, vbi verò lien ſuo fungitur offitio, pauciſſima copia humoris melãcholici in hunc ramum affluit, niſi quanta eſt ſatis ad inteſtinum rectum corroborandum, non ſecus atque contingit ventriculo; in quem deponi ſolet aliqua copia huius humoris ab alio iam dicto ramulo huius ſocio, à quo ventriculus corrugatur, ac conſtringitur, vnde perfectiùs alimentum concoquitur, vt dictum eſt. Quare non probo ſolutionem Angelutij dicentis venas meſeraicas habere facultatem attrahendi in corpore ſano ſemper; in morboſo verò poſſe fieri contrarium.

B Ex huius venæ portæ diſtributione facilè apparet quantùm valeat argumentum à Curtio allatum, qui dicebat meſeraicas eſſe factas ad attrahendum, non ad expellendum ſaguinem, vbi venæ iſtæ dilatantur, & fiunt hæmorrhoides, talem vtilitatem, atque vſum corporibus noſtris prebent, vt ipſum purgent, aut exonerent ab humore melancholico primùm, deinde ab alijs ſuccis, & à copia ipſorum, quæ in corpore collecta, & ab arte extra corpus deturbata vel purgatione, aut ſanguinis miſſione minimè fuerit. Hoc prudenter admodum, vt ſui moris eſt, conſiderans diuinus Hipp. 6. epid. com. 3. tex. com. 36. tulit auream illam, & tam diuulgatam ſententiam, nempè. *Qui hæmorrhoidas habent nec pleuritide, nec perimpnemonia nec phagedena, neque furunculis neque therminthis forſan neque lepra, & forſan neque alijs.* Galenus in com. ſcribit addendam eſſe particulam, ſeu verbum hoc, *corripiuntur*: vt ſenſus ſit, quòd illi, qui expurgantur per hæmorhoidas, nec pleuritidẽ patiuntur nec peripneumoniam, eò quòd per hæmorrhoides ſecernitur ſuccorum malitia, quamuis cachexiæ interdum conſequantur, aut praui colores, & icteri, qui non dicuntur morbi.

C Sed hoc loci conſiderandum eſt cachexias prauas, & aqueos colores non euenire ſanis corporibus, quæ ſtatutis temporibus ab hæmorrhoidibus euacuantur, dummodo moderatè fluant, ſed ijs tantùm, quæ inmoderatè, & intempeſtiuè expurgantur, vnde hæmorrhoides diuiduntur in duas differentias: aliæ ſunt, quæ ſtatutis quibuſdam temporibus eueniunt, aliæ verò, quæ nulla ſeruata lege contingunt, & morboſæ dicuntur, à quibus non modò cachexiæ, & deprauati colores in cute, atque hydopres, verùm etiam fiunt tumores quidam in ipſis, quorum alij ſunt intus reconditi, alij extra patentes, de quibus ſupra. Hipp. ſententia non eſt intelligenda de hæmorrhoidibus morboſis, ſed de non morboſis, quæ vbi moderatæ ſint liberant homines à morbis ab Hipp. recenſitis, vbi autem immoderatæ fuerint, & præter naturam, tunc reddunt corpus aptum ad morbos ſuſcipiendos. Sed hic doctiſſimus Minadous videtur hærere; quomodo per hæmorrhoidas excretis vitioſis ſuccis mali quidam habitus interdum in toto corpore ſuboriantur? Puto equidem hoc in loco ſano modo Galenum intelligendum eſſe; nam contingit aliquando, non ſemper, quamuis exeant praui ſucci per
D hæmorrhoidas, (ſi inmoderatè fluant, & ſint præter naturam) vt fiant praui colores, & icteri, ſi præſertim diù, & longo tempore fluxerint. Nec improbo reſponſionem à doctiſſimo viro datam ex mente Valleſij, quòd Galenus intelligendus ſit de cachochimia miſta, nempè ex plenitudine, & cacochimia; cùm per venas hæmorrhoidales non modò quænis cacochimia, ſed etiam totius corporis plenitudo euacuari poſſit.

Præter locum Hipp. iam citatum adſunt etiam Galeni teſtimonia locupletiſſima 3. de humoribus cap. 16. 6. Aphor. 11. 4. de ſanitate tuenda cap. 4. lib. de plenitudine, & alibi, vbi clariſſimè ſcribit ab hæmorrhoidibus omnem cachochimiam melancholicam præſertim, nec non & plenitudinem quandoque euacuari; quod quidem etiam confitetur, & multis confirmat Thomas Minadous, ſed tota lis, & controuerſia eſt, qua exiſtimat cum alijs, ad plenitudinem euacuandam oportere dari venas hæmorrhoidales, à vena caua ortum ducentes, quia dicunt chachimiam quidem euacuari ab hæmorrhoidibus à vena porta ortum ducentibus, non autem plenitudinem. At cum ſupra

ſatis

ſatis probatum ſit non poſſe dari huiuſmodi venas à caua exorientes, oſtendendum eſt E
nunc omne genus cacochimiæ, & plenitudinis probè euacuari per has hæmorrhoidas
à vena porta ortum ducentes ſiue criticè, ſiue ſymptomaticè, hoc eſt natura vincente,
aut irritata, quærente ſibi vias faciliores, per quas materias à vena caua in portam expellat,
& inde ad venarum ramos, qui ad ſedem ſunt. Hoc quidem tribus rationibus
probo. Primò quemadmodum medicamentum in ventriculo, aut tenuibus inteſtinis
actuatum venis meſeraicis medijs à porta; à iecore à vena caua, & omnibus ſuis ramulis
ad habitum corporis diſtributis in ventriculum trahit; ita natura à copia, aut
qualitate humorum grauata, facultate venarum venæ cauæ expultrice per eaſdem
vias materiam ad venam portam, & meſeraicas, inde ad hæmorrhoidas propellit,
quæ tandem extra corpus materiam, ſiue copia, ſiue qualitate peccantem eructat,
non eſt itaque opus addere venas à vena caua ortum habentes, vt corpus vniuerſum à
copia, aut qualitate humorum exoneretur.

Secunda ratio deſumpta eſt ab authoritate Galeni 4. de ſanitate tuenda cap. 5. vbi
ſcriptum reliquit, quòd quando per ſanguinis miſſionem euacuatur vena caua, ibique F
adſit non multa copia ſanguinis, tūc humores crudi in meſeraicis exiſtētes ſubſequūtur
loco eorum, qui euacuati ſunt à vena cauà, ex quo quidem loco habetur dari viam manifeſtam
à vena porta in venam cauam, quod ſi ita eſt, cur vbi natura grauatur, vel ſanguinis
multitudine, aut qualitate, non poteſt per eandem viam à caua in meſeraicas venas,
inde & in illas, quæ ad ſedem ſunt materiam grauantem deponere? non ſanè videtur
maior ratio vnius, quàm alterius; vnus enim conſenſus, & vna conſpiratio eſt totius
corporis, vaſorum præſertim.

Tertia ratio, qua confirmatur à vena caua in portam tranſmitti materiam, eſt quia
illi, qui ab empiemate liberantur, aliquando per ſeceſſum, nonnunquam per vrinam
euacuantur, modum intelligere eſt opus, qui eſt, vt à vena caua in portā ferantur humores
cōtenti in thorace, inde ad inteſtina: at huiuſmodi materia, quæ eſt in thorace debet
neceſſariò venam cauam ingredi per diapedeſim (vt alias oſtendi) nempè per ductus
quoſdam cecos, & abditos, ſed naturæ manifeſtiſſimos, intuſque venæ cauitatem recipi.
Et quamuis lib. 4. de locis affectis cap. 6. velit Galenus dari ramum quendam à vena G
caua in portam; nihilominus eſt opus, vt intus venam portam feratur, à qua in meſeraicas,
& inde in inteſtinorum cauitatem deponatur: at mea quidem opinione longè
facilior eſt ea translatio materiæ à vena caua per iecur in portam, ea quæ eſt à cauitate
thoracis in internam cauitatem venæ cauæ. Igitur mirum videri non debet, ſi vena caua
cùm copiam materiæ cuiuſcunque generis accumulauerit, à qua grauetur, deponat
in venam portam, inde ad ramos ipſius facientes hæmorrhoidas; quare huiuſmodi hæmorrhoides
cacochimiam, & plenitudinem extra pellere poſſunt.

Ad hæc obſeruatum eſt ſæpe morbos curatos fuiſſe per hæmorrhoidarum effluxum
quemadmodum diuinus Hipp. 3. in 6. epid. tex. com. 36. ſcriptum reliquit. *Curatos inquit
importunè aliquos ſubitò fuiſſe, hos correptos, & grauiſſimè quidem*, quam ſententiam obſcuram
Galenus interpretatur dicens, importunè per hæmorrhoides curatos fuiſſe eos,
qui neque ſanguinis detractione per circuitus, neque medicamentis ſubductorijs expurgabantur:
grauiſſimè verò eos correptos fuiſſe, quibus curatæ fuerunt hæmorrhoides
omnes, nulla relicta, vt ſenſus ſit, poſt factam curationem per ablationem H
omnium hæmorrhoidarum, eos, quibus nullam prorſus reliquerunt, fuiſſe grauiſſimè
correptos; propoſitionis huius Hippocraticæ duplex eſt ſenſus, pro vt ipſa diuiditur
in duas partes, primus eſt, quòd multi à morbis ortum ducentibus tam à plenitudine,
quàm à cacochimia importunè, hoc eſt preter opportunitatem curati fuerunt;
nam illis, qui plethorici fuerunt, non fuit miſſus ſanguis per circuitus, hoc eſt, vt docet
Galenus ſtatutis temporibus, in quibus opportunum erat ſanguinem illis ſecta vena extrahere,
quem natura valida exiſtente per hæmorrhoidas euacuauit, omnemque plenitudinem
abſtulit: ſimiliter ij, quibus collecta fuerit aliqua cacochimia, cuiuſcunque
humoris quibuſque corpus non fuerit purgatum, vt dictum eſt, tota repente in venas
hæmorrhoidales propulſa cacochima materia, liberati fuerunt mediantibus hæmorrhoidibus,
& hac à Galeno in commentario circa primam partem propoſitionis huius
ſcribuntur.

A In ſecunda parte alius eſt ſenſus, ſed admodum conciſus, & obſcurus, quem clarum,
& manifeſtum reddit Galenus, & eſt, quòd vbi hæmorrhoides morboſæ ſunt, & ſectio-
ne curandæ, non eſt opus omnes diſſecare, ſed vnam relinqui, alioqnin periculum eſt,
ne patientes grauiſſimis corripiantur morbis ſuperiùs enarratis, & etiam maioribus:
hæc Galeni ſententia correſpondet ſententiæ Hipp. 6. aphoriſ. 12. vbi ſcribit hæmor-
rhoides curatas diuturnas, niſi vna ſeruetur periculum imminet, ne hydrops, aut tabes
ſuccedat, quæ tamen ſententia aduerſatur alteri eiuſdem Hipp. ſententiæ lib. de hæ-
morrhoidibus non procul à principio, vbi ſcribit nullam hæmorrhoidem relinquen-
dam ſine vſtione, ſed omnes exurendas eſſe. Aëtius lib. 2. tetrabili 4. cap. 5. hanc diffi-
cultatem de medio tollere eſt conatus, dicens omnes hæmorrhoides perſanandes eſſe
nulla prorſus relicta, quod Hippocratem voluiſſe ſcribit, cum dixit hæmorrhoidas ſa-
nanti, quaſi ſanatio perfecta ſit, qua omnes auferuntur; inqnit enim ſi non adſeruetur,
hoc eſt, ſi non conuenienti diæta vtatur, quòd autem ſic velit Hipp. inquit idem Aëtius,
ipſa Aphoriſmi ſententia oſtendit, vbi habetur, hæmorrhoidas inueteratas ſananti, eſt
B autem ſanatio perfecta liberatio, & legitima curatio, quare concludit iuxta Hippocra-
tis ſententiam non oportere aliquam hæmorrhoidem relinquere, ſed omnes excidere,
& poſt perfectam ipſarum curationem per conuenientem (veluti dictum eſt) dietam
ad naturalem ſtatum corpus curatum reducere.

Sed huiuſmodi determinatio aduerſatur Galeno, qui in commentario ſcribit ab
Hippocrate præceptum eſſe in curandis hæmorrhoidibus, vt vna ſemper relinquatur,
qua excrementa, quæ quotidie neceſſariò cumulantur excerni queant. Cum Galeno
eſt Paulus Aegineta, lib. 6. cap. 79. Qui ita loquitur *vnam quamque adſtringemus vna
dumtaxat relicta*, *qua ſanguis ſuperfluus emanet*. Iacobus Hollerius lib. 1. de morbis
internis cap. 55. huic difficultati duobus modis ſatisfacit; primo, inquit, vel negligitur
artificioſa curatio, vel adhibetur: ſi negligatur, vna eſt ſeruanda, ſi adhibeatur nulla:
ſecundo modo, duplex, inquit, ſiſtendi conſilium eſſe, alterum dum fluentes ſiſtimus,
alterum dum fluxuras animaduertimus, in illis immoderatum fluxum adſtringi debere
nullum eſt dubium, ita vt velit, quòd vbi hæmorrhoides immoderatè fluant omnes eſſe
C curandas; immoderatus enim fluxus omninò eſt compeſcendus, vbi igitur hæmorrhoi-
des chirurgia curantur, opus eſt omninò, & ſecare, & vrere ad ſiſtendum immodera-
tum fluxum in actu, quaſi velit, quòd vbi non ſit immoderatus fluxus, ſed ſit longus in-
ueteratis hæmorrhoidibus non renuit, quin vna veniat relinquenda.

Verùm operationem hanc, quæ debet fieri circa hæmorrhoides ſine vſtione, ſiue ſe-
ctione, non putamus ipſam tam facilem eſſe, vt poſſimus alias curare vna ſeruata, cùm
non ſint ita diſtinctæ ab inuicem, vt poſſit à Medico tam facilè vna eligi reliquis adu-
ſtis; nam locus adeò anguſtus eſt, vt non videatur poſſe fieri electionem vnius. In huiuſ-
modi difficili admodum operatione, aliud eſt dicere, & ſcribere, & aliud operari; lon-
gè quidem eſt faciliùs dicere opus eſſe adurere multas venas hæmorrhoidales eo loco
malè affectas, & aliud eſt eas ipſas vel ſecare, vel adurere, & vnam relinquere, primus
modus facilè exequitur, ſecundus modus vix, & maxima cum difficultate; quare in hac
ſumma difficultate magis probo Mercurialis reſponſionem, cuius hæc eſt ſententia,
ego verò inquit cùm Hippocratem videam hoc in loco præcipientem, *vt omnes curentur*, *fa-*
D *cere non poſſum, quin exiſtimem interdum etiam omnes eſſe curandas, tum ſcilicet cùm cor-
pus optimè purgatum ſit, neque ex his ſit, quæ natura ſuccos melancholicos aggregant, ac præ-
terea proba victus ratio ſeruetur, quæ non ſolùm in cibo, & potu, ſed in cunctis alijs poſita ſit,
præſertim verò in paranda aliqua excrementorum ab vno in aliam partem diuerſione*. Hæc
eſt Mercurialis determinatio, diuerſionem, cuius meminit, tutò fieri poſſe ego arbitror
cauterio facto in domeſtica parte femoris, vel vnius, vel vtriuſque, non multùm di-
ſtante à regione genu, & hæc obiter ſint dicta de curatione hæmorrhoidum, quam in
medium adduxi arrepta occaſione ab his, quæ à Galeno paulò ſupra de ipſarum cura-
tione inſinuata ſunt.

Reuertor modò ad penſum, & dico vniuerſum corpus ab hiſce hæmorrhoidibus à
porta enatis expurgari, & euacuari poſſe, & proinde non eſſe opus addere hæmorrhoi-
des à vena caua; fruſtra enim ſit per plura, quod per pauciora fieri poteſt, & æquè be-
nè, ſed per venas hæmorrhoidales ortum ducentes à vena porta æquè benè, imò me-

Digitized by Google

liùs vniuerſum corpus à quacunque cacochymia expurgatur, & à plethora euacuatur, E igitur non eſt opus addere venas hæmorrhoidales ortum à vena caua habentes; quare argumentum illud, quod videtur Altimaro eſſe demonſtratio quædam, nullius conſiderationis eſt, nihilque concludit, niſi quòd vena caua, & eius rami prauis humoribus melancholicis grauati, facultate ſua expultrice ad hæmorrhoides tanquam ad ignobiliorem locum propellant, id quod conceditur facilè; non enim probat ipſe hæmorrhoides ortum ducere à vena caua, & ad eas determinatè naturam tranſmittere, quod erat illi probandum; nam, vt ſatis, ſuperque à nobis probatum eſt, natura reperit ſibi vias, manifeſtas à caua vena in portam, per quas propellit ad hæmorrhoides. Nec maioris momenti, & efficaciæ eorum argumentum eſt dicentium obſeruari in praxi modò exire ſanguinem tenuem, & ſeroſum, modò ſanguinem melancholicum; ſeroſus quidem, & tenuis à vena caua, melancholicus à vena porta, vt Ferdinandus Epiphanius ſcriptum reliquit lib. 3. ſuorum theorematum 22. cùm ſatis probatum ſit hæmorrhoides à vena porta quodcunque genus humoris expurgare.

His ſic determinatis opus eſt videre, in quibus caſibus aperiendæ veniant huiuſmo- F di hæmorrhoides, & ab his ſanguis detrahendus, hoc eſt dictu, à quibus indicantur apertiones harum venarum. Tres ſunt materiæ ſanguinis miſſionis, vna eſt ſectio venę, alia eſt hirudo, tertia ſunt cucurbitæ; relinquo antiquorum ſcarificationes, quæ noſtris temporibus non ſunt admodum in vſu, de quibus etiã paulò poſt. Plenitudo, vt dictum eſt ſuperiùs, indicat ſectionem venæ, vt euacuatorium auxilium, modò à quonam indicentur hirudines, non ita clarum eſt; nam duo ſunt, quæ in noſtro, corpore indicant euacuationem, vnum eſt plenitudo (vt dixi) aliud eſt cacochymia; plenitudo tollitur per ſectionem venæ, cacochymia in eadem vena caua exiſtens per medicamẽtum purgans; quare hirudines non videntur, à quonam indicari poſſint, non à plenitudine, quia hęc ipſa tollitur per venæ ſectionem, vt dictum eſt; indicans enim debet proportionari ſuo indicato, & vnum indicare vnum, non plura, at ſi hirudo applicata hæmorrhoidibus indicaretur à plenitudine, duo eſſent ab vno indicante indicata, nempè ſectio venæ, & appoſitio hirudinum. Saxonia lib. de febribus cap. 24. ſcribit ex Gal. 4. de tuenda valetudine cap. 4. tantundem valere hæmorrhoides, quantùm venæ ſectio, & ſubiungit, G *quòd quando ſuppreſſa ſunt, & expediat mittere ſanguinem, prætermittere ſectionem venæ oportere, & tentare per hæmorrhoidas*: confirmat hanc ſententiã eiuſdẽ Galeni authoritate lib. 9. meth. med. cap. 5. quo in loco tractãs de curatione ſynochi per ſanguinis miſſionẽ dicit, *quòd ſi apertæ ſunt hæmorrhoides, ſanguiſque ſufficienter exeat, non alia vtendum eſt ſanguinis miſſione, ſed relinquere opus naturæ, ſi tamen ſit neceſſe auferre ſanguinem, tantùm emittatur, vt ſimul cum eo, qui exit ſatisfiat neceſſitati*, ita vt ex Saxonia plenitudo indicat magis hæmorrhoides, quàm ſectionem venæ, maximè ſi vires valeant.

Verùm ſi rem ipſam intimiùs ſcrutemur, videbimus ex hoc Galeni loco poſſe nos, & rectè dicere duplicem eſſe plenitudinem, alia eſt in vena caua, alia in vena porta collecta, ex ſuppreſſione venarum ſedalium, quæ priùs fluere ſolebant; hoc ſtante, quemadmodum ſectio venæ tollit plenitudinem à vena caua, ita quoque hirudines venis ſedalibus applicatæ euacuant plenitudinem in vena porta exiſtentem; nullus enim alius eſt locus in corpore, à quo poſſit mitti ſanguis à vena porta, & ſuis ramis, niſi venæ iſtæ, quæ ſunt ad ſedem, proinde appoſitæ hirudines his partibus dicuntur H tantundẽ valere, ac faciat ſanguinis miſſio per ſectionẽ venæ, hoc eſt dictu, quòd quemadmodum ſectio venæ tollit plenitudinem à vena caua, ita quoque hirudines venis ſedalibus applicitæ euacuant plenitudinem in vena porta exiſtentem: ſed quid ad locum 6. meth. med. dicendum veniat, non eſt difficilè inuenire; nam puto aliud eſſe conſiderare venas hæmorrhoidales, vt ſunt in corpore plethorico egente ſanguinis miſſione, dum ſunt apertæ & ab ipſis actu fluit ſanguis copioſus, & aliud eſt ipſas conſiderare, vt eſt opus ipſas arte aperire ſanguinis exeundi cauſa, primo modo non eſt mittendus ſanguis, ne opus naturæ impediatur, at vbi iam clauſæ fuerint, nec ſufficienter euacuauerint, tunc extrahenda eſt tanta ſanguinis copia, quæ poſſit ſimul cum eo, qui iam effluxit ſatisfacere plenitudini, quod idem faciendum eſſe in menſium fluxu docet Galenus, non propterea dicendum eſt hæmorrhoides æquiparandas eſſe ſectioni venæ ſimpliciter, & abſoluta ratione.

Neque

Digitized by Google

A Neque hoc loci Galenus dixit hæmorrhoidas aperiendas eſſe loco ſanguinis miſſionis, ſed vbi fluunt non eſſe ſanguinis miſſione interdicendas, ne motus naturæ impediretur, vndè non ſatis, admiror Saxoniam dicentem, quòd vbi ſit opus ſanguinis miſſione,& vires valeant, vt ex hæmorrhoidibus mittatur ſanguis, eò quòd tantundem valeant, ac ſectio venæ, id quod verum quidem eſt, ſed eo modo, quo nobis ſupra dictum eſt, ſed dato etiam quòd à venis hæmorrhoidalibus applicitis hirudinibus poſſit euacuari vniuerſus ſanguis totius corporis, rationi magis conſonum eſt, vt venæ iſtæ, quæ,vt diximus,ortum ducant à ramis venæ portæ,& præſertim ab eo ramo ad lienem tendente, primò repleantur à ſanguine melancholico, & fiat quædam repletio ſibi propris, hæc autem cùm euacuari debeat, nulluſque, vt dictum eſt, ſit locus in corpore magis aptus pro enacuanda hac materia in venis meſeraicis contenta, coacti ſumus hirudines his ſedalibus venis applicare, cùm nulla alia aptior materia ex tribus iam dictis reperiatur, qua poſſit euacuari; nam quæ dicuntur de folijs ficus,& id genus alijs rebus aſperis fricantibus,nugę ſunt; magis probatur, vt applicentur hirudines, vbi venę B meſeraicæ repletæ ſint, vena verò caua, cùm multas habeat venas diſperſas per vniuerſum corpus apparentes, poteſt enacuari, ſi ſit plenitudo per omnes arterias, nempè per venæ ſectionem per hirudines, atque per cucurbitas. Præterea ad tollendam plenitudinem venæ portæ per ſectionem alicuius rami venæ canę, opus foret larga, & copioſa ſanguinis miſſione, quæ primùm euacuaret plenitudinem ipſius, deinde ſubſequeretur materia contenta in vena porta, & ſuis ramis, quæ, vel euacuabitur tota, vel non ſi hæc ipſa ſanguinis miſſione tota ſimul cum plenitudine, euacuaretur, exiret nimia ſanguinis copia, ad quam facilè ſequi poſſet vel lipothomia, aut ſincope, ſi non euacuatur, ſed retineatur in vena caua, tunc ſanguis ipſius totus conſpurcabitur ab illa materia, quæ in vena porta, & ſuis ramis continebatur: meliùs eſt igitur, vt per hirudines venis ſedalibus applicitas ipſa euacuetur.

Hieronymus Capiuacceus lib. 6. de feb. cap. 26. ſcriptum reliquit, hirudines eſſe materias, quæ pungendo aperiunt ora venarum per ſe quidem ſenſibiliter, ſed paulatim ſanguinem euacuant, differuntque à venæ ſectione, quòd hæc breuiſſimo tempore C totum euacuat; hirudines verò longiori tempore, differunt, & à cucurbitis, quòd euacuant minori moleſtia, deinde ſubiungit, *interdum ergò cucurbitulis, interdum potius hirudinibus vtendum cauſa alicuius priuati, vacuatur autem per hyrudines is potiſſimum ſanguis, qui in illis exiſtit venis, quibus hyrudines applicantur, inde conſequitur euacuatio ſanguinis contenti in reliquis venis ſiue is ſit tenuis, ſiue craſſus*: inde paulò poſt inquirens num per hæmorrhoidas ſaltem euacuetur ſanguis melancholicus, & craſſus, an etiam bilioſus, & tenuis: reſpondet vtrumque euacuari, ſed primò melancholicum ex Hipp. 6. in 6. epidem Aph. vlt. vbi ſcribit hæmorrhoidas ſanguificas prohibere atram bilem, & ſanare durum lienem, ſecundò etiam bilioſum humorem exire apertis hæmorrhoidibus, hæcque ex authoritatibus à nobis ſupra allatis confirmat, itaut ex hoc Capiuaccei diſcurſu dicendum ſit hirudines indicari à copia ſanguinis melancholici, primùm exiſtentis in ramis venæ portæ, quæ meſeraicæ ſunt, deinde ab alijs humoribus; quare ex his concludo, quòd vbi plenitudo facta ſit in vena porta, & ſuis ramis, hirudines applicandas eſſe venis ſedalibus, ſiue hæc plenitudo facta ſit per hæmorrhoidarum ſuppreſſionem, ſiue per collectionem, aut à natura tranſmiſſionem, etiamſi illis nunquam D antea applicitæ fuerint hirudines; tunc enim non modò euacuatur hæc plenitudo, verùm etiam exoneratur concaua pars iecinoris, ventriculus, lien, omnia inteſtina, & meſenterium, per quod venæ meſeraicæ diſtribuuntur.

Sed inquiretis, an venis hæmorrhoidalibus plenitudine tumeſcentibus liceat ſemper applicare hirudines eo modo, quo ſit vbi venæ à caua ortum ducentes ſunt plenæ, exiſtimo ita dicendum eſſe, vel hæmorrhoides ſymptomaticè tument, vel criticè, ſi primo modo puto nihil adhibendum eſſe his venis ſedalibus, quod poſſit eas irritare, ſiue ſit hirudo, ſiue quidpiam aliud, niſi priùs præceſſerit euacuatio vniuerſalis, ſiue fiat ſanguinis miſſione, ſiue medicamento purgante; nam periculum eſſet, ne fieret maior ad partem affectam attractio; ſi verò criticè tumeant, præſtantiſſimum remedium eſt applicare hirudines, ſi ſua ſponte ſanguis non effluxerit,

quantum opus eſt, ex quibus apparet quàm ineptè,& inconſideratè Medici illi proce- E
dunt,qui nullo habito reſpectu ad humorem peccantem in omnibus febribus poſt ſan-
guinis miſſionem,& purgationem applicant hyrudines venis ſedalibus: Audiamus quid
de huiuſmodi ſanguinis euacuatione dicat Syluaticus 46. controuerſ. huius ſunt verba,
*Cæterum quia miſſo in febribus huiuſmodi ſanguine importunè ægrotantem haud leuiter lædi
neceſſe eſt, damni ideo multum hoc idem auxilium facere dicimus; mittitur autem ſanguis
importunè, tum quia nulla præſens eſt illius euocandi neceſſitas, eiuſque ſatis ab initio miſſum
fuiſſe ſupponimus, tum etiam quoniam humorum agitatio inde euenit, quæ coctioni maximè
aduerſatur, & vbi ſanguinis reiterationem neceſſariam fore contingat ex eodem vaſe, à quo
prius miſſus fuit ſanguis, eſſe illum mittendum in controuerſia docuimus* 43. hæc Ioan.
Baptiſta Siluaticus,

Sed dicet quis, hyrudines venis ſedalibus apponi reuulſionis cauſa, præſertim vbi
adſit phrænitis, vel aliquod aliud prauum ſymptoma capitis, vt dolor, ſed ſi rectè con-
ſideremus naturam reuulſionis à nobis ſupra declaratã, videbimus hyrudines huic par-
ti appoſitas nullam poſſe à capite facere reuulſionem; nam de ratione reuulſionis eſt, F
vt duæ conditiones ſeruentur, vna eſt rectitudo, altera eſt oppoſitio, nullam verò re-
ctitudinem obſeruare poſſunt ij, qui dicunt à capite reuellere venas hæmorrhoidales,
quod Anatome ipſa facilè demonſtrat nullam prorſus adeſſe vaſorum rectitudinem,
aut conſenſum, quibus concludi poſſit rectitudo vaſorum, & quamuis vnus conſenſus
venarum ſit, & à parte poſt partem venas hæmorrhoidales à capite euacuare poſſint,
tamen animaduertendum, hanc non poſſe dici reuulſionem, niſi per accidens, inſigni
ſcilicet facta ſanguinis euacuatione, quod reuulſionis leges tranſcendit, in qua paucıſ-
ſima copia ſanguinis ſi recta fiat ſufficit, nullaque eſt oppoſitio, quæ poſſit ſecundum
rectitudinem, aut aliam contrarietatem obſeruari, nam venæ meſeraicæ, à quibus or-
tum ducunt hæmorrhoides à porta; cum vena caua nullum habent commercium, ita vt
poſſit dici venas hæmorrhoidales oppoſitas eſſe venis, ſeu ramis à vena caua ortum
ducentibus; quare non poteſt dici venas haſce eſſe illis oppoſitas.

At diceris Hippocratem ſcripſiſſe hæmorrhoidum fluxionem in ſanis bono eſſe, id
euenire Galenus ſtatuit, quia humor melancholicus faciens inſaniam per eam partem G
euacuatur, non quod fiat reuulſio, poſſumus etiam authoritate Gal. lib. 1. de Glauc.
cõfirmare hanc propoſitionem vbi tractat de curatione doloris capitis, in quo ne ver-
bum quidem habet de apertione venarum ſedalium, & Aëtius tetrabili 2. ſermone 1.
cap. 115. 116. & 117. horum ſymptomatum, quæ febribus eueniunt, vbi curationem
docet, tantum abeſt vt hyrudines venis illis applicitas commemoret, vt ne quidem
alicuius ſanguinis euacuationis mentionem fecerit, & Paulus Aegineta lib. 2. cap. 44.
de dolore capitis in febribus diſſerens, ſolis alterantibus, & repellentibus contentus
eſt: at ſi vellem omnes antiquorum authoritates recenſere, præterquam quod nimius
eſſem, vos etiam tedio afficere poſſem: quare vos relego ad lectionem omnium anti-
quorum Authorum; ſat enim eſt mihi vobis demonſtraſſe hyrudines applicitas venis
hæmorrhoidalibus non poſſe facere reuulſionem, hiſque applicandas eſſe hyrudines,
eo modo, quo dictum eſt ſupra.

Et quamuis videatur quibuſdam Galenum non agnouiſſe hyrudines, neque his vſum
fuiſſe, ſi tamen conſideremus ea, quæ ab eodem habētur libello de hyrudinibus cucur- H
bitis, & ſcarificatione capite 21. videbimus his vſum fuiſſe, hoc enim in loco ſcriptum
reliquit in artubus eſſe applicãdas, tam brachijs quàm cruribus, addẽs paulò poſt *eas in
illis vſurpamus hominibus, qui ſcarificationum inciſiones pertimeſcunt, vel in illis partibus,
in quibus cucurbitulæ propter eorum paruitatem, vel gibboſitatem, & inæqualitatem aptari
non poſſunt*, ex quibus Galeni verbis apparet clariſſimè eum ipſum hyrudinibus vſum
fuiſſe. Quantum verò attinet ad locum, nempe ad venas hæmorrhoidales, ſum huius
opinionis Galenum met voluiſſe hyrudines applicandas eſſe venis prædictis, quod ex
verbis ſupra ſcriptis apparet, vbi dicit, ibi eſſe applicandas hyrudines, vbi non poſſunt
adminiſtrari cucurbitæ, at venis ſedalibus non poſſe adminiſtrari cucurbitulas mani-
feſtum vnicuique eſſe puto, ergo ſi ab his venis ſedalibus opus eſſet mittere ſanguinem,
hyrudines omnino, ex dictis etiam Galeni, ſunt applicandæ.

At dicet quis apparere cõtradictionem in verbis Galeni; nam libello ſupra citato de
cucur-

A cucurbitis, ſcarificatione, & hyrudinibus capite citato, ſcribit hyrudines non ex pro-
fundo ſanguinem trahere, ſed eum, qui carnibus adiacet exugere, at vbi applicantur
venis hæmorrhoidalibus, neceſſariò debent attrahere ſanguinem ex profundo corpo-
ris; dicatis pro ſolutione, aliud eſſe applicare hyrudines ſuperficiei cutis, & aliud eſt
eas applicare venis in quacunque parte corporis fuerint, primo modo verum eſt, quod
dicit Gal. ſecundo modo minimè verũ eſt; nam attrahunt ab intimis ad extimas partes
ſanguinẽ. Sed hoc loco animaduertendum eſt Auic. lib. 1. doct. 5. cap. 22. ſcripſiſſe hy-
rudines eſſe in duplici differentia, *aliæ ſunt venenoſæ, aliæ verò minimè, priores ſunt magna
habentia capita, quarum color eſt antimonialis idest color plumbi ſimilis, & niger, aut vi-
ridis, aut lanuginem præſeferentes, vel colore aſſimilato lapide lazuli, malæ ſunt etiam illæ,
quæ habitant in aquis limoſis, & lutoſis, minimè verò venenoſæ ſunt illæ, quæ in aquis colli-
guntur fluuidis, & in illis, quibus lenticula ſupernatant, color ipſarum ſit ſimilis colori viridi,
& veluti tendantur ſuper ea fila duo colorem arſenici habentia, ſintque raſæ, rotundæ, & co-
loris hepatis, quæ etiam ſimilantur paruæ locuſtæ, & cauda muris, ſintque minuta parua ca-
B pita habentes, & tandem eligendæ ſunt illæ, quæ habent ventrem rubeum, & dorſum viri-
de, per diem antequam applicentur, conſtringantur earum ventres donec euomant, quod in
eis eſt, tribuatur ei parum ſanguinis agni antequam apponantur, abſtergatur earum ſordities,
& viſcoſitas cum ſpongia, cumque apponendæ ſint in aquam dulcem claram lauare eas
oportet*, hæc Auic. ex Galeno: vnum tandem notatione dignum affero, quod ſcribit
Iacobus de partibus inſignis Auicennæ commentator his verbis, *apud Indos floruiſſe ex-
perientiam Medicinæ ante dominium Græcorum, qui ſpecialiter experientia circa venena,
& antitoda contra ea, quia valdè abundant in venenoſis animalibus peſſimis, & habent cor-
pora rara reſoluta valdè paſſibilia, quare coacti ſunt medicinalibus experientijs inſiſtere*,
addit *ſanguiſugas Galliarum eſſe leues communiter brunas, & vt plurimum ad nigre-
dinem declives cum participatione rubedinis fuſca, non lanuginoſa, neque venenoſa,
ſæpè iuuenes ſe balneantes in aquis vbi ſunt pro ludo tenent, vt adhæreant eis, & aliqui
ex eis ſcabie verſati circa ſuas tibias serioſè quærunt, & ſibi procurant has ſuis hærere
& appendi tibijs, vt ſugentes inde corruptum ſanguinem ſanitatem afferant, & à ſcabie
C mundentur*, & addit hoc *bonum incolis ſeptentrionalibus generaliter ineſt, quod non abun-
dant, vt meridionales in venenoſis reptantium modis pernicioſis, imò frequenter eadem ſpe-
cies multum venenoſa eſt in regione meridionali, quæ in ſeptentrionalibus pauca participat
venenoſitate, quia ardore, & ſiti regionis calidæ reptantium venenum exacui ſolet*, hæc di-
cuntur à Iacobo de partibus loco citato, ex cuius Viri doctiſſimi conſilio admonemur,
vt nos in partibus meridionalibus viuentes, & medicinam facientes in eligendis hyru-
dinibus maximè oculati ſimus, curemuſque ipſas in aqua limpida, & clara aſſeruari, &
quantum fieri poteſt omnia illa obſeruentur, quæ ab Auic. ex Gal. ſuperiùs ſcripta
ſunt obſeruemus.

De recto vſu.

Quis modò ſit earum rectus vſus ſcribitur à Galeno, aut potiùs ab Oribaſio lib. de cu-
curbitis, & ſcarificationibus cap. 21. vbi dicit, *cùm eis vti volumus, locus cui hyrudines
applicandæ ſunt, nitro prius fricandus, ac ſanguine alicuius animalis, vel argilla liquida,
inungendus, vel fouendus, vel vnguibus ſcalpendus, promptiùs enim apprehendent, at-
D que vbi inhæſerint oleum tepidum particula ne refrigeſcat infundemus, quod ſi etiam
eis vbi repleta fuerint vti oportuerit, vel quia paucæ hyrudines præſto adfuerint, vel
quia pauca apprehenderint, earum caudas forfice incidere oportet; nam effluente ſan-
guine, trahere nunquam deſinunt quouſque nos ſalem, vel nitrum, vel cinerem earum
oſculis inſpergamus*, hæc animaduertuntur à Galeno, ſed noſtris temporibus videtur
non eſſe opus his præſidijs ad eas applicandas; nam facillimo negotio à noſtris ope-
rarijs applicantur, hæquè permittuntur attrahere quouſque repleantur, & ſua ſponte
decidant, quæ vbi ſatis non traxerint, prout opus eſt, relinquitur ſenſim ſanguis exi-
re, at vbi contingat poſtquam exciderint nimium ſanguinẽ efluere linteo aceto made-
facto, gallaue combuſta impoſita vel vt inquit Gal. ſpongeam in liquidam antea picem
immiſſam, & mox crematam imponimus, aliquando verò goſſipium, ita ſiccum appli-
camus, non nunquam, & aduſtum.

Galenus hoc in loco videtur velle, vt remoueantur hyrudines cùm dimidiam ſangui-

nis

nis partem extraxerint, quia inquit, non eſt permittendum, vt ſanguis eò vſque effluat, B
quouſque ſatis ſit; quandoquidem pars ipſa frigeſcit ob ipſas hirudines, quæ natura
frigidę ſunt, tamen etiam ob aërem ambientem: verùm huiuſmodi obſeruatio à noſtris
etiam animaduertitur, vt quando apponuntur hæmorrhoidibus tres, vel quatuor hiru-
dines, quæ omnes trahant vnica vice tantam ſanguinis copiam, quæ ſit pro dimidia
parte eius, qui eſt euacuandus, eas auferunt, & modico aquæ calidæ partem affectam
calefaciunt, deinde ſenſim ſanguinem perfundere permittunt, quouſque euacuata ſit
tanta copia ſanguinis, quanta opus eſt.

De tempore, quo applicandæ veniant hirudines venis ſedalibus. Tunc ille apponi
poſſunt, quando indicans eſt præſens, hoc eſt, quando plenitudo in porta, & venis me-
ſeraicis collecta eſt, & venæ plenæ, & tumentes apparent eo, quo dictum fuit, modo.
Quod attinet ad vbi, nihil eſſet dicendum, cùm iam determinatum ſit vnicum genus
venarum hęmorrhoidarum reperiri in corpore noſtro, ſed doctiſſimus Claudinus
lib. 2. de ingreſſu ad infirmos cap. 5. ſupponit dari venas hæmorrhoidales à vena caua,
& proinde determinat his eſſe hirudines applicandas, eò quòd ramuli venæ cauæ con- F
iunguntur venis hæmorrhoidalibus à ſplenico ramo ortis per anaſtomoſim, quod ta-
men alienum eſſe à veritate puto; nam de ratione anaſtomoſis naturalis eſt, vt duo vaſa
eiuſdem naturæ, & ſubſtantiæ coniungantur intus eandem materiam continentia, id,
quod luce clariùs apparet in duabus anaſtomoſibus in fœtu humano exiſtentibus; in
vna enim vena caua arteriæ venali coniungitur, quæ eiuſdem eſt ſubſtantiæ: deinde
eandem materiam continent, nempè ſanguinem, & quamuis in homine adulto arteria
venalis obeat arteriæ munus, in fœtu tamen fungitur officio venæ; continuata enim eſt
cum vena caua. Idem dicendum eſt de anaſtomoſi arteriæ magnæ cum vena arteriali,
quæ ambæ ſunt duabus membranis præditæ, vt ſunt omnes arteriæ, eandemq́ue mate-
riam, nempè ſanguinem arterioſum continent, & quamuis in adultis vena arterialis
gerat vicem venæ, in ſœtu tamen gerit vicem arteriæ: deinde dictæ anaſtomoſes ſunt
neceſſariæ, & vt docet Galenus in gratiam nutritionis pulmonum factæ, & niſi adeſſent
huiuſmodi anaſtomoſes pulmones non poſſent nutriri in fœtu.

Differunt tamen ab inuicem ambæ iſtæ anaſtomoſes, vt ſcribit Galenus 6. de vſu G
partium 20. & 21. capite, & 15. eiuſdem lib. cap. 6. quòd vena caua foramen quod-
dam vtrique vaſi commune habeat, & quòd membranam quandam in eo inſtar oper-
culi natura machinata fuerit, quo ſanguini à vena caua impetu affluenti cederet, & pro-
hiberet, ne ſanguis rurſum in venam cauam reuerteretur; altera verò anaſtomoſis, quæ
conſtat ex duobus vaſis duplicem membranam habentibus, loco membranæ canali-
culum quendam eiuſdem ſubſtantiæ habet; nam Galeno authore cùm inter ſe aliquan-
tulùm diſtarent, aliud tertium vas exiguum, quod vtrumque coniungeret, natura effe-
cit, & ratio eſt, quia conſtitutio, & conformatio cordis fœtus in vtero exiſtentis diuer-
ſa eſt ab ea, quæ in adultis cernitur, & diuerſus etiam partium eſt vſus; nam in adultis
arteria venalis gerit vicem arteriæ, in fœtu verò venæ, vena autem arterialis in adultis
facit officium venæ, in fœtu verò vicem arteriæ gerit, ex quibus conſtat quatuor illa
vaſa ita committi, & copulari, vt ex duobus in reliqua duo fiat ſanguinis tum vitalis, tum
alimentalis tranſitus, vnde facilè colligere eſt has anaſtomoſes à natura, & neceſſitatis,
& vtilitatis gratia, nempè propter pulmonum in fœtu nutritionem factas eſſe. At pro- H
poſita anaſtomoſis à Claudino inutilis, imò, & damnoſa corpori humano eſſet, pri-
mùm, quòd ſanguis venæ cauæ à ſanguine contento in venis meſeraicis, qui ater, & me-
lancholicus eſt, coinquinaretur, inutiliſq́ue fieret pro totius corporis nutritione: dein-
de venæ hæmorrhoidales fruſtrarentur ſuo fine, qui eſt deponere ſanguinem atrum, &
melancholicum extra corpus; hunc enim in ramos venæ cauæ pellerent, ita vt illis ex-
pellentibus, iſtis attrahentibus vena caua atro ſanguine conſpurcaretur. Eſtq́ue eadem
anaſtomoſis aduerſus authopſiam, & ipſam Anatomen; nam nulla in corpore adulto-
rum obſeruatur anaſtomoſis, nec vllus eſt Anatomicus (quem ego viderim) qui ramos
venæ cauæ cum venis portæ in adultis coniungi per anaſtomoſim obſeruauerit, & vt
ſupra aduerſus Augenium oſtendi, nullus ramus à vena porta excedit limites meſente-
rij, & inteſtinorum, nec vena caua commercium habet aliquod cum vena porta; quare
concludo non poſſe dari propoſitam anaſtomoſim inter ramulos venæ cauæ, & venæ
portæ producentes hæmorrhoides.

At

Digitized by Google

A At dicet quiſpiam dari anaſtomoſim ramorum venæ cauæ cum ramis venæ portæ in
iecore, ergo etiam poterit dari talis anaſtomoſis extra iecur, cùm non ſit maior ratio
vnius, quàm alterius loci, antecedens iſtud falſum eſſe aliàs in epiſtola ad Marcum An-
tonium Politum Medicum clariſſimum, tam in via Galeni, quàm in rei veritate ſatis lu-
culenter demonſtraui; quare concludo nulla poſſe ratione dici ramos venæ cauæ in
adultis cum venis hæmorrhoidalibus coniungi per anaſtomoſim. Nihilominus facilè
concedo Andreæ Laurentio coniungi venam cauam venę portę, non quidem in adul-
tis, ſed in fœtu humano, in quo vena porta cum ſuis ramis cōtrarium officium præſtat,
ac faciat in adultis; nam ipſa ſanguinē à vena caua recipiens diſtribuit ventriculo, inte-
ſtinis, lieni, meſenterio, & ſuis glandulis, vt nutriantur; in adultis verò è contra chylum
à ventriculo, & inteſtinis recipiens portat in iecoris parenchyma, per ipſumque di-
ſtribuit pro ſanguinis generatione, quamuis aliquot ramuli ipſius à iecore trahant cau-
ſa nutriendi folliculum bilis, lienem, & glandulas in eo contentas, vt ſupra ſatis à nobis
oſtenſum eſt, ſolę igitur venę ſplenitic æ producunt hęmorrhoidales venas, ita vt quan-
B tum ſpectat ad vbi, hirudines applicari nequeunt, niſi illis venis, quas iam determina-
uimus, & hęc de hirudinibus, & de recto ipſarū vſu, properandū nunc eſt ad cucurbitas,

De cucurbitis.

Cucurbitas ad chirurgicum inſtrumentum ſpectare clariſſimum eſt, de quibus hoc
loco agendum proponitur. Inquiremus, primùm, quid nam illę ſint, quas inter ſe diffe-
rentias habeant, quam inſuper vtilitatem pręſtent corpori noſtro, & demum an ſint
vicarię ſanguinis miſſionis. Quod ad primum ſpectat, cucurbitę ſunt corpora quędam
rotūda intus excauata: differunt inter ſe tum ratione materię, ex qua fiunt, tum ratione
magnitudinis, figurę, & modi applicandi; at relictis primis differentijs, quæ omnibus
ſatis ſunt manifeſtæ, conſiderabimus ſolum applicandi modum; nam ex cucurbitis aliæ
applicantur ignis flamma, aliæ inſufflatione, quæ omnes vel fiunt ſine ſcarificatione, &
ventoſæ ſiccæ appellantur, vel cum ſcarificatione.

Rurſus, quæ applicantur inſpiratione, ſeu inſufflatione, aliæ ſunt, quibus Aegyptij
vtuntur, aliæ quæ in communi ſunt vſu apud nos. Priores deſignantur figuris à
C Proſpero Alpino lib. 2. de medicina Aegyptiorum cap. 13. quæ adhuc ſunt in duplici
differentia; aliæ enim ſunt longæ, cornu bonis præſeferentes figuram, quarum baſis eſt
ea, quæ cuti applicatur, cuſpide ſurſum reuoluta, intus cauæ ſunt, foramineque paruo
peruiæ: aliæ verò ſunt quadratæ, ceruicem præſeferentes anguſtam, in quarum medio
eſt cuſpis quædam oblonga roſtri in modum intus excauata: modus eas applicandi eſt
per ſolam inſufflationem; in ore enim cuſpidem, aut roſtrum accipiunt miniſtri ad
ſe flatum trahentes, & vbi inſufflatione eas cuti adhærere animaduertūt, orificium vel
cera, vel pelle agnina, ſaliua emollita, claudunt, quouſque ſanguinem traxerint, deinde
aperiunt orificium, quo aperto à cute cucurbita excidit.

Noſtrates cucurbitæ à Celſo deſcribuntur lib. 2. cap. 10. & à Iacobo de Par-
tibus graui Auicennæ commentatore fen. 4. lib. 1. cap. 21. Celſus ad hunc modum
loquitur: *Cucurbitularum verò duo genera ſunt æneum, & corneum, ænea altera parte pa-
tet, altera clauſa eſt, cornea altera parte æquè patens, altera foramen habet exiguum, in
æneam linamentum ardens conijcitur, ac ſic os eius corpori aptatur; imprimiturque, donec
D inhæreat, cornea per ſe corpori imponitur, deinde vbi ea parte, qua exiguum foramen eſt, ore
ſpiritus adductus eſt, ſuperque cera cauum id clauſum eſt, atque inhæreſcit, vtraque non ex
his tantùm materiæ generibus, ſed etiam ex quolibet alio rectè fit: at ſi cætera defecerint ca-
liculus quoque, aut pultarius oris compreſſioris ei rei cōmodè aptatur, vbi inhæſit, ſi conciſa ante
ſcalpello cutis eſt, ſanguinem extrahit, ſi integra eſt, ſpiritum.* Iacobus verò de Partibus de
cucurbitis iſtis loquens ad hunc modum ſcribit, *harum aliquæ ſunt ex argento, aliæ ex
cupro, aliæ ex vitro, aliæ ex cornu, aliæ ex terra intus vitreata, aliæ etiam ex ligno, harum
quædam ſunt magnæ, aliæ paruæ, aliæ mediocres, harum quædam ſunt, quæ habent foramen,
quædam verò carent foramine,* has omnes pingere curauit Ambroſius Paræus lib. 16. ſuę
chirurgiæ, cap. 61.

Modus applicandi non eſt omnibus idem; nam Celſus vult ſuas æneas cucurbitas
ignito linamento applicari, corneas verò per inſufflationem; Iacobus verò de modo
applicandi eas inquit, *alias applicari flamma, ignis, alias verò ſola inſufflatione, & rurſus,*

quæ

quæ cum igne duobus modis,vno modo ſic,quod parua candela cerea,vel plures ſuper cruſtam B
panis,vel ſuper aſſerem fixa incenduntur,& ſic vbi incenſa fuerint,ventoſa imponuntur , &
hic videtur eſſe modus , quem obſeruant illi , qui in hypocauſtis, ſeu ſtufis , multas cu-
curbitas, (quas cornettos appellant) varijs corporis partibus applicant. Noſtris tem-
poribus longè elegantiùs,& tutiùs huiuſmodi paruæ cucurbitulæ applicantur, quando-
quidem operarij lucernulam quandam ex creta,aut ex cupro factam , intus excauatam
oleoque plenam, ellychnioque ſatis magno accenſo applicant ſuas has paruas cucur-
bitas, ſiue ex cupro ſint, quales in frequentiſſimo vſu ſunt apud Germanos , nec non
apud Romanos,quamuis ligneas etiam in vſu illis ſint,vt in alijs Italiæ Ciuitatibus: non-
nunquam etiam in illis applicandis pluribus candelis cereis ſimul intortis vtuntur,
manuque ſiniſtra lumen, dextra ipſam cucurbitam tenentes breuiſſimo, & quaſi
momentaneo tempore eleganter admodum varijs partibus, (pro vt opus eſt) cucur-
bitulas apponunt.

Alter modus applicandi ventoſas flamma eſt ordinarius,& extra hypocauſta,ſit me-
diante ſtupa, quæ filis diſperſia ori ventoſæ imponitur, ita vt pendeat aliquid ex eis, vel F
protendatur extra ventoſam, & id cum candela incenſa accenditur , & ſubitò ventoſa
adhibetur , ſed quoniam ventoſæ , ſeu cucurbitæ ſtupa applicandæ , aliæ ſunt magnæ
ſecundùm magis, & minùs, non tantùm ad ſanguinem euacuandum , ſed ad alias ma-
terias per corpus, & extra corpus deducendas , & ab ijs fit magna attractio pro vehe-
mentia flammæ, qua applicantur, vnde aliquando contingit , vt dolorem faciant into-
lerabilem, ideo foramine quodam peruiæ ſunt , quod foramen , quando applicantur,
cera claudi conſueuit, & vbi nimium, quàm par ſit, trahant , ita vt moleſtiam inferant,
ſtylo admodũ tenui cera illa perforatur, quo foramine facto remittitur tractus,aut etiã
aboletur, pro operantis voluntate: & hæc de ventoſis igne applicandis , ſine igne verò
inquit Iacobus: *ventoſæ applicantur ſic, quod os ventoſæ ſupra cutem figitur taliter* , *vt aër
ingredi non poßit concauum ventoſæ per oris latera , & tunc homo aliquis ſugit aërem cum
fortitudine, qui implet ventoſam, ſiue per foramen aliquod, vel canalem ſtrictum ,qui eſt in
ventoſa, & tunc neceſſe eſt aliquid in corpore ventoſæ ingredi, ne fiat vacuum.*Ex hoc loco
Iacobi elicere poſſumus tunc cognitas fuiſſe illas cucurbitas, quibus Alpinus ſcribit ſo- G
los Aegyptios frequẽter vti: duplex igitur ex dictis horum Authorum modus eſt appli-
candi cucurbitas, vnus per inſufflationem , alter per ignem , qui etiam duplex eſt vnus
cum ſtupa, alter abſque ſtupa.

Vtilitas verò,quæ habetur ex cucurbitis,ab hoc eodem Authore his verbis affertur,
*quod ventoſarum, quædam applicantur cum ſcarificatione , vt attrahant aliquid fluidum à
corpore, vel aquoſitatem, vel aliquem ex humoribus, aut humiditatibus, alia ſenſibili extra-
ctione, vel gratia diuerſionis, vel eradicationis à ſuo loco, alia ſine ſcarificatione,vt inſenſibi-
litèr aliquid extrahant à corpore ventoſum , aut vaporoſum , vel vt diuertant aliquem ex
pluribus, vel vt trahant aliquid ad aliquẽ locum, vbi minùs noceat, vt lapidem retentum,in
vreteribus trahant ad veſicam, vel vt membrum motum de loco ſuo retrahant ad ipſum, vt
coſtam per vim interiùs impreſſam, vel matricem motam de ſuo loco, quod ſæpè contingit,vel
vt calefaciant, aut dolorem mitigent.* Itaque ex grauiſſimo hoc Authore hanc vtilitatem
in vniuerſum præbent cucurbitæ, nempe ab intimis partibus ad extimas,vel à ſuperio-
ribus ad inferiores, aut è contra trahere. H

Sed cùm aliæ ſint, quæ ſine ſcarificatione trahunt, aliæ cum ſcarificatione , de prio-
ribus paulò poſt, nunc de cucurbitis cum ſcarificatione applicitis , de quibus inquiren-
dum proponimus, ſint ne vicariæ ſectionis venæ? hoc eſt ſanguinis miſſionis per ſe-
ctionem venæ. Auicennas, quem ſectati ſunt Gentilis , & Iacobus de Partibus ſen. 4.
lib. 1. doc. 5. cap. 2 1. dicit eas eſſe vicarias ſanguinis miſſionis ; & vt ſuam opinionem
probare faciliùs poſſit,diuidit in primis collum, ſeu ceruicem in tres partes, quibus cu-
curbitæ, ſeu ventoſæ applicitæ dicuntur vicariæ ſanguinis miſſionis , prima pars dicit
eſſe ſuperiorem,quæ eſt immediatè ſub capite,& eſt regio primæ,& ſecundæ colli ver-
tebræ, ſecunda pars eſt lateralis ipſius colli, tertia eſt regio infima eiuſdem colli , & ſu-
prema ſcapularum, qua locorum, ſeu partium diuiſione colli facta , dicit primùm cu-
curbitam applicatam ſuperiori parti vicariam ſectionis venæ cephalicæ eſſe , cucurbi-
tam verò ſuper latera ceruicis applicitam eſſe vicariam venæ nigræ, & cucurbitas po-
ſitas

Digitized by Google

A ſitas ſuper ſcapulas eſſe vicarias venæ baſilicæ: proportionatæ enim ſunt tribus magnis
venis, quæ ad vlnam habentur; nam quæ in ſuperiori parte cucurbita ponitur,
ſanguinem educit à ſuprema corporis regione, non ſecus atque vena cephalica à ca-
pite trahit, deinde, vt vena nigra brachij medium obtinet, & à medio corporis ſangui-
nem educit, ſic ventoſa illic applicita à medio corporis ſanguinem euacuat, & vt baſi-
lica à brachio exteriùs ſita ſanguinem extrahit ab inferioribus corporis partibus, ſic
ventoſa ibi poſita gerit vices ipſius venæ baſilicæ. Addunt expoſitores iam dicti, quòd
cucurbitæ dicuntur vicariæ harum venarum, eò quòd euacuant ſanguinem ab iiſdem
partibus, à quibus euacuant venæ prædictæ, ſed per alias vias. Cucurbita igitur ſupre-
ma regione ceruicis applicita euacuans à capite dicitur eſſe vicaria venæ cephalicæ,
quòd & ipſa euacuat à capite, ſic de ſingulis alijs partibus applicitis dicendum eſt eua-
cuare ab illis locis, à quibus euacuant venæ prædictæ, & proinde eſſe vicarias illarum
venarum.

Sed huiuſmodi determinatio non declarat nobis quæſitum, primò quia venæ iſtæ,
B nempe cephalica, & baſilica, & media, vbi ſectæ fuerint, ſatisfaciunt indicati à plenitu-
dine ortum ducenti, quandoquidem immediatè à trunco venæ cauæ, in qua eſt pleni-
tudo affatim totam plenitudinem euacuant, ſed cephalica vena dicitur particulariùs
euacuare à capite, quia ipſa eſt ramus venæ iugularis externæ, ſurſum ad latera ceruicis
in caput aſcendentis, quemadmodum baſilica vena ortum ducens à vena caua, & ſub
axillis tranſiens diſtribuitur in brachium ad internum ipſius latus, ipſaque ſecta eua-
cuare dicitur immediatè à iecore: media verò, quæ nigra eſt ab Auic. dicta nihil aliud
eſt, quàm ramulus quidam exiguus à baſilica in cephalicam tranſuerſim ductus, qui vbi
ſecatur ab vtraque vena iam dicta ſanguinem exhaurit, & hæ tres venæ ſi ſectæ fuerint
ſiue ſeiunctim, ſiue coniunctim, procul omni dubio euacuant quamcumque plenitudi-
nem à corpore.

At dicere cucurbitas ceruici applicitas pro diuerſitate ſuarum partium eſſe vicarias
ſectionis ipſarum, eò quòd iſtæ cucurbitæ trahunt ab ijs partibus, à quibus euacuant
venæ prædictæ, non eſt veriſimile, quia vicarium illud eſt, quod vices gerit, & tan-
C tumdem valet, vnde quemadmodum iſtæ venæ ſectæ euacuant plenitudinem, quocun-
que tempore fuerint ſectæ, & in quouis ſubiecto, ita cucurbitæ, vt vicariæ applicitæ
deberent operari, quod tamen non faciunt; nam idem Auic. dicebat corporibus ſan-
guinem craſſum habentibus cucurbitas nihil conferre, ſanguinemque tenuem ſolum-
modò haurire: deinde ſectio venæ affatim euacuat totum ſanguinem peccantem, cu-
curbitæ verò paulatim, & ſucceſſiuè, & per repetiones; neque poſſunt euacuare illum
ſanguinem in venis hepatis, pulmonis, lieniſque contentum, vt faciunt venæ ſectæ,
quamobrem dicere non poſſumus cucurbitas eſſe vicarias ſectionis venæ.

Addo, quòd in via Gal. cucurbitæ ſunt auxilium particulare, quod nunquam admi-
niſtrari debet, niſi priùs euacuato corpore, vt ex verbis Gal. apparet, primùm libel-
lo de cucurbitis, ſcarificatione, hirudinibus cap. 19. vbi dicebat *nemo tamen me phlebo-
tomiam explodere ſuſpicetur, ego enim illam in maximis, periculoſiſſimiſque affectibus non
omitto, in quibus ſanè abundè, affatimque ſanguinem effundere eſt opus; nam proinde vt
affectus ſunt vehementes, ita quoque affatim euacuationes facienda ſunt*, ex quibus Gal. ver-
D bis facilè vnuſquiſque intelligere poteſt phlebotomiam ſolam conuenire his morbis,
qui euacuatione magna, & affatim facta egent, non autem conuenire cucurbitas.
Deinde pluribus in locis admonuit cucurbitas non eſſe applicandas niſi poſt euacua-
tionem vniuerſalem, ſiue per ſanguinis miſſionem, ſiue per medicamentum purgans,
lib. de curandi ratione per ſanguinis miſſionem, de cucurbitis ad verbum ſic ſcripſit,
cucurbita purgatis priùs corporibus vtiles quidem ſunt, ſed in repletis prætermitenda, & 11.
meth. med. cap. 17. & 18. & lib. 13. eiuſdem lib. cap. 19. idem repetit, nempe non
eſſe vtendum cucurbitis niſi euacuato primùm corpore ſiue ſanguinis miſſione, ſiue
purgatione, & quia dici poſſet eius ſententiam eſſe intelligendam de cucurbitis ſine
ſcarificatione, idem Gal. lib. de cucurbitis declarat in vtroque genere cucurbitarum,
tam ſiccarum, quàm cum ſcarificatione opus eſſe, vt primùm præcedat euacuatio, his
verbis, *incipientes, & vigentes capitis grauitates, ac dolores à plenitudine reuulſio per cucur-
bitulam in occipite poſitam, vel ſola, vel cum ſcarificationibus iuuat, verùm totum corpus*

euacuatum eſſe oportet, quod idem repetit eodem libro de curatione per ſanguinis miſſionem; ibi enim conſulit totum corpus euacuari eſſe opus, priuſquàm cucurbitæ applicentur, ſiue cum, ſiue abſque ſcarificatione; præter iſtas Galeni authoritates eſt & Paulus Aegineta, qui ſcribit à principio morbi non eſſe applicandas cucurbitas corpore repleto, ab Hipp. verò ſectio venæ in principio proponitur, quare non eſt dicendum cucurbitas vicarias eſſe ſanguinis miſſionis, quia ſi eſſent vicariæ, opus eſſet eas in principio morborum ſumma exiſtente plenitudine euacuationis cauſa applicare: idem cenſet Aëtius lib. 13. cap. 20. ſcribens *neque in morborum principijs, neque in corporibus repletis cucurbitis vtemur*, quare cucurbitæ ſcarificatæ, vt ſunt auxilium euacuatorium, non poſſunt æquipararì ſectioni venæ. B

Sunt tamen aliqui, qui dicunt ex Galeno ſcarificationem eſſe vicariam ſectionis venæ, hoc ſuppoſito, addunt cucurbitulas ſcarificatas habere æquiualentem facultatem, atque habeant ſcarificationes, imò verò dicunt eaſdem cucurbitas non modò æquiualentes eſſe ſcarificationibus, verùm etiam eſſe validiores, meliuſque, citiùs, atque tutiùs, & cum minori virium diſpendio hanc euacuationem ſanguinis moliri; nam ſanguinem à profundis partibus præſtantiùs trahunt, atque faciant ſcarificationes, ex quo videtur concludendum cucurbitulas ſcarificatas eandem facultatem habere euacuandi ſanguinem, atque ſectio venæ, quia cùm ſcarificatio ex Galeno tantundem valeat, quantùm ſectio venæ, & cucurbitulæ ſcarificatæ idem preſtent, ac faciant ſcarificationes, ſequitur cucurbitas ſcarificatas idem præſtare, ac faciat ſectio venæ, at ſectio venæ, vt dictum eſt, omnem tollit plenitudinem, ſequitur igitur cucurbitulas ſcarificatas vniuerſam plenitudinem euacuare, & per conſequens eſſe vicarias ſanguinis miſſionis. F

Mercatus lib. 1. de recto præſidiorum vſu laudat Auicennam, qui loco ſanguinis miſſionis cucurbitulis vtatur, addens tanti momenti eſſe in re medica cucurbitarum ſcarificationem, vt loco ſanguinis miſſionis vtiliter adhibeat, qua quidem, frequentiùs Itali in febribus, & multis alijs affectibus vtuntur loco euacuationis, quæ per venæ ſectionem efficitur; verum quidem eſt cucurbitas eſſe magni momenti in medicina facienda, ſi quemadmodum ex Galeno diximus, applicentur, ſed non poſſunt eſſe vicariæ ſanguinis miſſionis in magna, aut vehementi plenitudine, vt dictum ſupra fuit, vt ſunt inſtrumentum euacuatorium. G

Capiuaccens lib. 6. de feb. cap. 23. conſiderat cucurbitam cum ſcarificatione applicitam duobus modis, vel vt eſt propria ratione conſiderata, vel vt eſt vicaria ſectionis venæ, ſi conſideretur in propria natura (dicebat) cucurbitam indicari à ſanguinis vitio non ita vehementi; ſed quatenus eſt vicaria venæ ſectionis indicatur à vitio vehementi ſanguinis, concedit in ſua hac reſponſione cucurbitas eſſe vicarias ſanguinis miſſionis, quod eſt illud, quod quæritur. Angelutius lib. 2. de febre maligna cap. 5. ſcribit cucurbitulas ſcarificatas in minuenda plenitudine poſſe ſupplere vicem ſectionis venæ, in euentando vero calore natiuo, & ſanguine longè abeſſe à ſectione venæ. Huiuſmodi determinatio non placet; nam ſanguinis miſſio per ſectionem venæ factam multò maiorem copiam ſanguinis, & affatim euacuat, vt ſupra ex Galeno dictum eſt, quàm faciant cucurbitæ, at vbi maior copia ſanguinis euacuatur, maior etiam ſuccedit euentatio, vnde ſectio venæ maiorem euacuationem facit, ac faciant cucurbitæ; quare dico falſum eſſe cucurbitas poſſe eſſe vicarias ſanguinis miſſionis, vt ſunt auxilium euacuatorium. H

Augenius lib. 10. de ſanguinis miſſione cap. 10. ſcribit cucurbitas poſſe eſſe vicarias ſanguinis miſſionis per ſectionem venæ, non ſimpliciter, ſed reſpectu plenitudinis in pauca quantitate, ſuamque opinionem nititur confirmare ex Gal. authoritate lib. de curandi ratione per ſanguinis miſſionem cap. 11. vbi ſcribit, quòd adminiſtrari poſſunt cucurbitæ circa malleolos, eò quòd plenitudo in mulieribus, de quibus loquitur Galenus, ſit exigua, quæ facilè cucurbitulis ſcarificatis emendari poteſt: verùm non animaduertit Augenius hoc loco Galenum non loquutum fuiſſe de cucurbitis, ſed de ſcarificationibus ad malleolum factis, quas mulieribus albioribus ob venarum exiguitatem faciendas eſſe præcipit, cùm ob tenuitatem non poſſint ijs venæ ſecari, neque ab iiſdem euacuari copia ſanguinis ſufficiens, at ſcarificationes ſunt longè diuerſæ à cucurbitis ſcarificatis, vt docet Gal. lib. de ſanit. tuen. cap. 4. & pluribus alijs in locis, & præſertim

libello

A libello de cucurbitis, in quo poſt caput de cucurbitis addit caput de ſcarificationibus & Oribaſius lib. 7. collect. med. cap. 1 t. ex Antillo malleolorum ſcarificationea eſſe quid diuerſum à cucurbitis ſcarificatis ſcribit, de quibus ſuo loco.

Ad eos, qui volunt ſcarificationem ex Gal. ſententia æquiualentem eſſe ſectioni venæ, dico, quòd Gal. lib. 4. de ſanit. tuenda cap. 4. tractans de cacochymia, aut vitioſo humore faciente laſſitudinem, cui adiuncta ſit aliqua plenitudo, determinat in ea venam incidendam eſſe, aut aliquid, quod tantumdem valeat, agendum: addit ſtatim Gal. hanc tantumdem valere his verbis: *quibus hæmorrhoides ſunt retentæ, ſi eas aperueris, ſi mulieri menſtrua conſuetudo ceſſauerit, hanc ſi prouoces, ſi quibus horum nihil eſt, ſi malleolos ſcalpello incidas*, ex quibus Gal. verbis longè clariùs apparet non eſſe ſermonem hic de plenitudine, ſed de laſſitudine, quæ fit aut cum crudis humoribus, aut per ſe ſolus conſiſtat vitioſus humor laſſitudinem creans, qui ſi ſolus, eſt expurgandus; ſi cum aliqua copia ſanguinis, vel venæ ſectione, vel aliquo inſtrumento, aut materia, quæ tantumdem valeat, ac ſanguinis miſſio. Quare ex hoc loco non poſſumus inferre Galeni B ſententiam eſſe, quòd ſcarificatio tantumdem valeat ſimpliciter, ac faciat ſectio venæ, ſed tantummodo in hoc caſu.

An modò cucurbitæ ſcarificatæ tantumdem valeant, ac faciant ſcarificationes, videtur inquiſitione dignum, quod tamen Auic. tanquam clarum ſupponit, & probari facilè poteſt hac ratione, quia tantam copiam ſanguinis extrahere queunt, quantam ſcarificationes, & in maiori etiam copia pro varia cucurbitæ magnitudine, & modo applicationis: ſi cucurbitæ ſint magnæ, nec magna flamma applicitę, cutiſque profundè ſit ſecta, idem prorſus valent? Galenus enim, aut potiùs Oribaſius de cucurbitis, & ſcarificationibus ſcribit applicandas eſſe cucurbitas cum modico igne; nam ſi vehementer apponātur, vapore inflammantes, contendenteſq; corpora nihil eſſatu dignum attrahunt, cucurbitæ igitur applicitæ cuti cum pauca flamma, & profunda ſectione, tantum trahere poſſunt ſanguinem, quantus in corpore reperitur, ſi præſertim ipſæ ſæpiùs repetantur: atqui ſupra ex Galeno oſtenſum eſt ſcarificationes non eſſe æquiparandas ſectioni venæ, ergo neque cucurbitas, etiam ſi maiorem copiam ſanguinis C attrahendi vim habeant, quia hic non quæritur de copia ſanguinis, an ſcilicet maiorem copiam poſſint cucurbitæ, cum ſectione, aut æquiualentem copiam ſanguinis extrahere ipſi ſectioni venæ: ſed inquiritur ſimpliciter, an tantumdem valeant, hoc eſt, an poſſint id emolumenti præſtare per euacuationem ſanguinis, ac faciat ſectio venæ, quod, vt ſupra dictum eſt, Galenus apertè negat: quare quando inquirimus, vtrum cucurbitæ ſint vicariæ ſanguinis miſſionis, non poſſumus reſpondere niſi cum aliqua diſtinctione.

Nam vel ſermo eſt de magna plenitudine, vel de cacochymia, cui admiſta ſit aliqua copia ſanguinis, & cum robore virium: ſi primo modo nihil eſt, quod ſectioni venæ æquiparari poſſit, nec cucurbitæ, nec hirudines, nec ſcarificationes, non quidem cucurbitæ cum ſcarificatione, eò quòd euacuant tantummodo à venis illis tenuioribus ad cutem ſparſis, illæ autem quamuis à penitioribus, & grandioribus venis trahant, id fit nimia violētia, & ſanguis præ copia, & eius craſſiori ſubſtantia, exiles cutaneas venas ingredi vix poteſt; hinc obſtructionē facit, craſſiore ſanguine in paruis venis attracto, atq; D inculcato. Si ſecundo modo, poſſunt quidem cucurbitæ ſcarificatæ æquiparari ſectioni venæ, vt eſt auxilium euacuatorium, & hoc eſt, quod dicebat Galenus loco citato, & videtur etiam eſſe opinio tum Capiuaccei, tum Angenij, qui dicunt in pauca plenitudine apponendas eſſe cucurbitas, quòd gerere poſſunt vices ſectionis venæ, at pauca plenitudo ea re vera eſt, quæ plerumque cum cacochymia reperitur.

At dicet quiſpiam, ſi adeſſet plenitudo in corpore, nec poſſet adminiſtrari ſectio venæ, vtrum applicandæ ſint cucurbitæ? Dico, quòd aliud eſt loqui de coacta curatione, aliud eſt loqui de curatione ordinaria, quæ ab indicante ſit indicata; primo modo opus eſt adminiſtrare omnia, quibus opem ferre poſſimus ipſis ægrotantibus, ſi tamen applicandæ ſint cucurbitæ, euitare oportet illas cucurbitas magnas, aut etiam mediocres, quæ applicantur cum magna flamma, ne fiat in venis illis exiguis ad cutem exiſtentibus obſtructio, ſed potiùs applicandæ ſunt illæ cucurbitæ, quæ per inſufflationem applicantur, vel ſaltem illæ, quæ cum pauca flamma, & ſine

ſtupa applicantur, quia non poteſt fieri tanta in attractione violentia, ſed ſenſim euacuabitur,ſi præſertim corpus ſit habitus bilioſi,in quo ſanguis tenuior reperitur:ſi verò craſſus ſit ſanguis opus eſt primùm, vt dicebat Auic. vti frictionibus, vt ſanguis attenuetur, imò etiam addit Auic. in corporibus habentibus craſſos humores opus eſt primò, vt balneentur, deinde applicẽtur cucurbitæ. Sed puto rarò cõtingere, vt ægrotantes velint potiùs admittere cucurbitas ſcarificatas, quam ſectionem venę, cum in ſcarificandis cucurbitis multæ fiant ſectiones, in vena vnica, illæ longiores, & profundiores, hæc vero breuiſſima & ſuperficialis, illæque vt fiant longum tempus requirunt, hæc breuiſſimum, ſed hæc ſatis de cucurbitis vt ſunt auxilium euacuatorium. B

Si verò conſiderentur cucurbitæ, vt ſunt auxilium reuulſorium, aut deriuatorium, dico poſſe idem præſtare, ac faciat venæ ſectio, ſed conſiderandæ ſunt vel cum ſcarificatione, aut ſine: cum ſcarificatione quidem, ſi applicentur ea ratione, qua dictum eſt, vel ſine ſtupis, & cum pauca flamma, vel ſi apponatur ſtupa, ſit in pauciſſima quantitate, tunc repetitæ poſſunt gerere vices ſectionis venæ: ſi verò conſiderentur, vt applicantur ſine ſectione, dico, quòd poſſunt facere æqualem reuulſionem ipſi ſectioni venæ; nam vbi mulieribus menſtrua immoderatè fluxerint, cucurbitæ mammis appoſitæ ſanguinem ſiſtunt, 5. Aph. 50. *mulieri* (inquit Hipp.) *menſtrua ſi vis retinere, maiorem cucurbitam ad mammillas appone*, & Gal. in com. ad mammillas quàm maximam ventoſam iubet apponi, meliùs autem eſt, addit idem Gal. non mammis ipſis cucurbitulam adigere, ſed inferiùs ſub ipſis potiſſimum vbi ſunt venæ, quæ ad ipſas deſubter veniunt, addens in fine Hipp. velle quàm maximam eſſe cucurbitam, vt fortiorem faciat ex vtero ad ſuperiora reuulſionem. Idem Gal. lib. de curat. per ſang. miſſionem cap. 15. inquit in ſanguinis immoderato fluxu per nares, ſi ex nare dextera exeat ſanguis, ſuper dextrum hypochondrium affigere oportere magnam cucurbitam, & ſi à ſiniſtra nare apponendam eſſe in ſiniſtro hypochondrio, & hoc modo applicitæ cucurbitæ ſine ſcarificatione, reuulſionis, & deriuationis cauſa dicuntur eſſe vicariæ ſanguinis miſſionis, ita vt cucurbitæ cum ſcarificatione, & ſine poſſunt dici vicariæ ſanguinis miſſionis eo, quo dictum eſt, modo; at veniamus ad rectum vſum. F

Circa rectum cucurbitarum vſum ſunt conſideranda tempus, ideſt quando, vbi, hoc eſt, partes quibus applicantur, modus applicandi, & quæ ſit quantitas ſanguinis mittendi. Circa tempus applicandi cucurbitas, vt ſunt auxilium euacuatorium, non eſt tam facilis determinatio, cùm apud authores ſit controuerſia; alij enim ſunt, qui dicunt cucurbitas ſcarificatas tam conuenire in principio morbi, quàm in augmento, & ſtatu: in principio quidem ad vniuerſum corpus euacuandum, vbi venæ ſectio adminiſtrari non poſſit: ſed ſuperiùs oſtendi huiuſmodi curationem eſſe coactam, circa quam nihil eſt, vt dicam, cùm in rebus coactis id debeat fieri, quod & cauſa, & morbus, & præſertim ſymptoma requirunt, at in curatione regulari, & ordinaria in principio non ſunt applicandæ cucurbitæ in corpore repleto, vt dictum eſt, niſi vbi facta fuit euacuatio vniuerſalis, ſiue per ſectionem venæ, ſiue per medicamentum purgans: in mediocri tamen dolore, & in leuibus morbis vult Gal. applicandas eſſe cucurbitas ſine inciſione, & in quocunque tempore, lib. de cucurbitis multoties à me citato. G

De vbi, ſeu quibus partibus applicandæ ſint cucurbitæ, multa ſunt loca, quibus conſueuerant adhiberi. Gal. loco cit. de cucurbitis ſcribit, *quòd ſi phlegmone cerebrum, aut cerebri membranas, aut alias corporis partes offendat, conſiderandum eſt, an ſit in principio & tunc eis abſtinendum eſt, at cùm nihil ampliùs affluxerit, totumque corpus iam ſit manitum, & vſus rei inflammantis, vel mouenda, vel emoliendæ, vel extrorſum abſtrahenda tulerit, illas adhibebimus, nec in illis partibus, quæ cæperint phlegmone laborare, ſed ei, quæ laborantibus coniuncta fuerit, reuulſionis cauſa, cucurbitæ ſunt imponendæ: cucurbitula enim materiam exhaurire, dolores ſoluere, phlegmonem minuere ſolet*, hæc Gal. Auic. verò dicebat applicari poſſe varijs corporis partibus, & primùm ceruici, cui ſi applicentur, conferunt tremori capitis, & membris, quæ ſunt in capite, ſi moderatè, & vt decet, applicentur, at ſi immoderatè, & frequentiùs, quàm par ſit, inducunt capitis dolorem, & eiuſdem tremorem, quemadmodum vbi applicentur in fine colli, & principio ſcapularum, proſunt doloribus humerum, & gulæ, faciunt ad ægritudines pectoris ortum ducentes à ſanguine, at vbi immoderatè, & intempeſtiuè apponantur, H

debili-

A debilitant os ſtomachi, generantque cordis tremorem; ſi verò occipiti applicentur,
conferunt ægritudinibus oculorum, vt ſcabiei, puſtulis, & procidentiæ vueæ, vbi tamen
intempeſtiuè, & frequentiùs, quàm par ſit, multa inducunt mala; nam impediunt actus
intelligendi, & inducunt ſtupiditatem, & obliuionem, accelerant etiam canitiem, ſi ap-
plicentur ſub mento, proficiunt doloribus dentium, faciei, & gutturis, mundant caput,
& mandibulas; ſi applicentur ſuper renum regionem, conferunt tumoribus, & puſtulis
femorum, & coxarum, & ſcabiei, atque podagræ.

Plerique dicunt in febribus putridis non eſſe applicandas dorſo, & ratio eſt, quia fe-
bris producitur à calore igneo cordis, cuius domicilium eſt thorax, quem vt partem
affectam inter initia turbare non licet, ſed in febribus nunquam apponuntur cucurbitæ
dorſo, niſi euacuato corpore, & potiùs reuellendi, & deriuandi, non euacuandi cauſa;
partibus autem infernis, nempe natibus, femoribus, & tibijs: ſi natibus applicentur, at-
trahunt à toto corpore, & capite, conferunt inteſtinis, & menſtruorum corruptionem
ſanant, & per eas corpus alleuiatur, ſi inter femora, conferunt vitijs teſticulorum, & in
B mulieribus faciunt ad euocandos menſes, & ſi tibijs applicentur ſunt propinquæ ipſi
phlebotomiæ; mundificant enim ſanguinem in mulieribus, prouocant menſtrua præ-
ſertim laxis, & albis: has Auic. meliores eſſe ait, quàm ſectio venæ ſaphenæ, & iſtæ
ſunt omnes partes, quibus applicantur cucurbitæ pro diuerſitate affectionum, tum de-
riuandi, tum reuellendi cauſa cum ſacrificatione; ſine ſcarificatione verò ad reuellen-
dam, & deriuandam materiam à capite; applicantur natibus, lumbis, dorſo, ſcapulis, &
ipſimet ceruici; tunc enim à capite, & reuellunt & diuertunt, dictũ etiam fuit ſuperiùs,
cucurbitas ſine ſcarificatione in ſanguinis immoderato fluxu in mulieribus mammis
applicari, & fluente ſanguine è naribus applicandas eſſe ad hypochondria, & iſthæc
ſunt loca, quibus applicantur cucurbitæ, & iuuamenta, quæ ſolent afferre.

De quantitate ſanguinis exeundi non poteſt dari certa, & determinata quantitas il-
lius, qui exire debet, cùm, vt dicebat Gal. fluente ſanguine ad partem cucurbitæ appli-
cari debent partibus annexis ei, ad quam fluit humor, ita vt pro copia fluentis humoris
etiam copia ſanguinis extrahenda ſit, vbi verò applicantur ad deriuandam materiam
C iam fluxam, neque ampliùs fluentem, ſiue in parte vicina partis affectæ, ſiue in eadem
parte ſanguis totus, qui peccat extrahendus eſt. Modus autem exeundi ſanguinem eſt,
vt per vices cucurbitæ applicentur, & prout opus eſt, modò ipſas, repetere pluries mo-
do vnica vice vt opus eſt, & hæc ſint dicta de cucurbitis.

De ſcarificationibus.

Scarificationũ vſus à Græcis valdè laudatus eſt, ab Arabibus verò nulla harũ habetur
mentio; putant enim pro ſcarificationibus poſſe ſubſtitui cucurbitas cum ſcarificatio-
ne: à Latinis etiam maximopere probantur cucurbitæ ſcarificatæ, & in multo vſu apud
ipſos ſunt, ſcarificationes verò ne cognoſcuntur quidem, huius rei rationem inquirens
puto id eſſe, quia antequam Græca lingua à noſtris cognoſceretur, Græcique Autho-
res legerentur, Arabum doctrina in multa veneratione habita erat, quàm proinde tum
temporis ferè omnes Latini amplexi, & ſectati ſunt, vt in proœmio Quartæ Decadis à
nobis dictum eſt, at Arabes nullam ſcarificationum abſque cucurbitis notionem ha-
buerunt, cùm nullus ex eorum familia repertus vnquam fuerit, qui de his Græcorum
D ſcarificationibus in ſuis ſcriptis mentionem fecerit, vnde etiam mirum non eſt, ſi ex
Latinis quàm pauciſſimi de ſcarificationibus ſcripſerint, inter quos numerant quidam
Amatum Luſitanum, ſed veriùs inter Hebræos is numerandus eſſet. Auicennas verò
Arabum Princeps fen. 4. primi cap. 20. de ventoſis ad hunc ſcribit modum. *Et ventoſa
quidem, quæ clunibus ſuperponuntur, ſunt munitioni ſanguinis propinqua, & mundificant
ſanguinem, & prouocant menſtrua*, ex quibus Auicennæ verbis clarè infertur Arabes vo-
luiſſe ventoſas ſcarificatas eſſe æquiualentes ſcarificationibus Græcorum.

Quod verò noſtrates ſectati ſunt Arabum hanc doctrinam egregiè probat Carda-
nus lib. 2. controuerſiarum vbi Galeni ſententiam interpretatur, qui 4. de ſanit. tuenda
cap. 4. de ſcarificationibus ad hunc modum ſcribit, *ſunt autem, quæ æquiualent ſectioni
venæ retentarum hæmorrhoidum apertio, vel menſium ſuppreſſorum, vel in quibus nihil eſt
tale malleolorum ſcarificatio*, hanc poſtremam particulam nempe (*ſcarificatio*) inter-
pretatur Cardanus malleolorum cum cucurbita ſcarificatio, vnde videtur clarum eſſe

hunc virum doctum, & inter Latinos minimè poſtremùm, qui noſtris temporibus B
vixit, in hac materia ſectatum eſſe Arabes; quare non ſine ratione concludo Latinos
ſectatos fuiſſe doctrinam Arabum, qui ſanè longè remoti ſunt ab opinione Græcorum;
exiſtimant enim cucurbitas ſcarificatas æquiparari poſſe ſectioni venę, non ſecus atque
Græci ſuas ſcarificationes idem præſtare putant: verùm, & cucurbitæ applicitæ cum
ſcarificatione, & ſcarificationes ipſæ ſunt materiæ ſanguinis euacuationis inter ſe valdè
diuerſæ, nihilominus tenent ventoſas cum ſcarificationibus idem præſtare poſſe,
vt dictum eſt, ac faciant ſcarificationes Græcorũ, ac proinde conuenire ratione facul-
tatis, quam habent ſanguinem euacuandi; vnde eſt, quòd à quamplurimis Authoribus
Latinis ſcriptum eſt, & ſcarificationes, & cucurbitas cum ſcarificatione applicitas ęqui-
ualentes eſſe ſanguinis miſſioni. Conuenire deinde aiunt ratione partium corporis or-
ganicarũ, quibus applicãtur, quæ ſunt caput, frons, ceruix, ſeu collum, brachia, dorſum,
clunes, femora, & tibiæ; his enim omnibus ex Gal. & ſcarificationes, & cucurbitæ ſca-
rificatæ adhibentur. Conuenire etiam dicunt ratione partis, quæ ſcarificatur, quæ
eadem eſt, tam in ſcarificatione, quàm in cucurbitis ſcarificatis, nempe cutis. Viden- F
tur denique conuenire ob vtilitatem, quam afferre poſſunt; nam euacuant deriuando,
& reuellendo à partibus affectis.

Differunt tamen inter ſe primò ratione modi ſcarificandi, & ratione inſtrumenti,
quo ſcarificantur; nam Oribaſius ex Antillo lib. 7. collect. medicinalium cap. 10. mal-
leolorum ſcarificationem hunc in modum fieri ſcripſit, in inferiori parte malleoli im-
primitur ſcalpellum, deinde continuata inciſione ad partes ſuperiores trahitur longo
ſpacio; repetunturque iſtæ ſectiones cum æquali diſtantia, & magnitudine inciſionum,
priuſquàm autem ſectio fiat, aqua calida tibiæ perfunduntur, aut ad ignem, aut
ad ſolem calefiunt, quouſque multus ſanguis extra fluat ad cutem. Galenus de ſca-
rificationibus adminiſtrandis ſcribit ad hunc modum, *infigendæ ſunt inciſiones in cruri-
bus quidem, & abdomine* κατὰ εὐθυωρίαν, *per rectitudinem, ſeu longitudinem, in thorace, item
& dorſo, & ceruice eodem modo; in capite verò ſecundùm capillorum poſitionem; in fronte
autem per tranſuerſum. Quod autem pertinet ad magnitudinem, inter ſeſe ſint æquales inci-
ſiones, & quæ inter ea ſunt interualla inter ſeſe æqualia ſint, ſcarificationiſque initium ab* G
infernis partibus ſumatur, deinde paulò poſt addit, *inciſionum ſitus per æquales inter ſeſe
ordines fiat, ſcarificatio autem non* κατὰ πληγήν, *ideſt per percuſſionem, ſed* κατὰ ἑλκυσμόν, *id eſt
pertractum eſt facienda*, at huiuſmodi tractus cum prædictis circumſtantijs nouacula
fieri minimè poteſt; quare requiritur ſcalpellum accommodatum. Addite vos non
poſſe dari triplicem ſpeciem ſcarificationum, vt vna dicatur breuis, ac ſuperficiaria,
alia longior, & profundior, alia inter has media, cùm (vt dictum eſt) verè ſectiones de-
beant eſſe profundæ, inter ſeſe æquales, & ſpacia quoque inter vnam, & alteram ſectio-
nem æqualia.

Silentio autem prætereundum non eſt ſcarificationes, quæ à miniſtris noſtris fiunt
poſt applicitas cucurbitas, eſſe longè diuerſas à prædictis; nam neque longæ fiunt, ne-
que à parte inferiori ad partem ſuperiorem protrahuntur, ſed potiùs ſectiones
punctim fiunt nouacula, ſeu nouaculæ angulo benè ſcindente: deinde hodiernæ ſca-
rificationes non fiunt per æqualia ſpacia inter vnam & alterã ſectionem, fiuntq́; breuiſ-
ſimo tempore, vnde etiam (me tacente nec quicquam explicante) luce clariùs appa- H
ret longè diuerſas eſſe ſcarificationes Græcorum ab illis, quæ hodie ſunt in vſu poſt ap-
plicitas cucurbitas. Cùm ergo huiuſmodi ſcarificationes Græcorũ apud nos in vſu mi-
nimè ſint, vt dictum eſt, & potiùs videantur habere carnificinæ cuiuſdam rationem, vt
rectè ipſe etiam Cicero in oratione pro Sextio videtur innuere inquiens, Medicina
non eſt, cum ſanæ parti corporis ſcalpellum adhibetur, atque integræ: carnificina
eſt iſta, & crudelitas. Non eſt igitur, cur in præſenti diutiùs immoremur inquirentes re-
ctum earum vſum, aut rectam adminiſtrationem: accedit his rationibus authoritas do-
ctiſſimi Claudini ex Galeno nihil certi de ea haberi poſſe apertiſſimis verbis docentis.

Confirmatur denique noſtra hæc opinio ex ijs, quæ docuimus in tractatu de cucur-
bitis ſcarificatis, vbi oſtendimus per eas multam copiam ſanguinis, & æqualem ipſi
ſectioni venæ extrahere nos poſſe, præſertim ſi ſæpiùs repetantur poſt factam ſcarifi-
cationem, id quod videtur minimè fieri ex ſcarificationibus circa malleolum factis,

quæ

A quæ ſunt præcipuè à Græcis tam commendatæ. Siue modò eas ad malleolum, vt voluit Galenus, ſiue ad ſuram applicemus, vt ſcripſit Alpinus, non videtur tanta copia ſanguinis extrahi poſſe, & ratio eſt, quia partes circa malleolum cruris admodum cutaneæ ſunt, ſub qua cute non reperiuntur niſi tendines, qui nihil aliud ſunt, quàm compoſitio quædam ex fibris nerueis, atque ligamentalibus à muſculis ortum ducentibus, qui & fines, & tendines muſculorum vocantur, proinde quomodo cum fructu, & tutò poſſit adminiſtrari ſcarificatio, hoc in loco valde difficilè eſt explicare, & quod magis eſt, vix credibile videtur has ſectiones cum circumſtantijs prędictis abſque magno dolore, & conuulſionis periculo adminiſtrari poſſe.

Si verò ad ſuras eas applicemus, non modò dolorem inferunt, verùm etiam, & ęgrotantes ex longa, atque difficili, ne dicam barbara, ac crudeli actione ſupra modum excruciantur, ita vt ij ſæpè in animi deliquium incidant; nam cùm opus ſit primùm crus arundine vapulare, ipſumque vel aqua calida, aut ad ignem, vel ad ſolem calefacere, quouſque in ruborem attollatur, ac ad poplitem arctè deligare, ex hac quidem longa,
B & laborioſa operatione maius videtur eſſe incommodum, quàm emolumentum, quod ab ipſa trahi poſſit, ſicut expertus ſum; nam cùm morbus quidam per ciuitatem vagaretur adeò rebellis, & infeſtus, vt in ipſo inflammentur palatum, vuea, paryſthmię, & nunc etiam vagatur, à qua quidem inflammatione omnes homines penè ſuffocantur, pręſertim pueri iuuanũ adhibitis, & internis, & externis pręſidijs, cumq; incidiſſem in adoleſcentem ſatis robuſtum quindecim annorum, illum obſeruaui adeò obſeſſum ab huiuſmodi faucium, & omnium partium iam dictarum inflammatione, vt vicinam ſentirem, & quaſi manibus contrectarem eius ſuffocationem, volui, vt tandem experimentum fieret huiuſmodi per ſcarificationes, quas ſufferre non niſi maximo cruciatu, & dolore potuit, nec inde iuuamentum ab ipſis ſcarificationibus accepit, imò verò breuiſſimo tempore non obſtantibus etiam alijs præſidijs à Medicis factis repentè ſuffocatus eſt; quare concludo nihil eſſe de recto vſu huius præſidij mihi dicendum, cùm potiſſimùm ab ipſis ſcriptoribus Græcis, qui eas ipſas tantopere commendarunt, atque ſæpè adminiſtrarunt, non videam ſcriptum fuiſſe rectum vſum earum, è contra verò doctri-
C nam Arabum ſectantes de cucurbitis ſcarificatis, vſumque earum probantes longè vtiliorem eſſe determinamus, cùm ab ipſis cucurbitis ſcarificatis poſſit (vbi opus eſt) multa euacuari ſanguinis copia, feliciſſimo quidem cum ſucceſſu, deinde hæc operatio longè minùs doloroſa eſt, citiùs celebratur ab operarijs diligentibus, magnaque cum tutela, & iucunditate fit; quare vbi oportet extrahere ſanguinem à femoribus, & à cruribus probo magis vt cucurbitæ ſcarificatæ, reiectis Græcorum ſcarificationibus, applicentur, & hæc de ſcarificationibus, quæ finem faciunt inſtrumento chirurgico.

De Pharmacia. Cap. V.

D Dictum fuit humores putridos, qui nequeunt ampliùs ad priſtinam naturam reuertere, extra corpus eſſe educendos in febribus potiſſimùm, qui educi poſſunt partim victus ratione, inhibendo videlicet ipſorum generationem, partim chirurgia, humores ſcilicet iam genitos ſimul cum ſanguine educendo, & partim pharmacia, quæ ſolos putridos iam productos expellit. Cùm autem de victus ratione, & Chirurgia hactenus egerimus, ordo exigit, vt in præſentia de Pharmacia tractemus, circa quam, vt ex arte fiat, nonnulla nobis conſideranda occurrunt, primùm eſt, an hæc ipſa conueniat, hoc eſt an per hoc inſtrumentum agendum veniat; deinde vbi inuentum eſt eſſe agendum, videbimus, qualis humoris futura ſit euacuatio, tertiò in quanta menſura humor peccãs ſit educendus, quartò quomodo educendus ſit, quintò quo tempore, ſextò qua via ſurſum, an deorſum, ſeptimò quo ordine faciendum ſit.

Quod ad primum attinet, dicimus, non ſecus atque de ſanguinis miſſione dictum fuit, Pharmaciam conuenire quotieſcunque ea indicatur, & toleratur, & hæc duo conſideranda ſimul ſunt ex rebus naturalibus, non naturalibus, & præter naturam; res præternaturales ſunt tres, morbus, cauſa, & ſymptoma, & ab vno horum trium tamquam ab indicante depromitur ratio agendi: hæc autem non deſumitur à morbo,

quia

quia cùm ſit febris, quæ eſt paſſio calida, & ſicca, eget medicamentis refrigerantibus, B & humectantibus, non euacuantibus, ergo morbus non indicat purgationem: nec à ſymptomate in quocunque genere id fuerit; nam ex Galeno habemus 1. Aph. 24. quòd potiùs ſymptomata prohibent purgationem, vt hypochondriorum tenſio, inflatio, aut alicuius viſceris interni, nempe hepatis, inteſtinorum, & vteri inflammatio; inter res igitur præternaturam nec morbus, nec ſymptoma purgationem indicare queunt, cùm ſint potiùs contraindicantia, ſequitur igitur ſola inter eas cauſa, quæ duplicis eſt generis, vna quæ febrem facit immediatè, altera verò quæ facit obſtructionem, quamuis ambo indicent euacuationem, nempe medicamentum purgans, vt 4. meth. med. 4. habetur, nihilominùs primò, & per ſe copia vitioſi humoris indicans eſt expurgantis medicamẽti. Eſt tamen duobus modis humor conſiderandus, vno modo, vt eſt coctus, altero, vt crudus; qui crudus adhuc duobus modis attenditur, vno, vt mouetur in actu, altero, vt actu quieſcit; primo modo eſt purgandus ex Hipp. ſententia, ſecundo modo non eſt mouendus, vt habetur ab Hipp. 1. Aph. 22. vbi docet in iſtis duobus caſibus purgandum eſſe, in cocta videlicet, & cruda, quæ mouetur in actu, turgens appellata, F eò quòd periculum eſt, ne ipſa ita mota in aliquod viſcus præceps ruat: indicans igitur ſecundùm Hipp. purgationis eſt copia vitioſi humoris concocti, vel turgentis.

Quod pertinet ad naturales res, nulla harum habet indicantis, ſed aut coindicantis, aut contraindicantis, vel prohibentis rationem; nam ætas puerilis, aut etiam ſenilis contraindicant ferè ſemper, Complexio, & habitus contraindicare quoque poſſunt: complexio quidem ſi nimium calida ſit, atque ſicca, aut etiam humida: habitus item magis rarus, quàm par ſit, vt facilè vires per eum diſſipentur. Vires quoque nunquam indicant, ſæpè coindicant, & non raró contraindicant; ſi validæ ſint, coindicant, ſi languidæ omninò contraindicant, & medicamento repugnant. Inter res verò non naturales aër contraindicat, ſi præcipuè fuerit nimis calidus, aut frigidus; vnde habetis illam tam decantatam ſententiam, *ſub cane, & ante canem difficiles purgationes*. Ex rebus igitur naturalibus, & non naturalibus nulla eſt, quæ indicet medicamentum purgans, & inter res præter naturam ſola cauſa, quæ eſt vitioſus humor, qui eſt indicans, permittens verò eſt robur virium. Cùm igitur de purgatione inſtituenda agatur, opus eſt, vt G cognoſcamus, an conueniat, nec ne, ad quam quidem rem habendam, oportet ex vna parte indicationes, quæ à cauſa ſumuntur, meditari, & ex altera eas omnes, quæ ab alijs, tùm naturalibus, tùm præter naturam, tùm etiam non naturalibus ſuggeruntur; deinde verò perpendere expedit, numquid ſicut à cauſa indicatur, ita & toleretur ab alijs, ſi toleratur conſtituenda, ſin minùs vel nullo modo inſtituenda, vel moderatè ſaltem: toleratur autem quoties vel nunquam contraindicatur, vel ſi cõtraindicatur, minùs vrget, id quod contraindicat, quàm id quod indicat; non toleratur autem, vbi res ſecus ſe habeat.

Sed poſtquàm conſtitutum fuerit purgandum eſſe, ſuccedit tunc conſiderandum, quale oporteat purgare, qua in re ſicut certum eſt purgandum ſemper eſſe humorem noxium, qui alius, atque alius eſt pro febris diuerſitate, ita non ſatis conſtat, tum quomodo explorandus ſit huiuſmodi noxius humor, vbi lateat, tum qua ratione dignoſci poſſit, numquid carthartico exhibito purgandum, nec ne: vtrumque tamen nos docuit ſummus Hipp. 1. Aph. 2. rationem quidem inueniendi humorem noxium, cum dixit H ſuſpiciendum eſſe anni tempus, ætatem, & morbum, innuens per duo priora verba ea, quæ ſecundùm naturam ſunt, & per morbum ea, quæ præter naturam, & denique non naturalia etiam adiecit nomine regionis, & anni temporis, nam pro horum diuerſitate, rationi quoque conſentaneum eſt, vt notat Gal. in com. vnum magis, quàm alium humorem peccare, ac purgatione indigere. Ratio verò diſtinguendi an ab aſſumpto carthartico facta ſit purgatio noxij humoris, colligitur ex eo, quod in naturæ operationibus accidit, exemplum deſumens, & ad artificialem reducens, ita vt ſicut in illis naturam dicimus eduxiſſe noxium, quando purgatio confert, & leuiter fertur, ita & in carthartico vſu venire exiſtimandum eſt.

Vbi ſtatuerimus purgationem conuenire, & inuentum etiam fuerit qualem humorem purgare oporteat, occurrit tertium conſiderandum, in quanta nimirum menſura eumdem educere conueniat, qua in re (vt ſupra de ſanguinis miſſione dicebam) diffi-

cillimum,

A cilli m.um, ne dicam impoſſibile, eſt certam, ac præfixam aliquam menſuram aſſignare,
cùm hoc ſupponat exactam cognitionem graduum humorũ exiſtentium in ſtatu ſecũ-
dùm naturã, nec non lapſus, in quo tunc reperiũtur, ſupponit etiam virium præſentium
notitiam, & an poſſint vſq; ad talẽ, vel talem diẽ perdurare, quę omnia incerta, & conie-
cturalia ſunt valdè. Vnde dicebat Gal. quòd ſi potuiſſet hanc exactã cognitionẽ habere.
exiſtimaſſet omninò ſe Deo ſimilem, hoc eſt qualem gentes putant fuiſſe Aeſculapium.
Poſſumus tamen hoc pręceptũ afferre, quòd tantumdẽ ſit euacuandum, quantũ humor
noxius redundat, prout humanis permittitur, vt ſi multũ ſit humoris noxij, multùm eua-
cuare oporteat, ſi parũ, parum, ſi mediocriter, quod deinceps iudicio, & peritia Medici
eſt moderandũ ſemper ad memoriã habentis illam Hipp. auream ſentẽtiam 1. Aph. 3.
*vbi multum educere oporteat, quia multus ſit vitioſus humor, ſemper tutius eſt euacuationes
ad extremum non ducere, quia extrema quæuis euacuatio, ſicut & repletio periculoſa eſt.*

Cùm verò quanta materia poſſit vel tota ſimul, vel partitis vicibus educi, vt ſupra de
ſanguinis miſſione dicebatur, decreuerimus, reſtat, vt dicamus, vter horum modorũ eli-
B gendus magis ſit. Ex Gal. 9. meth. med. 10. colligitur reſolutio huius quęſiti adhibita hac
diſtinctione: vel purgãdus eſt humor paucus, vel multus, ſi paucus poteſt vnica vice to-
tus detrahi, ſi vires valent: ſi multus ſiue vires cõſtent, ſiue multò magis non cõſtent, non
eſt detrahendus totus ſimul; nam ſi cõſtent, etiam ſi ferre poſſint, nimis deijciuntur, nec
rationi conſonũ eſt tantam molem ſimul totã exponere euacuationi, neque ſi non cõ-
ſtent, quia deficiunt, prius quàm tota moles educta fuerit, propterea expedit magis
per epicraſin ideſt paulatim euacuare, & interim reponere, quod ſalubre eſt.

De Tempore.

Quo tempore modò facienda ſit purgatio, docet Hipp. 1. Aph. 22. dum ait, tunc
ſolùm medicandum eſſe, hoc eſt purgandum, vt Gal. exponit, quando materia cocta
fuerit, neque etiam in principijs, in quibus videtur idem Hipp. 2. aph. 29. docere, niſi
materia turgeat. Quare quod ad tempus purgandi pertinet, duo poſſumus intelligere,
videlicet tempora ægritudinis, & dies, quibus propinandum eſt medicamentum.
Quod ſpectat ad tempora morbi, hæc vel ſunt vniuerſalia, aut particularia, ſi vniuerſa-
C lia tempora intelligamus, iam ab Hipp. habemus duo eſſe tempora, in quibus opus eſt
purgatione, vnum eſt principium, aliud verò eſt declinatio morbi. In principio quidem
morbi purgandum eſſe dicit Hipp. quando materia turget: in declinatione verò quan-
do iam concocta eſt; tunc enim natura opitulatur medicamento; quia quando materia
cocta eſt, colligitur, & vbi collecta fuerit expellitur; vnde ex vna parte natura pellit, ex
altera medicamentum trahit, ita vt ex attractione à medicamento facta, & expulſione
à natura ſequitur optima per purgationem humoris peccantis euacuatio, quam comi-
tatur non modò tolerantia, verùm etiam, & conferẽntia.

Quod attinet ad tempora particularia acceſſionum, iam ab eodem Hipp. habemus
in principio abſtinendum eſſe non modò ab alimentis, ſed eadem ratione ab omnibus
alijs operationibus generoſis, & validis, nempe à ſanguinis miſſione, & purgatione: ita
etiam in augmento, & ſtatu ratione pugnæ, quæ inter naturam, & cauſam morbificam
verſatur. Quare tempus particulare idoneum ad purgandum eſt acceſſionis declinatio:
in febribus, quæ remiſſionem habent, & continuæ ſunt, quemadmodum in intermit-
D tentibus interuallum eſt; tunc enim natura iam cauſam morbificam ſuperauit, eamque
expellere tentat. Verùm quia adſunt alij caſus, in quibus licet purgare tam ex Hipp.
quàm ex alijs clariſſimis Medicis, ideo opus eſt paulò altiùs hanc materiam exordiri.

Iam verò ex ſcriptoribus alij dicunt non eſſe purgandum in principijs morborum,
niſi materia turgeat: alij contra præter turgentiam alios caſus addunt, quibus contin-
gentibus, etiam in principio purgandum eſſe exiſtimant. Sed in hoc omnes cõueniunt,
vt ſit purgandum tam in turgenti materia in initio, quàm in concocta in fine morbi,
differunt tamen, quia priores putant nunquam in materia cruda non turgente purgan-
dum eſſe: poſteriores verò è contra pro certo tenent purgandum etiam eſſe in materia
cruda quieſcente: & de hoc vertitur inter eos controuerſia. Sed nec primę ſectæ autho-
res in eandem omninò concurrunt determinationem; alij enim concedunt purgatio-
nem in humoribus tenuioribus, vt pote in bile, & ſeroſis humoribus, huius opinionis
ſunt Aëtius, & Paulus, vt humores bilioſi tenues à principio expurgentur. Alij verò

concedunt purgationem in multitudine materiæ, quæ euinci à calore minimè poſſit, E
vt Auicennas. Alij admittunt nulla exiſtente turgentia, in materia maligna etiam eſſe
purgandum. Alij denique dicunt, quòd purgãdum à principio eſt, vbi ad aliquod mem-
brum materia præceps ruit, ſi præſertim illud nobile ſit. Quare iam videtis non conue-
nire omnes huius ſectæ Anthores conſtanter in vnam eandemq́ue opinionem, & per
conſequens ſi volumus nos eam ſuſtinere tanquam veriorem, non habemus certum, &
conſtans fundamentum, quo poſſimus rationibus aduerſariorum in contrarium allatis
ſatisfacere, cùm non ſint omnes eiuſdem determinatæ ſententiæ.

Attamen ad huius rei euidentiam opus eſt nonnulla præmittere, aliqua verò exami-
ni ſubijcere. Præmittendum in primis eſt, quòd medicamenta, quibus antiqui vteban-
tur, longè erant validiora, vehementiora, & calidiora noſtris, quibus hodie vtimur, vt
egregiè lib. 13. epiſt. 1. ad Bartholomęum Cerandinum demoſtrat Manardus: & quam-
uis Fallop. in tract. medic. purg. cap. 16. ſcribat Gal. lib. ad Glauc. cap. 10. & lib. de
conſtitutione artis med. cap. 9. agnoſcere quædam medicamẽta, quæ ὑπήλατα, ſeu ſub-
ducentia ab eo appellantur, hoc vnum tamen ſcimus ex communi omnium Medico- F
rum conſenſu nullum ex noſtris benedictis medicamentis vocatis apud antiquos in vſu
fuiſſe, vt ſunt ſyrupus roſatus ſolutiuus, tam ex ſucco, quàm ex infuſionibus, ſyrupus vio-
latus ſolutiuus, mel roſatum ſolutiuũ; manna, rhabarbarum, caſſia, tamarindi, aliaq́ue id
genus. Quamobrem non videtur mihi à nobis materiã hanc inter Medicos antiquos, &
noſtrates in controuerſiam duci poſſe, cùm medicamẽta, de quibus loquuntur antiqui,
longè ſint qualitate diuerſa à noſtris; nã calida ſunt illa, & valida: hæc verò ſatis tẽpera-
ta, & interſe etiã diuerſa; cùm alia tẽperatiſſima ſint, & alia ad frigidum potiùs inclinẽt.

Secundò ex Gal. tanquam clarum ſupponendum eſt, lib. 4. met. med. cap. 6. 2. fract.
com. 2. quòd medicamenta purgantia à Medicis propinata duplici intentione conce-
duntur, nempe aut purgationis, aut auulſionis gratia. Auulſionis autem duplex eſt ge-
nus; nam aliud reuulſio, & aliud deriuatio dicitur, quemadmodum in tractatu de ſan-
guinis miſſione diximus. Tertiò notandum, quòd noſtris temporibus duplex ſit genus
medicamentorum, aliud minoratiuum appellatum, aliud eradicatiuum: minoratiuum
vocant illud, quod materiam morbum facientem minorem reddit, ſcilicet euacuando G
vnam partem ipſius non totam, vt *e. g.* ſi materia peccans eſſet ad libras decem, & ex-
hibito medicamento tres, vel quatuor libræ expurgarentur, tunc dicitur minora-
ta materia, illudq́ue medicamentum vocatur minoratiuum, ſeu minorans, quòd mate-
riam minorauit. Aliud dicitur eradicatiuum, ſeu eradicans, eò quòd vel radicitùs totam
materiam extirpat, aut ſaltem maiorem ipſius partem euacuat. Quartò ſciendum eſt
non vnam dari coctionem in corpore; nam in primis adeſt illa vulgatiſſima diuiſio,
quòd concoctio alia ſit in iuuatiuo, alia in nocitiuo. Qua ſtante diuiſione opus eſt, vt
videamus, quid ſit vnaquæque ipſarum, vt inde etiam elicere poſſimus, quid nomine
coctionis, quid verò nomine cruditatis in propoſito caſu intelligendum veniat.

Dicunt igitur coctionem in innatiuo eam eſſe, in qua alimentum ita tranſmutatur, vt
accipiat alimenti qualitatem idoneam ad corpus noſtrum nutriendum: hancq́ue Ariſt.
4. meteororum definiens dicebat eſſe perfectionem quandam à proprio, & naturali
calore ex oppoſitis paſſiuis. Hæc videtur eſſe vera definitio; forma enim ipſius eſt per-
fectio, calor naturalis, & proprius eſt cauſa efficiens, (quamuis ab externo foueri poſ- H
ſit calore) materia autem ſunt oppoſita paſſiua, nempe humidum, & ſiccum, quæ vbi
perfectè terminata ad inuicem ſint à calore, dicitur res concocta: finis autem licet ab
Ariſt. non fuit poſitus in definitione, declaratus tamen eſt, quando inquit, finis eſt co-
ctionis, quando tale, tantumq́ue fuerit factum humidum. Igitur dicere poſſimus co-
ctionem eſſe perfectionem paſſiuarum qualitatum ad inuicem factam à proprio, & na-
turali calore in gratiam formæ cuiuſdam, vel ſpeciei, aut qualitatis, vel etiam quãtitatis.
Sub hac definitione coctionis continetur, & maturatio, quæ fit in fructibus; tunc enim
maturatio perfecta eſt, quando ſemina, quæ ſunt in pericarpio, tale aliquid facere
poſſunt, quale eſt pericarpion; continetur etiam elixatio, atque aſſatio.

Ex hac definitione poſſumus elicere duplicem eſſe concoctionem pro ratione di-
uerſitatis finis; nam cùm ſit perfectio ad finem directa, & finis ſit duplex, nempe vel
ad ſpeciem, aut ad qualitatem, duplex quoque erit concoctio eſſentialis alia, & alia
accideu-

Digitized by Google

A accidentalis. Sed hoc clariùs videbitur in definitione coctionis à Medicis vſurpatæ, quæ eſt tranſmutatio alimenti facta à calore proprio, & naturali ad propriam nutriti qualitatem. In hac definitione tranſmutatio ponitur loco generis; nam eſt forma huius coctionis, & habet ſub ſe varias ſpecies; nam alia eſt perfecta, alia imperfecta: perfecta tranſmutatio concoctio, imperfecta verò cruditas dicitur, quia in hac alimentum non recipit qualitatem perfectam, nec vt inquit Gal. gratiam nutriti accipit, idque ſecundùm magis, & minùs. Cùm autem ad nutriendum corpus requiratur alimenti tranſmutatio tam ratione ſubſtantiæ, id eſt in facto eſſe, quàm etiam qualitatis, dico, quòd vna poteſt eſſe abſque altera; nam perfectio ſubſtantialis eſt, quando ſubſtantia alimenti eſt tranſmutata, perfectio accidentalis eſt reſpectu ipſarum qualitatum, quia & ſi bona ſit ſubſtantia, *e. g.* ſanguinis, aut alterius humoris, eſt tamen vel craſſior, vel tenuior, quàm par ſit, ita vt perfectè, & vt decet, nutrire non poſſit.

Cùm igitur duplex ſit perfectio in coctione, erit etiam & duplex imperfectio, quàm Medici cruditatem vocant: vna, in qua ſubſtantia alimenti non benè conuertitur; altera, in qua qualitas non perfectè aſſequuta eſt ſuam naturam in primis, vel in ſecundis
B qualitatibus. Huiuſmodi cruditates ſemper obſeruantur, vt in exemplo, in muliere, quæ lac habens, ex quo infans nutriri debeat, hoc poteſt eſſe, vel non perfectum, eò quòd mammæ ſanguinem ad naturam lactis non potuerunt reducere, vel tranſmutarunt quidem, ſed vel nimis calidum, aut tenue, aut craſſum fecerunt, vt tandem nec in forma ſubſtantiali, nec in forma accidentali veram aſſumpſerit perfectionem, diciturque tale lac crudum vtroque modo. Quod de lacte dicimus, vos intelligatis de chylo, qui generatur in ventriculo, & de ſanguine, qui in hepate conficitur; poſſunt enim ambo perfectiones, & imperfectiones dictas pati. Cæterùm adeſt tertia concoctio, quæ fit in membris ſolidis, quæ celebratur quando ſanguis è venis exiens, rorisque in modum rurſus per membra ſolida ab iiſdem attrahitur. Huiuſmodi concoctio poteſt eſſe & perfecta, & imperfecta, vt de alijs eſt dictum, & iſtæ ſunt coctiones vocatæ in innatiuo, & ipſis oppoſitæ cruditates.

Eſt modò concoctio in nocitiuo, quæ eſt alteratio quædam, & etiam tranſmutatio.
C Dico eſſe alterationem, & tranſmutationem propter diuerſitatem ſubiecti, ſeu materiæ oppoſitę, circa quam verſatur illa, quæ duplex eſt, quia vel humores oppoſiti ſunt in putreſieri, vel in putrefacto eſſe: primo modo eſt alteratio, ſecundo eſt tranſmutatio. Id humoribus euenire, quod aceſcenti vino contingit, eſt clariſſima Gal. ſententia, 2. aph. 17. vinum à principio aceſcit, ac ſemiputre redditur, & hominum induſtria, ac diligentia ad priſtinam naturam reduci poteſt: humores quoque in corpore noſtro ſi ſemiputres fiant, à Medico in priſtinam naturam reſtituuntur; ſouet enim Medicus calorem innatum, quo robuſtiori facto quicquid præternaturam erat, expellit, & in priſtinam reddit naturam: talis operatio dicitur concoctio, cùm ſit perfectio quædam accidentalis, illa verò alteratio inducta, qua ſemiputres facti erant, dicitur cruditas, cùm ſit imperfectio quædam oppoſita ipſi perfectioni. Hanc doctrinam colligere ex Gal. poteſtis (præter citatum aphoriſmum) 11. meth. med. cap. 9. & hæc eſt vna ſpecies, & differentia concoctionis in nocitiuo.

Altera eſt, quæ verſatur circa humores iam ex toto putridos, qui ad priſtinā naturam
D redire nequeunt, vt ſi bilis, vel ſanguis putruerint ex toto, iam eſt confirmata in illis putredo, vt neququā reduci poſſint ad priſtinā naturā, ſi Gal. credimus 2. acutorū 45. lib. art. Medicæ cap. 99. Huiuſmodi putredo dicitur cruditas; eſt enim humorum maxima imperfectio, horum autem tranſmutatio eſt perfectio (putredo autem licet in ſuo genere dici poſſit perfectio, reſpectu tamen naturæ dicitur imperfectio) Hæc igitur eſt perfectio, quæ fieri non poteſt, vt in alia; nam opus eſt tranſmutare putrefactam materiam in aliam ſpetiem. Atque hæc tranſmutatio eſt concoctionis in nocitiuo ſecunda ſpecies, & differentia. Conueniunt ambæ iſtæ coctiones in forma, quòd ſint perfectiones quædam: in materia quoque conueniunt, ſed in modo differunt, cùm vna procedat alterando, altera tranſmutando: conueniunt etiam in fine, quia ſunt perfectiones quædam reſtituentes in priſtinam naturam humores putrefactos. Denique & in cauſa efficienti conueniunt, quia calor non eſt omnino naturalis, ſed mixtus præternaturali, ſecundùm tamen magis, & minùs, quia in priori calor naturalis receſſit

parum à ſuo ſtatu, & facilè adiuuatur ab auxilijs: in ſecunda verò maximè à ſuo ſtatu na- E
turali receſſit, tantumque calor extraneus poteſt, vt ingens inter eos exoriatur pugna,
proque ratione & victi, & vincentis fiunt variæ cruditatis, & coctionis differentiæ, va-
riæque materiæ tranſmutationes.

Sed dicetis, quid eſt illud, in quod humores putrefacti conuertuntur, quando con-
coquuntur? Recurratis ad Ariſt. 4. meteor. vbi videbitis eum dicentem eos verti in
genus humoris vtilis. Sed hoc ipſius dictum ſano modo eſt intelligēdum; nam vtile ipſi
naturæ multiplex eſt; aliud enim eſt ad vitam, aliud ad meliorem vitam. Vtile ad vitam
eſt quicquid nutrire poteſt, & in hoc huiuſmodi humores non poſſunt conuerti: ſecun-
do modo conuertuntur in quandam materiam, quæ faciliùs à natura expelli poteſt: id
autem Gal. authore 2. acut. 45. eſt pus, vel vt ipſemet dicebat 2. de diff. feb. 6. & 2. de
criſ. 2. eſt ſubſtantia quædam ſimilis puri: ſi extra venas putreſcit, vel pus, vel ſa-
nies generatur. Putreſcere autem extra venas duobus contingit modis, vel vt eſt
humor in aliqua parte collectus, vt in inflammatione, vel prout eſt in habitu cor-
poris: primo modo conuertitur in pus, vel ſaniem, ſecundo modo in materiam, quæ F
puri eſt ſimilis, non ſecus atque vbi fuerit in venis, vt in febribus continuis.

Vbi igitur materia hæc euicta eſt à calore naturali, concocta dicitur: vnde Hipp.
dicebat pus concoctum verè illud eſſe, quod album, leue, æquale, & quam minimè fœ-
tidum, & Gal. loquens de ſedimento in fundo matularum exiſtente, & per vrinam è
corpore, & venis exeunte, ait, verè, & perfectè coctum id eſſe, quando proportione re-
ſpondet prædictis in pure qualitatibus. Hiſce poteſt addi tertia ſpecies coctionis, quæ
eſt quando humores aliqua alteratione perficiuntur perfectione accidentali, quando
verò non perfectè alterantur, poteſt dici cruditas illi coctioni oppoſita. Hiſce exami-
natis apparet quatuor eſſe concoctiones, & quatuor cruditates, quarum prima, vt ſcri-
bit Fallopius, poteſt dici ſemicoctio, ſecunda imperfectio: at prima poteſt etiam ap-
pellari imperfectio eſſentialis, ſeu ſubſtantialis, ſecunda verò imperfectio accidentalis,
tertia dicitur putredo incipiens, quarta putredo facta.

Conſiderandum præterea eſt, quòd nomen ὀργᾶν, non vnicam habeat ſignificatio-
nem; nam in genere primùm accipi poteſt, deinde in ſpecie. In genere quidem ſicut G
Theophraſtus, qui lib. de cauſis plant. cap. 6. & 14. accepit id nomen pro appetitu
quodam plantarum ad germinandum, ita vt plantæ turgere dicantur, quando multam
ſeminis copiam continentes appetitum habent ad germinandum. Ariſt. tranſtulit ad
animalia, 6. hiſt. cap. 18. vbi dixit animalia quædam bruta turgere ad concubitum, quod
in equa, & vacca exemplificat; habent enim intenſiſſimum appetitum ad concubitum
faciendum. Hipp. autem accepit iſtud nomen, vt translatum eſt ad partes hominis, &
ad humores, qui & ipſi ſimilitudine quadam in corpore turgent. Nam lib. fract. ſcripſit
vlcus turgere, quod à Gal. in com. confirmatur, vbi dicit, quòd quando os abſceſſurum
eſt, pars turget; vnde turgere dicitur & de animalibus, & de partibus ipſorum, quando
in ipſis aliquid continetur, quod exſtimulat, hinc ardentiſſimo quodam deſiderio fla-
grant ad illud extramittendum, vt quando animalia multam collegerunt ſeminis
copiam.

Ad humores etiam corporis ab Hipp. translatum eſt quemadmodum apparet 1.
aph. 22. 4. aph. 1. & 5. eiuſdem 29. idque ſimilitudine quadam; nam quemadmodum H
animalia multam ſeminis copiam habentia hinc inde variè mouentur, vixque ſtare lo-
co poſſunt, ita & humores in corpore exiſtentes hinc inde quandoque mouentur per
totum corpus, & turgere dicuntur. Thomas Minadous non admittit dari turgeſcen-
tiam hanc in partibus corporis noſtri, neque in humoribus niſi illa, in qua iam humo-
res ſunt in motu præcipites, ſed non vidit citata loca Hipp. & Gal. 3. fracturarum, vbi
Hipp. dicit vlcus turgere, & Gal. os abſceſſurum turgere, quorum neutrum mouetur
in actu. At turgentia illa, in qua nondum materia mouetur, quemadmodum ex Theo-
praſto apparet, ſi ad corpus transferatur, cacochymia eſt copioſa, quæ naturæ mole-
ſtiam infert, & tunc dicitur materia turgere in potentia, quando iam impellitur, dicitur
turgere in actu. Humores quoque turgentes conſiderantur duobus modis, vel quatenus
indifferenter mouentur, & ad quamcunque partem præcipites ferri poſſunt, vel qua-
tenus determinatè ad aliquam partem fluunt. Hinc authores plerique diuiſerunt tur-

gentiam

Digitized by Google

A gentiam in duas differentias, primam appellarunt turgeſcentiam propriè dictam, ſecundam verò minùs propriè. Transfertur etiam iſtud nomen ὀργᾶν, ad appetitum iraſcibilem, vt apparet tam apud Thucididem lib. 4. hiſt. pelop. quàm apud Plutarchum, 4. ſympoſ. prob. ſeu queſt. 1. & in vita Phocionis. His omnibus ad hunc modum determinatis non eſt difficilè rem ipſam determinare, ac reſpondere omnibus argumentis hinc inde allatis.

Dico igitur, quòd in omnibus morbis purgandum eſt à principio ſemper, quando materia turget, aut quando vrget. Vrget verò materia tribus modis, primò quando ſua nimia quantitate ita naturam premit, vt nulla ſit ſpes, aut ſaltem maximè dubia, vt euinci à natura poſſit, & huiuſmodi materia dici poteſt turgida in potentia; atque tunc opus eſt, vt Medicus opem ferat ipſi naturæ per medicamentum, quod minorare poſſit materiam. Hunc caſum ſæpe obſeruamus in quibuſdam febribus tertianis continuis, & in quibus adeſt ingens copia humoris biliofi in venis, qui niſi extra ducatur non poterit natura morbum vincere, neque cauſam morbificam ſuperare.

B Non obſtat illa ratio deſumpta à natura opem ferente, quia medicamenta, quibus noſtra ætas vtitur, clementer adeo trahunt à ventriculo, & venis meſeraicis, vt extraducant materiam per ſucceſſionem quandam ab hepate, & vena caua, in qua huiuſmodi materia putrefacta continetur.

Nec ſatis probo Fallopij opinionem exiſtimantis, tunc quando humores putridi ſunt non poſſe fieri attractionem medicamenti, quia ab illa putredine tollitur ſimilitudo, aut occulta qualitas, vel proportio, quæ eſt inter medicamentum, & humorem: fieri verò attractionem quando ſunt tranſmutati in aliam naturam, nempe in pus, aut alium humorem puri proportionatum. Nam cùm ex Hipp. & Gal. medicamenta à natura facta ſint, vt trahant ſibi deſtinatum humorem, dicendum eſt talem humorem, vel eſſe ſanum, & ſimul cum tota maſſa ſanguinis in venas reperiri; aut coinquinatum, nempe vel putrefactum, vel aliqua labe affectum. Si primo modo tunc medicamenta eſſent facta in hominum perniciem, quia vbi dantur medicamenta purgantia ſanis corporibus, tantùm abeſt, vt iuuamentum afferant, vt ſcripſerint Hipp. & Gal. talia medica- C menta liquare carnes; nec poſſe attrahere ſibi deſtinatum humorem niſi cum maximo vitæ periculo, 2. aph. 37. qui ſunt integra corporis valetudine, medicationes ægrè ferunt.

Hinc concludo, quòd medicamentum à natura ſit factum, vt trahat humorem ſibi proportionatum quidem, ſed aliqua labe affectum ſiue putredine, ſiue alia occaſione. Quapropter ſum huius opinionis, vt talia medicamenta faciliùs, & promptiùs trahant in principio morbi humores putridos in fieri, quos etiam crudos appellat Fallopius, quàm vbi in aliam naturam degenerarint, quia tunc concocti ſunt, & medicamento eradicante egent. Cùm igitur materia in acutis morbis ita quantitate nimia grauet, vt à calore euinci non poſſit, tunc medicamento non quidem eradicante educenda venit. Et in hoc caſu non obſtat cruditas, nec de hac cruditate loquutus eſt Hipp. aut Gal. ſed de ea, quæ à calore euinci poteſt. Neque obſtat opinio Capiuaccij dicentis minoratiuum medicamentum educere tantùm tenues humores; craſſos verò intus relinquere, quia poſſunt componi à Medico medicamenta ea methodo, vt craſſos etiam edu- D cant. Verùm in acutis morbis rarò craſſi humores, ſed tenues dominantur. Et hic eſt primus caſus, in quo minoratiuè purgandum eſt cruda exiſtente materiâ.

Secundus caſus, in quo materia vrget eſt in acutiſſimis morbis, qui fiunt ab aliquo materiæ defluxu, quemadmodum eſt angina, aut pleuritis. Verùm non omnibus eadem intentione medicamentum conceditur, & tardare eſt malum, vt 4. aph. 10. ſcribitur; nam in ijs ea ratione vrget materia, vt turgere dici poſſit, non tamen propriè, ſed impropriè. In iiſdem Gal. lib. 4. acut. ſe non modò purgaſſe ait quarta, & quinta, ſed & prima, & ſecunda etiam die: imò verò in angina adeò vrget materia, vt eadem die ad ſanguinis miſſionem, & purgationem ſimul deueniendum ſit. Nec placet mihi illa multorum authorum reſponſio dicentium Hipp. 2. acut. 12. conceſſiſſe medicamentum purgans, eò quòd adſint aliquæ materiæ coctæ, quæ ſunt purgandæ, cùm principium morbi tempus ſit, in quo nullum apparet veſtigium coctionis. Anginæ autem concedendum eſt medicamentum reuulſionis cauſa; nempe vt à supernis ad infernas partes

retra-

Digitized by Google

retrahatur materia; cùm enim fiat à fluxu humorum, & hi fiant in hepate, & ab eo ſur- E
ſum per venas ferantur, reuellendi, & deorſum ad partes infernas, & externas tra-
hendi ſunt.

At in pleuritide, quæ eſt etiam inflammatio à fluxu humorum facta conceditur ab
Hippocrate loco citato medicamentum, materia inducente dolorem ad partes infer-
nas. Sed difficillimus eſt hic locus ob varias Authorum, & diuerſas opiniones interſe
etiam contrarias in aſſignanda ratione, cur Hipp. à principio non modò concedat
medicamentum, ſed etiam validum, vt eſt peplium. Maſſarias, Triuerius, & plerique
alij dicunt materiam tunc temporis turgere, & conceſſum fuiſſe medicamentum re-
uulſionis gratia: verùm cùm duplex, vt intellexiſtis, ſit turgentia vna propriè, alia im-
propriè dicta, non eſt (dicunt ipſi) vt intelligamus humores propriè turgere, ſed im-
propriè, quod quidem conceditur facilè, at non propterea concedo propinatum ab
Hipp. fuiſſe medicamentum reuulſionis cauſa, cùm in reuulſione oppoſitiones ſint ſer-
uandæ, at cùm hic deorſum tendat materia, deberet reuelli per ſuperna, quia igitur ad
eandem partem trahitur per medicamentum, ad quam ipſa tendit materia, non eſt di- F
cendum exhibitum fuiſſe reuulſionis gratia Fallopius lib. de purg. med. cap. cit. dice-
bat materiam facientem dolorem ad partes infernas eſſe frigidam, quia ſua grauitate
deorſum tendit, atque ideo oportere ipſam deorſum per medicamentum purgans pro-
pelli. Addit ſe non habere meliorem rationem, quam tamen minimè probare fatetur.
Augenius multa dicit, ſed tandem concludit huiuſmodi dolorem non eſſe verum pleu-
riticum, ſed dolorem natum in ventre inferiori. Quod tamen quantùm à veritate alie-
num ſit, anno elapſo iam demoſtraui. Ex his apparet omnes Authores fateri à princi-
pio in huiuſmodi affectione deueniendum eſſe ex Hipp. conſilio ad purgationem, ſed
qua ratione id fieri debeat, non omnes eandem habent opinionem.

Sum tamen ego huius opinionis, vt exiſtimem Gal. pulchrè 4. acut. 66. rem ipſam
declaraſſe, vbi ſcribit ſe purgaſſe primo, ſecundo, quarto, & quinto die in huiuſmodi
affectionibus, eò quòd materia eſt in fluxu; dum enim eſt in fluxu purganda venit auer-
ſionis cauſa, vt ipſemet alibi docuit. Auerſio verò fit duobus modis, vel per reuulſio-
nem, vel per deriuationem, at non poteſt eſſe reuulſio, cùm motus non ſit ad contra- G
ria, ergo eſt deriuatio: hæc autem fit à partibus propinquis, & ab eadem parte: ab eadē,
quando fixa eſt materia, à partibus verò propinquis quando materia eſt in motu.
In præſuppoſito caſu materia ab hepate ad pleuram per ramos venæ agygos transfer-
tur, extraque vaſa delata ad partes diaphragmatis internas, & inferiores tranſmittitur:
hæc autem deriuanda eſt ad ventriculum, inde ad inteſtina, vt per ſeceſſum tandem ex-
tra ducatur, idque agendum medicamento non quidem minoratiuo, ſed eradicante.
Non propterea laudo vſum peplij, tum quia habemus medicamenta æquiualentia, ſed
longè blandiora, ac mitiora, quæ abſque aliquo virtutis, aut vitæ detrimento à thoracis
capacitate ad inteſtina materiam deriuare poſſunt: quæ autem hæc ſint intelligetis ſuo
loco. Addo, quòd non habemus artem illam præparandi elleborū, aut peplium, quem-
admodum antiqui, neque admodum in vſu habentur huiuſmodi medicamenta.

Eſt tamen locus alter Hipp. huic contrarius lib. 4. acut. 22. vbi ſcribit non eſſe pur-
gandum in inflammatione à principio, quia qui putat poſſe aliquid ab inflammatione
educi maximè decipitur. Multi multa dicunt hac in re, at equidem puto poſſe inflam H
mationem duobis modis conſiderari: vel vt materia, quæ ipſam facit, iam imbibita eſt
in parte, vel vt adhuc reperitur in venis ad partem inflammatam fluens. Si primo mo-
do conſideretur, non poteſt aliquid ab ea mediante medicamento extrahi, & in hoc
ſenſu eſt intelligenda Hipp. propoſitio, quia illud, quod iam extrauenatum, & in parte
imbibitum eſt, non poteſt intrò venas remeare, & per conſequens non poteſt à parte
inflammata aliquid extrahi. Si ſecundo modo, falſa eſt, neque Hipp. id negabit, vnde
Gal. 13. met. med. cap. 21. ſcribit in pleuritide non ſolùm purgandum eſſe, verùm
etiam per ſuperiora, 4. de comp. med. ſecundùm loca cap. 2. in optalmia iubet eſſe pur-
gandum, lib. 4. met. med. cap. 14. in eriſipelate, cancro, tumore lienis inchoat curatio-
nem à purgatione. Quare in morbis à defluxu factis purgandum eſt, vt retrahatur ma-
teria, quæ habet rationem cauſæ antecedentis, non autem purgatur reſpectu cauſæ
coniunctæ. Hactenus de ſecundo modo, quo turgent humores.

Tertiò

Digitized by Google

A Tertiò humores dicuntur vrgere, quando ſunt maligni, ſuáque mala, qua pollent
qualitate, tum alios inficiunt, tum etiam vapores prauos, ſeu malignos cordi tranſmit-
tunt, qui omninò à venis ſunt extrahendi; eſt enim Gal. clariſſima ſententia, 11. met.
med. cap. 5. vt cùm materia maligna ad benignum reduci minimè poteſt, omninò ex-
trahatur. Hæcque eſt opinio omnium practicantium, præſertim Doctiſſimi Mercuria-
lis, Valleſij, Mercati, Augenij, & aliorum; in hoc enim caſu cruditas, hoc eſt, maligna
putredo non obſtat, quia, vt dicebam, hæc cruditas eſt in duplici differentia, alia, quæ
concoctionem poteſt admittere, alia verò minimè. Rurſus, quæ concoctionem admit-
tere non poteſt, videtur adhuc eſſe in duplici differentia, vna non admodum maligna,
vt eſt putredo quarundam febrium proportionatarum, alia verò eſt tantæ malignitatis,
vt ſi permittamus eam concoqui, periculum eſt quàm maximum, ne antequam con-
coquatur ſua malignitate, & peſſima qualitate ægrotantes interficiat. In hoc caſu ſi vir-
tus valet, opus eſt quàm primùm materiam educere valido quopiam medicamento,
quod ipſam penitùs eneruet, atque è corpore educat, tum ob allatas rationes, tum
B maximè quia à vaporibus malignis, & ab aura quadam venenata ſpiritus diſſipantur,
qui ſunt facultatum fundamenta. Quòd ſi quis obijciat hanc determinationem aduer-
ſari authoritati Gal. 4. acut. 43. vbi ſcribit purgationem euitandam eſſe, ſi adſit in hu-
moribus cruditas. Reſpondeas verificari hanc authoritatem in cruditate humorum,
quæ dat inducias, nihilque adſit, quod vrgeat, quemadmodum eſt peſſima hæc, de qua
nunc agimus, in qua quidem tardare non modò malum eſt, ſed peſſimum. Iſti igitur
ſunt tres caſus vrgentes, in quibus à principio purgandum eſt materia cruda exiſtente.
Relinquitur modò turgens materia, atque concocta, in quibus purgandum eſt me-
dicamentis validis, & eradicatiuis, at cum hac differentia, quia in principio turgente
materia, & in augmento quandoque venit purgandum, ſed quoniam humores, qui
propriè turgent, tenues ſunt, & ſæpe maligni, vt plurimùm in principio morborum ſunt
purgandi, non quidem reuulſionis, ſed purgationis gratia, vt è corpore euacuentur. Et
in hoc caſu vbi ſpeties humoris cognita fuerit, poſſunt præparari idonea medica-
menta, quæ ipſum extraducant non magno negocio: at rarò contingit materiam tur-
C gere, vnde 24. aphor. primæ particulæ, In morbis acutis rarò, & per initia, medicamen-
to purgante vti oportet, nec verò id in conſultò faciẽdum. Sed concocti humores con-
coctione ſecunda in nocitiuo ſunt purgandi quandoque in principio, vt dicebat Hipp.
4. acut. 43. quibus principio vrinæ nebuloſæ, & craſſæ ſunt, annuentibus cæteris ſubpur-
gare oportet. Sed quamuis iſtud videatur principium morbi, in quo apparent vrinæ
craſſæ, & coctæ, eſt tamen principium reſpectu temporis, non ratione morbi, quia
principium morborum prout à Medicis conſideratur, eſt, quando nullum apparet
coctionis veſtigium, nec in vrina, nec in alijs excretis. Si tamen apparet prima die co-
ctionis ſignum, iam principium eſt præteritum, in quo quidem liceret purgare, ſed
morbi illi, in quibus apparent huiuſmodi ſigna coctionis, breuiſſimi ſunt; nam docente
Hipp. coctiones indicant certitudinem, celeritatem, & ſecuritatem iudicij, vnde rarò
contingit, vt ſit purgandum, ſæpè autem euenit, vt Medici purgent in fine ſtatus, aut in
principio declinationis; tunc enim temporis natura dominium ſupra materiam adepta
iam concoxit, ſeparauit, & ad eam expellendam ſe accingit, quam ſi expellere minimè
D poteſt, nec à medicamento adiuuatur, materia iam ſeparata nullum habens locum, in
quo conſeruari poſſit, vt recrudeſcat, neceſſe eſt, denuoque putreſcat, & ne recidiuam
faciat, maximum eſt periculum: & hoc eſt, quod Hipp. dicebat. Quæ relinquuntur in
morbis recidiuam facere conſueuerunt. Ne igitur hæc contingant ad expurgationem
veniendum eſt, aut in fine ſtatus, aut in principio declinationis.
Sed ſtatim ingenioſus dicet hanc determinationem de materia concocta purganda
contrariam eſſe Gal. ſententiæ lib. 2. aph. 29. dicentis ſuperfluum eſſe euacuare, vbi
morbus conſiſtit, ob multas rationes, ſed potiſſimùm propter duas, prima eſt, quia
natura iam concoxit, deinde quia virtus animalis defatigata eſt, quamuis vitalis, & na-
turalis maximè conſiſtant. Locus iſte difficilis eſt, & à nemine, ni fallor, explicatus,
nihilominus exiſtimo Gal. ſententiam eſſe, quòd in ſtatu ſit quieſcendum, potiſſimùm
ab illa euacuatione, quæ ſit ſanguinis miſſione frequenter vſurpata in principio mor-
borum, quam quidem faciendam eſſe ſcribit, non tamen in ſtatu, quia tunc non eſt
opus

opus minorare materiam, cùm iam natura adepta ſit victoriam: de minoratione itaque E
loquitur, quæ fit per vtrumque inſtrumentum, ſed frequentiùs per chirurgiam, quàm
per pharmaciam. Vel dicendum eſt, quòd ſtatus habeat ſuas partes, principium, me-
dium, atque finem: in principio, atque medio quieſcendum eſt à pharmacia, in fine
verò licet deuenire ad purgationem. Vel dicendum eſt in ſtatu nullo modo eſſe deue-
niendum ad purgationem, quia iam natura concoxit; ſed in declinatione ad hoc, vt
educatur totum illud, quod natura concoxit, ne recidiuam facere poſſit, quia vbi reti-
neretur, periculum foret ne recrudeſceret.

Sed quod maiorem facit difficultatem, eſt quia dicit Gal. quieſcendum eſſe ab opera-
tione in ſtatu, quæcunque illa ſit, quia virtus animalis defatigata eſt, vitali, & naturali
conſiſtentibus, cùm tamen in ſtatu maxima ſit pugna inter morbum, & virtutem tam
naturalem, quàm vitalem, vnde magis defatigatæ ambæ iſtæ virtutes videntur; quàm
animalis. An dicendum virtutem animalem contraindicare purgationem, vitalem au-
tem, & naturalem minimè prohibere? An verò dicendum ſit naturalem, & vitalem, &
animalem defatigatas eſſe in ſtatu, ſed alia, atque alia ratione; in ſtatu enim virtus natu- F
ralis defatigatur in ſubiuganda morbi cauſa, quæ vbi victoriam adepta eſt, dicitur con-
ſiſtere: at virtus animalis præſertim ſenſitiua defatigatur ratione ſymptomatum tum
euenientium, nempe vel doloris, vel vigiliarum, vel alterius cuiuſpiam pertinentis tam
ad hegemonicas, quàm ad ſenſitiuas exteriores, vnde dixit Gal. abſtinendum eſſe à
purgatione in ſtatu, ne magis ea virtus defatigetur, atque ita declinationem expectan-
dam, præſertim, quia cùm animales ſpiritus à facultate ferantur mediantibus neruis ad
inſtrumenta illa, quæ excrementa pellunt, ſi virtus animalis eſſet defeſſa, non poſſet ex-
cernenda tranſmittere.

De humoribus autem feroſis, de alopecia, & alijs nihil dicemus, cùm ſermo ſit de
acutis morbis, & de febribus particulariter: ſit igitur à nobis determinatum non modò
in turgente materia eſſe purgandum in morborum principijs, verùm etiam & in multis
alijs caſibus, cruda potiſſimùm materia exiſtente, atque non turgente; idque agendum
in fine acceſſionum in febribus continuis, in intermittentibus in interuallo. Iam verò
cùm actiones huiuſmodi fieri debeant diebus determinatis, qui neceſſariò ſunt vel pa- G
res, vel impares, oritur hinc occaſio dubitandi, an die pari, an verò impari agendum
veniat per medicamentum purgans, qua de re in ſequenti capite.

An diebus paribus facienda ſit purgatio. Cap. VI.

RAtio huius quæſiti potiſſimùm eſt, quia Medici noſtræ tempeſtatis, &
Meſſanenſes præſertim pro comperto habent ſecuriſſimam eſſe pur-
gationem, quæ fit diebus paribus, & maximè quarta die. In tanta enim
conſuetudine eſt, adeoque vulgares confidunt purgationi ea die factæ,
vt exiſtiment ægrotantes non purgatos tunc temporis omninò eſſe in-
terituros. Quòd ſi ad ſalutem perducantur intermiſſa eo die purgatio-
ne, dicunt id non ex arte factum, ſed curatos eſſe eos caſu, & fortuna. Neque huiuſmo-
di opinio caret fautoribus, quàm authoritate præſertim Hipp. & ratione confirmant:
& primò dicunt Hipp. lib. 4. acut. 64. ſcriptum reliquiſſe oportere purgare ante quin- H
tam diem: ergo quarta die, quæ immediatè præcedit quintam. Quinimo idem Hipp.
expreſsè declarauit eodem lib. tex. 76. vbi ſcribit purgans medicamentum miniſtrabis
quarto die, dies autem quartus eſt dies par, ergo die pari in febribus eſt purgandum.
Præterea tex. 68. eiuſdem 4. lib. ſcribit: at ſi liquidam aluum habenti cauſos ſuperue-
nerit, ſi tibi purgatio idonea videatur, eam non tribus primis diebus adhibebis, ſed
quarto. Et eodem 4. lib. 76. repetit eandem ſententiam dicens primis tribus diebus eſſe
corpus præparandum clyſteribus, deinde quarta die purgandum. Eſt & alia authoritas
ab eodem Hipp. deſumpta à lib. 4. de morbis (& eſt locus celebris) vbi tex. 11. ſcribit,
quicunque iam à febre continua vſi ſunt pharmaco diebus paribus, minimè vnquam
ſuper purgati ſunt, qui è contra diebus imparibus medicamento forti vſi ſunt, nimium
ſunt purgati. Ne igitur fiat nimia purgatio opus eſt diebus paribus purgare: ſed quar-
tus dies eſt dies par, ergo die quarto purgandum.

Addo

A Addo his authoritatibus ratiouem,hoc tameu ſuppoſito,quòd iu principio morbi ſit
purgandum:iuchoantibus morbis ſi quid videtur moueudũ moue, at ea die eſt purgan-
dum,quæ dierum primæ ſeptimauæ eſt tutiſſima:ſed quarta dies eſt huiuſmodi:ergo in
quarta die eſt purgandum. Quod ad maiorem propoſitionem ſpectat, hæc videtur
ex ſe ſatis clara, neque egens probatione, nempe quòd purgaudum ſit tutiori die,
quando uulla perturbatio euenire poteſt; nam medicamentum ſuapte uatura (quod-
cunque illud ſit) ſemper aliquam moleſtiam inſert: quare uon eſt purgaudum die illa,
cùm timẽtùr aliquæ motiones validæ.Dicebat Gal.in com. 4. acut. 56.quòd in morbis
acutis dies impares inſignes tum ad ſalutem, tum ad mortem mutatioues facere poſ-
ſunt, & vt iuquit Hipp. in hauc, vel illam decliuantes partem reddunt laboraures: hæc
quidem eueuire uequeunt diebus paribus, qualis eſt quartus dies; alioquiu periculum
etiàm foret, ue dum purgaremus, impediremus uaturæmotum, indeque praua ſym-
ptomata ſequerentur, & tandem mors cui rei experieutia obſtat. Satiùs eſt igitur die
pari medicamentum purgans adminiſtrare, & ſignanter die quarta, qua nulla aptior eſt
B in prima ſeptimaua.
Deiude diebus uou iudicatorijs purgandum eſt à priucipio, ſed quarta non eſt dies
iudicatoria, ergo iu ipſa eſt purgsudum. Maior clara eſt, quia diebus iudicatorijs fiunt
mxgnæ mutatioues, quibus uou eſt addenda illa perturbatio, quæ fit à medicamento
ob allatas rationes. Minor eſt Hipp.3.in 1.epid. tex. 14. vbi non recenſet quartam in-
ter dies iudicatorias. Imò verò Gsl. 4. aph. 61. iu com. euumerat quartam inter dies
pares. Vnde etiam ſcribit,quòd per dies impares iutelligèreoportet dies iudicatorios
dicens febricitantes, niſi diebus imparibus, febris reliquerit, ſolet recidiuare: quare
aut dicendum eſt aphoriſmum huuc nou fuiſſe ab Hipp.ſcriptum,aut dicendum eſt per
dies impares eſſe iutelligeudos dies iudicatorios. Igitur purgatio facta quarta die eſt
tuta,& ex arte facta,tamquam iu die miuimè iudicatoria,ſed pari. Porrò cùm ex Hipp.
& Gal.duo reperiantur ad rerum iuuentionem idonea iuſtrumenta,ratio nempe,atque
experieutia, his duobus iam couſtat, clarumq́ue redditur oportere in febribus ſaltem
medicamento purgaute vti in quarta die,tamquam in die pari. Hæc ſunt potiora argu-
C menta, ac validiora, prout obſeruaui, quibus ſuſtineri poteſt hæc concluſio, nempe in
diebus paribus eſſe purgaudum.
Ex altera tamen parte non deſunt authoritates, & ratioues ſuadentes non eſſe pur-
gandum diebus paribus, præſertim quarta die. Primùm eſt authoritas Gal. 4. lib. acut.
76. qui quaſi repreheudit opiniouis huius authorem, ſiue Hipp. fuerit, ſiue Drago, aut
alius Hipp. diſcipulus, qui ſcribit uon eſſe tale præſidium iuiungendum deſumpto à
numero dierum ſcopo, ſed vbi opus eſt à priucipio morbi illud exequendum, nempe
& prima, & ſecunda, & quarta, & iuterdum quiuta die, vt ipſemet Gsl. ſe feciſſe teſta-
tur: non igitur die quarta tamquam in dié pari purgaudum eſt. Secundò ſi hac ratioue
diebus imparibus non eſt purgandum, quòd iu ipſis fiant mutationes maximæ tam ad
ſalutem,quàm ad mortem,& quòd iudicatoriæ ſiut, idem quoque dicẽdum erit de die-
bus paribus, qui docente Hipp. 1. epid. com. 3. tex. com. 14. iudicatorij ſunt: & quod
magis eſt,dies quartus inter iudicatorios primus ab Hipp. euumeratur, 4. aph. 61. & à
Gal.in com.ergo quarta die minimè purgaudum eſt.Coufirmo hanc Hipp.ſententiam
D per eumdem Hipp. dicentèm nou licere iudicatorijs diebus vti medicameuto purgan-
te, ratioue deſumpta à maiori ad miuus: ſi de quo minus videtur ineſſe, & ineſt, ergo
& de quo magis, ſed miuùs ratioui couſonum eſt, vt mutationes temporum impediant
purgatioues ob mutatioues, quas in humoribus faciunt,& tameu ex Hipp.lib.de Aëre,
aquis, & locis, & de natura humsua habetur iu Solſtitijs, & Aequinoctijs (quæ ſunt
aëris tsntùm mutatioues) purgationes eſſe periculoſas, ergo multò magis purgatioues
ſunt periculoſæ diebus iudicatorijs, cùm fiant iu illis grauea in humoribus mutatioues,
& per conſequeus magis periculoſæ ſunt purgationes iu mutationibus factis in corpo-
re, quàm iu illis,quæ in sëre fiuut. Concluſum igitur ſit iu diebus iudicatorijs periculo-
ſas eſſe purgationes, ideo ueque facieudas.
Quòd verò dies pares ſint iudicatorij, adeo clarum apud Hipp. eſt, vt nulla opus ſit
probatione; uam 3. epid. ſect. lib. 1. tex. 14. ſcriptum eſt,quæ diebus paribus exacer-
bantur, diebus paribus etiam iudicantur; quæ verò acceſſiones diebus imparibus fiunt,

diebus quoque imparibus iudicantur. Cùm autem tam dies pares, quàm impares ſint E decretorij, aut iudicatorij, & hac ratione abſtinendum ſit in ijs à purgatione, neque paribus, neque imparibus diebus vnquam purgandum erit: ergo nulla dies dabitur, in qua poſſit propinari medicamentum purgans. Addatis, quòd illa die non eſt mouendum arte, qua natura mouere conſueuit, ſed quarta die natura mouere ſolet, ergo quarta die non eſt purgandum. Maior propoſitio conſtat ex 1. aph. 20. vbi habetur, quæ iudicantur, & indicata ſunt non eſſe mouenda nec medicamentis, nec alijs irritamentis: vnde Auic. tulit illam tam diuulgatam propoſitionem, dum natura mouet, noli mouere tu: ſed quarta die morbi tum iudicantur, tum indicantur, vt docet Gal. 1. de dieb. decret. cap. 5. & alijs in locis, & Hipp. dicens ſeptenorum quartus eſt index inter indicatorios enumerarauit, ipſamque cum alijs indicatorijs contemplabilem eſſe dixit (indicatorius quidem eſt, quòd criſim perfectam indicet, quæ ſeptimo die celebratur: contemplabilis verò, quòd eius obſeruatio ad criſis præſagitionem eſt neceſſaria) igitur quarta die abſtinendum à pharmaci propinatione. Duplici igitur nomine purgatio quarta die eſt periculoſa, primò quia per ipſam natura futuram criſim indicat: deinde quòd F præſentem faciat. Vnde eſt etiam, quòd Conciliator differentia 163. maluit purgare die iudicatorio, quàm indicatorio, exiſtimans longè periculoſiorem eſſe eam purgationem, quæ fit die quarta, vt indicatoria, quàm die iudicatoria: ſed quartus dies non modo indicatorius eſt, ſed inter alios indicatorios eſt primus tam dignitate, quàm numero, lib. 1. de dieb. decret. cap. 5: ergo, &c.

Hæc eſt difficultas non ſpernenda, & quę plurimum ingenia hactenus extorſit, quam animaduertens inter alios Hieronymus Mercurialis lib. 2. de feb. cap. 8. inquit ex criſibus quaſdam eſſe naturales, quaſdam verò eſſe præter naturam. Naturales criſes ſunt illæ, quæ fiunt diebus imparibus, criſes verò præter naturā, fiunt diebus paribus; hancque ſuam determinationem ab Ariſt. accepiſſe ſcribit 2. phyſ. tex. 58. Hac ſtante determinatione cùm Medicus debeat imitari naturam rectè operantem; ipſa verò non niſi diebus imparibus rectè operetur, ergo nunquā debebimus purgare niſi diebus imparibus, nunquam autem paribus. Sed huiuſmodi ſententia præterquam quòd non eſt Ariſtotelis, eſt etiam falſa; Ariſt. enim loco cit. apertiſſima oratione ſcribit eas criſes, G quæ fiunt diebus iudicatorijs, ſeu decretorijs eſſe naturales alterationes. Aliud autem eſt dicere omnes criſes factas decretorijs diebus eſſe naturales, & aliud eſt dicere criſes factas diebus imparibus eſſe naturales, paribus verò eſſe præternaturam, vnde apparet reſponſionem à Mercuriali allatam non eſſe Ariſtotelis. Quòd etiam falſa ſit, etiam ſi eſſet Ariſtotelis, hinc apparet, quia Gal. 4. acut. 76. ſcribit ſe purgaſſe quarta die, quæ eſt dies par. Hoc idem feciſſe Hipp. pluribus authoritatibus ſupra allatis luce clariùs apparet, & id eſt, quod nunc quæritur. Huic addo, quòd Hipp. lib. de humoribus tam decimatertia, quàm decimaquarta die purgat, quamuis diuerſa ratione; diebus enim imparibus per ſuperiora, paribus verò per inferiora: & hoc quidem non ſine ratione factum videtur; nam cùm (vt ſupra dictū eſt, & optimè quidem) ars debeat imitari naturam rectè operantem, hæc verò corpus in ægritudinibus potiſſimùm euacuet à prauis humoribus tam paribus, quàm imparibus diebus, ars quoque ad naturæ imitationem tam paribus, quàm imparibus diebus purgare poteſt. Quamobrem propoſita diſceptatio nullam aliam habebit determinationem niſi, quòd tam paribus, quàm imparibus diebus liceat medicamento vti. H

Vlteriùs ſunt aliqui dies, quibus natura non modò non rectè operatur, ſed cum maximo vitæ periculo euacuationem tentat; iudicat enim tunc cum difficillimis ſymptomatibus, nempe caro, cataphora, ſenſus priuatione, animi deliquio, pulſus concidentia caloris defectu, tremore, parotidibus malignis, morbo regio, abſceſſibus, &c. Ad hæc infidè, imperfectè, obſcurè, & ſine notis, talis eſt inter alios dies ſextus, quem Galenus Tyranno aſſimilat (adeo malignè, & deprauatè iudicat) qui pernitie illius, quem iudicat, delectatur, & gaudet, vel ipſius ſalute dolet, & contriſtatur, ex Gal. 1. de diebus decret. cap. 4. Sunt etiam alij eiuſdem ferè naturæ, nec multùm ab ipſius ſexti natura recedentes, vt ſunt Gal. authore præcit. loco cap. 5. octauus, decimus, duodecimus, decimusſextus, & decimusnonus, quos Gal. comparat ſexto diei; quare cùm in ſexta die non ſit purgandum, quia in ipſo natura non benè operatur, ergo in iam dictis

neque

A neque purgandum erit. Primus, & ſecundus, in quibus natura nihil operatur, neque indicat, neque indicat: deinde dicendum eſt neque die quarta, vndecima, & decimaſeptima, neque ſeptima, decimaquarta, & vigeſima, qui ſunt indicatorij, & iudicatorij dies, purgandum eſſe, ne fortè perturbetur criſis vel præſens, vel futura. Quare nullus poterit aſſignari dies, in quo inſtituenda ſit purgatio ex arte, cùm aliqui ſint, in quibus natura non benè operatur; in alijs ne operatur quidem, & in alijs licet operetur, eius tamen operatio non eſt ab arte impedienda, aut perturbanda. Priores dies ſunt ſextus, octauus, decimus, duodecimus, decimusſextus, decimusoctauus, decimusnonus: ſecundi ſunt primus, & ſecundus primæ ſeptimanæ: tertij verò ſunt iudicatorij, & indicatorij, nempe ſeptimus, decimusquartus, & vigeſimus: quartus, vndecimus, & decimuſſeptimus. Vnde relinquuntur duo dies in prima ſeptimana, vt eſt tertius, & quintus, in ſecunda verò nonus, & decimustertius, in quibus licebit purgare, hi autem ſunt dies impares, ergo in diebus imparibus poterit purgari. Res hæc videtur ſanè difficilis ſolutu, & eò difficilior eſt, quia ex ſcriptoribus nemo ferè reperitur, qui accuratè B eam examini ſubiecerit.

Petrus Salius ſuper lib. 4. de morbis conatur hanc difficultatem è medio tollere dicens morbos acutos, in quibus purgandum eſt, ad duo capita reuocari: primum eſt eorum, qui vnica acceſſione terminantur, vt ſunt febres ſynochæ: aliud eorum, qui periodum habent certum, vel de tertio in tertium recurrentem, vel alio modo. Rurſus huiuſmodi morbi, qui talem habent periodum, diuiduntur in duas differentias; quandoquidem alij duas habent acceſſiones, alij verò vnicam per duos dies continuantem. Rurſus, qui duas habent acceſſiones, vel pares habent eas, vel impares: ſi pares, eandem naturam ſortiuntur cum ijs febribus, quæ vnicam habent acceſſionem, nullumque typum, vnde mutationem, & iudicia non recipiunt, niſi in diebus indicatorijs, nec hi moueri diebus paribus, aut imparibus dicuntur. Si verò acceſſiones habeant impares, vbi prima acceſſio ſit deterior ſecunda, & primæ correſpondeat tertia, tertiæ autem quinta, quintæ verò ſeptima, & ſic de ſingulis, tunc dicitur morbus diebus imparibus moueri. Si verò ex aduerſo ſecunda acceſſio ſit deterior, prima, & ſecundæ correſpon- C deat quarta, quartæ, verò ſexta, & ſextæ octaua, & ſic de reliquis, morbus moueri diebus paribus dicetur.

In morbis, qui vnicam habent acceſſionem per duos dies continuantem, conſiderandum eſt, quæ ſit pars acceſſionis deterior, aut benignior, & quæ eiuſdem acceſſionis pars ſit tolerabilior & quæ minùs tolerabilis; nam qua die pars acceſſionis deterior, & minùs tolerabilis inciderit, ſecundùm eandem diem dicitur moueri morbus. Vnde ſi prima die, cui correſpondeat tertia, & tertia, cui quinta comparetur, & ſic de alijs, contingat deteriorem, & moleſtiorem acceſſionis partem affligere patientem, dicitur tunc morbus imparibus diebus moueri: ſi autem hoc idem eueniat ſecunda die, cui correſpondeat quarta, & quartæ ſexta, & ſic de cæteris, tunc morbus dicitur moueri diebus paribus. Qui morbi (ſiue paribus, ſiue imparibus diebus moueantur) ſiunt ſemper à materia bilioſa, aut ſola, quæ eſt, vel putrefacta, vel aduſta, vel cum putrefactione inſignem patitur aduſtionem: aut mixta, cui iunctus ſit alius humor, ſiue pituita, ſiue melancholia in qua admixtione bilis dominium habeat, hinc de tertio in tertium D diem exaſperantur, ſiue pares, ſiue impares ſint dies. In quibus igitur febribus pares ſunt acceſſiones, occaſio purgandi à Medico non ita promptè haberi poteſt: aut indifferenter quauis die, ſiue pari, ſiue impari tutò, & ex arte poterit ægrotanti exhiberi medicamentum purgans.

In alijs verò nunquam videtur eſſe purgandum in die maioris afflictionis, ſiue acceſſiones duæ ſint, ſiue vna ſola; nam vbi vna acceſſio ſit deterior altera, magis ſanè rationi eſt conſonũ, vt purgatio fiat quietiori, & benigniori, quàm in deteriori acceſſionis die: & ratio quidem eſt in promptu, quia eadem die non eſt permittendum fieri duas magnas mutationes, quemadmodum eſt motus acceſſionis, & medicamenti purgantis. Ita quoque vbi vnica eſt acceſſio, quæ ſecunda die augmentum acceſſionis, aut ſtatum habeat, nec prima, nec ſecunda die erit purgandum, cùm prima tota conſumatur in principio acceſſionis, ſecunda verò tota in augmento, & ſtatu ipſius, in quibus non eſt purgandum. Quòd ſi purgandũ neceſſariò eſt, non poſſumus purgare niſi in fine ſtatus,

ſeu initio declinationis acceſſionis. Hæc ſunt, quæ à Petro Salio de hac materia ſuper E 4. lib. Hipp. de morbis determinantur, quæ difficultatem potiùs augent; nam talis dies (quęcunque fuerit) neceſſariò eſt opus, vt ſit par, aut impar, vnde quęſtio propoſita ad idem omninò redibit, videlicet quòd purgandum ſit tam paribus, quàm imparibus diebus. Pro ſolutione igitur, atque dilucidatione huius quæſtionis puto nonnulla eſſe ſupponenda tanquam fundamenta.

Primum eſt indicationes purgandi non eſſe, vt dicebat Galenus, deſumendas à numero dierum, ſed ab indicante, & permittente. Secundò quòd aliquæ acceſſiones exaſperantur diebus paribus, aliæ verò diebus imparibus. Tertiò quòd ars, & ſi imitari debeat naturam rectè operantem, quædam tamen facere poteſt, quæ à natura fieri minimè poſſunt, complereque, quæ ab eadem natura diminutè, aut etiam deprauatè fiunt. Quartò animaduertere oportet, an diebus iudicatorijs (ſiue hi pares, ſiue impares fuerint) natura moueat in actu aliquid, vel ſuſpicio aliqua ſit, quòd mouere poſſit. Quintò quòd morborum acutorũ alij ſunt lethales, alij ſalubres: vnde alia ratione procedendum eſt in morbis lethalibus, & alia in ſalubribus, ſi lethales tum curatio- F ne coacta vtendum eſt, regulaſque illas vniuerſales tranſcendere Medici coguntur, non ſecus atque in victus ratione contingit, in qua quidem alimenta non ſunt in principio acceſſionis adhibenda, ſed in declinatione, & tamen aliquando impellimur recedere ab hac vniuerſalitate, & alimentum offerre initio acceſſionis, 10. meth. cap. 1. Poſtremò ſupponendum eſt, quòd quæſitum iſtud verſatur potiſſimùm circa morbos acutos.

His ſic ſtantibus dicendum eſt illam diem commodam eſſe ad purgationem, in qua indicans præſens eſt, & adeſt permittens, ſiue turgeat materia propriè, ſiue impropriè, ſeu maligna ſit, aut quantitate peccet, aut quouis alio modo, vt ſupra à nobis dictum fuit. Deinde is dies aptior ad purgandum habetur, qui eſt minoris afflictionis, ſiue par, ſiue impar ille fuerit. Hac facta conſideratione, vt in principio acceſſionis purgandum ſit per ſuperiora, in fine per inferiora, quamuis Hipp. 1. de humoribus hanc aſſignet diuiſionem, quòd exacerbationes vel fiunt imparibus diebus, vel paribus, & primo modo per ſuperiora, ſecundo per inferiora purgandum eſſe dicat. Galenus libro quos, quando, & quibus, dicebat initio acceſſionum per vomitum, in fine verò per ſeceſſum: G quæ Gal. propoſitio intelligenda eſt de vomitu tam in die maioris, quàm minoris afflictionis. Sed nobis eſt ſermo de materia educenda per ſeceſſum, hoc eſt, de purgatione propriè dicta, & inquirimus vtrum detur aliqua regula firma, & certa, qua poſſimus inferre eſſe purgandum die pari, an potiùs impari. Hac in re exiſtimo dicendum nullam poſſe dari certam, & determinatam regulam, niſi eam, quam Gal. conſiderat loco cit. videlicet, vel exacerbantur acceſſiones diebus paribus, vel imparibus, ſi acceſſio die pari ſit maioris afflictionis, die impari eſt purgandum: ſin autem imparibus diebus exacerbatur, paribus exhibendum pharmacum purgans erit. Et quamuis natura paribus diebus, nempe ſexto, octauo, & alijs dictis, non rectè iudicat, fieri tamen poteſt, vt ars rectè operetur, & purgatio ſuccedat cum tolerantia, & conferentia ægrotantis, vt ſæpe experientia comprobatum eſt; nam fieri poteſt, vt morbus prima die habeat prauam acceſſionem, ſecunda verò meliorem, tertia peiorem prima; & tunc ſi quarta non fuerit purgatus æger, neque debet purgari quinta die, cùm ſupponatur acceſſionem vehementiorem futuram; ergo ſextus dies eſt, quo benigna exiſtente acceſſione purgatio H facienda eſt, quæ ſi omittatur, poteſt fieri octauo.

Sed purgatio in prima ſeptimana poteſt contingere duobus modis pro diuerſitate materiæ; nam vel materia biliosa ſola eſt, & aduſta, & putrefacta, atque tenuis, vel ſola quidem ſed craſſa, vt vitellina, ac etiam eruginoſa, vel non ſola eſt, ſed alijs humoribus mixta ſiue pituitæ, ſiue melancholiæ: ſi primo modo diebus imparibus velociter mouetur, & facit acceſſiones vehementes, ita vt primus dies ſit vehemens, cui tertius correſpondeat, huic quintus, & quinto ſeptimus, & in hoc caſu primus dies purgationis eſſet ſecundus dies, deinde quartus, tertio loco ſextus, in prima ſeptimana, in alijs verò diebus eiuſdem primæ ſeptimanæ, tertio ſcilicet, quinto, & ſeptimo minimè licet purgare, quia, vt dictum eſt, duæ graues mutationes, ſeu motiones in corpore eodem die factæ ſunt admodum periculoſæ; tum quia conſueuit humor bilioſus hiſce diebus imparibus moueri, vnde periculum eſſet de ſuperflua purgatione. Quare in prima ſepti-

mana

A mana in hoc caſu ſecundus dies, quartus, & ſextus aptiores ſunt ad purgationem fa-
ciendam, quamuis ſecunda die natura non conſueuerit mouere. Deinde fieri poteſt, vt
materia morbifica iam dicta, ita à principio moueatur, vt ad quartum vſque diem be-
nigna appareat, quinta verò vehementer exaſperetur, & faciat acceſſionem vehemen-
tem, & tunc die ſexta ſi opus eſt, licet purgare, quia ſextus dies tunc habet rationem
ſecundi diei primæ ſeptimanę, & octauus quartę. Si ſecundo modo acceſſiones exaſpe-
rentur diebus paribus, vt quando prima acceſſio eſt benigna, ſecunda verò eſt pra-
ua, deinde tertia correſpondeat primæ, & quarta ſecundæ, & ſic de ſingulis, dico quòd
tertia die, & etiam prima fas ſit vti medicamento purgante, ſimiliter & quinta, ac etiam
ſeptima, & ratio eſt, quia & ſi materia, quæ facit huiuſmodi morbos, bilioſa ſit, cùm
tamen ea eſſe poſſit craſſa, & vitellina, vel admixta pituitæ, quæ tardum habet motum,
exaſperari quidem poterit hac de cauſa diebus paribus, ac proinde in illis non erit pur-
gandum. Statuendum igitur eſt, dies purgationi accommodatos in prima ſeptimana
eſſe poſſe primum, tertium, quintum, & ſeptimum, quia hiſce diebus in dictis morbis
B nunquam ſolet fieri vehemens materiæ morbificæ motus, aut ſaltem rarò.

Inſuper rectè ſtatuendum eſt ex Hipp. & Gal. diebus tam imparibus, quàm paribus
fieri criſes, proinde etiam, & ad ipſius naturæ imitationem poſſe Medicum tam diebus
paribus, quàm imparibus facere purgationem habita tamen conſideratione ſuperiùs
explicata. Namque in prioribus febribus, aut alijs morbis quarta die non fit iudicium,
neque aliquid iudicari poteſt, in ea igitur purgari tutò poteſt: & hoc eſt, quod dicebat
Hipp. præcit. in locis, quos rectè conſiderantes Meſſanenſes Medici appoſitè inſti-
tuunt curationem quarta die, & reliquis diebus paribus: è cõtra tamen in alijs febribus
perperam agerent, ſi quarta die, aut alijs paribus purgarent: vnde ſapienter Gal. dixit
ſe aliquando purgaſſe ſecunda, quarta, aut quinta die. In primis quidem duobus quan-
do obſeruauit cauſam morbificam exaſperari imparibus diebus, in quinta verò inter-
dum, vbi cauſa morbifica diebus paribus magis exaſperabatur. Ex his denique conclu-
do, quòd curatio, quæ fit per medicamentũ purgans, alia regularis, & ordinata eſt, alia
coacta, quæ & ipſa ſuis regulis non eſt deſtituta: prima obſeruatur in morbis ſalubribus
C ea ratione, qua à nobis dictum eſt. Secunda in morbis ex humorum defluxu factis, qui
purgationem requirunt in quacunque die ſiue pari, ſiue impari, quia in ijs purgatio re-
quiritur reuulſionis gratia. Hæc eadem coacta curatio inſtituenda eſt materia turgen-
te, in qua nulla dierum obſeruatio haberi debet, nec non & in morbis lethalibus, aut
valde dubijs, in quibus purgandum eſt quauis die, & tempore; ſcribit enim Auic. 1.
4. tr. 2. cap. 7. quòd ita agendum eſt per pharmaciam, quemadmodum per victus ra-
tionem, in qua in principio morbi, in augmento, & ſtatu nulla diſtinctione facta ægro-
tantes quandoque nutrire oportet, & hæc de materia diei purgationis faciendæ in
morbis acutis, ſed antequam ea abſoluatur, enodanda ſunt duo dubia.

Expenduntur duo quæſita ad hanc materiam attinentia.
Cap. VII.

DVo hoc loci circa præſentem tractatum penitùs inſpicienda exoriun-
D tur, vnum magis neceſſarium, aliud magis curioſum, vtrumque tamen
ſcitu dignum. Primum eſt an morbi, qui per dies pares exaſperantur,
ſint lethales? Secundum eſt, cur Gal. lib. 4. acut. tex. com. 76. dicens
ſe purgaſſe die ſecunda, quarta, & quinta omiſerit tertiam, & ſextam?
Quod ad primum attinet, præbuit nobis anſam huius inquirendæ
dubitationis Hipp. 1. epid. com. 2. tex. com. 75. qui inter alia ſigna lethalia ponit morbi
exaſpirationem diebus paribus, Gal. verò in com. dicebat ſignum eſſe peſſimi iudicij,
aut longitudinis morbi: quod ſanè vtrumque malum eſt: & eodem lib. ſec. 3. in Philiſci
hiſtoria tex. 18. inter alia ſigna mortis enumerabat acceſſiones factas diebus paribus
primæ ſeptimanæ; ait enim ſecunda die omnia exacerbata ſunt, quarta omnia prorita-
ta, ſexta die obijt. Acceſſiones, igitur diebus paribus contingentes morbos deterioris
conditionis eſſe oſtendunt. Hoc idem confirmari poteſt ex Gal. 1. de diebus decret.
cap. 13. vbi ſcribit, quòd ſi morbi valde acuti ſint, appareantque ſigna lethalia, ægro-

tantem

tantem die quarta periturum: præterea idem Gal. lib. cit. cap. 11. dicebat, quòd vbi E
morbus acutus ſit, & exacerbatio fiat per dies pares, quòd ægrotus quarto, aut ſexto die peribit, hoc eſt, morbus quarto, aut ad ſummum ſexto finietur. Hipp. etiam lib. de decret. referente Cardano contro 5. trac. 3. lib. 1. primum morborum ſalubrium circuitum ſtatuit intra quinque dies, mortalium verò intra quatuor. Ex altera verò parte videntur morbi acuti, qui per pares mouentur, eſſe ſalubres; Hipp. enim (à quo omnia hæc, quæ de hac materia ſcribuntur tanquã ab oraculo quodam emanant) ſcriptum reliquit 3. epid. ſec. 3. tex. 83. tales morbos ſalubres eſſe, rectéque ad ſalutem diebus paribus terminatos fuiſſe: idque conſtat in hiſtoria Periclis Abderitæ, qui quarta die ex acuto morbo liberatus fuit: & tex. 83. Virgo Lariſſæa ſexto die ab acutiſſimo morbo immunis euaſit. Succedit, quòd Hipp. & Gal. ſtatuunt indicationes morborum fieri ijs diebus, quibus maximę fiunt mutationes, illæ autem fiunt diebus paribus, ergo & iudicationes. Quare morbi, qui per dies pares mouentur, non ſunt praui, neque lethales. Adde Hipp. 4. aph. 43. ſcribentem febres, quæ tertio quoque die exaſperantur magis periculoſas eſſe, ſed tales diebus imparibus exaſperantur, ergo magis periculoſæ ſunt F
illæ, quæ diebus imparibus mouentur.

Vt nodus hic diſſoluatur, exiſtimo deueniendum eſſe ad acutorum morborum diuiſionem. Ex morbis igitur acutis alij ſunt peracuti, alij perperacuti, & alij ſimpliciter acuti, hoc eſt dictu, alij ſunt acuti, alij acutiores, alij acutiſſimi, qui omnes ortum ducunt à materia bilioſa, vel ſimplici, aut alicui humori mixta. Si à ſimplici materia bilioſa oriuntur, videndum eſt, an ea naturalis, aut præternaturam ſit, craſſior ne, an tenuior, quæ vtraque etiam aduſta ſecundùm magis, & minùs eſſe poteſt. Si à mixta, tunc vel erit vnita melancholiæ aduſtæ, aut humori pituitoſo, vel aduſto, vel non aduſto. His prænotatis, ſi bilis tenuis ſola putrefacta fuerit, facit ſemper acceſſiones de tertio in tertium diebus imparibus: vbi verò craſſa fuerit, vt vitellina, vel alicui humori iam dicto admixta ſiue melancholiæ, ſiue pituitæ, mouetur quidem de tertio in tertium, ſed diebus paribus. Verùm quamuis à bile vtroque modo ſe habente fiant morbi, peracuti nempe, atque acuti; attamen à bile ſincera breuiores acceſſiones fiunt, & quæ celeri mouentur motu. Et talis bilis, vbi fuerit putrefacta, facit febres, quæ acceſſiones habent G
diebus imparibus vehementiores, ratio eſt, quia prima die ob motus celeritatem peiora tempora acceſſionis pertranſeunt, nempe principium, augmentum, & ſtatus, ſecunda verò die, fit declinatio, & remiſſio ipſius febris recurrente noua acceſſione in die impari: vnde in huiuſmodi febribus dies impares ſunt ſemper deteriores, eò quòd in ipſis deteriora tempora percurrant, paribus verò mitiora, nempe declinatio, & remiſſio acceſſionis.

Hæc reſponſio eſt Petri Salij loco citato de morbis, quæ fortè verificari poterit in febribus bilioſis continuis vnicam habentibus acceſſionem, non tamen vbi duæ adſunt acceſſiones, & præſertim ſi complicentur per craſim, hoc eſt per confuſionem, vel compoſitionem, quæ poteſt eſſe duplici modo, vel per concomitantiam (vt aiunt) vel per ſubalternationem: ſi primo modo res euenit, nempe vt duæ acceſſiones ita confundantur, vt vna, & eadem hora inuadant, ſimulque terminentur, fieri quidem poteſt, vt augmentum, & ſtatus ſit in prima die: in ſecunda verò declinatio, & ſic dies par impari mitior ſit. Sed ſi res ſecundo modo ſucceſſerit, non videtur poſſe fieri, vt prima H
die peiora tempora tranſeant, cùm ſtatim ſuccedat ſecunda acceſſio ipſo augmento exiſtente, quo nomine prima die primæ acceſsionis praua ſymptomata, & tempora tranſibunt quidem, ſed die ſecunda eadem tempora ſecundæ acceſsionis habebimus: quare non erit maior ratio vnius, quàm alterius acceſsionis, atque ita tam paribus, quàm imparibus diebus hac ratione morbus mouebitur. Sed reſpondet Salius duobus modis: primo, quia in ſecunda die aderit pars ſaltem declinationis: ſecundo modo, quia acceſsio ſecunda eſt minor, ideſt minùs vehemens, quàm prima: quare dies par mitior erit, quàm impar; tertius enim correſpondet primo, & quintus tertio, & ſic de reliquis: duplici igitur nomine dies par erit mitior, tum quia admittit prioris acceſsionis declinationem, tum quia acceſsio eſt minor.

Hæc reſponſio admitti fortè poſſet in illis acceſsionibus, quæ per concomitantiam ſe conſequuntur, non autem in ijs, quæ aut per ſubintrantiam, aut ſubalternationem ſe

conſe-

A conſequuntur; nam vna in augmento, aut ſtatu exiſtente, altera ſuccedit: vnde quando
prior erit in declinatione, altera erit in ſtatu, & ſic ſecunda dies ſimilis erit primæ, quo
ad vehementiam: non igitur dicendum videtur dies impares vehementiores paribus
eſſe deſumpta ratioue ab acceſsionis tempore. Conuellitur ſecuudò eadem Salij re-
ſponſio, quòd reddens rationem cur diebus paribus vehementiùs moueantur morbi,
id euenire ſcribit eadem ratione à varijs acceſsionum temporibus accepta; nam cùm
bilis (iuquit) ſit vel craſsior, vt pote vitellina, vel alicui humori admixta, melancholiæ
ſcilicet, vel pituitæ, tardiùs acceuditur, atque ideo augmentum, & ſtatus ad ſecundum
diem producuntur principio lougo admodum exiſtente. Hoc ratioui conſonum vide-
tur; principium euim ſolet eſſe non admodum laborioſum, ſiquidem iu principio, at-
que in fine omnia ſunt mitiora, in augmento, & ſtatu omnia vehementiora. Cùm igi-
tur augmentum, & ſtatus eueniant ſecunda die, quæ eſt par, mirum nou eſt, ſi dies par
ſit magis vehemens: ſi verò duæ eodem die futuræ ſunt acceſſiones, neceſſariò ob
prædictas canſas prima acceſſio erit mitior ſecunda. Quare concludit in his duobus
B caſibus, quòd febris ſemper mouebitur diebus paribus, cùm dies ſecunda deterior ſit
prima, & ſucceſſiuo tempore conſequenter acceſſiones his proportionatæ corre-
ſpondeant.

Si bilis rurſus craſſa, & exardens exiſtat cum aliqua prauitate ab exuſtione accepta,
vel admixtionis praui alicuius humoris ratione, vt pote hnmoris melancholici, vel ab
aliqua alia cauſa praua ſit, poterit quidem prima die vehementi incendio conflagrare:
at ſecunda die, ſi febris remiſſionem prima die non acceperit, vehemens incendium
excitabit: ſi verò decliuationem in prima die acceperit ob prauitatem conceptam, cau-
ſabit declinationem cum prauis ſymptomatibus concomitatam. Ex labore enim in
huiuſmodi declinationibus ſuccedere ſolent animi deliquia, extremorum frigiditates,
pulſus obſcuritates, & paruitates, aut ſudoris inæqualitas, aut frigiditas, quæ omnia
morbũ prauum eſſe, & naturã ſuccumbere oſtendũt. Hæc autẽ cùm ſecũda die potiùs
quàm prima, hiſque proportionatæ ſubſequantur acceſſiones, morbum paribus diebus
moueri ſignificabunt: quod idem ſi fiat prima die, diebuſque ei proportionatis, dicetur
C morbus moueri imparibus diebus, at hoc rariſſimum eſt, illud autem frequentiùs; diu-
turnus enim labor magis, quàm breuis ſolet vires euertere, & corpus diſſoluere. Hinc
meritò fit, vt in omnibus morbis moueri diebus paribus ſit malum, cùm ſecunda dies,
quæ remiſſionem tum febris, tum laborum excipere deberet, ſit antecedenti deterior,
& magis laborioſa.

Sed hic ſermo nou eſt de morborum vehementia reſpectu temporum acceſſionis;
vnicuique enim manifeſtum eſt ſtatum eſſe tempus, ſeu vt dicebat Auic. horam cæte-
teris peiorem: ſed inquiſitio eſt de morbis per comparationem ad totas acceſsiones
ſecundùm omnia earum tempora, qui ſint nempe morbi inter acutos peiores illi, qui-
bus acceſſiones ſunt peiores paribus diebus an contra? Qua in re definienda nec
placet Valleſij determiuatio 1. epid. ſect. 3. con. 75. quòd pares ſint peioris couditio-
nis, eò quòd dies pares, ſeu mutationes factæ diebus paribus ab aſtris nullum accipiant
iuuamentum, & hinc eſt etiam, cur dies pares ſint minùs iudicatorij. In hac huius viri
doctiſſimi, & eruditiſſimi determinatione duo ſunt, quæ obſcuritatẽ faciunt non ſper-
D nendam, primùm eſt, quòd pares ſint minùs iudicatorij, quia & quartus, & decimus-
quartus, & vigeſimus ſunt dies pares, & tamen frequentiſſimè ijs diebus fiuut criſes, vt
Hipp. & Gal. pluribus in locis tradiderunt, experientiaque quotidiana demoſtrat, dein-
de cùm motiones, & alterationes, quæ ab aſtris prodeunt, ſint tanquam cauſæ quædam
vniuerſales, non videtur maior ratio paris, quàm imparis diei, non igitur iuuantur ma-
gis ab aſtris dies impares, quàm pares.

Pro ſolutione igitur puto dicendum eſſe, quòd morbi acuti dicuntur illi, qui celeri-
ter, continenter, & vehementer mouentur; ad morbi enim acutiem (Hipp. docente)
tria hæc requiruntur celeritas, continuitas, & vehementia. Sunt autem acuti morbi in
duplici differentia; nam alij ſunt peracuti, alij ſimpliciter acuti. Rurſus peracutorum
alij exactè peracuti dicūtur (à quibuſdam vocati per peracuti) alij peracuti ſimpliciter.
Rurſus acutorum alij ſunt ſimpliciter tales, alij acuti ex decideutia, quos Gal. 2. aph. 23.
veriùs appellandos eſſe cenſuit acutos per prioris ſtatus in alium mutationem, aut à ſua
ſpecie

Digitized by Google

ſpecie degenerationem, quàm acutos ex decidentia. Hi quidem retinent nomen tantùm, ſed naturam planè amiſerunt; lento enim mouentur, & incedunt gradu, quaſi fræno cohibiti ne laxis habenis ad ſuum terminum properarent, ſtante hac morborum horum acutorum diuiſione dico, quòd extremè peracuti, hoc eſt perperacuti, aut (vt dicunt nonnulli) acutiſſimi primo quaternario iudicantur, ſicut docuit Hipp. 2. tex. tertiæ ſect. prognoſt. dicebat enim ſimpliciſſimas, hoc eſt (vt eius verbis loquar) puriſſimas, ac benigniſſimas febres firmis ſignis firmatas quarto die, aut citiùs deſinere, quemadmodum deterrimas, ac malignas, ſiguiſque difficillimis affligentes quarto die, citiuſque interimere. Morbi verò, qui peracuti dicuntur, ſoleat primo ſeptenario iudicari: acuti autem decimaquarta die, quod longiſſimum eſt ſpatium, terminantur: morbi itaque acuti non poſſunt diem decimumquartum tranſcendere, licet ſæpè contingat terminari infra decimum quartum; at ſtatutus vt plurimùm acutorum terminus eſt decimusquartus dies. E

Iam verò cùm febres acutiſſimæ, aut perperacuti morbi ſint in duplici differentia, quemadmodum etiam, & peracuti, nempe alij benigniſſimi, & ſignis optimis confirmati, alij è contra prauis ſymptomatibus prædìti, priores terminantur ad bonum quarta die, aut etiam citiùs, nempe tertia: peracuti verò attingunt primum ſeptenarium. At maligniſſimi die quarto, aut citiùs interimunt; aliquando verò ſextum diem attingunt, in quo moriuntur ægrotantes ab ipſa morbi violentia interempti; iiſdem enim potiſſimùm diebus ſiunt febrium indicationes, ex quibus & ſuperſunt homines, & intereunt, hoc eſt ex indicatorijs diebus. Sed quoniam in prima ſeptimana ſunt dies indicatorij, hinc eſt, quòd morbi prædicti terminantur, ſiue modò moueantur diebus paribus, ſiue imparibus. Qui in principio ſecunda die praua ſymptomata habent, ij quarto, aut ſexto die moriuntur; quiqui primo die prauis ſymptomatibus torquentur tertia die, nonnunquam quinta, aliquando verò & ſeptima moriuntur. Quarè tum illi, qui mouentur diebus paribus, quàm imparibus peſſimi ſunt, cùm omnes interimant ægrotos, & per conſequens ſunt etiam peſſimi iudicij inter ſe malignitate parum diſtantes. Vbi autem hi ſiunt ex benigniſſima materia terminantur ad bonum ægrotos liberantes, quocirca vix determinari poſſe videtur, qui nam horum peiores ſint, cùm omnes in primo quartanario interimant, id tantummodo addimus, quòd exaſperari diebus imparibus frequentiùs accidat, quàm paribus; nam vt dicebat doctiſſimus Mercurialis hanc per pares dies exaſperationem, aut motum in morbis eſſe quid rarum, & vt ab Hipp. in Philiſco fuit obſeruatum ad malum terminari, contigit in Pericle verò nec non in Lariſſæa ad bonum. F G

Quare dicendum eſt propoſitiones affirmantes res, quæ rarò eueniunt, non facere ad ſcientiam, ſed tantùm illas, quæ vel, vt ſemper, vel vt pluriumùm enuntiant: rarum eſt igitur criſes fieri bonas die quarto. Vnde mirum non eſt, ſi eam Galenus ſemel tantùm, Archigines verò bis in tota vita obſeruarint. Hipp. quoque in multis ægrotis, quos curabat tam in epidemijs, quàm alibi, pauciſſimos morbos ex acutorum genere obſeruauit, in quibus diebus paribus fierent exaſperationes. Ex huiuſmodi igitur rarò contingentibus non poteſt fieri obſeruatio, quare neque conſideranda tam exactè ea ſunt. Hoc vnum pro coronide addimus, quòd morbi omnes, qui primo ſeptenario homines interimunt, ſiue paribus, ſiue imparibus diebus moueantur, peſſimi ſunt, & ex maligna admodum materia orti: qui è contra ſoluuntur eodem tempore ex benigniſſima ſiunt materia, & benigniſſimi ſunt. Pro hac materia rectè intelligenda ſcire eſt opus Medicos non ſecus, atque alios artifices habere dies quoſdam fauſtos, & infauſtos, in quibus operantur, & abſtinent ab operationibus in morbis pellendis. Sic Agricolæ, Aſtrologi, & Nautæ aliquos habent dies ſuſpectos, alios verò minimè, licet multa ab illis interdum conſiderentur ſuperſtitioſa, & fallacia, de quibus non eſt, vt quidquam in præſentiarum agamus amplectentes tantùm Medicorum dies, qui longa experientia edocti dierum contemplationem medicæ exercitationi ſubijecerũt, quandoquidem animaduerterunt aliquos dies in morbis, alijs potentiùs decernere, & imparibus ferè omnibus naturam aduerſus morbos inſurgere, inſignique aliqua excretione, aut abſceſſu humorem morbificum nunc foras, nunc intrò, aut aliò (quò oportet) trudere, hinc dies quoſdam ſibi ſtatuerunt, quos in vniuerſum criticos decernentes, ſeu indicatorios H

Digitized by Google

A catorios vocarunt, quorum alios ſalutares, & fauſtos, alios contra eſſe ſtatuerunt.

Dies hos diuinus Hipp. primus omnium obſeruauit, de quibus in lib. epid. in aphor.
in prognoſt. & libello de iudicationibus accuratiſſimè ſcripſit. Hunc imitati ſunt Archi-
genes, Diocles, Heraclides Tarentinus, Philotimus, quos omnes ſectatus eſt Galenus,
qui dierum omnium naturam, differentias, & vires tribus libris ita concinnè, & elegan-
ter ſcripſit, vt vix ab intellectu humano addi, vel diminui quidquam poſſit. Nec etiam
Ariſtoteles dierum criticorum vim, aut naturam ignorauit, cùm quinto phyſ. cap. 6.
ſupra tex. 58. ſcripſerit morbi ſolutionem, quæ fit diebus criticis, fieri ſecundùm natu-
ralem alterationem, quæ verò fit diebus non criticis fieri per violentam alterationem.
Antequam tamen, quid nomine diei Medici intelligant, afferamus, paulò altiùs eius
nomen repetendum eſt; nam dies eſt in duplici differentia, vt Aſtrologi omnes dicunt,
vnus naturalis, alter artificialis. Naturalis vigintiquatuor horis conſtat æquinoctialibus,
cuius duæ partes ſunt, dies nempe, ideſt ſol lucens ſuper terram, & nox, ideſt terræ vm-
bra in ſolis oppoſitum diametraliter extenſa. Artificialis dies eſt, quandiu ſol eſt ſupra
B terram, & hic inæqualis eſſe ſolet; ſiquidem æſtate eſt longior, hyeme verò breuior;
& horæ ipſius inæquales ſunt, quæ & tempora appellantur. Dies igitur medicus, & cri-
ticus naturalis eſt, conſtatque vigintiquatuor horis, vt docuit Gal. 1. de criſ. cap. 16.
2. eiuſdem cap. 2. lib. aduerſus eos, qui de typis, 9. meth. cap. 5. dicens diem appello
interuallũ vigintiquatuor horarũ æquinoctialium. Idem habet Hipp. lib. ſeptim. partu.

Quamuis ex more diuerſarũ nationum dies ortum ſuum ab ortu ſolis accipiant, vel à
meridie, vel à media nocte, vel ab occaſu ſolis Medici tamẽ ab ea hora, qua cœpit æger
ęgrotare, aut decumbere cum manifeſta actionũ lęſione, dies ſuos initiũ, aut principium
accipere conſentiunt, quos dies in quatuor partes diuidunt, nempe in matutinũ tempus
meridianum, veſpertinum, & nocturnum. Gal. verò has quatuor diei partes propor-
tione correſpondere quatuor anni temporibus 1. epid. ſcriptum reliquit; matutinum
enim tempus analogiam habere dicens veri, meridianum æſtati; veſpertinum autum-
no, & denique nocturnum correſpondere hyemi. Atque hinc dixerunt Medici omnes
tam Latini, quàm Arabes, quòd horis matutinis dominatur ſanguis, circa meridiem
C bilis, circa veſperam melancholia, nocturno tempore pituita. Hincque obſeruarunt
morbos à ſanguine obortos mane exacerbari, quia tunc temporis mouetur ſanguis, &
ea ratione pręcipiunt eſſe mittendum ſanguinem matutinis horis, bilioſos verò circa
meridiem, melancholicos circa veſperam, & pituitoſos noctu, vnde nocturnæ febres
ferè omnes ſunt pituitoſæ, ſicut longa rerum experientia peritiores comprobarunt.
Ita igitur in Græcorum, Arabum, Latinorumque doctrina diei naturalis quatuor ſunt
partes, quibus ſingulæ criſes contingere poſſunt; periculoſiores tamen cæteris ſolent
eſſe nocturnæ. Dies portò, qui decernit, dicitur criticus quidem, ſed ampliſſima qua-
dam ſignificatione, vnde omnes dies critici eſſe poſſunt, verùm propriè criticus, & verè
ille dicitur, qui frequenter, & ſecurè decernit cum excretione, vel abſceſſu.

De diebus criticis loquutus eſt Hipp. quamuis aliter in epid. aliter in prognoſt. &
Aphoriſmis, & ratio eſt, quia, vt Gal. adnotauit, libros epid. ſcripſit Hipp. tamquam
ὑπομνήματα, ſeu obſeruationes quaſdam ad ſui memoriam, vnde dies omnes, quibus cri-
ſes contingebant criticos appellabat; quæ enim ſingulis ægrotis contingebant ſiue bo-
D na, ſiue mala obſeruabat, neque adhuc explorata, neque certa erat dierum criſimorum
cognitio, hinc ſect. 3. 1. lib. epid. 14. dierum criticorum alios impares, & alios pares
eſſe ſcripſit: pares ſunt quartus, ſextus, octauus, decimus, decimusquartus, vigeſimus-
octauus, trigeſimus, quadrageſimusoctauus, ſexageſimus, octuageſimusoctauus; cente-
ſimus. Impares ſunt tertius, quintus, ſeptimus, nonus, vndecimus, vigeſimusprimus,
trigeſimusprimus. In lib. verò Aphor. & Prognoſt. longè accuratiùs hanc materiam
pertractauit; quandoquidem criticorum dierum differẽtias proponens eos tantùm at-
tigit, qui verè ſunt critici, quibus frequentes, fidæ, & ſecuræ contingunt criſes, vnde
quaternarios omnes in acutis morbis potenter decernere voluit, acutorum autem ter-
minum ſtatuit vigeſimum diem. Sunt autem ipſius Hipp. verba 3. progn. cap. 3. *Primus
acutorum impetus quarto die finitur, ſecundus ad ſeptimum producitur, tertius ad vndeci-
mum, quartus ad decimumquartum, quintus, ad decimumſeptimum, ſextus ad vigeſimum.
Huiuſmodi impetus ex acutiſſimis morbis ſunt, qui per quatuor ad viginti ex additione deſi-*

nunt. In aphor. eadem ferè ſcripſit,præſertim 2. aph. 24. *Septenorum quartus eſt index,* E
alterius ſeptimanæ octauus principium; eſt autem vndecimus ſpectandus, ipſe quidem eſt
quartus ſecundæ ſeptimanæ. Rurſus verò decimusſeptimus ſpectandus; ipſe enim quartus à
decimoquarto, ſeptimus verò ab vndecimo.

Ex his Hipp. verbis apparet, quòd à primo die ad vigeſimum vſque ſex ſint quater-
narij, tres ſeptimanæ: quæ ita enumerandæ ſunt, vt ſecunda à prima omninò ſeparetur,
ideſt, vt octauus dies ſecundæ ſeptimanæ ſit principium; tertia verò cum ſecunda co-
puletur, ideſt decimus quartus dies bis enumeretur, ita vt in vigeſimum diem non in
vigeſimumprimum cadat criſis. At dierum intercidentium ne meminit quidem Hipp.
Gal. verò, qui viri huius doctiſſimi, & penè diuini ingenium, & doctrinam cum admira-
tione ſemper coluit, ea quæ obſcuriùs hic tradidit, & admodum compendiosè, & de-
clarare, nec non & ampliare omni induſtria, ac diligentia conatus eſt: quapropter hanc
potiſſimùm de diebus criticis materiam elegantiſſimis, ac doctiſſimis ſuis libris tam de
criſibus, quàm de diebus criticis illuſtrare ſtuduit, remque adeo planam, ac perſpicuam
reddidit, vt omnibus Medicinæ ſtudioſis admirationi fuerit. Verùm in inuenienda cau F
ſa cur Hipp. diem 20. fecerit finem tertiæ ſeptimanæ, & criticum, multa luculenter
ſcripſit, quæ nec ab omnibus Medicis, nec Aſtrologis recepta ſunt, de qua re paulò in-
feriùs. Horum igitur dierum criticorum duos ordines in primis ſtatuit; alij enim ſunt,
qui perfectè iudicant, alij imperfectè, eorum, qui benè, & perfectè indicant, tres attulit
differentias, priores appellauit principes, eò quòd notas omnes habeant, quæ ad perfe-
ctam criſim requiruntur, decernunt ſcilicet ſecurè, perfectè, manifeſtè, & cum indice:
& tales ſunt ſeptimus, decimusquartus, vigeſimus. Secundi, qui proximè ad eos acce-
dunt, ſunt nonus, vndecimus, decimusſeptimus. Tertij ſunt tertius, quartus, quintus.
Qui imperfectè iudicant, aut decernunt, & ipſi ſuos imperfectionis, aut malitiæ gradus
habent; alij namque frequenter decernunt, vt ſextus, qui confertur Tyranno, alij ra-
riùs, vt octauus, & decimus, & alij rariſſimè, vt duodecimus, & decimusſextus.

Ex his diebus criticis tam ex Hipp. quàm ex Gal. deſumptis colligere licet tres dari
circuituum ordines: primus ad vigeſimum, ſecundus ad quadrageſimum, tertius ad
centeſimum extenditur. Primus conſtat ſex quartanarijs; ſecundus ſex ſeptimanis; G
tertius quinque vicenarijs (quamuis omnes ſeptimanæ ſemper diuidi poſſint in quar-
tanarios) & quartanarij omnes à primo ad vigeſimũ, ſeptenarij à vigeſimo ad quadra-
geſimum, vicenarij à quadrageſimo ad centeſimum omnes ſunt critici. Statuuntur ergo
tres dierum criticorum circuitus, vnus minor ex quaternionibus, alter maior ex ſepti-
manis, tertius maximus, & perfectiſſimus ex vicenario numero in ſe aucto, & multipli-
cato. Hæc ſunt, quæ ab Hipp. & Gal. de diebus criticis compendioſa methodo colligi
poſſunt. Eſt modò recentiorum determinatio, qui dicunt dies criticos eos eſſe appel-
landos, in quibus mutationes contingunt plurimæ, ac firmæ: horum in morbis acutis
tres differentiæ habentur; nam aliqui ſunt verè, & perfectè critici, alij indices, & alij
intercidentes. Dies perfectè critici abſolutè criſimi, ac principes dicuntur, ab Arabibus
verò vocantur eradicatiui, vel radicales, quia quæ in his contingunt criſes, omnes per-
fectæ criſis notas habent: tales ſunt tres ſeptenarij, ſeptimus videlicet, decimusquar-
tus, & vigeſimus. Sed omnis perfecta criſis debet eſſe indicata, vnde quilibet ſeptena-
rius dies ſuum habet indicem, vt pote ſeptimus habet quartum, decimusquartus vnde- H
cimum, vigeſimus decimumſeptimum. Debet inſuper eſſe manifeſta, cum excre-
tione laudabili, aut abſceſſu inſigni: ſolet autem natura ſponte nullo pharmaco laceſſi-
ta ſeptimo, decimoquarto, & vigeſimo die excernere. Debet eſſe etiam ſine periculo,
& vt illis diebus plures ſanentur, quàm moriantur, vt à Gal. obſeruatum eſt ſecundo de
diebus crit. cap. 7. qui æſtate vna plures quàm quadringentos homines acuto morbo
laborantes, ſeptimo die perfectè iudicatos fuiſſe ſcribit: meritò igitur hi tres dies verè,
& perfectè critici dicuntur.

Secundus dierum criticorum ordo eorum eſt, quos contemplabiles appellat Hipp.
nos indices, & internuncios appellamus, quòd eorum obſeruatio Medicis ad criſis præ-
ſentionem neceſſaria ſit. Criticorum dierum principum in his iudicibus ſigna elucent;
indicant ſiquidem diem criſis, ſi coctionis ſigna in excrementis appareant vniuerſali-
bus, vrinis præſertim. Hipp. in progn. & Aphor. ſcriptum reliquit vrina, quæ quarto

die

A die hipoſtaſim habeat albam, lenem, æqualem, ſolutionẽ morbi ſeptimo fieri oſtendit.
Sunt autem indices primi circuitus numero tres, quartus videlicet, vndecimus, ſepti-
musdecimus, quia tres tantùm ſunt ſeptimanæ, & quilibet ſeptenarius ſuum habet in-
dicem. Tertius ordo eorum eſt, quos intercalares, ſeu intercidentes appellant, quia in-
ter verè criticos, & iudices intercedunt, & hos prouocatorios etiam dicunt, quòd na-
turam proritent, & ante tempus excernere cogant. Tales ſunt in prima ſeptimana ter-
tius, & quintus: quamuis tertius iudicatorius verè ſit, quando per ſudorem expellit: in
ſecunda nonus, & tertiusdecimus: in tertia verò decimusnonus. Sunt autem hi in mor-
bis acutis ea prærogatiua critici, quia impares, & quæ illis diebus criſes contingunt,
imperfectæ ſunt, quia naturæ motum, & ordinem non ſequuntur, ſed irritata, & laceſ-
ſita natura fiunt. Reliqui verò omnes, vt ſextus, octauus, decimus, duodecimus, deci-
musſextus, decimusoctauus à doctis viris vacui, & medicinales dicũtur. Vacui quidem,
quia nihil decernunt, nec indicant, nec prouocant. Medicinales verò, quia illis diebus
ægris mederi, eiſque cathartica citra periculum exhibere poteſt Medicus, in morbis
B ſcilicet acutis factis à materia bilioſa putrefacta, vel aduſta, quæ de tertio in tertium in
diebus imparibus mouetur.

Quibus ſic ſtantibus ad criſis cognitionem habendam, & ad dies criticos dignoſcen-
dos neceſſariò ſtatuere oportet, quod nam ſit principium morbi, quod cùm multiplici-
ter à Medicis accipiatur, illud cenſeri debet, quo ægrotantes incipiunt febricitare, non
dolere, aut alijs ſymptomatibus infeſtari, hoc eſt ab actione manifeſtè læſa, cùm ſcilicet
non ampliùs poſſit patiens actiones ſuas obire, non autem ab inſultu, quia hoc princi-
pium eſt inſenſibile, & momentaneum, neque à primo die decubitus, cùm delicatiores
leui cauſa decumbant, quemadmodum è contra robuſtiores etiam ſi manifeſtè febrici-
tent, negocijs ſuis occupati non decumbunt. Hæc eſt Gal. doctrina 1. de dieb. decret.
cap. 8. ab Hipp. deprompta. Ab actione igitur manifeſtè læſa, à febre in febrientibus
aſſumẽdum eſt morbi principium. Hinc eſt, quòd in partu naturali à febre morbi prin-
cipium, in non naturali verò ab ipſo partu principium morbi accipiant omnes peritio-
res Medici; nam in priore nulla actio eſt manifeſtè læſa, quæ ſanè reperitur in morbo-
C ſo, aut præternaturali partu, ſed de hac materia ſuo loco. Verùm cùm contingat criſim
duos dies aliquando occupare, dignum conſideratione eſt, quanam die verè fiat criſis:
vt in exemplo ſudor incipit erumpere die ſeptima, in ſequenti verò, hoc eſt octaua de-
ſinit, cui horum attribuenda criſis eſt, ſeptimo ne an octauo diei?

Pro ſolutione, ac huius rei determinatione, dico eſſe tria animaduertẽda, primùm an
paroxiſmi diebus fiant paribus, an imparibus; nã ſi impari die exacerbetur morbus, diei
impari eſt criſis attribuenda, etiam ſi in parem incidat; ſcripſit enim Hipp. 1. epid. ſec. 3.
quòd quæ paribus diebus exacerbantur, paribus diebus indicantur: at quorum exacer-
bationes imparibus diebus fiunt, ea imparibus indicantur. Secundò natura diei, cui con-
tingit criſis, eſt conſideranda; nam in ijs, qui potentiùs decernunt, fidæ, & perfectæ;
in alijs verò infidæ, & imperfectæ fiunt criſes. Demus igitur ęgrotum vel ſudaſſe, vel per
aluum excreuiſſe nono, & decimo die, ſi criſis eſt perfecta, non decimo, ſed nono diei
referenda eſt: ſi imperfecta diei decimo adſcribenda. Denique numerus quoque tem-
porum criſis cõſiderandus eſt; nam cùm tria tẽpora ſint, in quibus criſis fieri conſueuit,
D nempe acceſſionis principium, principium motionis criticæ, & finis criſis, hoc eſt ſolu-
tio morbi, ille dies, qui duo ex his temporibus amplectitur, criſim ſibi magis vẽdicat: vt
ſi ſeptimo die cœpit perturbari natura, octauo autem, & excretio, & ſolutio continge-
rint, octaui erit, non ſeptimi criſis. Quòd ſi hęc tria tẽpora in tres dies diſtribui contige-
rit, illi maximè tribuenda eſt criſis, quo fieri cœpit excretio, ſiquidem is maximus eſt
naturæ impetus. Sed obſeruatione dignum eſt, quòd Gal. 2. de dieb. crit. ſcripſit, nempe
peracutos morbos, & verè acutos vnica die criſim abſoluere, morbos verò, qui deci-
mumquartum diem complent, duobus, qui vigeſimum tribus diebus criſim terminare.
Hoc etiam indicauit Hipp. in ſuis hiſtorijs particularibus.

Sed aliquis percõtabitur forſan, quid nomine criſis intelligere nobis oporteat; nam
plures huius nominis ſignificationes apud Gal. reperiuntur; primò denotat interdũ ſo-
lutionem morbi, ſecundò violentũ naturæ motum, tertiò tẽpus, & exacerbationẽ mor-
bi, quartò perturbationẽ, quæ criſim pręcedit, quintò euacuationem, ſextò mutationem

ſubitam, & repentinam in morbo ad ſalutem, vel ad mortem. Nos autem per criſim E
intelligimus repentinam illam mutationem in morbo ad ſalutem, aut ad mortem factam, cuius meminit Gal. 1. de dieb. crit. cap. 1. 3. de criſ. cap. 7. 2. aph. 13. & 23. hæc enim eſt motus quidam, qui fit à cauſa mouente per ſpatium à termino à quo ad terminum ad quem. Mobile eſt humor noxius, cauſa mouens eſt natura, quæ in primis humorem noxium coquit, ſecernit, & tandem excernit, terminus à quo eſt augmentum morbi; fit enim criſis in ipſo morbo, terminus ad quem, ſeu in quem criſis deſinit, eſt ſanitas, aut mors, aut ſtatus proximus, aut tranſitus in aliam morbi naturam. Terminus verò per quem eſt totum illud tempus, quo coctioni, ſecretioni, & excretioni natura incumbit, terminus verò à quo ipſius humoris ſunt vaſa, venæ, & arteriæ. Terminus porrò ad quem pellitur, non eſt vnus, ſed varius pro diuerſitate humoris noxij à natura expulſi; nam aliquando expellitur ad cutem per ſudorem, nonnunquam ad vias vrinæ, aliquando ad ſeceſſum, non raro ad os per vomitum, ſæpe per fluxum ſanguinis è naribus: at ſi non ſit locus aliquis conferens, ad quem tranſmittat, facit abſceſſum.

Huiuſmodi autem motus humoris noxij vel perfectus eſt, vel non: ſi perfectus, ars F
nihil facit, at ſi non ſit perfectus, Medicus huic motui opem ferre poteſt; Criſis enim perfecta eodem docente Gal. debet habere ſex conditiones: prima vt ſit indicata ſignis coctionis, ſecunda vt ſit manifeſta cum excretione, aut abſceſſu, tertia vt ſit die critico, quarta vt fida ſit, in qua nihil reliquiarum humoris peccantis remaneat, quinta vt ſit tuta, hoc eſt ſine ſymptomatibus periculoſis, tandem vt conueniat & morbo, & ægrotantis naturæ. Lethalis criſis prædictæ omninò contraria eſt. Imperfecta verò criſis eſt duplex, vna ad meliùs, quæ non omninò morbum tollit, ſed facit, vt æger alacriùs eum ferat, altera verò ad deteriùs morbum, & ægrotum deducit.

De diebus Decretorijs, prout ad prioris quæſiti maiorem intelligentiam ſpectant: ſoluiturue quæſitum poſteriùs propoſitum. *Cap. VIII.*

Declarata criſis natura, quæ fit in morbis acutis diebus ſeptimo, decimoquarto, & vigeſimo, qui eò quòd ſint ſeptenarij maximã vim habent in G
expellendis humoribus noxijs, vt clarior adhuc habeatur primi dubij notitia præcedẽti capite adducti, de diebus criticis agendũ eſt, declarãdumq; quomodo ex Hipp. ſententia in praxi ijdem obſeruandi ſint: at primò de ſeptenarij numeri dignitate diſſeremus, de cuius præſtantia non modò Pythagorici multa dixerunt infinitis nugis intexta; ſed alij Philoſophi, ac Medici, qui in hominis vita mutationes in ſeptenarijs inſignes fieri obſeruarunt. Legat libellum de carnibus, aut potiùs de principijs Hipp. qui materiam hanc intelligere cupit; videbit enim eo in loco vitam, ſeu hominis ætatem ſeptenario numero conſtare: Ariſt. etiam 7. de hiſt. an. tanquam eximium ipſis ſeptenarijs tribuit, quòd in illis maximæ mutationes fiant. Propterea Gal. inter alios ſeptenarium, lib. 1. de dieb. decret. cap. 4. maximè extollit, primum locum ei non modò numero, & ordine, ſed dignitate, & viribus concedens, clementiſſimoque Regi conferens. Diei quoque ſexto ipſum opponit tanquam Tyranno; quemadmodum enim Rex clementiſſimus multis parcit, & pœna liberatos dimittit, ita ſeptimus dies inſigni humorum noxiorum facta excretio- H
ne multos ab interitu vendicat, licet contingat etiam aliquos ægrotos in ipſo mori ob inſignem mutationem, quam ſubire coacti fuerint. Hæc tribus de cauſis contingere ſolet, nempe vel propter materiæ contumaciam, & malignitatem, vt in febribus peſtilentibus, aut propter facultatis expultricis debilitatem, vel propter meatuum obſtructionem. De his, qui hoc ſeptenario interierunt, extant elegantes hiſtoriæ apud Hipp. tum 1. tum 3. epid.

Secundus dies verè criticus eſt decimusquartus, vt idem Gal. teſtatur, qui demonſtratur à ſuo indice, hoc eſt, ab vndecimo; nã fieri minimè poteſt bona criſis, niſi ſignis coctionis fuerit indicata die indicatorio. Succedit quòd apud Hipp. qui fuit primus horum dierum obſeruator, lib. epid. commemorabiles extant hiſtoriæ de his, qui hoc ſeptenario, hoc eſt decimoquarto fuerunt liberati. Etſi verò dictum ſit ſeptenariũ principatum obtinere inter verè criticos dies, quos eradicales Barbari appellãt, attamẽ niſi

criſis

A criſis perfecta contingat die ſeptima, non eſt ante hanc decimamquartam expectan-
da, niſi fortè natura vel humorum copia, vel qualitate irritetur, aut à Medico iuuetur;
ita enim natura cogitur præter inſtitutum humores excernere.

Sed duo hoc loci conſideratione digna occurrunt, primùm vtrum decimusquartus
dies, nempe ſecundus inter ſeptenarios, connumerari debeat inter dies criticos pares,
an impares? Secundùm an ſit ſemper terminus vltimus morborum acutorum? Quod ad
primum ſpectat, Hipp. 1. epid. ſect. 3. tex. 14. hunc inter dies iudicatorios, ſed pares
enumerauit; inquit enim, eſt autem primus decretorius circuitunm, qui diebus paribus
iudicant, quartus, ſextus, octauus, decimus, decimusquartus. Quod etiam experientia
probatur, quia in primis conſtat ex duobus numeris imparibus, nempe duobus ſepte-
narijs: deinde in duos ſecatur ęquales numeros, ex quibus perpetuò generatur numerus
par: erit igitur inter dies pares iudicatorios enumerãdus. Ex altera parte eſt idẽ Hipp.
4. aph. 61. vbi ſcriptũ reliquit, febricitãtes, niſi diebus imparibus febris reliquerit, ſolent
recidiuare. Eandem habet ſententiam 1. epid. & in progn. Deinde morbi acuti iiſdem
B diebus iudicantur, quibus exacerbantur, exacerbantur autem diebus imparibus, ergo
iudicari debent diebus imparibus: cùm igitur ſtatuatur decimusquartus inter indica-
torios pares, non erit verus, ac legitimus iudicatorius, & per conſequens inter perfectè
decretorios enumerandus non eſt.

Andreas Laurentius lib. 2. de criſ. cap. 5. reſpondet, quòd aliud eſt conſiderare diem
decimumquartum ſecundùm ſupputationem arithmeticam, & aliud ipſum conſidera-
re ſecundùm ſupputationem medicam: ſi primo modo reponitur inter pares dies, quia
fit ex duobus numeris imparibus: ſed ſi conſideretur ſecundùm Medicos reponitur in-
ter dies impares; Medici enim enumerant per ſeptimanas, ita vt octauus dies ſit princi-
pium ſecundæ ſeptimanæ, decimusquartus verò ſit finis eiuſdem; nam Hipp. ita con-
ſtituit, 2. aph. 24. dicens ſeptenorum quartus eſt index, &c. quare concludit, quòd in
logiſmo Medicorum eſt dies impar. Franciſcus Valleſius lib. 10. contr. cap. 3. eiuſdem
eſt opinionis, vt ſcilicet ab octauo die, hoc eſt à primo die ſecundę ſeptimanę decimus-
quartus ſit impar.

C Cardanus 4. Aph. 61. alio modo reſpondet, dicens poſſe diem decimumquartum
eſſe imparem reſpectu acceſſionum, ita vt decimusquartus dies ſit decimatertia acceſ-
ſio, & vigeſimus dies ſit decimanona: at inquit, in prima ſeptimana idem eſt numerus
dierum, & acceſſionum vſque ad ſeptimum diem, & hoc eſt, ſubdit, quia dies iudica-
torij vſque ad decimumquartum enumerantur per integros ſeptenarios, & poſtea mi-
nimè: quoniam in ſecunda ſeptimana ſex tantùm ſunt acceſſiones, & ſeptem dies, &
in tertia ſeptimana ſex dies, & ſex acceſſiones, hancque addit eſſe Hipp. profundiſſi-
mam rationem. Sed præterquam quòd ſupponit Hipp. Aph. 61. loqui de febribus,
quæ deſinunt ſine iudicatione, quod omninò falſum eſt, principium petit, cùm debuiſ-
ſet probare ſecundæ ſeptimanæ tantummodo ſex eſſe acceſſiones, & ſeptem dies: &
tertiæ ſeptimanæ eſſe ſex acceſſiones, & ſex dies, quia cùm Hipp. præter aliorum Me-
dicorum opinionem obſeruaſſet plures fieri in morbis mutationes tam ad bonum,
quàm ad malum vigeſimo die, hinc, & non aliunde concludit diem vigeſimum eſſe
magis iudicatorium, quàm ſit vigeſimusprimus. Vt autem ipſum faceret terminum
D trium ſeptenorum, voluit demẽdum eſſe diem vnum à tertia ſeptimana, locoque huius
docuit bis connumerandum eſſe decimumquartum diem, qui ſit, & finis præcedentis
ſeptimanæ, & principium tertiæ. Voluit præterea vnamquamque ſeptimanam par-
tiendam eſſe in duos quaternarios, ita vt in prima ſeptimana dies quartus ſit finis primi
quartanarij, & principium ſecundi, dies verò ſeptimus ſit finis ſecundi quartanarij; &
in ſecunda ſeptimana vndecimus ſit finis tertij quartanarij, & decimusquartus dies ab-
ſoluat quartum quartanarium: at quòd magis eſt ſtatuit in tertia ſeptimana decimum-
ſeptimum diem pro termino quinti quartanarij, & vigeſimum pro termino ſexti.

Quòd ſi nos rem hanc perpendamus ex natura ſua, videbimus propoſita fundamen-
ta pertinere ad ſecundas intentiones, quibus nulla ratione primæ correſpondere poſ-
ſunt; nam ſi ſeptimana re vera conſtat ex ſeptem diebus, quomodo fieri poteſt, vt di-
uidatur in duos quaterniones, & tertia ſeptimana, quæ neque conſtat ex ſeptem diebus,
in doctrina ipſius, atque ita nec eſt integra ſeptimana, cur vult etiã eam diuidendã eſſe

in duos

in duos quaterniones? Hoc quidem fieri non poteſt, niſi ope imaginationis; propoſitio E
enim eatenus vera, aut falſa eſt, quatenus correſpondet rei, non autem res ipſa eſt, quia
propoſitio affirmat; ſic etiam & acceſſiones numerum accipiunt à diebus, non autem è
contra, vt dicebat Cardanus, quare tot ſunt acceſſiones, quot ſunt dies, & acceſſiones
pares ſunt, quia in diebus paribus eueniunt, & impares, quia diebus imparibus fiunt.
Sed cùm Hipp. primus fuerit, qui ordinem horum dierum, & facultates obſeruauerit,
interque pares diem decimumquartum enumerauerit, non video quomodo aduerſus ipſius, & Medicorum ſententiam dicere valeamus eum reponendum eſſe inter dies impares? Quòd autem Gal. 4. acut. tex. 56. apertè ſcripſerit inter dies criticos impares decimumquartum eſſe enumerãdum, euidenter apparet nihil rei veritati conſonum determinari poſſe de diebus criticis, & eorundẽ theoriam de ſecundis intentionibus eſſe, cùm pro arbitrio noſtro aſſeuerare liceat eundem decimumquartum diem eſſe parem, & imparem.

Deinde ſeptimanam diuidere in duos quaterniones non ne eſt quid monſtruoſum?
ſeptimana ſanè conſtat ſeptem diebus, duo quaterniones ſunt octo dies, igitur eoſdem F
dies pares, & impares ad libitum conſtituimus. Rurſus decimusquartus dies eſt par, & tamen ipſum facimus imparem, ſic vigeſimum, qui & ipſe par, & enumeratur inter impares, quod non videtur poſſe affirmari niſi ope imaginationis. Hoc imaginationis opus, ideſt figmentum tentauit comprobare Galenus altera, & maiori chimęra, dum conſtituit ex duobus Lunæ menſibus, illuminationis nempe, & peragrationis, qui re vera ex motu, & lumine accipiuntur, tertium quendam lunarem menſem compoſitum, qui cùm in rerum natura minimè exiſtat, adſcribi nequit niſi ad imaginationem, & ſecundas intentiones, & concluſiones etiam, quæ ab ipſo emanant, omninò in eandem imaginationem erunt referendæ. Hunc menſem, quem Gal. author medicinalem appellauit, Manardus, Petrus Aponenſis, Cæſar Optatus, & omnes ferè Medici, & Aſtrologi tanquam commentitium, & ab omni veritate alienum abijciunt, & contemnunt, quamuis non deſint ex altera parte, qui eumdem menſem verum, & neceſſarium eſſe ad cauſas dierum criticorum intelligendas apertè ſcribunt. Inter hos eſt Maginus olim
in Archygimnaſio Bononienſi Mathematicarum rerũ profeſſor ſuper librum tertium G
Galeni de diebus decretorijs cap. 8. & 9. & Io. Zecchius Conciuis meus in primam particulam Aph. trigeſimaquarta lectione, qui multis rationibus contendunt cauſam horum dierum criticorum dependere à cognitione huius menſis medicinalis.

Ego verò, qui veſtram vtilitatem cordi habeo neglecta cognitione cauſarum arbitror vobis ſequendum eſſe Hipp. qui per obſeruationem hęc omnia inueniſſe fatetur, cuius obſeruatio in praxi longè facilior eſt, & eam ſectati ſunt omnes celebriores Medici; nam ſi vellem tractare de cauſis nimis prolixus eſſem, nec vtilitatem maiorem vobis afferrem, quam attuli in pura enarratione horum dierum criticorum. Sat igitur ſit innuiſſe Authores vtriuſque opinionis, nempè eorum, qui exiſtimant commentitium eſſe hunc Galeni menſem, & eorum, qui ipſum probant; per vos enim ipſos legere poteſtis, quæ circa hanc materiam alij tradiderint, poſt quorum lectionem confido vos probaturos eſſe eam opinionem, qua dierum criticorum theoriam aſſimilant illi fabellæ, à nonnullis de Luna enarratæ, quam mater nunquam potuit induere tunica, ipſe
concinnè adaptata, cùm modò nimium anguſta, modò nimium ampla eſſet, quam H
rem cùm mater obſeruaſſet, indignabunda eam penitùs ſine veſte reliquit. Comperietis quoque vos dies criticos denique ſine veſte, ideſt ſine probabili cauſarum ratione relinquendos eſſe. Atque hinc morborum omnium euentus in diebus indicatorijs obſeruatione, & experientia potiùs, quàm ratione accipiendos eſſe exiſtimabitis, Hippocratique aſſentiendum omninò, qui vt rem ordine quodam ad doctrinam reduceret, præcepit in medicina facienda enumerandos eſſe dies indicatorios per quaternarios, & ſeptenarios; primam enim ſeptimanam componunt duo quaternarij in hunc modum, 1. 2. 3. 4. 4. 5. 6. 7. ſecundam ſeptimanam, 8. 9. 10. 11. 11. 12. 13. 14. tertiam ſeptimanam, 14. 15. 16. 17. 17. 18. 19. 20. quartam ſeptimanam, 21. 22. 23. 24. 24. 25. 26. 27. quintam ſeptimanam, 28. 29. 30. 31. 31. 32. 33. 34. ſextam ſeptimanam, 34. 35. 36. 37. 37. 38. 39. 40. & ſic vſque ad centeſimumvigeſimum diem, qui includuntur decem, & octo ſeptimanis, & diuiduntur in duos quaterniones, eo quo

dictum

Digitized by Google

A dictum eſt modo, neque vltra hos dies vllus eſt dies criticus, ita vt dies, quos contemplantur Medici, ſint centum, & viginti, vltra quos non eſt criſis. Ad Aph. 61. 4. particulæ dicimus ea ratione legendum eſſe, vt legit Galenus, nempe per impares dies criticos, & iudicatorios eſſe intelligendos, ſermonemque Hippocratis eſſe de morbis perperacutis, & peracutis, qui primo ſeptenario, aut quaternario ſoluuntur, qui niſi vno ex his diebus terminentur, recidiuæ eſt periculum. Ad aliud dicimus breuiter, quòd & ſi in epid. ab Hipp. ſcriptum reperiatur multos ex acutis morbis liberatos fuiſſe die decimoſeptimo, aut vigeſimo, eò quòd morbi ab initio fuerunt parui, mites, ad motumq; tardi; nihilominus in ijs ſupputatio fieri non debet à die febris, aut decubitus, ſed à die vehementis, & concitatioris motus, quo acuti morbi eſſe cœperunt, vnde decimusſeptimus, aut vigeſimus erit perpetuò decimusquartus. Quare vera eſt hæc propoſitio, quòd morbi acuti terminentur ſemper in quatuordecim diebus. Hinc adoleſcens in Mœlibæa, qui cœpit delirare decimo die, ſed quiete, decimoquarto multùm delirauit, vigeſimo valdè inſaniuit, vigeſimoquarto obijt, 3. epid. com. 3. vltimo ægroto, & hæc
B de decimoquarto die.

Tertius inter decretorios principes vigeſimus dies ſtatuitur; eſt enim à quartodecimo ſeptimus, ſuumque habet indicem, nempe decimumſeptimum. Multos hic iudicat, & perfectum complet circuitum, & eſt eorum morborum acutorum terminus, qui ab initio tardi fuerunt, aut quorum continuatum non fuit acumen. De hoc quidem multùm inter Medicos diſputatum eſt, quandoquidem multi ſint, qui præferant vigeſimum primum, quòd re vera conſtat ex tribus integris ſeptenarijs, quibus non conſtat vigeſimus. Deinde mouentur authoritate Hipp. qui pluribus in locis ſcriptum reliquit vigeſimumprimum eſſe decretorium; nam epid. 1. circuituum (inquit) qui iudicantur diebus imparibus primus eſt tertius, quintus, ſeptimus, nonus, vndecimus, decimusſeptimus, vigeſimusprimus: & 4. aph. 36. dicebat ſudores febricitantibus boni, qui manare cœperint die tertio, quinto, ſeptimo, vndecimo, decimoquarto, decimoſeptimo, vigeſimoprimo. Et Cornelius Celſus, lib. 3. cap. 4. referens antiquorum dies criſimos inter eos vigeſimumprimum, non vigeſimum ponit. Et Gal. lib. 1. de dieb. decret. cap. vlt.
C loquens de die vigeſimo, & vigeſimoprimo dicebat in his fieri aliquando criſim, plerumque in vigeſimo, inde in vigeſimoprimo. Index tamen amborum eſt decimusſeptimus, & magis vigeſimi, decimusoctauus ſolius vigeſimiprimi; ita vt velit decimumſeptimum eſſe indicem vigeſimi, & vigeſimiprimi, ſed magis tamen vigeſimi.

Hinc ab Hipp. ſtatuitur vigeſimus, non vigeſimusprimus tanquam princeps decretorius, & à communi Medicorum ſchola idem confirmatur: primò quidem, quia ſi vigeſimus primus criticus ſtatueretur, decimusoctauus eſſet ipſius index, & quod magis eſt, poſt vigeſimumprimum eſſent critici vigeſimusquintus, vigeſimusoctauus, trigeſimusſecundus, trigeſimusquintus, quadrageſimusſecundus, ſexageſimustertius, & octuageſimusoctauus, quorum dierum nunquam Hipp. inter decretorios meminit, neque in ſuis vniuerſalibus, neque in particularibus hiſtorijs. Sed criticos omnes à vigeſimo enumerat vigeſimumquartum, vigeſimumſeptimum, trigeſimum quartum, trigeſimumſeptimum, quadrageſimum, ſexageſimum, octuageſimum, centeſimum, quibus criſes frequenter cõtingere obſeruauit, vt ex quamplurimorum hiſtorijs in epid. apud Hipp.
D videri poteſt. Quod Gal. adnotauit 2. de dieb. decret. non obſeruatur; nam nullus in epid. extat, qui vel euaſerit, vel obierit in toto illo dierum ordine, qui eſt à decimooctauo, & vigeſimoſeptimo: ſed omnes illis diebus iudicati fuerunt, qui à decimoſeptimo, & vigeſimo ordinem ſumunt. Succedit, & circuituum ratio, & totus ordo dierum ab Hipp. aſſignatus; ſupra enim oſtendimus tres eſſe circuituum ordines vniuerſales, maximum nempe, medium, & minimum, vigeſimus minimus eſt, quadrageſimus medius, centeſimus maximus.

Vigeſimus quaternionibus conſtat: quadrageſimus ſeptenarijs: centeſimus vicenarijs in ſe auctis, & multiplicatis. Vigeſimi ſunt quaterniones ſex; quartus dies finis eſt primi, & principium ſecundi, tertium quaternarium vndecimus complet, & huius principium eſt octauus dies: quartus decimusquartus cum tertio coniunctus, quintus cum quarto cõiungitur, & in decimumſeptimum diem terminatur, ſextus cum quinto copulatus in vigeſimum diem cadit. Vigeſimus igitur dies ſex conſtat quaternarijs, & tribus

ſeptima-

ſeptimanis, ex quibus prima integra eſt,ſecunda cum tertia copulatur. Et hæc eſt ratio B Hipp.quam ob rem ſeptimanæ integræ non ſunt ſuppuĩādæ,vt neque dies,neque anni: ſed huiuſmodi fundamenta ab Hipp. dependent iuxta ea, quæ obſeruauit: talem etiam ordinem inter hos dies ſtatuit, vt in eo intellectus acquieſcere debeat, quia dum profundiùs ſpeculamur, eò maiores difficultates excitantur, quæ omnem de diebus decretorijs theoriam in nihilum euertere poſſunt.Et hæc ſunt,quæ de tribus hiſce principibus diebus indicatorijs habentur.

De diebus indicatorijs, qui ſunt inter indicatorios.

Dies in ſecundo ordine contemplabiles,& indicatorios vocatos nunc ponimus, qui ſunt quartus, vndecimus, & decimusſeptimus: dicuntur contemplabiles (vt iam dictum eſt) quia eorum obſeruatio ad criſeon præſentionem Medico ſit neceſſaria: dicuntur indices, aut indicatorij quòd perfectam criſim indicent; nam ſi in illis diebus ſigna ſalutaria (qualia coctionis ſunt) appareant criſis ſalutaris die principe, & radicali ſperari debet, ſin lethalia lethalis criſis expectanda eſt. Dies hi tantùm tres numero ſunt,quòd tres tantùm ſeptenarij; quartus enim eſt ſeptimi index, vndecimus decimi- F quarti, decimusſeptimus vigeſimi: & quemadmodum inter iudicatorios, ordine, dignitate, ac potentia primas partes obtinet ſeptimus, ita & inter indicatorios princeps eſt quartus; meliùs enim, & ſecuriùs indicat quartus, ac faciat vndecimus decimumquartum Eſt igitur quartus Gal. docente cap. 11. lib. 1. de diebus crit. primo, & per ſe, & ex ſui natura index ſeptimi, ſi nihil rarum, aut magnum ſuperuenerit, hoc eſt, ſi nihil internum, aut externum occurrat; nam fieri poteſt,vt vel ab interna, aut externa quapiam cauſa, quartus non indicet. Plures poſſunt eſſe cauſæ internæ impedientes hanc indicationem, vt eſt morbi natura; ægrotantis temperies, vel ætas, vel conſtitutio; nam morbus poteſt eſſe extremè peracutus, ita vt ſoluatur in quarta, aut acutus, ita vt prorogetur ad decimumquartum, aut vigeſimum: ſic de temperie, & ætate dicendum eſt.

Cauſæ exteriores poſſunt eſſe illæ, quarum meminit Hipp. 1. aphor. 1. nempe Medicus, aut aſſiſtens, vel æger,vel exteriora, quamuis æger reponatur inter cauſas internas: Medicus quidem peccat artis ſuæ ignorantia, vel audacia nimia, vel nimia timidi- G tate, *e.g* ſi Medicus nulla facta conſideratione catarthicum medicamentum quarto die propinat, & indicium quarti, & iudicium ſeptimi, id eſt criſim apparentibus tunc ſignis coctionis impediet: deinde ſi malè victus rationem inſtituerit, nempe ſi vel pleniorem, vel craſſiorem, vel tenuiorem offerat. Adſtantium quoque errores: aut ipſius ægri pertinacia non obedientis impedire poſſunt criſim,vt à Gal.ſcriptum animaduertimus 1. de dieb. crit. cap. 11. Quòd exteriora, quæ quamplurima ſunt, tam neceſſariò, quàm non neceſſariò occurrētia impedire poſſunt criſim primæ ſeptimanæ, docet idem Gal. locis citatis. Quapropter ſi errores in his quatuor contigerint, naturæ ordinarij motus impediuntur, atque ordo circuituum cõturbatur: vnde fit, vt quartus interdum ex euentu ſeptimi non ſit index. Eſt & quartus quandoque index ſexti diei,ſed ex accidenti, quia ſi in quarto die praua appareant ſymptomata, æger morietur in ſexto,nec ſeptimum diem attingere poterit, vt apud Hipp. contigit Philiſco.

Eſt etiam obſeruandum, quòd ſi morbus primo, & tertio die exacerbetur, quinta die expectanda eſt acceſſio, non quarta, quæ ſi in quarta contigerit nonum aliquod H minatur malum. Eſt tandem quartus iudicatorius, ſed raró, & tantùm in acutiſſimis morbis; nam vt Hipp. 3. progn. ſcripſit febres mitiſſimæ ſignis firmatæ ſecuriſſimis quarto die deſinunt,aut priùs;malignifſimæ verò horrendis concitatæ ſymptomatibus quarto die,aut priùs occidunt. Vndecimus dies,& ipſe eſt indicatorius,& iudicatorius, minùs tamen indicat, quàm quartus; indicat quidem decimumquartum, ſed quemadmodum vis iudicatoriorum diminuitur ſenſim, ita & ipſorum indicantium, itaque minùs perfectè indicat vndecimus, quàm quartus. Verùm ſi coctionis ſigna in eo conſpiciantur, & reliqua,vt decet,à Medico ordinata fuerint nulla in re delinquente ægro,aut aſſiſtentibus,die decimoquarto criſis eſt expectanda. Quamuis autem vndecimus dies minùs perfectè indicet, quàm faciat quartus, frequentiùs tamen, & perfectiùs iudicat nunc ad ſalutem, nunc ad mortem: quod apud Hipp. 1. epid. vnuſquiſque videre poteſt, vbi eorum hiſtoriam recenſet, qui iudicati fuerunt, & Gal. lib. 2. de dieb.decret.

cap.

Digitized by Google

A cap. 7. teſtatur autumno omnes vndecima die iudicatos fuiſſe.

Poſtremus indicantium primi circuitus ex Hipp. & Galeni ſententia eſt decimuſſeptimus: & quamuis Archigenes, & Diocles maluerint decimumoctauum diem ſtatuere, nos tamen iam declarauimus in hiſtoria vigeſimi nec decimumoctauum indicem eſſe, nec vigeſimumprimum decretorium. Eſt & Gal. argumentum demoſtrans magis ſtatuendum eſſe indicem decimumſeptimum, quàm decimumoctauum; ſi enim inquit Gal. ordo dierum à decimoſeptimo ad centeſimum vſque eſt validior, ergo imbecillior erit ordo, qui à decimoctauo proficiſcitur: ſed conſtat ordinem dierum, qui à decimo ſeptimo manant, validiorem eſſe. Quare potiùs decimuſſeptimus, quàm decimusoctauus erit criticus: idque hiſtorijs in epid. ab Hipp. ſcriptis confirmatur, in quibus meminit decimiſeptimi, non decimioctaui, pluresque vigeſimo, quadrageſimo, ſexageſimo, octuageſimo, centeſimo iudicatos fuiſſe, nullos autem quadrageſimo ſecundo, ſexageſimo tertio, octogeſimo quarto. Quare meliùs eſt, vt etiam in hiſtoria vigeſimi diximus, ſtatuere diem decimumſeptimum tanquam indicem vigeſimi, & ipſum vigeſimum tanquam iudicatorium. Cæterùm licet decimuſſeptimus minùs perfectè indicat, quàm vndecimus, aut quartus; potentiùs tamen decernit: quare à Gal. 2. de dieb. crit. inter validiores criſimos enumeratur: vnde Hipp. 1. epid. ſcriptum reliquit numquam animaduertiſſe aliquem ægrotantem, qui poſt hunc diem fuerit iudicatus, in recidiuam incidiſſe.

B

De diebus decretorijs tertij ordinis; quos intercalares, ſeu intercidentes vocant.

Dicuntur hi dies intercidentes, intercalares, ſeu interrumpentes, quia inter principes decretorios, & inter indices intercidunt, & intercalantur: à quibuſdam dicuntur prouocatorij, quòd naturam ante tempus proritent, & ante tempus excernere cogant. Dies autem iſti reperiuntur in quacunque ſeptimana, earum præſertim, quæ primum circuitum complent: in prima ſunt dies tertius, & quintus: in ſecunda nonus, & decimuſtertius: in tertia decimuſnonus. In his igitur diebus contingunt quandoque criſes, ſed admodum imperfectæ; nam natura quamuis prærogatiua quadam elegerit ſibi dies peculiares, per quos poſſit ſe tutò exonerare ab humoribus infeſtantibus; non

C ſemper tamen intentum ſuum aſſequitur. Ratio eſt, quia criſes tribus modis contingere poſſunt; vel enim fiunt à ſola natura vincente, quæ humorem morbificum ſenſim colligit, atque concoquit, deinde ſecernit, & tandem excernit: & tales criſes fiunt diebus iam dictis, nempe ſeptimo, decimoquarto, & vigeſimo: vel fiunt à natura quidem ſed laceſſita, ita vt ante illum diem, quem ſibi præfixerat, humorem non omninò coctum expellere cogatur, non ſecus atque contingit quandoque abortus fieri, vel ventriculum copia, qualitate aut acrimonia ciborum vellicatum (antequam ipſos concoquat) irritari ad vomitum. Natura igitur ab aliqua cauſa irritata, ac laceſſita in immaturam iudicationem erumpit, vnde fit, vt cruda, & cocta ſimul excernat, & cum noxijs laudabiles humores pellat: hinc fiunt relapſus. Vel poſtremò fiunt criſes à morbi ſolius ferocitate, & vehementia. Tales fieri poſſunt ſingulis diebus tam paribus, quàm imparibus; nam omnibus diebus ægri moriuntur.

In huiuſmodi igitur diebus fiunt criſes imperfectæ; ſunt enim critici, eò quòd impares: nam dies impares videntur habere in morbis peracutis maiorem facultatem

D diiudicandi. Hac de cauſa inter hos dies tertius non modò primus eſt in ordine, ſed etiam eſt primus dignitate, & facultate inter impares dies iam dictos, perperam iudicātes, in hoc enim extremè peracuti morbi iudicantur, quemadmodū colligitur ex Hipp. tam in epid. quàm in prognoſt. qua autem prærogatiua excernat, non omnium eadem eſt opinio. Quandoquidem aliqui dicunt ei id contingere ratione imparitatis; nam eodem die acceſſiones fiunt, & exaſperantur: alij inquiunt id euenire, quia ad quartum proximè accedit, & quod natura quarto die conatur moliri, id tertius præripiat: quòd ſi naturæ motus tardior ſit, die quinto eſt expectanda criſis. Lib. 3. epid. Thaſia mulier copioſo ſudore, & menſium fluxu tertio die à febre, & grauiſſimis ſymptomatibus liberatur. Quintus dies, & ipſe intercalaris eſt; Hipp. enim in epid. dicebat plures in eo iudicari, inter quos eſt methon. 3. ſect. lib. 1. à cuius ſiniſtra nare effluxit ſanguis, & ſudauit, imperfectaque fuit criſis; nam poſt criſim vigil remanſit, delirauit, vrinas crudas minxit. Et lib. 3. mulier anginoſa, quæ apud Bitonem habitabat, & in Thaſo Philiſtes

Fff die

die quinto interierunt. Galenus tamen hunc quintum diem indicatorium, & indicato- B rium appellat: indicatorius quidem ſeptimi, & noni eſt: indicatorius verò, quia anno quodam plures per ſanguinis fluorem è naribus à morbis euaſiſſe teſtatur, lib. 2. de dieb. decret. cap. 7. quod Amatus Luſitanus ſe obſeruaſſe ſcribit.

Nonus dies inter intercalares, & ipſe enumeratur. Verùm notandum eſt hunc diem quadam ſua prærogatiua liberari ab illa regula Auic. fen. 2. 4. cap. de dieb. bonis, & malis, vbi dicit, quòd quò dies magis recedunt à morbi principio, eò magis debiles reddi, quod inter principes dies iudicatorios obſeruatum eſt, nec non & inter indicatorios, vbi dictum eſt ſeptimum decimoquarto fortiorem eſſe, & decimumquartum vigeſimo. Itidem quartum præualere vndecimo, & vndecimũ ſeptimo aſſerendum eſt. At contrarium contingit inter hos intercalares; nam tertius languidior eſt quinto, & quintus nono, ita vt omnium fortiſſimus ſit dies nonus; nam inter duos decretorios cõtinetur, ſeptimum nempe, & vndecimum, quo nomine alijs intercalaribus robore præſtat; ſi quidem Gal. authore criſim, quæ fieri debuit ſeptimo die, perficit; quæ verò fieri debet die vndecimo, ab ipſo præripitur quam; plurimos enim, & fideliter iudicat, F & apud Hipp. Gerophon die nono iudicatus eſt. Dies decimuſtertius, & decimuſnonus intercidentes, & ipſi ſunt, ſed debiliſſimi, raròque in his fiunt criſes: verùm cum hac inter ſe differentia, quia Gal. docente, decimuſtertius fortiſſimus eſt inter eos, qui non decernunt, imbecillimus verò inter eos, qui decernunt, at decimuſnonus eorum, qui nunquam, aut raro decernunt, & malè quidem, nec tutò.

De diebus, quos vacuos, & medicinales vocant.

Inter hos dies, qui ſunt ſextus, octauus, decimus, duodecimus, decimuſſextus, & decimuſoctauus, in iudicando primas partes obtinet dies ſextus. Vacui ij dicuntur, eò quòd nec indicant, nec prouocant, neque iudicant. Dies autem medicinales dicuntur, quòd Medici tutò pharmaca ſuis ægrotis propinare in ijs poſſunt. Si tamen iudicent, id peſſimè efficiunt, periculosè, & infidè; criſes enim tunc à morbi malignitate proficiſcuntur, non autem à natura vincente, aut irritata. Omnium peſſimè indicat ſextus, quamuis frequentiùs, quem propterea vocat Tyrannum Gal. quòd omnes ægros ferè ad exitium præcipitet, vel ſaltem in magnum vitæ diſcrimen adducat. Multorum ægrorum hiſtoriæ habentur tam in coacis præd. quàm in epid. qui die ſexto malè iudicati G ſunt, raro autem nonnulli euaſerunt, quamobrem diem hunc meritò Gal. Tyranno confert.

Verùm morbi acuti, qui primo ſeptenario iudicantur, in duplici ſunt differentia, vt Gal. teſtatur 3. de criſ. potiſſimùm cap. 4. nam alij fiunt à materia bilioſa, alij à ſanguine, propterea qui morbis acutis tentantur à materia biliosa factis, malè ſexto die iudicantur, & de illis morbis intelligit Gal. exemplaque eorum, qui hac die interierunt ab Hipp. allata tam in coacis, quàm in epid. ſubaudiri debent de morbis factis à bile, vt omnibus notiſſimum eſt, cùm acceſſiones habeant de tertio in tertium. At ſi ſermo ſit de morbis acutis à ſanguine ortum ducentibus, tunc falſum eſt criſim fieri ſexto die imperfectam; imò verò fida, perfecta, atque optima ſit, & quamuis rara ſit, id contingit ratione morbi, qui & ipſe rarus eſt. Hanc criſim ſæpè obſeruaſſe Gordonius teſtatur, qui grauiſſimorum quidem virorum teſtimonio fuit inſignis Medicus, neque vt pulchrè, atque eleganter adnotauit Amatus Luſitanus lib. de criſ. & dieb. crit. ratione hæc H opinio deſtituitur; quandoquidem illis diebus iudicantur morbi, quibus acceſſiones fiunt, ſed paribus diebus in morbis à ſanguine ortum ducentibus fiunt, mirum igitur non eſt ſi die ſexto, qui eſt par, ſynochi terminentur, & iudicentur; Gal. enim lib. 3. de criſ. cap. 4. dicebat ſynocham febrem in quarto moueri. Qui hanc determinationem legere cupit, Amatum loco præcit. adeat. Dies igitur ſextus eſt Tyrannus in morbis à bile factis: eſt verò Rex benignus in morbis à ſanguine ortum ducentibus.

Octauus dies naturam ſexti imitatur, quamuis minùs periculoſus ſit; interdum quartum indicem habet; vbi enim praua ſymptomata quarto die apparuerint, neque terminetur morbus ſexto, in octauo die criſis cadere poterit. Nicolaus Florentinus magnam dignitatẽ tribuit huic octauo diei. Decimus eiuſdem naturæ eſt cum octauo: minùs malus eſt, quàm octauus, & ſextus; nam ob materierum tarditatem morbus, qui debuerat ſexto terminari, inde in octauo, tandem in decimo iudicatur. In epid. mulier

quædam

A quædam ſudore decima die iudicata fuit:lib.3.epid. Tharſus Phitiõ decima interijt die.
Duodecimus videtur tantùm addere numerum diebus; cùm Gal. ſcripſerit nunquam
obſeruaſſe quempiam in eo iudicatum fuiſſe: quæ criſis ante ipſum fuit obſeruata in-
fida, atque mala, & omninò ad malũ terminata eſt. Decimusquintus,& decimusſextus
nullius ſunt conſiderationis,& quamuis Archigenes,& Diocles ſtatuant decimumquin-
tum principium tertiæ ſeptimanæ;Gal.tamen tam decimumquintum,quàm decimum-
ſextũ vilipẽdit, nulliuſq; numeri eſſe in hac criticorũ dierum obſeruatione exiſtimauit.

De diebus à vigeſimo ad centeſimumvigeſimum vſque.

Morborum acutorum terminus longiſſimus eſt vigeſimus, acutorum verò ex deci-
dentia eſt quadrageſimus dies:de quibus intelligenda eſt illa ſententia ab Hipp.prolata
1.prognoſt. 14. quæ eſt, bona, & facilis reſpiratio magnam vim habet ad ſalutem in
omnibus morbis acutis, qui cum febribus ſunt, & in quadraginta diebus iudicantur.
A vigeſimo igitur ad quadrageſimum vſque critici ſunt tres ſeptenarij, vigeſimusſepti-
mus, trigeſimusquartus,quadrageſimus: poſt vigeſimum quaternionum vis abolita eſt.
B Sunt apud Hipp. in epid. exempla eorum, qui diebus hiſce iudicati ſunt. Sed quem-
admodum quaternionum vis à vigeſimo die perit,ita à quadrageſimo die ſeptenorum
robur deperditur: vicenarij tantùm ſunt critici ſexageſimus,octuageſimus,centeſimus,
centeſimusvigeſimus: exempla quoque apud Hipp. in epid. eorum, qui iudicati ſunt
his diebus,leguntur. Poſt centeſimum vigeſimum, dierum vis perit, menſibus tunc, &
annis fieri criſes dicuntur. Ex hactenus dictis facilè colligitur, quando diebus paribus,
aut imparibus purgandum ſit, morboſque tam paribus, quàm imparibus euenientes, ſi
à maligna materia fiant eſſe prauos, ſi vero à benigna eſſe benignos.

Explicatur ſecundum quæſitum.

Ad ſecundum, quo inquirebatur, cur Gal. 4. acut. dicens ſe purgaſſe ſecanda, quar-
ta, & quinta die omiſerit tertiam, ſunt, qui dicant ipſum ſupradictis diebus compre-
hendiſſe tertium, & ſextum, ſed non video quomodo, & qua ratione tertius contineri
poſſit ſub ſecundo, & ſextus ſub quinto, cùm tertius ſit dies impar, ſecundus autem ſit
par, ſic de ſexto, qui dies par eſt, & quintus impar. Philippus Ingraſſias lib. de
C medic. purg. ſcribit omiſiſſe tertium diem, quia dubitabat, ne ex purgatione illo
die facta impediretur quarti diei indicatio, neue impediretur iudicium, quod in ſepti-
mo die fieri conſueuit. De ſexto verò ex induſtria tacuit, quòd re vera fuerit eius
opinionis, vt exiſtimaret ob inconuenientia allata ab ſe ſupra, quæ euenire conſueue-
runt illo die tentante natura humorum euacuationẽ,omninò quieſcendum.Quia igitur
timuit incõuenientia,& praua ſymptomata ex medicamento,ideo ſextum diem omiſit.

Idem ſanè dicendum eſſet,& de tertio die, cùm ipſum Gal.lib.1.de dieb decret.cap.
4. inter dies primæ ſeptimanæ difficiles ad iudicandum enumerauerit, in quibus, vbi
natura tentat euacuare humores, ægrotantes in vitæ diſcrimen adducuntur. Et id fecit
Gal. quia exiſtimauit hunc tertium diem eſſe primum ex Hipp. ſententia 1. epid. tex.
14. inter dies iudicatórios impares enumerandum, in quibus ob allatas rationes non
eſt medicamento mouendum. Sum equidem huius opinionis, ſi vultis me vobis aperi-
re, quid ſententiam, Gal. ſcilicet non feciſſe mentionem de tertio die, quia forte ei
nunquam contigit in eo purgaſſe; non quòd exiſtimauerit nunquam eſſe purgandum
D tertia die; cum in hoc commentario ipſe ſcripſerit purgandi rationem non eſſe deſu-
mendam à numero dierum, ſed ab iudicante, permittente, & virtute. Sed cùm indi-
cans purgandi in præſenti ſit motus humoris ad locum,medicamentum proponitur ad
reuellendum antequam humor quieſcat: in reuellendo autem omnis dies eſt opportu-
nus, quare ſi humor in tertio mouetur, qui eget reuulſione, purgari poteſt in tertio; in
morbis enim acutis ab humorum defluxu ortum ducentibus licet quacumque die
purgare ad materiam reuellendam ad oppoſitas partes.

Quod ad ſextum diem, & alios pares ſpectat, Philippus Ingraſſias tenet eſſe purgan-
dum ſexto hac tamen facta limitatione; nam vel dies eſt naturalis, vel artificialis: pri-
mus dies amplectitur ſpatium vigintiquatuor horarum, vt ex Gal. colligitur, in quo
integer dies, & integra nox continetur: ſecundus verò dies eſt ſpatium illud tempo-
ris, in quo ſol remanet ſupra terram ad noctis differentiam. Dies artificialis ſolet
aliquando ingredi, antequam dies naturalis expiret, *e.g.* aliquis hodie ægrotet hora

Digitized by Google

decimaoctaua, antequam finiat dies naturalis, qui extenditur vſque ad horam deci- E
mamoctauam diei ſequentis, intermedia eſt nox tota, & diei ſequentis ſex horæ, vnde
ſi quis purgauerit in ſpatio harum ſex horarum, poterit dicere ſe purgaſſe in prima, &
ſecunda die morbi: prima quidem reſpectu diei naturalis, ſecunda verò reſpectu diei
artificialis: vnde in fine diei quinti adueniente ſexto poteſt vti medicamento purgante.

Sed huiuſmodi philoſophia non videtur admodum ſolida, ſed nimium ſubtilis, quia
vt dictum eſt ſupra, Medici accipiunt ſuum diem conſtantem ſpatio viginti quatuor
horarum, in quo quidem ſuas operationes conficiunt, non autem artificialem diem
conſiderant, niſi per accidens, & quatenus includitur in die naturali. Vnde concluden-
dum eſt (vt ſupra diximus) quòd in omni die tam pari, quàm impari, tam indicatorio,
quàm non iudicatorio licet purgare, modò in ipſis non ſit aliqua motio, aut indicatio,
aut immineat aliqua criſis. Quæ omnia peritiſſimi Medici iudicio committenda ſunt,
qui non modò regulas omnes vniuerſales agnoſcat, rectéque calleat, ſed qui diù, &
multùm in operationibus Medicis fuerit verſatus; is enim agnoſcit vrgente neceſſita-
te, qua die, qua hora purgandum veniat. Et hæc ſunt, quæ circa tempus purgandi ido- F
neum, breuiùs quo ad fieri potuit, in tam vaſta, ac difficillima omnium materia ex gra-
uiſſimis authoribus colligere, ac determinare potui.

De vbi, & ordine purgandi.

Quod ad vbi, ſeu ad regionem ſpectat, cùm duplex ea exiſtat, nempe ſuperior per
vomitum, & inferior per ſeceſſum, quænam eligenda ſit potiùs, ex rebus naturalibus,
non naturalibus, & præter naturam dijudicare oportet. Primò quidem quò ad res na-
turales, habemus ex Hipp. eſſe in primis cõſiderandam aptitudinem, & propenſionem
humoris euacuandi, vnde 1. aph. 21. dicebat idem, quò maximè natura vergit per
loca cõferentia, eò ducere oportet: & 4. aph. 4. & 9. magis exponẽs, & quaſi ad exem-
plum ducens ſententiam illam vniuerſalem dicebat medicari æſtate per ſuperiora,
hyeme verò per inferiora: huius rei Gal. in com. reddit rationem dicens, humor qui
æſtate ſuperabũdat eſt bilis flaua, & tota animalis natura propter ambientem calidita-
tem ad ſuperiora mouetur: hyeme verò è cõtra per inferiora, quia in eam partẽ humor
melancholicus, aut pituitoſus qui exſuperat, vergit propria natura. Rurſuſque eam ſen- G
tentiã magis declarans dicebat graciles, & facilè vomẽtes per ſuperiora eſſe purgandos
cauentes hyemem: è contra verò voraces, difficulter vomentes, & mediocriter carno-
ſos per inferiora eſſe purgandos cauentes æſtatẽ, deinde tabidos nullo modo per ſupe-
riora; propenſio enim humoris, habituſq; corporis eſt quid ſecundùm naturã, à quibus
Hipp. ſumit indicationes purgationis faciẽdę modò per inferiora, modò per ſuperiora.

A re verò præternaturali indicatio accipitur ex Hipp. & Galeno ab acceſſionum
temporibus; nam, vt ſupra vidimus, in acceſſionis principio per ſuperiora, in fine verò
per inferiora, & hæc de loco, ſeu vbi. Poſtremo loco in recta adminiſtratione huius in-
ſtrumenti eſt ordo conſiderandus, quid ſcilicet debeat purgationem præcedere, & quid
ei ſuccedere. Vnde ſi virium refectione eſt opus, huic primùm tanquam primæ omniũ
indicationi ſatisfaciendum eſt, 9. meth. med. cap. 13. poſt hanc verò ſi tanta ſit humo-
rum copia, vt imminutionem indicet, per venæ ſectionem erit ſecundo loco ſatisfa-
ciendum. Deinde autem quia non purgantur rectè humores, niſi primùm extenuentur,
atque præparentur, corpuſque totum fluidum reddatur, ex 2. aph. 7. cùm quiſpiam H
purgare volueris, corpora fluida facere oportet. Et hæc de ratione tum euacuandæ
putredinis, tum tollendę obſtructionis tam per ſanguinis miſſionem, quàm per medica-
mentum purgans, tempeſtiuum nunc eſt, vt deſcendamus ad particulares febres.

De febre maligna. Cap. IX.

VNiuerſalem methodum tum dignoſcendi, tum etiam curandi febres
putridas, eo hactenus animo fuſiùs aliquantò explicui, vt ad particu-
lares earundem ſpecies capeſſendas eſſet veluti manuductio quædam,
cuius ope addiſcentes, præclariſſimos quoſque, qui de hac ma-
teria in hunc vſque diem egregiè perſcripſerunt, Authores maximo
cum fructu peruoluere, & aureas eorum ſententias perſpicuè intelli-
gere potuiſſent. Videbam equidẽ ſuperioris, ac noſtrę ætatis ſcriptores aliquot eximios

omni

A omni induſtria febrium in ſpecie putridarum tractationem adeo luculenter explicaſſe,
vt nihil penitùs in ea deſiderandum ſupereſſet; ea propter non nouam mihi excuden-
dam fore ſcriptionem, ſed ſatiùs genericam hac de re inſtructionem, ſeu methodum,
quæ aliorum ſcripta intellectu faciliora redderet, tradendam exiſtimaui. Qua ad finem
perducta omninò à particularibus deinceps diſcutiendis abſtinuiſſem, niſi malignæ fe-
bris tractatus, etſi miro ordine, ac ſingulari doctrina ab aliquibus magni nominis in re
medica viris conſcriptus, quibuſdam fermè difficultatibus nonnullibi aſperſus appare-
ret, quas Medicinæ candidatis nonnihil incommodi allaturas verebar. Sed quoniam
ſemper cordi mihi fuit ingenti animi propenſione eorum ſtudia promouere, qui huic
noſtræ ſeſe facultati dediderunt, ne difficultates eæ proficientium progreſſus in febris
malignæ eſſentia percipienda retardarent, decreui huius ſolius naturam, cauſas, & ac-
cidentia accuratè, quoad potero, & omni breuitate dilucidare, ac ſimul etiam ea, quę
perplexitatem alijs pepererunt extirpare. Hanc autem prouinciam eò libentiùs ſuſci-
pere non grauabor, quòd cognoſcam ſtudioſos poſt harum lectionum lucubrationem
B facillimo negotio peruenturos in exquiſitam notitiam aliarum febrium; cognitis enim
obſcurioribus faciliùs innoteſcunt minùs obſcura: at quis inficiabitur febris malignæ
notionem magis tenebricoſam, quàm aliarum febrium? Non piget deinde me, hæc
exarare; quandoquidem id cogitati eripi cupio, quo plerique omnes Meſſanæ tertia-
nam febrem præſertim duplicem inter malignas conſtituendam eſſe putant. Habentur
quidem hic ſigna, quibus ab inuicem has febres diſtingui manifeſtatur. Deinde impulit
me ad eandem ſcriptionē abuſus eorum, qui vulgò credunt nullam febrem ad exitium
perducere poſſe ægrotantes, niſi malignam, & quamlibet malignam omninò ad inte-
ritum terminatum iri, quod quàm ineptum ſit, peritorum eſto iudicium: nihilominus
ego pro virili mea parte, ſi licebit, hos errores ab aliorum mentibus, quibus inſunt, abij-
cere conabor, his præfatis accedo ad rem propoſitam.

In febre maligna pertractanda omnem contemplationem in duo capita diuidam, in
primo examinabo omnia ad ipſius notionem pertinentia; in ſecundo, quæ ad curatio-
nem attinent omni diligentia interpretabor, & in vtroque ſcitu non indigna intellige-
C tis. *Vt* autem primum caput pro dignitate diſponatur, verſandum in primis eſt circa
conſiderationem earum rerum, quæ à Medicis præſentes dicuntur, deinde circa præ-
teritas, & tertiò circa futuras. Res præſentes ſunt morbus, cauſæ, atque ſymptomata,
quæ ad actiones læſas ad qualitates mutatas, ſeu ad affectiones corporis, nec non & ad
excreta reducuntur; & in hac conſideratione omnia concurrunt, quę verè ad naturam,
& eſſentiam vniuſcuiuſque morbi ſpectant. Præterita autem ſunt ἀναμνηστικὰ, hoc eſt
rememoratiua ſigna, ex quibuſdam affectibus à cauſis externis præteritis in corpus
impreſſis, deſumpta, à quibus ducimur in cognitionem cauſarum præteritarum potiùs
ad exiſtimationem, & gloriam Medici facientium, quàm ad morbi cognitionem; ſi qui-
dem Medici elegantes cōiectura quadam callida vtentes nonnulla dicunt ad morbum
attinentia, quæ æger non retulerit in morbi enarratione, quam fecit Medico, ſiue id
contingat memoriæ defectu, ſiue quòd velit induſtriæ Medici periculum facere. Futu-
ra verò ducunt Medicum in cognitionem conſtitutionis morbi; nam ſi cognouerit
euentum, aut tempus, vel modum euentus, eaque rectè prædixerit, indicium certiſſi-
D mum eſt ad vnguem naturam morbi agnouiſſe, vt ab Hipp. 1. prognoſt. 1. habetur.
Atque hæc ſunt, de quibus hoc capite verba facturus ſum, quapropter à morbo, hoc
eſt ab ipſiùs febris malignæ definitione initium ſumendum.

Sed quod primùm occurrit examinandum, eſt eiuſdem malignæ febris nomen. Hæc
autem cùm inter peſtilentes morbos connumeretur, & peſtilentes morbi ſint commu-
nes, hinc etiam inter communes morbos enumerari ab ijs, qui de ipſa ſcripſerunt, con-
ſueuit: ſed plura nomina à Græcis habentur morbos communes deſignantia; nam in
primis eſt λοιμὸς, quæ vox docente Gal. 3. in 3. epid. tex. com. 20. ſignificat peſtem,
quæ communiſſimus eſt morbus. Sunt tamen & alij morbi communes à peſte diuerſi,
qui homines vnum locū habitantes inuadunt, & ſunt vel ſimiles ſpecie, vel diſſimiles; ſi
ſimiles, vel omnes indifferenter, vel aliquos homines inuadunt, victus ratione, loco,
cœlo ætateque ſimiles. Si omnes indifferenter adoriuntur, à Græcis appellantur πανδήμιοι
καὶ πάγκοινοι, hoc eſt cōmuniſſimi, quòd ab vna cauſa cōmuniſſima prodeunt, ſiue aër ſit,
ſiue

Google

ſiue alimentum, & huiuſmodi cauſa aut eſt propria regionis, aut extrinſecùs aduenit, ſi E
propria eſt regionis,morbi ab ea prodeuntes dicuntur endemij, ideſt vernaculi, quia cauſa communis eſt, & propria loci, ſiue aër, ſiue aqua, ſiue alimentum ſit.

Si cauſæ aliunde proficiſcuntur, epidemij, id eſt vulgares,dicuntur, & tunc ſi ab illis plures iugulentur, quàm ſint ij, qui ſanitati reſtituuntur, dicitur conſtitutio epidemia praua. Quòd ſi morbi non omnibus eueniant habitantibus in vno loco, ſed ijs tantùm, qui eodem victus genere vtuntur, aut qui ſimiles ætate ſunt, ſicut in æſtate iuuenes febri laborantes,dicuntur tunc morbi iuuenibus omnibus eſſe communes: ſenibus è contra catharri euenientes, morbi dicuntur communes ſenibus; nam ijs proportionantur. At ſi morbi ſint diuerſarum ſpecierum, vt quando in vna regione, aut loco plures vagantur morbi diuerſi, vt ſynanche,pleuritis,diſenteria,dyſuria,nephriticæ paſſiones, poſſunt dici quidem communes, ſed ſporadici, quos noſtri ſparſos appellant.

Iam verò licet febris tam peſtilens, quàm maligna ſint morbi vnius ſpeciei omnibus hominibus indifferenter euenientes, nihilominus peſtis poteſt eſſe pandemius, atque epidemius morbus, & quando longè plures interimit, quàm ij ſint, qui liberantur, F
appellatur epidemius prauus, & peſtilens: maligna verò febris, de qua ſumus præcipuè dicturi, vocari poteſt endemius morbus, & ſporadicus, nequaquam epidemius: endemius quidem,ſi per vnum locum ſola excurrat, ſi verò cum multis alijs morbis diuerſæ ſpeciei vagetur, poterit appellari ſporadicus morbus, & hæc de nomine malignæ febris dixiſſe ſufficiant, dum altiora nos expectant.

In quibus conueniat, & differat maligna febris à peſtilenti.

Dicamus modò, in quibus iſtæ duæ febres conueniant, & in quibus differant, conueniunt in multis, primò in caractere, ac formalitate,cùm ambæ ſint malignæ: deinde conueniunt,quòd indifferenter omnes humores pro ſubiecto ſibi determinant,vt apud Hippocratem videre eſt 1. epid. ſect. 2. tex. 25. 3. in 6. epidem tex. 64. quibus in locis enumerantur varię ſpecies harum febrium in illa cōſtitutione vagantes, vt tertiana, quotidiana, quartanæ, ſynochæ,omnes peſtilentes. Conueniunt tertiò putredinis gradus ratione; vtraque enim fit ab excellenti putredinis gradu, quæ putredo à Fernelio vocatur cœca,& abdita, à Fracaſtorio profunda, & ſordida, quamuis alij eam veneuatam qualitatem, alij venenum, alij qualitatem occultam,& alij tandem à tota ſubſtantia vocant. Conueniunt denique ratione contagij; ambæ enim contagioſæ ſunt. G

Differunt verò in pluribus, primò quia longè peior eſt peſtilentialis, quàm maligna: deinde ratione cauſæ; nam peſtilentialis vera fit à cauſa externa, nempe ab aëre putrefacto, à quo indifferenter omnes materiæ putreſieri poſſunt, hinc fit diaria, hectica, atq;humoralis peſtilēs.Maligna verò febris fit à cauſa interna, ideſt ab apparatu prauo corporis putredinem inducente, induci nec poteſt, niſi mediante obſtructione, vel adſtrictione, quæ in peſtilenti vera minimè requiruntur. Tertiò differunt effectus ratione, cùm longè plures in peſtilenti vera moriantur, quàm ſanentur, è contra in febre maligna longè plures ſanentur, quàm moriantur. Vltimò differunt ratione modi contagij; nam peſtilens contagioſa eſt omnibus modis, hæc vero per contactum tantum. Quod, vt intelligatis, opus eſt altiùs paulò exordiri, declarando quid contagium ſit, & quotuplex: contagium communicatio quædam morbi eſt de corpore in corpus in ſpetie ſimilis,cuius tres ſunt differentię,vna enim fit ad diſtans, alia per fomitem, ter- H
tia per contactum. Contagium ad diſtans eſt, quando ab vno loco ad alium per aëris continuitatem fertur qualitas illa peſtilentialis, vt Thucidides, & Galenus referunt Athenas ex Aethiopia perlatam fuiſſe medijs peſtilentibus ſeminarijs. Per fomitem verò contagium eſt, quando conſeruatur mala illa qualitas in rebus aptis ad illam retinendam, vt quando ſeruatur in pannis, autalijs rebus ſimilibus,inde transfertur ad corpora. Tertia ſpecies contagij eſt quando per contactum immediatum ab vno corpore in aliud communicatur morbifica qualitas.

Febris peſtilentialis omnibus modis eſt contagioſa, febris verò maligna per contactum ſolum, & mediatum,nequaquam immediatum; nam ab ægrotantis toto corpore expirant vapores,dum per perſpirationem,cùm arterię ſeſe cōtrahunt,expelluntur qui per cubiculum ſparſi aërem ipſum inficiunt, inde media inſpiratione intus corpus trahuntur ab aſſiſtentibus, atque his medijs contrahitur eadem febris in corpore.

In qui-

A *In quibus conuenit & differt à putridis continuis proportionat s.*

Conuenit quoque febris maligna cum febribus putridis continuis tam febris, quàm putredinis ratione, deinde quia continua eſt, non ſecus atque ſunt putridæ continuæ. Differt verò pro ratione gradus putredinis, cùm putridæ proportionatæ fiant à putredine ordinaria, & vt aiunt ſuperficiali: maligna verò, vt dictum eſt, à praua, & excellenti putredine. Deinde vnaquæque febris putrida ſibi propriam præſcribit ideam; nam vel ſynocha eſt, vel tertiana, vel quotidiana, vel quartana. Hæc verò nullam propriam habet ideam, niſi quam à malignitate contraxit; tertiò quia febres putridæ vt plurimùm ſunt ſalubres, hæc vt plurimùm eſt lethalis, vel ſaltem cum periculo.

De eſſentia febris malignæ.

Vt verò rectè percipiatis huius febris eſſentiam, & naturam reuocate ad memoriam me ex Galeno, Auicenna, omniumque Medicorum authoritate ſuperiùs dixiſſe, quòd natura febris, ipſiuſque eſſentia ſit repoſita in calore extraneo, aut ad igneam naturam mutato, primùm in corde accenſo, qui mediantibus venis, & arterijs ſpargitur per vni- B uerſum corpus: cùm enim nos verſemur circa febrem malignam, vt febris eſt, ipſius eſſentiam ab huiuſmodi calore extraneo dependere neceſſe eſt. Atqui calor conſideratur tribus modis, 1. de differ. feb. cap. 5. primò, vt eſt in tertia ſpetie qualitatis; deinde vt ſuſcipit magis, & minùs, tertiò quatenus eſt qualitas maximè actiua, & mobilis.

Cùm igitur ſit qualitas, accidens eſſe oportet, & ſubiectum habere, cùm proprium accidentis ſit inhærere. Triplex verò ab Hipp. & Gal. ſtatutum fuit ſubiectum huic calori febrili, prout in corpore humano triplex reperitur ſubſtantia idonea ad calorem hunc recipiendum, nempe ſpiritus, humores, & membra ſolida, & ab ijs diximus tres in primis excitari febrium ſpecies, aut tria genera generaliſſima; nam in priori accenditur calor extraneus in ſpiritibus, & ſit febrium genus primum, quod diaria, ſeu ephemera vocatur. In ſecundo idem calor accenditur in humoribus, & febres humorales ſiunt, quæ vocantur febres putridæ, proque varietate humorum, in quibus calor accenditur, ſiunt variæ febres putridæ, vt intellexiſtis, ſed cùm aliqua differentia; nam ſi accenditur in ſanguine, cùm is ſolus hanc præcæteris humoribus habeat prærogatiuam, C vt accendi poſſit abſque putredine, & cum putredine; hinc fit vt binæ à ſanguine febres ortum ducant: quarum vna appellatur ſynocha imputris, alia putrida, at ſi accendatur in alijs humoribus ſiunt febres putridæ tertianæ, quartanæ, vel quotidianæ dictæ.

At quoniam & ipſi ſuam habent prærogatiuam, vt putreſcere poſſint, tam in venis, quàm extra venas (ſanguis verò in febribus tantùm intra venas) hinc eſt, quòd ab alijs humoribus putreſcentibus ſiunt & continuæ, & intermittentes febres, à ſanguine verò tantùm continuæ, quæ & continentes, & concluſæ vocantur. Iam verò ſi calor hic extraneus accedatur in bile, ſiunt febres vocatæ tertianæ; verùm cùm hic humor biliofus eſſe poſſit in venis, vel extra venas: ſi in venis vel continetur in venis magnis, quæ ſunt propè cor, vel in cordis ventriculis, vel in magnis venis, ſed remotis à corde, vel in alijs, quæ ſunt ad corporis habitum, quæ adhuc diuiduntur in paruas, & minimas. Si in magnis venis propè cor, aut in ventriculis cordis putreſcat bilis, ſiunt febres ardentes, quæ cauſi, aut cauſonides appellantur: ſi in magnis à corde diſtantibus ſiunt febres tertianæ, quas τριταίους vocant: ſi verò in venis, quæ ad habitum corporis ſunt, ſiunt febres D continuæ proportionatæ, quæ tertianæ quoque vocantur.

Nonnulli etiam volunt, quòd vbi bilis putreſcens continetur in paruis venis, quæ ſunt ad habitum corporis, ſiant intermittentes tertianæ: communis tamen Medicorum antiquorum opinio eſt, febres intermittentes fieri à materia extra vaſa putreſcente. Idem dicendum eſt de alijs humoribus; nam ſi pituita putreſcat intra vaſa, ſit quotidiana continua, ſi extra ſit intermittens: rurſum ſi humor melancholicus putreſcat intra vaſa, ſit quartana continua, ſi extra ſit intermittens; denique dicendum eſt ab ipſis humoribus fieri ſecundum genus febrium.

Tertium verò ſit quando in partibus ſolidis accenditur calor extraneus eo modo, quo ſumus interpretati: pro diuerſitate igitur horum trium ſubiectorum, ſiunt tria hæc febrium genera; & variatur etiam caloris non modò intenſio, & remiſſio, ſed & motus ipſius. Hinc Hippocrates 6. epid. comment. 1. tex. 23. hæc tria, quæ in calore ſunt, conſiderans attulit nobis febrium differentias eſſentiales, tanquam ab ipſius caloris

eſſentia

eſſentia deſumptas; vt teſtatur Galenus in comment. Quæ eſſentiales febrium differentiæ à Medicis tactus ſenſu dignoſcuntur, accidentales verò à viſu; nam eodē Galeno docente loco præcitato, quemadmodum à guſtu diſcernuntur ſucci, ita & febres dignoſcuntur tactu; at ſenſus tactus verſatur primùm circa qualitates tangibiles, tanquam circa proprium obiectum, deinde circa motum, tanquam obiectum commune; vnde Hippocrates dicebat febrium *alia quidem manui ſunt mordaces, alia mites non mordaces quidem, ſed inſurgentes, alia acuta quidem, ſed quæ ab ipſa manu deuincantur alia confeſtim perurentes, alia ſemper debiles, ſicca, ſalſa, alia Pemphigodees aſpectus graues*, & quæ ſequuntur. B

Sex differentiæ febrium eſſentiales afferuntur nobis ab Hippocrate; nam aliæ ſunt mordaces, aliæ mites, aliæ minimè mordaces à principio, ſed inſurgentes, aliæ acutæ, ſed illorum acuties diminuitur, aliæ ſubitò perurentes, aliæ ſemper mites: cùm igitur vt dictum eſt calor ſit qualitas quædam, quæ neceſſariò ſibi adſciſcat ſubiectum, à quo non modò ſuſcipit intenſionem, & remiſſionem, ſed motum, hinc huiuſmodi differentiæ aut referuntur, ad caloris intenſionem, & remiſſionem, aut ad motum, ſed ob maximam affinitatem, quàm ad inuicem habent, vix diſcerni poſſe videtur quænam differentiæ ad intenſionem, aut remiſſionem, quæ verò ad motum caloris referantur. F

Valleſius, qui vir doctiſſimus fuit, & Leonardus Fuchſius non ſpernendus author ab inuicem diſcrepant, quippe Valleſius exiſtimat priores quatuor differentias referri ad motum caloris, poſteriores duas ad caloris intenſionem, & remiſſionem, Fuchſius è contra putauit priores duas differentias referri ad intenſionem, & remiſſionem caloris, quatuor verò poſtremas ad motum. Sed hanc materiam alias tractauimus, oſtendimuſque poſſe omnes diuerſo habito reſpectu, & ad intenſionem caloris, & ad motum illius referri; ſed ſat nobis in præſentia eſt demonſtraſſe omnes febrium differentias eſſentiales deſumi ab ipſo calore præter naturā, vt dicēdum ſit febrem malignam nihil aliud eſſe, quàm calorem præter naturam accenſum in corde, qui ratione materiæ, in qua accenditur, recipit propriam ideam, magnitudinem, motum, & morem, à quantitate ſcilicet qualitate, & motu ipſius caloris. Auſpicemur primùm à materia, ex qua ſit maligna febris, quæ neceſſariò eſt vel ſpiritus, vel humor, vel membrum ſolidum; G ſed non eſt ſpiritus, quia eſſet febris ephemera, nec membrum ſolidum, quia eſſet febris hectica, relinquitur igitur, vt ſit humor, & ſic febris maligna eſt humoralis, & putrida.

Sed audio quendam dicentem, poſſe febrem ephemeram, & hecticam eſſe peſtilentes ergo & malignas: conſequentia probatur, nam febris maligna eſt de genere peſtilentium, vt diximus ergo eſt dicendum febrem malignam poſſe eſſe ephemeram, & hecticam; quod verò ephemera & hectica poſſit eſſe peſtilens probatur, & ratione, & auctoritate. Et primò, quod ephemera ſit peſtilens, probatur, nam ſpiritus, qui ſunt materia ephemeræ putreſcere poſſunt, ſed quæ talia ſunt, recipere etiam poſſunt tum peſtilentiam, tum malignitatem, quæ nihil aliud ſunt, quàm excellentiſſimæ quædam putredines, vt ſuo andietis loco; quòd verò ſpiritus poſſint putreſcere, ab Ariſt. 4. meteor. habetur, dicente, omnia putreſcere igne excepto, ſed vt Galenus ſcribit, 2. de Hipp. & Plat. decretis cap. 3. ſpiritus conflati ſunt ex igne, & aëre, ergo cùm non ſint ignis putreſcere poſſunt. Succedit quòd Ariſt. 2. de gener. animal. cap. 2. & H Galenus 9. meth. 8. ſcripſerunt, ſpiritus eſſe corpora calida, & humida; at quæ talia ſunt putreſcere poſſunt, ergo, &c. Sed quod magis eſt, Ariſt. 7. problem. 8. & Alexander 2. prob. 42. inquirentes, cur Phtiſis ſit contagioſa, reſpondent id euenire ratione ſpirituum; ij enim putres, atque corrupti à pulmonibus emanātes, dum ingrediuntur pectora ſanorum, viſcera vitalia contaminant, & ad putredinem deducunt. Cæterùm febris illa Anglica, quæ vno die homines iugulat, ex communi Medicorum conſenſu, nihil aliud eſt, quàm ephemera, in qua niſi ſpiritus putreſcerent, non poſſet fieri tam ſubita mors, ſpiritus igitur putreſcunt, ergo febris maligna erit accenſa in ſpiritibus, & dabitur maligna ephemera.

Quod ad hecticam ſpectat, eſt Galeni authoritas 3. de præſag. ex pulſ. cap. 4. & 1. de differ. febrium cap. 3. vbi ſcribit dari hecticas peſtilentes, non modò poſt peſtilentes putridas, ſed etiam ab initio euenientes, quæ differunt ab alijs febribus à magna putredine

A tredine ortis: & loco iam vltimo citato docet modum eam dignoſcendi ex fœtore ſpiritus, & animæ exeuntis. Auicennas etiam viſus eſt hanc ſequi opinionem, fen. 1.4.tra. 4. cap. 1. ſed obſcurè ſatis loquitur, quia dicit ex aëre peſtilenti corrumpi ſpirituum complexionem, & putrefieri humores, inde communicari corpori cordis: quare videtur differre à Galeno, quòd febres haſce hecticas poſt alias febres humorales euenire ſcribat, Galenus verò vult eas fieri etiam ab initio. Petrus Foreſtus lib.6.ſuarũ obſeruat. 32.& 33. ſcribit ſe tales curaſſe febres, tam priùs, quàm poſteriùs ortas: dãtur igitur febres hecticę peſtilentes, ergo & malignæ. Hæc ſunt, quibus demõſtratur dari poſſe tam febrem ephemerã, quàm hecticam malignam: non deſunt tamen grauiſſimi Authores putantes contrarium.

Inter quos eſt Conciliator differ. 94. qui nititur oſtendere non poſſe dari ephemeram peſtilentem, quia ſpiritus putreſcere minimè poſſunt, cùm ſint corpora tenuiſſima, & in continuo motu. Hunc authorem ſecuti ſunt Victorius Trincauellius, Hieronymus Capiuaccius, Alexan. Maſſaria, & plerique alij, ad confirmationemq́ue
B Commentatoris addit Capiuaccius auctoritatem Auicennæ ſupra allatam, vbi ſcribit ex aëre peſtilenti corrumpi complexionem ſpirituum, & humores putrefieri, ſi igitur corrumpitur complexio fit tantùm alteratio, non putrefactio, vnde non poteſt fieri putrida febris, qualis eſt maligna, & peſtilens, de qua nunc loquimur. Succedit, quòd diaria febris non excedit tertium diem, hæcq́ue ſuapte natura eſt ſalubris, at huiuſmodi febres peſtilentes ſunt longiores, & nunquam abſque vitæ periculo, quare dari non poteſt febris ephemera peſtilens, & maligna. Sunt & rationes, atque auctoritates, quibus comprobant facilè non poſſe dari febres hecticas peſtilentes. Prima ratio deſumitur à natura, & conſtitutione cordis, non habente aptitudinem ad febrem hanc recipiendam, quam conſiderans Hippocrates 4. de morbis, tum libello de corde, (ſi tamen ipſius eſt liber) dicebat compactam eſſe ex craſſa, & penè impaſſibili materia, vt omnium morborum à putredine ortorũ expers eſſet. Ariſt. 4. lib. de part. animal. cap. 2. & 3. viſus eſt hanc Hippocratis ſententiam admiſiſſe, vbi ſcriptum reliquit, cor nullum graue vitium pati poſſe, at febris tam peſtilens, quàm maligna grauiſſimus eſt
C morbus, quare videtur eam cor pati minimè poſſe.

Deinde probatur ex vtriuſque febris natura, quandoquidem maligna, aut peſtilens febris eſt de genere putridarum: at tales febres ſuum eſſe habent partim in fieri, partim facto eſſe; hinc etiam dicuntur inæquales intemperies, at febrium hecticarum eſſentia eſt tota in facto eſſe, vnde intemperies æquales dicuntur, igitur non videtur dari poſſe febres hecticas peſtilentes, aut malignas. Opus inſuper eſſet, vt cordis ſolidæ partes putreſcerent, ſi febris maligna, aut peſtilens eſſet dicenda; nam de ratione febris hecticæ eſt, vt partes ſolidæ ſint accenſæ, de ratione verò febris malignæ eſt, vt illæ ſint putrefactæ. Curatio tandem, quæ competit vtrique febri, oſtendit non poſſe dari febrem hecticam malignam, aut peſtilentem; quandoquidem malignæ febris, & peſtilentis curatio fit per medicamenta euacuantia, aperientia, & exiccantia, vnde Auicen. dicebat ſummam curationis huius febris eſſe exiccationem; at febrium hecticarum curatio fit per refrigerantia, & humectantia, ergo febris hectica non poteſt eſſe maligna. Hinc Galenus 3. de præſag. ex pulſ. 3. in fine dicebat non poſſe excogitari medicamentum
D ad putredinem tollendam, quæ in corde fit, hoc eſt, in partibus ſolidis ipſius cordis: ex quo Galeni loco luce clariùs colligitur febrem hecticam peſtilentialem dari minimè poſſe: & per conſequens neque dari hecticam malignam. Hæc ſunt quæ in hac materia non ſpernendas faciunt difficultates: pro veritate tamen intelligenda.

Sciendum in primis eſt, febres diarias, aut ephemeras eſſe in duplici diſcrimine, alias eſſe, quæ veræ, & legitimæ ephemeræ dicuntur; aliæ per ſimilitudinem quandam: priores illæ ſunt, in quibus ſpiritus tantùm incaleſcunt, ſecundæ verò ſunt, in quibus etiam putreſcunt, & maligna quadam putredine: proinde quemadmodum ægrotantes ſub prioribus ſpatio viginti quatuor horarum, aut trium dierum ad ſummum liberantur; ita etiam in ſecundis homines eodem ſpatio moriuntur. Tales erant illæ febres, quæ apud Anglos excitatæ fuerunt, ſub quibus homines ſudore profuſi, citò moriebantur; vnde hac ratione dictæ fuerunt ephemeræ peſtilentes. Ad Conciliatorem dicimus ſpiritus non putreſcere tam facilè, ac faciant humores, tum ſuæ tenuitatis, & ſiccitatis,

quàm motus continui ratione; aliud enim eſt dicere, quòd ſpiritus non putreſcant, aliud E
quòd difficulter; putreſcunt quidem, ſed cum difficultate. Sed quando putreſcunt, non
modò proprio motu, quem à corde ad omnes corporis partes habent, priuantur, quo
nomine homines in ſyncopen, & repentinam mortem cadunt, ſed eorum ſubſtantiæ
coruptela ita cordis temperiem afficit, vt non ampliùs cor ſpiritus generare poſſit, &
hinc mors ſequitur tam cita. Ad Auicennæ authoritatem dicimus, ipſum non negare,
quòd ſpiritus putreſcere poſſint in peſtilenti aëris conſtitutione, ſed dicit eorum cor-
rumpi complexionem, quæ eſt præuia ad corruptelam diſpoſitio, quare concludimus
dari febrem peſtilentem ephemeram ſimilitudinariam, non autem malignam propriè
dictam ex ſpirituum putrefactione, & corruptione, quæ breui temporis ſpatio homi-
nes interimat, non ſecus atque ephemeræ veræ eos liberant.

Ad ſecundam dubitationis partem de febribus hecticis, quæ longè maioris eſt diffi-
cultatis, doctiſſimus Mercurialis lib. 5. de febr. cap. 17. duplicem facit febris hecticæ
differentiam, vnam veram, alteram ſimilitudinariam, non ſecus atque de ephemera
dictum eſt; proinde non poſſe dari veram hecticam peſtilentem dicit, ſed benè per ſi- F
militudinem quandam, quam ſimilitudinem febres peſtilentes aliquæ imitantur; nam à
febricitantibus non percipiuntur, quemadmodum febris hectica; deinde quia huiuſmo-
di peſtilentes febres continuæ ſunt, nullam acceſſionem habentes manifeſtam, ſed per
incompreſſam annotationem inuadentes. Hanc ſimilitudinem conſiderans Galenus,
quam huiuſmodi peſtilentes febres cum hecticis habent, voluit eas hecticas appellare,
rationem, & ſpeculationem (cuius ſemper fuit amator) potiùs ſectatus, quàm ſenſum
ipſum. Sed huiuſmodi determinatio non modò falſa eſt, ſed Gal. contraria: eſt quidem
falſa quia multi authores, & quidem doctiſſimi, vt Capiuac. Augenius, Maſſarias, &
plerique alij putant dari verè febres hecticas peſtilentes ſecundùm ſenſum, & rei veri-
tatem. Galeno aduerſatur, quia is ſcribit lib. citato cap. 4. 3. de præſagijs ex pulſibus,
non modò dari hecticas febres diſtinctas ab omnibus alijs febribus ex praua putredi-
ne ortis, ſed eas euenire poſſe ſine alijs, ſicut ex 10. lib. meth. med. cap. 11. quod eſt
vltimum, confirmatur, vbi ad hunc modum ſcribit, *æquè vt de hecticis febribus, quæ in
peſtilentijs contingunt cuiuſmodi ea eſt, quæ nunc publicè graſſatur*: quare Galenus concedit G
dari febres verè peſtilentes hecticas, non ſimilitudine tantùm, vt dictum eſt.

Pro ſolutione igitur dicimus huiuſmodi febres hecticas, in quibus cordis ſubſtantia
putreſcit ſecundùm Gal. & rei veritatem dari, ſed lethales adeo, vt nullus Medicus eas
ſanare poſſit: vnde meritò ſcripſit idem Galenus, nullum excogitari poſſe medicamen-
tum, quod queat auferre hanc putredinem, ſed id ſolùm contingit in peſtilenti aëris
conſtitutione. At in malignis febribus citra peſtilentem conſtitutionem febres hecticæ
fiunt quidẽ, ſed non putreſcente cordis ſubſtantia, verùm ea incaleſcente quæ, & febri-
bus malignis admiſceri poſſunt, & ſequi etiam illas: at quòd poſſint tales febres à cauſa
quapiã interna euenire, nunquam obſeruatum eſt, quòd ſi eueniret, eſſet de raró cõtin-
gentibus, & ſemper cum ægrotãtis interitu. Petrus Foreſtus eas curabat quidẽ, ſed cum
ægrotantium interitu, vt ex ipſius ſcriptis apparet. Ad Hippocratem, & Ariſtotelem
dicimus, quòd cor difficiliùs patitur graue vitium, & ſemper cum morte ægrotantis;
quare cor pati poteſt magnum, & grauem morbum, ſed non cum hominis vita, niſi per
breue temporis ſpatium; nullus enim eſt, qui poſſit imaginari ſibi medicinam, quæ va- H
leat putredinem à cordis ſubſtantia remouere, vt dictum eſt. Quare concludimus dari
hecticas peſtilentes quidem, ſed quæ breui temporis interuallo hominem de medio
tollant, idque tantùm in peſtilenti aëris conſtitutione. Cùm autem raró huiuſmodi fe-
bres contingant, nempe diariæ, & hecticæ peſtilentes, & in conſtitutionibus peſtilen-
tibus tantùm, noſque in præſenti ſermonem de febre maligna, quæ extra peſtilentes
conſtitutiones euenit, ſimus habituri, non eſt, vt ampliùs de his febribus loquamur,
vnde ab hac conſideratione arcemus tam ſpiritus, quàm membra ſolida, humoreſque
tantùm pro materia malignæ febris accipimus. In febris malignæ eſſentia indaganda,
quatuor quæ à Gal. proponuntur 3. de criſ. examinabo, nimirum eſſentiam ipſius, ma-
gnitudinem, motum, & morem.

Ad primũ, ipſius eſſentia poſita eſt in calore extraneo, aut ad igneã naturã mutato in
humoribus cordis accẽſo, qua ratione cõuenit cũ putridis, & peſtilẽtibus, differt verò à
peſti-

Digitized by Google

A peſtilenti, quia in hac & ſpiritus, & humores, & membra ſolida putreſcere poſſunt, in ea verò tantùm humores: à putridis continuis differt ratione loci, in quo humores putreſcunt; nam in venis propè cor, & in ventriculis cordis putreſcit humor in malignis, at in putridis non malignis in venis tantùm ſiue propè cor,ſiue procul à corde:quamuis Antonius à Porta nolit in maligna febre putreſcere humores in cordis ventriculis, quod tamen aduerſatur experiētiæ, & Galeno. Deinde differt ratione ſpeciei putredinis; nam febris maligna fit à putredine in excellentiſſimo gradu; putrida verò fit à putredine communi, & minimè maligna.

Sed febris huius malignæ nulla certa determinari poteſt idea, quemadmodū in alijs febribus continuis putridis; nam quamuis putrida, & continua ſit ſemper, nulli tamen ex continuis eſt adſtricta, vt dictum eſt ſuperiùs;nec enim tertiana,nec quotidiana,nec quartana, neque ardens dici poteſt, licet aliquam ex ijs ſua natura ſemper includat; modò enim præſefert ideam vnius, modò alterius, quia omnes humores in ipſa in differenter putreſcere poſſunt, tam coniunctim, quàm disiunctim: quamuis frequentiùs
B ſedem ſuam habet in tertiana continua, quàm in alijs febribus, quòd cæteras omnes malignitate longè ſuperat, vt Galenus primo epid. ſect. 2. tex. cōm. 25. eleganter demonſtrat, & experientia oſtendit.

Contra id,quo ſtatuimus ſubiectum veræ peſtilentis febris eſſe ſpiritus, humores, & ſolidas partes, & ſubiectū malignæ eſſe tātùm humores,obijcies fortè plures authores, Montanum, Fracaſtorium, Altimarum, à Porta, & alios, qui de hac materia tractantes dicunt, peſtilentes, & malignas febres caracterem,& formam eandem habere.Si igitur eandem formalitatem habent, opus eſt, vt eandem ſibi quoque materiam, hoc eſt ſubiectum determinent: atque ita ſi febris peſtilens ſpiritus, & humores, ac membra ſolida indifferenter depaſcitur, atque inficit,& febris maligna poterit humores,& ſpiritus, & membra ſolida inficere,non ſecus atque vera peſtilens: non igitur verum eſt, quòd proprium, & adæquatum ſubiectum febris malignæ ſit humor.

Reſpondeo huic obiectioni, quòd quamuis eadem ſit natura malignitatis, & effectus ipſius in vtraque, differt tamen maligna à peſtilenti ratione cauſæ efficientis;
C nam peſtilens ſit ſemper à cauſa externa; nempè ab aëre coinquinato, & ſecundùm ipſius ſubſtantiam putrefacto, à quo, & ſpiritus, & membra, & humores indifferenter afficiuntur, & putrefiunt tam diuiſim, quàm coniunctim pro varia ipſorū diſpoſitione; vt dictum eſt ſupra; at febris malignæ venenata qualitas ſundatur in humoribus ortum ducentibus à malo alimentorum apparatu,& putreſcētibus ob prohibitā tranſpirationem, & obſtructionem,aut adſtrictionē, à quibus poſſunt quidem, & ſpiritus, & cordis ſubſtantia affici, & coinquinari; nequaquam putreſcere. Quòd autem in peſtilenti febre vera homines, vt plurimùm moriantur, in maligna contra vt plurimùm ſanentur, ratio eſt, quia intenſior, & magis maligna eſt putredo peſtilentis febris veræ, quàm peſtilentis non veræ, ſeu malignæ. Quare dicimus caracterem malignitatis non à materia, ſed ab efficiente cauſa prouenire,& quamuis ambæ iſtæ febres dicantur peſtilentes,vna tamen eſt verè talis, altera per ſimilitudinem. Rectè igitur dictum eſt veram peſtilentem habere indifferenter pro ſubiecto, & ſpiritus, & humores, & membra ſolida, non verè peſtilentem, ideſt malignam ſibi tantùm determinare humores.

D Quod ad magnitudinem, aut vehementiam ſpectat, procul omni dubio febris hæc magnus morbus dicitur;nam cùm Gal.4.meth. 6. ſcripſerit morbū magnum trifariam dici, nempe vel partis præſtātiæ gratia, vel eſſentiæ ipſius morbi,vel ratione cacoëthiæ ideſt malignitatis, triplici etiam hoc nomine febris maligna, dicitur magnus morbus. Primò quidem ratione partis affectæ,quę dupliciter pręcipua,ac digna eſt,tum propter vitæ neceſſitatem, quia ſine illa vita conſiſtere nequit, tum ob officium, quod præſtat publicū; cor ſiquidem eſt pars, quam maligna febris obſidet, & primò quidem, quare hac ratione dicitur magnus morbus. Secūdò dicitur magnus morbus reſpectu eſſentiæ ſuæ,quam nobis declarant ipſa ſymptomata; nulla enim eſt febris inter putridas, quæ vehementiora, & maiora habeat ſymptomata, atque maligna febris, ſiue in actionibus conſiderentur,ſiue in excretis,ſiue in qualitatibus mutatis,vt ſuo intelligetis loco. Tertiò dicitur magnus morbus reſpectu malignitatis, tùm hæc ipſa ſit maligna febris, de qua quidem malignitate, paulò infra audietis.

Digitized by Google

Sed hoc loci non negligenda oritur difficultas, quæ ex lib. 7. meth. med. cap. 12. E
excitatur. Galenus enim ibi præter illa tria capita allata addit aliud membrum, à quo morbi magnitudo deſumitur, eſt autem illud facultas noſtrum corpus regens, ita vt ratione facultatis noſtrum corpus regentis læſæ magnus fiat morbus. Non igitur trifariam tãtùm, magnus morbus dicitur, ſed quadrifariam, & ſic aut Galenus videtur diminutus 4. meth. med. aut 7. meth. ſuperfluus. Hic locus quãplurimis ſcriptoribus admodum difficilis videtur, & propterea aliqui horum volentes hunc nodum ſoluere, dicunt caput iſtud læſæ facultatis idem eſſe cum cachoëtia, quæ lædit facultates, à quibus proficiſcuntur operationes; cachoëtia enim eſt cauſa læſarum facultatum, qua poſita, ſtatim, & effectus ponitur: quare qui dicit cachoëtiam, conſequenter dicit læſionem facultatum, & ſic tria tantùm erunt capita, à quibus magnitudo morbi deſumitur, non quatuor, videlicet partis affectæ præſtantia, morbi eſſentia, nec non læſio facultatis noſtrum corpus regentis, nimirum cachoëtia.

Sed huiuſmodi determinatio non eſt admittenda, quãdoquidem facultates partium noſtrum corpus regentes fundatæ ſunt in ſimilaribus partibus, quæ non læduntur niſi à F
proprijs morbis, qui ſunt intemperies, ſiue ſimplices, ſiue compoſitæ fuerint. Quare facultates noſtrum corpus regentes non læduntur à cachoëtia, idest, malignitate, ſed ab intemperie; non igitur cachoëtia eſt cauſa læſionis facultatem, quare facultas læſa, & cachoëtia non ſunt vnum & idem, ſed inter ſe longè diuerſæ. Succedit, quòd ad facultatis læſionem, actiones ipſæ læduntur, at lædi non poſſunt actiones niſi per membrum ipſum, quod eſt proprium facultatum inſtrumentum; nam membra reguntur à facultatibus, non ſecus atque ipſum corpus ab anima, vnde ad membri læſionem læditur facultas; at membrum duobus modis labefactari poteſt, vel vt eſt ſimilare, vel vt organicum, ſi primo modo tunc facultas dicitur lædi, at ſi ſecundo modo impeditur tantùm: at ſimilare membrum non poteſt lædi, niſi ab intemperie, ergo & facultas ipſa, non læditur niſi ab intemperie, non igitur à malignitate, quare malignitas non lædit facultates.

At forſan quiſpiam reſpondebit malignitatem inducere intemperiem in partibus, & proinde lædere facultates, quamuis non primò, ſed quatenus inducit malam intemperiem in inſtrumenta: quare etſi non lædit immediatè, lædit ſaltem mediante intemperie G
facultates noſtrum corpus regentes. Vnde etiam dici poteſt cachoëtia eſſe vnum, & idem cum læſa facultate, vt ſcilicet cachoëtia habet rationem cauſæ efficientis, læſa facultas, vt eſt effectus ab ea proueniens. Sed huiuſmodi reſponſio non ſatisfacit; nam ſi malignitas non lædit facultates noſtrum corpus regentes, niſi per mediam intemperiem, non poterit dici vna, & eadem res eſſe malignitas, & læſa facultas, quemadmodum dici minimè poteſt, cauſa, & effectus eſſe vnum, & idem; alia enim eſt ratio formalitatis ipſius cauſæ, & alia effectus, læſa igitur facultas, & malignitas non ſunt vnum, & idem, quare nec dicere poſſumus Gal. accepiſſe hæc duo pro vno, & eodem.

Nec propterea dicimus attuliſſe Galenum quatuor capita, à quibus voluerit magnitudinem morbi eſſe deſumendam, vt nonnulli exiſtimarunt, ſed dicimus magnitudinem morbi poſſe duobus modis conſiderari, vel per ſe, vel per relationem ad virtutem noſtrum corpus regentem; ſi primo modo, tria tantùm ſunt capita, à quibus morbi magnitudo deſumitur, nempe partis præſtantia, morbi eſſentia, & malignitas. Si ſecundo modo poteſt dici morbus magnus, quando vires ita læſæ ſunt, vt vel ipſum ferre non poſſint, aut vix, & cum difficultate. Galenus igitur 4. meth. 6. conſiderat magnitudinem per ſe, quæ triplex eſt, vt eo loci ſcriptum eſt: 7. verò meth. 3. comparat facultatem noſtri corporis cum morbi magnitudine, aut vehementia, quem magnum, aut paruum appellat pro læſionis facultatis diuerſitate: nam vbique à Galeno decantatum eſt duas eſſe primas, & præcipuas indicationes medendi, vna quæ deſumitur à re præternaturam, & alia à re naturali, idque, quod eſt præter naturam, auferendum indicat, quod verò ſecundùm naturam, conſeruandum. Et inter ea, quæ ſunt præternaturam, oportet aduertere, an aliquid ſit, quod habeat rationem vrgentis: vrgens autem conſideratur inter morbum, cauſam, & ſymptomata, quod quandocunque fuerit in morbo, ſemper opus eſt ipſi attendere, aliquando ipſi ſoli; nonnunquam verò & ſuæ cauſæ ſimul. H

Iam

A Iam verò cùm morbus eſt vehemens, habet rationem vrgentis, eſt autem vehemens vel ratione partis, quam obſidet, vel quia ſuapte natura eſt talis, vel quia eſt malignus, ideo opus eſt Medico indicationes ita accommodare, vt primò ſatisfaciat vrgēti, quod à magnitudine deſumitur. At ſi comparatio ſit inter morbum, & virtutem, aut facultatem noſtrum corpus regentem, ſi virtus ita lædatur, vt morbum, & ipſius cauſam auferre nequeat, illi primò ſuccurrendum. Qua ſtante determinatione, Gal. 4. meth. loquitur de vrgente per comparationem ad res præternaturales inter ſe, ideo dixit à vehementia morbi eſſe deſumendam indicationem. At vbi de indicationibus tractat per comparationem ad morbum, & res naturales, determinat indicationem deſumendam eſſe à læſa facultate, tanquam à re maximè vrgente. Quare in 4. lib. loquitur, de indicationibus deſumptis à rebus præternaturam, inter quas magis vrgere oſtendit morbi vehementiam, in ſeptimo verò de indicationibus deſumptis à rebus naturalibus, inter quas primò, & maximè vrget facultas læſa, quam ſeruandam eſſe docet. Facultas igitur læſa, eſt quid diuerſum à cachoëtia, quæ vbi maximè læſa fuerit, tunc facit magnum B morbum; nam magnus quidem eſt morbus, quem virtus, aut facultas ſuſtinere, aut pellere nequit.

Fabius Pacius ſcribit Galenum in 4. meth. loqui de indicationibus deſumptis à morbo, in ſeptimo verò loqui de indicationibus in ordine ad vrgentia: ſed errat; nam vtrobique loquitur de indicationibus per comparationem ad vrgentia, ſed alia, & alia ratione, vt dictum eſt; & quòd verum hoc ſit, apparet ex eo, quòd vbi nullum adeſt vrgens, & multæ concurrunt affectiones indicantes, vult, vt ad cauſam efficientem recurramus, ab eaque ſumamus indicationem; deinde ad impedimenta, ſeu ad cauſas, quæ habent rationem cauſæ ſine qua non. Concludamus igitur tria eſſe capita, à quibus vehementia, ſeu magnitudo morbi deſumitur per ſe, & vnum per accidens, vt dictum fuit, vnde Galenus ſibi conſtans vbique eſt, cùm loquatur reſpectu diuerſorum, nullaque in eius ſcriptis contrarietas apparet, aut diuerſitas. Concluſum igitur ſit febrem malignam eſſe magnum morbum triplici nomine, nempe partis, quam obſidet, ratione, ſuæ vehementiæ, nec non & malignitatis culpa.

C Ex ijs quatuor, quæ in quolibet morbo ex Galeni præcepto conſideranda veniunt, duo iam à nobis declarata ſunt, idæa ſcilicet, & magnitudo, nunc declaranda veniunt motus nempe, & mos, & primò de motu breuiter, deinde de more prolixiùs agendum erit. De motu huius febris idem, quod de idea dicendum eſt, quæ non eſt vni ſpeciei febris ſemper determinata, quamuis abſque aliqua ex illis eſſe nequeat, ita dicimus febrem hanc malignam non eſſe ſemper celeris motus, quamuis ſit ſemper cum periculo; modò enim celerrimo motu, modo tardè mouetur; nam aliquando non ſolùm ad acutas, ſed etiam ad peracutas, & acutiſſimas, nonnunquam ad longas, & chronicas febres refertur, & hæc de motu.

De more autem fuſiùs, & peculiariùs agendum eſt (cùm ſit id, à quo ipſa denominationem ſumit, à cæteriſque omnibus differt) qui eſt malignus, vnde & febris maligna appellatur: at malignitas, ſi vt decet à vobis perpendatur, comperietis eam eſſe reponendam inter res præternaturales, & per conſequens referri debere ad vnum ex his, quæ dicuntur præter naturam, nempe vel ad morbum, vel ad cauſam, vel ad aliquod D genus ſymptomatum. At primò non refertur ad morbum, vt morbus eſt, alioquin dicendum eſſet omnem morbum eſſe malignum, conſequentia clara, quia de ratione morbi, vt morbus eſt, non eſt, vt ſit malignus, ſed vt ſit, vel ſolutio continui, vel intemperies, vel mala compoſitio: nullus tamen eſt, qui dicat intemperiem, aut ſolutionem continui eſſe malignam, ſeu eſſe morbum malignum. Galenus 4. meth. med. cap. 5. & 6. non appellauit vlcus, quod eſt ſolutio continui, malignum ratione ſui, item 5. meth. med. primo, vbi loquitur de vlcere ſimplici, nullum ſimplex vlcus malignum vocat. Idem de alijs morbis dicendum eſt; nullus enim vnquam dicet ablationem, *e. g.* digiti eſſe malignum morbum, nec ſimiliter de alijs differentijs malæ compoſitionis, quare malignitas non pertinet ad morbum, vt talis eſt.

Cùm igitur malignitas non attineat ad morbi (vt morbus eſt) naturam, erit dicēdum pertinere ad cauſam, aut ad ſymptoma: at non ad aliquam cauſam (loquor nunc de internis) ſiue antecedens ſit, ſiue coniuncta, cùm ambę ab humoribus in corpore exiſtentibus

tibus proueniant, quibus malignitas non eſt adſcribenda; tunc enim dicendum eſſet E
omnes humores eſſe malignos, quod ipſi euidentiæ aduerſatur. Idque ſi concederetur, dari non poſſet aliqua febris, quæ non foret maligna, (loquor de putridis) experientia tamen docet multas dari febres putridas non malignas, vt conſtat apud omnes de materia febrium ſcribentes. Quare malignitas non prædicatur de cauſa morbi. Cùm itaque malignitas nec ad morbum, neque ad cauſam pertineat, ſequitur neceſſariò ſpectare ad ſymptomatum aliquod, hæc verò tria ſunt; alia enim ſpectant ad actionem læſam, alia ad qualitates, ſeu affectus corporis, alia ad excreta, malignitas igitur ſpectabit ad vnum ipſorum: ad actionem læſam minimè attinet, quia cùm actio triplex ſit, naturalis, animalis, & vitalis, ſequeretur omnem actionem læſam debere dici malignam, quod abſurdum eſſe ſatis conſtat.

Idem quoque dicendum eſt de excretis; nam ſi malignitas ad excreta pertineret, omnia, quæ è corpore excernũtur, eſſent maligna, quod quàm falſum ſit, nullus ignorat. Cùm itaque hæc ipſa non attineat ad actiones læſas, neque ad excreta, neceſſarium eſt dicere eam ſpectare ad qualitatem mutatam: eſt igitur malignitas, qualitas mutata, F
non totius corporis, aut eiuſdem partium, ſed humorum in corpore exiſtentium, quod ex Galeno pluribus in locis facilè colligitur; nam 4. meth. 2. de vlcere maligno loquens dicebat ipſius malignitatem non aliunde prouenire, quàm à vitioſi ſucci affluxu, quare malignitas prouenit ab humore vitioſo. Succedit Gal. 4. aphor. 43. ſcriptum reliquiſſe febrem fieri ex maligna humorum putredine, & 3. prognoſt. 37. bilem atram malignam ex bilis aduſtione vocauit: huiuſmodi autem malignitas in humoribus nihil aliud eſſe poteſt, quàm humorum qualitas mutata. Quare dicendum omninò eſt malignitatem conuenire ipſis humoribus primò, quæ communicari inde poteſt partibus corporis, non tamen per tranſmigrationem qualitatis de ſubiecto in ſubiectum, ſed per productionem ſibi ſimilis in ſpecie.

Sed aduerſus hanc determinationem eſt communis Medicorum loquendi modus, quo morbos appellant malignos; ergo ſi morbi ſunt maligni, malignitas primò videtur competere morbis. Deinde quòd cauſis competat malignitas, facilè probatur, & primò ex adductis Galeni locis, præſertim ex 4. aphor. vbi ſcribit febres fieri ex maligna hu- G
morum putredine, ſed putredo eſt cauſa, ergo cauſæ ſunt malignæ; idem Gal. 4. meth. citato inquit vlceris malignitatem prouenire à maligna fluxione, & atram bilem ex bilis aduſtione, ſed fluxio maligni humoris, biliſque aduſtio ſunt cauſæ; ſequitur igitur, quòd cauſæ ſint malignæ, malignitas igitur conuenit cauſis. Tertiò probare poſſum (dicet quiſpiam veſtrum) ſymptomata quoque maligna vocari poſſe non modò in qualitatibus, verùm etiam in actionibus, & excretis; & primò quia vbi qualitates mutantur, mutatum primò eſt excretum, ſiue immodicè ſit retentum, ſiue immodicè fluat, idque contingere non poteſt, niſi actionis læſæ culpa, retentricis, aut expultricis, aut alteratricis vitio; at huiuſmodi actiones lædi nequeunt, niſi facultates lædantur; illæ autem non poſſunt lædi, niſi ad inſtrumentorum læſionem. Quare ex hoc concludendũ eſt malignitatem competere actionibus, & facultatibus, quæ ſunt velut anima, & cauſa efficiẽs ipſarũ actionum. Malignitas igitur non ſolùm qualitatibus mutatis, ſed excretis, & actionibus ipſis adſcribitur, ergo competit omni generi ſymptomatum.

Confirmatur id Galeni teſtimonio, qui 4. meth. 2. ſcribit accidere morbis, vt maligni H
ſint, addatis vos, quòd ea, quæ morbis accidunt, ſunt ſymptomata, ergo ſymptomata ſunt maligna. Et lib. 1. prorrhet. part. 14. ſcriptum eſt tremores ſuperuenientes illis, qui ob melancholiam mente aberrant, malignum tum eſſe ſignum, tum ſymptoma; & primo epid. ſect. 2. comm. 75. plurima ab Hippocrate enumerantur ſymptomata, quæ à Galeno in comment. maligna vocantur, vt ſunt rigores, ſudores, pauores, vigiliæ, quietis ſitiſque carentia. Videtur igitur ſtatuendum malignitatem prædicari de morbo, de cauſa, & de omnibus ſymptomatibus, non autem de ſola qualitate humorum mutata, vt ſuppoſitum eſt. Hæc ſunt argumenta, quæ totam hanc fabricam è fundamentis euertere videntur, & quibus non tam facilis eſſe poteſt reſponſio, ad quæ tamen reſpondere tentabimus pro virili parte.

Ad primum dicimus, morbos in genere conſiderari poſſe duobus modis, primo, vt ſiunt à materia; ſecundo, vt contingunt abſque aliqua materia: priores, etſi omnes non

ſint

Digitized by Google

A ſint actu maligni, ſunt tamen in potentia, vt poſſint fieri tales, at morbi, qui à materia, hoc eſt, ab ipſis humoribus non fiunt, nunquam maligni eſſe poſſunt, vt de ſolutione continui, de digiti amputatione, de deprauata figura, aut de ſitu mutato alicuius partis apparet; hæ omnes læſiones, vt tales ſunt, nunquam malignæ fieri poſſunt, quamdiu ab affluxu humorum ſeruantur. Idem dicendum eſt de intemperie ſimplici, quæ vt talis eſt, non poteſt dici maligna: at morbi, qui à materia fiunt, poſſunt omnes maligni fieri: & iſti ſunt, qui à Medicis vocantur maligni, quando illis iam per materiam communicata eſt malignitas.

Sed aliud eſt loqui de febre peſtilenti, aliud loqui de febre maligna, de qua ſermonem habemus; ſi ſermo ſit de peſtifera febre in peſtilenti conſtitutione, facilè concedimus omnes materias in corpore noſtro putreſcere, & proinde fieri poſſe putredinem, tam in partibus ſolidis, quàm in alijs, nempe humoribus, & ſpiritibus, quia tanta eſt aëris corrupti violentia, vt ſtatim quæcunque in corpore noſtro ſunt, poſſint corrumpi, & abſque obſtructione putreſcere. Rectè igitur dictum eſt morbos abſque humo-
B ribus non poſſe fieri malignos extra peſtilentem conſtitutionem, vt de vlcere ſimplici dicebat Galenus, de quo quoties locutus eſt, nihil vnquam de malignitate excogitauit, niſi quando ab affluxu humorum tentatur, quòd tunc malignum ſit, quando ad ipſum vitioſus humor affluxerit. Similiter dicendũ eſt de omnibus morbis ſimplicibus abſque humorum concurſu, vt eſt intemperies ſola, ſiue ventriculi, ſiue alterius partis, quæ maligna eſſe nequit, niſi affluat humor aliquis. Concludendum igitur venit morbos ſine materia humorali non fieri malignos, cum materia verò fieri poſſe malignos, & hæc ad primum argumentum.

Ad ſecundum, quo demonſtrabatur cauſas dici poſſe malignas, hoc eſt dictu, ad eas ſpectare malignitatem, dico, quòd ſi cauſas omnes, vt tales ſunt, conſideremus, nulla harum dici poteſt maligna, neque ad vllam earum ſpectat malignitas, ſed humores ſunt illi, ad quos referri debet malignitas, qui & ipſi duobus modis conſiderantur. Primo modo, vt ſunt corpora quædam fluxibilia actu, atque humida, apta nata recipere varias, ac varias alterationes, & tranſmutationes: ſecundo modo, quatenus habent ratio-
C nem cauſarum efficientium morbos. Si primo modo, dico, quòd ſint ſubiectum malignitatis, & proinde morbi, qui ab ipſis fiunt, vt tales, maligni redduntur. Si ſecundo modo, non dicuntur eſſe malignitatis ſubiectum, alioquin dicendum eſſet omnes febres putridas ſemper eſſe malignas, quia ſemper habent tales cauſas; humores enim antequam fiant maligni, non habent rationem cauſę malignorum morborum, ſed poſtquàm ſunt facti. Humores igitur, vt rationem cauſarum habent, non dicuntur maligni, ſed vt varijs ſubijciuntur alterationibus, & mutationibus, hoc eſt, vt ſunt materia apta ad mutationes recipiendas; quare ad Galenum dicendum eſt (vbi dixit febrem fieri malignam à maligna putredine, & bilem atram fieri malignã ex bilis aduſtione) ipſum humores conſideraſſe, vt ſunt corpora ſuſceptibilia variarum formarum, & alterationum. Ad ſymptomatum naturam dicimus, nec actiones læſas, neque excreta poſſe propriè dici maligna, niſi per accidens, & ſecundùm quendam loquendi vſum; ſunt enim tanquam ſigna quædam malignitatis in humoribus morbum malignum facientibus; quare hoc modo & Hipp. & Gal. maligna ipſa appellarunt, vt de vrina exemplifica-
D ri poteſt, quæ aliquando benigna, vel maligna dicitur, prout ipſa oſtendit nobis humorum benignitatem, aut malignitatem.

Sed quod ſpectat ad qualitatem in ipſis humoribus mutatam, dicimus hanc mutationem eſſe quid præter naturam à ſuis naturalibus qualitatibus ad malignam qualitatem conuerſum, ſpectareque ad ſymptoma in genere qualitatis mutatæ, & malignitatem nihil aliud eſſe, quàm qualitatem humorum à ſtatu naturali ad præter naturam; ſed mutatio hæc non omnibus eadem eſt; nam alij putant eſſe mutationem ſubſtãtię humorum; alij dicunt eſſe mutationem qualitatum ipſorum humorum, de qua re paulò poſt audietis: ſat eſt nunc oſtendiſſe morbum, cauſas, & ſymptomata dici poſſe maligna, lato tamen modo, atque impropriè, nec ratione ſui, ſed humorum culpa, qui propriè maligni dicuntur, à quibus alia deſumunt malignitatis nomen. Rurſus huiuſmodi mutatio in duplici eſt differentia, vna ſit abſque humorum putredine, alia cum putredine, & vtriuſque meminit Galenus; nam de prima ſermonem habuit lib. 4. meth. med. cap. 6.

nec non 3. prognoſ. 37. vbi dixit bilem atram fieri malignam ex bilis adustione, vt antea B
monuimus; de ſecunda verò locutus eſt 4. aphor. 43. ſupra citato, quando ſcripſit fe-
brem fieri ex maligna putredine humorum, & de eadem locutus eſt, 1. de criſ. cap. 5.
dicens ſputum eſſe prauum, atque malignum, quo in loco eſt animaduertendum, Ga-
lenum facere differentiam inter prauitatem, & malignitatem; nam quod prauum eſt,
periculum infert, malignum verò mortem minatur.

Sed hoc loci duæ notabiles difficultates exoriuntur, quæ, antequam vlteriùs progre-
diamur, diſcuſſione egent, prima eſt, cùm malignitas mediantibus humoribus morbis
communicetur, quo nomine & morbi maligni dicuntur, & humores alterationem
accipiant à partium intemperie, in quibus generantur, vt in hepate malignitas quare in
humoribus prouenire videtur vitio partium intemperatarum, ſicut ſupra ex Galeni
exemplo ab vlcere deſumpto probatum eſt, quod nunquam cenſeri debet malignum,
niſi humor ab intemperata parte vlcerata, malignum fiat, quemadmodũ fatetur ibidem
Galenus. Vnde ſi res ita ſe habet in particularibus corporis partibus intemperatis,
id quoque videtur dicendum euenire in morbis vniuerſalibus, nempe in febre maligna, I
cuius malignitas in humoribus veriſimile eſt à partiũ internarũ intemperie prouenire
non enim maior ratio vnius, quàm alterius eſſe videtur. Malignitas igitur partium vitio
in humoribus ineſt, vnde malignitas non ab humoribus primò talis fieri dicenda eſt,
ſed ab ipſa febre, quæ eſt calida intemperies exquiſita à partibus internis.

Secunda difficultas eſt, cùm malignitas ſit in humoribus iam introducta, & humores
ſint cauſa febris malignæ, vel erit malignitas in ipſis, vt habent rationem cauſæ ante-
cedentis, vel coninnctæ: non ad antecedentem ſpectare poteſt, quia antecedens voca-
ta cauſa non continet in ſe niſi humores diſpoſitos ad malignitatẽ: ergo ſequitur, quòd
malignitas ſit in cauſa coniuncta, ſed hæc ipſa eſt de eſſentia morbi, malignitas igitur
erit de eſſentia morbi. Hoc ſi concedatur, dicendum hinc erit, membrum illud triplex
ſuperiùs à nobis citatum, à quo Galenns lib. 4. meth. cap. 6. deſumit magnitudinem
morbi, eſſe ſuperfluum. Conſequentia verificatur; nam cùm magnitudo vna deſumpta
ſit à partis excellentia, ſecunda ab eſſentia, ſeu à magnitudine ipſius morbi; & tertia à
malignitate, & malignitas ſit de eſſentia morbi, iam clarè patet malignitatem, & eſſen G
tiam eſſe vnam, & eandem rem: ſat igitur Gal. erat dicere morbum eſſe magnum par-
tis affectæ, nec non ratione malignitatis, quæ eadem eſt cum ipſiuſmet eſſentia: quare
etiam ſuperfluum eſt dicere morbum aſſumere magnitudinem ab ipſius eſſentia, Gale-
nus igitur rectè carpitur, vt ſuperfluus.

Ad primam dubitationem dico malignitatem ſine putredine prouenire à mala par-
tium intemperie, qualis illa eſt, quæ vlceribus euenit, vt quando bilis atra ex incendio
fit maligna; malignitatem verò cùm putredine prouenire primùm ab humoribus, qui
à prauis edulijs acquiſiuerunt diſpoſitionem ad putredinem, & malignitatem, id quod
Galenus docet 2. de alim. facult. & lib. de bonit. & vitio ſuccorum, vbi ſcribit aliqua
eſſe edulia, quæ in prauos humores degenerant naturæ veneni ſimiles, in quos agens
calor extraneus eos ad corruptionem, & malignitatem deducit, qui iam maligni facti
partibus eorum malignitatem communicant, qua communicata, ſemper maior, ac
maior redditur.

Ad ſecundam dicendum eſt morbum, & cauſam coniunctam, vnam, & eandem eſſe H
rem, & ambo includi in natura eſſentiæ morbi, alia tamen eſt ratio formalis cauſæ, &
alia morbi; morbus enim eſt receſſus à ſtatu naturali, proque maiori, & minori receſſu
à ſtatu naturali dicitur magnus, & paruus, magnus quidem quando multùm recedit,
paruus verò quando parum, vt *e. g.* febris eſt intemperies calida, & ſicca totius corpo-
ris, & tumor eſt partis alicuius, aut etiam totius corporis quantitas adaucta; ſi igitur
febris ſit ardens, dicitur magna febris, quia multùm receſſit à ſtatu naturali, & tumor,
ſi multùm adauxit partem, aut totum, dicitur quoque magnus tumor, ſi paruus eſt, di-
citur quoque & paruus. Vnde ratio huius magnitudinis diſtincta eſt omninò ab illa
magnitudine, quæ accipitur à læſione partis præſtantiſſimæ, à qua actio prodit præ-
ſtantiſſima, nec non & ab ea, quæ accipitur à morbi malignitate, cùm malignitas nihil
aliud ſit, quàm qualitas morbo addita medijs humoribus. Alia igitur eſt magnitudo,
quæ deſumitur à morbo, ſeu ab idea ipſius, & alia, quæ deſumitur à malignitate ei ſuper-

addita,

Digitized by Google

A addita, & alia eſt, quæ à partis præſtantia accipitur; hæ enim ſunt tres magnitudines
acceptæ à varijs generibus, quare iure merito, & magna cum ratione Galenus accipit
magnitudinem à triplici hoc fonte, tanquam à rebus inter ſe diſtinctis, nec ſuperfluus
eſt, vt in argumento propoſito videbatur.

Sed cùm ſupra intellexeritis duplicem in genere eſſe malignitatis differẽtiam, vnam
abſque humorum putredine, & aliam cum putredine, aduertendum nunc eſt priorem
triplicem eſſe, vna quæ fit vitio pàrtis alicuius corrumpentis temperiem, & naturam
humorum ad eam affluentium, vt in vlceribus malignis, & in aduſta bile, ſecùnda eſt illa
malignitas, quæ prouenit à lue venerea; tertia, quæ contingit in hydrophobia, & omnes
inter ſe diſtinctæ ſunt, & diſtinctis medicamentis curantur. Malignitas cum putredine,
de qua ſermo noſter erit, quamuis conueniat in hoc, quòd naturam habeat occultam,
differt tamen curationis ratione. Sunt qui addant conuenire ratione contagij, quia hęc
ipſa, non ſecus atque aliæ duæ contagioſa eſt.

De natura, & eſſentia huius malignitatis magnæ ſunt lites, & diſcordiæ inter grauiſ-
B ſimos authores, quæ mea opinione ad duo capita reducuntur, vnum eſt eorum, qui di-
cunt mutationem hanc factam in humoribus eſſe ſecundùm totam ſubſtantiam,
hoc eſt dictu, vitium hoc prouenire primò à tota ſubſtãtia nullo interpoſito primarum
qualitatum opificio, & tanquam ab agente præcipuo emanare, vt ipſa omnem poten-
tiam agendi ſortiatur abſque qualitatum medio, vnde eſt etiam, quòd affectio hæc præ-
ter naturam in humoribus dicitur totius, & ſolius ſubſtantiæ, totius quidem, quia tota
ſimul operatur, cùm ſit ſimpliciſſima, ſolius verò quòd operandi, & agendi potentiam
habeat abſque qualitatum medio, ita vt velint eſſe proprietatem totius ſubſtantię. Hinc
aliqui ex his inſtituunt morbos in forma, eò quòd ipſa operandi facultatem habeat
abſque qualitatum medio, adduntque proprietatem hanc ſtatuendam eſſe in ſubſtantiæ
cathegoria, ſuamque hanc opinionem non modò authoritatibus quampluribus ipſius
Galeni, ſed multis etiam rationibus ſuffulciunt: horum aliqui de hac materia Galenum
tractaſſe quidem addunt, ſed non methodicè, eò quòd ſciret curationem ipſorum non
non attinere ad meth. med. nam horum morborum medicamenta propria ſola expe-
C rientia nos docuit, quæ à tota ſubſtantia operantur, quemadmodum ſunt vocata alexi-
teria, & alexipharmaca.

Aliud caput eorum eſt, qui pro certo tenent nullam actionem, aut paſſionem fieri
poſſe niſi per contraria, interque ſubſtantias non dari contrarium, quod eſt principium
philoſophicum certiſſimum, & ab omnibus conceſſum, & pro primo, & præcipuo ſuæ
opinionis fundamento ſupponunt. Quo ſuppoſito licet fateãtur hanc mutationem non
eſſe manifeſtam, non propterea concedunt ſubſtãtiam in ea mutari abſque qualitatum
actione, ſed volunt eam fieri per qualitates occultas ex infinitis elementorum alteratio-
nibus ortum ducentes, quæ contrarietatem habent: quare non ad ſubſtantiæ cathego-
riam, ſed ad qualitates eſſe reducendam exiſtimant. Huiuſmodi opinio à priore differt,
quòd in illa occultæ qualitates reducuntur ad rei mutatæ ſubſtantiam, in hac verò non
ad ſubſtantiam, ſed ad qualitatem acquiſitam per multas alterationes qualitatum pri-
marum, à quibus eò quod infinitis penè modis nobis omninò ignotis alterantur, con-
cedunt non poſſe deſumi indicationes; quia cùm indicatio procedat à rei natura cogni-
D ta per intellectum, & huiuſmodi qualitates ab innumerabilibus fermè alterationibus
fiant, vnde non poſſunt eſſe cognitæ, ſequitur, vt ab ipſis minimè deſumantur indica-
tiones: hinc fit, vt varia illi imponant nomina pro vniuſcuiuſque arbitrio; nam alij cæ-
cam, & abditam putredinem vocarunt, alij profundam, & ſordidam, alij corruptionem,
venenum alij, aut excellẽtem putredinis gradum, alij veneno ſimilem qualitatem, & alij
alijs quoque nominibus malignitatem hanc deſignarunt.

Verùm cùm morborũ cognitio inquiri ſoleat in gratiam curationis, & ab authoribus
vtriuſq; ſectæ, de natura malignitatis nihil doceatur, quod ſit aptum ad indicationẽ col-
ligẽdũ, ſed tantũ habemus verba nihil ſignificãtia videtur dicẽdũ quòd Gal. 3. de pręſag.
ex pulſ. aduerſus Eraſiſtratũ reliquit ſcriptũ illos qui ad nomina inuſitata, aut ad quali-
tates occultas refugiunt, nihil docere; nã ſiue dicamus malignitatẽ in hac febre eſſe hu-
morũ ſubſtãtiã mutatã, ſiue occultas qualitates, non propterea valemus ipſam agnoſce-
re, nec ab illa poterimus indicationes ſumere; quare opus eſt tam in vna, quàm in altera

via pro curatione refugere ad experientiam, & poſſumus pro arbitrio noſtro cuilibet G
earum adhærere, vel ab vtraque etiam recedere, & per nos imaginari aliud nomen licet
inſolens, quo hanc malignitatẽ appellemus, vt Iulius quidam Delphinus apud Coſtæum
ſupra annotat cap. 15. Fen. 2. doctrinæ ſecundæ, qui dicebat actionem à tota ſubſtantia
ſequi proprietatem ipſius ſubſtantię, quę proprietas immediatè ſequitur formam ſpeci-
ficam, quod vt dicebat à Galeno deſumpſit lib. 3. de ſimpl. med. facul. cap. 24. cui con-
ſentit etiam Auerrhoës, 5. collig. cap. 21. vel vt addebat diuidenda eſt ſubſtanta in ſub-
iectum, & formam, primo modo ſubiectum ſubiecto non eſt contrarium, ſed forma
formæ contrariatur; actionesà ſpecificis formis prodeunt, inter eas verò eſt actio: ergo
inter eas erit contrarietas 1. de gen. & corrupt. tex. 48. & 49. contrarietas igitur inter
ſubſtantias erit inter formas ſpecificas.

Verùm cùm huiuſmodi opinio multas habere poſſit difficultates, eam tanquam
ab inſtituto noſtro remotam relinquimus, & aſſerimus ſemper rem in idem incidere,
quia ſpecifica hæc forma cùm occulta ſit, non poſſumus ab ea indicationem ſumere;
nam formæ rerum ſpecificæ, vt plurimùm nos latent, & præſertim in propoſito noſtro H
caſu, in curatione ſcilicet huius febris maligna vbi opus sẽper ad eadẽ alexipharmaca,
experiẽtia tantummodo inuenta recurrere. Sed quicquid ſit de authoribus hanc mate-
riam tractantibus, ſi cupitis videre eos, qui primam opinionem ſequuntur cum ſuis fun-
damentis legatis Euſtachium Rudium lib. de occultis morbis, Gerardum Columbam
lib. de peſt. febr. cogn. & curat. 23. & ex altera parte Sanctorium lib. 8. meth. cogno-
ſcendorum errorũ pluribus capitibus, nolo equidem tẽpus conterere circa hanc inuti-
lem quæſtionem; nam ſi vellem percurrere eorum fundamenta, & rationes, non ſuf-
ficeret annus integer, idq; eſſet cum pauca veſtra vtilitate, cui maximè incumbo. Sed
ad noſtrum inſtitutum rediens, dico febrem malignam (de qua ſermonem inſtitui) eſſe
febrem putridam continuam à putredine in excellenti gradu ortam, qui gradus quia
non cognoſcitur, dicitur lædere à tota ſubſtantia, aut à qualitatibus occultis, per con-
tactum mediatum contagioſa, hactenus de malignæ febris eſſentia, ad cauſas propero.

De cauſis febribus maligna.

Duo ſunt malignæ febris cauſarum genera in vniuerſum; alterũ eſt, ad quod cõmu-
nes cauſæ tum peſtilentium, & aliarũ putridarũ febrium, tum & ipſius malignę propriè
dictæ, pertinent; alterum, ad quod propriæ, ac peculiares tantùm earundem maligna- E
rum referuntur, ea propter de cauſis primùm communibus, deinde de proprijs agam.
Cauſarum itaque communium aliæ ſunt externæ, aliæ internæ, quarum aliquæ ſunt
efficientes, aliæ diſpoſitiuæ. Omnium autem febrium putridarum cauſæ exteriores de-
ſumuntur à ſex rebus non naturalibus tam neceſſariò, quàm non neceſſariò nobis oc-
currentibus; & febrium putridarum aliquæ eſſe poſſunt communes, & aliæ ſporadicæ,
inter has numerari poteſt febris maligna, vt ſupra oſtenſum eſt. Communibus febribus
Hippocrates, & Galenus 1. epidem. com. 1. tex. 1. aſſignarunt tres cauſas exteriores,
nempè aërem, cibum, & laborem; nam ab alimentis aſſumptis, à communibus labori-
bus, nec non & ab aëre fiunt cõmunes morbi. Alimenta, & omnia, quibus omnes vnum
locum habitantes (ſiue ciuitas ſit, ſiue oppidum) coguntur aſſumere, communia
dicuntur; & victus omnibus communis eſſe cenſetur, at vbi ſunt aliqui particulares cibi,
& potus, quibus particulares homines eundẽ locum inhabitãtes nutriuntur, dicimus eos
peculiari vti victus ratione, & vtro cõtingat modo, alimẽta vel bona ſunt, & apta ad bo-
nos gignẽdos ſuccos, vel è contra ſunt praua, & ſuccos ineptos nutritioni producunt. F

Si bona ſint alimenta, & ijs homines moderatè, & temperatè vtantur, corporaq;
perpetuò diſſlentur fouentes aliquando ſibi iecur, atque ventriculum, nulla febris,
generari poterit, Galeno auctore lib. 1. de diff. feb. cap. 3. ſi verò praua ſint, quem-
admodum vbi præ inopia frumentorum coguntur vti tritico corrupto, aut (quod
peius) putrefacto, neceſſum eſt, vt fiant praui, & morboſi apparatus in corpore,
quos febres malignas ſequi conſueuerunt citra peſtilentem aëris conſtitutionem, taleſ-
q; febres malignas, & mali moris, appellant, quod docuit Galenus lib. de bonit. &
vitio ſucco. cap. 1. 3. de præſ. ex pulſ. cap. 4. Quòd ſi alimenta particularia ſint vitioſa,
ijſq; particulares homines veſcantur, fit quoque & apparatus prauus, ſed particularis,
quem ſequi poteſt febris maligna, quæ ad morbos ſporadicos, non ad communes re-

ferri

Digitized by Google

A ſerri debet: neque hæc euenit niſi ijs, quibus oblata fuerint praui ſucci alimenta, poteſt-
que dici febris peſtilens abſque conſtitutione peſtilenti nata, magis tamen propriè ap-
pellari debet maligna, & mali moris, quandoquidem de ratione peſtilentis veræ eſt, vt
indifferenter omnibus inhabitantibus eundem locum, tam ijs, qui prauis alimentis vſi
ſunt, quàm ijs qui bonis victitarunt, contingat: contra verò maligna febris, & mali mo-
ris non niſi ijs, qui praua victus ratione ſiue ſpõtè, ſiue inuitè vſi fuerint, euenire poteſt.

Sed quamuis dixerimus ſuperiùs ab Hippocrate, & Galeno tres cauſas morborum
cõmunium afferri, nempe aërem, cibum, & potũ; nec non laborẽ; duæ tamen magis ad
propoſitum noſtrum faciunt, videlicet aër, qui nos circundat, cibuſque, & potus; la-
bor autem non cẽſetur cauſa in propoſita febre maligna, niſi mediãte prauo apparatu.
De aëre igitur tanquam de cauſa communiſſima loquentes, primò dicimus poſſe eſſe
vtriuſque febris propoſitæ cauſam, ſed alia, & alia ratione; nam peſtilentis febris eſt
cauſa immediata, & proxima, febris malignæ mediante apparatu per cibos prauos in-
ducto, ita vt dicendum veniat febrem veram peſtilentem habere ſemper pro cauſa
B efficiente aërem corruptum, prauaque putredine coinquinatum. Febrem verò mali-
gnam, aut mali moris abſque peſtilenti conſtitutione, fieri ſemper ab interna cauſa,
nempe à prauorum ſuccorum apparatu. Hæc tamen determinatio de vera febre peſti-
lenti aduerſari videtur Galeno, qui lib. 1. de differ. febr. cap. 4. ſcriptum reliquit febrem
peſtilentem veram, vt plurimùm fieri ab aëris inſpiratione, quare dicendum eſt, quod
ſi fit, vt plurimùm, ergo non ſemper (vt ſupra dictum eſt) ergo ſequitur etiam, quòd
fiat ab alia aliqua cauſa, quàm ab aëre.

Hic Galeni locus non ab omnibus ſcriptoribus eodem modo explicatur, hinc diffi-
cultates emergunt non ſpernendæ; nam plerique nec quidem negligendi authores in
eam venerunt ſententiam, vt exiſtimauerint à prauis edulijs fieri poſſe veram peſtem,
vt Gerardus Columba Meſſanenſis lib. de peſtilentis febris cognitione, & curatione
cap. 2. è contra alij contendunt eandem febrem peſtilentialem, aut peſtem veram
nunquam poſſe euenire, niſi mediante aëris peſtilentis conſtitutione. Locus igitur hic
Galeni duobus modis enarratur; prioris enim ſententiæ aſſeclæ dicunt, illam particu-
C lam (vt plurimùm) poſitam eſſe reſpectu prauorum alimentorum, & ſuccorum
ab ijs genitorum, ne ſcilicet à ratione cauſarũ excluderẽtur: alij è contra dicunt eſſe in-
telligendam de aëris ambiẽtis in noſtrum corpus attractione. Primus itaque ſenſus eſt,
quòd vt plurimùm febris peſtilens fiat ab aëre, ſed non ſemper; nam aliquãdo fit etiam
ab alimentis prauis, hoc eſt ab humorum prauorum apparatu ortum ducente ab ali-
mentis prauis, & corruptis. Cùm igitur febris peſtilens vera fieri poſſit à prauis edulijs,
& ab aëris conſtitutione peſtilenti, dicendum erit, vt plurimùm eam fieri ab aëre, rarò
ab alimentis prauis. Iuxta ſecundam ſententiam particula (vt plurimum) intelligi de-
bet diuerſarum partium reſpectu, à quibus in corpus noſtrum aër attrahitur, ſunt au-
tem huiuſmodi partes, os, aſpera arteria, & pulmones ex vna parte, nec non arteriæ
omnes, quæ ad vniuerſum corporis habitum terminantur: ex altera modus aëris attra-
hendi per partes ſuperiores iam dictas appellatur inſpiratio; modus attractionis per
arterias dicitur perſpiratio; arteriæ enim dum dilatantur, & ipſæ intrò trahunt aërem.

Stante hac partium aërem intus corpus trahentiũ enumeratione, cùm longè maior
D aëris copia attrahatur per inſpirationem, quàm per perſpirationem, dici poteſt, vt plu-
rimùm fieri peſtilentem febrem per inſpirationem, vt minimùm verò per perſpiratio-
nem. Quare Galenus inſpiciens ad inſpirationem dixit febrem peſtilentem, vt pluri-
mùm fieri ab inſpiratione. Authores igitur ſecundæ ſectæ ſupponunt febrem peſtilen-
tem veram fieri ab inſpiratione, & à perſpiratione: ab inſpiratione quidem, vt pluri-
mùm, à perſpiratione verò nonnunquam, & ratio eſt, quia longè maior copia aëris in-
fecti per os, perque aſperam arteriam ad pulmones, & ad cor attrahitur, quàm per
arterias. Primæ verò opinionis Authores putant febres peſtilentes veras fieri etiam
poſſe, ſed rariùs à prauis edulijs, hoc eſt ab apparatu quodam facto à prauis ſuccis, ab
aëre autem intrò attracto plerumque.

Non deſunt, qui has opiniones inter ſe contrarias cõciliare tentent, facta aëris peſti-
lẽtis duplici cõſideratione, primò ſiquidẽ modo aërem peſtilentẽ conſiderãt, quatenus
eſt ſecundùm totam ſui ſubſtantiam corruptus, coinquinatus, & maximè peſtilentialis.

Secundo modo, quatenus eſt in ſtatu quodam non adeo prauo, vt ſit ſecundùm ſui ſub- E
ſtantiam corruptus, ſed ſit ad talem corruptionem diſpoſitus, ſiue id ei contingat ratio-
ne nimiæ humiditatis, vel caliditatis, vel quòd aliunde praua aliqua ſeminaria cõtraxe-
rit. Primo, inquiunt, modo, vt plurimùm facit febrem veram peſtilentem, ſecundo
modo, non vt plurimùm; nam plerumque febrem ex putredine humorum in corpore
exiſtentium inducit. Sed horum determinatio nihil concludere videtur; nam adhuc re-
linquitur dubitandum, vtrum in aëre diſpoſito tantùm ad peſtilentem conſtitutionem,
in quo vt plurimùm fiunt febres putridæ, fieri quoque poſſit quandoq́ue febris vera
peſtilens, quod eſt id, quod ex hoc loco quæritur.

Puto equidem ad hanc difficultatem de medio tollendam fieri oportere aëris ſtatus
conſiderationem hoc modo; aër vel in ſuo ſtatu naturali reperitur, vel in ſtatu præter
naturam: vt ſit in ſtatu præter naturam dupliciter contingere poteſt, primò in peſtilen-
ti conſtitutione, ſecundò quando tempora anni non ſeruant ſuam naturam; hoc ſuppo-
ſito dico, in quacunque conſtitutione fuerit aër, ſiue naturali, ſiue præter naturam, poſſe
fieri febres peſtilentes, & peſtem ipſam, diuerſa tamen ratione. Et primò vbi in ſuo ſta- F
tu ſit naturali, poteſt peſtem, & febrem peſtilentialem per ſe producere, atque per ac-
cidens, per ſe quidem ſola calefactione, vt contingit in ſummo æſtu diebus caniculari-
bus, idq́ue tribus modis. Primo modo per contactum; nam cutem, quæ primò illi oc-
currit, calefacit, inde ſubiectas partes, quæ calefactæ, alias ſucceſſiuè calefaciunt, vt
tandem vniuerſum corpus calefiat, atque ita cordi communicetur ſumma illa caliditas.
Secundo per inſpirationem, aëre calido intrò ad pulmones mediante ore, & aſpera
arteria attracto, inde ad ipſum cor: tertio, per arteriarum dilatationem, hoc eſt per
perſpirationem; nam hæ dilatatæ non modò aëris caliditatem hauriunt, verùm (vt do-
cet Galenus) etiam attrahunt aliquid de aëris ſubſtantia nos ambientis, quibus cor ijs
conſentiens afficiunt, & calefaciunt, & his tribus modis cor noſtrum ab aëre afficitur,
& incaleſcit, ita vt inducat non tantùm febrem malignam, ſed peſtilentem.

Per accidens verò aër ſummæ putredinis eſt cauſa, & putrefactionem excitat in cor-
poribus noſtris duobus modis, vel ex ſe, vel ex admiſtione halitus, aut corporis putridi,
aut inquinamenti peſtilentis. Ex ſe, trifariam, primùm, quando corpus non tranſpirat, G
hoc eſt, quando obſtructum, vel adſtrictum fuerit; ſecundò quando excrementis, &
ſuccis ex praua victus ratione contractis plenum eſt, quia cùm corpus diſflari non poſ-
ſit, humores collecti facilè putreſcunt, ſi potiſſimùm aër ambiens ita immoderatus
fuerit, vt innati caloris vires frangat; tum quia vbi recrementis ſcateat corpus, ex qua-
libet leui occaſione humores putreſcunt, non ſecus atque eſca ignem recipit. Tertio
modo, quando aër ſuffocatus eſt, vt contingit in illis, qui ſub exiguis, aut arctis locis
habitare ſunt coacti, æſtiuo potiſſimùm tempore, vt ſunt tuguriola, vel anguſtiſſimæ
domus, in quibus ineſt habitantium multitudo; nam tunc perſpiratio, & reſpiratio dif-
ficilis redditur, vnde poteſt febrem peſtilentem, hoc eſt malignam creare. Eſt etiam aër
putredinis author, cùm halitus permixtos habet, & à putredinoſa exhalatione eſt in-
fectus, quemadmodum contingit, vbi cadauera multa manent inſepulta, vt in bello, vel
ſi à paludibus, vel cloacis prauæ exhalationes eleuantur; tunc enim aër corrumpitur ſe-
cundùm ſui ſubſtantiam, fitq́ue conſtitutio peſtilens; & his omnibus modis aër eſſe po-
teſt febris peſtilentialis, & peſtis cauſa. H

Quòd autem aër extra ſuum ſtatum naturalem exiſtens poſſit peſtem inducere, &
febrem peſtilentialem, non videtur multa probatione egere, cùm ſit vna ex propoſi-
tionibus notiſſimis, ſed quòd aër ſecundùm naturam ſe habens, hoc eſt dictu ſola quali-
tate affectus, poſſit id efficere, non tam clarum videtur, quod tamẽ veriſſimũ eſſe multa
grauiſſimorum virorum teſtimonia demonſtrant, inter quos eſt omnis medicinæ pa-
rens Hippocrates id ipſum 1. epid. in proœm. confirmans, cuius ſententiam non mo-
dò Galenus in commentario, verùm etiam & Thucydides lib. de bello peloponneſiaco,
amplexus eſt, & Fabius Paulinus in eiuſdem Thucydidis præfatione ſcribit hoc idem
ab omnibus tam Medicis, quàm Philoſophis, & Hiſtoricis eſſe confirmatum, ſi præci-
puè adiunctam habeat humiditatem, cùm igitur aër in ſua ſubſtantia naturali conſide-
ratus poſſit tribus modis, vt dictum eſt, inducere febrem peſtilentem, & peſtem ipſam
per contactum, per inſpirationem, & per perſpirationem, aër inſpiratus dicitur eſſe
cauſa

A cauſa febris peſtilentis, vt plurimùm, eò quòd per inſpirationem maiori caliditate afficiatur cor, quàm fiat per contactum vnius partis ad alteram, aut per arteriarum dilatationem, & intrò ad cor ipſius aëris ſubſtantiæ attractionem, & hoc modo aër per ſe poteſt dici febris peſtilentis cauſa.

Sed quiſpiam dicet obſeruari ſæpè in locis quibuſdã vagari febres malignas abſque notabili aëris temperiei mutatione, quare non videtur dicendum aërem eſſe febris malignæ cauſam. Huius argumenti ſolutio ex ſuperiori aëris diſcurſu eligi facilè poteſt; aliud enim eſt loqui de febribus malignis communibus, quas endemias vocant, aliud eſt loqui de ſporadicis, quæ & peculiares appellantur: ſi ſermo ſit de prioribus, nunquam fieri poſſunt abſque aliqua aëris inconſtantia, & inæqualitate, quæ præſertim modò ad calidum, modò ad humidum vergat, proque praui apparatus diuerſitate, non modò malignæ, ſed quoque peſtilentes fieri poſſunt: temporeque autumnali ſæpiùs ob ſui inæqualitatem huiuſmodi febres vagantur, & in locis auſtralibus ventis ſubiectis, vt eſt Meſſana. At ſi ſermo ſit de ſporadicis, aër non dicitur cauſa; nam ea eſt propria, &
B ſingularis victus ratio eius indiuidui, quod eam patitur.

Poſt aërem inter cauſas externas occurrunt alimenta, quæ eſſe poſſunt tam boni, quàm praui ſucci, in quibus conſideranda ſunt quinque, vt audiuiſtis in tractatu de cauſis putredinis in genere, nempe ſubſtantia, quantitas, præparatio, tempus ingeſtionis, nec non ordo, quorum nomine fieri poteſt prauus apparatus in corpore, & eò magis, atque faciliùs, ſi potus ſint aquæ lutulentæ, vel fæculentæ, vt ſunt aquæ paludoſæ, ſtagnantes, piſcinarum, & etiam quorundam puteorum. Febris huius cauſæ ſunt quoque non modò duæ iam dictæ res non naturales, nempè aër, & alimenta, ſed etiam omnes aliæ tam neceſſariò, quàm non neceſſariò nobis occurrentes: præſertim ſi his quiſpiam immoderatè, ac intempeſtiuè vtatur, vt ſunt immoderatæ vigiliæ, immoderatus ſomnus, otium, intermiſſum exercitium, immoderatus motus, tam corporis, quàm animi, immoderata excrementorum euacuatio aut eorundem retentio, immoderatus balnei aquæ dulcis vſus, & plura alia, quæ poſſumus euitare, & hæ ſunt cauſæ febris malignæ externæ breuiter, & compendioſè enarratæ.

C. Circa internas modò verſandum eſt, quæ ad duo capita reuocantur, cùm aliæ ex his ſint, quæ malignitatem, ſeu putredinem malignam efficere poſſunt, aliæ verò per accidens; & rurſus eorum, quæ per ſe faciunt, aliæ remotiores ſunt, aliæ magis propinquæ. Remota cauſa eſt obſtructio, quæ fit à cauſis propoſitis, proxima verò eſt prohibita tranſpiratio. Rurſus inter cauſas per ſe efficientes proximiores duæ aliæ enumerantur, quarum vna antecedens, altera coniuncta vocari conſueuit, quæ & continens immediata, & proxima à quibuſdam vocatur, de qua quidem non deſunt lites, & diſcordiæ, alijs negantibus in via Galeni eam dari poſſe, è contra probantibus alijs à Galeno cognitam, & traditam fuiſſe, ſed quicquid ſit, ad faciliorem addiſcentium intelligentiam nos eam admittimus, dicimuſque in febre maligna eam dari, non ſecus atque diximus dari in alijs febribus putridis Decade 5. cap. 10. Verùm quænam hæc ſit, & in quo loco contineatur, non omnes Auctores ſunt eiuſdem ſententiæ. Et quod ad naturã ipſius ſpectat, licet omnes concedant malignitatem eſſe in humoribus actu iam malignis factis; ſunt tamen diuerſi in determinanda ipſius natura, vt etiam ſuperiùs tetigimus;
D nam alij dicunt eandem prouenire ab excellenti quadam putredine, vt ſcilicet humores adeò putruerint, vt ſint corrupti: quare ſecundùm hos putredo nihil aliud eſt, quàm humorum corruptio, & humores hoc modo corrupti ſunt febris malignæ immediata, & proxima cauſa. Alij verò putant malignitatis ſubiectum eſſe humores putridos, ſed in excellenti putredinis gradu veneno admodum ſimili.

Alij rurſus ſcribunt humores eſſe mutatos in veneni naturam, qui adhuc ſunt inter ſe diſcordes; nam aliqui exiſtimant humores primùm mutari in venenum, quod deinde putreſcens in hanc degenerat venenatam putredinem: aliqui è contra dicunt primùm putreſcere humores, deinde degenerare in venenum. Qui venenum eſſe putant, dicunt re vera poſſe generari in corpore noſtro venena; alij è contra putant putredinem hanc ſimilem eſſe venenis, non autem poſſe generari venena in corporibus humanis autumant, ſed quid venenis ſimile. Non deſunt ex vtraque parte rationes, & Galeni authoritates, nec non & aliorum grauiſſimorum Doctorum, quòd ſi vtriuſque opinionis

funda-

Digitized by Google

fundamenta in medium afferre vellem, adeo fuſus eſſe deberem, vt vobis nauſeam, G
moleſtiamque parerem, antequam à limine benè ſalutaſſem. Si vobis per otium licet,
peruolnatis authores hanc materiam tractantes, Augenium nempè, Mercurialem, Pau-
linum in Thucydidem, Maſſariam, Rudium, & veſtrum Gerardum Columbam, qui ad-
uerſus hoſce authores, & alios etiam ſcitè, eleganterq; diſputat duobus libris illis, quos
inſcripſit de febrium peſtilentialium cognitione, & curatione, à quo ſe defendit Auge-
nius: verùm in ea diſputatione Gerardus videtur reportaſſe ex ſententia Paulini victo-
riam, ac palmam: hæc de malignitatis cauſis.

De loco autem, in quo humores tales cauſæ coniunctæ rationem habentes conti-
neantur, neque omnium eadem eſt ſententia, alijs exiſtimantibus in cauitatibus, ſeu
ventriculis cordis contineri, alijs verò non ibi, ſed in venis magnis, quæ propè cor ſunt.
Sed pauciſſima, vel nullius momenti hæc differentia eſſe videtur, cùm tam in corde,
quàm in venis, quæ prope illud ſunt, cõtineri poſſint, non ſecus atque de vera peſtilen-
ti ſtatuit Galenus 3. de præſag. ex pulſ. cap. 3. in qua vtrobique poteſt huiuſmodi ma-
teria reſidere, quod experientia quoque confirmat; nam videmus aliquos citò interi- H
re, alios non tam citò, quinimò horum obſeruamus plures ad ſalutem reſtitui. Qui bre-
uiſſimo tempore intereunt, illi ſunt, in quibus materia in ventriculis cordis continetur:
qui verò tardiùs, collectam habe nt materiam in venis maioribus, quæ propè cor ſunt;
qui ſanantur, materia ijs continetur in venis, quæ non tam propinquæ ſunt ipſi cordi,
ſed quæ inter alas, & inguina protenduntur.

Cauſa antecedens eſt quiuis humor in maſſa ſanguinea contentus, ſiuè bilis ſit cuiuſ-
cunque differentiæ, ſiue ſanguis, ſiue pituita, ſiue melancholia; huiuſmodi enim febris
(vt ſupra etiam diximus) nullum ſibi determinat humorem, ſed indifferenter ab om-
nibus ſeiunctim, & coniunctim fieri poteſt; quamuis frequentiùs humorem bilioſum
cum aliquali humoris pituitoſi admixtione ſibi præſcribat, ex cuius mixtione ſolet illa
febris generari, quam Hippocrates 2. ſect. epid. 1. tex. comment. 24. τριταιοφυῆ, voca-
uit, de qua loquens Galenus in commentario dicebat procreari non poſſe ex vnico
ſucco, ſed pluribus, modumque generationis addens, inquit, *quorum calidior quidem
febrem accendit acutam, atque celeriter definit, quæ vbi corpus prehenderit, vt frigi-
diores tum corrumpantur, tum putreſcant, euenit: deinde ita rurſum accendantur, ex
facta placatione, ideſt, veluti requie, & imminutione febris, deterior autem priore* B
*talis efficitur febris, quod vires iam ex infeſtantibus fatigatas offendit, nempe etſi
magnitudine æqualis fuerit, quòd multò magis fatigabit validiores quidem vires, magis
autem imbecillas conſtat omnibus.* Maſſa igitur humorum cauſa antecedens eſt in hac
febre, neque vnquam ab vnico humore fieri, niſi à prædominio obſeruatur, ſæpe ſyno-
chæ imaginem habet, ſed falſò, quia cum ſanguine alij humores putreſcunt. Notat
Mercurialis lib. de febre maligna, quòd quando Hippocrates, 3. in 3. epidem. in illa
peſtilenti cõſtitutione vagatas fuiſſe febres tertianas, quartanas, quotidianas ſcripſit, id
feciſſe, ait, non quòd re vera eſſent tales, ſed quòd ratione humoris putreſcentis præ-
dominium habentis videbantur tales. Et hæc de cauſa coniuncta & antecedente.

Sunt modò cauſæ, quas diſpoſitiuas appellauimus, quæ ſunt res naturales, quatuor
numero, nempe temperamentum, ſeu complexio corporis totius, habitus eiuſdem,
ætas, & ſexus: corpora igitur, quæ calido, & humido temperamento ſunt prædita,
quemadmodum initio lectionum de febribus putridis in genere, tam ex Galeni, quàm
ex Auicennæ ſententia vobis demonſtraui, putredini obnoxia quàm maximè ſunt, & F
per conſequens etiam febribus malignis propenſa, quæ ex maligna quadam putredine
fiunt. Habitus etiam corporis huic febri occaſionem præbere poteſt, cùm corpora
pinguia, & craſſa, apta ſint receptioni huius febris, præcipuè ſi obſtructa, atque adſtri-
cta fuerint; nam obſtructio (vt habuiſtis) eſt prohibitæ tranſpirationis cauſa. Vbi igi-
tur habitus corporis obſtructus eſt, aut adſtrictus, vel etiam natura denſus, faciliorem
aditum præbet huic propoſitæ febri. Hinc Mercurialis loco citato dicebat ſe ſemper
timere de malignæ febris aduentu, quoties aliquis huius complexionis, & habitus ad
curandum ei proponeretur aliqua alia febre correptus. Quod ad ætatem ſpectat, cali-
diores ſunt magis obnoxij, vnde pueri, adoleſcentes, & iuuenes, his febribus frequen-
tiùs laborant, quàm viri, & ſenes, non ſolùm quòd plùs caloris habeant, ſed quia etiam

inordi-

A inordinatiùs viuant, ſucciſque prauis magis repleantur. Inter ſexus, viri faciliùs incurrunt has febres, quàm mulieres, tum quia calidiores ſunt mulieribus, tum quia non tam ordinatè viuunt, ac mulieres. Sunt & cauſæ quædam præternaturales, inter quas occurrit retentio menſium in mulieribus: in viris autem ſanguinis cohibitio importunè, & intempeſtiuè, à quacunque cauſa prodire conſueuerit, aut à quacunque parte. Febres etiam diuturnæ à Medicis perperam curatæ, vel ab ipſis ægrotis neglectæ poſſunt in malignas conuerti, inflammationes quoque partium internarum, vt contingit in febribus epialis. Et hæc de cauſis.

De ſignis febris malignæ.

Si qua febris eſt ad ſui cognitionem induſtria, ac diligentia opus habens, Medicique exercitatione, hæc ſanè ea eſt, quam nunc cognoſcendam proponimus: quandoquidem Prothei in modum varias effigies præſefert, non modò ipſos ægrotantes, ſed non nunquam etiam elegantiſſimos Medicos decipiens; interdum enim leuiter admodum, atque latenter inuadit, vt non modò prima, ſed ne vix quidem altera die dignoſcatur,
B etiam ſi ſimplex ſit febris, & quamuis Gal. 2. de criſ. cap. 9. ſcribat febrem ſimplicem in prima viſitatione à Medico cognoſci debere, compoſitam verò in ſecunda die, præſens tamen febris propoſita maligna, cùm non habeat ſibi præſcriptam, ac determinatam ſpeciem (vt ſupra dictum fuit) maximam habet difficultatem. Reliquæ verò ſimplices febres, cùm propriam habeant ideam, videlicet vel tertianæ, vel quartanæ, vel quotidianæ, facilè in prima viſitatione dignoſcuntur; ad habendam igitur febris huius tam difficilis cognitionem, opus eſt (vt Galenus dicebat libro, & capite præcitato,) τεχνεῦσαι, ideſt, arte vti, atque magna ſolertia, vnde Mercurialis lib. 7. de febr. cap. de ſignis febr. malignæ, dicebat, nihil difficiliùs eſſe in omnibus, quæ circa huiuſmodi febrem verſantur, nihil grauiùs, aut vtiliùs excogitari poſſe, quàm exactè prima die hanc ipſam dignoſcere, & ab alijs ſui generis diſtinguere, ne quid incõſideratè fiat, aut prætermittatur. Vt verò artè vtamini ad venandam ipſius naturam, opus eſt vobis ſua ſymptomata rectè contemplari, tam in actionibus, quàm in excretis, nec non & in qualitatibus, ſeu in affectibus corporis. Deinde obſeruandum quæ iuuent, aut noceant,
C nec Archigenis coniecturam negligere oportet, quæ deſumi ſolet à morbis tunc temporis vagantibus.

Primò igitur contemplemur ſymptomata in actionibus animalibus, vitalibus, & naturalibus. Inter alia ſymptomata ad animalem functionem ſpectantia eſt inquietatio, quam Græci, & Hippocrates potiſſimùm, & Galenus δυσφορίαν, & ἀχερίαν vocarunt, hoc eſt inquietudinẽ quam aliqui eſſe propriũ huius febris ſymptoma opinati ſunt. Verùm inquietatio in febribus, à pluribus cauſis poſſe euenire apud Galenum diuulgatiſſimum eſt; nam humores bilioſi contenti in ventriculo inquietudinem faciunt, 1. prognoſt. tex. 16. deinde alimentum intempeſtiuè ægris oblatum, & ab his acceptum, 2. acutorem 44. inquietudinis eſt cauſa. Nonnunquam in morbis, qui ad criſim tendunt inquietudo præcedere ſolet rigorem, vt colligitur ex 1. prorhet. comment. 27. fieri quoque poteſt inquietudo ob virium languorẽ, vt ab eodem Galeno colligitur 1. progn. citat. idemque teſtatur non rarò reperiri ægrotantes molliores, qui à quauis leuiſſima cauſa vincuntur, & inquieti redduntur.
D Ex prædictis inquietudinibus nulla poteſt ſignificare malignam febrem niſi ea, quæ ortum duxerit ab humoribus calidis contentis in ventriculo, & hypochondrijs, ſed ebullientibus; in illis enim maximum fit incendium, quod cordi communicat tantam læſionem, vt ægrotantes nequeant ſe in vno loco continere, & in quauis figura conflictari ſe percipiunt, hinc coacti ſunt ex vno in alium locum ſe conferre, ſæpeque tranſmutari, & talis inquietudo eſſe poterit malignæ febris ſignum, vnde idem Galenus 2. in 1. epid. 25. dicebat, malignis morbis hoc fieri conſtat, vt parum remittantur, & citò ex remiſſione violentiùs inuadant. Si igitur inquietudo aliqua ſtatuenda ſit pro ſigno febris malignæ, nulla alia eſſe poterit, quàm iam dicta, quamuis inquietudo ex languiditate virtutis à febre ab initio facta malignitatem videatur certiſſimam demonſtrare.

Eſtque immoderata vigilia, aut delirium, quæ videntur eſſe malignæ febris ſymptomata, cùm tamen nullum horum duorum nec disiunctim, per ſe conſideratum poſſit

eſſe

eſſe ſymptoma proprium, niſi vbi ambo coniungantur inquietudini prædictæ. Eſt G
præterea inter ſymptomata oris ſuperioris ventriculi, & præcordiorum diuulſio,
frequens & inordinata horripilatio, totius corporis grauitas, laſſitudo, reſpirandi
difficultas, impotentia ad vigilandum, partium extremarum refrigerationes, quæ
tamen omnia conſideranda veniunt, ſimul & ea quæ 1. epidem. 2. ſect. tex. 75. ab
Hippocrate narrantur, quibus nonnunquam ſuccedit obliuio, aut inſipientia, quæ
omnia oſtendunt prauam ſimul, & malignam ſubeſſe qualitatem: & hæc pertinent
ad actiones animales.

Ad functiones naturales pertinere poſſunt ſitis, atque fames, & ſitis aliquando
intenſa eſt, inextinguibilis, atque intolerabilis, quæ ſi ſtatim amittatur, ita vt æger ob-
ſeruetur poſt maximam ſitim incidere in ſiti carentiam, certum eſt malignitatis
ſignum; indicat enim caloris naturalis extinctionem; nam ſitire, atque carere ſiti, ſi
vtrumque modum exceſſerit peſſimum eſſe ſignum ab Hippocrate habetur. Cibi quo-
que inappetentia, eiuſdemque faſtidium, & abominatio, nauſea, & vomitus ſunt ſummæ
malignitatis ſigna certiſſima; nam rationi conſentaneum eſt ab illis magnis vaſis, quæ H
ſubiacent ventriculo in regione pancreatis exiſtentia, aut illi propinqua, materiam pu-
trefactam, malignam corruptam, aut venenatam contineri, à qua praui vapores ele-
uentur, ventriculi os ſuperius afficiẽtes, & praua inducentes ſymptomata iam dicta, &
præter ea lipothimiam & ſyncopem, & hæc ſunt ſymptomata tam in animali, quàm in
naturali facultate conſideranda.

Quod ad vitales facultates attinet, inter alias primas partes ſibi vendicat pulſus, qui
cùm à corde, & arterijs proficiſcatur, & febris maligna cor primò afficiat, calorem ex-
traneum inducens ſiue putredine in excellenti gradu, ſiue corruptione, aut venenoſi-
tate, vel qualitate peſſima occulta tam reſpectu corporis humoris putreſcentis, quàm
ratione exhalationis ab ea eleuatæ, & vt ipſe afficiatur maximè rationi conſentaneum
eſt, vnde nec mirum eſſe debet ſi pulſus in maligna febre fiant diuerſi, parui, frequen-
tes, & debiles. Ab Hippocrate 3. in 3. epid. tex. comment. 75. recenſentur ægrotan-
tes febre maligna, & peſtilenti laborantes, in quibus obſeruatur pulſus languidi, &
quædam continua inæqualitas, quæ ex pugna contractionis, dilatationiſque pulſus in- D
inſurgit; nam velocior, & maior eſt contractio dilatatione, quod quamuis commune
ſit cum alijs febribus putridis ob neceſſitatem ſe à fuliginibus exonerandi, nihilominus
ob prauam, & malignam qualitatem, quam pulſus in huiuſmodi febre maligna præſe-
fert dictu ineffabilem, ab alijs febrium putridarum pulſibus longè diuerſus eſt. Quare
non ſatis mirari queo, vnde illa tam diuulgata propoſitio emanauerit, videlicet, quòd
in peſtilenti febre, pulſus bonus, & bona vrina appareat, tendente ægroto ad mortem,
quod ſignum adeo à quibuſdam certum habetur, vt velint eſſe proprium, & pathogno-
monicum malignarum febrium ſignum, inter quos eſt Theodorus Angelucius in libro
de maligna febre cap. proprio, & plerique alij id, vt verum atteſtantes.

Spero tamen me oſtenſurum vtrumque eſſe falſum, quamuis ſcripſerit Mercatus, in
huius febris initio pulſum connaturalem eſſe, aut ab eo parum diuerſum, ob inæqualem
cordis affectum. Primò enim demonſtrare conabor fieri minimè poſſe, vt in febre ma-
ligna pulſus poſſit vnquam eſſe ſimilis pulſui ſanorum. Iam verò cùm propriũ illud ſit,
quod de omni, & ſecundùm quod ipſum prædicatur, ſi talis pulſus eſſet proprius febriũ F
malignarum, omnes febres malignæ ſemper eum pulſum haberent, quod falſum eſſe
Hippocratis auctoritate, experientia, & ratione, oſtendo. Et primò Hippocrates in
tot ægrotis maligna febre laborantibus nullam huius pulſus mentionem habuit, deinde
experientia oſtendit id falſum eſſe, cùm plures, atque plures malignæ febres obſeruen-
tur quotidie, quæ pulſum huiuſmodi minimè habent. Ratio eſt, quia adhoc, vt fiat pul-
ſus ſimilis naturali, opus eſt, vt ſit, vel ratione vehementiæ, vel celeritatis, vel crebrita-
tis, vel magnitudinis, & ſuorum contrariorũ, ita vt pulſus moderatus ſit in celeritate, &
tarditate, frequentia, & raritate, vehementia, & languiditate, magnitudine, & paruita-
te; nam pulſus naturalis moderatus eſt in hiſce omnibus differentijs, at nullus pulſus in
febre poteſt eſſe talis, ergo nullus pulſus febrium poteſt eſſe ſimilis pulſui naturali,
quod confirmo à velocitate cordis motus primùm enim cordis ſubſtantia à calore fe-
brili recipit celeritatem; hoc enim habet cor, vt à febre celeriter moueatur, docente

Galeno

Digitized by Google

A cipit celeritatem; hoc enim habet cor, vt à febre celeriter moueatur, docente Galeno
pluribus in locis, ergo cor in febre, ſeu in febrientibus monetur celeriori motu; quare
& pulſus erit ſemper in febre celer, non igitur erit ſimilis naturali (febris enim à cele-
ritate motus pulſus dignoſcitur magis, quàm ab alijs pulſuum differentijs) quare febris,
vt febris ſemper celerem pulſum habet, neque in frequentia poteſt eſſe ſimilis natura-
li, cùm in febre obſeruetur frequens proportione reſpondens celeritati, quod etiam
dicendum eſt de alijs differentijs. Quare non poteſt dari in febriente febre putrida pul-
ſus, qui celeritatem non habeat, & frequentiam præſertim in principio, multò minùs
in maligna.

At fortaſſe quiſpiam dicet fieri poſſe, vt detur pulſus ſimilis naturali ea ratione, qua
ſcripſit Galenus lib. 3. de præſag. ex pulſib. cap. 3. vbi conſiderans materiam intra
cordis cauitatem contentam, & cordis ipſius ſubſtantiam dicit, materiam intra ventri-
culum cordis eſſe frigidam, ratione cuius temperatur cordis caliditas, inde ſuccedit
motus cordis, & arteriarum temperatus, quaſi ad ſtatum naturalem perueniens, & hoc
B modo pulſus dici poteſt ſimilis naturali; quam rationem admittit Mercatus ad proban-
dum pulſum eſſe connaturalem in tali febre. Verùm ſi rectè rem ipſam conſideremus,
videbimus eundem Galenum lib. 1. de differ. pulſ. cap. 3. inæqualem hanc cordis in-
temperiem in tres differentias diuiſiſſe, vt rectè elegantiſſimus Saxonia animaduertit;
prima eſt, vt tanta ſit ſolidorum cordis caliditas, quanta humorum contentorum frigi-
ditas; ſecunda, vt cordis calor aliquando ſuperet humorum frigiditatem; tertia, vt eiuſ-
dem calor ſuperetur à contentorum frigiditate.

Quare cor calidius, quàm ſint humores frigidiores, poterit pulſus maiores parere,
celeriores, ac crebriores; à caliditate enim dictum eſt fieri pulſus celeres, & frequen-
tes: è contra verò ſi humores frigidiores ſint, quàm cordis calor, fient pulſus tardi,
parui, aut ſaltem in celeritate moderati, at quando ex æquo ſunt, vt tanta ſit frigiditas
in humoribus, quanta ſit caliditas in ſubſtantia cordis, cap. 4. libri citati dicit Galenus
pulſum futurum in magnitudine, celeritate, & crebritate moderatum, ita vt ad facien-
dum pulſum moderatum in tribus illis differentijs opus ſit frigiditatem materię in cor-
C de contentæ æqualem eſſe caliditati, quæ eſt in ſubſtantia cordis: quam rem paulò
poſt animaduertens ſubſiſtere minimè poſſe, quaſi palinodiam canens, inquit, celeri-
tati accidere incremẽtum, etiamſi cordis caliditas non ſuperet humorum frigiditatem,
& ratio eſt, quia cordis corpus eſt ex calore proprio ad motum adeo procliue, vt cæ-
teris paribus ſemper celeriorem reddat pulſum: hincque infert primam pulſus muta-
tionem fieri ad celeritatem, cùm cor primariò ſit calidum, ad magnitudinem autem,
aut frequentiam ſecundariò.

Ex his luce clariùs apparere omnibus poterit, rem admodum difficilem eſſe (ne di-
cam impoſſibilem) coniungere hanc inæqualem intemperiem in corde, vt inde ex hac
contrarietate fiant pulſus ſimiles ſanorum pulſibus; nam ad attemperandam cordis
caliditatem, quæ ſecundùm ipſius naturam velociter moueri eſt apta, opus eſt, vt frigi-
ditas in humoribus ſit magna, & eò magis ſi debet adæquari caliditati, quæ à febre illi
ſuperuenit, quæ an in ventriculis cordis talis dari poſſit, difficilè eſt admodum iudicare.
Cæterùm cùm ad febrem, vt febris eſt, ſequantur pulſus magni, celeres, atque crebri,
D paruos, tardos, & raros fieri à cõtraria cauſa eſt neceſſe, ideſt à frigiditate; refrigeratio
verò ſit vel à cauſa naturali, vel non naturali, vel præter naturam. In febre, de qua lo-
quimur, non poteſt eſſe refrigeratio, niſi à re præternaturali, à copia nimirum caco-
chimiæ prauæ, & frigidæ, à qua temperetur ſubſtantiæ cordis intemperies calida; at
vbi ſupponatur tanta materiæ frigidæ copia in vẽtriculis cordis, tunc fient pulſus parui,
& rari, qui non erunt ſimiles naturalibus, niſi in raritate, & tarditate, eò quod à fri-
giditate humoris intus contenti attemperabitur cordis tum naturalis, tum extranea ca-
liditas, quam à febre habet, id quod eſſe non poteſt, ſi rectè conſideretur, ſequitur igi-
tur in febribus malignis non poſſe dari pulſum ſimilem naturali.

Mercatus tamen ſcribit ex inæquali cordis affectu ſæpè hunc pulſum naturali ſimi-
lem euenire in febribus malignis, quod ſi concedatur, erit inquirendum, cur in fe-
bribus tertianis extenſis, aut in hemitritæis, aut etiam in quotidianis ex materiæ
pituitoſæ acceſſione, & putrefactione procreatis non fiat huiuſmodi intemperies, ex

Digitized by Google

duabus illis contrarijs intemperiebus, cùm non ſit maior ratio vnius, quàm alterius E
febris; nam vtrobique colligi poteſt humor frigidus in vẽtriculis cordis. Accedit, quòd
huiuſmodi pulſus non poſſit fieri in omnibus febribus malignis, ſed tantùm in illis, quæ
fiunt ex materia frigida: quare nec huiuſmodi pulſus eſſe poteſt febrium malignarum
proprium ſignum, vt prædicti authores autumant. Deinde ex Galeni ſententia probatur
febres peſtilentiales non habere huiuſmodi pulſus ſimiles pulſibus naturalibus, lib.
3. de præſag. ex pulſ. cap. 7. nam dicebat loqnens de ipſis febribus malignis, quæ ortæ
ſunt ex putredine humorũ, pulſum vtrumq; motum habere celerem, tam contractionis,
quàm dilatationis. Præterea celeritatem ex æquo mutant, tum externæ quietis, tum
internæ: in initio acceſſionis non perinde, ſed magis augent contractionis celeritatem:
in incrementis tum hanc, tum etiam externam quietem plurimùm concitant, vt pulſus in illa creberrimus videatur. Et in fine ſexti capitis dixerat Galenus his verbis: *at
ſuper ora ſummatim repetamus, ac de omnibus febribus dicamus*, ſed locutus erat de
febribus peſtilentialibus in ſuperioribus, de quibus dixerat febres peſtilentes ab humorum ingenti putredine ortum ducentes celerem pulſum, atque crebrum, tam reſpectu F
contractionis, quàm dilatationis habere, cum hac differentia, vt in principio acceſſionis contractio celerior dilatatione ſit, in augmento verò celerrimus, atque creberrimus. Ex Galeni igitur ſententia febres peſtilentes à putredine ortum ducentes pulſus
habent inæquales, celeres, & frequentes, non igitur ex ipſo Galeno dicere poſſumus
pulſus febrium malignarum eſſe ſimiles pulſibus ſanorum.

Sed aliud eſt loqui de febribus putridis malignis humoralibus, aliud eſt loqui de febribus peſtilentibus hecticis; pulſus enim æquales pulſibus ſanorum reperiuntur quidem in febribus peſtilentibus hecticis, nequaquam in febribus malignis, & peſtilentibus putridis; nam Galenus apertè ſcripſit pulſus ſimiles ſanorum in febribus hecticis
eſſe, vt apparet ex verbis ipſius, lib. citato cap. 3. quæ ſunt. *Quod verò in ſermone præteriuimus vbi aër, quẽ ſpirãdo attrahimus, infectus putredine ſit, & putredo corpus cordis affixerit, illi pulſus fiunt*, quos ſcilicet ſupra memorauerat, qui ſimiles ſanis videbantur pręſtãtiſſimos Medicos decipiẽtes, & paulò poſt ſubiũgit: *nec iam quicquã habet admirationis,
ſi eos pulſus, quos memorauimus, tali affecta peſte habeant, nec ſi peſtilentem reſpirationẽ, nec G
ſi omninò morituri ſunt, quam enim exegistes medicinam ad putredinem, quæ in corde ſit*
hoc eſt dictu, quæ attingit cordis ſubſtantiam. Pulſus igitur tales fiunt in peſtilenti conſtitutione in febribus hecticis, nequaquam fieri poſſunt tales, ſi humores, qui in cordis
ventriculis ſunt, attigerint, & per conſequens neque moriantur ægrotantes, ex quo
diſcurſu, & verbis Galeni facilè colligere eſt hos pulſus fieri in febribus hecticis.

Pulſus igitur ſimiles pulſibus ſanorum fiunt in febribus hecticis ex ſententia Galeni,
Angelucius tamen, qui ex profeſſo tractat de febribus malignis, mordicùs contendit
pulſum ſimilem pulſibus ſanorum eſſe ſignum febrium malignatũ pathognomonicum,
quod re vera falſum eſſe demonſtratum eſt, & quamuis cõcedamus hunc pulſum fuiſſe
à Galeno animaduerſum in febribus peſtilentibus hecticis, quemadmodum vel grauiſſimi authores teſtantur, vt Maſſarias, Altimarus, Aſſurtus, & plerique alij; poteſt tamen
habere magnas difficultates, quæ elici poſſunt ex ſuperioribus, ſed ad propoſitum non
faciunt meum. Concludo in febribus malignis ab humorum prauitate ortum ducentibus fieri minimè poſſe, vt pulſus fiat ſimilis pulſui ſanorum, & hæc de actionibus læſis. H

Modò videndum eſt, quæ in excretis ſymptomata fiant, inter hæc excreta occurrunt primò vrinæ examinandæ. Deinde maculæ per vniuerſum corpus ſparſæ, quæ
impropriè ad excreta reducuntur. De vrinis tractantes multi authores, nec quidem infimi nominis atteſtantur vrinam in febribus malignis ſimilem vrinis ſanorum eſſe, multaſque ad id probandum rationes adducunt. Primò dicunt, quòd in febre maligna duo
continentur, putredo nempe, & venenoſitas, at non fit operatio per putredinem, ſed
per venenoſitatem, ergo non afficiuntur vrinæ. Probant hanc conſequentiam, quia
operatio, hoc eſt agitatio, ſeu mutatio in vrina non fit per putredinem, ſed per venenoſitatem tantùm, etiam ſi contineatur vtraque in venis; nam ad efficiendam commotionem, & mutationem in vrinis requiritur putredo, non venenoſitas, quæ eſt qualitas
minimè afficiens vrinam: aſſumptum probant hac ratione, putredo eſt pauca, & ſic non
poteſt notabilem facere commotionem in vrina, materia verò peccans veneni naturam

A ram, modum agendi, atque ipſius efficaciam repræſentans non poteſt in vrinas determinatam mutationem facere ergo, &c. Aſſumptum hoc clarum eſt, quia cùm vrina contineatur in iiſdem locis, in quibus humores putrefacti continentur, aptaque ſit corruptioni, & putrefactioni, vbi corrumpuntur humores, in conſortium ipſam vrinam trahi eſt neceſſe. at per ſuam venenoſitatem tantùm, non per putredinem agit hæc materia maligna, quæ non eſt apta corrumpere vrinas, quare ſequitur in hac febre eam ipſam vrinam intactam permanere, & ſimilis vrinæ ſanorum eſſe dicitur; & dato, quòd ſit multa putredo, calor naturalis imbecillus eſt, neque poteſt eam commouere, nec coctionem tentare, hinc febris exigua, atque mitis apparet, quamuis exitialis ſit, vt apud Hippocratem Hermocrates, qui aut nihil, aut ſaltem parum febrire videbatur. Quando verò calor naturalis valet, exagitat materiam, à qua vrina inficitur, non ſecùs atque euenire ſolet in generatione puris, in quo ſuccedit febris & vigilia.

Alia ratio eſt, quia maligni humoris materia non eſt in gibba hepatis regione, à qua vena caua ortum ducit, ſed in concaua tantùm, hinc eſt, quòd vrina nihil afficitur.
B Tertiò, tãta eſt malignitatis eius vehemẽtia, vt natura ad pugnã venire minimè audeat. Quartò, quia venenoſitas nondum attingit cordis regionem, & dato, quòd putredo exiſteret in corde, nequaquam in iecur, aut venas ipſius propulſa eſt. Sunt denique qui dicant, id euenire, ratione viſcoſitatis, & craſſitiei in humorum maſſa exiſtentis à quibus turbantur humores illæſa prorſus, manẽte vrina. Alij tandem putant id referendũ eſſe in grauem obſtructionem, quæ non permittat aliquid, niſi puram vrinæ ſubſtantiã deſcendere ad vrinæ vaſa. Eſt tandem & Galenus, qui hanc opinionem confirmare videtur 3. de præſag. ex puls. cap. 3. iſtæ ſunt rationes, quæ ab Authoribus adducuntur tenentibus in febribus malignis, ſeu peſtilentibus vrinam ſimillimam eſſe vrinæ ſanorum, qui neque inter ſe circa modum ipſius conueniunt, cùm alij dicant talem vrinam ſemper reperiri in maligna, & peſtilente febre; alij verò è contra dicunt in quibuſdam tantùm, omnes tandem prædictis aut ſimilibus rationibus vtuntur ad ſuam opinionem confirmandam.

Pro ſolutione tamen harum difficultatum, quæ videntur pauci momenti, affero tres
C cõcluſiones, prima eſt, in febribus malignis ortum ducentibus ab excellenti putredine, nunquam vrinas poſſe eſſe naturalibus vrinis ſimiles. Secunda concluſio, quæ eſt deprompta à Galeno 3. de præſag. ex puls. 3. & 4. cap. in quibus tractans de febribus peſtilentibus hecticis, inquit non eſſe fidendũ in talibus febribus noticiæ ab vrinis acceptę: quare ſecunda concluſio eſt, in peſtilentibus febribus hecticis, vrinas poſſe eſſe ſimillimas vrinis ſanorum, nec tamen illis ſemper fidendum. Tertia concluſio eſt, aliquãdo in febribus malignis obſeruari poſſe vrinas bonas cum ſignis coctionis, ſed quæ non durant; nam vna die bonæ apparent, altera verò malæ, niſi febris ſit in declinatione, quo tempore calor naturalis omnimodam victoriam conſequitur ſupra cauſam morbificam.

Ratio primæ concluſionis eſt, quia vrina eandem cauſam materialẽ, atque efficientem habet cum humoribus, inque eodem loco generatur, eodemque tempore: non videtur igitur maior ratio, cur inficiantur humores à venenoſa qualitate, illæſa remanente vrina. Addo, vrinam non modò habere eandem materiam generationis cum
D ipſis humoribus, verùm etiam ipſam conſtare ex ſero omnium humorum, quare vbi humores læduntur, ſiue venenoſitate, ſiue putredine, & corruptione, neceſſarium eſt eiuſ & eandem læſionem pati debere vrinam. Succedit, humores à prohibita tranſpiratione putreſcentes veriſimile eſſe, vt vrinam ſecum in putredinem ducant; nam (vt dictum eſt) eaſdem cum ſuis humoribus pati mutationes coacta eſſe videtur, at humores putreſcunt, & ipſam putreſcere veriſimile eſt; in febribus igitur malignis vrina non poteſt eſſe ſanorum vrinæ ſimilis humoribus putredinem, aut venenoſitatem patientibus.

At non nulli cõcedunt in venis adeſſe putredinẽ, & venenoſitatẽ; nam ex communi Medicorũ omniũ conſenſu tales febres non fieri admittunt, niſi ab excellẽti putredine, lædi tamẽ humores à venenoſitate, non autẽ à putredine, quia dicunt putredinẽ exiguã eſſe in quantitate, venenoſitatẽ verò eſſe multam, & hinc eſt, quod non afficitur vrina à putredine, ſed à ſola venenoſitate, & proinde nullam apparere in vrinis mutationẽ. Sed

huiuſmodi determinatio non valet, quia, cùm dictum ſit, & ab omnibus Medicis conceſſum putredinem hanc eſſe in excellenti gradu, hinc eſt, quòd ea non poteſt dici exigua ratione quantitatis, quia niſi eſſet copioſa, non faceret malignam febrem, & ſi ipſam faceret, à naturali calore citò, & facilè ſuperaretur, at huiuſmodi febres à cæteris putridis differunt ratione copiæ profundæ, & ſordidæ putredinis. G

Deinde non videtur rationi conſonum, vt putredo hæc conuerſa in naturam veneni, & agens vt venenum in humores non afficiat ſerum, quod illis mixtum eſt, ſed tantùm afficiat humores: nam eſto, quòd humor venenatus, ſit bilis æruginoſa, aut alia ſpecies bilis, cùm ex Galeno aliquid ſemper illius vna cum ſero ad renes delabatur, quo nomine obſeruamus ſemper vrinam variè coloratam reddi, in hac febre, quia copioſa, & venenata ea eſt, magis per vrinam ferri deberet, eamq; ſuo colore, & ſubſtãtia afficere. Quare & à ratione remotum eſſe videtur, vt venenum iſtud non afficiat aliquo modo vrinam, ſi non putredine, ſaltem ſuo colore; nam venenum internum ab humore malè affecto ex putredine enatum, non poteſt maſſam humoris afficere illæſa remanente vrina, quæ maſſæ ſanguinis admixta eſt. H

Nec valet illud, quòd ad perturbationem faciendam in vrinis opus ſit calore concoquente, qui in hoc caſu à putredine, & natura humoris peccantis quaſi extinctus nequit concoctionẽ aggredi. Nam id falſum eſſe conuincitur, quia ſi fieret concoctio, tunc calor naturalis vigeret, & eo tèmpore non fieret perturbatio in humoribus, imò verò omnia ab ipſo calore vigente regularentur, vrinaque appareret naturalis, tanquam à calore naturali euicta: è contrà vbi calor præter naturam dominatur, fiunt in corpore corruptiones, Galeno Authore 5. de ſimpl. med. facul. 18. Quare vrinæ ſimiles ſanorum requirunt coctionem, quãdo verò fiunt perturbationes in humoribus, vrinæ emittuntur diuerſæ, & potiſſimùm turbatæ. Atque hæ perturbationes in triplici conſiſtunt differentia; vel enim turbidæ minguntur, & clareſcunt; vel claræ minguntur, deinde turbantur, vel turbidæ fiunt, & turbidæ remanent; & omnes iſtæ differentiæ oſtendunt cruditatem, vnde Galenus 1. de criſibus cap. 12. dicebat, quæ claræ minguntur, deinde turbantur, cæteris omnibus eſſe peiores, quia oſtendunt naturam non aggredi coctionem, quare ad vrinarum turbationem faciendam non eſt opus coctione; nam hac intercedẽte vrinæ ſimiles fiunt naturalibus tam in contentis, quàm in continentibus: non videtur igitur rectè dictum, quia calor naturalis ferè extinctus eſt, ideo fiunt vrinæ naturalibus ſimiles, imò verò fiunt perturbatæ, quia calor præter naturam ſupêrat naturalem calorem. B

Quòd verò febres, in quibus vrinæ ſimiles ſanorum fiunt, non ſint ſimiles febri, quam Hermocrates apud Hipp. paſſus fuit, probatur; nam ſi verum eſt, quod de Hermocrate ſcribit Hippocrates ex Galeni declaratione in commentario, lib. 3. epid. ſect. 1. falſum erit hanc febrem mitem fuiſſe; Hippocrates enim vſus eſt illa voce πυρ, qua ſignificatione magnam, & vehementem febrem nobis demonſtrare voluit, non igitur verum eſt, quòd Hermocrates, vel non febricitaret, vel ſaltem leuiter, cùm Galenus ſcribat Hippocratem dixiſſe illum vehementiſſima febre laboraſſe. At hæ vrinæ in Hermocrate non fuerunt vrinis ſanorum ſimiles, quia ex ipſius hiſtoria habemus ante quintum diem minxiſſe craſſas, & rubeas vrinas; quinto verò die vrinas tenues ἐναιώρημα habentes, non ſubſidentes; ſeptimo fuiſſe tenues vſque ad vndecimum, E ab vndecimo craſſas, ſubrubras, deorſum tenues, non ſubſidentes; decimaquarta die abſque febre quidem fuiſſe, non ſudaſſe, vrinaſque ſimiles ſuperioribus emiſiſſe decimanona reuerſus eſt morbus, vrinæ tenues; vigeſima fuit iudicatus ſine febre, non ſudauit; vigeſimaquarta incaluit; vigeſimanona obijt. In Hermocrate igitur febris fuit vehemens, non mitis, & quæ vix perciperetur, vt ſupponitur: neque eius vrinæ ſanis ſimiles, ſed per totum morbum fuerunt variæ, & tales vrinas cum robore virium morbi longitudinem, cum languiditate mortem ſignificare Hippocrates 1. prognoſt. determinauit, quamuis æger aliquando ſine febre videretur. Caſus igitur Hermocratis non facit ad propoſitum, cùm febris ipſius longè diuerſa fuerit ab ea, quæ proponitur, in qua vrinæ vrinis ſimiles ſanorum redduntur.

Secundæ concluſionis fundamentum deſumitur ab his Galeni verbis. *Et vt rem difficiliorem faciam, ne ex vrina quidem petere in huiuſmodi affectibus firmã notitiam ſemper liceat,*

A *liceat, ſed eſt etiam ferè anceps colore, & ſedimento ſimilis naturali, quod idem paulò inferius repetit.* Quamobrem dico huiuſmodi vrinas poſſe tales apparere in febribus peſtilentibus hecticis, ita vt propoſitio hæc tam diuulgata, quòd pulſus bonus, & vrina bona ſit, & æger ad mortem tendat, à Galeno accepta quidem ſit locis præcitatis, ſed ſermo ipſius intelligendus eſt de febribus hecticis peſtilentibus, non de putridis, aut de malignis febribus, de quibus præſens inſtitutus eſt ſermo.

Ad tertiam concluſionem confirmandam, quæ erat de varietate vrinarum, quæ aliquando bonæ, aliquando malæ apparent, id contingere puto pro pugna, quæ ſemper eſt inter calorem naturalem, & præter naturam (licet fieri poſſit aliquando, vt calor naturalis quieſcat, vt Mercurialis admonet in hiſtoria Eraſini, in quo omnia placida apparuerunt in quinta die de mane, quamuis poſtea omnia exaſperata fuerint, ita vt veſperi obierit, 3. in 1. epid. 25.) nam materia, quæ in venis continetur, id à calore naturali, & præter naturam patitur, quod ſanguis contentus in phlegmone, qui ex vtroque calore mixto agitatur, vt in puris naturam conuertatur. Si igitur contingit calorem
B naturalem eſſe ſuperiorem calore præternaturali, generatur pus; ſi è contra præternaturalis prædominium habeat, ſit corruptio non puris generatio; ita quoque in his febribus contingere putandum eſt; nam aliquãdo calor naturalis videtur habere aliquod dominium, & tunc temporis vrinæ etiam videntur eſſe ſimiles vrinis ſanorum, non tamen vndequaque; è contra verò calor præter naturam ſuperans facit prauas vrinas pro ipſius vario dominio.

Hanc pugnam perpetuò eſſe inter calorem naturalem, & præternaturam in omnibus febribus docuit Galenus pluribus in locis, præſertim 1. de differ. feb. 3. & 4. proque vnius, vel alterius victoria propria apparent ſigna, hinc dicebat Hippocrates, quòd quando ſedimentum in vrinis album fuerit, leue, atque æquale, & minimè fœtidum, ſignum eſt victoriæ caloris naturalis, ſi contrarias habeat conditiones indicium eſt dominij caloris præternaturalis. Fateor in febribus malignis aliquando vna die me obſeruaſſe vrinas bonas cum ſignis coctionis, ſed quæ non durarunt, inde ægrotantes interijſſe, aliquos etiam perueniſſe ad quadrageſimam diem cum vrinis varijs; calor enim
C naturalis pugnat, quàm diù poteſt, ac reſiſtit, ob tamen materiæ prauitatem cogitur cedere calori præternaturam. Vt plurimùm vrinæ malignæ febris tenues ſunt, crudæ, & nullum habentes ſedimentum, non rarò craſſæ, turbidæ craſſum, rubrum, & conturbatum continentes ſedimentum: nonnunquam rubræ, conturbatæ cum ſedimento craſſo, diuulſo, variæ, (vt ſupra in hiſtoria Hermocratis) aliquando etiam vrina perſpicua apparet cum ſedimento tenui, & farinoſo: ſæpe etiam cum ſedimento hordei, vel farinæ referente formam.

Obſeruatur etiam vrina varia in vna die; aliquando enim flaua eſt, & quaſi ſimilis naturali, deinde mutatur ad craſſitiem cum ſedimento craſſiori; aliquando tenues ſunt cum nebula, aut ſuſpenſo, poſtea alia die videbitis mutatas eſſe, ſæpe apparet ſedimentum craſſum, aſperum coronæ in modum effigiatum, non rarò perforatum in medio, aliquando in diuerſis partibus. Et ab vrinis huiuſmodi febres malignæ dignoſcuntur, quòd ab odore ipſarum confirmari poteſt; nam ingentis, ac malignisſimæ materiæ putreſcentis, in qua fœtor ingens appareat, ſignum eſt non modò in vrinis, ſed etiam in
D excrementis alijs potiſſimùm per ſeceſſum exeuntibus, quæ varia eſſe ſolent; aliquando enim bilioſa ſyncera, aliquando æruginoſa, vel porracea, vel etiam vitellina non rarò pituitoſis admixta, ſæpe liquida, corrupta, colliquatiua, magis tamen in peſtilentibus, quàm in malignis, ſemper cum peſſimo, vt dictum eſt, odore: idem dicendum de ſudoribus, qui vbi intempeſtiuè exeant, aut particulares fuerint, neque calidi, pranoque odore, vel magno fœtore concomitati malignam materiam arguunt.

Inter exeuntia enumerantur quoque maculæ illæ paruæ in cutem prorumpentes, peticulæ, ſeu peſticulæ, ſeu alijs nominibus dictæ, de quibus aliqui dubitant, an eæ ab antiquis cognitæ fuerint. Sed hac re tanquam inutili poſtpoſita ad Hippocratem, & Galenum accedo, qui multa ſcripſerunt de illis efflorescentijs in cute apparentibus, ſiue cum eleuatione quadam ſupra cutem, ſiue abſque eleuatione, quarũ hæc ſunt nomina, hectimata exanthemata, phimata, ſtigmata, flictenæ, pſitrachia, hydroa. Galenus 3. in 3. epid. rationem reddens cur hectimata, & exanthemata vocentur, inquit

quit iſtud nomen deduci, ab ἐξανθεῖν, quod erumpere ſignificat, vnde exanthemata, & E
bectimata dicta ſunt, quòd in cute efflore ſcant, ſimiliter, & papulæ. Horumque omnium meminit Hippocrates tum 1. epid. commen. 2. tex. 38. tum etiam 3. in 3. epid. tex. commento 22. quo in loco eadem prorſus refert ſymptomata, ac faciat Thucydides (Paulino referente) in ſua illa peſtilenti conſtitutione Athenis vagante: noſtræ igitur papulæ, vel peticulę, vel peſtigiæ vel (vt in Sicilia appellantur) brattię nominibus ſupra dictis ab Hippocrate, & Galeno comprehenſæ ſunt, hæc de nomine.

Eſſentia ipſarum in genere poſita eſt in efflore ſcentia, aut germinatione in cute, ita vt deſcribi poſſint adhunc modum; peticulæ ſunt efflore ſcentiæ, aut germinationes in corpore, cutem vt plurimùm lædentes, vel quoad colorem, vel quoad leuigationem, ſeu leuitatem, vel quoad continuitatem. Dicimus, vt plurimùm cutem lædere, quia nonnunquam etiam in ſubiectis muſculis apparent, vbi cutis ob aliquod ſymptoma fuerit ablata, quemadmodum mihi Meſſanæ medicinam facienti multoties obſeruatū fuit, præſertim in Illuſtriſſima Domina D. Antonia la Rocca. Cui etiam ſi non febriret, multæ maculæ eruperant, per totum corpus, quarum aliquæ ſupra cutem eleuatæ F
apparebāt, aliæ in tota mamma cancro exulcerata, atque in eodē vlcere obſeruabātur, quemadmodū etiam in labijs, intra os, in lingua, & in palato, quaſi infinitæ cernebātur, aliquæ quidem planæ, aliæ verò eleuatæ ſupra cutem. Hinc igitur dicimus, vt plurimùm ipſas ſubiectari in cute, quia etiam in alijs partibus oriri poſſunt, ſubiectum tamen magis adæquatum videtur eſſe cutis.

Addimus has papulas lædere cutem tribus modis, in colore, in planitie, ſeu leuitate, & in continuitate, aliæ enim planæ ſunt, nihil ſupra cutem eleuatæ, ac proinde nullam facientes aſperitatem quales ſunt, quæ ſæpè noſtris temporibus obſeruantur tam in febribus, quàm extra febres. De huiuſmodi maculis ſermonem habet Hippocrates, epid. comment. 3. tex. 38. citato, vbi dicit has papulas exiguas eſſe, neque ad morbū excernendum aptas, ſubitoque euaneſcere; ſunt enim ſimpliciſſimæ cutis maculæ nihil in ea mutantes præter colorem, ita vt dici poſſunt eſſe ſymptoma in qualitate cutis mutata, nempe in colore, vt plurimum imitantes pulicum puncturas, quamuis inter ſe magnitudine colore, & figura euariant; aliæ ſiquidem exiguæ ſunt, aliæ majores, aliæ G
minores, aliæ mediocres, colore quoque diſcriminantur, cum aliæ nigræ ſint, aliæ rubicundæ, aliæ virides, aliæ flauæ, & aliæ alterius coloris; figura etiam inter ſe differunt, cum aliæ rotundæ ſint, aliæ longæ, aliæ quadrangulares, aliæ angulares aliarumque figurarum.

Secundi generis, quæ cutem aſperam reddunt; ſupra enim ipſius ſuperficiem eleuatę aſperitatem in eam inducūt, harū quoque meminit Hippocrates loco citato nempe 1. epid. comm. 3. tex. 19. & 26. tam in Sileno, quàm in Critone, in Sileno puſtulæ erant cum ſudore rubentes, rotundæ, paruæ veluti vari permanebant, at in Critone puſtulæ erant ingræ [illegible] appellatæ. Ex hoc Hippocratis loco aliqui exiſtimarunt huiuſmodi exanthemata eſſe variolas, vt Manardus lib. 7. epiſtola 2. Et cum illo Fuchſius, quos puto valde deceptos fuiſſe, cùm papulæ in duobus ſupra dictis ægrotantibus à variolis multùm differant, vt apparet conſiderantibus naturam vtriuſque affectionis. Harum papularum ſupra cutem eleuatarum meminit Galenus libello de atra bile, cap. 4. dicit enim Galenus hoc in loco ab huiuſmodi papulis ſquammulas his ſimiles deci- H
dere, quod non contingit in variolis, niſi vbi exiccatæ fuerint. Earundem etiam meminit idem Galenus 5. meth. med. cap. 12. in duobus illis adoleſcentibus, & iſtæ ſunt omnes papulæ cutem lædentes in ſua leuitate, & planitie; nam ipſam aſperam reddunt, quæ ſua natura alioquin leuigata eſt, ac plana.

Sunt denique aliæ peticulæ quæ cutis continuitatem lædunt, quarum etiam meminit Hippocrates 3. in 3. epidem. citato vbi dicit multis eryſipelas cum occaſione, ex quibuſuis, ac plane exiguis vlcuſculis in toto corpore accedebant; & Galenus de bonitate, & vitio ſuccorum cap. 1. narrat multas exanthematum ſpecies, quæ euenerunt in illa peſtilenti conſtitutione; primò, inquit, exibant vlcuſcula ad cutim, quorum quædam erant eryſipelati ſimilia, quædam phlegmoni, quædam herpeti, aliqua impetigini, & tandem nonnulla lepræ cōparabantur. Non dicit hoc loco Galenus erupiſſe lepram, aut ſcabiem, aut eryſipelas, ſed exanthemata iam dictis ſimilia, à quibus cutis lædebatur,

A tur, non in continuitate modò, ſed etiam in colore, & leuitate: ita vt ab huiuſmodi ex-
anthematibus cutis omnibus modis læſa appareret, quæ exanthemata ſuas aſſumebant
differentias à magnitudine, colore, & figura, non ſecus atque maculæ in colore tantùm
cutem lædentes, de quibus in præſenti agendum proponitur, tamquam de his, quæ
ſæpè in febribus malignis eueniunt.

Ex his autẽ exanthematibus generatim ſumptis, cùm aliæ ad qualitates mutatas tan-
tùm, aliæ ad morbum in compoſitione, & aliæ ad compoſitionem, & ſolutionem con-
tinui ſimul referantur, non omnium vna, & eadem cauſa eſſe poteſt; nam priores ſuas
cauſas materiales, nec non & efficientem mediatas, & immediatas habent: immediata,
& proxima cauſa materialis eſt vapor ad cutem delatus, mediata verò eſt tota humorũ
maſſa, à qua tanquam à minera eleuatur. Cauſa efficiens in huiuſmodi febribus eſt calor
mixtus ex naturali, & præternaturam, quorum ratione ob pugnam, quam perpetuò ad
inuicem habent, cõtingit modò vnum, modò alterum prædominari: proque diuerſitate
dominij maſſa tota ſanguinis modò plùs, modò minùs euaporat. Præſente igitur mate-
B ria, & efficiente ſequitur ſẽper effectus, qui eſt euaporatio, at ab huiuſmodi euaporatio-
ne in cutem ſuccedunt iam dictæ maculæ, de quibus diximus Hippocratem ſupra lo-
qui, dum aiebat, ſubitò euaneſcere, ſignumque eſſe, quòd proficiſcantur à materia,
quæ facillimo negotio reſoluitur, qualis eſt vapor, ſeu exhalatio. Hinc addebat tales
maculas non decernere morbum; nam vt excernatur morbus, opus eſt, vt materia re-
ſoluatur, ſed morbus, de quo agimus, non fit à vapore, igitur quamuis reſoluatur vapor,
non propterea morbus euaneſcit, reſoluto igitur vapore faciente huiuſmodi maculas,
ſequitur, vt ipſæ maculæ reſoluantur, non febris, quæ à vapore non proficiſcitur, ſed à
materia, quæ intra venas continetur, ex Hippocrate igitur maculæ iſtæ non decernunt
morbum, quia facilè euaneſcunt.

Petes, cur cùm iſtæ maculę in febribus malignis prodeant à maſſa ſanguinis coinqui-
nata vaporẽ ad cutẽ propellente, contingit, vt in quibuſdã non appareant, vel vt erum-
pant tum in febribus haud malignis tertianis, tum etiam in ſanis corporibus nulla febre
affectis? Reſponſio eſt (mea quidẽ opinione) facilis; nam vt remaneat vaporis eleuati in
C cute impreſſio, non modò opus eſt adeſſe materiã, & efficiens, ſed requiritur etiã con-
ditio neceſſaria in cute, quam Galenus videtur lib. 1. de temper. inſinuaſſe, dum red-
dens rationem cur in aliquibus corporis partibus adſint pili, in alijs minimè, inquit
id euenire cutis culpa, quæ in aliquibus adeo dura, & denſa eſt, vt fuligines eam perfo-
rare nequeant, aliquando verò adeo tenella, vt exhalationes non modò ipſam perfo-
rent, verùm ob ſui mollitiem tranſpirent nullo in ipſa relicto exhalationis veſtigio.
Additque aliquando eandem cutem ita diſpoſitam eſſe, vt medio modo ſe habeat in-
ter mollitiem, & duritiem, hoc eſt inter laxitatem, & denſitatem, vt facilè in ſe admit-
tat exhalationes ab humorum maſſa eleuatas, ipſaſque detineat, ita vt pili in eam fa-
ciant impreſſionem.

Non alio ſanè modo generantur huiuſmodi maculæ in cute; vbi enim hæc diſpoſita
ſit, eas recipit, & retinet, at vbi nimium ſit rara, tunc vapores præteruolant, quemad-
modum etiam vbi nimis denſa fuerit, nequeunt illi cutem penetrare, & hinc eſt, quòd
quamuis adſit cauſa efficiẽs, & materialis, non propterea in omnibus febribus malignis
D apparent huiuſmodi maculæ. Quæ cùm producantur ab euaporatione à tota maſſa
humorali eleuata, non eſt dicendum eas à natura fieri expellente materiam peccantem
ad cutem. Notandumque eſt, quòd ſi huiuſmodi euaporatio maligna fuerit, neceſſariò
euenit, vt ipſæ quoque maculæ ſint malignæ, & pro humoris peccantis dominio colo-
rem recipiant, in cutemque exprimantur. Harum igitur macularum cauſæ materiales
ſunt vapor tanquam immediata, & proxima, & humorum maſſa, vt mediata, & veluti
minera, à qua eleuatur huiuſmodi vapor, ad hæc cutis diſpoſitio, eſt etiam requiſita
conditio, vt agens puta calor tales impreſſiones in cute relinquat.

His hac ratione explicitis aſſerimus has maculas nec eſſe naturæ motum criticum,
nec ſymptomaticum, cùm proficiſcantur ab euaporatione, quæ perpetuò fit, eſſeque
facilè reſolubiles, vnde morbum excernere non ſunt aptę, vt Hippocrates dicebat: alię
verò omnes cutis vſum lædentes, quæ à materia fiunt à natura ad cutem propulſa, poſ-
ſunt morbum excernere ſi à natura vincente per criſim pellantur, quamuis aliquando
etiam

etiam ſed raro eueniant, ſymptomaticè expulſas poſſe morbum ſoluere; nunquam tamen B maculæ peticulæ vocatæ, cutis colorem afficientes tantùm à natura expelluntur: quod id verum ſit, apparet in praxi, quia non ſeruant aliquem ordinē determinatum; aliquando enim in diebus decretorijs, nonnunquam etiam & in diebus non iudicatorijs, nec criticis erumpunt, vt in principio morbi cum primis diebus vniuerſum corpus his emaculatum eſt: ſed quomodocunque apparuerint ſiue in diebus criticis, ſiue non, ex illis futuri euentus morbi nihil certi determinari poteſt, cùm nihil aliud ſignificent, quàm euaporationem à materia intra venam cauam exiſtente; vnde nequaquam poteſt rectè dici has maculas eſſe à natura extra pulſas.

Sed dato, quòd ſit expulſio à natura facta, habuimus ex H pp. per has maculas non poſſe excarni morbum, vnde Thomas Minadous lib. 2. de febre maligna cap. 5. ſcribit à ſuo patre Medico clariſſimo habuiſſe neminē in his febribus peticularibus hac ſola per cutem efflorecentia liberatum fuiſſe, hæc ſunt ipſius verba: *ille mihi ſepiſſimè* (loquitur de patre) *dum adhuc iunior eſſem, narrabat neminem in his febribus peticularibus hac ſola in cute efflorecentia, hac ſola macularum emiſſione à mortis periculo vnquam liberatum* F *fuiſſe; ſed huic omninò neceſſariam fuiſſe aliquam copioſam hæmorrhagiam per nares, huic copioſam alui fluxionem, alijs abundantes ſudores, plurimis parotidas, maximè autem, ſi arte habuerit ſanguinis detractionem per venam ſectam, vel abundantem aliquam vacuationem per pharmacum, reliquos autem, quibus nullum tale adiumento fuit, omnes ad vnum vſque ferè interijſſe.* Hæc Thomas Minadous, qui paulò inferiùs addit: *me in tribus publicis conſtitutionibus* (poſſum ego quoque ſanctè affirmare) *neminem vidiſſe ſola illa peticularum apparitione ſanatum, haſque conſtitutiones vidi, duas nempè Vtini, aliam in vrbe Aleppi Syriæ.*

Ex huius viri doctiſſimi ſententia confirmare poſſum Hippoc. ſententiam ſupra allatam, in qua dicebat has peticulas non excernere morbum, non ſolùm ob rationes adductas, ſed etiam quia cutis, licet ſit ex Galeno receptaculum excretorum, ac veluti emunctorium totius corporis, nequit tamen excipere, niſi excremēta tertiæ coctionis, non autem materias, quæ in venis continentur. Peticulæ igitur huiuſmodi ſolam cutem afficientes in colore nullius ſunt conſiderationis, quia nec criticè, nec ſymptomaticè à G natura pelluntur, ſed perpetuò fiunt ab euaporationibus à maſſa ſanguinis prodeuntibus, ſiue ipſa ſit maligna, ſiue minimè malè affecta; in malè affecta, vt in febribus malignis calore naturali, & præter naturam in maſſam hanc agente eleuantur ij vapores, quemadmodum, & in ſano corpore agente calore naturali à maſſa ſanguinis minimè coinquinata etiam prodeunt tales euaporationes, vt ſupra dictum fuit, & hæc de ſignis deſumptis ab excretis.

De qualitatibus corporis.

Antequàm præſagia attingam, opus eſt qualitates corporis, quæ & affectus corporis dicuntur examinare: hę ſolent quidē eſſe in huiuſmodi febribus malignis, at vt diximus, non ſibi ſemper determinant vnam ſpeciem, aut ideam, quamuis ſemper continuę ſint: hinc neque caliditas corporis in omnibus eadem eſt, ſed varia pro vt eſt materia, in qua accenditur; ſolet enim acris, & mordax vt plurimùm ad tactū manus Medici eſſe, & aliquādo ita mitis, vt vix febrire ægrotātes videantur, quorū extrema valde frigida ſenſui percipiuntur, probè loquuntur, nullam reſpirandi difficultatē habentes, & quod videtur H aliquibus bonum, benè ſe habent ad alimenta oblata, & nihil ſe febrire dicunt, cum tamen breuiſſimo temporis ſpatio moriantur. Alijs è contra ad tactum mitiſſimus eſt calor externus; intus tamen tantam caliditatem percipiunt, vt aduri videantur ægroti huc, atque illuc ſe iactantes. Lingua iſtis arida eſt admodum, aliquādo ſalebroſa, facies ab initio macilenta, aut extenuata apparet, ad varium colorem mutata, ad liuidum potiſſimùm, & ſubliuidum colorem, nonnunquam, & ad ſubuiridem. Hæc ſunt ſigna deſumpta ab actionibus læſis, ab excretis, & à qualitatibus corporis, quibus febris maligna cognoſci ſolet. Iuuantia medicamenta ſolent eſſe antidota, vel alexipharmaca vocata, quæ idoneo tempore adminiſtrata, ſi febrem non auferunt, neque cedat hiſce medicamentis, confirmari poteſt eam febrem malignam eſſe; nam non debellatur niſi medicamentis, quæ malignitatem auferre ſolent. Tandem ſi per ciuitatem vagentur febres malignæ, clarum, certiſſimumq́ue erit malignitatis argumentum.

De

A

De præſagijs.

Dictum à me fuit aliàs, ad præſagiendum in morbis tria conſideranda eſſe, nempe futurum euentum præſentis morbi, & modum, & tempus. Febris maligna, de qua nunc loquimur, quam peſtilentem ſine peſte appellauimus, cùm (vt dictum fuit) poſſit eſſe, & epidemia, & ſporadica, & in epidemia longè plures intereant, quàm ſanitati reſtituantur, è contra verò in ſporadica plures quidem ſanentur, quàm moriantur; ſi ipſam conſideremus, vt eſt in ſubiecto ſiue ſporadica ſit, ſiue epidemia, dico non eſſe tam facilè rem decernere, an ægrotans ſit ſanaturus, an moriturus; nam plures interire, & plures etiam euadere obſeruamus.

Nihilominus ad rectum (prout humano diſcurſui permittitur) præſagium ferendum opus eſt animaduertere malignitatis vehementiam; nam quamuis Galenus ſcripſerit 3. criſ. cap. 4. quòd ſi quiſpiam vult præcognoſcere, quando æger ſanaturus ſit, aut moriturus, debeat ad hæc tria reſpicere, ad ſpeciem morbi, magnitudinem, & morem; præcipuè tamen morem aduertendum pręcepit. Verùm quamuis non me lateat differre morem à magnitudine, nihilominus malignitas in febre, non ſolùm præſcribit ſpeciem morbi, à cæteris omnibus putridis malignitatis charactere diſtinctam, ſed etiam facit magnam febrem ſecundùm maiorem, & minorem ipſius malignitatem: ita vt febris maligna aliquando vehemens, aliquando vehementior, & aliquando vehementiſſima ſit; malignitas enim in hoc caſu ea eſt, quæ dat eſſe ipſi febri malignæ, ab ipſaque dependet ipſius vehementia.

B

Quò igitur Medicus rectè pręḍicat futurum huius febris euentum, opus eſt malignitatem rectè perpendere, quam vt cognoſcat, primò cauſam efficientem animaduertere expedit, tam internam, quàm externam; quæue ſit harum vehementia, & multitudo; & an à prauis, & corruptis edulijs ortũ duxerit: deinde inſpiciat, quæ ſymptomata producat in omni genere, ſiue in actionibus, ſiue in excretis, ſiue in qualitatibus; qualis ſit ægri patientis tolerantia, quæ à viribus dependet; quodnam medicamenta iuuamentum ferant. Si cauſa ſit bilis æruginoſa, aut porracea maligna, quæ à prauis, & corruptis edulijs ortum duxerit, ita vt dolorem capitis inuehat cum ingenti delirio, vel aurium ſurditate, vel tinnitu, artuumque, aut linguæ tremore, rigoribus inordinatis, vigilijs, totiuſque corporis inquietudine, aut iactantia, vrinæq́; ſint variæ, tenues, aquoſæ, mox etiam turbidæ, craſſæ, aut paucæ: excrementa quoque per ſeceſſum exeant fluida, ſyncera, atque etiam varia, in vtroque excremento adſit aliquod colliquationis ſignum cum graueolentia, & fœtore, cum maculis ſupra totam cutem erumpentibus quocunque colore fuerint; adſintque ſudores particulares circa caput, frontem, & collum, & frigidi emanent (qui ſunt peiores) calorque totius corporis mordax, atque ardens ſit, extrema refrigerata internis partibus ingenti calore affectis; lingua ſit arida cùm intenſiſſima ſiti, quæ deinde in magna febris æſtuatione extinguatur, malum, & mortale eſt.

C

Legite Hippocratem 2. in 1. epidem. 75. qui habet præterea, præſertim ægrotante non rectè tolerante, medicamentiſque, quæ hiſce in febribus multùm iuuabant, nihil proficientibus; quid ſanè aliud poteſt Medicus in huiuſmodi caſu prædicere, quàm euentum propoſitæ febris malum, & certiſſimam mortem in quacunque ætate, in quauis regione, & anni tempore? Ob multa enim, & praua ſymptomata tam in actionibus, quàm excretis, & qualitatibus corporis denotatur nobis maximum robur febris: facultatibus totius corporis ſuccumbentibus, minimeque valentibus reſiſtere vehementiæ morbi, ſudores frigidi, extremæ partes frigidæ, neque recaleſcentes, ſed liuidæ, & ſubfrigidæ manentes, nihil ſitire, vrinæ nigræ, tenues, paucæ, & aluus adſtricta, ſunt ſymptomata, quę euentum ſimpliciter malum oſtendunt, & in prima ſeptimana, nempe ſexta die ægrum moriturum demonſtrat.

D

Tempus autem breuiſſimum fore, ſi acceſſiones diebus paribus (præſertim quarta) exaſperentur, ſubdit. Galenus eodem comm. 75. 2. ſect. 1. epid. conſiderans huiuſmodi Hippocratis dictum de acceſſionibus, quæ paribus diebus inuadunt; inquit *vel acceſſiones in diebus paribus eueniunt cum maximis laboribus, vt in quarta die, vel abſque maximis laboribus: ſi primo modo ſemper ægrotantes moriuntur ſexta die; ſi ſecundo modo non moriuntur, ſed morbus in longum producitur.* Modus autem euentus in huiuſmodi malignis febribus ad mortem terminantibus eſt per caloris extinctionem;

nem; tanta enim eſt vis caloris præternaturalis, vt conſumat totum calorem naturalem. E

Conſideremus modò aliam febrem malignam factam à materia bilioſa, cui admixta ſit copia pituitæ: cauſa hæc quidem eſt vehemens, ſed non habet tam praua ſymptomata, nec tam numeroſa; verùm in actionibus animalibus adeſt ſopor, aut propenſio ad ſomnum vt plurimùm, non valida ſitis, non tanta inquietudo, facultas vitalis ſatis valens, vrinæ turbidæ emittuntur, deinde clareſcunt, vel tales conſeruantur, æger rectè tolerat, vel ſaltem cum minori difficultate, aluus correſpondet: ac ſi acceſſiones diebus paribus inuadant, & contingant abſque maximis laboribus, & ſudores non adſint, vel ſi adſint, calidi erumpant, & in diebus paribus, in quibus ſolent euenire, neque adſint partium refrigerationes, ægrotus benè ſe habeat ad oblata medicamenta, quæ parum iuuare ſolent, multùm iuuent, euentus bonus ſperandus quidem eſt, ſed in longo tempore: modus eſſe poterit per aliquam expulſionem, vel per abſceſſum, vel per artem media recta adminiſtratione, trium medicinæ inſtrumentorum, de quibus in ſequenti. F

De Febris Maligna curatione. Cap. X.

COmpertum eſt apud omnes curationem morborum omnium, & præſertim febrium conſtare primùm ex indicationũ inuentione, & earundem inter ſe diſpoſitione; deinde ex auxiliorum comprehenſione, quibus liceat inuentis indicationibus ſatisfacere; tertiò ex recto vſu, aut recta adminiſtratione trium medicinæ inſtrumentorum, à quibus deſumuntur prædicta auxilia, & materiæ ipſorum. Indicationes (vt diximus in curatione febrium putridarum in genere) habentur à rebus præternaturam, à naturalibus, & à quibuſdam etiam ex non naturalibus, 11. meth. medendi cap. 11. & cap. 13. Res præternaturales ſunt morbus, cauſa, & ſymptoma: ſed ſymptoma, vt tale eſt, non indicat, niſi quatenus viribus officit, habetque vrgentis rationem, febris verò cùm ſit morbus calidus, & ſiccus, indicat ſui ablationem per contraria, nempe per refrigerantia, & humectantia: verùm non poteſt auferri, niſi ad ablationem cauſarum. G Cauſa immediata, & proxima in hoc caſu non eſt ſimplex putredo, ſed cui addita ſit malignitas, putredinis cauſa eſt obſtructio, nec non, & adſtrictio, obſtructionis cauſa eſt multitudo humorum, aut eorundem craſſities, aut lentor, quemadmodum & adſtrictionis cauſæ ſunt omnia, quæ cutem adſtringunt. Putredo itaque in febre maligna cauſa eſt immediata, obſtructio verò, & adſtrictio eſt cauſa remotior.

Cæterùm hæ cauſæ conſiderantur duobus modis, vt ſunt in fieri, & vt ſunt in facto eſſe, quo nomine vnaquaque earum duo indicat. Et primùm putredo, quæ in facto eſſe eſt, ſi nullam ampliùs admittat correctionem extra corpus educenda, ſin verò eſt in generatione, vt ſiſtatur, ac inhibeatur, oportet, 11. meth. med. cap. 10. id quod fieri non poteſt niſi prohibitæ tranſpirationis ablatione, quæ & ipſa nunquam auferri poterit, niſi prohibeatur cauſarum generatio, quæ ſunt obſtructio, & adſtrictio, quarum illud, quod factum eſt, tollitur per deobſtruentia, & laxantia, non ſecus atque inhibetur generatio earundem per cohibitionem cauſarum, quæ adſtringendi, & obſtruendi facultatem habent, Galenus loco præcitato. Eſt etiam in his febribus ſimul cum putre- H dine malignitas, quæ comparata febri rationem vrgentis habet, & quandoque talem, vt ſtatim opus ſit eidem malignitati obuiam venire, ipſiſſima febre veluti neglecta, aliquando verò tempus habemus vtrique ſatisfaciendi ſiue inter ſeſe duo hæc indicantia repugnantiam habeant, ſiue minimè.

Inter indicantia ex rebus naturalibus deſumpta ſunt virtus, & temperamentum, quæ (non ſecus atque dictum fuit alibi) conſeruanda veniunt ſimilium vſu, 9. meth. med. 14. & 15. atqui temperamentum vbi à ſuo ſtatu naturali exierit (cognito tamen priùs lapſu) alterandum ita eſt, vt ſenſim ad ſuum ſtatum naturalem redeat. Nec minùs conſiderandæ ſunt vires, quæ vt plurimùm habent rationem vrgentis; nam in hoc caſu ſemper ab aura eleuata à minera maligna ſpiritus vitales maximè offenduntur, quibus omni ſolertia ſuccurrendum eſt tam alimentis, quàm bezoardicis præſidijs. Sunt denique res non naturales, inter quas ſolus aër videtur aliquid indicare, vt ſupra diximus; nam vel

concur-

A concurrit cum cauſis efficientibus febrem malignam, vel non concurrit, quòd in omnibus qualitatibus tam primis, quàm ſecundis temperatus ſit, id quod rarò contingit: ſi peccauerit, contrariorũ vſu corrigendus eſt. Qua autem ratione indicationes prædictæ inter ſe diſponendæ ſint, ita vt cui primo, aut ſecundo, aut tertio loco, & cui maximè attendendum, cognoſcere poſſitis, ſatis declaratũ fuit ex Gal. ſententia, cùm de indicationibus à febribus putridis acceptis, & de ipſarum inter ſe comparatione ſermo eſſet.

Et iſtæ ſunt omnes indicationes à maligna febre, vt maligna eſt depromptæ, quibus inuentis iam ad inuentionẽ auxiliorum properandum eſt, quæ non aliunde deſumi poſſunt, quam à triplici medicinæ iſtrumento, diæta nempe, chirurgia, & pharmacia, de quibus, deque eorum recto vſu, licet in methodo curatiua febrium putridarum in genere diffuſè ſatis à nobis actum eſt: nunc tamen ad particularem magis viam deſcendere eſt opus, hac facta conſideratione, quòd in hac febre curanda eadem via, & methodo vtendum eſt, quali vti oportet in ipſius præſeruatione, ſi Gal. credimus 1. de diff. feb. cap. 4. vbi ſcribit hæc verba, *ſiue enim in duo nomina totam diuides curationem, præcuſto-*
B *diamque, ſiue ambo in vnum colligas curationem nominans, parum refert, nihil iſta ſubtilitate ſermonis hoc loco indigemus.* His ad hunc modum prælibatis tempeſtiuum eſt ad ipſamet auxilia in particulari examinanda deſcendere.

De Inſtrumento Diætetico.

Aggredienti auxilia, quæ ab inſtrumento diætetico ſuggeruntur, primùm aër conſiderandus obijcitur, qui ſi æſtas fuerit, aut præſens conſtitutio ſimilis æſtati, non ſeruans tamen ſuum ſtatum naturalem anni temporis, aut regionis, tunc tentandum eſt, vt ipſe corrigatur, & eò magis ſi fuerit in peſtilenti ſtatu imminenti, vt eſſe ſolet, quando vagantur multæ ex febribus malignis morbum endimium facientibus, quinimo tunc temporis vtendum eſt præſidijs, quæ facultatem habeant ipſum non tantùm refrigerandi, verùm etiam exiccandi, atque obtundendi peſſimam à vaporibus eleuatis qualitatem, vnde Auic. ſcriptum reliquit ſummam curationis eſſe in his febribus exicationem: opus eſt igitur ita ipſum aërem moderari, atque alterare, vt facultatem habeat exiccandi, nec non cor ægrotantis roborandi, atque conſumendi prauos vapores, ſi qui ſunt. Me-
C dicamenta hanc facultatem habentia hæc ſunt.

Folia vitis.	*Flores roſ. rubearum.*
ſalicis.	*nymphea.*
violarum.	*violarum.*
arundinum.	*ſalicis.*
myrtillorum.	*Santali*
Summitates rubi.	*Caphura.*
quercus.	

His adde pro vehiculo ad cor flores aurantiorum, ſummitates eorundem, limoniorum, & citriorum, eorumque cortices. Eaque omnia inſpergi iubeatis per cubiculum, per ſtratum, ac etiam appendi parietibus. Copia aceti, & aceti roſati, aqua roſarum pro ditioribus ad manus eſſe debet, qua non modò cubiculum, vbi habitat æger, ſed tota domus irrorari poſſit. Quòd ſi non adſit copia rerum prædictarũ curandum eſt, vt ſaltem adſit puriſſimæ aquæ fontis copia, qua vbi irrigata fuerint domus pauimenta, inſper-
D gantur res, quæ odorem habeant ſuauem, & iucundum, vt ſunt fruſtula, aut cortices pomorum appiorum, aut roſeorum, vel etiam citriorum, limoniorũ, & aurantiorum. Sunt quoque alia odoramenta bona, quibus vti eſt opus; nam quemadmodum ea, quæ mali odoris ſunt, delicatioribus ſtomachum ſubuertere ſunt apta, ita è contra, quæ grati ſunt odoris, & fragrantia ventriculum, cor, aliaque viſcera roborant, animam delectant, virtutem, & ſpiritus omnes recreant, atque reparant, vt à Gal. habetur, 8. de comp. med. 4. & 2. aph. comment. 2. Poterit igitur balneum parari ad hunc modum.

℞. *Roſarum rubearum.*
Santalorum citrinorum.
rubeorum. ana drag. j. *ß.*
Camphora. drag. j.
Aqua roſarum. lib. ij. *ß.*
Aceti roſ. vnc. iiij. *miſce.*

Ex huiuſmodi materia, quæ humida eſt, poſſunt madefieri folia prædicta, aut linteola, quæ circa lectum appenſa, aut alijs in locis poſita relinquantur, quouſque exiccentur, quæ denuo immergenda, & applicanda veniunt. Poteſt adhuc fieri tale ſuffumigium. E

℞ *Camphoræ. drag. 1.*
Carabe. unc. ß.
Florum nymphaea.
Roſarum rubearum. ana drag. ij.
Corticum citriorum,
aurantiorum. ana drag. 1.
Terantur omnia, & cum aqua roſacea, & modico aceti roſati, & terebinthina q. ſ. fiant trochiſci ad drag. ij.

Quibus poſitis ſuper pruna in angulo cubiculi fiat ſuffimigium, vel ponantur in aqua roſarum, florum citrangulorum, & aceto roſato in vaſe lento igni expoſito vſque dum faciat euaporare totam hanc maſſam per cubiculum. Hæc ſunt, quæ æſtiuo tempore vrgente neceſſitate adminiſtranda ſunt pro aëris alteratione. F

Videamus modò, quæ in aëre frigido, nempe in hyeme paranda ſunt, vt inde ex duobus his temporibus extremis elicere quoque valeamus, quomodo aër in medijs temporibus alterandus veniat. In æſtate diximus aërem eſſe refrigerandum, hyeme igitur eſſe calefaciendum, magiſque quàm in æſtate exiccandum nemo dubitat, ſiue ſit in conſtitutione actu peſtilenti, ſiue imminenti. Rebus etiam bono odore præditis in huiuſmodi febre vtendum eſſe ſemper nulli eſt dubium: quare non modò tota domus, & cubiculum lignis boni odoris exuſtis calefacienda eſt, verùm etiam & alijs huius generis materijs. Inter ligna eſt iuniperus, laurus, ſed aloë primas obtinet partes. Sunt quoque & ſaluia, roſmarinus, ſpica, & alia id genus, quæ accenſa cum odoris fragrantia calefaciunt. Suffumigia facta ex iunipero, thure, myrrha, ladano, beniouino, & huiuſmodi ſunt mirabilis efficaciæ, vnde Marſilius Ficinus dicebat, quòd quando peſtis aliquam ciuitatem depopulatur, ſi omnes eam habitantes ignem accenderent ante ſuas ædes, ſuffimigiaque facerent, ſtatim à peſte ciuitatem liberarent. Suffitus quoque ex trochiſcis de alipta moſcata, de gallia moſcata, ex ambra, moſcho, ſtyrace calamite, G beniouino, nuce moſcata, & alijs huius generis, pro ſuffumigando cubiculo, nec non & ſupellectilibus diuitum maximè idonei ſunt, vt v. g.

℞ *Beniouini.*
Styracis. ana drag. 1.
Trochiſ. de gallia.
de alipta. ana grana ij.
Cùm modico terebinthina fiant trochiſci ad drag. ß.

Curandum quoque domus habitare nitidas, quæ quò ampliores fuerint, eò commodiores, omnes itaque ab immunditijs, quantũ fieri poteſt, cuſtodire ſe debent, indumenta, & ſupellectilem, quibus vtuntur nitida, & expurgata ſemper habere, vnde non poſſum ſatis admirari conſuetudinem illam vulgarium ſuperſtitioſam, Medicorumque multorum timiditatem, qui non modò tunicas lineas, aut lecti ſindones immunditionibus, emplaſtriſue, alijſque ſimilibus auxilijs conſpurcatas, & ſordidas mutare prohibent, ſed ne manus quidem maculatas aqua calida lauare concedunt, quòd exiſtiment ab huiuſmodi munditie, & nitore virtutem labefactari, ac debilitari, quod tamen contrarium euenire non modò ipſa experientia teſtatur, ſed ratio, & Hipp. atque Gal. & aliorum grauiſſimorum virorum authoritates confirmant; nam ſi quiſpiam aſſuetus ſit munditiei, diuque cogatur permanere abſque mutatione indutij, ſue linteorum lecti, videtis ipſum in pruritum, aut in cutis obſtructionem incidere, maximè ſi morbus, quem patitur, ſit longus: itaque diutiùs neglecta ſordities non modò apta eſt ipſum morbum augere, ſed nocumentum producere cutis ſuperficie obſtructa, quorum incommodorum cauſa ſunt Medici non permittentes ægrotantes poſſe ab huiuſmodi impuritate mediantibus pannis lineis liberari, quòd virtutis debilitatem nimis timent, & cùm aliquid ex prædictis incommodis euenerit, illud referunt in naturæ expulſionem quandam non animaduertentes id non prodire, niſi ab immunditie. H

Addatis quòd ab illa immunditie praui vapores, atque odores eleuantur, qui graueolentiam

A olentiam naribus inferunt faſtidijs plenam, quæ etiam virtuti obeſſe maximè poteſt,
quare dicendum eſt ſorditiem debilitatem virtuti omninò inuehere poſſe, è contra
munditiem robur, & iucunditatem inducere. Confirmat hoc idem authoritas Hipp. 3.
acut. tex. 57. 6. epid. ſec. 4. tex. 8. & Gal. lib. de f.ſc.js in præfatione ex Hipp. ſenten-
tia aſſentitur. Eſt in hac ſententia & grauiſſimus author Io. Baptiſta Siluaticus lib.
contr. contr. 4. quem videre poteſtis, vbi concludit nullam poſſe iucunditatem, & gra-
tiam ægrotanti ex elegantia ſuarum veſtium euenire, ſi immundus ſit, habeatque lin-
teamina ſordida, & immunda. Idem teſtatur Scipio Mercurius lib. 3. errorum popula-
rium, cuius meminimus Decade Quinta Cap. 8. Ex his igitur colligere poteſtis in omni-
bus febribus maximè conferre munditiem, & linteorum nitorem ægrotantibus, præ-
ſertim ſi febre peſtilentiali laborent.

Sed hoc loci veſtrum quiſpiam ſciſcitabitur, quis nam aër in peſtilenti conſtitutio-
ne magis eligendus veniat pro febricitãtibus? Sunt, qui putant laudabiliorem eſſe eum,
qui in locis, & domibus ſubterraneis habetur hac moti ratione, quia cùm aër afficiatur
B à vaporibus prauis, illique ſurſum ſuapte natura petant, aër qui in partibus inferiori-
bus continetur, tutior ab huiuſmodi vaporibus redditur, quàm qui in ſuperioribus eſt.
Alij è contra magis commendant aërem contentũ in ſuperioribus, vnde dicunt aërem,
qui in locis montuoſis reperitur ſalubriorem eſſe, quia magis alteratur, ſi præſertim
ventis ij montes expoſiti ſint, & vndique perflati; tunc enim vitium in aëre faciliùs cor-
rigitur. Poſterior opinio mihi magis probatur, potiſſimùm ſi locus opponatur ventis
borealibus, à quibus aër perpetuò agitatur. Si igitur aër bonus ſit, neque mutandus, ne-
que arte alterandus: at vbi non habeat qualitates requiſitas vel relinquendus, vel arte
corrigendus, vt dictum eſt.

Poſt aërem ſequuntur cibi, & potus conſiderandi ea prorſus ratione, qua in metho-
do vniuerſali febrium putridarum diximus: nonnulla tamen peculiariùs hic animad-
uertenda occurrunt; nam quamuis materiæ, quibus homines aluntur, eædem prorſus
tam in ſanis, quàm in ægrotis ſint, vt eſt panis, caro, oua, lacticinia, piſces, caſeus, fru-
ctus, legumina, olera, frondes, folia, & alia id genus ad humanum victum ſpectantia,
C ex quibus acetaria fiunt, ſapores, liquores, ſucci, condimenta, pulmenta, & fercula;
differunt tamen qualitatis, temporis offerendi, modi, nec non condimentorum ratio-
ne, quod omnibus notiſſimum eſt. Quare cùm in præſenti agamus de victus regimine
febricitantium febre maligna, aut illa peſtilenti abſque tamen peſtilenti, aëris conſtitu-
tione, poſt quàm inuenerimus nutrimentum accomodatum ægro reficiendo, vel
ſubſtentando, circa ipſius rectam adminiſtrationem verſandum eſt. Et primùm, quod
attinet ad inuentionem, alimentum vel indicatur ab indicante vitali, vel à curatorio,
vel à præſeruatorio: ſi primo modo opus eſt, vt in genere alimentum ſit boni ſucci,
faciliſque coctionis, & diſtributionis: ſi verò indicatur à morbo, tunc oportet, vt habeat
medicamentoſas qualitates ſibi adiunctas, vnde in hoc caſu ratione morbi, qui eſt
paſſio calida, & ſicca, refrigerandi, & humectandi facultate pollere conuenit.

Verùm ſi conſideretur reſpectu indicantis præſeruatorij, quod eſt cauſa, nempe
maligna putredo, qualitates medicamentoſæ debent alimento ineſſe, quæ habeant du-
plicem facultatem; vna eſt, qua valeat reſiſtere putredini, altera, qua aptum ſit pugnare
D aduerſus malignitatem. Quæ facultatem habent reſiſtendi putredini, inueniuntur
per indicationem; at quæ malignitatem auferunt, per experientiam habentur: hæc au-
tem ſunt alexiteria, ſru alexipharmaca, vel etiam bezoardica vocata, quæ quamuis non
me lateat conſtare ex duplici facultate, vna manifeſta, altera verò minimè manifeſta,
ſed occulta, ac proinde non poſſe vlla ratione operationem eorum occultam, ſiue
à tota, vt aiunt, ſubſtantia, per indicationem inueniri, Euſtachius tamen Rudius lib.
1. de occultis morbis cap. 11. ſcribit poſſe de illis haberi aliquam cognitionem
per indicationem, nempe per mediam illam qualitatem primam, qua vnumquod-
que alexiterium præditum eſt. Sed de materia hac perquàm difficili ſequenti Deca-
de tractata de lapide Bezaar, & Contraherba tractabitur, vbi ſermo erit de alexiphar-
macis. Sufficiat nunc ſcire, quòd alimentis quædam admiſcenda ſunt, quæ & febri, &
cauſæ ipſius ſatisfaciant, non ſecus atque dictum fuit de alijs febribus putridis. Alimen-
tum igitur, ſiue alimenti materia, vt indicatur à virtute vitali reſpectu ſuæ ſubſtantiæ, &

quanti-

quantitatis conſideranda eſt: ſubſtantia ipſius ſimplex, pura, media inter craſſitiem,& E tenuitatē eſſe oportet minimè glutinoſa, aut excremētitia,& homini alendo familiaris.

Inter alia alimenta homini familiaria familiariſſimum eſſe panem ſcriptum reliquit Gal. 7. de vſu par. cap. 8. & 6. de tue. val. cap. 7. ſimpliciſſimum omnium alimentum eſſe ſtatuit, & 3. de alim. fac. 26. tradidit eum (ſi optimè fuerit paratus) laudatiſſimum ſuccum producere. Hinc Io, Baptiſta Siluat. lib. 1. controu. contr. 4. pulchrè dicebat nihil antiquiùs medicinam facientibus eſſe videtur vſu ferculi ex pane conciſo, aut contrito, ac propterea in curando quouis morbo nulla habita diſtinctione ſexus, ætatis, complexionis, habitus, regionis, anni temporis, cœli conſtitutionis, vitæ inſtituti, aut rei alterius, paratum ſtatim ex pane ferculum omnes Medici ęgrotātibus offerunt; atque adeo audiendi minimè ſunt illi, qui id genus alimenti irrident. Panis igitur, ex quo fercula paranda ſunt, ex optima farina conſtare debet, modiceq́ue tum coctus, tum fermento conditus ſit, & iuſculum ex pullis gallinarum, vt fiat oportet, in quo bullierint quædam olera refrigerandi facultatem habētia. Si materia ſit bilioſa, in qua febris accenſa fuerit, & præſertim æſtiuo tempore, quæ ſequuntur, cenſentur idonea. F

Endiuia.	*Pimpinella.*
Lactuca.	*Meliſſa.*
Lupulus.	*Oxalis, & omnia acetoſa.*
Cichorium.	*Flores borraginis.*
Pentaphyllum.	*Bugloſſi.*
Portulaca.	*Cichorij.*
Sonchus.	*Primula veris.*
Borrago.	*Radices cichorij.*
Bugloſſum.	*Cicerbita, ideſt ſonchi.*
Spinacia.	

At ſi materia, quæ febrem producit, ſit materia craſſa, nimirum pituita, vel melancholia, & anni tempus ſit hyems; in iure incoquenda veniunt, aliquot ex ſequentibus medicamentis alterantibus, quorum vis eſt efficaciſſima, ſi Authoribus fides habenda. G

Maiorana.	*Apium alex.*
Mentha.	*Fœniculum.*
Hyſſopum.	*Aſparagus.*
Betonica.	*Chamædris.*
Valeriana.	*Vincetoxicum.*
Origanum.	*Flores Saluia.*
Saluia.	*Roſmarini.*
Agrimonia.	*Origani.*
Anthos.	*Betonica.*
Petroſelinum.	*Radices Apij alex.*
Pulegium.	*Petroſelini.*
Ruta.	*Carotarum.*
Anethum.	*Paſtinaca.*

Laudantur quoque illa ſeptem ſimplicia, quæ aduerſus peſtem appellauit Marſilius Ficinus, quorum nomina nolui hoc loco ſilentio præterire. Sunt autem hæc. H

Hypericum.	*Dictamum.*
Vincetoxicum.	*Ariſtolochia.*
Aenula campana.	*Lactuca.*
Radix raphani.	

Semina quoque citrij, & eorundem cortices hyeme præſertim in prædictis iuſculis ebulliri poſſunt.

Cum prędictis iuribus his medicamentis alteratis poſſunt panea triti concoqui: poſſunt etiam offæ panis infundi. Sunt qui primùm panem in partes, ſeu offas diuidunt, & in aquam aliquam cordialem immergunt, deinde facta inter manus expreſſione immergunt rurſus in ius calidum per debitum temporis ſpatium: alij etiam ipſum ebullire permittunt in iure, quò palato iucundior reddatur, poſtea ipſum ægrotanti offerunt. Parantur quoque fercula ex endiuia, acetoſella, & borragine cum prædicto galliculorum

A rum iure. Non deſunt authores, qui cum his ebulliunt pruna damaſcena, tàmarindos, &
etiam myrobalanos. Ex alijs quoque rebus fieri poſſunt fercula cum prædicto iure,
quemadmodum ex illis paſtillis tenuiſſimis, quos *vermicilli* vulgus appellat; idq́ue præ-
cipuè concedi poteſt æſtiuo tempore, ſi abſque ſale parati fuerint: & vbi cum ſale ſint
conditi, non eſt opus ſal apponere in iure, ſed ipſos in illud concoquere abſque ſalis
appoſitione; hi enim præterquam quòd grati ſunt guſtui habent aliquam facultatem
incraſſandi, humectandi, & quoquo modo humores acres attemperandi.

De ptiſſana non omnium eadem eſt opinio, cùm aliqui eam, ipſiuſq́; vſum deteſtati
ſint, quòd nimium, quàm par ſit, humectet; in febre autem maligna exiccandum eſt;
deinde quia huiuſmodi alimentum hominibus minimè conſuetum eſt, quare neque
ægrotantibus offerendum: alij è contra ſunt, qui eam facilè concedunt. Sed puto
ptiſſanam poſſe conſiderari, vt indicatur à facultate vitali, & à morbo, qui eſt febris, & à
cauſa, quæ eſt putredo: primo modo cùm ſit ipſa facilis coctionis, & vt dicebat Carda-
nus 2. de ſan. tu. cap. 7. ob ſucci bonitatem nihil ea præſtantiùs (quamuis Gal. aui ho-
B re de bon. & vit. ſucc. minùs alat, quàm panis) maximè conuenire poteſt: ſi verò con-
ſideretur, vt indicatur à febre, cùm habeat facultatem refrigerandi, & humectandi,
conuenire quoque poteſt: ſed ſi conſideremus eam, vt indicata eſt à cauſa, tunc, vt
doctè admodum dicebat Mercurialis, per ſe ſola non conuenit, quia non conſtat, niſi
ex aqua, hordeo, & coctione, hinc cùm nimiam habeat humiditatem adaugeret pu-
tredinē, ideoq́ue opus eſt intus aliquid ei apponere, vt eſt ſuccus granatorum, aut aliud
ſimplex, quod exiccandi facultatem habeat, cuius ope deponere poſſit tantam humi-
ditatem, qua prædita eſt: cùm igitur hæc ipſa parata fuerit cum aliquo ex prædictis
ſimplicibus, poterit ad vſum reuocari quandoque, ſi præſertim aliquod ex auxilijs ei
admiſceatur, quod malignitati reſiſtere aptum ſit.

Quod ad conſuetudinem attinet, alia eſt conſuetudo in ſanitate, alia in morbis, vnde
quamuis homines non ſint in proba valetudine aſſueti hordeum comedere, tamen
ob tot, tantaq́ue commoda, quæ ex huius ſorbitione (ægrotantibus præſertim morbis
acutis thoracis) contingunt, curandum eſt, vt ipſius vſui aſſueſcant. Verùm quodcunque
C ferculi genus offeratur, optimum eſt ſemper illi aliquid apponere, quod alexiphar-
macam facultatem habeat, ideo propono puluerem, quo inſperſo vtendum ſemper
erit in omnibus alimentis, & primò vbi materia biliosa ſit, parari adhuc modum poteſt.

℞. *Margaritarum ſubtiliter puluerizatarum.*
Terra ſigillata.
Bols armena orientalis. ana drag. j.
Sacchari optimi. vnc. ß.
Fiat omnium ſubtiliſſimus puluis per ſetacium cribratus.

In materia craſſiori, hoc eſt vbi pituitæ, vel melancholiæ admiſceatur bilis, adhunc
modum puluerem præparandum inſtituo.

℞. *Margaritarum ſubtiliter puluerizatarum.*
Radicis zedoaria.
Tormentilla.
Biſtorta.
D *Contra herba. ana ſcrup. ß.*
Sacchari optimi. vnc. j.
Miſce, & fiat omnium puluis, vt ſupra.

Pulueribus ſuperioribus, quippe qui aliquantulum amari ſunt, parua ſacchari co-
pia admiſceri poteſt, vt concilietur guſtui quædam ſuauitas.

Sunt modò, & alia alimenta à Medicis excogitata in virium ſubſidium; ijs enim de-
perditis, aut reparatis deperit æger, aut cuſtoditur. Quoniam igitur in hac maligna fe-
bre ſæpiùs vires periclitantur, ideo multa exhibere ſolet communis vſus alimenta, ſe-
cundùm magis, & minùs nutrientia, quibus vires reſtaurari valeant. Sunt autem hæc
ſuccus, ſeu aqua caronum, gallicolorum teſtes, oua recentia, iura conſumpta vulgò con-
ſumata dicta, contuſa, quæ & piſtum, & tortam appellant, nec non & reſtaurantia à
nonnullis lozengæ vocata. In eodem cenſu eſt ille carnis ſuccus, quem per duplex vas
extrahunt.

Aqua

Aqua carnis primo loco propoſita per elambicum extrahitur: ſed melior, & præſtantior illa eſt, quæ per duplex vas vitreum elicitur; an verò ea ſit inuentum antiquorum, an recentium Alchymiſtarum, poteſtis videre apud Ioan. Baptiſtam Siluaticum lib. controu. controu. 7. ſat enim eſt mihi eam vobis propoſuiſſe tanquam auxilium, quod nutrit, & facilè, ſi præſertim fiat ex carnibus volatilium, vt ſunt capones, perdices, & vniuerſum genus gallinaceum. Non deſunt quidem, qui ipſam extrahant ex quadrupedibus, vt ex carne bubula, aut vitulina; ſed re vera, quæ ex his animalibus elicitur eſt craſſior, difficiliorque ad concoquendum, quamuis ſuperiori magis nutriat; illa ſiquidem citiùs nutrit, ſed parui eſt alimenti. Cæterùm aqua huiuſmodi carnis ad vires reſtaurandas ab omnibus practicantibus optimum habetur auxilium. B

Quod ad galliculorum teſtes attinet, Gal. 3. de alim. fac. cap. 7. de illis loquens, inquit omni ex parte eſſe in alendo præſtantiſſimos: & lib. 1. de rat. vic. acut. 27. ſcribit eoſdem multùm nutrire, virtutemque firmare, & 7. meth. cap. 6. vſum ipſorum commendat valde, vbi virtus labatur: debent autem galliculi, quibus teſtes eripimus eſſe tales, qui nunquam (autem ſaltem rarò) coiuerint, nec valde coitum appetiuerint. F Oribaſius poſt ipſum Gal. eos ſummè laudauit in ſyncope ortum ducente ab humorum tenuitate. Differentia tamen inter hos, & carnem iam dictam eſt, quòd illa citiùs, ſed minùs, hi verò craſſiorem ſuccum gignant: quocirca vbi attenuandum eſt, illa valet, hi vbi incraſſandum. In illius etiam cenſu ſunt alæ gallinarum, quia habent facultatem attenuandi, hoc eſt gignendi tenuem ſuccum, itaque vbi attenuandum eſt, alæ conueniunt, teſtes verò vbi incraſſandum. Id quoque de criſtis galliculorum dicendum eſt, quæ ſuccum bonum gignunt, ſed tenuem, valent tamen omnia hæc ad vires reſtaurandas, & ſuſtinendas. Hepar gallinarum proportionem habet cum carnibus ipſarum, quia facilis coctionis eſt, quemadmodum & ventriculus, quamuis is ad coquendum durior ſit. Anſeris præterea iecur in hoc ordine numeratur, cuius etiam alæ ſicuti gallinarum ſunt optimæ (ſi probè coctæ fuerint) vt ſtatim ſuccurratur virtuti labenti. Et iſtæ ſunt carnes animalium volucrum, & partes ipſorum, quibus vti poſſumus ad virium reſtaurationem.

Succedunt oua gallinarum recentia, tremula, aut ſorbilia, quæ febribus conueniunt G etiam malignis, & peſtilentibus, vt & Rhaſis, & Serapio affirmant. Ratio deſumpta eſt à malignitate, ſeu mala aura reſoluente vires, quarum reſtaurationi primò incumbendum eſt; nam viribus non benè valentibus morbi curari nequeunt, & ab Hipp. ſcriptũ eſt 6. epid. 5. cap. 1. morborum curatricem eſſe naturam, qui igitur hanc naturam ſeruat, morbos curat, at oua id efficiunt, ergo & ipſa curant, at inter alia tremula vocata ad nutriendum ſunt omnium præſtantiſſima, quippe quæ faciliùs concoquuntur. Sed hoc loci circa ouorum exhibitionem duplex videtur eſſe difficultas: altera eſt, quia oua facilè corrumpuntur, quæ autem ſunt talia non videntur conuenire febricitantibus, & multò minùs febricitantibus febre maligna. Secunda difficultas eſt, quia ouum in nidorem conuertitur, craſſum ſuccum abundè generat, & vitioſum; excrementitium quoquoque eſt, ſicut Gal. 3. de alim. fac. cap. de ouo. & 2. de compoſ. med. loc. cap. 2. lib. de facilè par. cap. 1. & lib. de cibis boni, & mali ſucci cap. 2. & 4. affirmare videtur, quem ſectati ſunt Paulus lib. 1. cap. 83. Aët. tetrab. 1. ſerm. 3. cap. 134. & Oribaſius lib. 2. collect. cap. 45. At quæ ſunt huius generis non conueniunt febribus, ergo multò minùs malignis, & peſtilentibus. H

Sed huiuſmodi difficultates nullæ ſunt, & primò quia id, quod aſſumitur in prima difficultate, probandum eſſet, nempè quòd oua corrumpantur; nam re vera ſi ipſa ſorbilia, aut tremula aſſumpta fuerint, ac recentia, minimè corrumpuntur. Neque aliquis Author eſt ex Græcis, qui ſcripſerit oua corrumpi, quòd ſi id ab eorum quocunque fuiſſet animaduerſum, credendum ſanè eſt eum ſcriptis ſuis traditurum fuiſſe, ſed nullus eſt, qui id ſcribat, falſum ergo eſt ouum facilè corrumpi, ſi præſertim aptè fuerit paratum, & aliquis ſuccus ei admiſceatur, qui putredini, & corruptioni reſiſtat, vt eſt ſuccus granatorum, limoniorum, aurantiorum, & ſimilium.

Ad ſecundam difficultatem dicendum eſt aliud eſſe conſiderare oua ratione ſui, & aliud reſpectu variæ coctionis, & adminiſtrationis: primo modo oua non ſolùm ſunt boni ſucci, ſed etiam, vt Gal. dicebat 4. de victu in ac. 113. humorum acrimoniam obtun-

A obtundunt, imò addit maximè appropinquari ad alimentum alicæ, dummodò gallinæ è quibus naſcuntur ſint bono cibo nutritæ, non immunditijs, aut vermibus putrefactis, vt menſe Maijo, & Iunio contingit Meſſanæ, dum pauperum mulierculárum gallinæ comedunt bombyces ex ſerici folliculis in publica loca eiectos; tunc enim oua acquirentes malam qualitatem facillimè corrumpi poſſunt. Deinde idem met Gal. lib. de facilè par. in curat. doloris capitis à vino, 2. de comp. med. loc. cap. 1. & 2. de alim. fac. cap. de ouo, dicebat ouum refrigerare, aut ſaltem non calefacere, & lib. de ptiſana cap. 6. dicebat ouum humectare, vnde Auic. lib. & tract. 2. cap. de ouis, & lib. de cordis virtute trac. 2. cap. proprio, exiſtimabat oui vitellum, de quo nunc eſt ſermo, in actiuis qualitatibus eſſe temperatum, in paſſiuis verò humidum. Auicennæ Rhaſis lib. 3. diuiſ. cap. 4. conſentit, & Iſaac, ergo oua poſſunt dici temperata. Confirmatur id alia authoritate eiuſdem, qui in vlceribus doloroſis ad dolorem mitigandum apponit vitellos ouorum, ſic & in inflammatione; hoc igitur modo febribus cōueniunt, præſertim ab humoribus bilioſis factis, dummodo tremula, aut ſorbilia aſſumantur.

B Si verò conſiderentur oua reſpectu variæ coctionis; & plus iuſto coquantur, aut elixentur, aut in ſartagine frigantur, aut ſub cineribus aſſentur, atque ſuffocentur, tunc quod humidi ſubſtantifici in ſe habent amittunt, & terreſtre tantùm retinentes in nidorem vertuntur, ac propterea ægrè in ventriculo coquuntur, craſſumque ſuccum, excrementitium, & vitioſum generant, de quibus loquens Gal. locis præcitatis, inquit febricitantibus minimè conuenire. At ſi, qua decet, ratione coquantur, & prædictas habeant qualitates, eodem docente Gal. conueniunt, & ijs vtendum eſt, cùm aut virium refectione, aut (etiam valentibus viribus) alimento bono, & temperato egebimus.

Conſumpta quoque, quæ ſunt iura, aut iuſcula ex gallina, vel capone, vel vitulina carne optimè cocta, ſummè probantur, quibus aliquando addi poſſunt ouorum recentium vitelli minutim diſſoluti. Reſtaurantia inſuper, quæ fiunt ex pectoris caponis, aut gallinę pulpa probè cocta, cui addātur ſaccharum optimum, & margaritę puluerizatæ cum aliquo puluere bezoardico, ſummopere viribus reparandis conferunt. Ad idem parari conſueuit ſuccus in balneo mariæ à carnibus extractus, cui multa admiſceri poſ-

C ſunt ſummæ putredini reſiſtentia, vt ſunt pulueres iam dicti, aut ſimilem habentes facultatem. Demum ſunt contuſa cum prædictis etiam rebus parata, vel cum iuſculis carnium prædictarum, in quibus ebullierint illa ſimplicia ſuperiùs deſcripta, & his quoque pulueres illi bezoardici inſpergi poſſunt. De lacticinijs poſt hæc nihil dicendum, quia nullo pacto conueniunt in hac febre. Sed acetaria ex oleribus ſupradictis concedi quidem poſſunt, ſed morbo ad declinationem tendente, quemadmodum etiam, & aliquot ex fructibus, vt ſunt poma roſea, vel appia, pruna damaſcena, ceraſa, & fragæ æſtiuo maximè tempore. Inter alimenta vltimo loco reponi poſſunt ſapores, ſeu intinctus quidam, qui licet non mereantur nomen ferculi, cùm non ſint primò inſtituti ad alimoniam; nihilominus quia ſunt incitamenta ad carnes aſſumendas (dummodo ægri adhuc poſſint) & veluti vehicula ad deglutiendum, ab hoc cenſu non videntur abijciendi. Cùm igitur ægrotantes carnes comedere ſunt apti, quamuis cum difficultate, aut nauſea, ſi fuerit æſtiuum tempus paretur huiuſmodi ſapor, qui præterea aluum lubricare poteſt.

D ℞. *Pulpæ prunorum maturorum. unc. j. ß.*
Sacchari optimi. unc. ß.
Cinnamomi ſubtiliter puluerizati. ſcrup. j.
Aceti roſati q. ſ. & fiat ſapor.
vel
℞. *Syrupi de acido citri.*
de ſucco limoniorum. ana unc. j.
Sacchari optimi. unc. ß.
Cinnamomi ſubtiliter puluerizati. ſcrup. ß.
Miſce, & fiat ſapor.
vel
℞. *Micæ panis albiſſimi toſta, & aceto roſato madida. unc. iij.*
Amygdalarum dulcium excoriatarum num. xx.

LII *Foliorum*

Foliorum acetoſe p. 1. contundantur in mortario, & cum aceto q. ſ. diſ- **E**
ſoluantur, addendo.
Sacchari optimi. vnc. j.
Cinnamomi drag. ß. & erit ſapor iucundiſſimus.
vel
℞. *Hepatis gallinæ cocti, & contuſi quantum vis.*
Lutei recentis oui, & ad duritiem cocti num. j. vel ij.
Amygdalarum dulcium excoriatarum. drag. ij.
Sacchari optimi. vnc. ß.
Cinnamomi drag. ij. cum iure pulli q. ſ. fiat ſapor.

Et hæc ſunt, quæ ſpectant ad materiam alimentorum, & ad qualitatem ipſorum ſiue à facultate vitali, ſiue à morbo, ſiue à ſua cauſa indicentur.

De quantitate autem alimentorum loquens Auic. 1. 4. tr. 4. cap. 4. dicebat eam debere eſſe exiguam quidem, ſed quæ apta ſit ſuſtinere ægrotantem ad ſtatum vſque, quouſque ſemper ex Hipp. decreto ſubtrahendum eſt aliquid de quantitate ipſius alimenti. Pro vario tamen virium robore, ita metiri quantitatem opus eſt, vt virtus ſuſtineatur abſque cauſæ morbificæ augmento; nam quantùm alimentum virtuti prodeſt, tantùm contrariatur cauſæ morbificæ, vnde Medici coacti ſunt interdum pluries in die exhibere alimentum, & ſpatio viginti quatuor horarum quater offerre, ſingulis ſcilicet ſex horis repetentes pro varietate roboris virium, cauſæ malignitate, & acceſſionum modo. In ſumma, qui hac febre laborant, aliquando appetitus deiectionem patiuntur, atque ideo cogendi ſunt ad alimentum accipiendum, quamuis ſemper in pauca quantitate; magnam enim copiam alimenti perferre nequeunt. **F**

Tempus autem offerendi, ſi fieri poteſt, longè ab acceſſionibus ſit, ſi tamen acceſſiones ſint manifeſtę, cùm tales febres non rarò ſynochorum modum teneant, aliquando tertianæ, nonnunquam etiam duplicis, in quibus maxima difficultas eſt reperire nutriendi tempus, maximè ſi vna ſubintret alteri. Hipp. quidem præceptum eſt in acceſſionibus abſtinendum eſſe, ſed ſemper in interuallo, ſi intermittentes ſint, ſi remittant in remiſſione: at vbi nulla eſt remiſſio, nec intermiſſio, hoc opus, hic labor eſt, quo in caſu res admodum dubia eſt, agendumque quemadmodum in rebus difficillimis eligẽtes, quod minus eſt malum habito ſemper reſpectu ad id, quod magis vrget, ſicuti in methodo vniuerſali declaraui ex mente Gal. 11. meth. cap. vlt. ſi verò acceſſiones non ſunt manifeſtæ, vt in ſynochis Hipp. & Gal. dicunt reſpiciendam eſſe conſuetudinem, & hæc de alimentis, præſertim de ferculis. **G**

De potu certiſſimum eſt neque ab Hipp. neque à Gal. aut ab Auic. aut aliquo alio probato authore in febribus malignis, aut acutis conceſſum eſſe vinum, niſi aut concocta materia, aut ad virtutem deficientem reſtaurandam. Sed multis modis aquæ pro potu in hac febre parantur à celebrioribus practicantibus: verùm fontanæ, quæ optimæ ſint, coctæ, & non coctæ probantur, ſtillatæ etiam, aut in quibus diſſoluta ſit iulepij violacei aliqua copia, aut mixtæ cum vino granatorum, vel cum ſucco limonior ũ commendantur: vel etiam poſca cum modico ſacchari, aut aqua, in qua hordeum ebullitum fuerit, in vſu eſt. Sed hoc loci animaduertendum eſt vulgares omnes, & Medicos etiam Meſſanenſes per aquam coctam intelligere eam, in qua aliquid coctũ ſit, vt hordeum, cyminum, aniſum, cinnamomum, vel aliquid tale: at mea opinione decipiuntur; nam aliud eſt dicere aquam coctam, & aliud eſt dicere aquam hordei, vel cymini, &c. quando aqua ebullitur vnica ebullitione, cocta dicitur, & ægrotis facilè conceditur, quamuis tempore æſtiuo fontana optima abſque ebullitione offerri poſſit: aquæ verò, in quibus ebullitur aliquid, pro diuerſitate rei intus coctæ denominationem aſſumunt, vt vbi hordeum coquitur, aqua hordei, & vbi cinnamomum, appellatur aqua cinnamomi, & ſic de ſingulis, de qua re Decade Quinta, cap. 5. ſatis delucidè ſcriptum eſt. **H**

In cæteris rebus non naturalibus moderatè agendum; ſed de motu nihil dicendum eſt, cùm clarum omnibus ſit eos, qui febre laborant, quieſcere debere in lecto, & nullo modo ſe exercere, animo quoque quantùm fieri poteſt, quieto, & ſedato eſſe, omnique ingenio curare, ne in aliquod prauum capitis incidant ſymptoma, vt eſt imagina-

tio, aut

A ctio, aut ratio deprauata, in quam ſæpè incurrere ſolent, quæ inhiberi poſſunt frictionibus ad crura, & ad brachia factis, ligaturis ad malleolos, nodiſque aliquem dolorem inferentibus, arcendo etiam multitudinem gentium è cubiculo, atque cauendo ne illis triſtia afferantur nuntia. Somnus, & vigilia ita moderanda ſunt, vt vbi ægrotantes ad ſomnolentiam propenſi videantur, vigiliam tanquam illi contrariam excitemus, quemadmodum è contra vbi propenſi ad vigiliam fuerint, ſomnum concitemus. In ſomno autem euitando vtendum auxilijs alterantibus, & attenuantibus: alimenta ſint acetoſa aperientia, vnde ab aliquibus probatur acetum, radix apij, petroſelini; ad idem valent ſemina citrij ebullita in iuſculis. Ad ſomnum autem inducendum valent ſemina frigida & maiora, & minora cum iuſculis ebullita, multoque magis ſemina papauerum.

Quod ad excrementorum retentionem, aut euacuationem ſpectat, vbi aluus adſtricta fuerit, laxanda venit proportionatis auxilijs, vt ſunt clyſteres, & glandes, qui adminiſtrandi ſunt, penes cauſæ varietatem. In materia igitur calida fiat ſequens clyſter.

℞. *Fol. Maluarum.*
Violarum. ana m. 1.ß.
B *Quinquefolij.*
Oxalidis.
Pimpinellæ. ana m. 1.
Florum Borraginis.
Bugloſſi. ana p.ß.
Quatuor ſeminum frigidorum. ana drag. ij.
Et bulliant in ſufficienti quantitate aqua ſecundùm artem; deinde.
℞. *Decoctionis huius. lib. j.*
Diacatholici.
Electuarij lenitiui. ana vnc.ß.
Mellis, & olei violati. ana vnc. ij.
Vitellorum ouorum. num. ij.
Salis drag. j. & fiat clyſter.

C In huiuſmodi clyſteribus emollientibus, & omnibus alijs, quibus vtendum eſt in febribus malignis, ſemper aliquid ponendum, quod reſiſtat malignæ putredini, vt ſunt folia acetoſellæ, pimpinellæ, pentaphylli, & alia huius generis. Pro materia autem frigida ſic paretur clyſter.

℞. *Fol. Maluæ.*
Mercurialis.
Parietariæ. ana m. j.
Menthæ.
Hyſſopi.
Valerianæ. ana m.ß.
Florum Roſmarini.
Saluiæ.
Cichorij.
Primulæ veris. ana p. j.
D *Seminum aniſorum. vnc.ß.*
Radicum enulæ campanæ. vnc. j.
Fiat decoctio ſecundùm artem; deinde.
℞. *Decoctionis huius. lib. j.*
Diaphœnici. vnc. j.
Olei anethini.
Chamomelini. ana vnc. 1.ß.
Salis. drag. ij.
Vitellorum ouorum. num. ij. & fiat enema.

Sed huiuſmodi clyſteres ſemper faciendi ſunt, accepta indicatione à febris materia, quæ aliquando frigida, aliquãdo calida eſt, & pro diuerſitate ipſarum modò plus refrigerandum, modò minus: ſic quoque quia interdum maior eſt putredo, quàm caliditas febrilis, interdum cõtra res ſe habet, ideoque nunc primariò occurrẽdum putredini, &

nunc calori proportionatis præſidijs, pro vt opus videbitur. Et hæc de inſtrumento B diætetico, quatenus ad præſens inſtitutum pertinent, dixiſſe ſufficiant.

De Chirurgico inſtrumento.

Inquirere hoc loci nonnulli ſolent, an primò ſanguis mittendus ſit, antequam immittantur clyſteria, an è contra; verùm cum huiuſmodi auxilium magnum ſit, aliquando ſtatim nulla temporis mora interiecta fieri debet, ſi aliquod inſit, quod vrgentis rationem habeat, quemadmodū eſt inflammatio aliqua partium internarū, aut immoderatus aliquis ſanguinis impetus: vnde Hipp. 4. acut. tex. 22. mittit ſtatim ſanguinem, ne ſepti augeatur inflammatio, de cuius curatione loquitur; idem quoque Auic. fen. 1. lib. 3. tr. 3. cap. 3. atteſtatur, vbi loquitur de inflammatione membranarum cerebri. Vbi igitur adeſt aliquid, quod vrgeat, debet primò mitti ſanguis, vbi verò morbus dat inducias, tutiùs eſt (præſertim ſi inteſtina excrementorū copia granata ſint, id quod non rarò contingit in febribus) primò euacuare inteſtina à fæcibus, leuibus quibuſdam clyſteribus, deinde mittere ſanguinem: & ita rem hanc cum Hipp. Gal. & Auic. decernendam puto in febribus omnibus putridis, & præcipuè in malignis. F

Sed in inſtrumento hoc chirurgico adminiſtrando in febribus malignis primò videndum eſt, an conueniat, vti diximus in methodo curatiua febrium putridarum vniuerſali: inuento, quòd conueniat, conſideranda eſt ipſius recta adminiſtratio, videndúmque, quando ſit mittendus ſanguis, ex qua vena, quæ ſit quantitas auferenda, modúſque conſiderandus, an ſcilicet totus peccans ſit vnica vice, an pluribus euacuandus.

A principio igitur in febre maligna præſente indicante, & facultate permittente ad ſanguinis miſſionem per venę ſectionem deueniendum eſt. Sed obijciet quiſpiam, cùm adeſt contraindicans maioris dignitatis, quàm ſit indicans, & coindicans, non eſt ad huiuſmodi auxilium tam magnum properandum: ſed malignitas eſt maioris dignitatis duobus iam dictis, ergo ſequitur, quòd illa contra indicat ſanguinis miſſionem. Quod verò ſit maioris dignitatis, ſatis apparet, eò quòd habet rationem vrgentis, totam curationem ad ſe trahentis; ab illa enim vt pote praua excitantur ſymptomata vires quàm maximè lædentia, & reſoluentia, vt ſunt cardialgiæ, lypothimiæ, deliria, vigiliæ, inappetentiæ, alui fluores colliquatiui, & plura alia à malignitate exorta, quæ omnia contraindicant ſanguinis miſſionem ob iacturam, quàm viribus afferunt, quæ vt nonnulli G addunt in huiuſmodi febribus languidæ ſunt ob malam, & quaſi venenatam auram ab ipſa malignitate eleuatam, & ſpiritus vitales diſſipantem. Addunt alij non alia ratione tractandos eſſe ægrotantes, atque tractentur illi, qui venenum aſſumpſerint, cùm eandem cum illis habeant naturam, ſed iſti non curantur ſanguinis miſſione, ergo neque febre maligna laborantes.

Verùm vt iſte nodus, qui prima facie videtur alicuius momenti, de medio tollatur, opus eſt conſiderare ipſam malignitatem reſpectu diuerſorum temporum febris; nam cùm ipſa ſit qualitas quædam, vt ſupra oſtendimus, ſequens naturam prauæ putredinis, non generatur in inſtanti, neque homines fulguris in modum obſidet, ſed tempore. Quare poſſumus ipſam conſiderare in principio, in augmento, ac etiam in ſtatu. Si in principio ipſam ſpectemus, mitis eſt admodum, quemadmodum ſunt omnes morborum cauſæ, iuxta illud Hipp. 2. aph. 30. omnia in fine, & in principio ſunt mitiora, circa vigores verò fortiora: vnde in principio non poteſt prædicta ſymptomata producere. At ſi in vigore conſideretur, aucta putredine, à qua proueniunt ſymptomata iam H ſupra enumerata, & peiora etiam producere poteſt, & producit, ideo ne illa ſuccedant, opus eſt in principio febris mittere ſanguinem: & hinc eſt, quòd virtus in huiuſmodi febribus languidior eſt, ſi præſertim omittatur ſanguinis miſſio ab initio morbi, vnde rectè à diuino Hipp. ſcriptum eſt 2. aph. 29. cùm morbi inchoant, ſi quid videtur mouendum, moue.

Ad id, quod dicebatur hos ęgrotantes eſſe tractandos quemadmodum, qui venenum aſſumpſerunt, dico verum eſſe, & falſum: verum quidem per alia duo inſtrumenta, à quibus auxilia accipiuntur habentia facultatem reſiſtendi veneno, at falſum in chirurgico inſtrumento, quo in febre maligna vtendum eſt. Sed Saxonia ex authoritate Eraſti admonet non eſſe mittendum ſanguinem in febre maligna, & peſtilenti ortum ducente à prauis edulijs, at nos ſupponimus malignam febrem ortum ſuum ducere à prauis

edulijs,

A edulijs, ergo non eſſet mittendus ſanguis. Reſponde, quòd is loquatur per comparationem ad febrem peſtilentem ex aëre, in qua exiſtimat Eraſtus tutiùs poſſe ſanguinem mitti, quàm in ea, quæ fit à prauis ſuccis, & ſic cùm non id dicat abſolutè, ſed reſpectiuè, non valet argumentum ab eius authoritate deductum: atque ita malignitas in principio non contraindicat ſanguinis miſſionem, & per conſequens fit conſtans, & vera hæc propoſitio omiſſis longis ſermonibus, qui à varijs authoribus fiunt in hac materia. In principio febris malignæ præſente indicante, & permittente mittendus eſt ſanguis.

Modò videamus rectum huius auxilij vſum, & rectam adminiſtrationem, & primò de tempore, de quo iam determinatum eſt, vt in prima die, ſi fieri poteſt, mittatur ſanguis, aut ſaltem ne ſecunda pertranſeat, & ſemper in quietiori ſtatu acceſſionis quacunque hora cõtigerit. Hinc Gal. 3. in 3. epid. tex. 79. excuſat Hipp. quòd in octauo die ſanguinem miſerit in Anaxiona laborante febre maligna, eò quòd ab initio non fuerit vocatus. Deinde cùm apud Medicos illius temporis in vſu eſſet mittere ſanguinem

B primis diebus, exiſtimantes poſt quartam diem venæ ſectionem inutilem eſſe, vt ipſos redargueret Hippocrates, oſtenderetque non eſſe reſpiciendum numerum dierum, ſed indicans, atque permittens, miſit ſanguinem in octauo die exiſtente indicante, & permittente. Plerique etiam ſunt authores doctiſſimi ex recentioribus, qui non ſolùm mittunt ſanguinem in principio, ſed in omni tempore vrgẽte neceſſitate ab indicante, & permittente accepta. Nec probo Cardanum contr. lib. 2. trac. 4. contrad. 4. dicentem Hipp. in hoc ſolo ægrotante miſiſſe ſanguinem in illa conſtitutione, idque non feciſſe febris ratione, ſed phlegmonis lateralis, quam æger patiebatur, alios tamen ſeruatos fuiſſe abſque venæ ſectione.

De quantitate ſanguinis extrahendi non eſt tam facilis determinatio; nam vt in regulis ſanguinis mittendi oſtendi ex lib. de cur. rat. per ſang. miſſ. 12. nihil eſt, quod magis coniecturalem faciat medicinam, quàm vniuſcuiuſque auxilij quantitas adminiſtranda: quare opus eſt vti coniectura quadam rationali, qua peritus Medicus agnoſcat plenitudinis copiam, atque robur virium, quæ plenitudo ſi magna eſt, & vires conſtant,

C in maiori copia detrahendus eſt ſanguis, quàm vbi hæc non tam validæ adſint, neque tanta ſit copia: verùm in huiuſmodi febre maligna tutiùs eſt infra, quàm ſupra peccare: ſi autem peccatum ſit tantùm in copia, & vires ſummè valeant, quod peccat vnica vice auferri debet: at vbi vires non ſatis valeant, & opus ſit ſanguinis miſſione, diuidenda eſt quantitas euacuanda in duas, aut tres vices, pro vt Medicus doctus iudicare poterit. Et hic eſt modus mittendi ſanguinis, nempe vel totum ſemel, vel pluribus vicibus euacuare.

De loco etiam, ex quo mittendus veniat, non tam clarè patet apud ſcriptores. Alij enim dicunt ex ſaphenis; alij ex ſaluatellis; alij ex venis, quæ ad cubitum ſunt, qui adhuc ſunt diſcrepantes, cùm alij ex vena iecoraria, alij ex cephalica, alij ex communi detrahendum cenſeant: ſed ſi recurratis ad methodum vniuerſalem à me ſupra declaratam, videbitis omnium horum authorum ſententiam eſſe veram, & admittendam facta hac conſideratione. Vel enim febris orta eſt ex ſuppreſſa aliqua conſueta purgatione in malo apparatu corporis, vt in viris hæmorrhoides ſuppreſſæ ſunt, & in mulieribus

D menſes, & hoc nomine excitata ſit febris maligna, tunc à ſaphenis mittẽdus eſt ſanguis; ſi ex ſolo apparatu totius corporis, ſanguis mittendus eſt ex iecoraria, quia hæc vniuerſaliter totum corpus euacuat; ſi adſit aliqua capitis læſio ex cephalica; quemadmodum vbi læſio prodeat è capite, & iecore euacuandus è communi vena. At vbi ad fuerit iecoris, vel lienis affectio ex ſaluatella: ſi iecoris ex illa dextræ, ſi lienis ex illa ſiniſtræ manus. Et hæc eſt methodus mittendi ſanguinis à Gal. lib. de cur. rat. per ſang. miſſ. & lib. meth. med. tradita, ab Auicenna confirmata, & à communi practicantium ſchola vſu recepta.

Sed antequàm diſcedamus ab huiuſmodi inſtrumẽto, tria examinãda veniunt, vnum an apparentibus maculis, quas peticulas vocant, liceat per ſectam venam mittere ſanguinem. Secundò an conueniat hirudines, ſeu (vt vocant) ſanguiſugas venis hæmorrhoidalibus applicare. Poſtremò an cucurbitarum applicatio in huiuſmodi febribus ſit ex vſu. Quod ad primum attinet, videtur huiuſmodi quæſitum ſimile illi, in quo quæritur, an

tur, an apparentibus variolis ſit mittendus ſanguis, quem nodum ſoluens Auicenna lib. B 4. fen. 1. trac. 4. inquit, eſſe mittendum, ſi adfuerit magna copia ſanguinis cum robore virium, id quod etiam dici debet de omni morbo; nam, vt ſupra diximus, vbi adeſt indicans præſens, & virtus permittẽs, nihilq́ue eſt, quòd contraindicet, ſiue appareant, ſiue non papulæ, mittendus eſt ſanguis ex vena ſecta. Nec id inconſultò agẽdum, verùm tunc maxima conſideratione, & præmeditatione vtendum eſt; nam papulæ vel ſunt ex illis, in quibus cutis ſolummodò quoad colorem ſuum afficitur, vel ſimul cum colore læditur ſuperficiei lænitas aſperior euadens, & apparet etiam continui manifeſta læſio. Si primo modo nihil refert, ſi mittatur ſanguis, vbi opus fuerit, cùm huiuſmodi maculæ nec criticæ ſint, nec ſymptomaticę, vt ſupra dictum eſt, eò quòd non expelluntur humores ad cutem, vt 2. in 1. epid. 38. ſcripſit Hipp. dicens tales maculas, ſeu exanthemata parua non eſſe apta ad morbum decernendum; & ratio ab ipſo additur, quòd citò rurſus ſeſe occultant, quia non fiunt ab humoribus ad cutem delatis, ſed ex euaporatione, ſeu ab exhalatione.

Et quamuis in commentario illo Galenus dicat eruptiones fieri à natura irritata, F non de huiuſmodi peticulis loquitur, ſed de parotidibus; nam maculæ iam dictæ ſunt euaporationes quædam, vt ex Hippocrate colligere licet dicente ſtatim eas euaneſcere, ſignum eſt ergo non fieri ab humoribus; cùm enim in febribus, & præſertim malignis, de quibus eſt ſermo, maſſa ſanguinis ſit prauis, & putridis humoribus conſpurcata, dum calor naturalis cum præternaturali ſimul pugnant in hanc maſſam agentes, eleuant vapores perpetuò, à quibus fiunt in cute huiuſmodi maculæ, intus remanentibus prauis humoribus, quos ſi comitetur copia ſanguinis, euacuandi ſunt per ſanguinis miſſionem, ſi non adſit copia ſanguinis, non eſt opus ſanguinis miſſione per ſectionem venæ. Cur autem perpetuò fiat euaporatio in omnibus febribus malignis, nec ſemper appareant huiuſmodi maculæ, rationem habuiſtis, vbi de earum ratione tractauimus, diximuſq́ue harum, & aliarum papularum aliam eſſe rationẽ, cùm iſtæ ab exhalatione prodeant, illæ verò ex humoribus ad cutem delatis, vt ſunt illę, quorum meminit Hipp. 3. in 3. epid. 22. de quibus etiam loquens Gal. in commentario illo, refert prouentum illarum in bilis acris copiam in corpore collectam, addebatq́ue eas eleuatiores ſupra G cutem ortum ducere à craſſioribus, & prauis ſuccis: tales ſunt etiam illæ maculæ, de quibus ipſemet loquitur cap. 4. de atra bile, & 5. meth. 12. in illis iuuenibus, quæ nigræ erant, quarum egreſſum tribuit in humorem melancholicum.

At ad eruptionem illarum puſtularum, quæ ab humoribus fiunt, opus eſt videre, an motus ſit criticus, an ſymptomaticus; ſi primo modo, non eſſet aliquid tentandum, neque ſanguinis miſſione, ſed ipſi naturæ permittendum, iuxta illud Hipp. 1. Aphoriſ. *quæ iudicantur, & iudicata ſunt, &c.* ſi præſertim cutis locus idoneus eſſet ad materiam totam recipiendam, quæ facit febrem, quod idem de ſymptomatico eſſet dicendum. Sin autem multa eſſet copia ſanguinis, & vires benè valerent, eſſet mittendus ſanguis, & hoc eſt, quod Mercurialis, Angelutius, Porta, & alij dicunt, quamuis iſti authores indifferenter loquantur dicentes, vbi appareant maculæ, & adſit copia ſanguinis, & vires valeant, quòd ſit mittendus ſanguis. At ego ſum huius opinionis, quòd in papulis illis planis id liberè fieri poſſit, quia nec criticè, nec ſymptomaticè, vt dictum eſt, mouentur, at in alijs, quæ ab expulſione à natura fiunt, oportet videre, an hic motus ſit H criticus, & tunc temporis nihil efficiendum eſt, ſi præſertim conſtet per cutem poſſe naturam ſe exonerare, & perfectè, ſin minùs ita vt ſenſim, & diminuta ſit criſis, poteſt Medicus illi opem ferre: ſi verò motus ſit ſymptomaticus, plerique dicunt eſſe mittendum ſanguinem per ſectionem venæ.

Galenus verò 1. aph. com. 22. admonet naturæ inclinationem eſſe animaduertendã, & ſi idonea fuerit ſubminiſtrare, & adiuuare eam oportet, ſin autem cõtrariè, ac noxiè fiat, prohibere, transferre, atque diuertere, id quod non eſt cogitandum in illis maculis, quæ cutem tantùm in colore afficiunt, & (vt dictum eſt) ab humoribus non prodeunt, vnde Medici illi, qui apparentibus huiuſmodi maculis, curant ad cutem trahere, & ſic vel cucurbitas, vel veſicatoria, & alia huiuſmodi cutem aperientia adhibent, non rectè faciunt, neque ex arte, aduerſuſq́ue Hippocratem moliuntur, qui lib. epid. 1. ſec. 2. tex. 38. ſcriptum reliquit has maculas ineptas eſſe ad morbum ſoluendum, ergo

fuſtra

A fruſtra conantur ad cutem trahere, quod trahi minimè poteſt. Hinc mihi videtur doctiſſimus Saxonia lib. de febribus cap. 28. non rectè proponere, & diſtinctè quęſitũ, vbi dicit vtrum apparentibus peticulis, exanthematibus, carbunculis, bubonibus, liceat venam ſecare; nam alia eſt ratio peticularum, & alia eſt ratio ſymptomatum propoſitorum, vt ſupra dictum eſt, & hæc ad primum quæſitum.

Secundum erat de hirudinibus, an in hac febre liceat hirudines venis ſedalibus applicare, quod iam à nobis in methodo vniuerſali de ſanguinis miſſione determinatum eſt. Quod attinet ad tertium de cucurbitis, id ſatis quoque à nobis, & dilucidè determinatum fuit, quare poteſtis ad eum locum recurrere. Et hæc de curatione febris malignæ per diæteticum, & chirurgicum inſtrumentum, relinquitur, vt verſemur circa curationem per pharmaciam.

De Inſtrumento Pharmaceutico.

Auxilijs iam declaratis, quæ petuntur à victus ratione, & chirurgia pro curatione febris malignæ, nunc inuenienda ſunt ea, quæ à Pharmacia accipiuntur, vt indicationibus B ſatiſfacere valeamus à cauſa morbifica, & à morbo deſumptis. At à cauſa primùm auſpicandum, quæ eſt materia maligna, ſeu malignitas in vario humore poſita pro febris varietate; nam modò humor ſanguineus eſt, modò bilioſus omnis generis, modò pituitoſus, modò melancholicus, & non rarò ex omnibus mixtus, ſæpè ex duobus, ſcilicet à prædominio. Illud autem hoc loco memoria recolendũ eſt, cuius, cùm loqueremur de inſtrumento pharmaceutico in methodo vniuerſali, meminimus, nempe multos caſus eſſe, in quibus euacuandum eſt medicamento purgante à principio morbi, inter quos adduximus materiam malignam febris cauſam exiſtentem, ſi præcipuè ita putrefacta ſit, vt ad benignum ſtatum reduci minimè poſſit; nam tunc periculum eſſet, ne tota humorum maſſa contaminaretur, vaporeſque à maligna materia praui, atque maligni prouenientes cor perpetuò afficerent: atque ea omninò à principio ex ſententia Gal. extrahenda eſt lib. 11. meth. med. cap. 5.

Indicans igitur purgandi in maligna febre eſt materia maligna, quæ ad benignum reduci minimè poteſt, permittens eſt virtus valida, his itaque duobus pręſentibus ad purgans C medicamentum accurrendum eſt, quod non ſolùm facultatem habeat exturbandi peccantem humorem, ſed etiam habeat ſibi admixtum, quod malignitati reſiſtere queat. Quocirca ſi fuerit materia tenuis, & bilioſa, tale medicamentum parari poterit ſub forma potus.

℞. *Foliorum acetoſellæ.*
Pimpinellæ.
Pentaphylli. ana m. ß.
Radicis Tormentillæ.
Biſtortæ. ana vnc. ß.
Florum cordialium. p. 1.
Seminum Peponum. vnc. ß.
Et bulliant in ſufficienti quantitate aquæ ſecundùm artem; deinde.
℞. *Decoctionis huius. vnc. iij. aut vnc. iiij. & infunde.*
Rhabarbari in taleolas diuiſi. drag. ij.
D *Specierum diaiacynthi ſcrup. j.*
Cinnamomi grana v. facta expreſſione ſecundùm artem diſſolue.
Syrupi roſati ſolutiui, vel manna corporis. vnc. vj.
Electuarij roſati Meſuæ. drag. ij. vſque ad vnc. ß. fiat potus breuis.
Sub forma boli.
℞. *Diacatholici. vnc. j.*
Rhabarbari ſubtiliter pulverizati. drag. j.
Electuarij roſati Meſuæ. drag. iij.
Specierum liberantis ſcrup. 1. vel liberantis. drag. j.
Sub forma pilularum.
℞. *Pilularum peſtilentialium Rhaſis.*
ſine quibus eſſe nolo. ana drag. j.
Diagridij optimi grana. x.

Specierum Diaiacynthi. ſcrup. j. B

Cum ſucco limoniorum fiant pilulæ num. v j *& aurentur: poſtque earum aſſumptionem ſuperbibat æger iuris pulli. vnc.* iij.

Si febris procreata fuerit ex craſſa, & frigida materia, debebimus vti præparantibus, alioqui ea non cedet pharmacis purgantibus. Præparatio itaque poterit fieri hiſce ſyrupis aliquoties aſſumptis.

℞. *Syrupi de ſucco acetoſæ.*
de ſucco Bettonicæ. ana vnc. j. miſce.

Poſt exhibitionem dictorum ſyruporum, facta ſcilicet præparatione, præſcribenda eſt purgatiui auxilij formula, quam ſi voluerit æger ſub forma potus, erit ſequens.

℞. *Cardui benedicti.*
Hyperici.
Dictami cretenſis.
Vincetoxici. ana m. ß.
Seminum ocymi. F
fœniculi. ana drag. j.
Florum Borraginis.
Bugloſſi.
Roſmarini. ana p. j.

Bulliant in ſufficienti quantitate aquæ ſecundùm artem: deinde.

℞. *Decoctionis ſupradictæ. vnc.* iij. *aut* iiij. *& infunde.*
Agarici.
Rhabarbari. ana drag. j.
Salis gemmæ. grana v.
Specierum electuarij de gemmis. ſcrup. ij.

Infuſio fit ad horas ſex, vel octo, deinde facta forti expreſſione diſſolue.

Mellis roſati ſolutiui. vnc. iiij.
Syrupi roſati ſolutiui. vnc. ij.
Electuarij indi maioris. G
Diaphœnici. ana drag. j *ß. aut drag.* ij.
Miſce, & fiat potus.

Sub forma boli.

℞. *Diaphœnici.*
Electuarij indi maioris.
de Pſyllio. ana. drag. ij.
Diacatholici. vnc. ß.
Specierum electuarij de gemmis. ſcrup. ij.
Cum ſaccharo fiat bolus.

Sub forma pilularum.

℞. *Pilularum aggregatiuarum.*
de rhabarbaro. ana drag. j.
Trochiſcorum Albandal. ſcrup. ß.
Specierum electuarij de gemmis. ſcrup. j. H

Cum ſyrupo ex ſucco roſarum fiant pilulæ num. vij. *& aurentur.*

Expurgato corpore mediantibus his medicamentis, oportet malignitatem, quæ membris infixa eſt, bezoardicis, vel alexipharmacis, vel alexiterijs tum internis, tum externis extinguere. Primò de internis dicendum eſt, deinde de externis. Interna medicamenta, quamuis habeant alexipharmacam facultatem, in qua omnia bezoardica conueniunt, ſunt tamen differentia ratione qualitatis manifeſtæ; nam alia ſunt, quæ refrigerandi vim habent, alia verò è contra calefaciendi: quorum etiam quædam ſunt ſimplicia, & quædam compoſita. Frigida ſimplicia ſunt, quæ ſubijciuntur.

Pimpinella.
Cicerbita.
Acetoſa.
Alleluia.
Trifolium acetoſum.
Lupulus.
Flores cordiales, hoc eſt.
Violarum.
Roſarum.

Roſarum.
Borraginis.
Bugloſſi.
Radices Biſtortæ.
Tormentillæ.
Semina Acetoſæ.
Portulacæ.
Plantaginis.
Corallina aceto lota, & exiccata.
Sericum.
Grana tinctorum.
Terra lemnia.
Sigillata.
Bolus armenia.
Succinum.
Camphora.
Santali omnes.
Viſcus quercinum.
Cornu Cerui.
Os cordis eiuſdem.
Ebur.
Corallia alba, & rubra.
Margarita.
Lapis Bezaar.
Fragmenta Pretioſa.
Scobs auri, & argenti.
Folia Auri.
Succus Acetoſæ.
Vuæ immaturæ.
Limonij.
Aurantij.
Berberis.
Ribis.
Mala punica.
Apia.
Roſea.
Acetum.

Et ex his materiam deſumere poſſumus pro conficiendis medicamentis compoſitis in febribus ex materia calida ortum ducentibus, vt ſunt antidota, electuaria, tabulæ, ſyrupi, & id genus.

Quæ verò ſequuntur ſimplicia ſunt medicamenta calida.

Dictamnum.
Scordium.
Vincetoxicum.
Carlina.
Angelica.
Ruta.
Scabioſa.
Balſamina.
Scorzonera.
Centaurium.
Valeriana vtraque.
Cariophyllata.
Chamadris.
Hypericon.
Verbena.
Saluia.
Cyperus.
Morſus diaboli.
Abrotanum.
Carduus ſanctus.
Zedoaria.
Ariſtolochia rotunda.
Gentiana.
Acorum.
Satureia.
Helenium, hoc eſt, anula campana.
Meliſſa.
Serpyllum.
Spica nardi.
Bacca Lauri.
Iuniperum.
Hedera.
Lignum aloës.
Macis.
Nux myriſtica, ideſt moſcata.
Piper.
Crocus.
Cubebæ.
Galanga.
Coſtum.
Cinnamomum.
Semen vrticæ.
Dauci.
Mei.
Baſilici, ſeu ocimi.
Hyperici.
Citrij.
Aurantij.
Limonij.
Cortex citrij.
Limonij.
Myrrha.
Thus.
Galbanum.
Succus galegæ, ſeu ruta capraria.
Scabioſæ.

Atque hæc ſunt, ex quibus compoſitiones fieri poſſunt aduerſus malignas febres, cùm frigidi humores prædominantur.

Sed ad rei euidentiam deſcendamus ad quaſdam medicamentorum formulas, quibus plerumque vſi ſumus cum maxima ægrotantium vtilitate. In materia igitur bilioſa, & ma-

& maligna poteſt in primis parari medicamentum ſub forma tabellæ ad hunc modum. E

℞. *Margaritarum præparatarum. drag. ij.*
Boli armeniæ.
Terræ ſigillatæ. ana ſcrup. ß.
Seminum acetoſæ.
portulacæ in puluerem redactorum. ana ſcrup. j.
Sacchari diſſoluti in aqua acetoſellæ. vnc. iiij.
Fiat confectio in tabellis, cuius doſis ſit ad vnc. ß.
Deinde ſuperbibat æger aqua acetoſellæ. vnc. iiij.

Sub forma conditi.

℞. *Sacchari Florum Borraginis.*
Bugloſſi.
Roſarum.
Nymphææ. ana drag. j. ß.
Diaiacynthi. F
Liberantis. ana drag. j.
Syrupi de pomis ſimplicis.
de acido citri. ana vnc. j.
Foliorum auri num. iij.
Miſce, & fiat conditum, cuius doſis ſit ad vnc. ß.

Si tempus ſit calidum (præſertim in maximo æſtu) ſuperbibat patiens poſt huius conditi aſſumptionem ſeri diſtillati actu frigidi vnc. vj. cui admiſta fuerit ſyrupi de ſuccacetoſæ, vnc. j. aut ij.

Lapis etiam bezaar, ſi habeatur non adulterinus, & artefactus, ſed verus, & naturalis, concedi poteſt ad pondus granorum xij. vel ex eo, atque alijs componatur ſequens tabella, quam pluries conficiendam curaui, & præſtantiſſimam eſſe ex rerum euentu obſeruaui.

℞. *Lapidis Bezoardici. drag. ß.*
Margaritarum præparatarum. drag. ij. G
Contraherba. ſcrup. j. ß.
Sacchari diſſoluti in aqua roſacea. vnc. iij.
Fiat confectio in tabellis, cuius doſis ſit, vt ſupra.

Poſtquàm hæc fuerint per os exhibita, non relinquantur, quæ exteriùs applicari conſueuerunt tum ventriculo, tum etiam cordi, & primùm pro ventriculo.

℞. *Olei roſati. vnc. j.*
de abſynthio. vnc. ß.
Specierum diamargariti frigidi.
Terræ ſigillatæ.
Trium ſantalorum.
Cornu Cerui. ana ſcrup. j.
Cum modico cera alba fiat linimentum, & illinatur tota ventriculi regio.

Pro corde.

℞. *Aquæ roſarum.* H
Cicerbitæ.
Pimpinellæ.
Borraginis. ana vnc. iiij.
Specierum cordialium. ana drag. j.
Succini, hoc eſt electri.
Oſſis è corde cerui.
Coraliorum rubeorum. ana drag. ß.
Specierum diaiacynthi.
diamargariti frigidi.
Margaritarum præparatarum.
Contraherba. ana drag. j. ß.
Miſce, & fiat epithema cordi adhibendum.

Pro

Pro eodem.

℞. *Vnguenti roſati Meſue.*
Santalini. ana vnc. j.
Oſſis de corde cerui. ſcrup. 1.
Eboris in ſcobem redacti.
Coraliorum rubeorum. ana ſcrup. ß.
Specierum liberantis. ſcrup. j.
Miſce, & cum modico olei roſati fiat linimentum, quo poſt epithema cordis regio inungatur.

Veniamus modò ad medicamenta conuenientia febri malignæ, cuius cauſa materia frigida, & craſſa fuerit: ſimplicia medicamenta iam ſupra recenſuimus, reſtat, vt demonſtremus, quo modo ex ijs compoſitiones quædam fieri debeant, quæ malignitati reluctentur interiùs ingeſta, corque, atque ventriculum corroborent, ſi horum partibus exteriùs applicentur. Internæ poſſunt componi ad hunc modum, & primùm ſub forma tabellæ.

℞. *Vincetoxici.*
Carlinæ.
Angelicæ. ana ſcrup. ß.
Specierum aromatici roſati.
Electuarij de gemmis. ana drag. j.
Sacchari diſſoluti in aqua ſcorzoneræ. vnc. iiij.
Fiat confectio in tabellis. doſis ſit ad vnc. ß.
Aſſumenda ieiuno ventriculo quatuor horis ante prandium, & ſuperbibat æger.
Aquæ ſcorzoneræ. vnc. iiij.

Pro condito.

℞. *Sacchari ſcorzoneræ.*
Florum aurantiorum.
Borraginis.
Bugloſſi. ana drag. ij.
Ligni aloës.
Nucis moſcatæ. ana ſcrup. ß.
Confectionis Alkermes.
Electuarij de gemmis. ana drag. j. ß.
Syrupi de pomis Regis Sabor.
de mentha. ana vnc. j. ß.
Miuæ cotoneorum aromaticæ. vnc. j. adde.
Foliorum auri num. v.
Fiat conditum. doſis ſit ad vnc. ß. poſt quam ſuperbibat.
Aquæ ſcorzoneræ.
Acetoſellæ. ana vnc. ij.

Linimentum pro ventriculo.

℞. *Olei de abſynthio. vnc. j.*
de ſpica. vnc. ß.
Specierum aromatici roſati.
Ligni aloës. ana ſcrup. j. ß.
Specierum electuarij de gemmis. ſcrup. j.
Cum modico cera fiat linimentum.

Epithema pro corde.

℞. *Aquæ ſcorzoneræ.*
Roſarum.
Bugloſſi.
Borraginis.
Hyperici. ana lib. ß.
Specierum cordialium. drag. ij.

Diamargariti calidi. B
Lætificantis ad Almanſorem. ana drag. ij.
Ligni aloës. ſcrup. j. *ß.*
Vini albi generoſi. unc. iiij.
Fiat epithema.

Linimentum pro eodem.

℞. *Vnguenti ſantalini. unc.* ij.
Ligni aloës. ſcrup. j.
Croci grana. v.
Vincetoxici exiccati, & pulueriʒati. ſcrup. ß.
Cum modico olei roſati completi fiat linimentum, quod priùs quàm in vſu ponatur, aceto roſaceo debet ablui.

Plura quidem ſunt medicamenta tam interna, quàm externa ad malignas febres depellendas ab auctoribus deſcripta. Selectiora equidem tantùm hoc loco vobis tradere decreui, quæ vſu optima eſſe (Deo dante) expertus ſum. F

FINIS SEPTIMAE DECADIS.

G

H

Digitized by Google

IOANNIS BAPTISTAE CORTESII

MISCELLANEORVM MEDICINALIVM DECAS OCTAVA,

Ad Medicos praxim exercentes.

Qvamquam ab ijs, qui Medicinam facere cupiunt, medicamentorum omnium notitia ſummoperè expetenda ſit; eorum tamen præcipuè quorum frequentiſſimus eſt vſus in praxi, non ſolùm expeti, verùm
B etiam & exactiſſima inquiri debet indagine. Ea propter cùm mihi licuiſſet per otium, publico docendi muneri, & ægrotantium curationi ſubreptum, inter alia, quibus ſcribendis animum applicare libuit, celebriorum aliquot medicamentorum, tum purgantium, tum non purgantium naturam medulliùs pertractandam ſuſcepi. Nunc autem quidquid in ijs cognoſcendis, aut ab alijs decerptum, aut à me inuentum, ſimul congeſſi, vt in aliorum conſpectum veniret, facilè animum induxi; non quòd ſentiam magnum aliquod legentibus beneficium me allaturum, ſed quòd ſperem futurum, vt hoc ſcriptionis genere aliorum ingenia excitentur ad aliquid doctiùs promendum, vel circa hæc eadem, vel alia pharmaca, quorum vires hactenus non penitùs nobis innotuere. Decadem igitur hanc medicamentis deſtino, ſed dum tractatuum numerum recenſeo, denarium non expleri animaduerto: venit itaque in mentē efficere, vt cuiuſquā alterius rei diſquiſitionem hiſce adiungerem, & ecce ſeſe offert Periodorum ratio in febribus, quam libenter in tractatulum perſtrinxi, & in primum locum reieci, non ratione aliqua permotus, ſed vt
C id priùs exſoluerē, quod præcedentis Decadis initio pollicitus fueram. Accedit, quòd Periodicationis materia febribus debet eſſe coniuncta, cùm igitur hucuſque de ijs habitus ſit ſermo, iure merito factum videtur, antequam longiùs ab illarum tractatione diſcedam, vt de Periodis hic orationem inſtituerem. Nullum me ſeruaſſe ordinem (inquiet aliquis) Fateor. Miſcellanea ſcilicet conſcribo, quorum ordo confuſio eſt. Sed rem ipſam auſpicemur.

De Periodicatione in febribus. Tract. I.

Svb vnius quæſiti ratione videtur primo aſpectu Periodicationis ratio, quam diſcutiendam aggredimur, accommodatè contineri poſſe; nihilominus ſi rem ipſam attentiùs perſcrutemur, videbimus (ni fallor) quatuor, eaſque difficillimas ſub ſe comprehendere quæſtiones. Prima illa eſt, quæ Gal. quoque 2. de differ. febr. cap. vlt. in admirationem
D traxit, vnde ſcilicet ſit, vt non omnes putridæ febres ſynochorum in modum vnica acceſſione à principio ad finem vſque extenſa comprehendantur, ſed pleræque vbi ſemel, vel ad infebricationem, vel ad manifeſtam ſaltem remiſſionem perductæ fuerint, iterum repetant? Altera eidem Gal. maiorem admirationem attulit, cur repetant per circuitum, hoc eſt, cur ſemper ab eodem in idem quibuſdam interuallis, & typis redeunt, tanquam ſi rationis compotes eſſent? Tertia, cur ex illis circuitibus, ſecundùm quos repetunt, melancholicæ illum, qui ſit longiſſimo interuallo, pituitoſæ eum, qui ſit breuiſſimo, bilioſæ denique eum, qui medio modo ſe habet, ſortitæ fuerint, cùm ratio omnis potiùs efflagitare videretur, vt bilioſæ tanquam à materia calidiori, tenuiori, & celeriori profectæ interuallo omnium breuiſſimo repeterent? Quarta, ac poſtrema, quid commune eſt prædictis humoribus, & ſtatutis illis diebus, vt melancholica nec ante, nec poſt quartam diem, ſed in ipſa ſolùm repetat, bilioſa nec ante, nec poſt, ſed tertio quoque die ſolùm acceſſionem faciat, & ita pituitoſa nec priùs, nec poſterius, ſed quotidie recurrat?

Nnn Hæc

Hæc ſunt, quæ in hoc quæſito difficultatem faciunt, quibus non poſſe commodè B reſponderi puto, niſi primùm quid Periodus, quidue Typus ſit, & qua ratione ab inuicem diſtinguantur interpretemur; nam cùm horum ſæpe mentio futura ſit, niſi ſingulorum naturam cognouerimus, perplexionem, ac obſcuritatem non leuem afferre poſſunt. Περίοδος ergo græcè, latinè circuitus, ex Gal. 1. aphor. 12. & lib. qui de typis, & definitionibus medicis inſcribitur, nihil aliud eſt, quàm totum illud tempus, quo ægritudo redit in ſimilem diſpoſitionem, vt in exemplo pridie febris inuaſit cum rigore, poſtridie redit in eundem rigorem, totum tempus inter primum, & ſecundum rigorem periodus, ſeu circuitus vocatur, qui deinde in partem mitiorem, & ſæuiorem diſtribuitur: pars ſæuior à Græcis παροξυσμός, à Latinis acceſſio, ſeu exacerbatio dicitur; mitior verò in intermittentibus ἀπυρεξία græcè, infebricitatio, ſeu quies, ſeu intermiſſio latinè; in continuis verò græcè ἄνεσις, latinè remiſſio. Τύπος autem græcè, ordo latinè vertitur, licet à nonnulls cum periodo confundatur, vt obſeruabat Gal. Re vera tamen ab ea diſtinguitur, propterea quòd propriè loquendo typus ſignificat ordinem in periodo ſeruatum, vnde ex febribus periodicè infeſtantibus alias dicimus hoc, alias F autem illo typo redire, vt de quarto in quartum, de tertio in tertium, &c.

His ita declaratis ad propoſita quæſita diſſoluenda reuertor. Quod ad primam difficultatem, ſeu quæſtionem ſpectat, cur nimirum non omnes putridæ febres vnica acceſſione terminentur, Auerrhoës 4. coll. 27. cauſam retulit in humorem putreſcentem, qui in talibus febribus ad differentiam ſynochorum paulatim ad putredinem diſponitur, & putreſcit; vnde fit, vt non vnica acceſſione, ſed pluribus comprehendantur pro varijs portionibus, quæ ſucceſſiuè ſuccenduntur. Huic ſententiæ Auerrhois plurimùm fauere videtur Galeni dicta primò de differ. febr. cap. 5. de fimo putreſcēte; nam ſicut ille totus ſimul non putreſcit, ſed ſenſim per partem poſt partem circuitu vnius diei, ac noctis, ita dicam in huiuſmodi febribus totum humorem ſimul non putreſcere, ſed aliquando circuitu vnius diei, ac noctis, vt in pituitoſis, aliquando duorum, vt in bilioſis, & aliquando trium, vt in melancholicis.

Sed hæc reſponſio non ſatisfacit eidem Galeno lib. & capite citato propterea quòd putauit aliam eſſe rationem fimi putreſcentis, & aliam humoris, ex quo febris G generatur; in fimo enim verum quidem eſt totum ſimul non putreſcere, ſed per partem poſt partem, quia putreſcentes partes non poſſunt ijs, quæ non putreſcunt, facilè commiſceri, vt in humoribus (ex omnibus ad omnia conſpiratione, & confluxione exiſtente) facillimum eſt: & propterea haud euenire poteſt, vt putredo nunc vnam, nunc aliam occupet partem, vt in fimo, niſi fortè putris factus humor in inflammatione aliqua eſſet coërcitus; cæterùm in alijs nihil obſtat, quin putridus humor imputri commixtus totum corrumpat. Vt igitur idem Gal. diſſoluat hanc difficultatem reſpondet ad calcem capitis id accidere, quia humores non putreſcunt in caua, vt in ſynochis, ſed in foco aliquo determinato ſequente diſpoſitionem membrorum, in quo ſucceſſiuè, & per partem poſt partem colliguntur, ac putreſcunt. Colliguntur autem in hac vel illa parte, aut quia in ea gignuntur, aut quia ab eadem, vel ſuſcipiuntur, ſi imbecillis ſit, vel trahuntur, ſi doleat, aut immoderatè caleat.

Hæc fuit Gal. ſententia, quæ licet à priori, quam Auerrhoës recipit, diſſentire videatur, re vera tamen in alio non diſcrepat, niſi quia diſtinctiùs exponit, qua de cauſa H in his totus ſimul humor non putreſcat, quod inexplicatum reliquit prior ſententia. Ratio autem eſt, quia in foco totus ſimul non colligitur; nec vrget ratio, quæ Galeno difficultatem fecit; nam exiſtente conſpiratione, & confluxione ex omnibus ad omnia, non ſemper neceſſarium eſt, vt ſi cœperit vna pars humoris putreſcere, totus ſimul putreſcat, & ſuccendatur, vt in ſynochis, ſed ſolùm cùm portio inſignis intra vaſa magna ita putreſcat, vt non poſſit neque extra vaſa, neque à maioribus ad minora detrudi; ſi enim exigua ſit portio, vel magna etiam, quæ poſſit incipiente putredine aut extra vaſa, aut à maioribus ad minora propelli, non eſt neceſſarium totam ſimul ſuccendi, vt in ſynochis, ſed vel intermittens, vel continua proportionalis vocata prodibit, propelletur autem humor magis hoc, vel illo modo, tum pro ratione vincentis naturæ, tum pro ratione foci pinguedinis, quem aliquando contingit in vaſis, aliquando extra vaſa exiſtere, ſemper tamen in parte cæteris imbecilliore, calente, aut dolente:

A dolente: & quia non omnes partes putreſcentis humoris ſimul incipiunt ſuccendi,ſed
vna poſt alteram ob diuerſam ipſarum habilitatem, hinc variæ acceſſiones fiunt in
quouis morbo,& portione vna detruſa ad focũ, quæ primùm aliquod putredinis rudi-
mentũ cõtrahere cępit,ſuccedit altera,donec vniuerſa humorũ maſſa integrè à vitiato,
& putreſcibili humore expiata fuerit. Hæc eſt igitur cauſa,ſiue Galenum, ſiue Auerrh.
ſequamur, ob quam contingit non omnes febres putridas vnica acceſsione terminari,
ſed plurimis ſibi inuicem ſuccedentibus; & hæc ad primam difficultatem.

Quod attinet ad ſecundam, in qua quærebatur, cur ſuccedunt potiùs ſibi inuicem
per circuitus, duo continet virtute (ſicut in circuitu duo continentur,ſcilicet reditus in
idem,& typus) primùm cur ab eodẽ in idem redeuntes ſibi inuicem ſuccedãt, *e.g.* cur ſi
cum frigore extremorum, & membrorum extenſione incæpit, repetat ad idem frigus,
& ad eandem extremorum refrigerationem? Alterum cur typo, hoc eſt ordinatè
ſtatis quibuſdam interuallis hoc fiat? Circa primum Gal. loco citato putauit reditum
febris in eandem diſpoſitionem non aliunde pendere, niſi quia in ſuccedentis acceſ-
B ſionis principio eadem cauſa viget, ob quam præcedens acceſsio incæpit. Talem au-
tem cauſam putat eſſe caliditatem auctam in foco putredinis, ob putredinem ibi con-
ceptam: ſicuti ergo præcedens acceſsio incæpit cum frigore extremorum,& membro-
rum extenſione,quia aucto calore in foco ob putredinem ad illum confluxit vniuerſus
ſanguis, & ſpiritus extrema deferens; ita ſuccedens, quæ circuitum complet, redit in
eandem diſpoſitionem refrigerationis extremorum, & extenſionis membrorum;quia
noua concepta putredine in foco auctus adeo eſt calor,vt ad ipſum denuò ex vniuerſo
corpore confluat ſanguis, ac ſpiritus.

Circa ſecundum verò, ſtatis quibuſdam interuallis id fieri arbitratus eſt, quia par
excrementum, in pari interuallo, fluxione, vel congeſtione aceruatur, & putreſcit in
foco, manente pari alimento, & pari membrorum diſpoſitione. Hæc Gal. in quem
innehitur Auerrhoës lib. & cap. citato, vt in eum, qui totam huius rei cauſam retulerit
in ſolum calorem putredinalem ordinatè præparantem,& putrefacientem materiam,
quine effectus ordinatè procedẽtis cauſam merè pręternaturalem aſſignauerit, quod
C ſanè repugnat principijs naturalis, & diuinæ Philoſophiæ, cùm potiùs hoc tribuen-
dum fuiſſet calori naturali agenti in materiam non naturalem, eamq́ue præparantem
ad putredinem,& putrefacientem. Et hoc duplici ratione probat altera à priori, alte-
ra à poſteriori: primò quia talis præparatio,& putrefactio,non dicitur putrefactio ſim-
pliciter, ſed putrefactio iuncta coctioni, & paſſioni, quæ ad benignum redigi poteſt,
certum autem eſt coctionem non poſſe fieri citra calorem naturalem, ergo & putrefa-
ctionem ei adnexam. A poſteriori verò, quia niſi hoc dicamus, variatio circuitnum
(ſupple quantum ad ordinem in febribus) non eſſet malum ſignum,tanquam indicans
calorem naturalem non dominari materiæ, quia ſi per te ab hoc non fierent circuitus,
talis variatio nihil indicaret de diſpoſitione caloris naturalis, concluditq́ue propterea
cauſam ordinis in circuitu referẽdam eſſe in calorem naturalem agentem in materiam
non naturalem, ipſamq́ue ordinatè præparantem ad putredinem, & putrefacientem.

Sed præter hæc multis alijs nominibus vrgeri poſſet hæc Gal. ſententia, alioqnin re-
ceptiſſima: ac primùm, cauſa reditus in eandem diſpoſitionẽ difficultatem facit, quòd
D videtur ea ſolùm in continuis proportionalibus ineſſe, quæ citra rigorem cum ſola
extremorum refrigeratione, & extenſione incipiunt, & in earum acceſſionibus eſt par
ratio retractionis caloris ad focum, ſed in intermittentibus,quæ fiunt cum rigore con-
cutiente, quomodo ex ſola caloris retractione ad focum ſeruabitur nulla expulſa ma-
teria ad muſculorum genus? Hic audiendi non ſunt ij (inter quos eſt Thomas Auega
in 2. de differ. febr.) qui exiſtimant rigorem ex ſola retractione humorum ad viſcera
fieri, dicentes primùm, quòd ſecretio humorum à vaſis difficillima ſit intellectu, neç
tam breui fieri poſſit. Deinde quia eo tempore bilioſa, & per aluum, & per vomitum
frequenter excerni videmus, & vrinas longè minùs, quàm antea tinctas reddi, quæ
omnia recurſum potiùs humoris bilioſi ad viſcera, quàm eiuſdem propulſionem ad
muſculorũ genus arguat. Poſtremò, quia neque in ſudore critico, neque in icteritia, in
quibus conſtat quàm maximè effundi bilioſum humorem ad habitum corporis, ali-
quid tale obſeruatur.

Reſpondeo, & ad primum dico falſum eſſe excretionem è vaſe humoris tenuis, calidi, & acris eſſe difficillimam, nec breui fieri poſſe, cùm præſertim natura magno conatu eam moliri tentet, vt & in acceſſionis principio, vbi à noxio humore moleſtari incipit, & in criſi maximè cauſonem ſoluente apparet. Ad aliud de excretionibus bilioſis concedo fieri recurſum humoris bilioſi ad viſcera, ſed hoc non tollit, quin etiam ad muſculos demandetur; nam craſſior pars ad inteſtina, & ventriculum per latiores vias effunditur, tenuior verò, & halituoſa magis ad habitum corporis detruditur. Vrinæ autem albicantes, ſeu minùs tinctæ potiùs oſtendunt à viſceribus ad habitum, quàm è contra detrudi; nam ideo minùs colore ſuffuſæ redduntur, quia tenuis, bilioſi humoris portio, quæ antea ſeroſum humorem tingere ſolebat, tunc ad habitum corporis traſmiſſa non inficit. Ad vltimum, quod in criticis ſudoribus, & in ictéritia non fiant rigores, id accidit, quia vt rigores fiant, non ſatis eſt ad muſculorum genus effundi bilioſum humorem, ſed oportet etiam repentè effundi, quare cùm neque in critico ſudore, neque in ictéritia fiat repentina humoris effuſio, nihil mirum eſt, ſi neque rigores accidant. Quare viget adhuc dubitatio contra Gal. quantum ad cauſam reditus febris in eandem diſpoſitionem ab eo aſſignatam. B F

Hoc omiſſo, longè grauiores difficultates patitur, cùm dixerit, *ordinatè repetere, quia par excrementum, in pari interuallo, vel defluxione, vel congeſtione aceruatur, & putreſcit in foco, manente pari alimento, & pari membrorum diſpoſitione.* Hoc ſiquidem fortè locum habet in ordinatis repetitionibus multorum affectuum, qui per circuitus fiunt, ſiue ſint morbifici, vt podagra, arthritis, dolor capitis, tertiana, & huiuſmodi, ſiue non morbifici, vt menſium eruptiones, hæmorrhoidarum apertiones, & alia huius generis; in his enim omnibus ad differẽtiam aliorum fortè verum eſt dicere ſtatis quibuſdam temporibus per certa quędam interualla infeſtare; quia manente pari alimento, pari membrorum diſpoſitione, in pari interuallo, aceruatur etiam vel per defluxionem, vel per congeſtionem in membro, quod eſt origo mali, par excrementum aptum eundem affectum de nouo ſuſcitare. Sed de cauſa ordinatæ repetitionis harum vniuerſalium acceſſionum nunc non eſt diſputatio; quæritur enim ſolùm ratio, quam ob rem pręſente iam morbo particulares acceſſiones ipſius ordinatè repetãt, in qua aſſignanda ad æqualem excrementi aceruationem recurrere in æquali interuallo factam, ab eodem alimento, & eadem membrorum diſpoſitione, alienum à ratione videtur. G

Primùm, quia oporteret in exiguo interuallo particularium acceſſionum, cùm non ſolùm non manet idem alimentum, ſed tota victus ratio contraria morbo adhibetur, tantam aceruari excrementi copiam, quanta in magno interuallo acceſſionum vniuerſalium, cùm nulla prorſus victus ratio obſeruabatur, collecta fuerit, quod abſurdiſſimum eſt. Atque vt id clarè appareat, ſit *e. g.* (ne à propoſito recedamus) æger, qui ſingulis annis menſe Iulio corripiatur tertiana exquiſitè ordinata, quia per illud interuallum manente eadem membrorum diſpoſitione, eodem alimento, colligitur par excrementum bilioſum in foco, & putreſcit; numquid ergo quando iam febre correptus eſt, quæ ſeptem, aut pluribus, aut paucioribus acceſſionibus ſoluitur, in ſingulo interuallo inter vnam, & alteram acceſſionem colligitur tantùm excrementi apti ad faciendas particulares acceſſiones, dum æger vtitur victus ratione prorſus contraria bili, quantùm in toto anno, dum nulla ſeruabatur victus ratio? abſonum quidem eſt hoc ab omni veritate; ac propterea neceſſe eſt aſſerere, non repetere particulares acceſſiones ex pari excremento genito, in pari interuallo, ſed potiùs ex præexiſtente in vaſis ante primam morbi inuaſionem, & ex alia ratione ordinatè inſultante. H

Præterea, ſi in quauis acceſſione accederet noua bilis genita in interuallo acceſſionum, non redderetur continuò bilis craſſior, & frigidior tanquam reſolutis primùm partibus tenuioribus, & calidioribus per acceſſiones præcedentes, conſtat autem reddi continuò frigidiorem, & craſſiorem, ergo non eſt noua in interuallo genita. Confirmatur, quia ſi ob par excrementum in pari interuallo aceruatum ordinatè repetunt acceſſiones, cur ergo progrediente tertiana non repetunt potiùs interuallo longiori, vt de quarto in quartum, vel de quinto in quintum, quàm ſemper eodem; nam quò magis progreditur, eò maius tempus requiritur imminuta ſemper bile ob præcedentes acceſſiones ad coaceruandum æquale excrementum illi, quod priores fecit acceſ-

ſiones

A ſiones. Rurſus, cur non citiùs repetet paruo exiſtente membro, quod eſt putredinis focus, tardiùs autem magno; nam quod multum in magno, & paucum in paruo præſtat: Ad multum autem aceruandum longius tempus requiritur; nam quod aceruatur, ideo aceruatur in foco, vel quia trahit, vel quia ſuſcipit, vtcunque tamen ſit, non magis hunc, quàm illum aceruat, ſed omne noxium; cur ergo magis ordine de tertio in tertium, vel de quarto in quartum repetet per totum decurſum, quàm alio quopiam? Neque enim rationi conſentaneum eſt alienum humorem (puta bilem) tractum in foco, in quo putreſcit pituita in quotidiana, ſtatim verti in pituitam.

Addo, quòd ſi ex aceruato in membro excremento noua fieret acceſſio, oporteret apparere ſymptomata cumulati huius excrementi, vt calor, dolor, tumor, quæ nullo modo in febribus obſeruantur. Nec ſatisfacit, quòd non apparent ſymptomata, quia lateant membra, in quibus adeſt focus, contra quàm eueniat in morbis à fluxione externa pendentibus, quos obſeruat Gal. ex caliditate ad tactum, & ex tumentibus venis. Nam primùm non ſemper latet focus in febribus, cùm aliquando ex cruribus, aliquan-
B do ex ventriculo febricitemus. Deinde, licet appareat caliditas, & tumor, dicam illa non ſequi ad aceruatum humorem de nouo, ſed ad conatum aggredientis naturæ, quòd in ſtatu talium fluxionum idem cõtingit, in quo tamen certum eſt nihil amplius per defluxionem congeri, & quòd omninò non ſit neceſſarium in quauis acceſſione gigni, & aceruari vel defluxione, vel congeſtione tale excrementum, ſed ſufficiat ſimplex eiuſdem aggreſsio à natura. Fidem faciunt multi, quos in dies cernimus in inflammationibus; videmus enim certo quodam ordine fieri exacerbationes etiam in declinatione, quo tempore certum eſt ceſſaſſe ex toto fluxionem. Epileptici etiam, vt (ita loquar) eodem die infeſtantur acceſsionibus; itidem & præfocatæ mulieres. Numquid ergo continuò ex noua materia genita, nequaquam? ſola aggreſsio naturæ, ſola agitatio humoris, ob quam prauus vapor communicatur, hoſce ſeruat affectus; cur ergo idipſum in acceſsionibus febrium non eueniet?

Poſtremò, quod de æquali alimento dicitur ad ſeruandam ordinatam hanc repetitionem, omnium ineptiſsimũ videtur; nam quid præſtat hæc alimẽti æqualis aſſumptio
C ad ſeruandum hunc ordinem, quando videamus in dies acceſsiones tertianæ ſemper ſeruare eundem typum, ſiue æger alatur carnibus, ſiue ptiſana? quòd ſi aliquid facit alimentum, cur ergo progrediente morbo, cùm pleniùs nutrimus, non fiunt acceſsiones minori interuallo? Hæc ſunt, quæ Gal. ſententiam funditùs euertere videntur, firma, ac ſolida adeo, vt viri clariſsimi, & doctrinæ Galeni alioquin addictiſsimi, ab eo receſſerint. Tentandum igitur nobis eſt, vt dubitationi huic occurramus, & quantùm fieri poterit, pro virili parte Gal. ſententiam tueamur.

Quod ergo ſpectat ad primum caput ipſorum, perperã mea opinione tribuit Auerrhoës Galeno, quòd totam cauſam circuituum in febribus retulerit in ſolum calorem putredinalem. Nam etſi conceſſerit fieri reditum febris in eandem diſpoſitionem in ſecunda acceſsione, quia accedente noua putredine in foco, ex nouo addito calore fiat noua reuocatio caloris ad focum, & noua refrigeratio extremorum, ac membrorum extenſio ſimilis ei in priore acceſsione factæ; nihilominùs non dicit totam illam operationem pendere à ſolo calore putredinali, ſed potiùs à calore natiuo, agente in
D materiam non naturalem, vt quod ex toto putruit, abijciat, quod autem ex toto non putruit, corrigat. Certum quidem eſt putredinem illam non contrahi in foco, niſi primùm aceruata fuerit materia, vel per defluxionem, vel per congeſtionem; aceruari autem non poteſt niſi ſit, quod ſeparet, & quod mittat, ſi per defluxionem aceruetur; vel ſit, quod aggreget, ſi per imbecillitatem, facultatis aut coctricis, aut expultricis, ſi per congeſtionem. Et quid aliud eſt hoc, quàm caloris natiui vis regens, & gubernans corpus, quæ de eius incolumitate ſolicita ſtudet præcipuè, vt omnia ſuo munere fungantur, nempe attractrix, coctrix, retentrix, & expultrix in vnoquoque membro? vbi verò id aſſequi non poteſt, ex labe aliqua, vel in toto, vel in parte contracta, vt vitium omne corrigat, quod noxium eſt, vel extra corpus detrudit, vel à nobilioribus, aut robuſtioribus ad ignobiliores, & imbecilliores deponit: Quare non video rationes Auerrhois quicquam roboris contra Gal. habere, imò verò ſententia, quam ſibi ipſi tribuit, eadem eſt atque illa à Galeno propoſita.

Nullius

Nullins ſimiliter momenti eſt, quod ad hoc idem propoſitum afferebatur, ſcilicet, B
quòd in ſolis febribus incipientibus cum frigore, & membrorum extenſione locum
habeat hæc cauſa, non autem in illis, quæ cum rigore concutiente aggrediuntur, eò
quòd præter caloris retractionem, oporteat eſſe detruſionem materiæ ad muſculos.
Nam licet veriſſimum ſit in his requiri talem expulſionem; nihilominus hoc, eſt quid
poſteriùs ſuccedens retractioni caloris, quia etiam ij, qui rigentibus febribus corri-
piuntur, non ſtatim ac febris ipſos adoritur, rigent, ſed percipiunt primùm illam leuem
refrigerationem extremorum, & membrorum diſtentionem, cui deinde ſuccedit ri-
gor, quia ſuccenſa magis materia à robuſtiore calore innato detruditur extra vaſa, &
portio craſſior ad inteſtina, ac ventriculum: tennior, atque halituoſa magis ad habi-
tum corporis rigorem factura tranſmittitur.

Sed aliud caput dubitationum contra cauſam ordinatæ repetitionis, quæ in circuitu
includitur, magis vrgere cenſendum eſt; nam magis ad repetitiones acceſſionum vni-
uerſalium, ſecundùm quas per longa admodum interualla ſolent nonnulli morbi repe-
tere, quàm ad particulares, quæ præſente morbo fiunt, pertinere videtur. Primùm, F
quia abſurdum eſt generari in exiguo interuallo particularium acceſſionum tantam
materiam, quanta genita fuit in magno vniuerſalium, cùm præſertim in hoc nulla vi-
ctus ratio obſeruetur, in illo verò prorſus contraria. Ad hanc rationem ita pro Galeno
reſpondendum eſſe mihi videtur, nempe aliud eſſe loqui de generatione excrementi
geniti ex alimento, aliud de aceruatione excrementi in foco putredinis apti ex putre-
dine acceſſionem facere; ſi ſermo ſit de generatione, abſurdum quidem eſt exiſtima-
re, quòd ſicut in internallo acceſſionum vniuerſalium generetur tantum excrementum
ex tanto alimento, quod poteſt nouum morbi inſultum facere, ita in interuallo parti-
cularium tantundem ex tanto alimento gignatur, quod particularis acceſſionis inſul-
tum faciat.

Et hoc non aſſerit Gal. ſed vult in interuallis quidem acceſſionum vniuerſalium ge-
nerari par excrementum, ex pari alimento, à pari membrorum diſpoſitione; at in in-
teruallis particularium, non vult gigni ex pari alimento, ſed colligi ſolùm in foco pu-
tredinis à calore natiuo ſenſim ſeparante à maſſa, & ad focum putredinis tranſmitten- G
te in tanta copia, quanta fuit cauſa, quæ in prima acceſſione ſeparata fuit: atque
hoc non eſſe inconueniens quotieſcunque ſupponitur par diſpoſitio tum membrorum
ſuſcipientium, & demandantium, tum facultatum naturalium, & par quantitas, & qua-
litas alimenti, non quòd ex alimento putat ſeparandum, ſed quia requiritur hoc tan-
quam conditio requiſita ad ordinem; nam ſicut inordinatio perſæpe ex ſola victus ra-
tione malè adhibita fit. 2. de differ. feb. capite vltimo, ita vt ſeruetur ordo in pe-
riodis, opus eſt ſupponere etiam parem victus rationem tum in alijs, tum præſertim
in cibo, & potu. Ex hoc ipſo fundamento facilè corruit alia ratio, quæ huic ſubijcieba-
tur; nam conſtat falſum eſſe in quauis acceſſione particulari, non accedere tantam bi-
lem genitam, ex tanto alimento ſumpto in interuallo, ſed accedere non genitam, &
ſeparatam à virtute regente corpus, & expiante maſſam ab eo, quod noxium eſt,
itaque excernit primùm, quod magis aptum, magis autem aptum, quod tenuius,
hinc fit, vt progrediente morbo reddatur craſſior, & frigidior bilis, quæ excernenda H
relinquitur, & quæ in interuallo magno ſenſim fuit genita.

Sed aduerſus ordinatam aceruationem excrementi, etiam obijciebatur, primùm
quia ſi ob hanc ordinatè factam, ordinatè repetunt acceſſiones, cur progrediente fe-
bre, puta tertiana, non repetunt potiùs de quarto in quartum, vel de quinto in quin-
tum, vel ſecundùm alium aliquem typum, quàm ſemper de tertio in tertium; nam in
progreſſu ſemper tantò maius tempus requiritur ad aceruandum æquale, quantò
maius eſt decrementum bilis ob præcedentes acceſſiones. Reſpondendum eſſe puto,
quòd licet progrediente morbo ſemper minuatur bilis putreſcenda, non propterea
tamen fit, vt manente eadem diſpoſitione membrorum ſuſcipientium, ac mandantium,
manente pari alimento, tanquam cauſa ſine qua non, non aceruetur ſemper in tempo-
re æquali, imò ſiqua diuerſitas, quæuis ſit ratione huius proportionis, accidere de-
beret, potiùs ex parte breuioris, quàm longioris interualli contingeret; nam quo magis
minuitur reſiſtentia paſſi, eò agentis ratio celeriùs fit: nunc autem tantùm minuitur,

quantùm

A quantùm bilis copia ſeparanda colligenda,& putrefacienda ſupponitur magis minuta, ſed tamen neque etiam variatur ordo hac ratione, quia agens non mouet ſecundùm proportionem, quam habet ad totam materiam ſimul, ſed ad varias portiones ipſius ordinatè ſeparandas, colligendas, & putrefaciendas in ſingulis acceſſionibus, donec tota fuerit conſumpta.

At dicebatur rurſus, quomodo ſaltem non variatur typus ex varia ſuſcipientis membri magnitudine; nam ſi repetit acceſſio, vbi excrementum, vel quantitate, vel qualitate lædit, cum paruum membrum à minori quantitate citiùs grauetur, cur ergo typus non ſit per interuallum minus manente eadem excrementi ſpecie? Reſpondetur, quòd paruitas membri ſuſcipientis, non eſt ſufficiẽs immutare typum circuitus, ſed acceſſionis ſolùm longitudinem, quia cùm pauca materia in ſingulo interuallo colligitur, citiùs abſumitur, quàm cùm multa, ſed non propterea variatur typus, quia manet eadẽ diſpoſitio membrorum mandantium, quare ſicut in magno à magnis, in tanto interuallo multa aceruatur, ita in paruo à paruis in tanto interuallo pauca. Sed ſi aceruatur omne B noxium (ſiue defluxione, ſiue congeſtione aceruetur) cur ergo dicebatur, quòd ſemper ſeruetur idem ordo, cum eadem non ſit natura excrementi? Reſpondeo aceruari quidem quicquid noxium eſt, ſed illud non eſſe adeo diuerſum natura, vt typum variet; nam licet admiſceatur quidpiam alienum, dummodo tamen præualeat humor, qui priorum acceſſionum fuit author, repetent reliquæ ſecundùm eundem typum; præualebit autem is humor neceſſariò, quia ante primum morbi inſultum in tanta copia præerat, vt potuiſſet pluribus acceſſionibus ſufficere.

Quòd verò in ſingula acceſſione non aceruetur nouus humor in foco, quia non appareant ſymptomata talis aceruationis, tumor nempe calor, dolor, ineptiſsimè dictum eſt, non ſolùm quia (vt dicebatur) putredinis foci nos ſæpe latent, ſed etiam quia ipſamet putredinis natura docet ipſam neceſſariò præſentem adeſſe; nam putredini calor adeo eſt coniunctus, vt non poſſit ab ea vnquam ſeparari. Si ergo putreſcit in foco, quomodo non adeſt in eodem caliditas; ſi eadem colligitur, quomodo non tumor, & conſequenter dolor ex intemperie, & ſoluta vnitate? Et quamuis ex ſola ebul- C litione præexiſtentis materiæ citra affluxum nouæ, poſſint contingere illa ſymptomata, hoc nihil ad nos; neque enim dicimus non poſſe illa ſymptomata ſeruari, niſi noua fiat affluxio, ſed hoc ſolùm, quòd vbi noua fit affluxio, & noua putredo, accident neceſſariò. Ad id, quo multis oſtendebatur perſæpe acceſſiones repetere abſque noua exiſtente noxij aceruatione, ſed ex ſola præexiſtentis agitatione ab aggrediente natura facta, multifariam reſponderi poteſt. Primùm, nullam inſtantiam ex propoſitis pertinere ad acceſſiones febriles, de quibus nunc loquimur: ſecundò, quia licet aſſerimus in acceſſionibus febrium neceſſariam eſſe nouam aceruationem putreſcentis humoris, non tamen vniuerſaliter dicimus, quòd in omnium affectuum acceſſionibus ſemper ſit neceſſaria; nam in multis fortè ſufficit ſimplex agitatio aggredientis naturæ. Tertiò, & poſtremò, quòd etiam in his accidit quid ſimile nouæ aceruationi; nam neque natura nouam molitur aggreſſionem, donec vel copia, vel qualitas humoris ipſam irritet, neque membrum ſuſcipiens eam à ſe excutere in noua acceſſione tentat, niſi vel copia, vel qualitate noxam inferat. Quæ omnia proportione reſpondent aceruationi D humoris in foco, qualitate, aut quantitate lædentis.

Poſtremò cùm obijciebatur æqualem alimenti aſſumptionem nihil facere, quia acceſſio ſemper reperit eodem modo, ſiue æger &c. Facilis eſt ſolutio ex hactenus traditis; neque enim requiritur par copia alimenti, tanquam in longo interuallo ex ipſa par excrementum debeat generari, & colligi, ſed tanquam conditio neceſſaria ad ſeruandam identitatem typi. Quocirca ſi in tertianario multus fieret lapſus in victus ratione, ex hoc ſolo poſſit variari typus, ex paruo autẽ ſicut à ptiſana ad carnem non variatur, vt dicebatur. Cur ergo non variatur typus progrediente morbo, iam dictum eſt, quòd non ſit acceſſio ex genito in quouis interuallo, ſed ex iam præexiſtente, ad quod natura ſemper habet eandem rationem ſiue aucta, ſiue imminuta ſit, vt initio oſtenſum fuit. Ex his ergo iam ſatis conſtare arbitror, & cur non omnes febres putridæ vnica tantùm acceſſione, vt ſynochi conſtent, & cur quæ pluribus conſtant, per circuitum repetant, certis quibuſdam typis, atque ſtatis interuallis ab eodem in idem redeant.

Sed

Sed cùm ex circuitibus, ſecundùm quos repetunt, vnus ſit omnium maximus, alter B
omnium minimus, & tertius inter vtroſque medius, horum ratio mox inueſtiganda.

Quærebatur tertio loco, cur melancholicæ febres omnium longiſſimæ, pituitoſæ
omnium breuiſſimæ, bilioſæ verò medium ſtatum ſortitæ fuerint, cùm tamen ratio
poſtulare videretur, vt potiùs bilioſæ tanquam à materia acriori, tenuioriq́ue profi-
ciſcentes omnium breuiſſimum ſibi aſſumerent? Huic quæſito variè admodum re-
ſponſum eſt à doctoribus, quidam ad ſolas cauſas naturales confugerunt, atque horum
alij ad cæleſtia corpora, alij ad quatuor vocata elementa: & eorum rurſus, qui ad cor-
pora cęleſtia confugerunt, alij ſola Luna vſi ſunt, alij verò Luna, & alijs quibuſdam Pla-
netis. Qui ſolam Lunam huius rei cauſam agnouerunt (cum quibus eſt Thom. de Gar-
bo in calce expoſ. in lib. Gal. de differ. febr.) ſupponentes ex Aſtronomia hunc Plane-
tam peculiariter influere omnibus humiditatibus, præſertim verò aquæ, dixerunt in-
ter humores illum maximè ęmulari omnem motum Lunę, qui maximè omnium acce-
dit ad naturam aquæ, illum verò minimè omnium, qui magis ab ea recedit, medio au-
tem modo ſeſe habere eum, qui nec maximè accedit, nec maximè recedit; quare cùm F
inter humores nullus ſit, qui magis ad naturam aquæ accedat ipſa pituita, nil mirum, ſi
hæc maximè omnium in ſuo circuitu ęmuletur motum illius; nam ſicut Luna ſpatio vi-
ginti quatuor horarum redit ab eodem in idem; ita pituitoſus humor ſingulo die ſuum
circuitum abſoluit, deficiens à Lunæ circuitu ſpatio ſolum ſex horarum ad ſummum.
Melancholia ex aduerſo, quia maximè omnium recedit à natura aquæ, (accedit enim
ad naturam terræ) minimè omnium æmulatur motum Lunæ, ſuum circuitum de quar-
to in quartum ſolùm perficiens. Bilis demum, quia medio modo ſe habet, motũ etiam
Lunæ media quadam ratione comitatur, vnde neque celerrimè ſuum curſum pera-
git, vt pituita, neque tardiſſimè abſoluit, vt melancholia. Non obſtat, quòd in iſtis hu-
moribus non ſeruentur ſemper ijdem circuitus, cùm videamus pituitam aliquando de
menſe in menſem moueri, vt in podagricis; non enim debent influxus cæleſtium cor-
porum etiam tum operari cùm à particularibus cauſis deſtituuntur, quod præſertim
non accidit cum putreſcunt humores, vt in febribus.

Qui verò Lunę, & alijs quibuſdam Planetis hunc effectum tribuunt (inter quos eſt G
Iacob. de Partibus in expoſ. t. 4. Auic. cap. de putredine) ſupponentes ex Aſtrono-
mia pituitam moueri, ac regi à Luna, bilem à Marte, melancholiam à Saturno, dixerunt,
pituitam citiùs ſuum circuitũ perficere, quia Luna frigida, & humida citiùs alijs ſuum
circuitum peragit. Melancholia verò tardiùs omnium, quia Saturnus frigidus, & ſiccus
tardiſſimè omnium ſuum curſum abſoluit. Bilis demum medio quodam modo ſe ha-
bet, quia Mars calidus, & ſiccus, ſuum curſum media quadam ratione, neque ſcilicet,
citò, vt Luna, neque tardè, vt Saturnus conficit. Hi ſunt, qui ad cæleſtia confugiunt.
Plato autem in Timæo ad elementa conuerſus, ex horum proportione ad humores
referre tentauit diuerſitatem circuituum, quos in ipſis ſpectamus Gal. referente 8.
de plac. 6. Quare quartanas dixit omnium tardiſſimè ſuum circuitum abſoluere, quia
ex terræ exceſſu, quæ omnium tardiſſimè mouetur, fiunt; pituitoſas verò omnium ci-
tiſſimè, quia ex aëris exceſſu prodeunt, qui omnium ocyſsimè mouetur, ſolo igne ex-
cepto, à quo non fiunt periodi cauſæ, ſed ardentes, & continentes tantùm; bilioſas
demum medio modo, eò quòd ex aquæ exceſſu ortum trahunt, quæ aëri, & igni qui- H
dem ſegnior eſt, velocior autem terra.

Ita ſenſerunt, qui ad ſolas cauſas naturales reſpexerũt, ſiue cæleſtia corpora ſint, ſiue
quatuor elementa, qui partim communẽ, partim propriam reprehenſionẽ merentur.
Falluntur quidem omnes communi errore, quòd effectus particularis cauſas vniuer-
ſales ſolùm, & extra corpus exiſtentes nulla ratione limitatas attulerint, cùm longè
meliùs, & ad earum rationem vtiliùs per ea, quæ in corporibus ſunt afferre potuiſſent,
vt notabat Gal. in Platonem vtentem quatuor elementis corporibus omnibus com-
munibus. Quòd ſi ob hoc meruit Plato reprehendi, quantò magis, qui ad cęleſtia etiam
refugerunt. Sed contra hæc peculiariter etiam facit primùm, quòd ſi ab ipſorum in-
fluxu humores talibus periodis mouerentur nobis ægrotantibus, oporteret etiam (ma-
nente eodem influxu) per ſanitatem eaſdem ſeruari periodos; neq́ue enim ſatisfacit,
quòd influxus operentur tunc ſolùm, cùm vt plurimùm natura ob putredinem deſe-
runtur,

Digitized by Google

A runtur, quia per putredinem niſi ſumma ſit, nunquam ex toto deferuntur, vel ſi quando deferuntur, vt in gangræna, & ſphacælo, non ſeruant eaſdem periodos. Præterea cur ſanguis propriam etiam periodum non retinebit, cùm ſiue ſola Luna vtaris, ſiue Luna, & alijs, non minùs habeat propriam habitudinem, & ad Lunam, & ad alios, quàm reliqui. Peculiariter verò quod ſpectat ad ſolam Lunam, quis non videt, quàm ineptè reddatur ratio quotidiani circuitus pituitę ex quotidiano circuitu Lunæ, cùm hic non ſit proprius Lunæ, ſed primi mobilis impertitus non minùs alijs Planetis, quàm Lunæ. Quantum ad Platonem attinet, in eo iure reprehenditur à Gal. quòd ad veram quotidianæ, & tertianæ febris cauſam, nec prope quidem acceſſerit; nam cùm euidenter pateat in quotidianis phlegmaticum humorem redundare, qui frigidus, & humidus eſt; in tertianis verò flauam bilem, quam è contra ſummè calidam, & ſiccam eſſe conſtat, debuerat dicere in tertiana ignis, in quotidiana aquæ elementum redundare, ſic in quartana atræ bilis humorem, & terræ elementum.

Sed hæc iam miſſa faciamus, expendamuſque potiùs eorum ſententiam, qui ad magis particulares, & intrinſecas cauſas deſcenderunt, quorum aliqui ſola quantitate humoris peccantis vſi ſunt, alij ſola qualitate, quidam demum quantitate, & qualitate ſimul. Alexander 2. problem. 10. ex ſola quantitatis diuerſitate profeſſus eſt rationem huius reddere, innixus potiſſimùm huic fundamento, quòd quò minùs ſubeſt materiæ, eò lentiùs, quò maiùs, eò celeriùs repetat acceſſio, quod confirmat tum ex quintanis, ſeptanis, & nonanis, tum ex continentibus: ex illis quidem, quia tales febres nulla alia ratione lentè repetunt, niſi quia pauca admodum eſt materia, quæ ſuppeditatur, vt infra conſtabit. Ex continentibus verò, quia in his ex aduerſo nullus ſit concurſus ob tantam materiæ copiam, quæ non permittit intermiſſionem aliquam in ipſis fieri; eodem etiam fundamento vſus eſt Auic. 1. quarti tract. 2. cap. 27. rationem aſſignans cur in pituitoſis febribus circuitus, qui ſolent ſingulo die fieri, aliquando ad tertium, & quartum vſque porrigantur, & in melancholicis, qui ſecundo quoque die ad quintum, ſeptimum, & nonum protrahantur.

Stante ergo hoc fundamento ab Auic. etiam recepto, inquit Alexander quartanam C ideo omnium tardiſſimè ſuum circuitum facere, quia cùm exiguum materiæ habeat, ſtatim in prima acceſſione ſudore, aut fomitu digeri poteſt, nec ſecunda repetet acceſſio, niſi donec tantùm materiæ aceruetur, vt naturam denuò poſſit infeſtare: quotidianam verò omnium ocyſſimè moueri, quia tanta eſt pituitæ copia in corpore, vt vna portione abſumpta, altera iterùm colligatur ad naturam diuexandam: tertiana autem medio modo ſe habet, quia bilis non ita in corpore redundat, vt pituita, nec adeo deficit, vt melancholia, cuius rei cauſam eſſe inquit, quia natura ſic ſtatuit, vt ſanguis, qui noſtra debebat alere corpora, cæteris omnibus eſſet largior, pituita locum teneret ſecundum, quia quodcunque alere poteſt, bilis flaua tertio loco haberetur, licet ſuam ob acredinem vſum nullum præſtet in alitione; denique atra bilis fortis eſſet poſtremę, quoniã naturæ eſt inimica, quippe quæ mẽbra exedat, atque interimat. Hæc Alexãder.

Gal. verò 2. de differ. febr. cap. tum 4. tum vltimo, rationem reddens cur acceſſiones quotidianæ acceſſionibus tertianæ, (de his enim potiſſima eſt difficultas) citiùs repetant, ſolis qualitatibus pituitæ viſus eſt vti, frigiditate ſcilicet, craſſitie, ac lentore; D frigiditate quidem, quia ratione huius concipit hebetiorem calorem ineptum totam acceſſionis materiam abſumere, craſſitie verò, & lentore, quia per has conceptum calorem diutiùs, & firmiùs retinet, vnde acceſſio diuturnior, & intermiſſionis tempus perexiguum, atque illud non prorſus ſyncerum ob derelicta putredinis ſemina in reliquijs humoris non ex toto conſumpti in foco, à quibus fit, vt putridus humor aliam acceſſionem facturus citiùs putreſcat, partim velociùs tractus à derelicto calore putredinali in foco, vt exemplo tapſiæ 2. de differ. febr. vltim. declarauit, partim coinquinatus ſtatim à reliquijs putrefacti humoris non ex toto abſumpti, quæ omnia cùm oppoſito prorſus modo ſeſe habeant in tertiana ratione bilis, à qua pendet, hinc fit, vt quotidianæ acceſſiones citiùs repetant acceſſionibus tertianæ.

Hæc Gal. quibus Auerrh. 4. colli. 29. perperam adiecit humiditatem, ratione cuius dicebat fieri, vt pituitæ comparetur maior habilitas ad putredinem, quàm bili, quod tamen repugnat, & rationi, & experimento: rationi quidem, propterea quòd caliditas

bilis iuncta humiditati,ſaltem actuali,multò magis ad calorem putredinalem diſponit, B
quàm humiditas pituitæ iuncta frigiditati; experimento verò, quia conſtat vix vnam
pituitoſam pro mille bilioſis obſeruari, vt idcirco non defuerint, qui fortè ab harum
frequentia exiſtimauerint putridas omnes à bile fieri, quod tamen reijcit Gal. 2. de
differ. febr. cap. 1. Alexander igitur ſola quantitate, Gal. ſola qualitate humoris pec-
cantis vſus eſt, alij verò & quantitate,& qualitate ſimul, atque horum aliqui manifeſta
ſolùm, vt frigiditate, craſſitie, & lentore iam dictis, alij præter has occulta etiam, ſicut
Gentilis, & qui ipſum ſecuti ſunt, per hanc autem nihil aliud intellexerunt, niſi pro-
prietatem quandam ſpecificam, cuique humori in ſuo generationis principio ingeni-
tam, iuxta ſuæ formæ ſubſtantialis exigentiam, per quam habent,vt certis quibuſdam
interuallis propriæ naturæ congruentibus moueantur ab extraneo calore ad putre-
dinem. Atqui hi auctores in hanc venerunt ſententiam multis rationibus adducti.

Primùm, quia vbi alicuius effectus nulla cauſa manifeſta aſſignari poteſt, neceſſa-
rium eſt ad occultam proprietatē recurrere, talis autē eſt effectus, de quo nunc diſpu-
tatur, ſcilicet diuerſitas circuituum in febribus,cuius nulla cauſa manifeſta reddi poteſt; F
nam ſi ad qualitatem, aut quantitatem humoris, aut ad aliquam aliam ex hactenus
propoſitis confugias, nulla ſatisfacit, propterea quòd etiam poſita paritate in his ni-
hilominus ſemper adeſt impedimentum,quominus pituita ſingulo die,bilis tertio quo-
que die,& melancholia de quarto in quartum faciat ſuum circuitum;ergo neceſſarium
eſt à ſpecifica, & occulta ipſorum proprietate, non à manifeſta aliqua cauſa huius rei
notitiam petere.Præterea menſuræ humorum non poſſunt eſſe cauſa determinatorum
effectuū,niſi quatenus determinātur proprijs formis naturalibus, ſed circuitus iſti ſunt
determinati effectus, ergo non poſſunt fieri à menſuris humorum,niſi prout determi-
nantur proprijs formis naturalibus, ſed iſtæ formæ ſunt ſpecificæ, ergo formæ ſpecifi-
cæ ſunt cauſa circuituum. Addunt inſuper, quòd effectus finiti, & determinati cauſa
debeat eſſe finita, & determinata, ſed circuitus humorum ſunt finiti, & determinati
ergo, &c. At cauſæ manifeſtæ aſſignatæ ex quantitate,& qualitatibus dictis poſſunt ad
infinitum variari,ergo non poſſunt eſſe cauſæ circuituum determinatorum,quare præ-
ter ipſas oportet ponere occultam proprietatem. Confirmant hoc ipſum, eò quòd G
ex quantitate, & qualitate humoris tranſmiſſi ad focum (dicunt ipſi) non poteſt aſſi-
gnari cauſa omnis circuitus febrilis, ergo non eſt ſufficiens: probant antecedens ex
tertiana continua, in qua fit circuitus non tranſmiſſo humore ad focum in tanta quan-
titate, & in tali qualitate, quia cùm tota materia inter vaſa putreſcat, in ea nullus eſt
determinatus focus putredinis.

Addunt, quòd niſi confugiamus ad occultam hanc proprietatem, non poſſumus
aſſignare rationem, cur in duplici tertiana acceſſiones ſibi inuicem proportione re-
ſpondeant in modo inuaſionis, hora, & ſymptomatibus: quomodo enim ſeruabitur
inuariabilis illa proportio, niſi poſita proprietate indiuiduali humoris, per quam re-
ſpicit modò materiam primæ, modò materiam ſecundæ acceſſionis atque ita ſecun-
dùm determinatos illos circuitus ſibi inuicem reſpondentes repetat? Rurſus, niſi
fierent huiuſmodi circuitus ab hac proprietate occulta, cur etiam febres à ſanguine
proprium circuitum non habent; nam ſi ex tali, & tanto humore pulſo ad focum fit
circuitus, quid prohibet, ne in ſanguine etiam hoc fiat? Poſtremò ſi à cauſis illis mani- H
feſtis ſolùm fierent periodi,oporteret ſecundam acceſſionem tertianæ fieri citiùs vlti-
ma quotidianæ,quia in ſecunda tertianæ concurrunt omnes cauſæ, materia copioſior,
nec dum abſumpta per acceſſiones, calidior, tenuior, acrior, & mordacior; in vltima
autem quotidianæ, oppoſitæ prorſus.

Hæc fuit horum ſententia, quibus ſi obijcias, quòd Auic. concedit à pituita poſſe
fieri circuitus tertianarios, & quartanarios, & à bile febrem ſyncopalem ſingulo die
repetentem, quæ non contingerent, ſi tales motus ſequerentur proprietatem ſpecifi-
cam humoris, reſpondent motus periodicos ſequi quidem proprietatem ſpecificam
humoris, non quomodocunque ſe habentis, ſed cum debita quantitate, qualitate, &
alijs accidentibus. Sicut attractio ferri ſequitur proprietatem magnetis, non quomo-
docunque, ſed rectè diſpoſiti in qualitatibus, & accidentibus; nam attritus is lapis
allio non attrahit; ſic eductio pituitæ ſequitur proprietatem turbith, ſed in debita
menſura,

A menſura, in debito loco, cum debitis accidentibus. Rurſus ſi ijſdem obijcias, quòd
oporteret etiã tales periodicos motus fieri in ſanis, cùm in illis adſint humores omnes
cum ſuis proprietatibus ſpecificis; reſpondent non contingere hoc in ſanis, quia ſpe-
cificæ illæ proprietates non hsbent conditiones requiſitas, locum ſcilicet opportu-
num, & alterationem cõuenientem; quemadmodum etiam proprietas ſpecifica medi-
camenti non operatur, niſi in proprio loco, & cum alteratione conuenienti, iſtæ fue-
runt aliorum ſententiæ in hac materia, quæ nam ergo magis recipienda?

Quod ſpectat primùm ad hanc poſtremam, exiſtimo ipſam prorſus reijciendam
eſſe; quia non ſolùm ad proprietatem occultam ſine aliqua neceſſitate confugit, vt in-
telligetis, ſed etiam quia ſecundùm ſe erronea eſt, cauſam ſiquidem periodici motus
refert in proprietatem ſpecificam ſequentem formam humoris, vnde cogitur fateri
humorem per propriam formam ducere ſe ipſum ad interitum, quod abſurdiſſimum
eſt, conſequentia hinc deducitur, quòd ipſe ſibi ipſi eſt author periodici motus per
propriam formam, ſed motus ille periodicus eſt motus ad putredinem ſui ipſius; idcir-
B co enim bilis de tertio in tertium mouetur, quia de tertio in tertium putreſcit, ergo,
&c. Quòd ſi dicant non moueri à ſe ipſo ad putredinem, ſed à calore putredinali, non
effugiunt difficultatem; nam petam, cùm idem ſit calor extraneus, & putredinalis, quid
mouet hunc humorem potiùs hoc typo, quàm illo? Non poſſunt reſpondere niſi per
proprietatem ſpecificam, ergo hæc vnumquodque ad putredinem duceret.

Præterea cur in ſanis, in quibus maximè viget humorum proprietas, non fiunt tales
motus periodici? Non ſatisfacit reſponſio ab ipſis allata, quòd deficiant cõditiones re-
quiſitę, vt locus, & alteratio conueniens, propterea quòd in eodem loco ſunt, & in ſani-
tate, & in ægritudine; in febre ſcilicet continua putreſcens humor eſt intra venas, in
intermittente non repugnat eſſe in eodem loco, & extra, quia etiam in ſanis datur bi-
lis, & pituita extra venas. Quantum verò ad alterationem attinet, quod præſtat altera-
tio, quæcunque illa ſit ad motum ſequentem proprietatem ſpecificam, quod non mul-
tò magis præſtet naturalis conſtitutio humoris, in qua forma maximè viget, & conſe-
quenter proprietas ipſam conſequens, omnis alteratio formam vitans, & proprietatẽ
C hebetat. Vrget etiam hos alia ratio ab ipſis propoſita, & malè ſoluta, ſcilicet ſi pro-
prietatem ſequerentur, non ineſſet humoribus diuerſarum ſpecierum idem circuitus;
reſpondent ipſi id accidere, quia humores tunc non ſunt ſub debita quantitate, & qua-
litate, & alijs conditionibus requiſitis, ſed incautè; nam primò recurrunt ad manifeſtas
cauſas ab alijs receptas, quantitatem nimirum, & qualitatem humoris. Deinde non
docent, quomodo cum imminuta quantitate, ſeruata forma, & proprietate, humor non
faciat potiùs periodũ propriam ſuæ formæ, quàm aliam; nam ſi non poteſt propriam,
quomodo alienam? Poſtremò ſi ob proprietatem ſpecificam ſit motus periodicus, cur
ſanguis periodum non habet? huic enim proprietas ineſt, & febres producit ſicut alij
humores, ergo, &c.

Hæc ſunt, quæ horum ſententiam funditùs euertunt: nec quæ pro eius confirmatio-
ne afferebantur, alicuius ſunt momenti; nam cùm dicebatur motum periodicum fe-
brium non poſſe reduci in cauſam aliquam manifeſtam, quia poſita paritate in omni-
bus aſſignatis, nihilominus in tertiana bilis de tertio in tertium, in quartana melancho-
D lia de quarto in quartum, & ſic in alijs pro natura humoris putreſcentis propria vniuſ-
cuiuſque periodus efficitur. Reſpondendum eſt, quòd poſſit dari paritas in omnibus
cauſis manifeſtis aſſignatis, alioquin quæ ſunt diuerſarum ſpecierum, fierent eiuſdem
ſpeciei; quomodo enim fieri poteſt, vt pituita propria natura frigida, lenta, craſſa, &
multipliciter multiplex ad bilem *e. g.* nunquam ergo, &c. Rurſus cùm dicebatur
circuitus non poſſe fieri à menſuris humorum, niſi quatenus determinatis formis ſpe-
cificis eorundem iunctis, & conſequenter formas ſpecificas cum ſuis proprietatibus
eſſe authores ipſorum, non autem quantitatem, vel aliquam aliam naturã manifeſtam,
concedo menſuram, & ſolam quantitatem humoris non poſſe eſſe cauſam periodi, nec
alterius rei, niſi quatenus iungitur formæ ſpecificæ eiuſdẽ; ergo hæc cum ſua proprie-
tate occulta eſt cauſa circuitus, nego conſequentiam, aſſero equidem formam ſpecifi-
cam eſſe cauſam circuitus, at non per proprietatẽ occultã, ſed manifeſtã petitam vel ex
quantitate, vel ex qualitate aliqua manifeſta, aut prima, aut ſecunda ipſius humoris.

Ad primum verò cùm dicebatur effectus finiti, & determinati cauſa debet eſſe fini- B
ta, & determinata, ergo cauſæ manifeſtæ aſſignatæ ex quantitate, & qualitatibus hu-
morum non poſſunt eſſe cauſæ periodorum tanquam effectus determinati, & finiti,
quia vnaquæque illarum eſt ad infinitum variabilis: dicendum eſt falſò accipi, quòd
periodi ſint ad infinitum variabiles; in quauis enim adeſt latitudo aliqua, ſecundùm
quam poteſt variari, non in typo, ſed in maiori, aut minori extenſione, anticipatione,
poſtpoſitione, vt in dies videmus: at nulla caret prorſus proprio aliquo termino, pro-
pria aliqua circũſcriptione, alioquin à quouis humore poſſet quęuis periodus formari,
quod eſt falſum. Addebatur non poſſe ex ſola quantitate, & qualitate humoris ad fo-
cum tranſmiſſi, aſſignari cauſam omnis circuitus febrilis propter tertianã continuam,
vbi nullus eſt focus, in quem mittatur humor in tanta quantitate, & qualitate, ergo ſola
quantitas, & qualitas non ſunt cauſæ ſufficientes: dic in illa à maioribus ad minora
tranſmitti, atque hæc habere rationem foci, aliàs tertiana continua recideret in idem
cum cauſonide; nam quod in magnis putreſcit humoris, in illis retinetur, quod tamen
non fit in continua ob robur naturæ, & materiæ paucitatem. Minus vrget, quod dice- F
batur de duplici tertiana, ſcilicet non poſſe aſſignari cauſam ſeruatæ proportionis in-
ter acceſſiones ſibi inuicem reſpondentes, niſi ad hanc proprietatem occultam habea-
tur recurſus; nam facillimum eſt hoc ſeruare, ſuppoſita virtute humoris in vtraque pu-
treſcentis, & foci diuerſitate.

Quod verò addebatur de ſanguine, quòd oporteret etiam fieri ex ipſo circuitum
aliquem, cùm etiam ſanguis talis, & tantus poſſit à natura pelli ad determinatum fo-
cum: tantùm abeſt, vt illorum ſententiam confirmet, vt potiùs euertat; nam ſi circui-
tus ſequuntur proprietatem pendentem à forma ſpecifica, cur ergo à ſanguine non fit
propriùs circuitus ab alijs diſtinctus, nobis quidem relinquitur ratio effugiendi du-
bium, quia id fieri dicimus ob copiam ſanguinis, & facilem cõmeatum partium ipſius,
ita vt putridæ non putridis nullo negotio commiſceantur. Poſtremò illud quoque nul-
lius momenti eſt, quòd ſecunda acceſſio tertianæ fieret citiùs vltima quotidianæ; eò
quòd materia eſt copioſior, nondum abſumpta in multis acceſſionibus, eſt calidior, eſt
tenuior, eſt acrior, & magis irritans, quæ omnia arguunt celeriorem repetitionem; G
nam dum ita diſcurrunt, videntur nec attigiſſe quidem veram cauſam celerioris, aut
tardioris repetitionis acceſſionum; caliditatem enim, acrimoniam, tenuitatem, & irri-
tationem maiorem putant eſſe cauſam celerioris repetitionis quantitati iunctam, cùm
tamen ex Gal. ſupra oſtenſum ſit ob oppoſitas prorſus conditiones pituitam celeriùs
repetere. Nec verum eſt in ſecunda acceſſione bilem eſſe quantitate maiorem pituita
in vltima acceſſione; nam in quauis acceſſione effunditur tantùm, & tale humoris ad
focum, quantùm ſufficit irritare naturam; effunditur autem ſemper magis pituita,
quàm bilis, etiam ſi pituita ſit in fine, quia ob proportionem huius humoris ad alios in
maſſa ſemper eſt multipliciter multiplex, & quod fieret humoris in febribus, quæ per
acceſſiones repetunt, totus ſimul non effunditur, ſed ſenſim excernitur, vel ſi maior
etiam eſſet quantitas, non propterea citiùs repeteret, quia deſunt aliæ conditiones.

Miſſa ergo prorſus fiat horum ſententia, quòd ſpectat ad alias duas, neque probo
eam, quæ in ſola quantitate ſubſiſtit, nec eam, quæ in ſola qualitate. Sola qualitas non
ſufficit, propterea quòd natura ad nouam acceſſionem mouetur modò à quantitate, H
modò à qualitate etiam humoris irritata, 2. de differentijs febrium vltimo capi-
te; quare cùm bilis ſit multò acrior, ac agilior pituita, quid ergo in cauſa eſt, vt licet in
minori ſit copia, natura citiùs ad nouam acceſſionem non proritetur? Sed dato etiam
à ſola quantitate grauata moueri ad nouam acceſſionem, non propterea tamen ex hac
ſola ſeruabitur in bilioſis, quòd tardiùs repetant acceſſiones, quàm in pituitoſis; nam
ſicuti in tertianarijs videmus duplo diuturniore, & acerbiore acceſſione eos corripi,
ita exiſtimandum eſt in hoc duplo maiorem copiam bilis colligi, cur ergo ſicut in illo
dimidia tardiùs, vt puta ſinguli biduo, ita in hoc dupla citiùs, puta ſingulo die, vt pituita
acceſsionem faciat; nam tantùm ſingulo die in hoc bilis colligitur, quantùm mitio-
res, & breuiores acceſsiones habent ſingulo biduo; quare eadem periodo bilis,
& pituita mouebantur. Addo tandem, quòd licet in ſanis fortè ſit ea proportio quan-
titatis, quam poſuit Alexander, non propterea tamen neceſſariò adeſt in lapſis; nam
commen-

A commenſurato vno exiſtente incommenſuratum multiplex eſſe poteſt, quid ergo prohibet, ne lapſus non immoderatæ bilis tantò magis labatur? Reſpondetur lapſi ratione pituitę, vt in febricitante biliofo poſsit tantundem bilis colligi ſingulo die, quantùm pituitæ in pituitoſo; ſola ergo quantitas non ſufficit ad ſeruandam hanc periodorum diuerſitatem.

Sed neque etiam ſola qualitas; nam eſto pituitam eſſe frigidiorem, craſsiorem, & magis lentam bile, niſi eſſet multipliciter multiplex ad ipſam, non poſſet ſingulo die ſubſtituere portionem pro acceſsione: ex aduerſo licet bilis ſit calidior, acrior agilior, &c. non faceret alternis diebus ſolam acceſsionem, ſed vel ſingulis, ſubſtituta quotidie noua materia, ſi copia eſſet tanta, quanta pituita; vel continuam, & ardentem coinquinata, & putreſcente vniuerſa maſſa; vel intra magna, vel intra parua vaſa. Quid ergo tandem dicendum? Sicut neutra harum ſententiarum per ſe ſola veram, & adæquatam cauſam huius effectus continet, ita vtraque ſimul iuncta exactè, & planè (quantum ego puto) quæſito ſatisfaciet. Pituita citiùs repetit bile, quia & quantitate mul-
B tipliciter ſuperat bilem, & qualitate admodum frigida, craſſa, & lenta eſt, quæ multùm faciunt ad celerem repetitionem, modo ſimpliciter expoſito. Melancholia verò tardiùs omnibus, quia & quantitate minima eſt, & vtraque qualitate prima putredini repugnans, nec lentoris particeps, vt pituita.

Neque hoc Galenum prorſus latuit; nam 2. de differ. febr. cap. cit. cauſam reditus febrium in eandem diſpoſitionem retulit, non modò in quantitatem, ſed in qualitatem etiam aceruati humoris, quem modò citiùs, modò tardiùs ſcernari dixit, quæ omnia apertè docent ipſum olfeciſſe vtramque hanc cauſam, licet deinde in reddenda particulari cauſa cur pituita citiùs bile faciat acceſsionem meminerit tantùm qualitatum, vt ſupra audiuiſtis, fortè quia fuit contentus præcipuam cauſam afferre, vel quia ſuppoſita etiam pari quantitate voluit rationem aſsignare, cur nihilominus pituita citiùs faciat ſuas acceſsiones, quam non poſſunt aſsignare, qui ſoli quantitati nituntur, vt Alexander. Auerrhoës quoque nouit ſecundam hanc cauſam, ſcilicet quantitatem, & naturam, ſeu qualitatem humoris; nam 4. collig. 27. expreſſè vtriuſque meminit, ſed
C deinceps cap. 29. particulariùs deſcendens ad reddendam rationem, cur pituita citiùs bile acceſsionem faciat, prætermiſſa prorſus quantitate, cuius paulò antè meminerat, perſiſtit in ſola qualitate, videlicet in humiditate, quæ facit ipſam magis ad putredinem aptam, & in frigiditate, quæ prohibet, ne feruidum calorem, aptum citò materiam abſumere, concipiat. Atque ex his ſufficienter, ni fallor, primis tribus quæſitis iam ſatis factum eſt, ſcilicet cur ex febribus putridis quædam repetant, deinde cur repetant per circuitus, tertiò cur pituitoſæ interuallo omnium breuiſsimo, melancholicæ verò omnium longiſsimo, bilioſæ verò medio modo ſe habente.

Relinquitur quartum, & poſtremum paucis abſoluendum, ſcilicet cur interuallum omnium breuiſsimum, quod eſt pituitæ, ſit intra diem, ita vt ad ſummum ſit ſex horarum, omnium autem longiſsimum, quod eſt melancholiæ, ſit intra quartum, medium verò, quod eſt proprium bilis, intra tertium, quid nimirum eſt commune his diebus, & humoribus dictis, vt melancholia cunctetur duos dies nec plùs, nec minùs antequam nouam acceſsionem faciat, bilis verò vnicum diem nec plùs, nec minùs, pituita
D ſex horas ad ſummum. Hoc certè omnem humanum captum ſuperat, nec aliquam cauſam euidentē habet, in quam referri poſsit, itaque oportet neceſſariò confugere ad occultam aliquam proprietatem, per quam natura operatur ſicut in multis alijs; obſeruamus enim determinatos aliquos dies cōuenientes, & diſpoſitioni cauſę monentis, & naturæ materiæ mouēdæ ſibi eligere, quos religioſè ſemper, niſi impedita ſit, obſeruat, ad quod ſolùm ſi reſpexiſſent, qui ad occultam proprietatem confugerunt, laudandi ſanè fuiſſent, ſed re vera occulta proprietate vſi ſunt non ad hoc ſolùm, ſed etiam ad reddendā rationē, cur pituita ocyſsimè, melancholia tardiſsimè, bilis verò medio modo circuitum ſuum repetat, in quo turpiter lapſi ſunt, cùm ſine occulta aliqua proprietate poſsit horum omnium ratio aſsignari, vt audiuiſtis. Atque hæc ſunt, quæ de huiuſmodi quatuor quæſitis à Præclariſsimo, & Doctiſsimo Aeneæ Vizano aliquando dum publicè febrium diſceptationem interpretaretur in Archigymnaſio Bononienſi collecta diligenter fuerunt.

Sed

Sed quoniam Franciſcus Perellus Pariſienſis lib. de febr. interm. cap. 17. 18. & 19. B
ſcribit ſe reperiſſe veram rationem ex Anatome huius quæſiti vltimi; operæ pretium
videtur, vt nos, qui Anatomes cognitionem profitemur, ſuas rationes exactè perpen-
damus. Is primò præſupponit quatuor tanquam ſuæ opinionis certiſſima fundamen-
ta, primum eſt, quòd à tribus partibus veluti à fontibus quibuſdam febres omnes in-
termittentes proficiſcantur, quotidiana ex ventriculo ſemper malè affecto, tertiana ex
iecore, quartana verò ex liene. Secundum ad faciendam acceſſionem tria ex neceſſi-
tate requiruntur, nempe collectio humoris extranei, eiuſdem putrefactio, & tandem
motus eiuſdem, quia ad faciendam acceſſionem opus eſt, vt per corpus moueatur.
Tertium eſt, ſi ventriculus, iecur, & lien haberent æqualia attrahendi, concoquendi,
retinendi, & expellendi temporis ſpatia, fruſtra eſſet inquiſitio hæc, quia nullam ha-
beremus occaſionem effectus huius varietatem ad partes haſce referre, ſed quia diuer-
ſis temporibus ſuas acceſſiones faciunt, meritò exiſtimandum eſt ordinem acceſſio-
num, earundemque decurſum à partibus prædictis eſſe petendum. Quòd verò partes
prædictæ in diuerſis temporibus ſuas actiones faciant, inde colligere oportet, quia F
antequam chylus ad hepar fluat, ibique in ſanguinem tranſmutetur, non modò opus
eſt, vt elaborationem accipiat in ventriculo, ſed etiam, vt moram faciat in inteſtinis,
cùm verò lien à iecore trahere debeat, & ſit diſtans ab illo, erit tanquam tertium in-
ſtrumentum, ita vt primum membrum in hoc ordine ſit ventriculus, ſecundum ſit
iecur, tertium verò lien.

Quartum fundamētum eſt, quò partes citiùs ſuum alimentum cōcoquunt, eò citiùs
excrementum ſecernunt, ſed partes, quæ propinquius alimentum ſibi habent, citiùs
concoquunt, alterant, ſecernunt excrementa, & colligunt: è contra verò, quæ magis
remotum habent, tardiùs concoquunt, alterant, ſecernunt, & colligunt, ac propterea
tempus acceſſionis longius habent, intermiſſionis verò breuius, quia dum pars opera-
tur, tunc fit materiæ collectio, & vbi collecta eſt, fit acceſſio. Illæ igitur partes, quæ ali-
mentum ſibi propinquius habent, illæ ſunt, quæ citiùs ipſum alterant, concoquunt,
atque excrementum ſecernunt: quæ è contra remotius habent, tardiùs cōcoquunt, &
tardiùs excrementa ſecernunt, atque etiam colligunt; nam vbi fit ſecretum excremen- G
tum, nec poſſit expelli, ſiue quia pars languida ſit, aut viæ ipſius obſtructæ, vt colliga-
tur in ipſa neceſſum eſt, ac tandem putreſcat, indeque moueatur. Sed ventriculus ali-
mentum ſibi propinquiùs habet longiùs iecur, lien longiſſimum, hinc citiùs ventricu-
lus, tardiùs iecur, tardiſſimè lien conficit alimentum, ſecernitque excrementum.

Quod autem ventriculus habeat propinquum ſibi alimentum inde eſt, quia il-
lud ab ore, os verò à manibus, quæ promptæ ſunt ad offerendum, accipit; recta enim
eſt via ab ore ad ventriculum per oeſophagum, & breuis: quare etiam promptè, &
citò ab ore ventriculus ſuum recipit alimentum, citò tranſmutat, ſuumque excremen-
tum ſecernit, quod eſt pituita, quare & ſuo loco excrementum pituitoſum offert. Hinc
eſt etiam, quòd quotidiana citiùs repetat (per primum ſuppoſitum) Sed quoniam
ventriculus ex omnium authorum conſenſu non plùs, quàm ſex, aut ſeptem horas ad
alimentum tranſmutandum impendit, contingit, vt excrementum pituitoſum, ex quo
fit quotidiana acceſsio, ſpatio ſex horarum in ventriculo colligatur. Iam verò cùm in-
termiſsio fiat tempore acceſsionis membri, acceſsio verò poſt collectionem, ſequitur, H
vt acceſsio quotidiana febris duret ſeptemdecim, aut decem, & octo horas; intermiſ-
ſio verò ſex, aut ſeptem: cumque ſingulo die fiat huiuſmodi ventriculi actio, ſucce-
dit etiam, vt ſingulo die fiat humoris huius collectio, ac inde acceſsionis repetitio, &
hæc eſt cauſa cur paroxiſmus in quotidiana febre ſingulo die repetat.

Eadem ratione, eodemque fundamento in tertiana febre tertio quoque die acceſsio
inuadit, nempe quòd quantò via, per quam debet fieri chyloſæ materiæ delatio, lon-
gior eſt, tantò magis viſceris actio retardabitur, cùm autem triplo longius ſit ſpatium
illud, per quod à vētriculo ad iecur fertur chyloſa materia, quàm ea, quæ ab oeſophago
ad vētriculū eſt, triplo etiā longius erit temporis ſpatium, in quo iecoris operatio fieri
debet. Cæterùm non modò triplo longior eſt via hæc à ventriculo ad iecur, verùm &
anfractuoſa, quo nomine requiritur triplex ſpatium ſex, vel ſeptem horarum, ita vt
tempus illud, quo fertur chylus ad hepar, erit decem, & octo, aut viginti, & vnius horæ,

ſi addi-

Digitized by Google

A ſi addiderimus tempus, quod conſumit ventriculus ad coquendum, quod eſt ſeptem
horarum, iam habebimus viginti, & octo horas, addatis, & horas, quibus tranſmuta-
tur ſanguis in hepate, quæ ſi ſint ſeptem, iam habebimus trigintaquinque horas, quod
eſt totum tempus intermiſſionis febris tertianæ; nam ſupponatur aliquis febriens ter-
tiana febre exquiſita, ſpatium longiſſimum acceſſionis eſt duodecim horarum, inter-
miſſionis triginta ſex, cùm tempore operationis partis fiat humoris collectio, & vbi
collectus ſit, fiat acceſſio. Iam verò intermiſſio longa eſt, quòd tam diu per viam ma-
neat materia chyloſa; nam inteſtina longa ſunt adeo, vt omnia ſimul accepta, ac men-
ſurata ſuperent totius corporis longitudinem ſepties menſuratam; quòd verum eſt, ſi
omnia inteſtina tam tenuia, quàm craſſa menſurentur; adde, quod pręter longitudinem
hanc pluribus anfractibus & reuolutionibus ſunt implicita, quæ omnia antequam à
chyloſa materia ſuperentur, pluſquàm viginti, & vna hora effluere oportet, & tandẽ vt
in ſanguinẽ ab hepatis parenchymate tranſmutetur, requiritur aliquod temporis ſpa-
tium, quod iunctum tempori, quo ventriculus ſuam chylificationem molitur, nume-
B rum trigintaquinque horarum complet, quod eſt ſpatium longioris intermiſſionis in
genere febrium biliosarum.

Hæc res, cùm ita ſe habeat, non eſt amplius tempus inſumendum in inquirenda ra-
tione, cur biliosa materia moueatur de tertio in tertium; nam vt hæc colligatur, eo
temporis interuallo eget, & poſt ipſius collectionem ſtatim mouetur, acceſſionemq́ue
facit, cùm ipſa non ſecus, atque pituita, vt dictum eſt, quæ generatur in ventriculo, in
hepate ſuam habeat productionem. Nec huiuſmodi opinio de bilioſa materia videtur
à mente Hippocr. aliena; ſcripſit enim lib. de morb. tex. 11. eduliorum excrementa
ſecunda, vel tertia die per ſeceſſum exire, & hoc eſt, quando iam totus chylus exuctus
eſt à venis meſeraicis. Clarum igitur eſt hepar non poſſe niſi alternis diebus ſuum ex-
cernere excrementum: fatendumq́ue præterea non niſi alternis diebus poſſe ipſum
colligere, & per conſequens ijs diebus in bilioſis febribus fieri paroxiſmum, aut ac-
ceſſiones. Apparet itaque ex dictis manifeſtè, quòd quotidiana ſingulis diebus ex
neceſſitate faciat ſuas acceſſiones, tertiana verò alternis diebus.

C Quod attinet ad quartanas, eodem fonte, & principio nituntur quartanariæ acceſ-
ſiones; nam ſi æquè longa, atque æquè obliqua eſt via, quæ ab hepate ad lienem duci-
tur cum ea, quæ à ventriculo ad hepar, idem omninò cõcludendum erit; nam ſi æqua-
lis attractionis per æquale ſpatium ęquale tempus fit ad ſui excrementi collectionem,
& hepar vno die opus habeat, quippe quod ab vno viſcere ſolummodò alimentum
expectabat, cùm lien à duplici viſcere ſuum expectet, nempe à ventriculo, & ie-
core, idq́ue per duplex ſpatium attractum, neceſſariò ſequitur, vt tempus quoque illi
duplicatum ſit, vnde ſi duobus diebus opus fuit hepati, vt ſuum cõuerteret alimentum,
lieni opus erit quatuor: meritò igitur quartanæ febres quarto quoque die paroxiſmos
repetunt. Neque id à ratione alienum videtur; nam lien eſt viſcus remotiſſimum reci-
piens humorem omnium tardiſſimum ad motum, tum ſuæ craſſitiei ratione, tum quia
ipſius motus à chylo ſurſum per venam portam ad hepar traducto impeditur; facto
enim ſanguine in hepate excrementa duo, nempe bilis, & melancholia ſecernuntur,
bilis per canaliculum ſibi deſtinatum recta admodum deducitur; melancholia autem
D per venam portam deorſum ad lienem traditur. Cùm autem ſimul contineatur mate-
ria chyloſa in hac vena porta, ad iecurq́ue transferatur, in illo motu obuiam venit me-
lancholia, ipſiuſq́ue motus à chyloſa materia impeditur, retardaturq́ue quibus nomi-
nibus tarda etiam fit excrementi melancholici collectio.

Cæterùm cùm lien debeat nutriri ex tenuiori parte ipſius excrementi, & opus
ſit longiori tempore ad ipſum comminuendum, atque alterandum, hinc eſt etiam,
quòd magis, ac magis in excrementitij humoris collectione fiat retardatio. Ex quibus
apparet temporis ſpatium duplicatum eſſe in intermiſſione quartanę ab ipſa tertiana;
nam primò adeſt tempus, quo chylus à ventriculo ad iecur per reuolutionem vena-
rum meſaraicarum traducitur, ſcilicet viginti vna hora, & tantundem, quo à iecore ad
lienem atrum excrementũ proficiſcitur, addanturq́ue ſeptem horæ, quæ ſunt ſpatium
temporis, quo concoquit ventriculus, deinde tempus, quo lien alterat humorem, atque
excrementũ colligit, vnde non ſolùm colligemus tempus intermiſſionis, quod ſemper,

vel

vel vt plurimùm eſt quadraginta & octo horarum, ſed etiam excedemus tempus, tum B intermiſſionis, tum acceſſionis vnius, quod eſt ſeptuaginta duarum horarum. Quapropter concludendum eſt quartanam febrem ſuas acceſsiones meritò habere de quarto in quartum. Iam igitur probatum eſt quotidianam febrem ſingulo die, tertianam tertio, quartanam verò quarto quoque die ſuas acceſsiones habere, non eſt itaque, vt ampliùs nodum in ſcirpo quæramus.

Sed huiuſmodi opinio non innititur principijs Galenicis, vt author ſupponit; nam lib. 1. ad Glauc. cap. 5. adhuc modum ſcribitur; *quotidiana verò rarò aduenit, quin os ventriculi patiatur, quemadmodum quartana ex malè affecto ſplene generatur, tertiana ex iecore laborante*: ex quibus totum oppoſitum colligitur ab eo, quod primò ſuppoſitum eſt; aliud eſt enim dicere, quòd ventriculus, iecur, & lien ſint loca quædam, à quibus febres iſtæ ſemper ortum ducant, in illiſque adſit putredinis focus, & aliud eſt dicere, quòd rarò contingat quotidianā euenire abſque oris ventriculi læſione. Gal. non dicit, quòd tres iſtę partes ſint, à quibus oriantur febres intermittentes, ſed quòd rarò contingat quotidianam euenire abſque oris ventriculi læſione, ex quo licet ſequitur febrem quotidianam euenire poſſe abſque læſione ventriculi, non tamen dicendum eſt F in quotidiana ventriculum primariò læſum eſſe, & ab hoc ſemper ipſam quotidianam proficiſci.

Huic authoritati addo aliam Gal. lib. 2. de criſib. cap. 5. vbi loquens de generatione quotidianæ, dicebat perrarum eſſe, quin os ventriculi, aut hepar malè afficiatur, vnde potiùs concludere poſſumus læſionem totius hepatis, quàm ventriculi, quia in vtroque prædicto loco ſcriptum eſt de parte ventriculi tantùm, nempe de ipſius ore ſuperiori, non autem de toto ventriculo, igitur dicere non valemus ex Gal. hoc loco: ventriculus læſus eſt, ergo adeſt febris quotidiana, ſed benè poſſumus dicere, adeſt quotidiana febris, ergo læſum eſt os vēntriculi, at neque id in omnibus, & ſemper. E contra verò Gal. loquens de iecore apertè ſcribit ipſum eſſe læſum, non autem partem ipſius: addo quòd paulò inferiùs ſubiungit vtraque præcordia eſſe ex toto præter naturam tumefacta, magna ex parte extenſa, & inflata. Per præcordia autem Hippocr. & Gal. ſemper intelligunt viſcera in abdomine contenta, quorum vnum in dextero G latere continetur, quod eſt iecur, duo in ſiniſtro, vt eſt lien, & ventriculus, quare ſi ſunt tumefacta, & inflata, ſunt etiam læſa, & præternaturam affecta, quare concludendum eſſet in quotidiana febre ſimul cum ventriculo, & iecur & lienem eſſe lęſum, non igitur eſt dicendum in quotidiana ventriculum ſolùm, tanquam præcipuum membrum eſſe malè affectum, & ab eo tanquam ex proprio loco prodire quotidianam febrem, vt ſupponitur in primo fundamento.

Cæterùm idem Gal. lib. 2. de differ. febr. cap. 5. de quartanā febre loquens dicebat: ſæpiùs etiam hepatis, aut ſplenis affectus attulit febrem, quare quartana non modò ex liene malè affecto, ſed etiam ex iecore ortū ducit, & vt dicebat Aëtius ſæpè quartanam ex iecore malè affecto euenire, quæ quandoque in hydropem terminatur; non ſolùm igitur ex liene tanquam ex parte propriè affecta febris quartana ortum ducit, ſicut neque à ventriculo tantùm febris quotidiana, aut à iecore tertiana tanquam ex foco putredinis procedit, vt ex Gal. doctrina elicitur: & hæc ad primum.

Ad ſecundum, adeo verum eſt ex principijs Gal. quòd acceſsiones fiunt propter H collectionem materiæ, eiuſdemque putrefactionem, atque motum, vt in hoc capite nihil ſit, quòd conſideratione egeat. Præſupponitur in hac inquiſitione, quòd dum ventriculus, iecur, & lien verſantur circa ſuam actionem, nempè ventriculus circa chylificationem, iecur circa ſanguificationem, & lien circa attractionem excrementi melancholici, ipſiuſque in ſui conuerſionem, tunc fiat excrementorum ſuorum collectio, quia in omnibus coctionibus fiunt excrementa, & ab eodem calore ſecernuntur, deinde colliguntur, & vbi collecta ſint, nec poſsint diſcuti, aut expelli, accenduntur, & febres fiunt, quotidiana quidem ab excremento ventriculi, quod eſt pituita, tertiana ab excremento iecinoris, quod eſt bilis, quartana à melancholico, quod eſt lienis excrementum. Sed Gal. 2. de natur. facult. cap. 9. ſcribit pituitam non generari in ventriculo, ſed in venis, ſunt eius verba: *porrò omnimoda cruditas pituita intelligenda eſt, quæ in ea coctione incidit, quæ in venis agitur, non autem in ea, quæ prima eſt,*

quaque

A *quæque in ventriculo perficitur, cum ſi hac deficeretur, ne ſuccus quidem omnino eſſet*, quare non poteſt dici pituitam eſſe excrementum primę coctionis; nec quotidianam febrem fieri ab excremento primæ coctionis, & per conſequens non dependet febris quotidiana ab excremento ventriculi, vt ſupponitur abſque probatione. Sed demus febrem hanc à ventriculo fieri, non propterea neceſſarium eſt ipſam fieri ab excremento ventriculi; nam fieri poteſt, vt ventriculus à circumuicinis partibus, nempe à iecore, & liene materiam recipiat, & ab iiſdem etiam attrahat, ſiue modò id faciat dolore, aut calore moleſtatus, ſiue ab alimento inanitus, quod tertio de natur. facult. cap. 13. à Gal. pulchrè oſtenſum eſt; igitur non ex ſolo excremento genito in ventriculo generatur febris quotidiana, vt ſuppoſitum eſt.

Accedo ad tertianam febrem, quam etiam ex excrementi bilioſi collectione fieri arbitratur in tempore ſuæ coctionis, quam opinionem eadem ratione falſam eſſe demonſtrari poteſt; nam in iecoris coctione, in qua tranſmutatur chylus in ſanguinem, non modò generatur excrementum tenue, ſed etiam craſſum: tenue eſt bilis B quæ per canaliculum ſibi deſtinatum ad inteſtina expellitur, craſſum eſt melancholia, quæ fæx ſanguinis à Gal. dicta eſt: ſi igitur excrementum poſt coctionem iecoris collectum eſt, & ex eo debeat fieri febris tertiana, rationi conſonum eſſe videtur debere etiam fieri quartanam, cùm ab vno, & eodem membro, ab eodem calore, vno & eodem tempore, ambo iſthæc excrementa à maſſa ſanguinis ſecernantur; non eſt itaque maior ratio, cur bilis colligatur in actione iecoris, quàm melancholia, ergo non erit maior ratio, cur poſt collectionem ex vno fiat febris, quàm ex alio, cùm, vt dictum, eodem modo, & eodem tempore, & ab eadem cauſa agente fiant; ſed cùm nulla ratione ſupponatur in iecoris actione colligi bilem, poſt actionem verò putreſcere, febremque facere, meritò dicendum eſt, hanc poſitionem purum eſſe figmentum.

Ad commentum de generatione quartanæ in liene, ſupponitur coctionem melancholiæ, eiuſdemque tranſmutationem fieri, & dum hæc alteratur à lienis actione colligi eiuſdem melancholiæ excrementa, poſt quorum collectionem, eorundem fit putrefactio. Gal. 4. de vſ. part. 15. ſcripſit lienem attrahere melancholiam, quæ eſt fæx C ſanguinis à iecore, ex eoque nutriri; ſed in ipſo liene non concoquitur, vt in ventriculo chylus, & in iecore ſanguis, ſed excrementum iſtud alteratur ea ratione, vt tenuiorem partem ſibi attrahat, & ex eo nutriatur, quæ actio dici non poteſt concoctio, quia eſt ſeparatio tenuioris partis huius excremēti, ex quo lien nutriri poſſit; reliquum verò ad ventriculum corrugandum, vt aiunt, diſtribuitur; ex huiuſmodi itaque alteratione, quam lien facit, non poſſunt generari excrementa; quare neque ex his generari poteſt febris quartana, vt ſupponitur.

Euerſis igitur prioribus fundamentis, neceſſe eſt ea etiam ruere, à quibus prodeunt. Dicebat Perellus ſingulo die repetere acceſſionem in quotidiana, propterea quòd ipſa acceſſio ſequatur actionem ventriculi; nam dum fit coctio in ventriculo, fit humoris pituitoſi aggregatio, inde etiam, & infebricitatio: hæc autem concoctio cùm duret per ſpatium ſex, aut ſeptem horarum, tantum quoque temporis in quotidiana perdurat tempus intermiſsionis, cumque poſt coctionem collecta ſit materia, ſtatim ipſa collecta accenditur, ex cuius accenſione fit febris, quæ reliquum diei, quod eſt decem, D & octo horarum ſpatium perdurat, ita vt ex ſex horis, quibus febris intermittit, & reliquis, quibus fit acceſſio, conſtituitur dies integer naturalis; atque ita ex coctione ventriculi fit quies in febre quotidiana, ex quiete eiuſdem fit febris.

Huius rei volens reddere rationem, inquit, quòd illæ partes, quæ ſibi propinquius habent alimentum, citiùs tranſmutant, & ab eo ſeparant excrementa, cùm autem cæteris partibus prædictis, nempe iecore, & liene, ventriculus propinquius habeat alimentum, eò quòd breuis eſt via ab ore ad ipſu[illegible] citiùs tranſmutat alimentum, at quod citiùs tranſmutat alimentum, citiùs colligit excre[illegible]ntum, quod citiùs colligit, breuius habet intermiſſionis tempus, & longiorem acceſſionem; igitur quia ſingulo die ventriculus ſuum alimentum conficiat ſpatio ſeptem horarum, hinc eſt etiam, cur febris quotidiana habet ſex, aut ſeptem horarum intermiſſionis; reliquum verò diei acceſſionis, meritoque febris quotidiana ſingulis diebus repetit ſuas acceſſiones. Et hæc eſt per Perellum ratio demonſtratiua, qua oſtenditur quotidianas ſingulo die inuadere.

Quæ ratio ſi vera eſſet, ne ampliùs reuerteretur febris, opus eſſet poſt coctionem E factam in ventriculo alimentum denuò concedere, quia ſi dum fit actio in ventriculo, febris quotidiana intermittit, nunquam eſſet ceſſandum à cibo, nec permittendum ventriculum quieſcere, cùm tempore ſuæ actionis ceſſet febris, & in ſua quiete fiat acceſſio; hoc autem videtur non modò abſurdum, ſed ridiculum.

Addo, quòd dicere viſceris alicuius coctionem tardiorem eſſe, quòd longiorem habeat viam, per quam tranſducitur ad ipſum alimentum, & è contra celeriorem eſſe, quòd propinquiorem habeat viam, eſt modus improprius loquendi, & res omninò difficilis, vt intelligatur; nam ſi hoc eſſet verum, actio ventriculi poſſet fieri tardè, & celeriter ad libitum noſtrum, cùm os ipſum non recipiat alimentum niſi à manibus, & pro arbitrio noſtro, & nos poſſimus prolongare exhibitionem alimenti, quare dicere actionis velocitatem, aut tarditatem deſumi à breuitate, aut longitudine ipſius oeſophagi, ſeu gulæ eſt, vt dicebam antea, propoſitio admodum abſurda. Poſſem etiam alia afferre argumenta, ſed nolo tempus conterere in huiuſmodi ineptijs: hoc vnum tantùm addam, quòd Gal. lib. de differ. ſympt. loquens de βραδυπεψία, quæ eſt tarda F ventriculi coctio, inquit, ipſius cauſam eſſe ventriculi intemperiem, nunquam vidi aliquem referentem cauſam tardæ coctionis in gulæ longitudinem, & meritò quidem, quia quando alimentum non continetur in ventriculo, non dicitur ventriculus ipſum concoquere, non igitur dici poteſt, quòd tunc temporis tarda, aut cita fiat concoctio; aliud ſiquidem eſt dicere, quòd aliquod membrum tardè faciat ſuam operationem, & aliud eſt dicere, quòd diù maneat abſque actione. Primo modo eſt, quando longum conſumit tempus in alterando alimento, quod in ſe ipſo habet, & longiori tempore vtitur ad tranſmutandam materiam in ſe contentam, quòd fit tarda concoctio. Secundo modo ſi diù vacuum maneat ab alimento, non poteſt dici tarda concoctio, nec è contra membrum, quod citò recipit alimentum, poteſt dici ſuam actionem citò facere, quia eſſe poteſt, vt citò recipiat, non tamen citò concoquat, vt contingit in βραδυπεψία iam dicta.

Neque credibile eſt, quòd ſpatio ſex, aut ſeptem horarum coctio abſolui poſſit in ventriculo malè affecto, cùm vix in benè complexionato, & ſano tam breui ſpatio per- G ficiatur: quare dato, quòd à ventriculo fiat quotidiana, vt ſupponitur, fieri minimè poteſt, vt tam breui fiat, & conſequenter quies erit longior in quotidiana ſex, aut ſeptem horarum ſpatio. Cæterùm hęc ratio de ventriculi coctione videtur ex hac ſuppoſitione procedere, quòd æger ſolùm accipiat ſemel in die alimentum; nam ſi bis exhibeatur, erit dubitandum, an ſecunda vice, cùm ventriculus ſumit alimentum, & eſt in actione, ad quietem veniat; per hoc enim ſuppoſitum eſſet dicendum febrem intermittere, quia per te dum agit ventriculus, fit febris intermiſsio, igitur neceſſum eſſet aſſerere febrem quotidianam bis in die repetere, & ſic ex aduerſo non eſſet febris quotidiana ſimplex; quia de ratione ipſius eſt, vt ſemel in die repetat, hęc & ſimilia eſſent aduerſus hanc poſitionem dicenda.

Febris tertiana, quam à iecore fieri dictum eſt, tertio quoque die recurrit eò quòd tunc temporis actionis hepatis fiat collectio, poſt cuius collectionem inuadit acceſſio, & antequam actio hepatis celebretur, requiritur multum temporis ſpatium; nam via à ventriculo ad hepar ter longior eſt ea, quæ ab ore ad ventriculum fertur, ideo etiam H ſpatium temporis ter longius eſſe debet, quo chylus ad iecur feratur, quàm ſit tempus, quo ab ore ventriculum fertur alimentum. Deinde gula, quæ eſt via ab ore ad ventriculum breuis, lata, atque plana eſt, hæc verò non modò triplo longior, ſed longè plùs cùm inteſtina, per quæ chylus ad iecur fertur, ſunt non modò longiora ipſa gula, ſed longa ſunt, ſicut eſt corpus illius, cuius ſunt inteſtina, plùs quàm ſepties; ita vt ſint cubitorum viginti, vnius, aut circiter; homo verò non excedit longitudinem trium cubitorum. Additur, quòd in illis inteſtinis plures ſunt reuolutiones, atqui antequam chylus permeat tantam longitudinem, & anfractuoſitatem, requiruntur pluſquam viginti, & vna hora, quibus ſi adijciatur tempus, quod conſumit ventriculus in ſua coctione, & tempus coctionis iecoris, erunt triginta ſex horæ.

Hoc loci animaduertendum eſt Authorem hunc dicere ſpatium illud, per quod chylus à ventriculo in iecur fertur longius eſſe eo, quod ab ore ad ventriculum eſt,

atque

Digitized by Google

A atque requirere tantum temporis, quod triplici huic ſpatio correſpondeat; & quamuis non determinauerit tempus, quo ab ore ad vẽtriculum feratur alimentũ, deſcripſit tamen, & definitè illud tempus, quod chylus ad iecur tranſiens conſumit, quod eſt ſpatium viginti, & vnius horæ, quare ſi huius tertia pars requiratur, vt alimentum ab ore ad ventriculum feratur, quæ non excedit ſpatium ſeptem horarum, videtur dicendum alimentum ab ore ad ventriculum transferri intra ſeptem horas, quod abſurdum omninò, & præter omnem rationem, quinimò impoſſibile eſt, quia quàm primùm alimentum commanſum fuerit in ore, breuiſſimo tempore deglutitur, nullamq́ue in oeſophago, aut momentaneam, vt ita dicam, trahit moram; nam ſi moraretur in gula, periculum eſſet, ne aſpera arteria comprimeretur, ideoq́ue homines ſuffocarentur; quæ res cùm ita ſe habeat, debeatq́ue ſpatium temporis, quod chylus conſumit in permeanda via, quæ à ventriculo ad iecur eſt, triplicata proportione correſpondere tempori, quo ab ore alimentum ad ventriculum deducitur, tempus non poteſt eſſe longius dimidiæ horæ quadrante: non igitur erit horarum vnius, & viginti, vt ſupponitur;
B conſequentia hinc deducitur, quòd alimentum ab ore ad ventriculum expulſum non conſumit tertiam quadrãtis dimidię horæ partem, ſi igitur debet eſſe triplicatum tempus, non ſuperabit dimidium quadrantis vnius horæ.

Sed quod ſupponitur viam à ventriculo ad hepar ter longiorem eſſe ea, quæ ab ore ad hepar deducta eſt, non modò falſum, ſed aduerſus & αὐτοψίαν, anatomen, ac ſenſum ipſum; nam tria inteſtina tenuia, (vt dictum ſuperiùs eſt) nempe duodenum, ieiunum, & ileon, ſunt inſtrumenta chyli diſtributoria, de quorum poſitione egit Gal. 5. de part. vſ. cap. 3. & primò de duodeno, quod primò chylum à ventriculo recipit, cuius, inquit, poſitio eſt ad hepar, & vaſorum multorum orificia in ſe continet, ex hoc ipſo iecur alimentum rapit; deinde ſequitur ieiunum appellatum, quod non multùm diſtat à iecore, mox ſuccedit ileon, de quorum fabrica loquens idem Gal. inquit, eadem in ſe ipſis nonnulla habere, quæ ad celeriorem alimenti diſtributionem faciunt, alia verò ad virtutis propultricis robur: primæ vtilitati ſatisfaciunt multitudo vaſorum, atque reuolutiones, quæ cùm quàm plurimæ ſint in ieiuno inteſtino, hinc eſt etiam, quòd
C ſemper vacuum maneat à chylo, ſi quidem à venis euacuatur, bilis autem, quæ per duodenum ad cauitatem inteſtinorum fertur, irritat facultatem ipſorum expultricem, quare breuiſſimum ſpatium ab inteſtinis ad iecur breuiſſimæ quoque ſunt venæ, neque tertiam partem longitudinis oeſophagi adæquant, cumq́ue multæ ſint exugentes venæ expultriceq́ue inteſtinorum irritata, atque ſtimulata, neceſſariò ſequitur celeriorem eſſe debere receptionem chyloſæ materię à ventriculo in iecur, quàm alimenti ab ore. Cùm igitur chyloſa materia tam citò feratur in iecur, falſum erit ipſius coctionem retardari per ſpatium viginti horarum, in quo debeat ferri chyloſa materia in iecur, ex quibus apparet commentum illud nullam rationem habere, cui innitatur.

Ad illud, quod dicitur de inteſtinorum longitudine, ita vt ſepties excedant longitudinem illius corporis, cuius ſunt inteſtina, pluresq́ue habeant reuolutiones, reſpondeo, quòd materia chyloſa non fertur per omnem longitudinem omnium inteſtinorum, vt ad iecur perueniat. Verùm enim verò cùm inteſtina ſint in duplici differentia, vt 4. de vſ. par. 17. & 18. à Gal. ſcriptum, & demonſtratum eſt; alia ſcilicet tenuia, alia craſſa,
D non omnia in eundem finem ſunt à natura facta, ſed tenuiora, vt alimentum concoctum in ventriculo promptè diſtribuant, cui quidem diſtributioni alimenti reuolutiones inteſtinorum prædictæ (in quibus author hic dicebat eſſe opus diu immorari chyloſam materiam) duplici fauent ratione: primò enim prohibent, ne alimentum, quod fluidum eſt, ex animali ocyus elabatur; deinde, vt breui tempore, quamplurimum alimenti, & per plurimas venas hepar aſſumeret. Huius rei eſt ratio, quia in quacunque reuolutione adeſt innumerabilis venarum multitudo ex porta per meſeræon, quæ ſuccum in ventriculo coctum ſurſum ad hepar mittunt, vnde idemmet Gal. oſtendens non fuiſſe pro animalis nutritione bonum, quòd quemadmodum datur ventriculus quidam magnus pro concoctione facienda, ita daretur venter magnus pro diſtributione, quia cùm neceſſarium ſit, vt multa copia chyli breui tempore ad iecur feratur, opus eſt etiam, vt magna vaſorum multitudo contingat elaboratum cibum,

Si itaque magnus eſſet ventriculus, in quo contineretur chyloſa materia,& partem B
ipſius paruam admodum tangeret chylus, plurima verò alimenti pars,quæ in profun-
do eſſet, apprehenſiones venarum fugeret, inde tarda,& diuturna ſequeretur diſtribu-
tio: cùm autem inteſtina anguſta ſint, & rotunda, atque in plures reuolutiones diuiſa,
hoc beneficium præſtant, vt in tranſitu in paruas partes alimentum diuidatur, totum-
que inteſtinum attingat, ad quod venæ terminantur, atque hiant, quæ radicum in mo-
cum illud exugunt, reuolutiones verò inter ſe ita adaptatæ ſunt, vt quicquid in prima
reuolutione venas effugerit, illud in ſecunda attrahatur, & ſic de alijs omnibus,quouſ-
que promptè, & citò totus chylus in hepar fuerit tranſmiſſus. Quare in animali benè
ſe habente, fieri minimè poteſt, vt aliquid ad nutriendum idonei fugiat, aut ex animali
elabatur, ex quibus Gal. verbis apparet vias illas,quæ à ventriculo in iecur ferunt chy-
loſam materiam, breues eſſe, neque oportere tam diu eam materiam immorari per
vias, ſed vt citò, & in multa copia iecur accipiat alimentum; non igitur poteſt dici eſſe
opus ſpatio viginti horarum, vt ad iecur feratur chyloſa materia, & in ſanguinem
conuertatur. F

Nec verum eſſe exiſtimo tantum temporis iecur impendere ad tranſmutationem
materiæ chyloſæ in ſanguinem, ac faciat ventriculus in tranſmutando alimento in
chylum,quod tam ex materia concoquenda,quàm ex natura inſtrumenti colligi facilè
poſſe exiſtimo; nam Gal. 4. de vſ. par. de materia concoctibili in iecore loquens dice-
bat in ea res quaſdam craſſas contineri proportione correſpondentes excrementis,
quæ ſunt in tritico, vt lapides, terræ, ſpinæ, ſylueſtrium ſemina, & huiuſmodi, quæ
primùm ſeparanda ſunt in vẽtriculo, cùm ſint difficilioris ſeparationis,quàm paleæ,&
furfures à tritico: at ventriculus, qui eſt cauſa agens, & ſeparans has materias ſuapte
natura membraneus eſt, & indiget ope partium circumuicinarum; nam vt ait Gal.
continetur inter tria membra, veluti inter tres focos, nempe anteriùs habet omen-
tum, poſteriùs muſculos lumbales, iecur ad dextrum latus, lien à ſiniſtris, quorum be-
neficio ipſius operatio fouetur, ex quibus facilè apparet ad ſuam tranſmutandam ma-
teriam ventriculum longiori tempore egere, quàm iecur, quod ſua ſubſtantia car
noſum eſt, & craſſum, materiamque habeat aſſimilatam tritico, egente ſolummodò G
leniſſima expurgatione, nempe à paleis, & furfuribus, quæ ſolo motu euaneſcunt, hæc
autem ſunt duo illa excrementa fluida, nempe bilis, & melancholia. Quare concludo
in iecore citiorem fieri coctionem, quàm in ventriculo.

Cùm igitur probatum ſatis ſit attractionem chyloſæ materię à iecore citiſſimè fieri
ab inteſtinis, hoc eſt, quòd vbi primùm à ventriculo expellitur chylus ad inteſtina, ab
his in iecur per venas meſeraicas, breuiſſimo tempore multa chyloſæ materiæ fiat
deductio, hinc clarum etiam eſt non poſſe tam diu materiam per viam immorari, vt
ſuppoſitum eſt;non igitur concludere poſſumus ex prędictarum partium actione pro-
dire motum tertianarium in tertiana febre,quia coctio in hepate longè citiùs celebra-
tur actione ventriculi, & poſt ipſius actionem ſpatio ſex horarum, plus, minus.

At dicet quiſpiam, quid reſpondebimus Hippocr. dicenti fæces extra corpus non
protrudi, niſi vel alternis diebus, aut tertio quoque die? Poſſumus,inquam,dicere hunc
librum non eſſe Hippocrat. quia quàm plures authores, & grauiſſimi quidem ipſum
pro ſuſpecto habent, & certè multa ſunt in eo, quæ non ſapiunt illius doctrinam. Sed H
dato, quod ſit Hippocr. poſſumus adhuc reſpondere, quòd quemadmodum inteſtina
tenuia facta ſunt ad alimenti diſtributionem, ita quoque craſſa ad retinendas fæces
quouſque ſint à chyloſa materia ſeiuncta; nam quamuis craſſa inteſtina, nempe in ho-
mine colon, ſit veluti amplus venter in ſe paulatim, & ſucceſſiuè colligens fæces, dum
chylus per tenuia trãſit,& quicquid in ipſo ſucculẽti reperitur, à venis meſeraicis exu-
gitur; fieri tamen non poteſt,quin aliquid ipſius deorſum elabatur fæcibus immixtum,
quod ne deorſum ad ſeceſſum cum fęcibus eat,in colo retinetur,& in cęco,à veniſque,
quæ in illo ſunt, exugitur, quo exucto fæces remanent puræ, atque ibi, nempe in colo
reſident ad debitum vſque tempus expellendi.

Verùm quoniam id, quod cibi aſſumitur in vno die, non eſt tantæ quantitatis, vt
fæces in tanta copia efficere queat, vt virtus inteſtini moueatur ad expellendas illas,
hinc eſt, quòd excrementa, quæ exeunt, non poſſunt cibi vnius diei eſſe excremen-

tum,

A tum, quare opus eſt, vt ſuccedant alterius, & ſequentis alimenti excrementa, quæ
priora ſucceſſiuè expellant: ac proinde alternis diebus excrementa alimenti per ſeceſ-
ſum exeunt, vel etiam ſi copioſa non ſunt, retardantur vſque in alteram diem, ſed de
huiuſmodi materiæ determinatione vix in eam ſententiam deuenire poſſum, vt exiſti-
mem poſſe huius rei certam, & determinatam regulam conſtitui, quemadmodum Gal.
lib. 2. aphor. 20. eleganter oſtendit, vbi examinans hunc aphoriſmum, quòd quibus
iuuenibus aluus eſt mollis, ſeu humecta, ijs ſeneſcentibus exiccatur, & è contra; dicit
non ſemper eſſe veram; nam relicta victus ratione, quæ poteſt eſſe cauſa tum fluxibi-
litatis, tum adſtrictionis, diſpoſitiones etiam partium diuerſæ ſunt. Cæterùm & mate-
ria tum quantitatis, tum qualitatis ratione poteſt aluum ſtimulare; nam vbi hepar non
trahat totam materiam chyloſam, fluida redditur aluus, vel vbi materia ſit bilioſa,
etiam deorſum fluit, neque permittit, vt ipſam trahat hepar, ex parte autem ventri-
culi etiam contingere poteſt, ſi vel frigidus & humidus ſit, vel calidus & humidus.

Harum igitur cauſarum ratione fieri poteſt, vt aluus modò lubrica, modò conſtri-
B cta reddatur, pro diuerſitate tum copiæ materiæ, tum etiam partium ratione, ſuper
quas diſcurrens Gal. oſtendit in aliquibus cauſis aphoriſmum verum eſſe, in aliquibus
minimè; nam vbi *e. g.* ventriculus ſit frigidus & humidus, multùm appetat, nec con-
coquat, aut retineat iuuentutis tempore, iecurque hac ratione non trahat, fit aluus
fluida in iuuene, quæ cùm augeantur in ſene, non erit ſemper vera ſententia, atqui ſi
calidus & humidus fuerit, tunc moderatus calor ventriculi, ex ſenectute mutata in ſic-
citatem humiditate, verus redditur ſermo Hippocr. Sed huiuſmodi determinatio non
ſpectat ad præſentem locum; ſat enim eſt oſtendere propter variam ſtomachi, iecoris,
& inteſtinorum conſtitutionem, & propter variam victus rationem poſſe rem ita va-
riari, vt nullus ordo certus determinari poſſit: ſat quoque eſt in præſenti me demon-
ſtraſſe acceſſionem in tertiana alternatim euenientem non poſſe euenire ex hepatis
coctione, nec poſſe referri in illam moram præſuppoſitam, quam facit chylus in vijs,
quæ ſunt à ventriculo in iecur.

Quod attinet ad acceſſionem quartanariam, quæ dicitur prouenire à lienis altera-
C tione, cùm eodem tempore, quo iecur tranſmutat chylum in ſanguinem, excrementa
ſeparentur, inter quæ dictum eſt melancholiam eſſe, ſeu humorem melancholicum à
coctione iecoris ortum ducentem, neceſſarium eſt ſimul à liene attrahi, & eodem tem-
pore, & per breuiſſimam viam, nec anfractibus quibuſdam implicitam, quia à venæ
portæ tertio ramo, qua ipſa extra iecur prolabitur, ſtatim ramus, & ſatis inſignis emer-
git, qui in lienem delatus ſecum fert humorem atrum, & melancholicum, nec vllus
anfractus, neque vlla in venia reuolutio ineſt, quò minùs per breuiſſimum ſpatium
à concaua regione iecoris in lienem humorem melancholicum eructet, non ſecus at-
que faciat folliculus bilis, qui trahit bilem ſuum deſtinatum excrementum. Atque id
adeò clarum eſt, vt nulla egeat probatione; nam cùm vnica vena ſit, tertius venæ
portæ ramus ſplenicus dicta, à porta in lienem diſtributa, quæ ſi filo menſuretur, non
excedit longitudinem vnius digiti, aut circiter, ideo non poſſum ſatis mirari quomodo
ab Perello ſcriptum ſit, melancholicum humorem à porta in lienem duplo maiorem
viam habere ea, quæ eſt à ventriculo ad iecur, & per conſequens conſumere duplica-
D tum tempus, cùm ſimul, & ſemel fiat humoris à liene attractio, ac fiat in iecore gene-
ratio; quia (vt alias dictum fuit) lien datus eſt pro expurgatorio iecoris à fæculento
hoc humore, qui dum à iecore expellitur, trahitur à liene; expellitur tanquam quid
inutile, attrahitur vt vtile, itaque cùm is humor impellatur, & attrahatur per viam bre-
uem, & patentem, ſubitò etiam deduci putandum eſt.

Ex his igitur manifeſtè apparet non eſſe opus melancholico humori, vt per viam,
quæ eſt à iecore ad lienem, remaneat per ſpatium quadraginta duarum horarum, vt
ſuppoſitum fuit, nec vt retardetur ipſius motus à chyloſa materia in eadem vena
exiſtente, quia & chylus, & melancholicus humor vno, & eodem tempore ad ſua fe-
runtur loca virtute attractrice membrorum medis; nam iecur, vt dictum eſt, ſibi rapit
proportionatum chylum à vens porta, & lien ſua facultate attractrice trahit ſibi pro-
portionatum humorem, in cuius gratiam ipſe eſt genitus; verùm ab hoc authore gra-
tis acceptum eſt in hac vena, quæ expurgat iecur ab humore melancholico, reperiri

mate-

Digitized by Google

materiam chyloſam; quia huiuſmodi ramus licet à vena porta deducatur, in ipſo ta- B
men adeſſe nou poteſt chylus; nam veua porta vbi iu iecur chylum depoſuerit, tranſ-
mutatur is à iecoris parenchymate, & poſtea excrementa ſecernuntur bilis ſcilicet
per folliculum, & melancholia per huuc ramum, quare hic ramus venæ portæ, à natu-
ra factus eſt, vt humorem melancholicum deferat in lieuem; ex quibus puto ſatis ma-
nifeſtum eſſe cauſam varietatis acceſſionum in febribus, aliunde petendam eſſe, quàm
à varia partium prædictarum actione.

De Pharmacis generatim conſideratis.
Tract. II.

PHarmaciæ appellatione comprehendimus medicamenta omnia, tam
ſimplicia, quàm compoſita, tam alterantia quàm purgantia, tam in-
terna, quàm etiam externa, nec non eorum rectum vſum, ſeu rectam
adminiſtrationem; at de recto pharmaciæ vſu in ſuperiori Decade ſa- F
tis tractatum eſt, nunc inſtituti noſtri eſt ad examen deducere aliquot
medicameuta, quæ à quibuſdam in vſum perpetuò reuocantur, quem-
admodum ſunt antimonium, mechocan, lapis bezoar, & alia. Verùm antequam hos
tractatus attingam, duo iu medium afferre excogitaui: vnum eſt, quomodo medica-
menta iu genere in corpus uoſtrum agāt, & cur ſit, quòd non ſemper vtamur ſimplici-
bus medicamentis, ſed opus ſit ſimplicia medicamenta ad inuicem componere. Dein-
de enumerabimus tam alterantia, quàm ſoluentia vſu quotidiano comprobata. Me-
dicamenta omnia, quæ propriè talia dicuntur, ea ſunt, quæ corpus noſtrum à non na-
turali ſtatu ad naturalem deducunt, ſumpto mutationis initio à noſtro calore abſque
corporis corruptione, aut eiuſdem nutritione; nam veneui proprium eſt corrumpere,
alimentorum nutrire, medicameuti verò alterare: hancque ſuam operationem
medicamentum non aliunde recipit, quàm à propria natura, & forma ſua eſſentiali
mediante propria qualitate, ſine qua nulla forma ad operandum efficax eſſe poteſt,
hæc autem facultas poteſt duobus modis conſiderari, nempe quatenus conſequitur G
eſſentiam rei, vel quatenus ad actionem refertur. Primo modo conſiderata ſemper
cōſequitur eſſentiam rei, at quatenus ad actionem refertur, dicitur cauſa effectrix, qua
mediante medicamētum agit in determinatum corpus, idque vno duorum modorum,
vel vt habet in actu ſuam facultatem, vel in potentia: ſi habeat actu, vt operetur in no-
ſtrum corpus, non eget ope caloris noſtri: vt eſt in potentia, vt ad actum reducatur,
noſtro indiget calore.

Actu quidem dicitur eſſe id, quod præſens eſt, & perfectum, vt ignis actu calidus,
vel glacies frigida; potentia verò, quando id ipſum, quod eſſe dicitur, nondum eſt, ſed
poteſt euadere, ſi vel corpori noſtro exhibeatur, vel admoueatur ea ratione, vt leni-
ter ſaltem immutetur à calore noſtro, vt piper dicitur calidum, & lactuca frigida, licet
actu talia non ſint, in qua quidem alteratione medicamenta à calore noſtro nullas pe-
culiares facultates recipiunt, ſed proprias, ipſiſque inſitas illius ope detegunt: Modus
autem eſt, vt medicamentum primùm calori noſtro offeratur, & aliquo modo illi re-
ſiſtat: deinde leuiter mutatum vires ſuas latentes, & in potentia exiſtentes exprimit, & H
in actum perfectum tranſit corpus humanum pro ſua natura alterans: quapropter, vt
medicamentum vi inſita in corpus noſtrum agat, & à potentia in actum deducatur, id
primùm à calore noſtro accipit; verùm non ſubitò, ſed aliqua temporis mora. Cùm
itaque medicamentorum facultates ſint omnium actionum immediatæ cauſæ, non
poſſunt inter ſe diſtingui, niſi ex ipſorum operationibus: operationes autem prodeunt
à ſuis facultatibus, quarum quædam temperamentum, quædam formam ſubſtantialem
conſequuntur, at quæ à temperamento proficiſcuntur, quia ſunt operationum cauſæ
manifeſtiſſimæ, dicuntur facultates, & qualitates manifeſtæ, ſed quæ prodeunt à for-
ma ſubſtantiali, aut à tota ſubſtantia dicuntur, aut qualitates occultæ: eſt verò notan-
dum quòd, quæ ex ordine, & differentia ipſorum effectuum à temperamento ema-
nantium deriuant; in triplici verſari differentia, aliquæ enim dicuntur primæ, aliæ ſe-
cundæ, & aliæ tertiæ.

Digitized by Google

A Sed de huiuſcemodi facultatibus non eſt omnium Medicorum eadem opinio, quandoquidem non deſunt, qui facultates illas occultas prorſus abijciant, & à ſenſum venientibus qualitatibus omnes fieri putent actiones, à primiſque qualitatibus profluere, quæ ſunt elementorum cauſæ determinatæ; & ex eorum elementis componantur, & rationem adducere videntur talem, exiſtimantes omnes actiones per motum fieri à contrario in contrarium, quod in qualitatibus manifeſtis locum tantùm habere videntur. Eſt verò altera opinio huic prorſus contraria, & fuit etiam antiquorum Medicorum empericorum; nam empirici etiam tempore Galeni fuerunt huius opinionis, vt exiſtimauerint medicamentorum facultates ignotas nobis eſſe, ſolaque experientia, & vſu conſtare, nec definiri poſſe effectibus primarum qualitatum, vnde Pelops empirius Galeni præceptor Medicos rationales ridere ſolebat, eò quòd ſemper vocabula, calidi, frigidi, humidi, & ſicci, non ſecus atque vulgares in ore haberent. Ab vtraque hac opinione in multis diſcrepant Paracelſiſtæ, qui qualitatibus euidentibus reiectis, ſubſtantiales quaſdam imaginati ſunt. Poſtremò eſt opinio magis communis eorum, qui
B vires medicamentorum alias occultas, alias manifeſtas ſenſibus ſubiectas eſſe opinantur, quæ ſanè opinio, & rationi, & experientiæ maximè conſentanea eſt, verùm huiuſmodi opinionum examen non eſt, vt in præſenti inſtituatur; ſat enim eſt mihi modum inſinuare, quo medicamenta ad ſuas operationes redigantur, & quibus facultatibus id efficiant, ſimulque & rationem afferre, cur ſimplicia ab arte componi ſit neceſſarium.

Quod, vt à vobis intelligatur, ſupponendum in primis eſt medicamenta omnia ſimplicia compoſita & ipſa eſſe ex calido, frigido, humido, & ſicco, quæ vel æqualiter temperata ſunt, ita vt vna qualitas alteram non excedat, vel inæqualiter ita intemperata, vt vna, aut duæ alias vincant, hinc procul omni dubio concludendum eſt neceſſariò medicamentum temperatum, aut intemperatum ſemper eſſe, non quidem ſimpliciter, & abſolutè, ſed comparatione facta ad corpus humanum, non quòd illius medicamenti temperatura ſit eadem cum temperatura hominis, quia hæc ipſa non niſi humano corpori debetur, ſed temperatum hic vocamus, quod vel aſſumptum, vel ad-
C motum corpori humano calorem naturalem, aut humiditatem, nec auget, nec minuit, & proinde quo ad ſenſum qualitatibus ſimilibus præditum eſt; nam quæ qualitatis, totiuſque ſubſtantiæ ſimilitudine humano corpori conueniunt, non medicamenta, ſed alimenta dicuntur, quare meliùs temperatum alimentis, intemperatum medicamentis tribuitur. Medicamentum verò intemperatum illud eſt, quod aſſumptum, aut corpori humano temperato admotum, calorem, aut humiditatem auget, vel minuit; eſt tamen vt hic animaduertatis, quòd ex receſſu à temperato quatuor ordines, ſiue gradus Medici aſſignant medicamentorum facultatibus.

Primus gradus eſt primus receſſus à temperamento, & eſt quando obſcurè, aut ſaltem non nimis manifeſtè corpus medicamentum temperatum alterat. Secundus gradus, ſeu receſſus eſt, quando manifeſtè quidem, ſed citra noxam medicamentum agit. Tertius gradus eſt, quando vehementer non citra noxam corpus temperatum immutat. Quartus gradus eſt ſummus receſſus, quando vehementiſſimè, & grauiſſima cum noxa corpus alterat, vel corrumpit, hos quatuor gradus docet Gal. 7. de ſimpl. med.
D facultatibus cap. 1. Præterea vnumquemque gradum horum Medici omnes in tres manſiones diuiſerunt, ſcilicet in principium, medium, atque finem, ita vt, quæ in cuiuſque gradus principio ſunt, remiſſiùs operantur, quæ in medio vehementiùs, quæ in fine vehementiſſimè.

Eſt etiam, vt animaduertatis horum medicamentorum alia eſſe, & dici tenuis ſubſtantiæ, aut eſſentiæ, alia craſſæ, alia mediocris: tenuis ſubſtantiæ ſunt, quæ in partes tenues ſoluuntur, & promptè, ac facilè ſeſe in corpus noſtrum, & humores inſinuant: craſſæ verò ſubſtantiæ è contra, quæ ſubſtantiam corporis, aut humorum non penetrant, ſed ſubſiſtunt, & hærent: mediocres, quæ medio modo ſe habent, & hæc ſunt, quæ pertinent ad medicamentorum primas qualitates, calidum, frigidum, humidum, & ſiccum. Secundæ qualitates cõmuniter dicuntur, quæ à primis promanant, & actiones ipſarum conſequuntur: conſequuntur autem primas tactiles in miſtis triplices, quarum aliæ paſſiones dici merentur, quia certa potentia, aut impotentia tantùm defi-

niuntur,

niuntur, quibus intelliguntur ſubiecta ijs prædita apta, vel inepta eſſe, vt aliquid pa- E
tiantur, non agant; qualia ſunt, quæ ab Ariſtotele 4. meteo. cap. 8. & 9. enumerantur:
Deinde conſequuntur primas tactiles qualitates, vt ſunt durities, mollities, tenuitas,
craſſitudo, tenſio, laxitas, aſperitas, læuitas, viſciditas, friabilitas; item raritas, denſitas,
plenitudo, vacuitas, quarum omnium reſpectu propria ſenſoria tantùm afficiuntur, &
non cæteræ partes corporis; nam per ſe vi alterandi præditæ non ſunt, ſed tantùm
termini alterationum, quibus intelligitur ſubiectum ijs præditum non agere, ſed ali-
quid perpeſſum eſſe, aut habitus, aut affectus ſunt actu exiſtentes, quibus diſtinguun-
tur omnia ſimilaria corpora.

Hæ à prioribus illis, quas paſſiuas vocauimus, diſtinguuntur, vt id quod actu, & po-
ſteriùs, ab eo quod potentia, & priùs; nam quod indurabile eſt, id actu durum non eſt,
ſed molle; poteſt tamen quatenus indurabile durum facilè euadere. Tertio conſequun-
tur primas, quæ viribus primarum agunt, & actiuæ dicuntur, & potentia actiua defi-
niuntur, quia ſubiectum ijs præditum aptum eſt, vt certo, & determinato modo in
aliud agat, nimirum vt ſubiectum habile à ſuo ſtatu in contrarium alteret: ſtatus autem F
ſunt qualitates, quas habitus ſubiecti, & terminos alterationum vocauimus, vt eſt du-
rities, mollities, raritas, &c. Habile verò eſt ſubiectum præditum potentia paſſiua,
ſcilicet indurabile, extenuabile, ſiue quod ex molli durum, ſiue ex craſſo tenue fieri
poſſit; igitur emolliens, quod corpus durum molle reddit; extenuans, quod craſſum
tenue, & ſecundæ facultates medicamentorum tantùm dicuntur, ceteræ qualitates mi-
nùs propriæ, verùm ſicuti omnis motus à contrario in contrarium fit, & omne agens
per relationem ad ſuum patiens dicitur, ac ab effectu denominatur, ita in his actiuis
qualitatibus, earumque alterationibus euenit, ac proinde ex prioribus intelliguntur, &
diſtinguuntur: alterationes verò harum qualitatum, ſcilicet induratio, extenuatio, & ſi-
milia, in patiente affectiones, & paſſiones ſubiectantur, ex affectione verò, & paſſio-
ne affectus, durities, aut mollities, terminus alterationum gignitur.

Conſiderantur quidem hæ omnes qualitates in medicamentis; nam potentia quo-
que paſſiua prædita ſunt, verùm cùm medicamenti, quatenus medicamentum eſt, pro-
prium ſit corpus humanum alterare, & à ſtatu non naturali ad naturalem reducere, G
diſpoſitiones, aut ſtatus conſiderandi erunt, ſcilicet durities, mollities, tenuitas, &c.
quatenus ſunt affectus præter naturam, & remedium indicant, in ipſis verò medica-
mentis, quatenus medicamenta, actiuæ iſtæ qualitates, nimirum indurans, emolliens,
quæ ſemper à morbo, vel à morbi cauſa indicantur; nam quod in corpore præter na-
turam tenue eſt, indicat remedium non craſſum, ſed incraſſans; durum indicat reme-
dium non durum, ſed emolliens, dico autem medicamentum non tenue, & molle, ſed
extenuans, vel emolliens, quòd ipſa vis extenuandi, & emolliendi in medicamentis
non proficiſcatur à tenuitate, aut mollitie eiuſdem, ſed ab ipſis qualitatibus primis
pro modo materiæ, aut quòd actiones iſtæ ſecundæ primarum qualitatum actiones
conſequantur ijſdem prorſus veſtigijs inſiſtentes; nam calidum medicamentum primò
calefacit, poſt ſi tenuis eſt eſſentiæ, attenuat, & eadem ratio eſt in cæteris, itaque pro-
manant actiones ſecundarum qualitatum in medicamentis à primis, ſiue ab ipſo tem-
peramento propriè: & re ipſa ſecundæ facultates nihil aliud ſunt, quàm peculiares
diſpoſitiones primarum qualitatum in materia, aut certi operationum modi, quibus H
corpora noſtra alterantur; in primis enim qualitatibus pugna, conſiſtit.

Verùm primæ facultates, earumque actiones, quæ temperamentum medicamenti
immediatè conſequuntur, magis formales dicuntur, quia per ſe primò nudam intem-
periem alterant, & morbis ſimilaribus ſine materia tantùm conueniunt. At ſecundæ
qualitates, earumque actiones, vt rarefacere, & condenſare, quæ primas conſequun-
tur, magis materiales dicuntur, quia circa materiam propriè verſantur, morboſque
à materia, & ſecundam corporis compoſitionem reſpiciunt. At facultates medicamen-
torum, quæ à primis facultatibus promanant ex effectibus duorum generum eſſe de-
prehenduntur; aliæ enim ſunt, quæ indeterminatè in quamuis partem humani corpo-
ris, vel in humorem eodem modo agunt, quæ ſecundæ facultates medicamentorum
ſpeciali nomine dicuntur, aliæ quæ determinatè in certum aliquod membrum, aut
humorẽ agunt, non ſolùm ab Auer. ſed à pleriſq; recentiorũ tertiæ facultates dicuntur.

A Verùm facultates, quæ propriè ſecundæ dicuntur, ex effectibus variæ numerantur,
ſuntque hæ, quæ oppoſitis viribus diſtinguuntur, vt emolliens, indurans, intendens, re-
laxans, rareſaciens, condenſans, incraſſans, attennans, incidens, & viſcidum reddens.
Item attrahens, repellens, vaſa aperiens, & occludens, ſiue adſtringens, obſtru-
ctiones tollens, infarciens, detergens, obliniens, ſiue emplaſticum, agglutinans,
exulcerans, exaſperans, & lænigans. His adduntur euacuans, replens, dolorem le-
niens, irritans, flatus diſcutiens, generans, maturans, ſiue concoquens, & putre-
faciens.

Facultates tertiæ, quæ determinatum membrum, aut materiam reſpiciunt, particu-
lares facultates, aut qualitates interdum vocantur, & mediæ quodammodo naturæ vi-
dentur inter facultates ſecundas, & quartas à tota ſubſtantia emanantes; nam, vt te-
ſtatur Auerrhoës, magna ex parte dependent à forma ſubſtantiali, vnde plerique
authores poſt illum tres tantùm medicamentorum facultates conſtituunt, & has
vel ad ſecundas, vel ad occultas referunt. Verùm quia non occulto modo, vt quar-
B tæ; ſed euidenti, vt ſecundæ, detergendo nimirum, aperiendo, & attenuando agunt in
determinatam materiam, ab vtriſque non incommodè diſtinguuntur, aut vtriſque par-
ticipant, & vtraſque vires obtinent; modū enim agendi ſi reſpiciamus, inter euidentes
qualitates magis enumerari debent, ſi verò materiam, in quam agunt, potiùs inter
occultas. Atque huiuſmodi facultates duplices ſunt; aliæ enim reſpiciunt contenta, aliæ
partes continentes: quæ reſpiciunt contenta, ſunt lac, aut ſemen excitantia, aut com-
primentia menſes, aut vrinas mouentia, vel ſiſtentia, aut calculos minuentia, & huiuſ-
modi. Quæ determinatas partes reſpiciunt, à partibus illis denominantur, vnde alia
medicamenta cephalica dicuntur, quia manifeſta qualitate cerebro proficiunt; alia
cardiaca, quia cordi; alia hepatica, & alia ſplenitica, quòd iecur, & lienem reſpiciant;
alia etiam dicuntur bechica: quatenus autem hæc manifeſta qualitate, & modo
euidenti agunt, à ſecundis differre non videntur, quatenus verò non in omnem, ſed
in determinatam materiam agunt, & medicamenta cephalica cardiaca, hepatica, &
ſplenetica dicuntur, ad occultas facultates reducenda eſſe videntur; quare diuerſo re-
C ſpectu ab alijs authoribus tres, ab alijs quatuor medicamentorum facultates enu-
merantur.

Cæterùm ſecundæ qualitates medicamentorum proculdubio illæ ſunt, quæ à pri-
mis promanant, actioneſque primarum conſequuntur, talia medicamenta ab Ariſto-
tile 4. meteor. enumerantur (vt dictum eſt) quorum operationes ſunt, quæ ſecundæ
operationes dicuntur, vt ſunt induratio, emollitio, intenſio, rarefactio, vnde & re-
laxantia, rarefacientia, anodina, narcotica, attennantia, diſcutientia, condenſantia, in-
craſſantia, attrahentia, repellentia, corroborantia, detergentia, & deobſtruentia di-
cuntur. Deobſtruentibus cognata ſunt, quæ per os, & aluum manifeſtè euacuant; eua-
cuant autem per aluum alia ſpecifica forma, nimirum cathartica propriè dicta; alia
manifeſta qualitate, vt lenientia communiter appellata, quæ non ſunt vnius natu-
ræ; nam ex communi opinione in quatuor claſſes diſtribuuntur, videlicet in lubri-
cantia, abluentia, detergentia, & comprimentia. Lubricantia ſunt, quæ vias ductus
inæquales læuigant, vt humores adhærere partibus non poſſint, & quamuis lubricanti-
D bus abluentia, & detergentia contraria videntur, propriè tamen loquendo abluens eſt,
quod ſuperficiem partium expurgat: detergens verò, quod altiùs penetrat, & tenuio-
res meatus ſubiens ſordes educit. Deinde abluētia magis aqueæ ſunt naturæ, minuſque
mordent, & caleſaciunt; detergentia verò calefaciunt magis, exſiccant, altiùs pene-
trant, vellicant, & abradunt. Comprimentia per ſe aluum non expurgant, ſed dum
vaſa contrahunt, humor contentus exprimitur; vnde impropriè, & ex accidenti lenire
dicuntur. Sed ad huiuſmodi caput multa alia medicamenta referuntur, vt ſunt abſor-
bentia, ſuppuratoria, ſarcotica, rubificantia, veſicatoria, colliquantia, ſeptica, excaro-
tica, epulotica, glutinantia, & quæ ſunt huius generis.

Quod ad tertias operationes medicamentorum attinet, plura ſunt medicamenta
ſub ipſis contenta, quæ ſingula non enumerabimus, ſed magis præcipua, & loco exem-
pli: ſunt autem hæc *v. g.* diuretica, hoc eſt vrinam mouentia, calculos diſſoluentia, &
comminuentia, menſes mouentia, lac, & ſemen promouentia, ſunt & bechica vocata,

quæ in pectore, & pulmonibus ſubſidentia, ita præparant, ac diſponunt, vt per tuſſim B faciliùs expurgari poſſint. Sunt hæcque in duplici differẽtia; nam alia humores craſſos, & viſcidos; alia tenues, & ſubtiles educunt: ſunt & hęrrina, quæ & ipſa ſuperfluam pituitam circa menynges, & cerebrum per nares expurgant: ſunt & maſticatoria, quæ ad palatum deducunt materiam peccantem, quæ & ipſa duplicia ſunt; alia enim qualitate occulta, alia manifeſta operantur, vt ſunt acria, & nitroſa qualitate abſtergentia. Ad hoc caput referuntur etiam corroborantia, quæ viſceribus omnibus manifeſta qualitate conueniunt, & adſtringendo corroborant: ſunt quoque hepatica, ſplenitica, & cardiaca, quę ſubſtantiam cordis modicè confirmant, vel virtutem, ſpirituſque grata adſtrictione congregant, vel grato odore recreant; vel ſpiritus fragrantia ſua reficiunt, vel tetros, malignoſque vapores refrenant, vel peculiari ſubſtantiæ proprietate confortant, venenumque à corde expellunt. Cephalica ſunt, quorum alia à proprietate occulta cerebro, neruiſque conferunt, alia à manifeſta, priora id præſtant, vel quia pituitam expurgant, vel modica adſtrictione cum exiccatione corroborant, & vapores arcent, & diſcutiunt, vel quia odoris quadam ſuauitate ſpiritus animales reficiunt, eademque ratio in multis reperitur. F

Venio ad medicamenta ad quartam facultatem pertinentia, quæ à temperamento non promanant, nec à materia profuſa qualitatibus primis, ſed immediatè à tota, vt aiunt, ſubſtantia, ſeu forma ſubſtantiali, quæ à Galeno interdum à toto temperamento vocantur; agunt enim huiuſmodi medicamenta non euidenter, vt ſuperiora, ſed occulta ratione ſiue intrinſecùs, ſiue extrinſecùs in bonum, aut in malum, & quidem dupliciter; vel ſcilicet per motum aliquem localem, vel per transmutationem quandam ſuas producunt operationes. Per motum quidem localem, tripliciter, vel retinendo, vel reprimendo, quæ præter naturam mouentur in partem aliquam, vel è corpore pore noxia expellendo mouent; nam ſubſtantiæ quadam diſſimilitudine, & contrarietate à ſe aliquid propellunt, attrahunt verò, quæ ſubſtantiæ ſimilitudine alliciunt, ſiue ad ſe mouent; diſſimilitudine autem ſubſtãtiæ venenum è corpore expellunt. Tandem ſunt nonnulla, quæ totius ſubſtantiæ ſimilitudine his conueniunt, quæ non aliter ferè alliciunt, quàm magnes ferrum: ſunt quoque venenata non pauca, vt ſcorpius, quæ G ſuis proprijs venenis ſuccurrunt; nam diſſecta, & ſuis morſibus admota proprium venenum attrahunt, & ſic demorſos curant.

Sunt tandem nonnulla medicamenta certos, determinatoſque humores educentia, aut (ſecundùm quorundam opinionem) naturam ad eorum expulſionem irritantia, quæ catartica, ſeu electiuè purgatia dicuntur, ab iſiſque diſtincta, quæ manifeſta qualitate euacuant, vt ſunt lubricantia, abluentia, extergentia, comprimentia, de quibus ſuperiùs; ſiquidem, quæ electiuè purgant, hoc eſt, quæ certum, determinatumque humorem educunt, aut ex determinata corporis parte, peculiari ſubſtantiæ proprietate agunt, nec mediantibus euidentibus qualitatibus, quamuis negari non poſſit qualitates primas, & præſertim calorem actionem illorum plurimùm iuuare, euacuant autem proprietate peculiari vnum humorem determinatum, ſed de his paulò poſt agemus. Horum etiam quædam ſunt, quæ per ſuperiora magis, alia per inferiora; ſunt & quæ per transmutationem, aut alterationem aliquam occulta ſubſtantiæ proprietate agunt, quæ triplicia ſunt, nempè deleteria, ſecundò antidota, quæ venenis medentur, alexipharmaca, & alexiteria vocata, quæ peculiari proprietate ſubſtantiæ partes humani corporis certas reſpiciunt, quæ vel venenum proliciunt (vt dictum eſt) vel contrarietate ſubſtantiæ vires eius frangunt, obtundunt, atque cor confortant, ſub quo genere continentur, tam ſimplicia, quam compoſita: verùm venena, quæ euidenti calore interimunt, contrarijs alexipharmacis alterantur, & curantur, vt calida frigidis, humida ſiccis, &c. H

Tertiò, quæ peculiari proprietate certas humani corporis partes, & morbos ipſarum reſpiciunt, duplicia ſunt; nam alia totius ſubſtantiæ familiaritate iuuant, alia totius contrarietate nocent, ſub hoc genere comprehenduntur omnia cephalica, cardiaca, ſtomachica, hepatica, quatenus familiaritate ſubſtantiæ agunt, & quæ morbis conueniunt, quæ verò totius ſubſtantiæ contrarietate, ſiue antipathia quadam nocent, ſunt cantharides veſicam lædentes, & aliqua alia. Horum omnium medicamentorum triplex

Digitized by Google

A plex eſt materia, ex Gal. 6. de ſimpl. med. facultatibus cap. 1. & 1. de comp. med. per genera cap. 1. vna eſt à rebus vegetabilibus, altera ex mineralibus, & tertia ex animalibus deſumpta: ſub vegetabilibus continentur omnes ſtirpes, ſiue plantæ, videlicet, arbores, fructices, herbæ, & earum partes, vt ſunt radices, rami, ligna, cortices, ſtipites, ſurculi, flores, folia, ſemina, fructus, ſucci, liquores, gummi, reſinæ, olea: ſub mineralibus continentur non ſolùm foſſilia, ſed etiam aquæ thermales, & omnia miſta inanimata contenta terra, & aquis.

Foſſilia autem, alia ſunt ſimplicia, alia compoſita, rurſus ſimplicia, quadruplicia ſtatuuntur, vt ſunt terræ inſigniores, vt bolus armenia, terra ſigillata, lemnia, ſamia, in quo cenſu terra melitenſis, quæ terra Diui Pauli dicitur, abſque difficultate reponi debet. Deinde lapides, vt omnia ſaxorum, marmorum, gemmarum genera; item quæ ſpeciali nomine lapides dicuntur, vt lapides precioſi, quibus addo lapides belzoar Serapionis, additur, & magnes lapis hæthites, & hæmathites. Tertiò ſucci concreti, vt omnia ſalium, aluminum, atramentorum, & bituminum genera, ſunt etiam, qui huc
B referri velint, quæ à Chymicis ſpiritus dicuntur, quia in igne volatilia ſunt, vt ſulfur, argentum viuum, arſenicum. Quartò metalla propriè dicta numero ſex; quæ maiora mineralia vocantur, item metallorum recrementa, vt lytargirium, ſcoria, ponpholix: compoſita autem foſſilia varia ſunt, pro vt duo, aut plura horum in vnum corpus congelantur, vnde lapides compoſiti alij terris permiſti ſunt, vt gagates, lapides aluminoſi, ſalſi, & ſimiles non pauci metallici, in quorum numero ſunt marcheſitæ, antimonium, de quo ſuo loco fuſiùs, biſmutum, lapis pyrites, his omnibus adduntur, quæ ex metallis compoſita ſunt, vt ſublimatum, præcipitatum, ceruſſa, minium, cinnaberis, & alia.

Tertiò medicamentorum ſimplicium materia ſumitur ex animalibus, vel totis, vt ſunt lumbrici, cantharides, cancri, hirudines, & huiuſmodi; vel ex partibus, aut excrementis animalium, veluti pinguedines, adipes, medullæ, coagulum, cor, & cerebrum leporis, caro, & lapides cancrorum, cornu, & ſanguis cerui, tunicæ ventriculorum gallinæ, item oſſa humana, item lac, oua, mel, cera, fel, vrina, ſtercus caprinum, &
C variorum animalium. Hæc omnia, ſingulorumque vires, viriumque gradus quantum fieri poteſt Medico cognoſcenda, & indaganda veniunt, his addatis, quæ ſimplicium vires augent, minuuntque, quales ſunt, regio, cultura, tellus, ſitus loci vbi proueniunt; item tempus collectionis, ætas, & tandem præparatio; nam exempli gratia locus, & regio calida, & ſicca, ſicciora, & acriora producit: deinde plantæ, & plantarum partes meliores tum putantur, cùm ſucco maturo, & probè cocto turgentes ſunt; nam, vt omnibus notiſſimum eſt, alio tempore plantæ, alio flores, alio ſemina perfecta ſunt, cæterum alia ratio in plantis adhuc vireutibus, alia in aridis, & ſiccis: plurimùm quoque poteſt præparatio. Et hæc ſunt, quæ ad medicamenta ſimplicia, & eorum materias attinent.

Modò opus eſt, vt videamus, cur Medici non vtantur ſemper ſimplicibus medicamentis, ſed coacti ſint vti compoſitis; eſt tamen, vt notetis pleraque medicamenta licet ſimplicia ſenſibus appareant, ſubſtantia tamen ſua diſſimilaria, & compoſita eſſe, quemadmodum è contra multa arte compoſita ſunt, quæ à Medicis ſimplicia dicun-
D tur. Medicamentum autem ſimplex, & abſoluta ratione illud vocamus, quod ſua natura ſimplex eſt ab arte nihil alienum permiſtum habens, è contra compoſitum illud dicimus, quod ſua natura ſyncerum non eſt, ſed arte ex diuerſis commiſtum conſtat.

Sed quia medicamenta ſimplicia per ſe (ſine vlla artis ope) ſæpè minùs idonea ſunt preſtare, quod methodus curatiua præſcribit, ars aliqua neceſſaria eſt, quæ vel ſimplicium præparatione, vel eorundem aptæ compoſitioni inuigilet, quæ ars licet nullas peculiares vires conferat medicamentis, tamen dum ſimplicia ritè præparat, aut conuenienter permiſcet, formaſque idoneas attribuit, multa aliena, & inutilia remouentur; noxia enim corriguntur, acria contemperantur, debilia acuuntur, & vt plurimum permiſtione recondita vis emergit, quibus omnibus medicamentum morbo, parti affectæ, & ægro idoneum prorſus redditur. Scopus quippe artis. Medicæ, eſt medicamentum idoneum efficere, quod indicatio

Digitized by Google

curatiua poſtulat, idque citò, tutò, & iucundè, vbi igitur nullum ſimplex medicamentum habeamus ſiue ab arte præparatum, ſiue minimè præparatum, ad faciendum id, quod ab indicatione ſuggeritur, aliqua ſimplicium medicamentorum compoſitio neceſſaria erit. Porrò cùm medicamentum in relatione ad corpus humanum dicatur, & id propriè ſit, quod morbos è corpore depellit, neceſſitas omnis compoſitionis dependebit, aut ab ipſo affectu, eiuſque cauſa, & ſymptomatibus, aut ab ipſa parte affecta, cui curatio debetur, aut ab ipſo medicamento, quo curatio perficitur. E

Hinc igitur tres cauſæ compoſitionum medicamentorum videntur neceſſariæ: prima eſt morborum, cauſarum, & ſymptomatum vrgentium diuerſitas; nam quilibet affectus, teſte Galeno 1. meth. med. pro ſua natura remedium indicat, quare ſimplex affectus remedium ſimplex, ſimplici facultate præditum, compoſitus affectus remedium compoſitum, aut natura, aut arte tale requirit. Morbi verò complicari ſolent, qui diuerſa, aut contraria exigunt remedia, vel in vna parte, vt vlcus cum inflammatione, obſtructio hepatis cum intemperie calida, vel in diuerſis, vt hydrops cum febre, calida iecoris intemperies cum calculo. Deinde interdum morbus aliud medicamentum, aliud morbi cauſa indicat, vt febris à pituita putreſcente, & obſtructione viſceris; ſimiliter aliud morbus interdum, aliud ſymptoma vrgens, at vbi in principio inflammatio cum vehementi dolore, & quæ à diuerſis, aut contrarijs oriuntur cauſis, diuerſa, aut contraria requirunt remedia, cùm itaque à natura non progignantur ſimplicia medicamenta, à quibus poſſit omnibus indicationibus ſatisfieri, & ſingillatim vnumquemque affectum, affectuſque cauſas depelli, neceſſarium erit Medico ex pluribus diuerſis, aut contraria facultate præditis idoneum medicamentum componere. F

Secunda cauſa compoſitionis eſt natura ægrotantis, & partis affectæ. In parte affecta quinque conſiderantur, dignitas actioniſque neceſſitas, ſitus connexioque, temperamentum, conformatio, & ſenſus; nam ventriculo, iecore, aut alia præcipua parte laborante nunquam vtendum eſt ſolis relaxantibus, ſed adſtrigētia permiſcemus aut quæ facultate ſubſtantiæ corroborant, quod pulchrè docet Gal. 13. meth. med. nam partis principis robur ſemper tuendum eſt ſimilibus appropriatis, licet affectio contraria remedia requirat. Eſt tandem hoc loci animaduertendum vim medicamenti ad partem in profundo, aut remoto loco ſitam non facilè deduci, niſi admiſto aliquo, quod tenuitate, aut peculiari proprietate eò penetret, aut quaſi vehiculum ſit, alioquin in magno interuallo, aut longo itinere de virtutis robore periculum eſt, ne multum pereat, vnde Gal. in inflammationibus capitis, & doloribus acetum oleo roſaceo, & ſimilibus admiſcet, quamuis aliàs acetum ſua natura doloribus aduerſetur: & in affectibus pulmonum bolo armenæ, & ſimilibus adſtringentibus manna, tragacanthum, ſuccum glycyrrhizæ permiſcet, vt vis eorum ad pulmones tranſeat. Similiter ad frangendum calculum cantharides, medicamentis cardiacis bugloſſum, crocum; cephalicis bettonicam; hepaticis agrimonium, cichorium; ſpleniticis ſcolopendrium, & ſimilia admiſcet, quæ omnia ad partem affectam cætera dirigunt, & ſimul peculiari facultate confortant. Sub ſitu continetur connexio partis cum alijs; ob conſenſum autem ventriculi cum corde, aut cerebro à validè refrigerantibus temperamus, & medicamentis ſtomachicis admiſcemus, quæ proprietate quadam partes reſpiciunt. G

Eſt & aliud, nempe temperamentum, quod cum actione partis concurrit, à quo etiam primùm actio dependet, hoc ipſum conſeruatione ſemper indiget, vbi igitur cum temperamento morbus plurimùm pugnat, vt cerebrum eryſipelate, non modò vehementioribus indiget medicamentis, ſed etiam quæ partis temperamentum, & robur tueantur, & conſeruant, ſi præſertim pars princeps fuerit. Eadem quoque ratio erit, ſi curatio contraria fuerit temperamento, veluti ſi iecur obſtructum fuerit; cùm illud ſubſtantiæ poroſæ ſit, & diſſolutioni idoneum, neceſſariò corroborantia, & adſtringentia extenuantibus, diſſoluentibuſque miſcenda ſunt. Conformatio etiam, quæ eſt quarta cauſa compoſitionis, non modò medicamenti formam, ſed modum vtendi præſcribit occaſionem aliquam exhibens componendorum medicamētorum; nam propter formam idoneam multa admiſcentur, quæ propter cauitates, & partis affectæ rationem addimus, vt ſi malum ſit in cauą hepatis purgantia, ſi in gibba diuretica admiſcemus. Tandem ſi pars acuti ſit ſenſus, validis remedijs tentanda non eſt, ne H

vires

A vires diſſoluantur, aut partes in conſenſum trahantur, remedia igitur conuenientia erunt contemperanda, & ſi acria, validaque fuerint eis admiſcenda, ... æ acrimoniam obtundunt, & partis robur confirmant.

Eſt & ratio,& natura ægri, in quo conſiderantur potiſſimùm, ætas, ſexus, conſuetudo, vitæ genus, temperamentum, naturæ proprietas, quæ omnia medicamentorum compoſitionem interdum variant; vires enim integræ, ætas conſiſtens validiora ſemper ſuſtinent, & conſuetudo deteriora ſæpè minùs infeſta reddit, & propter peculiarem partis proprietatem alia alijs magis accomodata ſunt: & alij fortiora facilè, alij leuiora ægrè ſubſtinent, quæ omnia, & intentionem Medici variant, & compoſitionis cauſam præbent. Compoſitionis tertia cauſa eſt in ipſis medicamentis, eò quòd nullum tale ſimplex reperitur, quale cupimus, & neceſſitas exigit, vt ſupra innuimus, id quod contingit præſertim ob ſubſtantiam minùs idoneam, vel indebitam qualitatem, aut quantitatem iniuſtam, vel minùs agendi conuenientem modum. Quòd verò medicamenti ſubſtantia, ſeu forma neceſſitatem compoſitionis innexerit, certum omninò

B eſt. Nec qualitas ex hoc cenſu excludenda; nam licet ea aliquando intentioni neceſſaria ſit, eſt tamen affectui non proportionata, & vel nimis remiſſa, vel intenſa, vel cum malignitate quadam coniuncta, vel parti affectæ non appropriata. Propter quantitatem medicamenti ſimplicis non debitam, interdum etiam compoſitio neceſſariò requiritur, vt conſtat. Quinimò modus agendi medicamentorum ſimplicium, vbi intentioni noſtræ non ſatisfaciunt, occaſionem compoſitionis præbent; intentio enim noſtra eſt, vt nunc citò, nunc tardè agant, nunc facilè penetrent, nunc ſubſiſtant; aut non deſcendant, vt ex ſimplicium facultatibus habetur.

Quinta cauſa compoſitionis eſt, vt formam eam conſequantur medicamenta compoſita, quæ maximè ex vſu nobis futura ſit, propter quam varia etiam miſcemus. Poſtremus compoſitionis ſcopus eſt, vt medicamenta ad varios vſus ſemper in promptu habeamus. Adductis cauſis compoſitionis medicamentorum, videtur aliquid dicendum de modo componendi, qui requirit in primis, vt morbi ſpeciem, eiuſque magnitudinem cognoſcamus, & conditionem non modò ægri, ſed etiam partis affectæ:

C deinde requiritur cognitio naturæ omnium ſimplicium, ex quibus compoſitio fieri debet, videlicet ſingulorum facultates, vires, gradus, & doſes. Morbi ſpeciem, eiuſque magnitudinem ex ſuis ſignis, & cauſis indagare licet, vt inde remedium contrarium inueniatur, de quibus Gal. in lib. de cauſ. ſym. & meth. medendi multa locutus eſt. Natura ægri, partiſque affectæ notitia ex phyſiologia habetur, hoc eſt ex rebus naturalibus. Simplicium verò facultates, & gradus facultatum, ex lectione librorum Dioſcoridis, & Galeni de ſimpl. facultatib. & aliorum probatorum authorum accipiuntur, quibus cognitis non erit difficilè modum, & rationem componendi inuenire, & quomodo ſingula ad compoſitionem conueniant determinare; quandoquidem ſimplicia in compoſitione non vno, eodemque modo, nec iiſdem facultatibus concurrunt.

Sed quemadmodum in humani corporis compoſitione, vbi in parte vna organica conſtruenda, licet multæ partes in vnam actionem conſpirent, non tamen omnes eodem modo conueniunt, cùm vna ſit habens rationem principalem, cui omnes in famulatum accedunt, vt in oculo humor chriſtallinus eſt pars præcipua, & radix viden-

D di, cæteræ partes ei inſeruiunt, & in viſionis actionem conſpirant, vel vt cauſa, ſine qua non poteſt fieri actio, vel vt meliùs, & tutiùs fiat, vel ad totius conſeruationem: ita in compoſitione medicamentorum vna pars præcipua eſt radix, & domicilium curationis, quæ ſimilitudine quadam baſis appellatur; ſicut enim in ædificio baſis eſt columen, ſiue fundamentum, cui totum ędificium ſuperſtruitur, pari ratione in compoſitis medicamentis baſis eſt pars illa præcipua morbo profligando accomodatiſſima, ad quam cætera omnia ſpectant. Creditur autem hæc accomodatiſſima, ſi morbo ſit planè æqualis, hoc eſt qualitatem, & quantitatem, ſiue gradum idoneum habeat. Sed quemadmodum affectus omnis non eſt eiuſdem naturæ, ſed vnus ſimplex, alius compoſitus; ita baſis, quæ affectui correſpondere debet, alia ſimplex, alia compoſita eſt, cum hac tamen conditione, vt baſis ſit affectui contraria.

Eſt igitur hoc loci notandum, quòd baſis in compoſitione medicamenti poteſt eſſe & ſimplex, & compoſita. Compoſita rurſus duobus modis exiſtit; nam componi

poteſt

poteſt ex pluribus ſimplicibus eadem facultate inbutis, & ex pluribus diuerſa, aut contraria facultate prǽditis. Si primo modo, pro ſimplici haberi poteſt, quia vni intentioni tantùm ſatisfacit, ſecundo modo poteſt varios, & diſcrepantes vſus præſtare, ex quibus fiunt medicamenta multiformia diuerſas operationes habentia. Variatur quoque baſis medicamenti pro qualitate, & quantitate cæterorum componentium, quæ baſi inſeruiunt, vel ratione morbi, eiuſque cauſarum, vel partis affectæ; nam ſi morbum, & cauſas morbificas reſpiciatis, baſis aliquando morbo accommodata eſt, aliquando verò minimè, ſed inæqualis, eò quòd vel nimis remiſſa ſit, vel nimis intenſa, vel etiam maligna, vel aliena, ſiue non neceſſaria qualitate prædita. B

Remiſſa dicitur, quæ debilis, ignaua, tarda, in craſſiori, minuſque efficaci materia fixa: nimis intenſa è contra, quæ vim validam, & vehementem habet, celeriter, & cum vehementia agens, acri, & efficaci materia prædita: maligna dicitur, quæ cùm noxa partis alicuius agit, prauaque ſymptomata inducit: aliena tandem, ſiue non neceſſaria qualitate prædita eſt, ſi intentioni noſtræ non ſatisfacit etiam admiſtis contrarijs contemperantibus benignoris naturæ. Appropriata verò parti affectæ baſis redditur directiuis, ſeu dirigentibus. Sub dirigentibus comprehendi poſſunt non ſolùm ea, quæ familiaritate ſubſtantiæ parti conueniunt, ſed etiam, quæ vias, atque ductus aperiunt humores præparando, & coquendo, quæ omnia, vt meliùs componantur, & & agant, alia nonnulla requirunt, quæ corrigentia, & dirigentia baſi affigunt, vel quæ formam idoneam toti compoſito attribuunt; vt exempli gratia pro internis medicamentis liquores, pro externis oleum, cera, & huiuſmodi. In compoſitis autem ſæpè, quæ baſi affigunt, formaſque attribuunt, totam compoſitionem conſeruant, igitur in compoſitis præter baſim tria conſiderantur, corrigentia, dirigentia, & conſeruantia. Capiuacceus de ratione componendi medicamenta tria tantummodo conſiderat baſim nempe, corrigentia, & adiuuantia. F

Medicamentorum compoſitorum vis, & facultas indicatur ex baſi, cui in compoſitione cætera omnia ſeruiunt, primùm igitur de baſi, atque baſis de proportione in compoſitis, ſiue ea ſimplex, ſiue compoſita fuerit, conſiderabimus, deinde de cæteris compoſitionem ingredientibus, & de eorum ad baſim proportione, quandoquidem ex debita ſimplicium compoſitione tota ratio compoſitionis dependet. Doſis quidem, ſiue determinata quantitas baſis dependet ex ipſius facultatis vehementia; nam ſi baſis ſit robuſta in compoſitione medicamenti, eius minorem quantitatem ſumimus, ſi debilis maiorem, ſi mediocris mediam, quamuis contingat variari doſim, aut quantitatem pro natura ægri, magnitudine, ſenſu, ſitu, & dignitate partis affectæ, item actionis celeritate, aut tarditate; nam vires robuſtæ, atque integræ, pars magna, ignobilis, ſenſus hebetioris, in profundo ſita maiorem doſim exigit, quemadmodum vbi indigemus actionis celeritate, quamuis purgantia medicamenta non tantam quantitatis, ſiue doſis variationem ferant, vt medicamenta alterantia. Baſis porrò compoſita multis modis variari conſueuit pro componentium varietate, commiſcentur autem medicamenta inter ſe ſecundùm omnes qualitates iam dictas, primas nempe, ſecundas, tertias, aut etiam quartas: ſecundùm quidem primas qualitates, quando in vno ſimplici non datur gradus, quemcupimus, ſitque vel remiſſior, vel intenſior, vt in exemplo ſi opus ſit medicamento calido in ſecundo gradu, & nullum detur ſimplex tale, ſed ſit calidum, aut frigidum in primo gradu, & calidum in tertio gradu, dubitatur non ſolùm, ex quibus componi debeat calidum ſecundo gradu, ſed etiam de doſi ſingulorum, quandoquidem nec proportione ordinis inter ſe conueniunt. G H

Sed quæſtionibus huiuſmodi relictis, ſimulque & alijs ad compoſitionem facientibus, quæ adpræſentem tractatum non attinent, quemadmodum eſt fermentatio, & id genus alia ſpectantia ad pharmacopæam praxim, conſidero vires tam ſimplicium, quàm compoſitorum medicamentorum quatenus à calore noſtro alterantur, & ad actum reducuntur, & hæc primò in ſimplicibus; nam quæ ratio in primis qualitatibus eſt, eadem prorſus in ſecundis, atque tertijs, & cùm ſecundæ, tertiæque viribus primarum qualitatum agant, neceſſe eſt ſimplicium primis contemperatis qualitatibus in compoſitis ſecundas, & tertias vna, ſimilique ratione alterari, videlicet aſſumpta in corpore ſecundùm vires proprias ſingula agere propter actionem primarum qualitatum,

Digitized by Google

A litatum, vbi igitur à calore noſtro tantùm excitata fuerint, & in particulas comminuta ſecundùm proprias vires, non ſolùm agunt in corpus noſtrum, ſed etiam à calore noſtro diuiſa in ſe mutuò; atque ita actione ſua ſe ad inuicem refrangunt;agunt enim ſingula ſecundùm ſuas vires in actum deducta. In huiuſmodi miſtione officium Medici eſt medicamentorum vires, viriumque gradus dignoſcere, quæ igitur eſt ratio in primis qualitatibus, eadem eſt in ſecundis, & tertijs, & cùm ſecundæ, & tertiæ viribus primarum agant,neceſſe eſt contemperatis primis qualitatibus ſimplicium,in compoſitis ſecundas, & tertias ſimili ratione alterari, nempe aſſumpta in corpore ſecundùm vires proprias ſingula ſimplicia ſimul agere propter actionem primarum qualitatum,ex quibus reſultant ſecundæ, & tertiæ.

Sunt modò & purgantia medicamenta, quorum alia ornantur qualitate manifeſta, qua vnumquemque humorem euacuant, lubricando, vt ſupra dictum eſt, abluendo, detergendo,aut comprimendo:alia qualitate occulta peculiarem humorem euacuant. Rurſus alia remiſſe, & leniter purgant; alia vehementer, & citò; alia mediocriter. Sed
B antequam hæc omnia componantur,ſingulorum vires,& doſes cognoſcendæ veniunt, quæ non niſi per longam experientiam haberi poſſunt, vt ſupra dictum eſt. In omni præterea compoſitione baſis, vis, & facultas omninò perpendenda; nam ipſi nihil admiſcendum venit,quod ea ſit vehementior,quamuis proportio baſis cum reliquis medicamentis ingredientibus compoſitionem ex ipſius vehementia, & debilitate exiſtimatur. Sed habenda eſt ratio morbi, partiſque affectæ; nam ſi baſis medicamenti ſit vehemens, in componendo minorem de ipſa quantitatem ſumimus, atqui ſi debilis fuerit multò maiorem, quàm cæterorum medicamentorum,ſcilicet corrigentium, aut adiuuantium aſſumimus,deinde ſi baſis vna, ſimplex eſt, plùs in compoſitione requiritur, at vbi ex diuerſis compoſita fuerit, quàm omnium aliorum minorem ſumimus quantitatem.

Succedunt medicamenta, quæ dicuntur adiuuantia, & corrigentia. Corrigentia ea ſunt,quæ augent,vel minuunt facultatem baſis,quæ in minori quantitate vt plurimùm, vel ſemper eſſe debet: reſpectu autem baſis adminuentia, & acuentia, quæ augent
C vim, & facultatem baſis, eſt ſecundùm opinionem aliorum in tripla proportione; quandoquidem,alia ſunt,quæ magis,alia,quæ minùs vires baſis augent,vel diminuunt, at variatur proportio inter baſim, & adiuuantia pro varia intentione Medici.

Quæ verò malignitatem occulta proprietate corrigunt, vt plurimùm æquali quantitate aſſumuntur,atque illa, quæ qualitatibus manifeſtis non neceſſaria,aut ſuperuacanea corrigunt, qualia ſunt illa oppoſitis viribus conſtantia. Aequali aut maiori doſi dirigentia ſequuntur rationem baſis;quo enim baſis debilior eſt,eiuſque quãtitas maior, eò quantitas dirigentium minor eſſe fas eſt, adeo vt ſæpè octupla, aut decupla ſit proportio baſis ad dirigentia: & è contra quò baſis eſt vehementior, eiuſque doſis minor, dirigentium quantitas maior eſſe debet, nimirum quantitas baſis æqualis, aut paulò maior; nam vis medicamenti valida non eſt, & in exigua doſi ad partem affectam aliorum medicamentorum vires deducere non poteſt. Tandem, quæ conſeruationis formæ,& ſuauitatis gratia compoſitis permiſcentur, nec nimia quantitate obtundere, nec aliena qualitate peruertere debent, ſed quantitate ſua, aut vires baſis iuuare,aut
D viribus baſis nihil, aut quàm minimùm reſiſtere. Hæc de ſimplicium, & compoſitorum medicamentorum facultate, dicta ſint breuiter pro inſtituto noſtro, quæ omnia in corpus noſtrum agere nequeunt, niſi (vt dictum) eſt à calore noſtro actuentur. Modò opus eſt,vt in medium afferantur medicamenta ea, quæ in communi vſu ſunt, præſertim ea, quæ facultatem purgandi habent.

Quamuis propoſuerimus allaturos nos eſſe medicamenta omnia tam alterantia, quàm ſoluentia in communi vſu exiſtentia, tamen quia in tractatu de febre maligna in medium adduximus ſimplicia alterantia, manifeſta, & occulta qualitate agentia, propterea ijs hoc loco omiſſis de medicamentis ſolutiuis, ſeu electiuè purgantibus, tam ſimplicibus, quàm compoſitis agendum proponitur. Sed cùm horum quædam ſint, quæ ſenſibiliter, alia inſenſibiliter euacuant, hic de ijs tantùm, quæ ſenſibiliter totum corpus per ſeceſſum expurgant, tractare inſtituimus. De omnibus tam ſenſibiliter, quàm inſenſibiliter, ſiue per vrinam, ſiue per ſudorem, ſiue per aliquam partem determina-

terminatam vacuantibus pulchrè admodum tractat Iulius Cæſar Claudinus lib. 2. de E ingreſſu ad infirmos multis capitibus, quem conſulere poteſtis. Solutiuorum igitur hiſtoriam, & rectum ipſorum vſum in ſtudioſorum gratiam breuiter exarandum ſuſcipimus, vt inde in actu practico iuniores Medici ſint magis cauti, neque indifferenter quodcunque ſolutiuũ accipiant, ſed vbi purgandus humor quiuis, habeant in promptu determinatum, & competens illi humori medicamentum ſiue ſimplex, ſiue compoſitum requiratur.

Iam verò medicamentum electiuè purgans nihil aliud eſt, quàm materia euacuationis, quæ propriè purgatio dicitur ad differentiam ſectionis venæ, quæ eſt materia euacuationis omnium humorum quantitate peccantium; humores enim qualitate peccantes à ſanguine ſecreti ſunt, ſcilicet vtraque bilis, pituita, & humor ſeroſus, quibus propriè purgatio competit per medicamentum purgans ad differentiam euacuationis ſpontinæ, quam Hipp. 1. Aph. 2. perturbationem ventris ſpontaneam nominauit; electiuè purgans dicitur ad differentiam medicamentorum, quæ leniendo aluum euacuant, quæ cùm nec acria, nec calida exiſtant, verè purgantia non ſunt, vt tamarindi, qui à remotis partibus non trahunt humorem peccantem, ſed ea tantùm, quæ F citra iecur ſunt. Sed quomodo, & qua ratione medicamentum purgans determinatum eliciat humorem, ipſumque attrahat, plurimi, & varij ſunt authores inter ſe pugnantes, quos recenſet Valleſius.

Duæ præ cæteris habentur grauiſſimorum Authorum opiniones magis probabiles, vna eſt Galeni, altera Meſuei. Galeni ſententia eſt, quòd attractio humoris determinati à medicamento fiat mediante ſimilitudine, ac familiaritate quadam inter humorem, & ipſum medicamentum: conſiſtit autem hæc ſimilitudo, aut familiaritas in qualitatibus, non quidem primis, ſed ſecundis modum miſtionis inſequentibus ex parte materiæ, ſed ſimilitudini huic coniuncta eſt caliditas, qua media fit attractio in communi; attractio igitur determinati humoris fit à ſimilitudine, vt idem Galenus ſentit. Meſuei autem ſententia in initio ſuorum canonum vniuerſalium theoremate primo eſt, quòd medicamentum purgans trahit à proprietate quadam ſecreta, quam è cęlo ex Platonis opinione deducit, vnde quemadmodum ſimilitudini Galenus adiunxit calorem, ita G Meſues addit proprietati occultę violentiam; vult enim medicamentum trahere humorem determinatum proprietate occulta ſimpliciter, non medio calore, vt voluit Gal. neque tanquam appetens quoddam, ſed eo ferè modo, quo machinæ tractoriæ violentia agunt, quam violentiam affert medicamentum naturæ ob deleteriam qualitatem. Iſtæ ſunt ſententiæ horum doctiſſimorum: vtraque ſuſtineri poteſt, quamuis non deſint, qui putent probabiliorem eſſe hanc Meſuei, quòd minora afferat inconuenientia. Aliqui tamen dicunt vnam, & eandem ſententiam eſſe vtriuſque Authoris, ſed hæc ſunt extra inſtitutum, quocirca ad alia, & magis propria.

Iam verò medicamenta ſolutiua, quæ in communi ſunt vſu, aut bilem, aut melancholiam, aut pituitam, aut denique ſerum, ſeu aqueos humores purgant. De purgantibus bilem primò agendum eſt, quorum quædam ſimplicia, quædam compoſita ſunt, & primò de ſimplicibus. Inter ſimplicia educentia bilem leniter ſunt Myrobalani citrini, & Rhabarbarum; & inter fortiſſima eſt Scammoneum: myrobalani in quinque genera diſcernuntur, quæ non modò effectu differunt, vt obſeruatum eſt, ſed & origi- H ne; nam aliæ alijs gignuntur arboribus, & ſunt ex genere pomorum, aut prunorum veriùs, quàm glandium. De ijs Arabes, nunquam Græci (vno excepto Actuario) ſcripſerunt; tantumque abeſt, vt purgando vires lædant, vt etiam cor, ventriculum, hepar, corpuſque reliquum confirment.

Vulgò Barbaris dicuntur.	1. *Citrini.*	Ab Actuario.	*Lutei, & flaui.*
	2. *Kebuli.*		*Cepuli.*
	3. *Bellirici.*		*Beletbgici.*
	4. *Emplici.*		*Empelitici.*
	5. *Indi.*		*Nigri.*

Quod attinet ad rectum ipſarum vſum, doſis omnium myrobalanorum eſt à drag. duabus ad ſemiunciam, vel ad drag. ſex in infuſione; & à drag. vna ad duas in ſubſtantia: ſolent etiam coqui, & macerari non modò in aqua, ſed in iure, ſero, & vino.

Ex

A Ex Aëtio duum, aut trium denariorum pondere tritæ, ſi ingerantur, peculiariter ſuperuacuum capitis humorem exhauriunt: verùm citrini, aut flaui bilem flauam trahunt, nigri atram bilem, quemadmodum pituitam kebuli, vt paulò poſt dicetur.

Rheon barbaricum, ſeu rhabarbarum, eſt radix pretioſiſſima ad multiplices vſus in Medicina facienda, quæ etiam dicitur Rauedſceni ab Arabibus, differt autem rhabarbarum noſtrum, & quod hodie in frequenti vſu eſt ab illo veterum rhapontico, colore, odore, ſapore, & pondere. Noſtri rhabarbari tria genera fecit Meſue, nempe indicum, quod Rauedſceni appellat omnium optimum; barbarum, quod ſecundum in bonitate locum obtinet; & turchium, ſeu turcicum multo alijs inferius, & inefficacius. Vſus ipſius tam ex Meſue lib. 2. cap. 5. quàm Auerrh. 5. colliget, cap. 43. eſt in ſubſtantia, nempe vel puluis, vel in taleolas diuiſum. Rhabarbari ſolius doſis eſt à drag. duabus, cum alijs verò rebus admixtus ad ſcrup. quatuor, aliquando etiam hanc doſim excedit; nam formamus pilulas drag. duarum, aut etiam duarum & ſemis. In infuſione verò etiam doſis aſcendit ad drag. duas, aut etiam ad tres: nec probandus eſt

B Meſue, qui in infuſione concedit drag. decem.

Eſt notandum huiuſmodi medicamentum ex ſententia Auerrhois non egere correctione, & præſertim ea, quæ fit per ſpicam, tum quia commiſtas habeat vires, tum quia vera ſpica caremus, & ea qua hodie vtimur eſt ingratiſſimi ſaporis. Rhabarbarum Meſue laudatur, quod habet quatuor conditiones: prima, vt ſit ſubnigrum vergens in ruborem; ſecūda graue cum ſua raritate; tertia vt dum frangitur, inueniatur diſgregratio ex ruffo, & glauco; quarta vt colorem reddat ad crocum inclinantem. Rhabarbarum antiquis incognitum fuit; nam ex tempore Pauli Aeginetæ (qui inter veteres minimè connumeratur) cæpit innoteſcere noſtris. Medici qui ante illum fuerunt, penitùs non nouerunt. In vſu ipſius duo notanda veniunt: primum eſt, quòd tum infundi conuenit, cum adſunt obſtructiones, & minimè adſtrictione, aut roboratione egemus, & vbi bilem tenuem purgare intendimus, vbi verò adſtrictione opus ſit, neque adſint obſtructiones in corpore, biliſque craſſa educenda veniat, in ſubſtantia eo vtendum eſt. Alterum eſt, quòd vbi infunditur, vt ſuam amittat adſtrictionem, eſt ei

C admiſcendum aliquod correctiuum huiuſmodi adſtrictionem corrigens. Infunditur porrò duobus modis, vel in taleolas radicis chinarum in modum diuiſum, vel in puluerem redactum, primo modo adſtrictionem retinet, ſecundo correctiuorum vnionem facilè deponit: ſunt autem correctiua, vel cinnamomum, vel ſchœnantum, quorum doſis eſt ad grana vj. vel vij.

Scamonea, ſeu ſcammonium tam pro planta, quam pro ſucco, ſiue liquore accipitur: probatiores Græci fœminino genere ſcamoneam protulerunt, at genere neutro ſcammonium opiſma dixerunt, id eſt collectum, atque exceptum ex ſecta radice plantæ liquorem, ſeu ſuccum in Medicinæ vſum reſeruatum. Scammonium ex Meſue nigrum eſt, craſſum, ponderoſum, ſiue graue; decoquitur, vel in ſole exiccatur. In trochiſcos, ſeu paſtillos, quos impreſſo ſigillo obſiguare ſolebant antiqui, digerebatur olim, atque ſic vſui reſeruabant, nunc verò in officinis oſtenditur, neque in paſtillos conformatum, neque ſigillo vllo obſignatum. Laudatur à Dioſcoride leue, nitidum, rarum, colore glutinis taurini, ſungoſum, prætenuibus fiſtulis. Doſis ſcammonij per ſe

D Meſue ſunt grana duodecim, Aëtio ſcrup. duo, vel vt ipſe inquit, pro virtutis ratione maior, aut minor: Galeno, & Oribaſio exhibetur pondere dragmæ vnius: Dioſcorides quoque integram dragmam offert, ad ſoluendam tandem aluum dixit duos obulos ſufficere. Quòd ſi efficaciùs purgare volueris, quaterni obuli cum duobus veratri nigri, & aloës drag. vna (ſi Dioſcoridem ſequamur) dari poſſunt. *Ego*, inquit Monardus, de hac doſi loquens, *licet nunquam ſim auſus, tantùm dare; duodecim tamen grana traſcendere non ſum veritus, ſcioque quoſdam ſcrupulum integrum hauſiſſe ſine noxa.* Noſtris temporibus præcipua pars omnium compoſitorum purgantium ſcammonium continet, neque, vt pulchrè admonet Claudinus, extra compoſitiones illud vſurpatur, niſi in duobus caſibus, primò cùm intēdimus vigorare aliquod medicamentum compoſitum purgans, ſecundò vbi imminet vomitus ſtercoris, vt in voluulo, cùm verò vſurpatur, ſemper accipiendum eſt præparatum, quod diagrydion appellant.

Præparatio ſcammonij aſſignatur à Galeno 1. de Alimentorum facultatibus cap. 1. B 3. ſimplicium medicamentorum cap. 17. & eſt talis excauatur pomum cydonium ſecundùm partes internas, hoc eſt auferuntur ab ipſo omnia ſemina, & quantum pulpæ poteſt, cauitaſque repletur ſcammonio: pomum deinde paſta obducitur, ac in furno concoquitur. Aliqui ex modernis poſtquam repletum eſt cydonium, inuoluunt ipſum charta, & ſub cineribus calidis ſepeliunt, tãdem abijciunt pomum,& ſcammonium ita præparatum aſſeruant. In Antidotario Bononienſi denuò edito ad hunc modum præparatur. *Accipiunt ſcammonij optimi vncias quatuor triti in tenuiſſimum puluerem, cui aſpergitur modicum olei violacei, vt maſſa formam induat, deinde aliquot cydonia cauantur, & in eorundem cauitatem ſcammonij maſſa prædicta imponitur, & malorum foraminibus obturatis aſſatur cum pane in furno, donec cydonia perfectè aſſentur, poſtea eximitur ſcammonium, & accipitur carnium myrobalanorum flauorum vncia vna, ſucci cydoniorum vncia quatuor, teruntur myrobalani, & miſcentur cum cydonio, & permiſcentur cydoniorum ſucco calefacto, & macerantur horis vigintiquatuor, deinde leuiter colantur, colato aſſunditur ſcammonium coctum, ſimulque miſta calido in loco exiccantur, alij* F *rurſus tenuiſſimè terunt, & cum maſtiche & in oleo roſato diſſoluta in paſtillos redigunt* Alter modus ſcammonij præparandi. *Recipe ſcammonij optimi vncias quatuor, ſucci cydoneorum vncias duas probè miſcentur, & calidum in locum reponuntur, & quotidie mouentur, & agitantur, quod mediocriter duræ maſſæ formam accipiant, & tandem in paſtillos rediguntur, & exiccantur, & huiuſmodi appellatur diagrydion*, & hæc ſpectant ad ſimplicia medicamenta, quæ bilem extra corpus ducunt.

Sunt modò cõpoſita, quæ duplicis ſunt generis, alia ſunt ſub forma electuariorum, alia ſub forma pilularum. Sub forma electuariorum ſunt quinque, diaſebeſten ſolutiuum, diaprunum ſolutiuum, electuarium de pſyllio, electuarium roſatum Meſues, de ſucco roſarum. Huiuſmodi quinque electuaria propoſita nunquam, aut rarò per ſe ſola dantur, ſed admiſceri conſueuerunt lenientibus, in qua quidem mixtione lenientia concurrunt, tanquam adiuuantia, & corrigentia baſim, eò quòd acrimoniam purgantium retundunt; medicamenta enim ſoluentia gerunt vicem baſis. Superiùs dum de compoſitione medicamentorum ageremus, diximus medicamenta compoſita con- G ſtare ex tribus, baſi nempè, adiuuantibus, & corrigentibus. Huiuſmodi electuaria ſolutiua propoſita, ſi admiſceantur, vt dictum eſt, lenitiuis, dantur à dragma vna ad vnciam ſemis, & aliquibus adſtrictioris alui ad dragmas quinque, & aliquando etiam, vt in iſtis partibus, Meſſanæ præſertim dantur ad dragmas quinque, ſed rarò, ſi tamen quiſpiam vellet eis vti ſolis poſſent tutò concedi ad dragmas ſeptem, & etiam ad vnciam vnam. Hæc de medicamentis ſub forma electuariorum compoſitis bilem educentibus dixiſſe ſufficiant.

Succedunt pilulæ conſiderandæ, quarum aliquæ fiunt cum ſcammonio, & dicuntur ſcammoniatæ, aliæ verò minimè ſcammoniatæ. Quæ ſunt cum ſcammonio, rarò contingit per ſe ſolas exhiberi, quòd ſi opus ſit ijs vti, dãtur à ſcrupulis quatuor ad dragmas duas. Sunt, qui proponant pro educenda bile pilulas aureas, cùm tamen, quæ à Nicolao habentur, magis faciant ad pituitam educendam. Ex multiplici pilularum congerie, quæ à ſcriptoribus proponuntur pauciſſimæ ſunt, quæ ad bilem educendam valeant; nam pilulæ componuntur ex rebus ſiccis, & vt plurimùm calidis, & ſiccis, quem- H admodum ſunt pilulæ aureæ, & arabicæ, quæ dicuntur trahere à capite humorem bilioſum, nec non & pilulæ ex rhabarbaro, pilulæ ſabelliæ, & de eupatorio, quæ dicuntur trahere bilem à iecore, quocirca ſi pilulæ bilem trahentes comparentur pilulis educentibus pituitam, pauciſſimæ ſunt; etenim quæ pituitam trahunt, longam ſeriem ſtatuunt, vnde videtur huiuſmodi auxilium compoſitum eſſe ad expurgandum potiùs materiam pituitoſam, quàm alios humores. Addo, quòd pilulæ propoſitæ pro educenda bile videntur etiam aptæ ad educendam pituitam, præſertim pilulæ aureæ ab authore Nicolao deſcriptæ, & compoſitæ, vt trahant è corpore humorem pituitoſum, quod idem dicendum eſt de pilulis arabicis. Inter has pilulas, quæ dicuntur educere materiam pituitoſam ſunt illæ de aſſairet, quæ trahunt & bilem, & pituitam: in hoc cenſu ponitur, & pilulæ ſine quibus eſſe nolo, de quibus Gilbertus Anglus dicebat eas trahere materiã bilioſam, ſed cum hac cõditione, vt duplicentur in ſua cõpoſitione

myroba-

A myrobalani citrini, vbi verò educenda ſit pituita,duplicãdum eſt agaricum,& chebuli.
Pilulæ quoque ſabelliæ, ſeu ſabellinæ ex Meſue propoſitæ aptiores cenſentur ad pituitoſos humores educendos; dicuntur enim auferre oppilationes ſplenis, hepatis, & ſtomachi, at obſtructiones fiunt ex humoribus pituitoſis, quare habendæ ſunt, vt magis aptæ ad pituitam educendam, quàm ad bilem. Præterea inter alias, quæ bili educendæ gratia factæ ſunt, numerantur pilulæ de tribus cum rhabarbaro, quia tantam copiam admittunt agarici, vt rhabarbari: verum quidem eſt, quòd propter aloën ſuccotrinam videntur magis aptæ ad bilem educendam. Pilulas deinde de rhabarbaro Meſues aptiores exiſtimamus ad enacuandam bilem, & cæteris omnibus præſtantiores ad cacochymiam biliosam educendã: ſuntque pilulæ de eupatorio maiores Meſue adſcriptæ, cùm igitur pilulæ ſuapte natura ſint ſicciores, quàm cõueniat bilioſo humori, vbi ſolę exhibentur, aliquod apozema poſt eorum aſſumptionem offerendũ, quemadmodum eſt vel ius pullæ recentis, vel ſerum depuratum, & deſtillatum ad libram vnam. In hoc Siciliæ Regno ſerum non erat in vſu, cum primùm Meſſanam multis ab
B hinc annis docturus medicinam practicam in primo loco accerſitus fui; putabant enim Medici tale præſidium infeſtum eſſe ventriculo, & proinde non eſſe adminiſtrandum; plures tamen demonſtrationes contrarium ſuaſerunt: quamuis ventriculo frigido, & languido exiſtente, aliquid offerendum pro illius corroboratione, aut ab ipſo cauendum; nam vbi refrigerandum, & humectandum eſt, nullum præſtantius medicamentum reperiri poſſe puto, & ob mirabiles operationes, nunc maior pars Medicorum hilariter eo vtitur, at de ſero ſuo loco. Doſis verò pilularum non eſt eadem omnium, ſed pro diuerſitate compoſitionis ipſarum; nam aliquæ, vt dictum eſt, admittunt ſcammonium, aut diagrydiũ, quarum doſis non debet excedere dragmas duas, aut dragmas duas, & ſemis; at illæ, quæ non admittunt diagrydium, vſque ad dragmas tres offerri poſſunt, & hæc de medicamentis educentibus bilem.

Videamus modò, quæ ſint medicamenta, quæ valent pituitam expurgare, quorum quædam ſimplicia (vt dictum eſt de expurgantibus bilem) alia compoſita. Simplicia ſunt, Myrobalani chebuli, emblici, bellirici, item carthamum, agaricum, & inter vehe-
C mentia eſt turbith, colocynthis, & hermodactylus; inter compoſita ſunt electuarium diaphœnici, ſeu de dactylis dictum, diacarthamum, electuarium indum, electuarium eleſcoph, benedicta laxatina, diaturbith maius, & minus. De myrobalanis omnibus dictum fuit ſupra, nunc opus eſt, vt videamus, primùm, quæ ſint medicamenta ſimplicia, educentia pituitam; deinde cõpoſita. Inter ſimplicia primò occurrit carthamum, quod à Græcis cnycus, ſeu cnecus dicitur, quem etiam croci hortẽſis nomine officinæ appellarunt. Meſues ſcribit eſſe in duplici differentia, nempè ſatiuum, ſeu domeſticum, & ſylueſtre, cuius ſemen in vſu medico eſt, & eo veſcuntur pſyttaci, alio nomine vocati pappagalli: eſt autem hoc ſemen album craſſum, & plenum, cuius medulla vntuoſa, atque pinguis eſt, cortex verò tenuis, Gal. 5. de tuenda valetudine cap. 9. Auerrhoës 5. colliget cap. 43. Meſue 2. ſimpl. cap. 11. ſcribunt ipſum pituitam valdè expurgare, & Gal. videtur ipſum præferre aloë præſertim in mouenda aluo ſenum. Semina igitur carthami vſurpantur nonnunquam in decoctione non per ſe, ſed cum alijs rebus: huius doſis eſt ab vncia ſemis ad vnciam vnam, nonnunquã etiam ex iiſdem ſeminibus pulpa
D extrahitur, quæ cõceditur ad dragmas tres, vel quatuor cum pulpa caricarũ pinguium, vel re ſimili, rarò tamen contingit, vt ſit in vſu, niſi cum ſpeciebus diacarthami.

Agaricum ex medicinis magni adiumenti eſſe teſtantur ſcriptores omnes, & praxis quotidiana ſatis, & luculenter demonſtrat, vnde Meſue ipſum appellat medicamentum familiæ: at de eo non omnes cõueniunt; nam ſi conſulamus Galenum lib. 6. ſimplicium medicam, cap. de Agarico, lib. 1. de Antidotis cap. 14. cõperiemus ipſum eſſe radicem quandã, quæ prino, ideſt ilici, arbori glandiferæ innaſcatur. Dioſcorides incertã, atque ambiguam ſententiam protulit, qui modò ſtatuit ipſum aliquos radicem, ſecundùm alios fungum in arboribus natum dicat, ſed quidquid ſit de ipſius materia, Meſue, & Dioſcorides duo agarici genera conſtituunt, marem ſcilicet, & fœminam, & vterque eorum marem, ſeu maſculum inutilem, fœminam verò vtilem eſſe, & maſculum bonitate antecedere affirmant. Mas guſtu eſt amarior, & Dioſcoridi rotundus in ſe ipſo conuolutus, & vndique concretus deſcribitur. Ioanni Meſue oblongus, durus, denſus, niger, &

grauis, præſertim ſi malus eſt, depingitur, fœminaque omnium conſenſu mari præfertur: recto venarum diſcurſu pectinatim digeſto conſtat Dioſcoridi, hoc eſt, rectos habet intus pectinum modo venas, & diuiſiones, quam proprietatem Meſue mari attribuit, dicitque maris agarici notam eſſe, ſi in confractis ſuis (vt eius verbis vtar) habeat veluti fila neruorum, cuius ſententiam noſtri ſeplaſiarij tanquam veriſſimam approbant. Ex Aëtio verò agaricum præſtantius eſt, quod pectines rectos habet. E

At quinque præcipuas dotes agarico fœminæ ex ſapientũ opinione tribuit Meſue, nempè vt ſit album, leue, ſtatim frangibile, ſeu friabile, poroſum, & rarum valdè. Paulus Aegineta conſulit eligendum eſſe albiſſimum, quòd facillimè frangatur, nec ſit valde lignoſum, & noſtri pharmacopolæ vnum bonitatis indicium eſſe affirmant in agarico, vt ſit friabile, ſeu, vt aiunt, quando fricatur, pulueriʒetur facilè. Dioſcorides tamen infirmum illud eſſe ait, quod friabile eſt, cuiuſmodi eſſe affirmat, quod in Galatia, & Cilicia in cedris gignitur: leuiſſimum optimum; graue, & lignoſum deterrimum, lib. de Antidotis Galen. mari pariter, ac fœminæ commune eſſe ſcribit, vt primo guſtu dulce appareat. F

Agaricum, quod noſtris temporibus vſurpamus, in duplici eſt differentia, vnum ſimplex, alterum præparatum. Præparatur id acribus quibuſdam medicamentis, & duplici itidem differentia diuiditur. Alterum, quod dicitur agaricum trochiſcatum, alterum, qui trochiſcus de agarico; nam trociſchi de agarico fiunt ex eo tenuiſſimè trito ſale gemmæ, & ſyrupo acetoſo, ſeu oxymelle. Agaricum autem trochiſcatum fit agarico loto, & macerato in vino, cui infuſum ſit zingiber, vel quod tenuiſſimè tritum cum ſale gemmæ, oxymelle ſimplici, ſeu ſyrupo acetoſo miſcetur, ac in trochiſcos redigitur, vocaturque hæc mixtio trochiſcus, ſeu agaricum trochiſcatum, & vtrumque idẽ præſtat. Atqui agaricum præparatur prædictis medicamentis, vt ab illis irritatum à ventriculo quam primùm deſcendat; nam ob ſui leuitatem ſolet ſurſum ferri ad os ſuperius ventriculi, & ibi inſignem parere moleſtiam, & ratio eſt, quia ſecum humores noxios ſurſum adducit. Doſis huius medicamenti ad hunc modum præparati, in ſubſtantia, & per ſe eſt ad dragmas duas, cum alijs autem ad dragmam vnam, vel ſcrupulos quatuor; in infuſo autem adminiſtratum, atque cum alijs aſcendit ad dragmas duas. Simplex autem quamuis rarò ſolum, nihilominùs à dragma vna vſque ad duas dati poteſt: infuſi verò doſis eſt à dragmis duabus vſque ad quatuor, hæc eſt ſententia Meſue. Aëtius dragmas duas cum oxymelle, vel melicrato propinat. Sed Dioſcorides modò obolos duos, modò tres, modò dragmam vnam, modò duas exhibet pro viribus, ætate, & morbi ratione, nunc ex aqua, nunc ex vino, his vel aceto multo, alijs quoque ex aqua mulſa. G

Inter alia medicamenta, quæ ſolent expurgare pituitam, eſt turbith, ſeu turpet, & turpetum, quæ voces videntur potiùs barbaræ, & à poſterioribus Medicis effictæ pro radice quadam purgatoria, & interdum pro planta. Arabes, & officinæ turbith, poſteriores Græci turpetum dicunt, noſtræ ætatis Medici, & officinæ, quæ à barbaris deſciuerunt, turbith dictum eſſe putant à vehementi, quam habet in mouenda aluo turbatione, ſed huiuſmodi voces in nullis Authoribus Græcis, aut Latinis vetuſtioribus leguntur.

Cætetùm tam controuerſæ, tamque diſſidentes ſunt de turbith ſcriptorum ſententiæ, vt non facilè ſit, quod verum eſt ſtatuere. Meſſanenſes Pharmacopæi celebriores oſtendunt radicem ſatis duram magnitudine, & craſſitie digiti vnius maioris, quæ diuiſa in duas partes ſecundùm longitudinem, cauitatem præfert canalis in modum: intus alba eſt, extra verò cineritio colore prædita. Ferunt tamen Medicos, & pharmacopæos Catanenſes radicem quandam in vſum habere, quam dicunt eſſe verum turbith, hæcque radix tota alba eſt, gummoſa, & leuis. De turpeti genere ſcribit Matthiolus lib. 4. in Dioſcoridem cap. 130. dicens, quòd in turpeti genere præſtat album ex orientali plaga allatum. reſinoſum, minimè carioſum: ſed quidquid ſit de re tam ambigua, ac controuerſa, de qua aliud determinari non poteſt niſi quod ſit radix quædam. Et licet Arabes, ac Græci in eo deſcribendo diſſentiant inter ſe; omnes tamen eaſdem ferè vires illi attribuunt, vt ex eorum ſcriptis licet deprehendere, parique menſura ipſum fere exhibent. Serapion, & Meſue contritum bibendum offerunt à H

dragma

A dragma vna vſque ad dragmas duas:in decoctionibus verò vſque ad dragmas quatuor. Noſtris verò temporibus datur in ſubſtanta à dragma vna ad dragmas duas, quamuis etiam contingat ipſum ad dragmam vnam operari;in decocto verò à dragmis duabus ad vnciam ſemis quamuis hoc modo, vt plurimùm detur cum alijs, ſed quoniam ventriculum,& totum corpus turbat, tardeq́ue operatur, ſolet corrigi acribus, & odoratis, vt maſtiche, zingibere, pipere albo, & gallia moſchata.

Colocynthis græcè, latinè agreſtis cucurbita, & cucurbitula ſylueſtris, vulgò autem omnibus officinis Coloquintida corruptè appellatur, quo nomine apud omnes notiſſima eſt,& peculiare antiquorum pharmacum indicat, cui tanta ineſt amaritudo,vt ſolo illius audito nomine amaritudinem omnes concipiant: at quamuis eius appellatione propriè intelligatur tota planta, in medicina tamen accipitur pro ſolo fructu. Arabes ſcribunt plantam eſſe fel terræ, & necem plantarum, eò quòd vicinas plantas ſua venenoſitate, & ingenti amaritudine enecet, adeoq́ue violenta eſt, vt ſolo interdum tactu, ac etiam odore abundè, & cum magna perturbatione ventrem quibuſdam B deijciat, vnde vehementiſſimum, & valde perturbans medicamentum à quibuſdam cenſetur, quapropter noſtræ ætatis Medici non pauci monent ea vtendum minimè eſſe, quamuis antiquiſſimi Græci ea ſæpè vſi fuerint. Colocynthidis porrò medulla ab Aëtio eligenda eſt alba,& mollis,ſiccior verò, & nigricans, tanquam mala abijcienda.

Sed quamuis rarò contingat, præſertim noſtris temporibus, vt quis ea ſola vtatur, nihilominus apud Meſuem doſis ipſius eſt decem ceratia. Paulus dragmam integram dare non veretur,quæ eiuſdem ſētētia pendet ceratia decem,& octo. Ab Aëtio datur colocynthidis medulla ſcrupulorū duorum pondere,cum duobus cyathis mulſę:imbecillibus tamē,inquit,ſcrupulus ſufficit: quatuor obulis ſumpta purgat Dioſcoridi melle cocto myrrha & nitro excepta,atque in catapotiū coacta. Quamuis Medici noſtrates, aut rarò,aut nunquā vtantur colocynthide ſola;memini me tamen aliquos pulpam eius viridem accepiſſe, & infudiſſe ad pondus vnius dragmæ, & plus, in vncijs quatuor vini albi, optimi, generoſi plus minuſue, quibus aſſumptis ſine aliquo detrimento commodè purgabantur.Scribit Coſtæus commentario ſupra textum Meſues de colo- C cynthide agnouiſſe,empiricos quoſdam quatuor exhibuiſſe ſcrupulos colocynthidos nulla ſubſequuta noxa. Cæſar Claudinus eam ipſam exiccatam in puluerem redigit,& ſucco roſarum ter irroratam,& iterum vmbra exiccatam exhibet ad grana duodecim, vel quindecim ſelici cum ſucceſſu. Verùm Medici communiter ea non vtuntur,niſi trochiſcata fuerit ſub nomine trochiſcorum albandal comprehenſa, qui in frequētiſſimo ſunt vſu, quorum ex ſententia Meſue hæc eſt deſcriptio.

℞. *Pulpa colocynthidos alba, & leuis à ſeminibus purgata dragmas* x. *forficibus incidantur, & fricentur cum olei roſati uncia* j.
& fac trochiſcos cum mucilagine ex tragacanthi.
Gummi.
Bdellij ana drag. vj.

In aqua roſarum per dies quatuor maceratis,deinde ſicca in vmbra, tere curiosè, & cum eadem mucilagine forma rurſus trochiſcos, & utere.

Circa tamen horum trochiſcorum compoſitionem magna eſt lis, & cōtrouerſia in- D ter Medicos;nam nonnulli cōtextus Meſues, vbi dicitur colocynthidis dragmæ decē, legunt vncias decem,inter quos eſt Mercurialis,qui putat accipiendas eſſe vncias,duabus rationibus, vna quia ſi dragmæ tantùm caperentur, maior eſſet copia correctiuorum ipſa baſi; minor enim quantitas corrigentium eſſe debet, quàm baſis, altera ratio eſt huiuſmodi: trochiſci tantùm facti ſunt ad corrigendam acrimoniam colocynthidis; nam vt habeatur colocynthis alterata, & caſtigata, inuentus eſt hic modus componendi eam; nam gummata ingrediuntur infuſionem, vt lentore acrimoniam colocynthidis retundant; quare ſi accipiamus dragmas, & non vncias, tanta erit copia gummatum, vt non modò corrigat colocynthidem, ſed eius vim planè deſtruat;quare non eſt permittēdum,vt quiſque pharmacopolarum nobis perſuadeat in componendis his trochiſcis eſſe capiendas dragmas, & non vncias.

Secundùm hanc Mercurialis opinionem multa ſunt antidotaria, quæ deſcribunt hos trochiſcos cum compoſitione vnciarum,non dragmarum,vt eſt antidotarium Bo-

Digitized by Google

nonienſe, vt ab eo exordiar, quod nuper caſtigatum eſt: hos trociſchos componit ad B huuc modum.

℞. *Pulpa colocynthidos vncias.* x.
Incidatur minutiſſimè, & fricetur cum olei
Roſati vncia vna, deinde ſume
Tragacanthi.
Gummi arabici.
Bdellij. ana. drag. ſex.

Macerentur hæc in aqua roſacea per dies quatuor, donec liqueſiant, & diſſoluantur, denique cum parte reſolutarum lachrymarum formentur ex prædictis trochiſci, qui fricentur, & cum fuerint ficti, contundantur minutiſſimè, & rurſum formentur trochiſci cum reliquo diluto lachrymarum, atque reponantur.

Eadem ratione deſcribuntur in Antidotario Romano, Auguſtano. Bergomenſi, Neapolitano Decij Fortis, & in eo, quod luminare maius inſcribitur: ita etiam deſcribuntur à Caleſtano, à Valerio Cordo, & à Ioanne Renodæo. F

E contra verò per dragmas deſcribuntur ab VVeckero in ſuo magno antidotario, quamuis in aliquibus antidotarijs ſub nomine eiuſdem per dragmas componantur. Apud Meſuem deſcribuntur in nonnullis codicibus per dragmas, & in alijs per vncias. Burgarutius in ſua pharmacopæa hos trochiſcos per dragmas fieri docet, reprehenditque Manlium, & Caleſtanum, qui deſcripſerint per vncias, quamuis nulla probabili ratione. Sunt etiam, & alij, qui eiuſdem ſunt opinionis, vt componantur per dragmas, & non per vncias, quemadmodum fuit Braſauola Ferrarienſis, quod etiam apparet in Pharmacopæa Florentina, itaque huiuſmodi trochiſcorũ deſcriptio non eſt omnibus eadem; nihilominus in hanc venio ſententiam, vt rectiùs ſentire eos putem, qui eam compoſitionem per vncias, quàm qui per dragmas aſſignant; nam poſtpoſita Mercurialis ratione de maiori, & minori doſi, & quantitate correctiuorum, quæ non ſemper vera eſt in omnibus medicamentorum compoſitionibus, moueor duplici argumento: primùm quia huiuſmodi trochiſci ab authore facti ſunt purgandi cauſa, ſi ponamus dragmas decem colocynthidis, in vncijs duabus cum dragmis duabus correcti- G uorum, tota facultas purgandi ipſius colocynthidis maximè debilitatur, quare nec trochiſci erunt, quantum opus eſt, ſolutiui, quod demonſtro ex doſibus vtriuſque compoſitionis: primò enim ea, quæ aſſumit dragmas, pro quouis ſcrupulo accipit tantùm grana ſeptem cum dimidio colocynthidos, & duodecim cum dimidio correctiui plus minuſue, à quibus deſtruitur facultas ipſius colocynthidis, nec ad purgãdum quicquam valebit, & ſi in maiori doſi offeratur, ſemper habebit cum ſuis correctiuis proportionem eandem. Quæ verò vncias aſſumit pro quouis ſcrupulo erunt grana quindecim colocynthidis, & grana quinque correctiuorum: hinc fit, & redditur in parua mole aſſumpta ad purgandum elegans; erit enim magnæ efficaciæ, & paruæ molis. Si igitur vnciæ ſint decem, & ea ratione componantur trochiſci, vt in noſtro Bononienſi Antidotario, & in alijs iam dictis, ex illis tribus gummi ſimul infuſis in aqua roſarum per tres, aut quatuor dies auferetur ſatis malignitas colocynthidis, facultate purgatoria tota remanente, inde ex pauca horum gummatum quantitate, & colocynthide dicta fiet purgatio debita, imò præclariùs purgabit, quàm dragma vna alterius compoſitio- H nis, quod experientia ſatis in dies demonſtrat. Caleſtanus, qui fuit optimus pharmacopæus, licet vtramque compoſitionem parauerit, meliorem tamen ſemper reperiſſe eam, quæ accipit vncias, teſtatur.

Ex dictis igitur infero textum Meſuæ depravatum eſſe, & loco dragmarum debere poni vncias, vt apparet in margine ſcriptum eſſe. Huiuſmodi trochiſci mirificè proficiunt in educenda materia pituitoſa à capite potiſſimùm, neque tamen ijs vtendum ſolis, niſi magna vrgente neceſſitate, ſed ſemper adiungantur alijs medicamentis: doſiſque ſit à ſemiſcrupulo ad ſcrupulum vnum cum alijs medicamentis, vt dixi. Claudinum equidem hac in parte laudare nequeo, qui recipit vtramque deſcriptionem, & præcipit doſim illius, quæ ſit cum dragmis eſſe ad dragmam ſemis, alterius verò eſſe ad grana duodecim, imò ait, quòd oportet, vt pharmacopæi vtramque compoſitionem paratam habeant; nam præter quod multiplicatio hæc ſit moleſta, ſatiùs eſt ea

vti,

A vti, quæ in pauca quantitate facultatem magnam habet, quàm ea, quæ magnæ molis
eſt, & paucæ virtutis, cùm præſertim debeat extrahere à longinquis partibus pituitam
craſſam, habita tamen non modò excrementorum, ſed corporum ratione, & aliarum
circumſtantiarum, quæ à prudenti Medico obſeruari ſolent.

Hermodactylus quoque eſt medicamentum, quod maximè valet ad educendam
pituitam, illudque ad verbum interpretatur Mercurij digitus, quod digitorum formam,
& imsginem quandam referat, quo nomine etiam pentaphyllon Dioſcorides appel-
lauit. Radix eſt herbæ montanæ, vt inquit Meſues, & alius eſt longus ſicut digitus,
alius rotundus. Melior ex his duobus eſt, qui eſt albus, & veræ albedinis intus, & extra,
& facultatem habet educendi materiam pituitoſam, ſeu, vt loquitur Meſue, phlegma
craſſum à iuncturis propriè. Doſis ipſius ex Meſue eſt ab aureo vno vſque ad duos,
communiter datur puluerizatus ad dragmam vnam ex iure, ſed raro admodum: in de-
cocto, & infuſo ſimul cum alijs purgantibus ad dragmas duas, tres, aut quatuor. Verùm
interiùs vellicat, & grsuem ſtomacho extenuationem affert, & tardè etiam operatur,
B atque ideo corrigitur ſtomachicis, carminantibus, msſtiche, cymino, zingibere, ac pi-
pere, & hæc de medicamentis ſimplicibus purgantibus pituitam.

Sunt modò conſideranda ea, quæ compoſita dicuntur, inter quæ primò occurrit
examinandum diaphœnicon, ſeu electuarium de dactylis, quod in communiſſimo eſt
vſu in febribus compoſitis, & diuturnis: bilem flauam, & pituitam educit, doloris co-
licis, & ventriculi, & alijs malis ex crudo humore ortis mirificè confert.

Diacarthamum Nicolai Florentini eſt inuentum, prodeſt ad euacuãdam choleram,
& phlegma, datur ab vncia ſemis ad ſex dragmas, & aliquando ad vnciam integram.
Electuarium indum maius Meſue, & electuarium indum minus eiuſdem, primum
excrementa humorum, & maximè pituitoſorum à ventriculo, ac alijs nutritorijs in-
ſtrumentis educit, flatus diſſoluit, & mala hinc nata, veluti inflationem ventriculi, co-
licos etiam, & renum dolores ſanat: ſecundum verò, id eſt electuarium indum minus
pituitam, & flauam bilem euacuat, valentiùs tamen pituitam, doſis vtriuſque eſt à
dragmis duabus vſque ad drag. quinque & aliquando ad ſex. Electuarium eleſcoph,
C vel vt nonnulli dicunt Epiſcopi, eſt compoſitio Meſue bilem flauam, & pituitam edu-
cit, flatus quoque expellit, doloribus articulorum, laterisque prodeſt, item colicis cru-
ciatibus, purgat etiam renes, & veſicam: datur à dragmis tribus ad drag. ſex, vſque ad
vnciam. Huiuſmodi medicamentum ſolet aſſeruari in officinis, tum ſub forma electua-
rij, tum ſub forma ſpecierum, quæ ſpecies cùm plurimùm gratiſſimæ ſint, dari poſ-
ſunt ex iure, ex vino, ex aliqua aqua ſtillatitia, per ſe ad dragmam vnam, & ſemis, &
cum alijs rebus ad ſcrup. duos, in communiſſimo eſt vſu tum pro ſanandis doloribus
colicis, & nephriticis, tum pro diſcutiendis flatibus. Soleo ego frequentiſſimè vti ſolo
in iure aſſumpto pro diſcutiendis flatibus exiſtentibus in ventre inferiori, & hoc felici
cum ſucceſſu. Benedicta laxatiua adſcripta Nicolao præpoſito humores pituitoſos po-
tiſſimùm ad articulos decumbentes elicit: à renibus quoque, & veſica purgat, doſis eſt à
drag. tribus ad drag. ſex, vſque ad vnciam. Diaturbith eſt in duplici differentia: aliud
maius, aliud minus dicitur, & Zezzaris, primum diaturbith cum rhabarbaro Mon-
tagnanæ, vel carob cum rhabarbaro appellatur, & à quibuſdam confectio delecta-
D bilis, vtrumque educit bilem vtramque, & pituitam, ſed minus educit pituitam eam
præſertim, quæ ventriculo hæret, doſis maioris eſt ab vncia ſemis ad vnciam vnam,
minoris verò à dragmis tribus ad ſex.

Succedunt modò compoſitiones medicamentorum, quæ ab antiquis ſacræ, ac
magnæ dictæ ſunt ob magnos effectus, quos in Medicina faciunt, de quibus Ioannes
Renodæus ſcriptum reliquit: *nihil æquè confuſum eſſe in diſpenſarijs pharmacopæorum ac
ſit hierarum deſcriptio, quia quiſque ad libitum variè eas nominat, & immutat; eandem
enim ſæpe triplici nomenclatura deſignatam videmus, vt apparet in illa, quæ modò hiera
Pachij, modò Archigenis, modò Ruphi, modò etiam diacolocynthidos nominatur. Atqui ali-
quando tres multùm inter ſe differentes, eadem voce deſignatas comperimus, vt hieram dia-
colocynthidos, quæ alio modo à Meſue, alio à Nicolao Myrepſio, alio à Fernelio deſcribuntur.
His verò omnibus hieram Pachij præferimus, vt meliorem, quam magiſtralem nuncupamus;
ſic enim ab illius baſi, & virium præſtantia optima ratione nominatur, & qui hanc habebis,*

alijs

alijs omnibus abſtinere, quæ colocynthidem capiunt, à veteribus deſcriptis, facilè poterit: B
hæc Renodæus, qui in ſuo antidotario non niſi hierarum deſcriptiones quatuor, pro-
bat, vna eſt hieræ picræ, altera hieræ picræ cum agarico, tertia hiera Pachij Scribonij,
quarta hiera diacolocinthidos magiſtralis; verùm quia in Antidotario Bononienſi plu-
res quàm quatuor proponuntur, eas omnes hic deſcribere volui, vt vnuſquiſque qua-
libet ex ijs pro arbitrio, & neceſſitate vti poſſit.

Et primùm hiera picra, quę duplex eſt, vna ſimplex Galeno adſcripta diaaloë appel-
lata, alia compoſita cum agarico: ambæ eaſdem facultates habent; nam ſuccos putri-
dos tunicis ventriculi hærentes, alui excrementa mediocriter mouent, & mulieribus,
quæ probè non purgantur, proficiunt, verùm cum hac differentia, quia picra ſimplex
ſi elota fuerit, minùs purgat, & ventriculum magis corroborat, è contra non elota
magis purgat, minùs corroborat: compoſita verò pituitam magis educit, doſis vtriuſ-
que eſt ad vnciam ſemis. Hiera picra compoſita Nicolai Alexandrini quamuis clyſteri-
bus immittatur, per os etiã exhibetur, ſtomachum purgat optimè, affectiones hepatis
emendat, renibus, & veſicę prodeſt, & matricis intemperiem corrigit: doſis ipſius eſt à F
duabus dragmis ad dragmas tres per os aſſumpta, pro clyſtere verò duplicatur doſis.
Hiera logadij duplex eſt, vna Aëtio adſcripta, altera Nicolao Alexandrino, eandem
facultatem habent; faciunt enim ad diuturnas paſſiones, melancholicas, epilepſias,
vertigines, & hemicraneas. Doſis eſt à dragmis duabus ad vnciam ſemis. Hiera diaco-
locynthidos à Meſue deſcripta mundificat caput, ſtomachum, & totum corpus ab hu-
moribus craſſis; doſis eſt à dragma vna ad dragmas tres.

Hiera Hermetis, quę & hiera Luph dicitur à Meſue deſcripta, cõfert dolori capitis,
vertigini, epilepſie, paralyſi, dolori colico, & nephritico, ſed hæc non datur, niſi poſt
ſex menſes: doſis eſt à dragma vna ad duas. Hiera Archigenis Auicennæ, 5. canone
trac. 2. & Meſue confert affectibus melancholicis, & ex pituita craſſa enatis, vt ſupe-
rior. Sed prodeſt morſis à cane rabido: doſis eſt ad dragmas quinque. Hiera Paccij,
aliàs Paccij ſtomachum reficit, & confirmat ex ſententia Doctorum Collegij Bono-
nienſis, vt apparet in dicto ſuo Antidotario, ſanat epilepticos, furioſos, ſcotomaticos,
cephalalgicos, & alios prauos affectus. In vſu eſt duobus modis, nempe aut in puluere, G
aut in electuario, quemadmodum etiam omnes aliæ: doſis pulueris, ſeu ſpecierum eſt à
ſcrupulo medio ad duos, electuarij verò à dragmis duabus ad dragmas quinque, & hęc
de medicamentis purgantibus pituitam, tam ſimplicibus, quàm compoſitis, quæ apud
omnes ſunt in vſu.

Poſt hæc ſuccedunt melanogoga, ſeu melancholiam educentia. Horum medica-
mentorum non ſecus atque dictum eſt in ſuperioribus, quædam ſunt ſimplicia, quædã
compoſita: quòd attinet ad ſimplicia, ſunt in primis myrobalani indi, ſena, polypo-
dium quercinum, epithymum, & elleborũ nigrum, inter vehementia eſt lapis armenus,
& lapis lazuli, alias cyaneus, & ſtellatus. Compoſita ſunt confectio hamech, diaprunum
ſolutiuum, pilulæ de fumaria, pilulæ indæ, pilulæ cochiæ cum elleboro, pilulæ de la-
pide lazuli, pilulæ de lapide armeno, pilulæ de nitro, pilulæ de elleboro. Videndum
modò nobis eſt, & breuiter, quid vnum quodque ſit, & quis ſit ipſius rectus vſus, de
myrobalanis hic nihil dicendum, cùm ſupra ſatis ſit dictum.

Sena planta eſt, quam lingua ſua vernacula Mauritani ſene vocitant. Collutella H
Theophraſti, putatur Ruellio arbor quædam magnitudine præſtans, folio ſœno græco
non diſſimilis fructũ ferens in ſiliqua magnitudine lentis, qui mirum in modum oues
ſaginat, melior pars plantæ eius eſt folliculus, deinde ſolia. Educit cum facilitate me-
lancholiam, & choleram aduſtam, & mundificat cerebrum, cor, hepar, & ſplenem.
Meſue authore capite 15. ſimpl. vſus ipſius eſt diuerſus; nam reducitur in puluerem, &
etiã abſque puluere infunditur, vel etiam decoquitur: ſi in puluerẽ reducitur, duæ apud
Montagnanam reperiuntur differentiæ ſenæ, vna eſt, quæ dicitur Montagnanæ ſim-
plex, altera magiſtralis: prima ſoluit ventrẽ, & caput purgat: ſit autem adhunc modum.

℞. *Foliorum ſenæ electæ. drag.* xij.
Zingiberis.
Macis. ana drag. iij.
Cinnamomi.

Tartari.

Digitized by Google

A *Tartari. ana drag. j. & ß.*
Fiat puluis ſubtilis, & ad vſum ſeruetur.

Puluis verò ſenæ magiſtralis, qui antiquas ægritudines, vitioſos humores, & melancholicos educit, valet etiam ad dolores articulorum, & ad luem veneream, componitur ad hunc modum.

℞. *Sena electa.*
Tartari albi ana. vnc. ij.
Cinnamomi.
Caryophyllorum.
Galanga.
Diagridij. ana drag. iij.
Fiat puluis ſubtiliſſimus.

Doſis huius eſt ad drag. iiij. cum vino, aut cum iure, ſi infundatur: at ſola aſcendit eius doſis ad drag. vj. corrigitur cum cinnamomo, vel aniſis, & paſſulis, ſolet etiam B abſque corrigentibus infundi, & macerari in vino albo, hoc modo.

℞. *fol. ſena electorũ, & purgatorũ ad vnciam ß. infunde in libra vna vini albi optimi vſq; ad vigintiquatuor horas in fine infuſionis bulliat vnico feruore, coletur, & ſeruetur pro potu*, quo genere potus multoties ſum vſus, & præſertim cum Illuſtriſſimo Cardinali Sega; hic enim nunquam alui beneficium habere poterat, niſi medijs auxilijs medicis, igitur inter alia propinabam huiuſmodi vinum, cuius in prima menſa poſt primam commeſtionem bibebat ad vncias quatuor aqua lymphatum, non modò cum tolerantia, ſed cum notabili cõferentia, & iuuamento, & cùm in die alimentũ ſemel tantùm caperet, nempe in cœna, poſt aſſumptionẽ huius vini alimentorũ refectionẽ accipiebat bibebatque bis, & ter, ſed aliud vinũ, & moderatè quidem. Mane deinde bis, aut ter aluum huius vini beneficio exonerabat. Solet quandoq; ad hunc modũ idem vinũ pręparari.

℞. *foliorum ſena optimè expurgatorum vnciam vnam infunde, vt ſupra, & ebulli in fine coctionis vnico feruore, adde modicum cinnamomi integri, coletur, & in colato infunde pruna damaſcena, bulliantque vſque ad perfectam eorum coctionem, qua eſt quando* C *perfectè intumeſcunt, deinde reponantur in aliquod vas cum ſaccharo quantum ſufficit.* Pruna hoc modo præparata tam ſanis, quàm ægrotis duram, & difficilem aluum habentibus in principio paſtus offerri poſſunt ad numerum octo, vel decem, vel duodecim pro varia corporis complexione, ætate, & habitu; ſoluunt enim moderatè aluum, & abſque vllo detrimento: capiuntur etiam facilè, quia palato gratiſſimæ, & iucundiſſimæ ſunt, nec ſine magna accipientium vtilitate. Et quamuis ſena ſuapte natura ſit flatulenta, & torminoſa, egeatque correctiuis, vbi tamen ebullitur cum vino ab ipſo ſatis corrigitur, nec aliquo modo inducit flatus, quare non eget alio correctiuo.

Subſequitur polypodium quercinum ſupra propoſitum, quod & filicula appellatur, herbula quædam eſt, in muſcoſis petris, & vetuſtis quercuum maximè caudicibus, id eſt truncis, naſcens palmi altitudine, folio filici ſimilis. Sola eius radix in vſu eſt, purgandi naturam habet, præſertim in gallinaceo iure, vel ptiſanæ cremore, vel cum beta, aut cum malua decocta. Illud melius, & efficacius eſt, quod in vetuſtis arboribus, & maximè montanis quercubus naſcitur, quàm quod in petris inuenitur. Huiuſmodi D radix virtutem purgatoriam habere omnes authores conſentiunt, verùm quem humorem educat non omnium eadem eſt ſententia; nam Dioſcorides ſcribit bilem, & pituitam attrahere, Meſue bilem atram, Aëtius verò tam bilem nigram, quàm pituitam educere ſcribit. Puto equidem educere poſſe hos humores bilem, & pituitam, ſed primò, vt dicit Meſue, educere choleram nigram, deinde pituitam, quare nulla eſt controuerſia inter hos authores. Addit Meſue materias craſſas à iuncturis trahere, conferreque melancholicis febribus: vſus ipſius ſolius eſt in decoctionibus, doſiſque eſt ſecundùm Meſuem à dragmis duabus ad aureos quatuor; in ſubſtantia aſcendit aliquando eius doſis ad vnciam vnam, aliquando ad dragmas decem. Sunt aliqui, qui hanc radicem recentem benè lotam in ſubſtantia concedunt ſub forma acetarij patientibus delicatis, at primò eam modicè contundunt, & cum oleo, & aceto roſato parant acetariũ, quod concedunt ad dragmas duas, aut tres, aut etiam ad vnciam ſemis. Huius infuſio ſimul cum ſena in aqua, vel etiam in ſero ad vncias ſex accepta ſimul

cum modico cinnamomi, & zingiberis educit humorem melancholicum. E

Inter educentia bilem atram, ſeu melancholiam ponitur epithymum, quod dicitur, & epithymus: naſcitur in herba quadam, quam thymum appellant. Illud ſibi peculiare adſciuit epithymum (docente Meſne) quod valentiùs cæteris medicamentis atram bilem excernit, facileq́ue, & citra aliquam moleſtiam. Efficax præterea eſt ad morbos cerebri, nempe melancholiam epilepſiam, diuturnos capitis dolores, aliaſq́ue atrabilares ægritudines, Gal. lib. 6. ſimpl. medicamentorum ſic de epithymo loquutus eſt: *epithymũ thymi facultatẽ habet ad omne, efficaciùs exiccat, & excalfacit ordine tertio.* Epithymũ Cretenſe præfertur ſubruſum, & acuti odoris, doſis ipſius infuſi, ſeu macerati offerri poteſt ab vncia vna vſque ad duas. In ſubſtãtia vſurpatũ datur ad dragmã vnam: in infuſione cum alijs permiſtũ, infunditur in ſerum ad dragmas duas, vel ad vnciã ſemis.

Inter ſimplicia medicamenta educentia melancholicam proponitur elleborum Latinis veratrum dictum. Græci elleborum appellari volunt, quòd cibum corporis eripiat: huius duplex genus ſtatuunt, candidum, & nigrum. Porrò Latini veratrum ideo appellari putant, quòd mentem auertat. Scribit Meſue illud eligendum propriè eſſe, F
cuius ſapor acutus eſt, mordicans guſtum, & colorem habet illius herbæ, quæ aſarum appellatur, ſitq́ue frangibile, moderatum inter craſſitiem, & tenuitatem, atque aſperitate careat. Album rarò eſt in vſu, nigrum frequentiùs apud nos vſurpatur, & Dioſcorides eligit carnoſiſſimum, hoc eſt maximè corpulentum, & plenum medulla tenui; facultas ipſius eſt atram bilem à corpore vniuerſo abſq́ue labore per aluum educere. Aduerte, radix tantummodò eſt in vſu, ſed præparata, præparatur autem in Antidotario Bononienſi ad hunc modum:

Radices ellebori nigri exempta lignoſa medulla macerantur biduò in calido ſucco cydoniorum, deinde exiccata, infigantur tanquam clauiculi in integrum pomum cydonij crudũ frumentacia paſta craſſiori obductum, coquatur in clibano, donec paſta ſit percocta refrigerato pomo exempta radices, & exiccata reponantur in loco ſicco: durant per biduum.

Radix huiuſmodi ita præparata, & in puluerem redacta, deinde ſucco roſarum irrorata, & in vmbra exiccata conceditur ad ſcrupulum ſemis, aliquando ad grana quindecim, nonnunquam ad ſcrupulum. Quòd ſi eadem radix infundatur, & per ſe vſurpetur, G
poteſt exhiberi à dragmis duabus vſque ad dragmas tres, ſi verò cum alijs aſſumatur, non excedit doſim dragmæ vnius, & ſemis; illius enim purgatio tantæ efficaciæ eſt, vt apud antiquos ſcripſerit Herophilus id fortiſſimo Duci eſſe æquiparandum; nam concitatis intus omnibus in primis exit, ideoq́ue antiquos errauiſſe putat parciùs id præbentes, cum eò celeriùs erumpat, quò largiùs exhibetur. Sed Herophili ſententia nec Matthiolo placet, nec noſtræ ætatis Medicis, quòd pluribus damnari, & explodi poſſet, ſed hæc ſunt extra inſtitutum noſtrum, quod eſt afferre ea tantùm medicamenta, quæ in communi vſu ſunt.

Succedit pro educenda melancholia lapis armenius ita dictus, quòd eum ſola Armenia mittat: pharmacopolæ virides quoſdam lapides pro armenio oſtendunt, cùm tamen re vera huiuſmodi lapis cum lapide cyaneo, ſeu cæruleo, quem officinæ lapidem lazuli appellãt, non colore modò, ſed viribus etiam plurimùm conſpiret. Hic lapis armenius colorem habet viridem in cyaneum vergentem, proinde ipſo pictores pro cyaneo, hoc eſt, cæruleo vtuntur, ſed colorem illum, qui exquiſitiſſimè cæruleus eſt, H
vulgus *azurro oltramarino* appellat: optandus tamen magis eſt armenius lapis, quàm cyaneus, quòd vires habeat paulò fortiores. Ille lapis armenius à Dioſcoride præfertur, qui leuis eſt, colore cæruleo, perquàm equabilis, hoc eſt planiſſimus, calculorum expers, & friabilis. Plinius optimum dicit eſſe, qui maximè communicat colore cum cæruleo; Alexander Trallianus, vbi cætera defuerint, lapidem hunc melancholia affectis exhibet, quem & præſtare aſſerit elleboro albo, non ſolùm quia efficacior, ſed etiam quia abſque moleſtia, & periculo expurgat. Doſis eſt ſecundùm Aëtium ad ſcrupulos quatuor, ſed cùm huiuſmodi lapis abluatur, vel non abluatur, hinc lotus, ſeu illotus dicitur: illoti Alexander offert tres, vel quatuor ſcrupulos; loti verò quinque, vel ſex: idẽ Alexander vult quinquagies ablui, Galeni ſententia eſt, vt toties lauetur, donec aqua pura ab omni ſorde videatur, omniq́ue ſapore medicamẽti careat, quod Galeni documentũ non peculiariter de hoc lapide tantùm à pharmacopolis accipiendũ eſt,

ſed

ſed in vniuerſum de quauis re lapidoſa, quæ ſit abluenda. Meſue ſcribit lapides huiuſmodi non loti doſim eſſe à dragma ſemis vſque ad ſexquidragmã; loti vero à dragma vna vſque ad dragmas duas, quãuis rarò contingat huiuſmodi lapidẽ ſolum eſſe in vſu.

Lapis ſtellatus quibuſdam dici putatur, eò quòd ſtellæ cuiuſdam in modum radiat, præſertim ſi Soli, aut alteri luci expoſitus fuerit, vel quòd ferro, vel alio lapide percuſſus, ignis, aut ſtellæ rutilantis modo ſcintillas emittat. Huiuſmodi lapidis Meſue duas facit ſpecies; altera, quæ ab ipſo, & ab alijs ſuæ factionis ſcriptoribus (*marchaſita*) dicitur, altera lapis lazuli, quod nomen apud vulgus remanſit in hunc vſque diem. Habetur hodie in officinis, & aliquando punctis aureis interſtinctus inuenitur, aureumque colorem intra ſe abſconditum tegit, cuius doſis Meſue eſt à dragma vna vſque ad duas, & ſemis, & hæc de iſtis lapidibus duobus educentibus melancholiam.

Sequuntur modò medicamenta compoſita, quorum quædam ſunt ſub forma electuariorum, alia ſub forma pilularum, inter ea primò occurrit confectio hamech tam diuulgata in duplici exiſtens differentia, maior vna, altera minor: vtraque impetigini, ſcabiei, elephantiæ, & cancro ſuccurit, & omni fœditati cutis à bilioſis, & aduſtis humoribus procreatæ conuenit: doſis eſt ab vncia ſemis ad vnciam vnam. Eſt & diaſena, quæ & ipſa eſt in duplici differentia; vna adſcripta Rhaſi, & in officinis paratur, cùm ſit in communi vſu; altera verò Nicolaò Mirepſio adſcribitur; vtraque ſuccurrit melancholicis, mania, quartana, triſtitia affectis, lienoſis, & omnibus malis ex atra bile procreatis: doſis vtriuſque eſt ab vncia ſemis ad vnciam vnam, & dragmas decem. Inter alia medicamẽta eleganter, & ſecundùm artem compoſita ad affectus melancholicos egregia eſt illa compoſitio, quæ à Ioanne Renodæo deſcribitur, quam appellat Diabalzemer, ſeu electuarium Sennatum; Arabes enim ſenam albalzemer vocant, & quia in hac compoſitione baſis eſt ſena, hoc nomine inſigniuit compoſitionem, placuit hoc in loco eam transſcribere ob eius elegantem compoſitionem.

℞. *Radicis cichorij.*	*Ceterach.*
Bugloſſi.	*Cuſcuta.*
Polypodij querni.	*Artemiſia.*
C *Cort. radicis capparis*	*Fumaria.*
Graminis.	*Agrimonij.*
Glycyrrhiza. ana vnciam ſemis.	*Betonica.*
Paſſular. Coryntbi. drag. vj.	*Meliſſa.*
Adianthi.	*Florum geneſta.*
Hemionitidis.	*Violarum. ana man. ſemis.*

Coquantur in aqua ſufficienti, in colatura ad libras tres infunde, & coque.

Foliorum ſena vncias iiij.	*Ellebori nigri.*
Seminum dauci.	*Turpethi. ana vnciam. j. ß.*
Coriandri. ana vnciam j. & ß.	*Caryophyllorum drag.* ij.

Bulliant ad conſumpt. tertiæ partis; in colat. adde ſacchari lib. j. ſs. coquantur ſupra conſiſtentiam ſyrupi, cui miſce expreſſionem rhei in aqua chalibeata infuſi vnciã ſemis;

℞. *Senna puluerizata, vnc. ij.*	*Cortic. media fraxini. ana drag. ij.*
Lapidis lazuli præparati.	*Viſci quercini. drag. j. ß.*
D *Cinnamomi. ana vnc. ß.*	*Sem. agni caſti.*
Saſſafras. vnc. j.	*Nigella romana.*
Rad. peonia.	*Spica indica. ana drag. ij.*
Tamaricis.	*Anthos.*
Epithymi.	*Stæchados. ana drag. j.*
	Fiat electuarium.

In tractatu de medicamentis educentibus pituitam propoſitæ fuerunt multæ differentiæ hierarum, quæ non modò pituitam, ſed atram bilem, ſeu melancholiam educunt, inter alias extat hiera Logadij Nicolai Alexandrini, quæ magis ad humorem melancholicum extirpandum facit, quandoquidem ab Authore dicitur exterminare diuturnas paſſiones melancholicas, epilepſias, vertigines, hemicraneas: præſeruat etiam à lypothimia, paraliticis, & tremulis, cardiacis, pleuriticis, hepaticis, ſpleniticis ſubuenit; menſtrua elicit, nephriticos, arthriticos, iſchiadicos ſubleuat, venena, &

venenatas paſſiones, & lepras ſanat, doſis eſt à dragmis duabus vſque ad vnciam ſemis, B
hoc loci non ineptè numeratur ſyrupus de polypodio Auguſtini Niphi, & infuſio ſenæ
à Caleſtano deſcripta. Nota, quamuis medicamenta diſtinctè ponantur, alia ad edu-
cendam pituitam, alia ad melancholiam; nihilominus ita promiſcua ſunt, vt quæ apta
dicuntur ad pituitam educendam, viciſſim etiam videantur apta eſſe ad humores me-
lancholicos, vixque habentur alia à prædictis, quæ ſint apta educere humorem melan-
cholicum: conſiderandæ modò ſunt pilulæ.

Sequuntur pilulæ, de quibus ſupra, vbi egimus de medicamẽtis pituitam purgãtibus,
diximuſque compoſitionem hanc pilularum factam videri pro educendis humoribus
pituitoſis; nam ſi omnes compoſitiones earum contemplemur, tam à Meſue, quàm ab
alijs deſcriptas, comperiemus maiorem copiam diſpoſitam eſſe ad educendos humo-
res pituitoſos. Sunt tamen aliquæ, quæ bilem educunt, ſed paucæ, vt ſupra vidimus, &
aliæ, quæ ad melancholiam euacuandam aptiores videntur, inter quas ſunt pilulæ Haly
deſcriptæ à Meſue, quæ valent ad affectus melancholicos, cancrũ, elephantiam, alphos
nigros curatu difficiles, melancholiam morbum, & inde ortum timorem, & mœrorem, F
quartanam, icterum ſpleniticũ, & ſplenis dolorem. Doſis ipſarum à dragma vna vſque
ad duas eſt. Sunt & pilulæ, quæ dicuntur de lapide lazuli Meſue, valent ipſæ ad affectus
melancholicos ex bile vſta natos, doſis eſt ad drag. j. & ſemis. Pilulæ quoque de lapide
Armenio Meſue melancholiam, & bilem vſtam clementer euacuant, doſis eſt eadem
prorſus cum ſuperioribus: his accedit compoſitio pilularum de helleboro à Meſue de-
ſcripta, quæ valet ad affectus melancholicos, elephantiam, alphos nigros contumaces,
cancrum, & lepram, doſis earum eſt ad ſcrupulos quatuor, & vſque ad dragmã vnam;
& ſemis. Et iſthæc ſunt ea medicamenta, quæ pro tribus humoribus iam dictis in com-
muniſſimo ſunt vſu.

Modò deueniendum eſt, & breuiter quidem ad ea medicamẽta, quæ expurgant hu-
rem ſeroſum, ſeu aquoſum contentum non modò in abdomine, ſed in capacitate tho-
racis. Si in abdomine colligantur ſeroſi humores, generant illam ſpeciem hydropis,
quam aſcitem appellant, ſi in ſcroto, ſeu tunica exteriori ambiente vtrumque teſtem
appellatur à Græcis hydroceli, noſtrates dicunt herniam aquoſam. Medicamenta, quæ G
hos humores educunt à corpore noſtro hydragoga dicuntur, de quibus loquens Gale-
nus lib. de atra, bile cap. 6. dicebat tales humores, vt extra corpus ducantur, non egere
præparantibus. Medicamenta verò hanc aquam purgantia ſunt in duplici differentia,
alia ſimplicia, alia compoſita, non ſecus atque de alijs ſupra dictum fuit. Inter ſimplicia
ſunt ſoldanella vulgò dicta, quæ & braſſica marina appellatur, eſt radix cucumeris
agreſtis, ſemen ebuli præparati, aliqui ponunt mechioacam, & antimonium præpara-
tum, de quibus paulò poſt, radix Irios, in hoc cenſu etiam reponenda eſt. Compoſita
ſunt decocta ſoldanellæ, comarum ebuli, de cucumere agreſti, elaterium, pilulæ
de mezereo, & de elaterio.

Soldanella, ſeu braſſica marina eſt herba quædam in maritimis locis naſcens, con-
ſtans ramulis rubentibus, è quibus prodeunt folia hederæ in modum, guſtu ſalſa, &
amara, quæ vbi recens haberi poteſt, Gal. 5. de ſanitate tuenda capite 9. exprimitur,
& eius ſucus extrahitur, qui dari poteſt à dragma vna; hoc modo.

℞. *Succi ſoldanellæ expreſſi drag.* j. *cum ſpecierum aromatici roſati ſcrup.* j. *& infunde* H
in modico vini per totam noctem, exprime, & potandum concede, additur vinum, & ſpecies
aromatici roſati tanquam corrigentia; nam planta hæc ventriculo eſt infenſa; exicca-
tur etiam, & in puluerem redigitur, & datur ad dragmas duas cum ſcrupulo vno ſpe-
cierum aromatici roſati, pariter ex vino generoſo. Ad educendam aquam in abdomi-
ne ſoleo parare ſoldanellam ad hunc modum. Recipio dragmas duas ipſius ſoldanel-
læ, & totidem ſpecierum eleſcoph, & offero ægrotantibus cum vino, vel cum iure pulli,
& ſatis cum felici ſucceſſu.

Sambucus, & ebulus plantæ ſunt omnibus cognitæ, à radicibus vtriuſque extrahitur
per elambicum vitreum aqua clariſſima; doſis primæ, ideſt ſambuci ſit ad vncias tres:
ſummo mane accepta educit aquas abdomine contentas; idem præſtat ea ab ebulo
extracta, ſed in maiori doſi accepta, quæ & aſcitem, & tympanitẽ ſanata. Eadem aqua
ſambuci ad vncias quatuor cum duabus vncijs aquæ ebuli miſta accepta per qua-

A draginta dies aſcitem penitùs curat aquam extraducendo. Sunt, qui ex ebuli radicibus ſuccum eliciant, inſolentque, ſubinde & in paſtillos digerant, deinde in puluerem redigunt; doſis cuius eſt ad dragmas duas in vino accepta. Galenus lib. de ſimplicium medicam. facultatibus ſcribit eligenda eſſe ſemina ebuli nec acerba, nec omninò matura; deinde in vmbra exiccanda, poſtea in aqua vitæ optima per viginti quatuor horas maceranda, & rurſus in vmbra exiccanda, & tandem in puluerem redigenda, danturque in mulſa, aut in vino generoſo albo à dragma vna ad dragmas duas, ſed cum hac animaduerſione, quòd vinum, aut mulſa ſint in pauciſſima copia; nam vbi corpus repletum eſt aqua aquoſis, & fluuidis, quàm minimùm vtendum eſt.

Eſt & radix cucumeris ſylueſtris, aut aſinini, qui & erraticus dicitur, quamuis officinæ cucumerem aſininum vocent: hic fructu tantùm à ſatiuo diſtat, quem multò minorem habet, & glandibus longis ſibi ſimilem: ex ſucco ipſius fructus cucumeris ſylueſtris medicamentum conficitur, quod tum Græcis, tum Latinis elaterium vocatur, de quo paulò poſt. Puluis radicis huius cucumeris agreſtis ex ſententia Meſues 2. ſimplicium
B cap. 9. præparata datur cum liquoribus prædictis ad dragmam vnam: præparatur autem ad hunc modũ, diuiditur radix in taleolas, quæ deinde in filo appenſæ exiccantur in vmbra, tum macerantur in vino cretico, vel in aqua ardenti per viginti quatuor horas, ſiccanturque rurſus in vmbra, vt in puluerem redigi poſſint. Præparatur etiam & alio modo; nam vbi diuiſa fuerit in taleolas, & taleolæ fuerint exiccatæ, in puluerem rediguntur: puluis hic irroratur vino, vel aqua ardenti, deinde in vmbra exiccatur, & ita ſit ter, ac puluis ſeruatur pro vſu prædicto. Radix huiuſmodi ad vnciam vnam ebullita cum herbis emollientibus, in clyſtere mirificè prodeſt dolori coxendico.

Iris radice tantùm in Medicina commendatur, ſuamque appellationem retinuit in officinis, quamuis herbarij malint ipſam cæleſte lilium vocari: radices fundit geniculatas, ſolidas, odoratas, quæ ſimulatque fuerint in taleolas reciſæ, ſiue in orbe diſſectæ, quod fit veris tempore, ſiccantur in vmbra, mox filo traiectæ penſiles reconduntur. Scribit Ioannes Tagaultius in Gallia has taleolas funiculo traiectas lixiuio macerari ad exhauriendam ſucci vim, quò tinearum iniurijs, quibus ſunt obnoxiæ, minùs pateant,
C deſiccatas recondunt. Addit, quòd plerique ſic curatas in armarijs aſſeruant, vt ſuo per quàm iucundo odore veſtes commendent, additq; quòd quibus anima fœtet, maximè commendatur. Iris laudatiſſima ab Illyrico exit, pro Illyrica tamen, aut etiam Macedonica, Florentina hodie feliciter aſſumitur. Radix iridis Meſue præfertur candida, ruboris quodammodo particeps, grandiuſcula, dura, ſpiſſa, violam odore referens, ſapore acuto, & mordicante, & habens nodos breues, & collectos. Huiuſmodi radix in vſum reuocatur, vel ipſa ſola exiccata, vel ſuccus ex ea extractus: ſuccus autem aſſumi poteſt ad vnciam vnam, & etiam aliquãdo ad vnciam vnam, & ſemis, & vſque ad vncias duas pro vario corporis robore, doſis verò radicis in puluerem redactæ erit ſecundùm Meſues doctrinam à dragmis duabus vſque ad ſex. Dioſcorides dragmas ſex exhibet ex hydromelite: Paulus dicit ipſius obulos octo purgare, vt agaricũ, modò non ſit antiqua, aut perforata: ſunt etiam, qui putent eam ad dragmas duas cum melle aſſumptam aluum ſatis ſoluere.

Ex ſucco cucumeris ſylueſtris iam dicti medicamentum conficitur, quod tum Græ-
D cis, tum Latinis elaterium vocatur, modum autem conficiendi illud Dioſcorides effuſiſſimè explicuit hac ratione. Cucumeres, hoc eſt fructus cucumeris, ſimul atque tãguntur, exiliunt, & à pediculo proprio recedunt, eligendi ſunt, vbi decerpti fuerint à ſuo pediculo, per noctem integram ſeruandi, poſtero die rariorem cribrum ſuper craterem imponito, & cultellum ſupinum ita collocato, vt aciem ſurſum verſus habeat, deinde vtriſque manibus cucumeres ſingillatim prehendito, & ſingillatim etiã findito, mox per cribrum humorem in ſubiectum vas exprimito, carnoſas quoque partes, quæ cribro hæſerunt, atque offenſa ipſius cribri pexitate prohibentur effluere, elidito, identidemque opprimito, quod ita preſſum eſt, reſidere ſinito, atque in vicinam peluim demittito, coaceruata autem in cribro ſemina dulci aqua perfundito, ſubindeque comprimito, deinde ijs abiectis humorem, qui in peluim transfuſus inuenitur, conturbato, agitatouè adopertumque linteo ſoli exponito, vbi autem coierit, aquam omnem ſupernatantem cum ſpuma effundito, idque ſæpiùs facito, donec exiſtens

aqua

A *Radicis eſulæ præparatæ. ana vnc. j. ſemis.*
Zingiberis. drag. j.
Acori.
Calami aromatici. ana drag. j.
Mechoacan. vnc. ij.
Seminum ebuli. vnc. ſemis.
Seminis braſſicæ marinæ drag. iij.
Cinnamomi. drag. ij. Fiat electuarium.

Huius præclari electuarij doſis eſſe poteſt ab vncia vna ad dragmas decem, vel ad vnciã vnã, & ſemis, poſt cuius aſſumptionem poteſt offerri aliquod apozema, aut potiùs aliqua portio iuris pulli, ſed in pauca copia; nam quemadmodum dictum fuit ſuperiùs, vbi continetur aqua in corpore, quantum fieri poteſt, abſtinendum eſt à potionibus; illæ tamen, quæ fiunt ea decoctis ſummitatum ebuli, aut ſoldanellæ, ex aqua non erunt inutiles poſt aſſumptionem huius hydragogici medicamenti, ſi offerantur ad
B vncias tres, aut quatuor ad ſummum, & hæc de medicamentis compoſitis ſub forma electuariorum, & confectionum, reliquuntur pilulæ examinandæ.

Pilulæ de ſagapeno à quibuſdam inter hydagoga medicamenta ſcribuntur, cùm tamen ab authore Meſue non ſint compoſitæ ad hunc finem, ſed ad iſchiadẽ, podagram, & alios arthriticos morbos, ad eandem intentionem faciunt tam pil. de Euphorbio, quàm fœtidæ, non autem ad educendos humores aqueos, at pilulæ de Mezereo in hoc caſu præſtantiſſimæ ſunt, & huius gratia à Meſue compoſitæ; ſeroſum enim excrementum valenter purgant, ſeu aquas, ob id hydropem ſanant. Doſis harum pil. eſt à dragma vna ad ſcrupulos quatuor: ad hanc intentionẽ, nempe ad educendam aquam è ventre inferiori aſcitem patientibus deſcribuntur à Nicolao Præpoſito. Doſis eſt ex opinione authoris à granis tribus ad grana octo: ſuperiùs dum de elaterio ſcripſimus, diximus quandoque doſim ipſius tranſcendere grana, & ad ſcrupulum nonnunquam nos perueniſſe, puto etiam ex pilulis vocatis de elaterio poſſe nos vrgente neceſſitate non modò ad grana, ſed ad ſcrupulum medium, & integrum ſcrupulum concedi
C poſſe, quod ex compoſitione ipſarum vnicuique circa eam diſcurrenti facilè patere poterit, eſt autem deſcriptio hæc.

℞. *Aloës vncias duas.*
Maſtiches vnciam vnam.
Elaterij vncias tres cum ſucco ſambuci, aut ebuli effinge pilulas.

Procul omni dubio, Rhaſis hoc medicamẽtum eſt elaterium. Reliqua verò ſpectant ad corrigentia, & adiuuantia, & hæc ſunt, quæ in medium afferre volui de medicamentis omnibus, quæ hodie in communi ſunt vſu, conſideranda modò ſunt nonnulla, an debeant his adiungi, an alio modo de his ſentiendum veniat, hæc autem duo ſunt vnum Antimonium, aliud Mechioacan, quę à quibuſdam pro hydragogis accipiuntur, de quibus in ſequentibus.

De Antimonio. Tract. III.

D *Ad Franciſcum Caſtellum Meſſanenſem Medicum Celeberrimum.*

PRoximè elapſis diebus, Doctiſſime Caſtelle, venit in mentem, quòd mihi inter alia die quadam inſinuaſti grauiſſimos, doctiſſimoſque inter Medicos (exorta controuerſia de Antimonij vſu in medicina) nonnullos, vt ſirenum ſcopulis huic opinioni adhæſiſſe, quòd non infimum locum inter alia pharmaca obtineat, dignumque ſit comendatione ob ea beneficia, quæ grauiter decumbentibus ſæpenumero præſtitit; & idcircò non ſecus atque alia ſolutiua in vſum medicum eſſe vocandum apertè docuiſſe. Allos inficias iuiſſe, & certis quibuſdam rationibus confirmaſſe, non eſſe dicendum vllo pacto medicamentum, ſed infeſtiſſimum venenum, atque per conſequens ab vſu medico explodendum eſſe. Cùm verò à me flagitaueris, quid verè hæc in re ego ſentirem; quãuis mihi ingenij tui dexteritas, perſpicacia, ſingulariſq; doctrina

longo

longo tempore perſpecta ſit, vt ſciam te proprio marte, abundè huic negotio præeſſe E
poſſe; quia tamen tui animi candorem, atque ingenuitatem cognitam habeo, qua huius
rei expoſitionem à me petis, pro virili parte me elaboraturum in tui gratiam promit-
to, vt eadem animi ingenuitate, tuæ tam inſigni, & vtili petitioni ſatisfaciam. Iam verò
licet epiſtolæ modum hic meus tractatus exceſſurus videtur, meaque intentio ſit in
hoc præſenti libro omnia breuiter pertingere; non abs re me facturum cenſui, ſi
inter mea miſcellanea opuſculum hoc referam, quò Antimonij virtus, & vitium, alijs
etiam, in quorum manus hoc meum volumen perferetur, innoteſcat. Nam tu vir me-
dicarum rerum peritiſſimus, hanc meam opinionem curioſitatis potiùs quàm ne-
ceſſitatis cauſa expoſtulaſti: at multi erunt earundem rerum verè inexperti, ac
tyrones, quibus hanc meam exarationem perlegentibus huius tractationis exacta
cognitio plurimùm vtilitatis adferre poterit. Sed antequam propoſitum meum
aggrediar, vt quaſi fabricaturus ſupremum faſtigium tanti ædificij feliciter attingam,
quædam fundamenti loco iacienda eſſe cenſeo. Quorum primum erit naturæ Anti-
monij inquiſitio: ſecundum differentiarum eius præueſtigatio: tertium, & vltimum F
illius dotium, ſeu facultatum, ac virtutum accurata cognitio. Quibus præmiſſis, & ex-
poſitis, reſpondebo coronidis loco ad quæſitum. Antimonium plures nomenclaturas
habet, prout Falloppius refert lib. de metallis, & foſſilibus cap. 29. Hippocrates enim
appellauit tetragonon; Dioſcorides, & alij ſtimmi, & ſtibi. Et Plato ophtalmos & ca-
lisleuaron. Arabes aitruad, & athman, vel achiman: & etiam alchiman vocarunt, &
echmadium, à quo & Alchymiſtæ nomen ſuum deduxerunt: tandem à Latinis Anti-
monium, & ſtibium appellatum eſt.

Quod ad ipſius naturam, & eſſentiam attinet, & ſi omnibus eadem in genere videa-
tur; quicunq; enim de ipſo ſcripſerunt ex genere foſſilium illud eſſe docuerunt, idcirco
numerandum inter illa, quæ induſtria è locis ſubterraneis extrahuntur. Sed cùm res
huiuſmodi diuidantur ab Ariſtotele, & alijs in metalla, & lapides, quibus alij auctores
etiam addidere terras, & ſuccos, hinc eſt, quòd in ſpecie diſtribuenda non omnes
conueniunt, itaque alij dicunt eſſe metallum, alij lapidem. Qui metallum putant, mo-
uentur ex eo, quòd non ſecus atque alia metalla liqueſiat igni ſuppoſitum: & quod G
magis eſt ad duriorum metallorum fuſionem faciat, ijdemque quicunque metallum
eſſe affirmant, interſe adhuc diuiſi ſunt, cùm alij Auicennam ſectantes lib. 2. tr. 2. cap.
7. dicant illud eſſe quid plumbo ſimile, cùm dixerit Auicc. eſſe ſubſtantiam plumbi
mortui. Alij verò, nempe Alchymiſtæ intimiùs rem ſcrutantes dicant illud non eſſe
ſimplex metallum, ſed compoſitum. Neque omnes inter ſe Alchymiſtæ conueniunt,
cùm alij dicant illud conſtare ex Mercurio, Auro, & Calchanto, alij è contra ex lithar-
gyrio, argento viuo, & ſulphure. Qui verò non metallum, ſed lapidem eſſe putant, non
carent ratione, & grauiſſimorum virorum auctoritate; ratio eſt, quia Antimonium eſt
friabile idipſum docente etiam Auicenna præcitato loco; faciliqúe negotio in pulue-
rem reducitur, quæ eſt lapidum proprietas, non metallorum. Accedit authoritas Pli-
nij hiſtorici lib. 33. cap. 6. dicentis eſſe lapidem ſpumæ candidæ, nitentiſque, non ta-
men translucentis: & Gorręus in ſuo lexico gręco ad hunc modũ ſtibium, ſeu Antimo-
nium definiuit. Stibium eſt lapis metallicus, colore non nihil ſimilis lapidi plumbario.

Sed huiuſmodi controuerſia nobis eſſe debet pauci momenti, quia niſi ego fallor à H
doctiſſimis, & grauiſſimis authoribus Cardano, & Falloppio è medio ſublata eſt dice-
tibus, poſſe reſpectu diuerſorum connumerari inter metalla, & lapides; nam vt liqua-
bile eſt poteſt dici metallum, vt friabile poteſt, & debet appellari lapis: quare dici po-
teſt metallum lapideum, vel lapis metallicus. Id quidem magna cum ratione; nam &
metalla, & lapides generantur in locis ſubterraneis, & ab eadem materia, nempe ab
exhalatione terreſtri, atque aquea. Verùm lapides comparatione facta cum metallis,
maiorem habent terræ, metalla verò aquæ copiam retinent; hinc eſt, quòd lapides
friabiles nunquam liquabiles, è contra metalla liquabilia nunquam friabilia reddan-
tur: & ſi aliquis lapis datur, qui liquari poſſit, id illi contingit non ſui ratione, ſed qua
metallicus eſt, quemadmodum ſi aliquod metallum friabile reddatur, non qua metal-
lum id patitur, ſed qua lapis eſt. Legere hanc doctrinam poteris cap. 7. lib. de metall.
& foſſil. apud Falloppium.

Cùm

Digitized by Google

A Cùm igitur Antimonium in lócis ſubterraneis fiat ab eadem materis,hæc ipſa pau-
lò terreſtrior eſt, quàm ſit plumbi, aut aliorum metallorum, quæ liquantur, non fran-
guntur; plus enim de aqua, quàm de terra participant, è contra Antimonium ex ter-
reſtrioribus partibus ipſius exhalationis magis quàm alia metalla generatur,qua ratio-
ne & friabile redditur;at quoniam humiditatis viſcoſę maiorem copiam retinet,quàm
lapides propriè dicti, hinc eſt, quòd præter lapidum naturam, liquabile eſt, vt metal-
la. Hac eadem ratione non poſſum non improbare Andernaci, aut Hierouij authori-
tatem dicentium, Antimonium referendum eſſe inter illa foſſilia, quæ ſuæ generatio-
nis primordia ex aqua ducunt, ac ex illa primum locum obtinent. Concludendum igi-
tur eſt Antimonium eſſe medium quoddam inter metalla, & lapides, & hæc quoad
ipſius eſſentiam.

Venio ad differentias,quæ à natura, & ab arte deſumuntur; àliud enim eſt Antimo-
nium naturale, aliud artificiale, quod præparatum vocant. Rurſus naturale ex Plinio
duplex eſt,videlicet mas, & fœmina; marem enim ſcabriorem eſſe docuit, minuſque
B ponderoſum, minuſque radiantem; fœminam è contra nitere, friabilemque eſſe, fiſſu-
riſque non globulis dehiſcentem. Ioannes Guinterius Andernacus,artis chymicæ non
minùs quàm antiquæ Medicinæ ſtudioſus,in illo pulcherrimo opere, quod de noua,&
veteri Medicina inſcripſit comm. 2. dialogo ſeptimo triplicem attulit Antimonij na-
turalis differentiam; namque aliud nigrũ, eſt, quo in purgando auro aurifices vtuntur;
aliud album,ſiue plumbeum magneſia vocatum cum ſtamno affinitatem habens: aliud
denique luteum, vel ſubcroceum, quod cæteris præſtat. Sed ſcio multa polliceri ab
Alchymiſtis, & ijs, qui eorum pollicitationes ſequuntur, promiſſis verò eos non ſtare,
ſic etiam multa comminiſci, eaque tanquam veriſſima dicere, inde eſt, quòd ego nec
poſſum traditas à Plinio, & Andernaco Antimonij diuiſiones laudare, neque illas tan-
quam apertè falſas vituperare.

Dicam tamen,quod ego obſeruaui,non quidem in fodinis, ſed in officinis Meſſanæ,
in quibus conſeruatur Antimonium, duplex illud eſſe animaduerti, vnum quod exte-
riùs plumbi rudioris effigiem, ac naturam æmulatur; eſt enim colore quodam cineri-
C tio obſcuro prędĭtum,interiùs verò apparet chalibis fracti in modum,multis portiun-
culis veluti poris lucidioribus, alijs verò obſcurioribus. Aliud eſt coloris lucidioris, &
nitentis, fiſſuriſque longis, lucidiſque, ceu canaliculis quibuſdam perſpicuis, nec non
& lineis nigrioribus constructum, totaque ipſius ſubſtantia conſtare videtur ex cana-
liculis,& lineis ſecundùm longitudinem exporrectis. Verùm cum hac differentia, quia
canaliculi depreſſi, & quaſi excauati, è contra lineæ eleuatæ, & nigriores plumbi, aut
ferri colorem præſeferentes, & in ſumma tota ſubſtantia conſtans ex linea, & canali-
culo ſeſe viciſſim habente, hoc ordine inſtructa totam molem nigro colore quidem
refertam reddit, ſed lucido colore vndique apparentem, & iſtud eſt, quo Alchymiſtæ
noſtri temporis vtuntur, notaſque habere videtur, quas Plinius ſtibio fœminæ conue-
nire ſcripſit, iſtudque Antimonium,& ſi fuſum ſit, deinde concretum, dicimus tamen
eſſe naturale ad differentiam ſui ipſius, cum præparatum eſt.

Præparati autem, ſeu artificialis Antimonij multæ ſunt differentiæ; nam vel igne
præparatur, vel abſque igne cæteris rebus admiſcetur. Si primo modo varium reddi-
D tur pro varia præparatione, quandoquidem vel præparatur ab antiquis, nempe Dio-
ſcoride, aut Plinio, vel à modernis Alchymiſtis: ſi primo modo non vnicum eſt, ſi qui-
dem Dioſcorides lib. 5. cap. 59. de ipſius ad ignem præparatione ad hunc loquitur
modum: *torretur pinſita farina circumlitum, & carbonibus obrutum, donec carbunculetur
cruſta, exemptumque extinguitur carbonibus ſuccenſis efflatum,quod igni deflagret; ſi enim
paulò magis concrematur, plumbum fit: lauatur, vt cadmia,* & Plinius lib. 33. cap. 6.
ita prępārandum docet his verbis: *vritur autem offis bubuli fimi circumlitum in clibanis,
de in reſtinguitur mulierum lacte,teriturque in mortarijs admixta aqua pluuiali,ac ſubinde
turbida transfunditur in aneum vas, & mundatur nitro, fæx eius intelligitur plumboſiſſi-
ma, quæque ſubſidet in mortario abijcitur, dein vas, in quo turbida transfuſa ſunt, opertum
linteo per noctem relinquitur, & poſtero die, quod innatat effunditur, ſpongiaque tollitur,
quod ibi ſubſidet, flos intelligitur, & linteolo interpoſito in ſole ſiccatur, non vt perareſcat,
iterumque in mortario teritur, & in paſtillos diuiditur, ante omnia autem vrendi modus ne-*

ceſſarius eſt, ne plumbum fiat. Hæc eſt præparatio Antimonij antiquorum, igne facta, E
cui hæc ex eodem Plinio addi poteſt. Quidam non fimo vtuntur coquentes, ſed ſine
præparatione præcedenti Antimonium alijs rebus admiſcent. Dioſcorides admiſcet
adipi recenti, aliquando ceræ, & ceruſſæ: Plinius thuri interdum, nonnunquam
ſpumæ argenti, ceruſſæ, adipi, atque ceræ pro varia medendi ratione. Has compoſi-
tiones præcitatis locis videre poteris: ex quibus conijcies antiquos cum Antimonio,
& alijs rebus compoſuiſſe medicamenta, quorum intentiones infra aperiam.

Propero nunc ad recentiorum præparationem, cuius inuentum omnes ſcriptores,
Alchymiſtæ præſertim, cuidam Theophraſto Paracelſo Germano acceptum referunt,
de quo Theodorus Zuingerus vir admodum doctus, & Medicus celeberrimus in qua-
dam ſua epiſtola ad hunc ſcribit modum: *Theophraſto experientiæ nomine multum tri-
buo, quandoquidem multa præclara medicamenta, in neſcio quibus antris cyclopum delite-
ſcentia, ſi non à ſe inuenta, ſaltem exculta in lucem protulerit*, & quamuis Ioſeph Quer-
cetanus acerrimus doctrinę Alchymiſticæ defenſor, in illo elegantię, & eruditionis ple-
no libro, quem Diæteticũ polyhiſtoricũ inſcripſit, longè ante natum Paracelſum, Ba- F
ſilium quendã ordinis ſancti Benedicti monachum in ſuis ſcriptis idiomate Germani-
co quinquaginta remediorum genera ex Antimonio docuiſſe, fidem faciat; habet ta-
men in alio libro aduerſus Anonymum quendam eundem Paracelſum veluti ex cim-
merijs multa artis præclara ornamenta produxiſſe, ingenteſque rerum admirandarum
præceptiones, nec non proprietates rerum in ſuis corticibus occultas, & omnibus pro-
pè alijs incognitas enucleaſſe, ac ipſis oculis ſubieciſſe, quibus non parũ Ars Medica
ſplendidè locupletata eſt. Inter alias extat præparatio quædam adeo artificioſa, vt An-
timonium, quod ſuapte natura craſſum eſt, ac durum, poſſit iucundè per os aſſumi,
corpuſque non ſecus atque alia medicamenta ſolutiua à prauis humoribus purgare, &
quod magis eſt in pauciſſima doſi aſſumptum magnam ipſorum humorum è corpore
copiam educere.

Huius porrò viri induſtriam plerique imitari conantes varias attulerunt nobis præ-
parationum differentias, quarum potiores, & magis vſitatas proponere in medium
enitar, vt inde appareat præparationum varietas: omnes ſiquidem præparationes ad- G
ducere, ſi vellem, non poſſem, quoniam libri Paracelſi haud reperiuntur, iuſtis de cau-
ſis, vbi nunc Medicinam profiteor. Dum verò eſſem Pariſijs ad manus meas perue-
nerunt omnia ipſius opera, quæ ſimul cum Ceſneri operibus auidiſſimè comparaui.
Verùm illinc diſcedens relinquere magno cum dolore, ac iactura coactus fui.
Nunc igitur cùm libris illius careamus, eas deſcriptiones afferam, quas ſui ſe-
quaces deſcribunt. Sed cùm videamus deſcriptionem quandam præparationis per
manus omnium non modò Medicorum, & Empiricorum quorundam, verùm etiam
eorum hominum, qui nec Medicinæ principia intelligunt continuò verſari, ſatis eſſe
arbitrantes, ſi Matthioli commentaria in Dioſcoridem vulgari idiomate tranſcripta
legant, ipſiuſque præparationem imitentur, vt Antimonium ea ratione præparatum
omnibus ægrotantibus accipiendum offerant: ab eiuſmodi deſcriptione tanquam
ab ea, quæ in hac Meſſanenſi Ciuitate ſatis eſt vſitata, exordiemur: quæ adhunc mo-
dum à Mathiolo deſcribitur lib. 5. cap. 59.

*Eligito ſtibium optimum, quod (vt Dioſcorides tradit) ſplendidiſſimum eſt, modoq́ue ni- H
tedularum emicat, confractu cruſtorum, friabile, nihil terræ, aut ſordidi habens. Primùm in
puluerem facito, deinde in fictile vas, quod amplum ſit, conijcito, demum carbonibus ſuccen-
ſis ad calcinandum (vt Chymiſtarum verbo vtar) ſub dio exponito, atque interim cochleari
ferreo ſpatula in Myropolis appellata continuò moueto. Hoc verò dum fit, fumus exhalat
tenuis, ſulphur, & auripigmentum redolens, qui ſi ore attrahatur, crebras interdum excitat
vomitiones, quapropter, qui verſant, ventis terga opponunt. Verſare autem aſſiduè expedit;
nam ſi pauliſper ceſſes, vel comburitur ſtibium, vel liqueſit. Verſato itaque diligenter, quouſ-
que in glebos concreſcat, quas cùm videris, ſublato ab igne fictili, quod concreuit, rurſus in
puluerem redigito, atque eidem fictili impoſitum carbonibus reddito, aſſiduoq́ue verſato. Id
quod toties repetendum eſt, quoties coaleſcentes glebulæ poſtulauerint. Ita quoque tandiu
verſare conuenit, quoad corpuſcula illa, quæ emicant, ſplendorem ſuum amiſerint; vapor
omnis ceſſauerit, fætor abſoleuerit, & ſtibium in calcem conuerſum ſubalbicantis cineris*

colorem

Digitized by Google

A *colorem contraxerit, perfecti autem operis ſignum erit, ſi prunis ardentibus inſpergatur, nihilque prorſus fumi emittat. Poſt hæc ſumito huiuſce calcis, exempli gratia, libram mediam, chryſocollæ factitiæ, ſemiunciam. Deinde chryſocollam, & ſtibium terito in tenuem puluerem, mox omnia ſimul miſceto, atque in fictili fuſorio, quo vtuntur aurifices, igni vehementi admoueto: vas ſuper laterem, aut teſtaceum aliquod, fictilis ollæ fundum prius collocatum, & fictili operculo contectum, carbonibus accenſis circumdato.*

Verumtamen operepretium eſt in hoc magnam adhibere diligentiam, ne res illæ comburantur. Quare tenacula ferrea ſublato cooperculo, nonnunquam inſpiciendum eſt, an colliqueſcat. Nam vbi colliquatum fuerit, illicò vas ab igne eximito, & ſuper inuerſa pelui ex auricalco fabricata, qua tonſores vtuntur, proijcito. Quàm primùm enim ibi concreſcet in laminas, quæ colore, & nitore chryſopaticos, quos hyacinthos appellant, atque etiam nonnunquam granatos referunt. Vbi autem lapillos paruos, & rotundos parare ſit animus, guttatim è fuſorio vaſe ſuper eadem pelui fuſum Antimonium effundito. Cæterum chryſocollæ vicem feliciori ſucceſſu mihi præſtat ſal foſſile cryſtalli modò pellucidum, ſufficitque in tribus Anti- B *monij vncijs ſemidrachmam addere. Verùm omnes admonitos velim difficillimè à quoquam parari poſſe hyacinthinum Antimonium, etiam peritiſſimo chymicæ artis magiſtro niſi priùs ab altero parari diligenter inſpexerit, cùm non ſemper ijs etiam ſuccedat pellucidum, qui ſæpe, ac ſæpiùs illud parauerunt. Cùm autem hoc medicamento vti volueris, in puluerem redigito, datoque trium, vel quatuor granorum pondere, id tamen pondus in robuſtioribus nonnihil augeri poteſt. Stibium ita præparatum commodiſſimè admiſcetur rhodoſacchara, cui etiam maſtiches modicum adijcitur. Atque hactenus de ſtibij non vulgari efficacia, ac præparatione: quæ equidem omnia (vt ingenuè fatear) in primis debeo Andreæ Gallo viro clariſſimo, cuius ſupra mentionem feci.* Hæc ſunt, quæ de præparatione à Matthiolo ſcribuntur, quæ pro prima præparati Antimonij differentia habebitur.

Plures alij modi ſcripti reperiuntur apud Andernacum tomo ſecundo de noua, & veteri Medicina dialogo 7. quos eo ordine afferã, quo ab ipſomet authore ſcribuntur. Primus ab eodem eſſentia Antimonij vocatur, qui adhunc modum deſcribitur: *ſtibium in puluerem contuſum per dies decem igne leuigatur, donec primò flos albus, mox luteus* C *appareat, qui tandem è rubro in purpureum colorem tranſit; huius unciæ duæ in vini ſpiritu, quantum viginti digitos ſuperent, diebus duodecim vaſe diligenter occluſo macerantur, poſtea ſeparantur per balneum, atque tunc eſſentia ſtibij inſtaurandis, renouandiſque viribus dicata fundo vaſis ſubſternitur, huius grana quatuor ex aqua meliſſæ, chelidonij, aut vino generoſiſſimo dantur.* Huic deſcriptæ Antimonij eſſentiæ addit oleum tribus modis paratum. *Primo modo fit per ſe ex aqua rorida, vel cum ſulphure, & ſale foſſitio paratum, huius grana tria ex vino, vel liquore fæcularum vini, & chalcanthi potus ſumpta aquam intercutem intra dies paucos curant; grana duo ex theriaca drachmis duabus deuorata peſti, venenatiſque morbis medetur: trium guttarum inſtar, vel amplius ex aqua vitæ ſumptum conuulſioni, morbo attonito, alijſque cerebri affectibus ſuccurrit.* Secundo modo: *paratur ex pulueris ſtibij, ſalis foſſitij vtriuſque libris tribus: hæc ſuper ignem in fictili vruntur, ſemper agitando vſque dum vireſcat, deinde tritis aceti ſtillatitij optimi additur, quantum ad vniendum ſatis eſt, poſtea macerantur, & per ampullam incuruatam igne acerrimo oleum rubrum extillatur, quod à phlegmate ex balneo ſeparatur.* Tertio modo: *ſtibij in puluerem detriti* D *libra cum ſalis communis torrefacti æquali portione conteritur, inditurque retorta luto obducta, ex igne vehementiſſimo oleum euocatur, quod licet externis corporis vitijs magis conueniat, non pauci tamen per os exhibere non dubitant:* huiuſmodi olea ad eſſentiam ſtibij ſpectant.

Tertius modus Antimonij præparãdi: *Accipitur ſtibium, quod ex auri fodinis colligitur, & in puluerem tenuiſſimum contunditur, teriturque, & ſupra ignem in fictili rude ferrea, aut cochleari continuè agitatur, quouſque omnis fumus, & humor euaneſcat, quod in ſex, aut octo horarum ſpatio expeditur; deinde calx conteritur, catilloque impoſita in fornacem inter candentes carbones collocatur, & igne luculentiſſimo vrgetur, dum liqueſcat picis inſtar, poſtea ſuper marmor funditur, atque ſic ex ſtibij vncijs duodecim vitri ipſius hyacinthi modò pellucidi vncias quinque colliges.*

Quartus modus eſt vt, *accipiatur ſtibij puluis, ponaturq; in fictili ſupra carbones, & lento igne vratur rude ferrea cõmouendo, hinc ſi in grumos, ſiue glebas conuertatur, iterum con-*

teritur, aduriturque, & rurſus in illis conuerſus couteritur denuò, idque tandiu agitatur, E
vſque dum puluis, ſiue calx cinerea, pallidaue euaſerit, poſtea huius vncias ſex, chryſocollæ,
& ſtibij crudi adhuc vtriuſque vnciam miſcent optimè: & catino inijciunt. hunc iu fornacem
iuter carbones candeutes ponunt, ignemq́; vehementiſſimū ſuggerunt, quouſque omnia lique-
ſcant; tum ſtylum ferreum immittunt, & ſi quod huic adhæres, pellucidum hyacinthi inſtar
apparuerit, totum ſupra marmor effunduns. Huiuſmodi præparatio ferè eadem eſt cum
ſuperiori ex Matthiolo deſcripta, niſi quòd ſtibium crudum in æquali quantitate illi
admiſcetur. Quintus modus eſt vt, *ſumatur ſtibium priùs contritum ex aqua, & ſale pur-*
gatum, deinde abluatur, quouſque nihil eius percipiatur amplius; poſtea exiccetur, & igne
in calcem redigatur, quouſque omnis ſulphurea qualitas euaneſcat; tandem liqueſiat, & fun-
datur, vt ſupra.

Simile quoque medicamentum, quod rubedinem vocant, ex ſtibio conficiunt, hoc
pacto, & eſt ſextus modus: *fæcula viui indurata, & in calcem albam aduſta ex aqua te-*
pida ſtillatitia diſſoluuntur: deinde hæc ſinitur, dum illa reſideant; mox aqua effunditur, &
recens fæcibus admiſcetur: hæc vbi reſiderit, aqua ſeiungitur iterum, vt priùs: atque hoc F
tandiu repetitur, donec nulla acrimonia terræ, ſiue calci inſit: poſtea aqua collecta ampullæ
imponitur, incoquiturque, quouſque ſal fæcularum viui acre in fundo remaneat. Atque tunc
ſalis huius vnciæ tres ex aqua ſelibra ſoluuntur, inijciturque ſtibij in puluerem optimè detriti
ſemuncia, & in ſartagine modicè coquitur, vt oua duriuſcula ſolent: tunc aqua clara ad-
modum euadit, quæ vbi refrixerit rubeſcit, & congaleſcit, congelati inſtar. Mox aceti ſtil-
latitij modicum infunditur, & ſalis acrimonia, ſtibijque malitia à rubedine ſeiungitur, ipſa-
que in fundum reſidet: tum omnis humor relicta rubedine effunditur: atque hæc aqua dulci
ſtillatitia, eaque tepida aliquoties perfunditur, abluiturque, quoad nihil acre ſubſit. Tandem
exiccatur ad puluerem rubicundum, cuius granum vnicum, vel dimidium exhibent.

His etiam poteſt albedo, ſiue flores albi ſtibij (quos Paracelſus ab h[illegible] alibi no-
minat) pro ſeptimo modo adiungi: fiunt autem flores, dum puluis ipſius in altum vr-
getur igne primùm lento, deinde acriori, quouſque leuigatus niuis inſtar albeſcat; tum
ad varios corporis affectus, tum ad colicos dolores vtilis hic puluis ab authore com-
mendatur. Hi ſunt omnes modi præparationis ſtibij ab Andernaco deſcripti, cuius G
authoris iudicium ferens Hieronymus Donzellinus Medicus ſanè doctiſſimus, ad-
hunc modum de ipſo loquitur in quadam ſua elegantiſſima epiſtola ad Ioannem Cra-
tonem, quæ eſt apud Scholzium 98. *Ac puto ſi quid dignum vnquam ab eo* (intellige
de Paracelſo) *dictum, aut ſcriptum eſt, id ab Andernaco in ſuos libros fuiſſe translatum*
cum cenſura, licet ipſe ſæpe cenſendus ſit: ex qua authoritate inferre poſſumus hos omnes
præparandi modos à Paracelſo deſumpſiſſe Andernacum.

Plures alij modi præparationis apud alios ſcriptores reperiuntur, præſertim apud
Hieronymum Rubeum lib. de deſtill. ſect. 2. cap. 33. & in magno VVeckeri Anti-
dotario, quos tu videre poteris, & ne nimius ſim, eos ſilentio inuoluere decreui. Pro-
que omnium coronide vnum adhuc modum addam, qui à Hieronymo Reuſnero in-
ter Medicos alchymiſtas, aut (vt ipſi loquuntur) ſpagyricos non infimum locum ha-
bente (vt teſtatur Ioſeph Quercetanus ſtrenuus Alchymiſtarum defenſor) ex Para-
celſi mente deſcribitur, his verbis libro ſuo de ſcorbuto exercitatione ſeptima. *Vt de*
alijs magiſterijs chymicis, ita & de Antimonio dicimus, in cuius ſublimatione ſtibij puluis H
minimè liqueſcat, aſcendat nihilominus, quemadmodum pollis parietibus molarum adhære-
re cernitur: quem præparandi modum ex Paracelſo lib. Chirurgiæ magnæ tr. 3. cap. 5. his
verbis proponit. ℞. Antimonij in ſubtiliſſimum Alcool redacti, quantum ſufficit, in clauſo re-
uerberatorio ad ſpatium vnius menſis reuerberetur, & euadat volatile, leue, primò album,
mox luteum, dein rubrum, poſtremo purpureum, ſeu violaceum: quo facto ab ipſius lilio eſſen-
tia ſua per ſpiritum vini, qui viginti digitis ſuper emineat extrahatur, deinde ſeparetur: ſe-
paratus autem iſte viui ſpiritus, nobiliſſimam, pretioſiſſimam, & tantum non diuinam lilij
eſſentiam ad morbos omnes percurandos præſtantiſſimam continebit, & libro de perſicaria ſic
componit. ℞. Antimonij quantum videbitur in Alcool facti: hoc in ſuos flores ad quartum
ignis gradum reuerberabis igne leui primùm, deinceps aucto ſecundùm artem.

Subiungit adhuc aliam præparationem ex Dornęo hoc modo. *Scitè autem Dornæus*
in faſciculo Paracelſicæ medicinæ trac. 2. de arcanis, Alcool Antimonij in volatilem ſuam
ſubſtan-

Digitized by Google

A *ſubſtantiam à ſuo naturali colore non immutatam ſolo ignis, & caloris regimine reduci vult,
vt poſtquam vulgariter contritum eſt, philoſophicè tandem atteratur ſublimationibus, quæ
piſtilla ſunt Philoſophorum, & mortaria. Sublimatio autem ex mente Paracelſi lib. 3. de
vita longa cap. 6. per retortam fieri debet ſine omni capite mortuo, ſic demum euadit ſulphur
Antimonij cum proportionato Mercurio, quod verum lilium dicitur*, & huiuſmodi ſubli-
matio non fit omnibus eodem modo, quemadmodum vnuſquiſque apud prædictum
authorem legere poterit. Sed quouis fiat modo, flores ſemper exeunt, quorum quidam
albi ſunt, alij citrini, alij rubri, alij purpurei: albos cæteris deteriores eſſe ſcribit, quòd
non careant venenoſa qualitate. Quibus tamen quandoque vtitur Paracelſus, citrini
deinde meliores, deinde rubri, tandem purpurei cæteris præſtantiores; ſubiungitque
vlteriorem præparationem ad hunc modum.

*His rubris floribus Antimonij in phiala acetum deſtillatum ad duorum digitorum ſuper-
eminentiam adfundunt, circulant; in cineribus calidis decoquunt quotidie agitando, donec
acetum ſub citrino tingatur colore, tum per colum chartaceum deſtillãt in excipulũ vitreum,*
B *in quo tandiu ſubſidet, donec ſaturatum vini eliquati facibus ruborem acquirat: idque in
peculiare vas vitreum effundunt: hinc faces relictas nouo inundant aceto, & ebullitionem,
clarificationem, & ſeparationem toties iterant, donec in aceto nulla ampliùs deprehendatur
tinctura, hinc fecibus abiectis acetum coloratum balnei tempore elicitur, & ſanguis Anti-
monij in fundo reperitur. Si verò acetum in retorta diſtilletur, & quàm primùm liquor albus,
clarusque rubeam adipiſcitur tincturam, vas recipiens mutetur, & fortiori igne deſtillatio
vrgeatur, & conſiſtentiam pulueris rubei naneiſcitur.*

Eſt & alter modus præparandi Antimonium à Ioanne de Rupeſcilla Grauinio pro-
poſitus, ſed à nullo vſitatus, & eſt huiuſmodi: *Antimonium primùm in puluerem redigit,
& acetum Philoſophorum in vaſe plumbeo admiſcet, & ita ſub fimo equino per ſeptuaginta
dierum ſpatio relinquit, igni deinde apponit, & ſuccum quendam elicit, quem benedictum
appellat nullo theſauro quamuis pretioſiſſimo comparãdum, & ſacchara, & melle dulciorem.*

Et iſti ſunt modi præparationis Antimonij, à quibus ipſius deſumimus differentias,
& quamuis varijs alijs modis poſſit præparari, his cõtenti eſſe volumus, cum deſcripti
C ſint à famoſis Alchymiſtis, & præcipuè ex auctoritate ſummi illius præceptoris Para-
celſi. Quibus ad hunc modum propoſitis eſſentiam, & naturam ſtibij declaratam ha-
bemus, ſimulque & ipſius differentias. Modò ad tertium propoſitorum deueniendum
eſt, quod erat de Antimonij facultatibus, cùm autem dictum ſupra ſit id eſſe in duplici
differentia, nempe vnum naturale, quod crudum appellant, & aliud præparatum:
primò videndum eſt, quas dotes, & virtutes habeat naturale, deinde quas habeat arti-
ficiale. Sed quoniam artificiale aliud eſt Antiquorum, aliud Recentiorum; primùm de
facultatibus crudi, & artefacti Antiquorum dicemus, deinde de virtutibus Antimonij
præparati à Iunioribus, in quibus declarandis opus erit longiori ſermone.

Iam verò antequam illud conſideremus, vt ad Medicinam refertur, noſſe oportet
ipſius vſum multiplicem eſſe, varijſque artibus mechanicis opem ferre, quandoquidem
illi, qui campanas conficiunt, ſemper aliquid ſtibij ſuis metallis admiſcent, vt ſo-
nus campanæ magis ſonorus reddatur; illi quoque, qui patinas ſtanneas componunt,
vt illæ ſonum imitentur earum, quæ ex argento fiunt, apponunt modicum ſtibij, & in
D pauca quantitate, quia ſi copioſiùs, quàm par ſit, apponeretur ſtannum corrumperet:
Similiter illi, qui litteras in ſtanno imprimunt, aut ſimili materia, vt litteræ duriores
fiant, & magis perdurabiles, ſtibium addunt. Alchymiſtæ ad varias ſuas operationes,
ne dicam illuſiones, ad varios inducendos colores, imò verò & ad argentum inauran-
dum, vtuntur ipſo Antimonio, eſt profectò Antimonium admirabile ad multas ope-
rationes peragendas: ſed veniamus ad ipſum, vt à Medicis conſideratur.

De ipſius facultatibus loquitur Dioſcorides lib. 5. cap. 59. Plinius lib. 33. cap. 6.
Gal. 9. de ſimpl. med. facul. Dioſcorides, & Plinius iiſdem ferè verbis dicunt virtu-
tem ipſius eſſe adſtringere, meatus obſtruere, refrigerare, excreſcentias in carne co-
hibere, vlcera ad cicatricem ducere, ſordes, oculorumque vlcera expurgare, ſiſtere
ſanguinem è cerebri membrana effluentem: & in ſumma Dioſcorides dicit vim ipſius
eſſe vſto plumbo ſimilem. Galenus verò adſcribit facultatem deſiccantem adiunctam
cum facultate adſtrictionis, quamobrem, & ocularibus medicinis commiſcetur, & illis

ſcilicet,

Digitized by Google

ſcilicet, quæ conformantur in collyria, vt vocant, quæ vtique collyria ſicca cognominant. Idem Paulus Aegineta lib. 7. de Antimonij facultate ſcribit, idem Aëtius lib. 2. cap. 22. Auic. lib. 2. tract. 2. cap. 7. de Antimonij operationibus ad hunc ſcribit modum: *conſtringit, & exiccat ſine mordicatione, & abſcindit fluxum ſanguinis*: Serapio lib. de ſimplicibus 371. *virtus*, inquit, *Antimonij eſt deſiccatiua, ſtiptica, conglutinatiua, infrigidatiua, aufert carnem ſuperfluam vlcerum, incarnat, & conſolidat ea*, & quæ ſequuntur omnia à Dioſcoride, & Plinio in hoc capite ab ipſo mutuantur. Antimonij igitur naturalis facultates, ſiue illud ſimplex accipiatur, ſiue prædictis rebus compoſitum, aut igne ab antiquis præparatum, facultatem habet refrigerandi, & exiccandi, proinde valet ad munia ea obeunda, quæ ſupra dicta ſunt. E

Nec poſſum non admirari Andream Matthiolum virum ſanè eximium, qui Dioſcoridis doctrinam ſuis pulcherrimis commentarijs non ſolùm dilucidè eſt interpretatus, ſed eundem, vt vera fatear, elegantiorem, & illuſtriorem reddidit, quòd ſcriptum reliquerit commentario præcitato, Antimonium ex ipſius Dioſcoridis authoritate habere facultatem deiectoriam; nam qua ratione id demoſtret, non video. Quandoquidem ad probandam ſuam opinionem adducit verba Dioſcoridis lib. 4. cap. 149. in quo loquitur de cucumere aſinino, ipſiuſque facultatibus: verba autem ſunt hæc; *elaterium bilem, & pituitam vtrauis parte trahit, optima ſuſpirioſis eſt purgatio*; *quod ſi in animo ſit deiectionem moliri adiecto ſalis duplo, & ſtibij, quod colorare ſufficit ex aqua erui magnitudine catapotia dato.* Ex quibus verbis nihil prorſus habet Matthiolus. Nam cùm dixiſſet Dioſcorides elaterium educere bilem, & pituitam tam per ſuperiores, quàm per inferiores partes, hoc eſt tam per vomitum, quàm per ſeceſſum, & addidiſſet eſſe optimam ſuſpirioſis purgationem; docere voluit modum peculiarem ad excitandam eiectionem per partes infernas præcepitq́; addendã duplicem quãtitatem ſalis elaterio, & tantum ſtibij, quod colorare ſufficiat. Ex quibus etiam luce clariùs conſpicitur Hieronymum Rubeum cap. 23. deceptum valdè & ipſum fuiſſe, vbi ſcribit ex Dioſcoridis hoc loco aſſerendum Antimonium crudum deiectoriam facultatem habere. F

Baſis quidem illius medicamenti eſt elaterium, ſal vero adiuuat operationem, & ipſam baſim corrigit, adiuuat ſanè elaterij actionem irritando facultatem ipſius ventriculi, & inteſtinorum expultricem, & ſua ſiccitate corrigit nimiam humiditatem illius: quapropter ſal poſitum eſt in dupla portione, vt actionem iuuet: at ſtibium ad benè eſſe tantùm ponitur, id eſt ad colorandum medicamentum, vt ſcilicet ſuo colore afficiat totum medicamẽtum; hinc etiam eſt, quòd Dioſcorides non determinat ipſius quantitatem, ſed tantum apponendũ eſſe ait, quantum ſatis ſit ad colorandum, quod vnuſquiſque ex phraſi græca facilè colligere poterit, quæ talis eſt. εἰ μὲν οὖν θέλεις κατὰ κοιλίαν καθαίρειν διπλάσιον ἁλῶν μίξας καὶ στίμμεως ὅσον χρῶσαι. Ex his igitur verbis clariſſimè apparet ſal eſſe poſitum in dupla quantitate ad actionem medicamenti iuuandam, ſtibium autem ad iucunditatem, vt ſcilicet coloraretur, non ad deiectionem, vt exiſtimauit Matthiolus. Atque ex his apparet etiam Ferdinandum perperam hunc locum intellexiſſe, vbi citans Dioſcoridis verba inquit, ſi vis, vt elaterium magis ſoluat, adde parum ſtimmeos. G

Sed hoc loci inquirunt nonnulli, an Antimonium huiuſmodi, nempe crudum, reponi debeat inter venena, & videtur quòd ſic, primò quidem ob affinitatem, quam habet cum plumbo, deinde quòd eaſdem vires cum eodem vſto retinet, ſed plumbum venenum eſt, ergo & Antimonium. Secundò confirmatur venenum eſſe ab illa praua effumatione, prauoque odore, quod ab ipſo, dum crematur, effumat, vnde eſt, quòd Chymici tunc iubent nares eſſe à ſua hac fumoſitate diligenter amouendas, ne ab huiuſmodi venenata qualitate afficiantur. Tertiò, quia ipſius frigiditas, & ſiccitas, eſt in quarto gradu, quæ autem talia ſunt, procul omni dubio ſunt venena Gal. authore. Addunt, quòd poſt exiguam aſſumptionem quantitatis ipſius praua ſequi conſueuerunt ſymptomata, quemadmodum eſt violenta illa totius corporis commotio, immoderata tam per ſuperiora, quàm per inferiora euacuatio, ventriculi ſubuerſio, inappetentia, mali pulſus, virium diſſolutio, ſyncope, aliaque id genus, quæ effectus ſunt venenatæ materiæ. Dicebat enim Auerr. lib. 5. collect. 22. corpora noſtra quatuor modis ob venena interire, vel quia priuant cor ſenſu, & motu, & totum animal, vel quia H

tempe-

A temperamentum tam ipſius cordis, quàm totius corporis immutant; vel quia corpus vehementiſſimè euacuāt ab humoribus proprijs; vel quia trahunt ſanguinem, & quamuis concedatur duobus modis Antimonium non eſſe venenum, quia non priuat cor à ſuo motu, neque ſanguinem è venis trahit, cùm tamen ſit frigidum, & ſiccū in quarto gradu, vt dictū eſt, poterit & vniuerſum corpus quoad ſuas qualitates immutare; quare tum hoc nomine, tum ratione immoderatæ ſuæ euacuationis, quam facit tam per ſuperiora, quàm per inferiora, negari non poterit, quin ſit venenum.

His accedit, quòd ipſius ſubſtantia non mutatur à noſtro calore, neque euinci poteſt, ſed tota integra manet: at quæ talia ſunt ex Gal. 3. de temp. cap. 4. noſtrum corpus afficiunt, & grauia redduntur naturæ noſtræ, & per conſequens ſunt deleteria. Quòd verò ſubſtantia Antimonij à noſtro calore euinci minimè poſſit, ex eo apparet, quia eſt craſſæ, duræ, atque terreſtris naturæ, vnde cùm intus corpus noſtrum fuerit aſſumpta, neque poterit attenuari, atque incidi, ingredietur venas meſeraicas, eaſque replebit, ſucceſſuque temporis omnes aliæ venæ, & arteriæ corporis replebuntur, hinc B priuabuntur arteriæ ſuo motu, & per conſequens cor ipſum. Quapropter iure optimo dici poterit Antimonium venenum triplici nomine, tum quia vniuerſum corpus ſuis qualitatibus immutare habet, tum quia ab obſtructione, quam producit, arteriæ priuantur motu, & cum eis ipſum cor, tum maximè quia immoderatè nimis corpus à proprijs humoribus euacuat. Hæc ſunt argumenta eorum, qui putant Antimonium crudum eſſe venenum. Verùm ſi rectè ponderemus priores rationes, quæ tam à Grauinio, quàm à Bartholomæo Gieronio allatæ ſunt, comperiemus eſſe nullius momenti, nec quidquam concludere.

Primò quidem, ratione ſimilitudinis, quam Antimonium cum plumbo habere dicunt, non poteſt dici venenum, quia nuſquam auditum eſt ipſum plumbum venenum eſſe, quod tamen ab ipſis tanquam clarum ſupponitur, quod erat priùs probandum. Plinius ſiquidem tribus capitibus lib. 34. nempe 16. 17. & 18. vbi de plumbo loquitur, nullam ei venenoſitatem tribuit. Gal. 9. de ſimpl. med. fac. ſcribit ex plumbo tam vſto, quàm non vſto, atque eloto fieri quamplura medicamenta, quæ etſi extra corpus C admoueantur, quædam tamen ſunt, quæ intus vlcera apponuntur, quod etiam experientia quotidiana oſtendit: at ſi adeſſet aliqua venenoſitas, neceſſe eſſet, vt intra corpus communicaretur, id tamen nunquam obſeruatum eſt. Succedit Dioſcorides, qui lib. 5. cap. 55. & 56. non modò ſcribit plumbum non eſſe venenum, imò verò affirmat illud vſtum, aut lotum, eſſe antidotum aduerſus quædam venena; in fine prædicti 55. capitis ad hunc ſcribit modum, *plumbum ſincerum plagis ſcorpionum marinorum, atque draconis auxiliari*. Gabriel Falloppius in materia de mineralibus, aut foſſilibus pertractanda cuicunque ex antiquis comparandus, & qui forſan, & antiquos, & modernos diligentia ſuperauit, libro ſuo de hac materia cap. 22. pulcherrimum, & doctiſſimum caput de plumbo inſtituit, in quo & natura ipſius, & omnes differentiæ, & modi, à quibus producitur, exactè admodum, & diligenter examini ſubijciūtur, nihil tamen de venenoſitate ipſius attingit, quod certè feciſſet, ſi exiſtimaſſet ipſum eſſe venenum.

Sed dato, quod plumbum ſit venenum, argumentū iſtud à ſimilitudine deſumptum D nihil prorſus concludit: quare quod ad primum hoc fundamentum ſpectat, cùm infirmum ſit, nec probet intentum, dicimus eſſe nullius conſiderationis. Quod ad ſumoſitatem attinet, quæ ab Antimonio effumat, ea non eſt ſuæ venenoſitatis ratione, ſed quia ſua copia poſſet operarios ſuffocare, non ſecus atque contingit illis, qui conficiunt puluerem ſclopetarium, quibus inhibetur, ne ore aperto ipſum contractant, nihil tamen in eo continetur, quod venenatum ſit. Alchymiſtæ igitur dum ſuum Antimonium præparant, auertunt os, & nares ab ipſo, ne fortè ex effumatione, & odore ingrato, qui eleuatur, offendantur eorum nares, alioquin non poſſent operari. Verùm non modò prauę effumationes, & exhalationes ab Antimonio eleuantur, ſed ab omnibus alijs metallis, & non metallis, dum cremantur, aut funduntur, quæ tamen nullæ qualitatis venenoſæ ſuſpicionem habent. Imò verò ſi quis argentum, aut aurum (quæ omnium metallorum ſunt præſtantiſſima) animaduertat, vbi illa cremantur, aut funduntur, comperiet effumationem eleuari, quæ à naribus operariorum ſuſtineri minimè

queat,

Digitized by Google

quęat, non tamen ſunt venenata aliqua qualitate affecta. Huiuſmodi igitur argumen- B
tum nihil probat ab illa effumatione deſumptum.
Quod ſpectat ad frigiditatem, & ſiccitatem in quarto gradu, quam dicunt ineſſe
Antimonio, falſum omninò aſſumunt, & quod egebat maxima, & validiſſima proba-
tione, cùm aduerſetur antiquorum authoritati, & rationi; authoritati quidem, quia
Auic. præcitato loco inquit Antimonium frigidum in primo, & ſiccum in ſecundo,
& Gal. 9. de ſimpl. med. fac. ſcripſit ipſum refrigerare, & valenter exiccare, quæ au-
tem talia ſunt, non ſunt venena, quia eodem docente Gal. non excedunt tertium gra-
dum; quæ verò in quarto gradu ſunt, lib. 7. de ſimpl. med. fac. cap. 1. calorem extin-
guunt, & mortem inducunt: at Antimonium vix attingit tertium gradum, non igitur
venenum cenſeri debet. Ad quartum dico, quod aliud eſt loqui de crudo Antimonio,
& aliud eſt loqui de præparato: ſermo nunc eſt de crudo, quod probatum eſt nullam
habere facultatem ſoluendi: at de præparato loquemur paulò infra.
Poſtremo loco ex multiplici modo, quo interficiunt homines venena deſumptum
argumentum, vbi oſtenditur Antimonium corpus ſuis qualitatibus immutare poſſe, F
nec non & cor, & totum corpus motu, & ſenſu priuari, denique & illud poſſe totum
corpus ab humoribus euacuare, dicimus primo, illud non eſſe venenum, & cor-
pus noſtrum ſuis qualitatibus exceſſiuis in quarto gradu minimè immutare poſſe,
ſiquidē ipſa non habet excedentes tertium gradum: deinde ſi hoc eſſet, non poſſet niſi
longo tempore, & in multa copia aſſumptum id præſtare, at nullus eſt, qui vnquam
ordinauit illud aſſumendum eſſe in multa copia: deinceps Antimonium crudum, de
quo nunc loquimur vel rarò, vel nunquam ore aſſumitur, & quando conceditur eſt, vt
apparet in electuario de Zingibere, & in pauciſſima quantitate alijs medicamentis ad-
mixtum, quare non poteſt corpus noſtrum ad frigidum mutare.
Et quamuis re vera ipſius ſubſtantia à calore noſtro non poſſit tranſmutari, non
propterea cenſendum eſt venenum, niſi per accidens, quatenus ſcilicet eſt terreſtris,
& craſſæ ſubſtantiæ, quo ſi quis veſceretur, procul omni dubio venæ, & arteriæ reple-
rentur, & tandem ſuccederent inconuenientia allata; ſed hoc non cadit in præſentem
diſceptationem, cùm tantummodò inquiratur, vtrum antimonium per os aſſumptum G
ſit venenum, ita vt vnica aſſumptione poſſit, vt Arſenicum, aut aliud ſimile, hominem
interficere, quod iam probatum eſt id præſtare minimè poſſe. Loquor de crudo, &
teſtor me vidiſſe quendam pharmacopæum ipſum pulueriżatum in ore accepiſſe, &
eius quantitatem notabilem ſine aliqua labe deuoraſſe: quare nec primo, nec ſecundo
modo poteſt dici venenum, quemadmodum etiam, nec tertio, nec quarto, cùm nul-
lam habeat facultatem ſoluendi ventrem: ſed potiùs adſtringendi, vt ex autho-
ritate antiquorum ſatis ſupra probatum eſt. His igitur concludo Antimonium crudum
non eſſe venenum atque ideo Medicos tutò eo ipſo vti poſſe ad corporis exteriores
affectiones, in quibus adſtringendum, & refrigerandum, atque exiccandum; aliquan-
do verò ad medicamenti alicuius correctionem, aut actionem ipſius contemperan-
dam, quemadmodum nouimus feciſſe Nicolaum Myrepſum in ſuo illo antidotario
cap. de electuario, quod de Zingibere appellauit. Nonnunquam verò ad coloranda
medicamenta, vt ſupra audiuiſtis Dioſcoridem voluiſſe in medicamento compoſito ex
vna parte elaterij, & duabus ſalis. H
Sed quæ hactenus à nobis dicta ſunt de Antimonio, parum iuuare, aut nocere poſ-
ſunt, nec quæſtio verſatur circa vſum Antimonij crudi, cùm nullus ſit, qui eo ad ex-
purgandū corpus vtatur, ſed controuerſia, & difficultas verſatur circa vſum Antimonij
præparati, ab ipſiſque Alchymiſtis tam celebrati, qua de re litem componere, recte-
que determinare an tutò poſſimus vt medicina eo vti, arduum quidem, & per quàm
difficile eſſe iudico, cùm non deſint authores grauiſſimi experimenta pro vtraque par-
te afferentes. Alij enim dicunt poſſe nos ipſo vti in omnibus morbis; negant è contra
alij aſſerentes illud eſſe tanquam infeſtiſſimum venenum euitandum.
Inter eos, qui partem affirmatiuam defendunt, & qui ipſius fuit inuentor, aut ſaltem,
qui primus in vſum poſuit huiuſmodi medicamentum, eſt Theophraſtus ille Paracel-
ſus, cui ſupra mentionem habui, qui referente Reuſnero pluribus in locis teſtatur me-
dicamentum huiuſmodi inſignes habere dotes, & ad miraculum vſque operari.
Sed

Google

A Sed audiamus eundem Paracelſum loquentem de Antimonij præparati viribus, libro
tertio Magnæ Chirurgiæ, hiſce verbis. *Antimonij uatura cathartica eſt facum, ac ex-
crementorum reiectione; etenim illud ſolùm pellit, ſupra omnia arcana reliqua, quod
mundum hominem reddit, eumq́ue expurgatis omuium morborum, ac vlcerum cauſis ad
ſummam ſanitatem reducit.* Subdit cap. 8. *per Antimoniales tincturarum virtutes quemuis
hominem ad ſummam ſanitatem exaltari poſſe.* & lib. 2. Archidoxorum. *Antimonij virtus
è corpore ſeparat omne, quod ex humore radicali uaſcitur, corpuſq́ue penitùs reuouat ex vero
fundamento.* Præterea lib. 2. de contract. cap. 2. *Eſſentia Antimonij eſt purgatio per ſe-
ceſſum, quæ purgat hominē excellentiſſimè ſuper alia quæuis arcana, radicitùs euellens omne
quod immundum reddit humanum corpus, idq́ue in ſupremum vſque ſanationis gradum pu-
rum efficit, ac ab omnibus ægritudinibus mundat, etiam illis, ex quibus oriuntur vlcera.*
Hæc Paracelſus de Antimonij facultatibus.

Andræas Matthiolus loco citato plura encomia Antimonij affert, operàtioneſq́ue
B illius exemplis aliquot pulcherrimis confirmat, quæ in medium afferre non piget me,
eadem prorſus verborum ſerie ab illo ſcripta adhunc modum. *Quare nou equidem gra-
uabor in ſtudioſorum gratiam ea hic commemorare de huius medicamenti viribus, quæ vidi
atque etiam à Medicis quibuſdam fide dignis accepi, etenim Andreas Gallus Medicus Tri-
dentinus, qui iam dudum honoratiſſimè Medicinam fecit Sereniſſimo Ferdiuando Archiduci
Auſtriæ, Dominus meus clementiſſimus, ex multis vigilijs, magniſq́ue laboribus, quos in
ſtudia, & ſeruitium inſumpſerat, inciderat in malam valetudinem, nempe in pulmonum
cordis, & ventriculi inflammationem: vnde vehemens admodum ſitis conſequebatur, quæ
nullo quidem potu extingui poterat: præterea epiglottidis tumore, & tanta palati ſiccitate,
vt vix loqui poſſet: quin etiam cordis palpitationem patiebatur adeo magnam, vt nocte re-
pente expergefactus putaret per cubiculum aliquem obambulaſſe. His denique malis acceſ-
ſerat capitis deſtillatio, à qua ſæpe metuerat ſuffocari: porrò metus mortis augebant vires,
quæ tot morbis quaſi hoſtibus obſeſſæ facilè poterāt deficere, & opprimi: ex eo præſertim quòd
nullus eſſet cibus, qui appetitum langueſcentem excitaret, atque vires ita reſtauraret, vel
C ſaltem conſeruaret.*

*Addam, quòd os, & guttur eius ſaporem tetrum, & carbonibus ſimilem reddebant, quæ
ſanè omnia dicta inflammationis erant indicium uou obſcurum. Cùm igitur res ſua per ali-
quot dies ita ſe haberet, atque in maximo verſaretur diſcrimine, neque vllum perciperet le-
uamentum ſuarum ægritudinum ex multis factis mediciuis ad ſtibium, quod Mauritani
Antimonium vocant, me neſciente confugit: quoniam ſæpe audiuerat medicamentum hoc ſibi
mirificè commendatum fuiſſe à Georgio Handſchio Medico haud vulgari, qui illius experi-
mentum fecerat in morbis difficillimis: hac itaque ratione ductus ſtibij in tenuiſſimum pulue-
rem redacti, & exiguo rhodoſacchari admiſti tria tantùm grana ſumpſit, atque paruo poſt
temporis ſpatio ſenſit medicamētum illud ventriculi ſubuerſionem moliri, ac leuem quendam
calorem excitare, mox erupit vomitus, quo ſolùm quaſdam cibi portiunculas reiecit: & ſi ſu-
periori die non cœnaſſet, hunc paulò pòſt ſequutus eſt vomitus ſimilis, cui ſucceſſit bilis flauæ
reiectio ad vnciarum ferè quatuor pondus: hæc autem omnia aduenerunt tantùm horæ dimi-
diæ ſpatio: ex quibus nimirum illud cœpit iuuamenti, quòd ſtatim omuis labor ventriculi ſe-
D datus eſt: ex eo verò, quod hora poſt ter biliosa infernè excreuit, in quibus craſſa quædam
reſidebant (hæc ſimul duarum librarum pondus æquare poterant) factum eſt, vt ab illa cordis
palpitatione, capitis fluxione, & epiglottidis tumore, ſtatim ſit liberatus qui neque præterea
ſitim moleſtā habuit, neque cibi faſtidiū perpeſſus eſt; quamobrem his corporis ſalutem, ipſam-
q́ue vitam in tot morbis deploratā primùm Deo, deinde huic medicameuto acceptum retulit.*

*Alium quoque ſtibij intus aſſumpti effectum ſilentio non diſſimulādum mihi narrauit idem
Georgius Handſchius, cuius ſuperiùs memini; is enim cùm eſſet peſtilentia correptus, ob idq́ue
maxima totius corporis imbecillitate affectus, cordis tremore, ſpirandi difficultate; capitis
dolore, & ſiniſtri inguinis abſceſſu circa noctis crepuſculū ſtibij rhodoſacchato admiſti grana
tria aſſumpſit; atque poſt horæ dimidium vomitionibus reiecit magnū pituitæ, biliſq́; tum fla-
uæ, tum porraceæ quantitatem cum proſpero admodum ſucceſſu. Si quidem ex vomitu (ſic ille
dicebat) ſtatim ſublata eſt ſpirandi difficultas, & cordis tremor ceſſauit: vomitum deinde
ſubſequuta eſt copioſa alui deiectio ſine vlla ægrotantis moleſtia, poſt quam reliqua peſtis ſym-
ptomata prorſus euanuerunt, atque adeo breui is fuit ſanitati reſtitutus. Id quod etiam alijs*

contigiſſe ſcio, qui hoc admirabili medicamento ſunt vſi in ea peſtilentia, quæ anno 62. & 63. E
in tota fere Bœmia graſſabatur, ſiquidem quamplures ſeruati ſunt peſtilentia affecti, qui Antimonij noſtri hyacinthini grana tantùm quatuor ex antidoti liberantis drachma in morbi principio deuorarunt. His addit. *Præterea & ſtibium opitulatur omnibus in vniuerſum morbis, quos atra bilis excitauit, ijſque præſertim, qui hypochondriacam obtinent inflammationem. Equidem vidi Pragæ Bœmicum Parochum, qui melancholicus planè factus deſipiebat, multaque ſtultè loquebatur. Huic ſanè exhibitum fuit ſtibium granorum duodecim pondere: quod paulo poſt copioſè atram bilem per aluum eduxit, cui erant admixta (vt ego, qui vidi vocatus, tanquã miraculum teſtari poſſum) ramenta veluti carnis, quæ magnus varices in particulas diſſectos præſeferebant. Namque excrementa illa ſanguinem nigerrimum repræſentabant potiùs, quàm vllum ex alijs humoribus. Hoc itaque illi tantam opem tulit, quòd poſtera die viſus eſt bellè priſtinam mentis ſuæ ſanitatem recuperaſſe, & quoniam is erat corpore robuſto, & animo forti, ideo non eſt mirum, ſi facilè & ſine vllo incommodo tulerit tantam illius medicamenti quantitatem, quamquam audax nimis fortè habendus eſt ille, qui eam exhibuit. Datur etiam ſtibium vtiliſſimè diuturna febre conſumptis, & ijs qui ſpirandi* F
difficultate laborant, præcipuè aſthmaticis: prodeſt item conuulſis, comitialibus, veternoſis, reſolutis, & ijs qui coli dolore cruciantur. Hæc ſunt, quæ de virtutibus, & facultatibus Antimonij ſcribit Matthiolus, quas ipſe experientia docuiſſe teſtatur.

Videamus nunc, quid ſentiat Andernacus, quem omnes Alchymiſtę ſectantur, tamquam Paracelſi fidum, & legitimum interpretem. Primò de eſſentia ſtibij, eiuſdemq́ue virtutibus loquens aſſerit eſſe inſtaurandis, innouandiſq́ue viribus dicatum; deinde ad febres curandas: & ſubiungit, quòd aquam inter cutem diſcutiat, morbis vterinis, arquato, comitiali, & ſimilibus medeatur: luem veneream, omniaq́ue hinc orta vitia mirabiliter ſanet, humores per aluum educat, ſuperfluos per cutis halitus expellat. Præterea addit eſſe ſummum totius Chymiæ remedium, in omnibus morbis etiam deploratis; hincq́ue elephantiaſim, eiuſque ſpecies, & alia incurabilia mala ſenſim expurgare, quicquid è corpore tollendum eſt (præter omnium reliquorum myſteriorum modum) funditùs auferre: corpus ad perfectam, abſolutamq́ue adeo ſanitatem reducere dicitur, vt nihil ad hanc ampliùs requiri, nec vllo cuiuſuis generis morbo in- G
feſtari queat. De virtutibus verò olei ad hunc loquitur modum: *Huius grana tria ex vino, vel liquore fæcularum vini, & chalchanti potui ſumpta aquam ſubter cutem intra dies paucos curant: grana duo ex theriacæ drachmis duabus deuorata peſti, morbiſq́ue venenatis medentur. trium guttarum inſtar, vel ampliùs ex aqua vitæ ſumptum conuulſioni, morbo attonito, alijſq́ue cerebri affectibus ſuccurrit: dolores podagricos, colicoſq́ue ſedat, febres diſcutit: veſicæ vlceratæ opitulatur: vlcera maligna, cancrum, fiſtulas, phagedænas, herpetem, omniaq́ue cutis vitia mirabiliter ſanat.*

De Antimonio vitro, aut gemma ſic ſcribit: *in longis, & obſtinatis morbis valet: vt morbo comitiali, melancholia, podagra, elephantiaſi, reſolutione, alijſq́ue huius generis morbis difficilibus, nec non in febribus quotidianis, tertianis, & quartanis: ſalubriter quoque ijs, qui peſtilentia correpti ſunt, aut venenum hauſerunt, & diuturno capitis dolore laborant, exhibetur. Item aqua inter cutem, morbo arquato, malo corporis habitu, difficultate ſpirandi, menſtruorum obſtructionibus, malignis vlceribus, morbo gallico, & ſimilibus infeſtatis proficit.* Hæ ſunt admirabiles quidem, & penè inauditæ virtutes, quas Andernacus ſuo H
Antimonio conuenire ſcripſit. Audiamus modò, quid Reuſnerus Alchymiſta inſuperabilis velit ſuum Antimonium præſtare. Is quidem ex mente Paracelſi loquens adhunc modum de ipſius facultatibus ſcribit: *Antimonij tinctura tutò ſumitur in febribus, quartana maximè, lue venerea, lepra, morbo Herculeo, paralyſi, aqua inter cutem, cachexia, aurigine, ſcorbuto, melancholia hypochondriaca, mania, dolore ventriculi, aſthmate, veneno, cephalea, arthritide, & alijs chronicis, ſonticiſq́ue ægritudinibus.* Admirabilis ergo virtus eius credenda eſt, cùm tot diuerſis, & cõtrarijs morbis illud ſatisfacere ſcriptum ab Alchymiſtis ſit.

Et iſti ſunt authores, quos ego vidi celebriores ad cœlos vſque extollentes huiuſmodi medicamentum. Sunt præterea quamplures alij, Vltramontani præſertim, qui familiariter eo vtuntur, nec ſanè indocti viri, inter quos Ioſeph Quercetanus ſcribit adeſſe eruditiſſimum Felicem Platerum, & Theodorum Zuingerum medicorum Hel-

uetiorum

A uetiorum lumen, atque ſplendorem. Cùm tamen apud me extet doctiſſimus Plateri
tractatus de functionum læſionibus, ſi ipſe cum Chymicis ſentiret, vbi de rebus ad cu-
rationem morborum particularium fuit ſermo, de Antimonio tanquam de tam ſingu-
lari medicamento aliquid dicere debuiſſet, at de eo ne verbum, vt ſedulò obſeruaui.
Sed quicquid ſit de prædictis authoribus. Scio etiam Zuingerum in ſua quadam ele-
ganti epiſtola hæc ſcripſiſſe; *quæ tu ad me de Paracelſo ſcribis tanquam ad eum, qui mul-
tum ſtudij, atque temporis in his collocant, ſcribere videris, quod cùm à me longè ſit alienum,
ignotæ regionis commonſtrator eſſe nequeo.* Antimonium ex authoritatibus allatis ſatis lau-
datum apparet, atque ita, vt ei nullum medicamentum aliud comparari poſſe iuxta
eorum ſententiam exiſtimem, dictis tamen aliorum illud præterea addendum eſſe pu-
to, quòd de ſuo Hercule Thomas Bouius tradidit, nempe non ſecus atque Hercules
homines prauos occidebat, ita huiuſmodi medicamentum morbos magnos, & deplo-
ratos virtute ſua curare.

En nunc quæ ſuccedunt experimẽta de Antimonio facta. Petrus Monauius epiſtola
B quadam ad Andræam Dudiſcium, quæ eſt apud Scholzium quarta, admirabilem cura-
tionem ſcribit ab Antimonio factam, quæ cum memorabilis ſit, ipſius verba hic ad-
ſcribere non pigebit. *Neſcio, an nuper tibi ſignificauerim de nobili quodam viro, qui mihi
decem, & octo annos operam nauauit, is multis, & grauioribus morbis conflictatus fuit per
ſex, & amplius annos, ſcabie perpetua ſicca illa, quæ perpetuo pruritu vexat, mirum in mo-
dum vexabatur die, ac nocte, ſomnum capere non poterat, cibum reſpuebat, vertigine ten-
tabatur identidem. Cracouienſes Medici quidam aliquot annis hominem varijs medicamen-
tis (alioquin macrum, ſiccum, & melancholicum) excarnificauerunt: fuit qui ſarzam
parillam, deinde chinæ radicem, aliàs guaiacum prabuerit, denique hydrargiro vnctus
fuit: ſed hæc fruſtra omnia, non potuit hic morbus armis propulſari. Tandem itali con-
ſilio cuiuſdam Ioannis Pedemontani, qui tum in Dacia ei, qui nunc Polonorum Rex eſt, mini-
ſtrabat, ad Antimonij quatuor grana deuentum eſt. Quid multa, morbus tam diuturnus, tam
pertinax paucis menſibus depulſus eſt. Iam ſex anni abierunt, etiam nunc benè habet.*
Sed audi, quod ſubiungit author iſte, quod mihi mirum videtur, nempe is, quem dixi,
C Pedemontanus iam à quindecim annis ſingulis ferè menſibus decem, duodecim, qua-
tuordecim, cum lubet, & neceſſe putat, grana ebibit: morboſum fuiſſe ſe antea ait, poſt
vſum ſtibij ſemper rectè valuiſſe, itaque magis, vt imminentibus morbis obuiam eat,
quàm vt præſentem aliquem curet, ſtibio ſe tam frequenter vti affirmat.

Audiui & ipſe à quodam pharmacopæo huius Ciuitatis nomine Bartholomæo Ca-
puto, qui in chymicis operationibus non mediocriter eruditus eſt, ſe ſingulo menſe ad
valetudinem conſeruandam quinque, aut ſeptem grana Antimonij deuorare, atteſta-
turque pluribus iuramentis ſe à febre tertiana nota vnica Antimonij ex prædictis doſi
aſſumpta ſtatim liberatũ fuiſſe, quod idem puellæ quatuordecim annorũ, cui exhibue-
rat ſeptem ſui Antimonij grana euenisse amplè fatetur. Retulit etiam mihi nobilis qui-
dam Meſſanenſis Don Ferdinandus Romanus, quòd cùm febre eadem tertiana nota
laboraſſet, eidemque fruſtra multa exhibita medicamenta fuiſſent, refugiſſe ad Anti-
moniũ, quod audiuerat plurimos à morbis deploratis liberaſſe, acceptis itaque ſeptem
granis miraculi in modum ab huiuſmodi febre eadem die, qua medicamentum hoc
D accepit, prorſus fuit liberatus.

Plura adhuc de laudibus, & prærogatiuis huius medicamẽti à pluribus circumferun-
tur, quæ ſi vera eſſent, non eſſet opus alijs medicamentis, nec etiam tot laboribus, &
ſtudijs, cùm vnuſquiſque artifex in præparando Antimonio edoctus poſſet vnicuique
morbo aliquo laboranti ſuccurrere, omneſque Medici vnius Antimonij cognitioni
acquieſcere deberent, cùm ad morbos omnes profligandos ſolum ſufficiat.

Sed quamuis multi multa, & tam præclara, & ſingularia de hoc medicamento di-
cant, exaggerẽtque, & ad cœlos vſque ipſius encomia extollant; ſunt tamen authores,
nec quidem vulgares, qui contraria de Antimonio ſcribunt. Quorum aliqui dicunt
eiuſmodi exaggerationes nugas eſſe meras, fraudeſque in vulgus diſperſas, & à diabolo
in humani generis pernitiem fuiſſe excogitatas. Quæſo mentis aciem intendamus in
ea, quę ſcripſit Riolanus ſub innominato authore in Apologia quadam aduerſus Quer-
cetanum Alchymiſtam, Hæc ſunt verba ipſius. *Non dubito, quin iſta remedia* (loquens

de Antimonio, & præcipitato) *à Diabolo ſunt inuenta in ruinam generis humani: ſerpens iſte maligna excogitauit pro benignis, quæ ſuo clienti Paracelſo communicauit in vulgus diſpergenda, pauca bona vt aquas, & olea immiſcuit, vt deleteria illa eſſent gratiora.* E Supra dixerat: *Chymica præſertim purgantia, vt Antimonium, & præcipitatum ſunt plena periculis, vulgaria medicamenta ſi non proſunt, ſaltem non nocent, at chymica relinquunt malam diathesin in partibus nobilibus: perpauci vſi ſunt frequenter Antimonio, qui immatura morte non ſint ſublati: vix attingunt annum quinquageſimum*: & ſubiungit. *Noui ſpagyricos, qui ægris iſta ſolent imperare, ipſi tamen cum ægrotant, vtuntur noſtris, præferunt caſſiam Antimonio, ſenam præcipitato, quia omne violentum eſt naturæ inimicum.* Hæc Ioannes Riolanus inter Gallos profectò non infimus author (vt ſua demoſtrant ſcripta) de Antimonio teſtatur.

Legas quæſo, quæ noſtri temporis Aeſculapius, ideſt Mercurialis ſcripſit, ad hoc propoſitum, lib. 2. de com. med. capite 8. Huius hæc ſunt verba; *Antimonio, quod ſtibi vocabant veteres, non vſi ſunt maiores noſtri ad purganda corpora, ſed ſolummodò ad ornandos oculos, ad ſupercilia denigranda, vnde Gal. 6. de valet. tuenda 12. appellat mulieres* F *ςιβιζούσας, quæ oculos colebant Antimonio: id quod etiam habetis apud Clementum Alexandrinum in lib. pædagogi: Tempore noſtro Theophraſtus Paracelſus primus cœpit vti hoc diabolico medicamento, non ad purganda corpora, ſed ad iugulandos homines. Doſis, qua vtitur, eſt à granis duobus ad grana quatuor. Sed conſulo vobis, vt omninò abſtineatis ab hoc medicamento, quia tametſi videatur per aliquod tempus prodeſſe, tamen rariſſimi ſunt, qui vtentes hoc medicamento perueniunt ad primam ſenectam, & hoc non ſolùm Eraſtus, qui contra Paracelſum ſcribit, quamplurimis exemplis demoſtrauit, verùm etiam aliquot exempla habeo eorum, qui immaturè perierunt vſi hoc medicamento.*

Idem author conſiliorum medicinalium tomo 3. cap. de oculis orientalibus, & Antimonio ad Baptiſtam Condronchium, hæc de Antimonio ſcribit. *Ad ſtibium modò orationem conuerto, de quo iure quæris, an à rationali Medico quemadmodum à plerìſque alijs ſit, vſurpari debeat, an potiùs tanquam venenum, vel venenoſum ſit reijciendum, & vt liberè tecum loquar in re maximè omnium ad ſalutem ſpectante, plurimos, atque etiam non infimi ingenij viros in agenda Medicina vidi huiuſmodi medicamento vſos, quorum* G *omnes ſemper per vnam, vel alteram diem incredibili turbatione & mentis, & animi ſunt affecti, aliqui verò ſtatim interempti, pauciſſimi, qui diù ſuperuixerint, qui & ſi poſt magnas, & vehementiſſimas euacuationes, vt fieri ſolet, multò meliùs viſi ſunt valuiſſe, vbi tamen repètere Antimonij vſum deliberarunt, tandem natura cruciatibus, & acerbiſſimis illis tumultibus laceſſita manus dare, & deficere coacta eſt; neque enim fieri poteſt, vt res ſuapte natura deleterea arte poſtmodum caſtigatiſſima queat in tam exigua mole tantos, ac ferè incredibiles effectus producere, niſi vis aliqua relinqueretur multò maior, & vehementior, quàm ſit humanæ naturæ facultas, quæ ſicuti commoderata eſt, ita quoque eam à moderatis rebus beneficium, ab immoderatis detrimentum recipere rationi conſentaneum eſt, vt ob id ſapientiſſimus Hipp. huiuſmodi remedia fugienda eſſe præceperit, & in his ſolùm ſeſe Medicum exercere debere, quæ ſi non iuuant, ſaltem non lædunt,* & quæ ſequuntur in hoc capite, quæ vſum Antimonij deteſtantur.

Plures alij authores abhorrent ab huiuſmodi medicamento tanquam à veneno, illudq́ue omninò euitandum eſſe liberè ſcribunt, quos ſingillatim in medium H afferam, ſimulq́ue & eorum ſententias: inter quos occurrit primò Ioannes Grauinius vir ſanè doctrinæ ſolidæ, Hippocratiſq́ue, atque Galeni authoritatibus ſummè addictus in ſuo docto de venenis libro, in quo inſtituens de Antimonio caput proprium, ita de præparato loquitur; *ſtatim cùm intra corpus fuerit, & ſupra, & infra hominem defatigat, idq́ue vt plurimùm, præterea in diuerſis morbis, in omni ætate, ſexu, & quouis anni tempore nullo adhibito diſcrimine exhibetur, & ſtatim ſuas exercet vires, & tam in tabido, quàm aqua inter cutem laborante ſerum educit, tam in ſano, quàm in ægro, & melancholico, vel bilioſo, quàm pituitoſo, & pertinaciter ſemper huic humori adhæret, nec eum, qui facilior eſt, educit:* & paulò infra ſubiungit, *fieri ne poteſt, vt tam parua medicamenti portio in tam exiguo tempore, & ſupra, & infra ita corpus exagitet? an hoc ſit naturæ robore, quæ hac ratione id, quod moleſtum eſt à ſe excutere conatur? quid præterea dicis cùm eandem videt in principio morbi operationem, cum humor adhuc crudus eſt, & ad expulſionem inceptus*

cum

A *cum ea inquam, quæ à concoctione illius perficitur?* Tandem comparans huiuſmodi me-
dicamentum cum medicamentis rectè c perantibus concludit illud non habere con-
ditiones expurganti medicamento requiſitas, quia non educit humorem peccantem,
nec eum per vias, per quas, vel natura, vel morbus exonerare ſe conſueuerunt, nec
per loca conuenientia eum euacuat; nam conſumit, hoc eſt, liquat, humoreſque depa-
ſcitur: non itaque humores malos euacuat, & tantùm abeſt, vt illorum efferueſcen-
tiam impediat, vt eam excitet potiùs, nec artis induſtria eò deduci poteſt, vt vel natu-
ræ, vel morbi, vel humoris motum ſequatur; nam & in æſtate, & in hyeme, tam me-
lancholicis, quà.m biliofis, tam in morbis, qui per ſuperna, quàm qui per inferna pur-
gantur, vomitionem mouet: & vt breuibus omnia complectar, & infra, & ſupra ex-
purgat, in omni ætate, quo vis tempore, & humore, & in omni morbi genere.

Bartholomæus Gerouius Decade prima quæſt. 1. ad cap. 3. de Antimonio ad hunc
ſcribit modum: *Aſſeueramus itaque Antimonium calcinatum exitioſa ſua, & venenata
tum ſubſtantia, tum qualitate moleſtiſſimè naturam irritare, communi quadam tractione
B non ſolùm prauos, ſed etiam optimos educere ſuccos; dum namque natura humanæ, ac præ-
ſertim cordi venefica ſua vi inimicum eſt, illudque ſuo vapore, & facultate malefica lædit,
neceſſariò cordi veniunt in adminiculum ſpiritus, qui dum potenter contra malignam qua-
litatem belligerantur, illamque à corde profligare contendunt nixu maximo, accedit tunc
ex pugna hac, vt humores vniuerſo in corpore commoueantur, & ſurſum, deorſumque expel-
lantur non ſolùm inutiles, & praui, ſed etiam vtiles, & alimentarij: fit ergo hæc purgatio non
per ſe, ſed ex accidenti, quemadmodum etiam per hydrargirij inunctionem in morbo gallico
per os copioſi, & mucoſi fit expuitio.*

Ioannes Crato inter Germanos doctiſſimus, Medicuſque ſucceſſiuè trium Impera-
torum, qui multos agnouit vtentes hoc præſidic,"ùm in Germaṇia ſit in ſummo pre-
tio, & maximo vſu, de ipſo hæc ſcribit. *Scio etiam quibuſdam Medicis perſuaderi Anti-
monium eſſe ſingulare alexipharmacum contra infectiones; ſed quia arſenico non valde
diſſimile eſt, & natura ab eo tãquam à veneno abhorret: & cum inutilibus humoribus etiam
bonos exturbat, fieri poteſt, vt in tãta agitatione, & hypercatharſi corpus eo veneno liberetur,
C & putredo propter fortem exiccationem deſinat, carere autem periculo, vel omnibus tutò
præberi poſſe non facilè adducor, vt credam; nam certo certius eſt præcipitatum, & Antimo-
nium eſſe peſtifera pharmaca.*

Petrus Monauius indefeſſi ſtudij Medicus in ſua quadam pulcherrima epiſtola re-
ſpondens Andreæ Rudethio, quæ eſt apud Laurentium Scholz um 198. de virtute
Antimonij ſolutiuua, hæc ad verbum habet. *Neque verò hic tantùm quærimus, an omni-
nò purget, hoc eſt humores ex corpore vi expellat (illud enim experientia ſatis, ſuperque
teſtatur) ſed quali nam facultate illud præſtet, & an tutò aſſumi queat; purgantium certè
quæ propriè hoc nomine donantur, non vna eſt differentia, & quamquam omnia irritando, &
ſtimulando naturam (de quo ipſo lis nondum eſt compoſita, obtrudentibus pleriſque etiam ex
recentioribus, neſcio quàm electiuam humorum attractionem) diuerſi nihilominus gradus
reperiuntur, quos inter ſeſe diſtingui neceſſarium eſt; itaque ſtibium maligna, & veluti ve-
nenata qualitate, quæ naturæ aduerſa eſt, purgatorium euadere cenſemus, indicio eſt ve-
hemens illa,* & quæ ſequuntur.

D Godifredus Steeghius ſuæ Medicinæ practicæ, egregiè quidem lib. 1. cap. 11. de
Antimonio præparato hæc ſcribit. *Plurimi Medici Clariſſimi eius vſum omninò dam-
nant, neſcio an maiori Paracelſi huius remedij authoris, eiuſque aſſeclarum Agyrtarum, ple-
rumque vno hoc remedio paratu facili omnium morborum curationem vulgò pollicentium
odio, an ob ſymptomatum quibus ſumentes affligit magnitudinẽ; eſt enim valde venenatum,
vt plurimos interficiat. Dandum ergo ſolùm robuſtis, multa humorum ſaburra grauatis,
quibus vitalis vis, adſit plurima, de quorum ſalute per alia remedia deſperatur.*

Georgius Beretinus de natura medicamentorum cap. 14. de Antimonio ita loqui-
tur. *Antimonium Arabicè, & vulgò: ſtibium Græcis, ac Plinio ſpuma candida lapis, refri-
gerat, adſtringit, atque exiccat, maligna vlcera reprimit, & oculorum collyrijs intermiſce-
tur, à Theophraſto Paracelſo in claſſe medicamentorum purgantium recenſetur, ſed quia ma-
ligna, & deleteria facultate omnes humores moleſtè, & incommodè, cum naturæ iactura
educit, vireſque potiùs deijcit, quàm tutò facili tolerantia, & leuamine expurgat, omninò*
repudian-

Digitized by Google

repudiandum eſt. paulò infra ſubiungit, *huius maligni, & venenati pharmaci pernitiem* B
audaciùs experiri licet in canibus, qui aliquot eiuſdem granis cum pane ſimul mixtis deuoratis confeſtim interimuntur. Iſti ſunt authores graues doctrina celebres, omnibuſque Medicis, & Philoſophis cogniti, quorum ſcripta homines omni exceptione maiores eſſe declarant, qui procul omni dubio ijs, qui partem affirmatiuam tenent, totque admirabilia de Antimonio prædicant, opponi facilè poſſunt. Adeſt & ratio à natura ipſius Antimonij, quod præparatum vocant, nec non & ab effectibus ipſius, & operationibus deſumpta, à quibus concludi poſſe videtur Antimonium præparatum peſſimum omnium eſſe medicamentum, idque tanquam venenum eſſe interdicendum.

Sed videamus, quæ ſit in primis Antimonij præparati natura, deinde quæ ſint illius operationes. Quod ad primum ſpectat, Antimoniũ præparatum nihil aliud eſt, quàm illud idem aduſtum per calcinationem (vt vocant Chymici) in puluerem redactum. Iam verò quæ calcinatione aduruntur, acquirunt caliditatem in quarto (ita docente cum Paracelſo Arnaldo Villanouenſi) at quæ talia ſunt ex Gal. ſententia 7. de ſim. medicam. fac. cap. 5. ſunt venena, quare & ipſum Antimonium præparatum vene- F
num eſſe nemini dubitandum eſt. Dum enim ignis in Antimonium agit, ſibi illud ſimile vndequaque reddere tentat, cùm autem ſuapte natura vnam habeat igni contrariam qualitatem, nempe frigiditatem, alteram verò ſimilem, quæ eſt ſiccitas, in illa ignis actione corrumpitur frigiditas à ſuo contrario, introduciturque ignis caliditas, ſiccitaſque magis augetur reſoluta omni ipſius humiditate ab ignis violenta actione, vnde Antimonium habebit, & caliditatem, & ſiccitatem in quarto gradu: eoque maiorem caliditatẽ, & ſiccitatem acquiret, quo magis ad naturam vitri appropinquat; tunc enim perfectum eſſe dicunt Alchymiſtæ Antimonium, cùm vitri, aut gemmæ luciditatem acquiſiuerit: at quod vi ignis, vel in calcem, vel cinerem, vel vitrum redactum fuerit, quartum caliditatis gradum acquiſiuiſſe Chymiſtarum principes affirmant, & per conſequens venena euaſiſſe credendum eſt.

Cùm autem in Antimonij calcinatione nunquam ab igne illud auferatur, niſi omnis humiditas euaporata fuerit, hinc eſt, quòd Antimonium acquirit vtramque ignis qualitatem ad ſummum, deinde quamuis, vt pulchrè Grauinius notat, Antimonium non G
perfectè naturam vitri acquirat, cùm tamen ignis actione eius ſubſtantia ex opaca, & vmbroſa in pellucidam abeat, maximam cum vitro affinitatem vt aquirat, neceſſe eſt: ſi verò vitrum in puluerem tenuiſſimum redigatur, hominique, aut cuipiam alio animali offeratur aſſumendum, & ventriculi, & inteſtinorum membranas corrodere aptum erit, quod idem de Antimonio præparato, & in vitrum redacto dicendum erit. Hinc non defuerunt authores grauiſſimi, vt Rondeletius, & alij qui dixerunt Antimonium corrodere membranam internam ventriculi, proinde opus eſſe ei, qui vult illud exhibere, vt curet dare ventriculo repleto.

Addo, quòd huiuſmodi præparatio per calcinationem ab ipſis Alchymiſtis tãquam peſſima reprobatur. Reuſnerus enim ex Paracelſiſtarum, & Agyrtarum familia præcipuus (Ioſepho Quercetano atteſtante) lib. de ſcorbuto, & loco iam cit. exercitatione 7. de Antimonij vitrificatione ex ſui Paracelſi mente hanc ſententiam affert. Omnem Antimonij calcinationem deteſtandam eſſe ſiue vitri, ſiue gemmæ figuram receperit; nam Paracelſus, & eius, & omnium Agyrtarum magiſter lib. 3. de vita longa cap. 6. H
cautionem in ipſo præparando ſeruandam his verbis admonet, *vide*, inquit, *ne corrumpatur Antimonium, ſed totum hoc quantum eſt, ac integrum manet citra vllam amiſſionem formæ; ſub hac enim deliteſcit Antimonij arcanum.* Reuſnerus verò ſubiungit; *Calcinando nihil horum præſtari poſſe, quin materialis terra magis cum Balſamo Antimonij confunditur: & ſic penitùs Medici actio interturbatur, gemma idcirco ſibij dogmaticis ſuſpecta eſt, cuius tamen vſum cum multorum funeribus in Rempublicam Aſclepiadeam Paracelſiſta introduxerunt.*

Quercetanus quoque Spagyricorum, & Chymiſtarum ingens, & acris propugnator lib. aduerſus Anonymum cap. 3. de vitro Antimonij loquens ſic ſcribit. *Antimonium vitreum, & præcipitatum à me prorſus explodi, atque damnari, eaque ab vſu meo, & medẽdi ratione quàm aliena ſint, ſatis docent pharmacopæa mea dogmatica, tum conſilia à nobis edita, & quæ mox in lucem* (fauente Deo) *produtura ſunt:* & paulò infra. *Quis enim pru-*
dens

A *dens Medicus vitrificatum illud Antimonium, vt ſymptomatũ exitialium parens, & Mer-*
curium præcipitatum tot ſpiritibus acribus, & rodentibus ferocitatem laudaueris, vt apud
me, & veros Philoſophos, qui aſſiduè acclamant, cauete à vitrificatione iſta, probentur, &
in vſum veniant? & ruſus in alia pagina, *Audite,* inquit, *quid ſcribam de Antimonio,*
tinctura illa expurgat atrum ſanguinem, & vitioſos quoſque humores, idq́ue ſine euacua-
tione manifeſta, ſed ſola prauorum humorum correctione: Addo ne quis autem exiſtimet me
de illo Antimonij vitro verba facere, quo hodie multi imperiti maximo cum damno vtuntur;
pernicioſum enim eſt medicamentum, quod ſuo arſenicali ſpiritu facultatem irritando ex-
pulſricem per ſuperiora, & inferiora magna cum perturbatione ducit, euacuatq́ue, quod ego
probare nullo modo poſſum. Vides iam ab Alchymiſtis ipſis Paracelſum ſectãtibus, ſimul-
q́ue, & ab ipſomet Paracelſo Antimonium vitreatum, aut in gemmam conuerſum, vt
peſſimum venenum condemnari, ideoq́ue ab vſu Medicorum eſſe ablegandum.

Sed dices, fortaſſe Antimonium ſolum in vitrum redactum eſſe deteſtandum, ſi ta-
men rebus aliquibus corrigatur, eaq́ue ratione præparetur, quà Matthiolus præcitato
B loco præparandum docuit, poterit tutò exhiberi, quemadmodum ſe feciſſe cum feli-
ciſſimo ſucceſſu ipſemet teſtatur. Verùm ſi hanc compoſitionem intimiùs contempla-
tus fueris, comperies eam longè cæteris deteriorem eſſe; vnde Grauinius ipſum admi-
ratur, quòd auſus fuerit ſuam hanc compoſitionem, aut præparationem in medium
proponere, nec ſine euidenti ratione; nam duo ſunt, quæ ipſe Antimonio admiſcet,
nempe chryſocollam, quam boracem appellat, nec non ſalem. Quamuis re vera borax
ſit, quid à chryſocolla diſtinctum; nam Auic. lib. 2. cap. 704. & Serapio boracem in-
telligunt ſub nomine tinear, quod eſt ſalis genus quoddam: chryſocolla verò ex Dio-
ſcoridis ſententia lib. 5. cap. 54. eſt medicamentum, quod enumeratur inter ea, quæ
vomitiones concitant, & necem inferre poſſunt. Hæc autem docente Falloppio lib. de
metal. & foſſil. cap. 34. eſt in duplici diſcrimine, vna naturalis, altera artefacta, quæ
ſaterna appellatur: naturalis nihil aliud eſt, quàm metallum æris putrefactum, fitq́ue
duobus modis, primò dum fluit in fodinis æris liquor aliquis, qui corrumpens æs, illud
in æruginem conuertit, ex quo fit in eodem loco chryſocolla. Secundo modo Plinio
C docente, quãdo liquor aliquis fluxerit ſenſim in venam metalli tota hyeme ad Iunium
vſque, aut Iulium menſem, & totus liquor concreſcens ſiccatur: hinc fieri habet chry-
ſocolla, ita vt quamuis hæc in fodinis argenti, aut plumbi aliquando fiat, nunquam ta-
men reperiatur, niſi vbi adeſt æs, vnde vbi illa reperitur, indicium eſt ineſſe æs.

Chryſocollæ verò facultas eodem Falloppio docente eſt, vt ſit calida, & ſicca in
quarto gradu, ſoluit aluum, & mouet ita vehementer vomitum, vt interficiat, ſicut &
bulbus vomitorius. Artificialis verò ſaterna dicta, & ipſa componitur duobus modis,
vno modo, accipitur vrina pueri, eaq́ue in mortario ex ære rubeo cyprio ponitur, &
piſtillo ex eadem materia ſub ſole diebus canicularibus agitatur, & ex hac agitatione
aliqua ramenta ex mortario, alia ex piſtillo exeuntia, ſimulq́ue & vrina componitur.
chryſocolla hac vtuntur aurifices ad aurum agglutinandum, de qua ſpecie tractat
Dioſcorides lib. 5. cap. de ærugine. Altero modo additur vrinæ prædictæ poſitæ in
eodem mortario, & agitatę ab eodem piſtillo aliqua nitri quãtitas. Eſt in ſumma idem
modus cum ſuperiori, niſi quòd additur nitrum. Docetur hic modus à Plinio lib. 33.
D cap. 5. Cùm igitur chryſocolla naturalis, qua vtitur Matthiolus ſit calida, & ſicca in
quarto gradu, non poterit remittere Antimonij aduſti acrimoniam, imò potiùs ipſam
augebit, vt conſideranti naturam cyprij, & nitri manifeſtiſſimum eſſe poterit, tantum
igitur abeſt, vt corrigitur Antimonium calcinatum ab ipſa chryſocolla, vt potiùs ipſius
mala qualitas augeatur.

Nec ſatis poſſum admirari Matthiolum in aliorum erroribus detegẽdis, & corrigen-
dis, etiam leuibus valde pronũ, & facilem, cur ſalem ſubſtituat ipſi chryſocollæ; nam vt
inquit ipſe, chryſocollæ vicem feliciori ſucceſſu mihi præſtat ſal foſſilis, vt chryſtalli
modo pellucidum reddatur: at non vidit ſalẽ non poſſe ſubſtitui ipſi chryſocollæ, cùm
hæc ipſa calida, & ſicca ſit in quarto gradu, ſal verò minimè. De natura enim ſalis Ga-
leno docente tum 9. de ſimp. medicam. fac. tum 4. eiuſdem cap. 21. ſapor ſalſus in-
dicium eſt caliditatis, & ſiccitatis, ſed non in quarto gradu; comparans enim ſalſum
ſaporem amaro dicebat illum huic eſſe quidem propinquum, terrenoſq́ue eſſe ambos

& cali-

& calidos; diffidere tamen quia amarus ſapor à calore arido extenuatus eſt, & elaboratus. Sic in genere ſalis, qui durior eſt, & denſior, terreſtriorque, qualis vniuerſus eſt foſſilis, minùs calidus eſt, minuſque tenuium partium, at chryſocolla calida eſt, & ſicca in quarto gradu, vt dictum eſt. Quare nec ſal poterit vnquam vicem gerere ipſius chryſocollæ. Hæc mihi adeo clara eſſe videntur, vt nulla opus ſit verborum congerie, qua explanentur. B

Succedit, quòd neque ſal aptus eſt ad corrigẽdam Antimonij effrænatam illam tam per ſuperiora, quàm per inferiora euacuationem, cùm habeat facultatem ſubuertendi ſtomachum vomitionem mouens, purgatque irritando facultatem expultricem tam per inferiora, quàm per ſuperiora. Sed dices forſan tu pro Matthiolo ſalem opem ferre Antimonio, dum præparatur ad acquirendam maiorem luciditatem; quia tunc chryſtalli in modum fit lucidum: ſed ſupra dictum fuit, quò Antimonium maiorem acquirit luciditatem, eò magis appropinquare naturæ vitri; vnde magis corroſiuum redditur. Vides igitur, quàm ſit periculoſa huiuſmodi præparatio, quæ tamen adeo diuulgata eſt, vt omnes ea familiariter vtantur maximo cum hominum vitæ periculo. F

Huic adde incertitudinem præparandi, cùm ipſemet Matthiolus addat non poſſe ab aliquo præparari, niſi ab alio præparari diligenter obſeruauerit, & quod magis eſt, addit, non ſemper à peritiſſimo etiam Chymico, & qui ipſum multoties præparauerit reduci poſſe ad pelluciditatem illam, quàm in perfecto Antimonio ipſe deſiderandam eſſe fatetur, quod ſanè quidem videtur indicium ſuam hanc præparationem caſualem, & fortuitam eſſe, cùm clariſſimum ſit, quòd ea, quæ ab arte fiunt, vel vt ſemper, vel vt plurimùm talia fiunt, rarò autem pellucidum redditur etiam à peritiſſimo Chymico, quare concludendum eſt præparationem hanc ſuam caſualem, non ſecundùm artem factam. Audias quid de hac præparatione dicat Reuſn-rus. *Tales, ait, in norma præparandi ſtibium enormiter hallucinantur, licet ſe in ignota Galenicis Paracelſi hypogea ſurda ingreſſos iactitent, tot hic ſunt ambages, vt dicamus non eſſe in Cretam nobis nauigandum, ſi labyrinthi viſendi deſiderio flagremus; hic enim ſunt viri pluſquam Dedalei.* Cùm igitur omnis præparatio, quæ fit per calcinationem, Antimonium reddat medicamentum venenatum, vt ſupra dictum fuit, & eò magis ſi fiat per additionem chryſocollæ, aut ſalis, hinc iure meritò grauiſſimi authores iam dicti, determinant illud eſſe tanquam certiſſimum venenum fugiendum. G

Augetur difficultas ab operationibus, quas ipſe molitur; omnes enim ſcriptores conueniunt in hoc, vt eius euacuandi facultas, nimia ſit educens immoderatè humores è corpore tã per ſuperna, quàm per inferna; at quæ talia ſunt pharmaca, ab Auerrhoë, vt ſupra vidimus, reponuntur inter venena, quare Antimonium erit venenum. Succedit, quòd illud etiam in minima quantitate aſſumptum tam citò, immoderatè omnes humores è corpore indifferenter euacuat: & præterea ſymptomata peſſima, quæ ſequuntur, indicia ſunt prauæ, & venenatæ qualitatis, vt ſunt tormina, anxietas, animi deliquium, præceps virium proſtratio, iactura, mali pulſus, & tandem mors repentina, quæ ſæpe ſequi ſolent huius medicamenti vehementem operationem; nam omnibus corporibus, omnibus morbis, omni ætati exhibitum Antimonium, in exiguaque quantitate indifferenter omnes humores euacuat, & feroſos potiſſimùm tam per ſuperiorea, quàm per infernas partes, tanta violentia, & totius corporis commotione, vt vix H declarari ſcriptis, aut voce poſſit. Vide obſecro, quod Grauinius in ſe ipſo de vſu illius percipere potuerit. Placet propria eius hic attexere verba.

Memini me aliquando perſuaſum falſis huius pharmaci miraculis, & blandis illecebris, quibus ferè toti mundo turpiter imponit, ceu pſeudopropheta quidam, & impoſtor, vt fidem adhiberem ſine vllo prorſus negotio, aut tergiuerſatione his, quæ Matthiolus in commentarijs ſuis in Dioſcoridem ſcripſerat, & quod alij multi mihi prædicarant: & cùm viderem me malis humoribus abundare, & natura à medicamentis abhorrerem, in me ipſo periculum facere volui, exiſtimans illud tam facile eſſe, ac ſi quis frumenti granum in puluerem redactum aſſumeret. Itaque tria grana tantùm ſacchari roſacei exiguæ portioni admixta ſumpſi, ſed vix horæ ſpatium erat elapſum, cùm vomitum mihi tanta vi excitaret, vt quamuis natura facilè vomerem, tamen quotieſcunque irritabar, toties mihi moriendum eſſe exiſtimauerim. Octies autem euomui, & toties etiam aluus reſpondit, & parum abfuit, quin prorſus

animo

A *animo linquerem, & tanta fuit relicta virium imbecillitas, vt integro menſe illas ægrè reſtaurare, vel reficere potuerim. Deiectiones fuerunt aquoſæ tantùm, id quod in alijs quoque, qui eo vſi ſunt obſeruaui; nec dubitandum eſt ſimilem quoque ferè purgationem tam in ſanis, quàm ægris, niſi fortè excrementa varia ob admixtionem humiditatis alicuius, quæ caſu quodam illis adhæſit, apponantur.* Ex eadem mente Reuſnerus Paracelſiſta dicebat Antimonium plures interimere, quàm curare, aut ſi curat eam poſt ſe relinquere calamitatum farraginem, vt vix longo temporè priſtinas vires æger recuperet. Hæc ſunt fundamenta eorum, qui exiſtimant Antimonium minimè in vſum medicum eſſe reuocandum, quæ authoritatibus grauiſſimorum virorum, rationibuſque tam ex natura præparati Antimonij, quàm ab ipſius operibus, & experimentis deſumptis innituntur, vt quid determinandum veniat, via deliberari poſſit.

Sunt modò, & aliqui authores magni nominis, doctrinæque ſingularis, qui nodum extricare, determinationemque facilem reddere conantur, inter quos primò afferam Reuſnerum tanquam Chymicum, & veteris doctrinæ etiam ſtudioſum, qui lib. de ſcor-
B buto iam cit. videtur refugere ad variam Antimonij præparationem, quam (ni fallor) ad duo capita reuocat, nempe ad calcinationem, & ad ſublimitationem, vt ipſe loquitur. Antimonium per calcinationem præparatum ſiue ad gemmæ, ſiue ad vitri figuram reducatur, venenum eſt, & omninò fugiendum, nec in vſum medicum vnquam reuocandum, cùm ſit prædictorum malorum cauſa: illudque etiam à Quercetano omninò reprobatur, ita vt ambo iſti authores ſpagyricæ ſectæ cōueniant in vſu reprobando huius Antimonij, ſed quemadmodum in hoc conueniunt, ita diſcrepare mea quidem ſententia videntur in aſſignando illo, quod ab ipſis tantopere commendatur, à quo tot prodire operationes, & miracula à nobis enarrata iactitant. Quercetanus enim lib. in Anonymum cap. 3. tincturam Antimonij eam eſſe dicit, quæ expurgat atrum ſanguinem, & vitioſos quoſque humores, idque ſine euacuatione manifeſta, ſed ſola prauorum humorum correctione. Reuſnerus verò illud Antimonium præparatum, quo vtendum eſſe vult, videtur appellare lilium, vt ex ipſius verbis apparere poteſt, quæ talia ſunt; *ſublimatio autem ex mente Paracelſi lib. 3. de vita longa cap. 6. per*
C *retortam fieri debet ſine omni capite mortuo: ſic demum euadit ſulphur Antimonij cum proportionato Mercurio, quod verum lilium dicitur.*

Sed huiuſmodi præparatio Antimonij illa eſt, cuius meminimus, quæ in aceto præparatur, quam etiam tincturam ex eodem Paracelſo appellat, cuius quidem ſi dimidia vncia accipiatur tempore vindemiarū, & muſti ſextarijs, aut menſuris viginti infundatur, quouſq; omnia deferueant, medicamentū euadere præſtantiſſimū dicit: hoc vinum hodie feliciſſimè plurimos propinare addit in periculoſiſſimis affectibus, qui leuiora medicamenta aſpernantur. Hæc Antimonij tinctura ſumitur in febribus, quare & iſtud lilium eodem Reuſnero eſt tinctura. Verùm ſi rectè Alchymiſtarum ſcripta intelligere potui, mihi videntur omnem præparationem appellare tincturam, & vt vno amplectar verbo, Reuſnerus vult huiuſmodi tincturam in aceto ea, qua dictum fuit ſuperiùs, ratione ſecuriſſimam eſſe, & ſine aliquo periculo; proinde poſſe nos eadem vti in ſcorbuto potiſſimùm (ſed cùm huiuſmodi ſcorbutus ſit apud noſtros Italos penitùs ignotus, videre curabimus ſuo loco, an vnus morbus ſit particularis, an verò ſint plu-
D res morbi, & à varijs cauſis ortum ducentes) & in plurimis alijs morbis à contrarijs cauſis etiam enatis, vt eſt tertiana febris, quotidiana, & quartana. Quare omnem humorem extra corpus educere Antimonij huiuſmodi tinctura apta eſt ea huius Alchymiſtæ ſententia.

Re vera tamen iſtæ tincturæ non conueniunt operatione, quia illa Quercetani expurgat ſanguinem à vitioſis humoribus quibuſuis ſine manifeſta euacuatione, & lib. diætet. polyhiſtoric. de eodem Antimonio, quo vtendum eſſe cenſet, addit ea eo varia purgantia parari, quæ morbum, eiuſque cauſam citra vehementem corporis perturbationem radicitiùs tollunt: varia quoque hydrotica, diuretica, imò roborantia, & bezoardica magnæ virtutis remedia ex eo conficiuntur. At ipſa tinctura Reuſneri cathartica eſt, & quod magis eſt, inquit, huiuſmodi Antimonium eſſe ſupra omnia arcana. Quare & ſi duo hi Paracelſiſtæ conueniunt in reprobando Antimonio vitriato, aut in gemmam redacto; non tamen quod nam iſtud ſit, quo vti debeamus, eodem ore nobis

Digitized by Google

A verò ipſum, omneſque modos præparationis ſuſpectos habet, ac vilipendit. Quocirca cùm determinatio certa, & ſcientifica ea Alchymiſtarum ſchola haberi minimè poſſit, opus eſt, vt videamus, an à dogmaticis quibuſdam Hipp. & Galeni doctrinam ſectantibus determinatam doctrinam deligere valeamus.

Multi ſunt quidem, & (vt dicebam) non ſpernendi authores, qui Antimonium in vſum medicum non ſemper, ſed quandoque eſſe reuocandum cenſent; nec tamen in hoc ipſo inter ſeſe penitùs conuenire videntur; quandoquidem Rondeletius inter Gallos non infimus author in conſilio quodam, quod apud Scholzium eſt 293. vſum Antimonij concedit duabus ſeruatis conditionibus; vna vt priùs commoueatur corpus eo modo, quo iuſſit Hipp. eſſe in helleboro agendum; altera vt ventriculus ſit repletus, quia Antimonium citra delectum purgat, ſed ſua acrimonia vellicando, vel potiùs vlcerando ventriculum humores, quos reperit, euacuat. Non placent mihi huiuſmodi conditiones, primò quia non eſt par ratio hellebori cum Antimonio; nam cùm ſupponatur Antimonium indifferenter humores omnes in ventriculo exiſtentes tam per ſu-
B periora, quàm per inferiora irritando violenter expellere, non eſt opus maiori auxilio, aut diſpoſitione ad magis excitandum vomitum, quale eſt illud, quod à motu corporis proficiſcitur. Nam ſi Gal. credendum eſt lib. 4. aph. 14. motus proponitur ad faciliorem vomitum, vt inde ſcilicet helleborus per vomitum ducat; cùm enim motus ſuapte natura ad vomitum concitandum ſit idoneus, rationi conſonum eſt, vt quando vomitorio medicamento, quale helleborum eſt, adiungatur, longè maiorem efficaciam habeat: at in præſuppoſito Antimonio via nimium valida reperitur eijciendi humores exiſtentes in ventriculo, tam per ſuperiora, quàm per inferiora, vt ex Oſualdo Crollio ſupra dictum eſt, quare non eſt opus motu corporis ijs, qui Antimonium aſſumere debent.

Deinde vult Rondeletius dandum eſſe Antimonium ventriculo repleto. An verò ventriculus cibis replendus eſt, inquiro ego, vt Antimonij acredo, & violentia à cibis refrangatur, an ad faciliorem humorum exiſtentium in fundo ventriculi euacuationem, quia ex nonnullorum ſententia cibi admiſcentur humoribus pituitoſis, potiſſi-
C mùm in fundo exiſtentibus, ad quorum euacuationem ſubſequitur, & humorum euacuatio? Dico, quòd ſi concedit ratione remiſſionis actionis, vt vis ipſius frangatur ſimul, & ſemel, non conuenit dare Antimonium ventriculo repleto, priuſque motu excitato, cùm huiuſmodi conditiones ſtare ad inuicem nequeant; nam motus excitat vomitum, alimentum verò remittit violentiam Antimonij prohibendo, ne immediatè attingat parietes, aut fundum ventriculi, ipſiuſque membranas. Nec tutum eſt concedere repleto à cibis ventriculo tam violentum medicamentum; nam cùm ſupponatur illud furentis hominis in modum expellere omnia, quæ in ventriculo ſunt nulla lege euacuationis ſeruata, poſſet tanta violentia per ſuperiores partes protrudere alimenta, vt ipſis affatim, & totis ſimul propulſis, neque ob anguſtiam loci exitum habentibus, periculum maximum eſſet proculdubio futurum euidentis ipſorum ęgrotantium ſuffocationis. His ergo rationibus non probo Rondeletij, alioquin viri doctiſſimi de Antimonio ſententiam.

Alexander Maſſarias, inter Medicos noſtri temporis primarios meritò annume-
D randus, lib. ſuo de med. purg. cap. 30. multa ſcribens de Antimonio iudicium tandem proprium de ipſius vſu hiſce verbis tulit. *Sed cæteris omnibus litibus omiſſis, quæ ad noſtrum inſtitutum non pertinent, ita equidem cenſeo de Antimonio habendum eſſe illud valentiſſimum, & violentiſſimum medicamentum eſſe, quòd & per vomitum, & per aluum valeat inſignem purgationem efficere, verùm illud addo tale medicamentum, ſi probè fuerit præparatum, & à perito Medico opportunè, & cum ratione adminiſtratum, minimè eſſe reijciendum, imò verò, quod confirmat experientia, illud ſæpenumero non ſolùm prodeſſe, ſed etiam non ſine multorum admiratione grauiſſimos quoſdam morbos ſanare, contra autem ſi illud ab imperito Medico, & temerè offeratur, tanquam venenum grauiſſima pericula, & quandoque mortem inferre. Vnde ego, qui Antimonio nonnunquam vtor, neque ſine fructu, primùm illius cautiones, & animaduerſiones proferam, quas perpetuò ante illius vſum ſoleo adhibere, deinde & doſim, & totam illius vtendi rationem apponere non grauabor. Ego igitur ſum in ea opinione, quicquid alij ſentiant, non alijs quàm corporibus robuſtis conuenire, corpora*

autem robuſta intelligo, quæ ætate vigent, quæ bonum corporis habitum ſunt ſortita, & quæ B
nullas vires habeant imbecillas. Quod ſi præterea huiuſmodi corpora benè valenter habeant
ventriculum, cuiuſcunque internæ inflammationis, & febris ſunt immunia, & poſtremò ijs,
quæ ad vomitum ſunt procliuia, vtique puto longè fidentiùs illud poſſe exhiberi: vnde eorum
conſilium, nè dicam temeritatem, nunquam potui probare, qui omni ætati, omni naturæ, omni
corporis conditioni, omnibus morbis, ſine vllo iudicio ſolent Antimonium adhibere. Cùm ſanè
Antimonium vehementiſſimæ operationis ſit, vbi temerè, & ſine vlla conſideratione
ab imperito exhibeatur mortem inferre poſſe non dubito. Verùm huiuſmodi conditio
communis eſt omnibus validis medicamentis, & quandoque etiam leuioribus, quæ
vbi intempeſtiuè, & ſine methodo rationali ægris offeruntur, poſſunt eſſe cauſa mortis:
non eſt proinde hæc propria natura Antimonij, cùm multis alijs conueniat: at ne
mors ſuccedat, peritus debet eſſe Medicus, qui ſciat ſalubrem præparationem, nec-
non & rectè ipſum adminiſtrare.

Igitur perito Medico duo ex Maſſariæ ſententia requiruntur, adhoc vt Antimo-
nium rectè operetur, & homines non interficiat, vnum eſt præparatio, aliud eſt recta F
adminiſtratio, at de præparatione ne verbum quidem habet, quod eſt ſumma huius
rei, cùm (vt ſupra dixi) inter Medicos Chymicos maxima ſit lis, & differentia de
ipſius præparatione. Debebat quidem, vt ſcientiam pareret, nobis ſignificare, quæ
nam inter præparationes melior, & qua ipſe vſus fuit cum tanto felici ſucceſſu,
quemadmodum ſibi eueniſſe iactat. Deinde cùm in vnoquoque medicamento admi-
niſtrando duo à doctoribus conſiderentur, vnum quid agendum, aliud rectus ipſius
vſus, aut recta adminiſtratio, quorum primum indicatur à morbo, & à ſua cauſa, an-
tequam rectum vſum, aut adminiſtrationem Antimonij afferret Maſſarias, erat illi di-
cendum, vtrum ſit medicamentum aptum ad educendos omnes humores in corpore
peccantes, an verò vnicum; & rurſus ſi ab omnibus humoribus indifferenter indice-
tur, vtrum poſſit quoſcunque morbos curare ab ijſdem humoribus euenientes,
& ſi vnum ſolum humorem educit, qualis is ſit, erat ij aperiendum, nempe num bilis,
an verò melancholia, an pituita, & qualis ſit is magnus morbus ab humore prodiens,
qui ab ipſo medicamento curari poſſit. Præterea vbi dixit vehementiſſimum eſſe me- G
dicamentū, opus etiam erat aperire nobis, qua nam ratione ſuam hanc tam violentam
actionem in corporibus humanis exerceat, nempe an humorem attrahendo, an irri-
tando; ſi enim Antimonium natum eſt ſua proprietate attrahere humorem aliquem,
tunc Medicus peritus poſſet experientia ipſa explorare ſuam hanc violentam attra-
ctionem ſeruatis Gal. præceptis lib. de ſimpl. med. fac. vbi vult medicamentum, vt
primùm exhibeatur homini ſano, & qui integris ſit viribus, & optima corporis conſti-
tutione præditus, deinde alicui, qui ab hac temperie parum recedat, poſtremò ei, qui
ſit iam actu ęgrotus, quo facto, & medicamēti facultate cognita, poterit eam moderari.

At ſi ſuam illam violentam operationem irritando naturam exerceat in omnes hu-
mores, ac morbos indifferenter, poterit quoque ſine vlla conſideratione, & indiffe-
renter omnibus ægrotantibus offerri, quare tam peritus, quam imperitus Medicus eo
vti poterit, quia Antimonium dum operatur furioſum in manu enſem habentē æmu-
lari videtur, qui nec amicorum, nec inimicorum diſtinctionem habens omnes lædit,
ac vulnerat, ita vt etiam omnes coacti ſint fugere, ac cedere, vnde ipſe reliquis expul- H
ſis loci dominus euadit, in quo illi erant: quapropter Antimonium poſtea quàm
fuerit aſſumptum è corpore humores pellens tam bonos, quàm malos hominem
ægrotum à morbo liberat. Quare in exhibendo ipſo Antimonio non eſt opus tam di-
ligenti conſideratione, ſed illud concedere, atque euentum, vt ſors ipſa tulerit, expe-
ctare. Adhæc opus erat Maſſariæ, vt nobis declararet, circa quid agendum ipſius An-
timonij, id eſt indicans, & recta præparatio: deinde erant aperiendæ conditiones recti
vſus, aut adminiſtrationis ipſius, at ſi conſiderentur illa, quæ à Maſſaria proponuntur,
vix in ſaniſſimo homine poterunt reperiri; nam ætas vigens, corpus robuſtum, bonus
habitus, vires omnes robuſtæ, propenſio ad vomitum, ſine febre, aut inflammatione
ventriculum habere, ſunt conditiones hominis ſani, cui non modò propinandum haud
quaquam eſt Antimonium, ſed nullum prorſus aliud medicamenti genus; ſcimus enim
eos, qui carnes ſanas habent non egere medicamento: vnde Gal. 4. aph. 16. dicebat ijs,

qui

A qui corpore benè ſe habent, difficilè eſſe medicamenta exhibere. Iam verò qui conditiones illas habet, quas deſcribit Maſſarias, & neceſſarias eſſe docet aſſumpturo Antimonium, ab omnibus, ni ego fallor, iudicandus eſt non modò ſanus, ſed perfectè ſanus, cui nulla ratione illud eſt exhibendum.

At dicet quis pro Maſſaria Antimonium conuenire quidem prædictis, ſed non niſi quando à vehementiſſimis morbis vrgentur; quibus alia medicamenta proficere minimè poternnt, ita vt quaſi deplorati nullam aliunde expectare poſſint ſalutem; tunc enim ad Antimonium, tanquam ad ſacram ancoram refugiendum eſſe. Pulchrè quidem, ſed quis vnquam reperire poterit aliquem grauiſſimo morbo afflictum ab alijs medicamentis diu, ac multum defatigatum, qui boni habitus ſit, ac validas vires habeat, aliaſque illas conditiones, quas Maſſarias indicat, pro aſſumendo Antimonio neceſſarias? Nonne id impoſſibile eſt vnquam reperiri? quis enim non vidit ex longo vſu medicamentorum, ex vehementia morbi eneruatas, ac penè diſſolutas vires eſſe ventriculi, ac totius corporis in quocunque etiam robuſtiſſimo homine? Proinde ſi B huiuſmodi infirmo Antimonium exhibeatur, quod & bonos, & prauos humores expellere natũ eſt, humoribus bonis exeũtibus ſimul cum his vitales omnes ſpiritus exire contingit: at vbi humores boni expelluntur, corporis partes ab alimento deſtitutæ remanent, partibus autem labefactatis, ſpiritibuſque extra fluxis, qui ſunt Galeno docente virtutum fundamentum, virtutes omnes diſſolui eſt neceſſe: quare Maſſarias neque rectè nobis determinauit Antimonij adminiſtrationem, neque rectum in medicina vſum.

Horatius Augenius vir doctiſſimus, & in Galeni via exercitatiſſimus de Antimonij vſu modicè admodum loquitur; nam tomo 1. ſuarum epiſt. epiſt. 2. in febribus peſtilentibus, ait, maximè à Germanis frequentari ſolitum: ipſe verò ſuam opinionem his verbis breuiter declarat. *Ego (vt ingenuè fatear) cum illis conuenio, quicunque dicunt à principio non concoctam materiam euacuare non conuenire, Antimonij verò vti medicamenti, vt reor, pernitioſi vſum in peſtilentibus febribus non admitto, niſi in aſſuetis corporibus, & fortaſſe regionibus frigidis, cùm facultatem habeamus hiſce temporibus aliorum, quæ maiori* C *ſecuritate id præſtant.* Sed non affert nobis indicans Antimonij, videndũ illi erat priùs, an tale medicamentum indicetur à maligna, & peſtilenti materia, poſtea declarare rationem, cur non conueniat, quia, indicans illud eſt, quod quid agendum docet, conſuetudo verò, & regio ſunt conditiones quædam ſeruandæ; aliquid enim regioni, & conſuetudini condonandum eſſe ſcripſit Hipp. Cùm igitur vſum non probet Antimonij in maligna, & peſtilenti materia, conſuetis tamen ipſum aſſumere, nec non in regionibus frigidis illud concedat, nihil prorſus docet, nec in quibus caſibus eo vti debeamus, aperit: nec cur non vtendum eo ſit in peſtilentibus febribus.

Hieronymus Capiuaccius in methodis medendi, atque Anatomes Galeni illuſtrandis, ac docendis vnicus, & ſingularis (quamuis proprijs opinionibus maximè addictus) de Antimonio parum & ipſe loquutus eſt, & tribus in locis tantùm, vt ego obſeruaui. Primus eſt lib. 1. ſuæ practicæ cap. de curatione melancholiæ, vbi de vſu ipſius adhuc loquitur modum. *Quintò notandum materiam melancholicam interdum adeo eſſe contumacem, vt Medici Antimonio vti cogantur.* Secundus locus eſt in Arthritidis curatio- D ne, vbi ſic ſcribit: *vnde in pertinaci Arthritide, & Iſchiade Antimonio vti poſſumus.* Tertius locus eſt 5. lib. cap. 8. de medicamentis proprijs luis Venereæ in quo, de Antimonio hæc ſcribit, *Antimonium vehementer purgat per vomitum, & ſeceſſum, ſed quantum ego experiẽtia colligere potui, rariſſimè luem ſuperat, ita vt mea ſententia in lue ab eius vſu prorſus ſit deſiſtendum.* Ex huius Authoris ſententia Antimonium videtur indicari à melancholia pertinaci, & à materia pituitoſa, qualis eſſe ſolet illa, quæ conſueuit generare, vel arthritidem, vel morbum iſchiadicum, quem & nonnulli ſciaticam vocant, quibus alia medicamenta nihil profecerunt. Sed cùm huiuſmodi medicamentum vehementer educat, tam per vomitum, quàm per ſeceſſum, nec quidem educendo, ſed irritando, periculũ eſt, ne indifferenter omnes humores euacuet, quinimo aliquãdo fieri poterit, vt ex illa ipſius medicamenti irritatione, boni, vt pote magis parati, ac prompti expellantur faciliùs, citiuſque, quàm peccantes, quę ob ſui pertinaciam, craſſitiem, & glutinoſitatem, partibus adhærent, vnde eſt, quòd pelli minimè poſſunt, quapropter idem-

idemmet Capiuacceus dicebat ſe experientia comprobaſſe in lue venerea rarò profi- E ctum feciſſe.

Quod huiuſmodi medicamentum non educat humores, præternaturas, quas adducit Grauinius, potiſſima eſt ipſiuſmet Antimonij cita operatio; nam videmus breuiſſimo tempore, ſpacio dimidij horę poſt aſſumptum medicamentum, homines excitari ad vomitum, & per ſeceſſum quoque enacuari humores: at ſi attraheret, opus eſſet illi, vt moraretur in ventriculo, donec à noſtro calore commutaretur, & ad actum reduci poſſet non ſecus atque alia medicamenta, quæ conſueuerunt actuari; non poteſt autem fieri actuatio, & attractio in tam breui tempore? quare nec poteſt huiuſmodi medicamentum expurgare humores educendo. Succedit parua quantitas ipſius, quę indicium eſt vehementiſſimæ, acutiſſimæ, & violentæ naturæ, quæ quamprimùm fuerit in ventriculo, multùm perturbat ipſum, & facultas expultrix ad illud expellendum ſe conuertit tanquam in rem ſummè noxiam, & contriſtantem. Hinc itaque eſt, quòd & per ſuperiores, & inferiores partes humores indiſcriminatim ſine vlla attractionis lege vehementiſſimè propellantur, partibus omnibus commotis, atque irritatis: inſuper F morbo gallico rarò cōfert, quia cùm vt plurimùm humores craſſiores, & tenaciores in dies magis reddantur, mirum non eſt, ſi non poſſint educi, melancholici, aut pituitoſi potiſſimùm; nec non illi qui nutritioni inepti ſunt, intus remanētibus illis, qui morbum faciunt. Cùm igitur irritādo non trahēdo expurget Antimoniū vix indicans illi aſſignari poteſt determinatum ea lege, qua à methodicis, dogmaticiſq́; Medicis præſcribitur.

Vnus tamen Baptiſta Codronchius Medicus quidem doctus Imolenſis, qui elegantiſſimis ſuis libris tam de materia veneficiorum, quàm de methodo Chriſtianæ Medicinæ medicinam ampliorem reddidit, ac locupletatus eſt, cap. de Baccis orientalibus, & de Antimonio imaginatus eſt Antimonium eſſe medicamentum quoddam nec benignum, aut benedictum ſimpliciter, nec vehementiſſimum, ſed facta quadam ſua medicamentorum purgantium diuiſione in alia, quæ ſolutiua dicuntur, & alia lenitiua, & rurſus ſolutiuorum quædam maligna, praua, & venenata, & valida, vt eſt ſcammonium, colocynthis, helleborum, mezereon, & ſimilia, quædam verò mediocria, aut media, non ex toto mitia, aut placida, nec omnia omninò vehementia, ac praua, ſicut eſt rha- G barbarum, agaricum, aloë, ſena, & cætera, ait, quòd priora propter ſuæ ſubſtantiæ proprietatem, vel ex occulta, & abdita eorum proprietate euacuant; ſecundi verò ordinis medicamenta non ſolùm ex occulta qualitate, verùm etiam ratione qualitatum apertarum habent educere humores, ſicut eſt aloë, quę enacuat partim ratione facultatis abſtergentis; quoniam eſt amara, & mordicans, partim à tota ſubſtantia, eò quod inſertam habet facultatem attrahendi, quamuis debilem. Pariter inter lenientia medicamenta ait, aliquot ratione qualitatum manifeſtarum euacuare, nonnulla ex occulta facultate, imbecillè tamen, ratione cuius virtutis imbecillis educunt, & attrahunt quicquid in ventriculo reperitur, vel in inteſtinis, vel in primis venis; & alia lenientia enacuare inquit, ratione ambarum qualitatum.

Quibus, ſic ſe habentibus. *Ego*, inquit, *dico Antimonium preparatum eſſe medicamentum de tertia ſpecie, vel ſaltem de ſecunda, non ratione alicuius manifeſta qualitatis, ſed cuiuſdam pr. prietatis occulta indita à natura omnes indifferenter humores, qui in ventriculo, inteſtinis, ac meſenterio vſque ad hepar reperiuntur partim per vomitum, partim per ſe-* H *ceſſum educens. Quòd id faciat occulta, non manifeſta qualitate, ex eo conſtat, quia qua manifeſtis qualitatibus agunt, non niſi in magna quantitate id faciunt, Antimonium è contra in exigua quantitate exhibitum egregiè, & valenter purgat. Educit omnes humores, bilem pituitam, melancholiam, humoremq́ue aqueum, quia plures habet facultates à natura, quarum vna, qua eſt apta proprium humorē educere, omnes tamen ſimul trahunt humores omnes in corpore exiſtentes, verùm non ab omnibus partibus educit nempe à remotis; cùm eius virtus non excedat iecoris regionem. Morbos curatu difficiles ab alijs medicamentis deploratos curat, nam cùm huiuſmodi morbi ſapè proueniant ab humoribus craſſis, & frigidis in meſenterio exiſtentibus, & ſtibium peculiari, atque egregia quadam ſua facultate eos educere natum ſit, mirum non eſt ſi ab ipſo morbi longi, & difficiles curantur, & quamuis medicamentum ſit vehemens in purgando, & citò purget non ob id aſſerendum à longinquis partibus attrahere, ſi in conuenienti menſura adminiſtretur.*

Cur

Digitized by Google

A *Cur verò non trahat à toto corpore, & tamen ſit purgans medicamentum, id ſit ratione*
debilitatis facultatis illius, quæ conſiſtit in tota ſua ſubſtantia. Si denuò inquiras, cur inſignis,
& prompta ex hoc medicamento fiat euacuatio, & tamen à toto corpore non attrahat? Re-
ſpondeo non ſemper facere magnam euacuationem, ſed quando præſentes ſunt multi humores
mali, qui cùm in remotiſſimis partibus non adſint, & proxima ſit illi facultas attrahendi,
quamuis non valida copioſa ſit euacuatio: & quando pauca ſuccedit euacuatio, pauca quoque
reperiuntur excrementa in corpore, & vbi non adſint excrementa, teſtantur nonnulli nullam
fieri euacuationem, quòd ſi deleterium eſſet medicamentum, id non eueniret, cuius proprium
eſt, quòd vbi non inuenit proprium humorem educendum, illi proximiorem attrahit, & ſi nul-
lum benignos, & naturales colliquat, & educit, vt de helleboro teſtatur Hipp. ſi tamen velit
quiſpiam mordicùs tueri illud eſſe medicamentum de prima ſpecie deleterium, & vehemens,
aſſerimus tamen, & ratione ſuæ optimæ præparationis, & quantitatis effici medicamen-
tum ex tertia ſpecie, vt iam fuit probatum; nam propter eam præparationem refringitur,
& eneruatur ita vis, & facultas attractiua, vt non poſſit à toto, ſed à propinquis dumtaxat
B *attrahere*: & quæ ſequuntur.

Ex hoc ſuo diſcurſu in ſumma colligitur, quòd Autimonium præparatum ſit medi-
camētum benignum, ac recenſendũ inter coprotica, quę non excedunt meſenterij, aut
iecoris regionem, & quòd operetur virtute ſua attractiua humores omnes indifferen-
ter educens. Hæc propoſitio de beniguitate Antimonij facit pro Alchymiſtis, & Agyr-
tis potiſſimùm (qui tot de ſuo Antimonio pollicentur, deque beniguitate tam præcla-
ra prædicant, vt quale illud ſit nobis iguotum, & deſiderandum relinquunt) quamuis
eadem propoſitio aduerſetur opiuioni omnium grauiſſimorum authorum à nobis ſu-
pra iam citatorum, qui omues dicunt eſſe vehementiſſimum medicamentum. Deinde
aduerſatur rationi à nobis allatæ deſumptæ ex natura ipſius Antimonij præparati, vbi
oſtendimus eſſe non modò vehementiſſimum medicamentum, ſed neque carere ve-
nenoſa qualitate. Etenim prædicti auctores (loquor de dogmaticis) in hoc omnes
conueniunt, quòd ſit vehementiſſimũ medicamentum; ſolus tamen Baptiſta Codron-
chius aduerſus omnium ſententiam fatetur eſſe benigniſſimum, cui ſanè opus erat in
C primis fundamentum horum authorum conuellere, ab iiſque deductam concluſionem
reijcere, poſtea verò ſuam opinionem validiſſimis rationibus confirmare. At nihil ad-
uerſus prædictam opinionem ſcribens psuca pro ſua opinione confirmanda, & nullius
momenti iu medium affert deſumpta ab authoritate Matthioli afferentis quaſdam
operationes Antimonij in quibuſdam morbis feliciter celebratas. Deinde ait quendam
Comitem à morbo antiquo fuiſſe ope Antimonij liberatum, mulieremque Branciflo-
ram nomine quatuor grana huius cum maſtiche, & conſerua roſarum deuoraſſe, à qui-
bus nullum percepit nocumentum, nullamque penitùs agitationem, quamuis nihil
prorſus, vel per ſuperiora, vel inferiora eieciſſet, cùm tamen validiſſima medicamen-
ta conſueſcant perturbare corpus, & vbi fruſtrantur ſua operatione, conuertantur in
prauos humores, & venenatos, qui necem inferre poſſunt.

Sed quantum in hoc propoſito medicamento valeat Matthioli authoritas, ſuperiùs
ſatis, ni fallor, declaraui. Quod ad Comitem illum attinet, qui fuit ab vſu Autimonij
liberatus ex deploratiſſimo morbo, cõueniunt authores tam Chymici Spagyrici, quàm
D Dogmatici ipſius vſum admittentes, quòd ad morbos coutumaces, & ferè deploratos
curandos vnicum, & ſingulare ſit præſidium; vnde quia liberauit hunc Comitem à
morbo, qui nunquam potuit alijs medicamentis curari, inferunt Antimouium eſſe vali-
dum medicamentũ, non autem benignum. Quod ex eo confirmatur, quòd validiſſimis,
& extremis morbis extrema conueniant remedia, prout omnibus Medicis in confeſſo
eſt; morbus verò, qui non poteſt curari medicamentis ordinarijs, vehemens ſit, neceſ-
ſe eſt, idque ſi non habeat ratione propriæ eſſentiæ, habet proculdubio ſaltem ratione
partis alicuius præcipuæ, aut totius corporis cacochymiæ culpa; ſcimus enim tuuc
morbos dici magnos, aut cum ratione ſuæ eſſentiæ ſunt tales, aut etiam reſpectu par-
tis alicuius præcipuæ, quam occupant, aut cacochymiæ cauſa, cùm igitur Comes hic
à grauiſſimo morbo fuerit curatus, dicendum eſſe puto potiùs Antimonium validiſsi-
mum eſſe medicamentum, quàm benignum.

Quod ad mulierem illam ſpectat, quæ nihil ex aſſumpto medicamento perpeſſa eſt,

non

Digitized by Google

non fuit ratione benignitatis medicamenti, ſed ob ventriculi diſpoſitionem; nam ventriculus repletus multa pituitoſa materia medicamentum in pauca quantitate potuit facilè euincere, eiuſque virtutem, ac violentiam infringere, non ſecus atque aliquando obſeruatum eſt aliquos deuoraſſe ſublimatum in pauca quantitate, quod nihil prorſus operatum eſt, & memini me agnouiſſe mulierem, quæ data opera ſatis notabilem illius quantitatem deuorauit, & cùm ventriculum multa pituita refertum haberet, nec minimum detrimentum ex ipſius aſſumptione percepit. Huiuſmodi igitur argumentũ non valet ad probandum benignitatem medicamenti. Scribit quoque Falloppius lib. de purg. med. ſimpl. cap. 2. ſe exhibuiſſe pilulas cochias in debita doſi mulieri cuidam, & per ſpatium ſex dierum remanſerunt in ventriculo, quas tandem vno globulo pituitoſo inuolutas euomuit, nulla in ipſis alteratione, aut motione facta. E

Et quãtum attinet ad propoſitionẽ illam, quòd valida medicamẽta per os aſſumpta, vbi fruſtrari viſa ſunt ſua operatione, conſueuerunt conuerti in prauos, & venenatos humores, dico fuiſſe olim opinionem Aſclepiadis exiſtimantis humores gigni à medicamento quocunque aſſumpto, quam tamen Gal. fuſiùs lib. de med. purg. proſequitur, & conuellit, fuit quoque Gal. ſententia lib. 3. de ſimpl. med. facult. 24. quòd medicamẽtum mitius, ſi à corpore ſuperatur, non autem ſuperat, in humores degenerat, quem Gal. locum Auic. 4. 1. cap. 4. d. 5. redarguere videtur. Sed doctiſſimus Ioannes Coſtæus in Canones vniuerſales Meſues cap. de delectu med. indicatione ſumpta à delectu, hanc difficultatem dirimit, remque decernit adhunc modum. Medicamenta vel proportionẽ habent cum humoribus, quos educere ſunt apta, vel minimè: ſi primo modo fieri quidem poteſt, vt medicamentum, vbi non vincit, & fruſtratur ſua operatione, conuertatur in humorem ſibi proportionatum, vt aloẽ, vel rhabarbarum in bilem, &c. quod verò carthamum, vel agaricum, aut polypodium, quæ calidæ, & ſiccæ ſunt naturæ poſſint conuerti in pituitam, hoc prorſus irrationabile videtur. Sed cùm Antimonium eodem authore aptum ſit educere omnes humores, qua ratione in eos omnes poſſit conuerti non video. Deinde Antimonium eſt metallum, quod nunquam, vt ſupra probauimus, poteſt à natura euinci, neque etiam poterit conuerti in humorem prauum, cùm nullam penitus cum his habeat proportionẽ. Succedit, quòd in tam pauca quantitate, nempe quatuor granorum (dato etiam quod conuerti poſſit à natura) non poſſet generare niſi paucam humoris quantitatem, quæ nullius eſſet actiuitatis. Quare huiuſmodi medicamentum deorſum cum excrementis, & fæcibus delatum fuiſſe rationi conſonum eſt, cùm alterari à natura minimè potuerit: mirum igitur eſſe non debet, ſi ex aſſumptione huius medicamenti mulier iam dicta nihil perceperit nocumenti. F G

Habemus ex his rationes, quibus Codronchius nititur probare Antimonium eſſe benignum medicamentum, & coproticum, nullius eſſe conſiderationis, quibus modò probet illud habere facultatem attrahendi ſibi proprium, & familiarem humorem non video; ſuum enim erat probare illud attrahere, deinde attrahere omnes humores, & tandem ipſius virtutem attractricẽ non excedere limites iecoris; quod ſi præſtitiſſet, Chymici, & Agyrtæ omnes id verbis inauditis pollicentes, ſummiſque exagerationibus hanc attractionem Antimonij iactantes, ipſi beneficium ſingulare, ac nunquam ſpernendum acceptum referre deberent. At nullo pacto eorum inijt gratiam, inter quos Ludouicus quidam Launeus connumerandus eſt, qui & ipſe in hac re cauſa excidit, manuſque dedit grauiſſimo Grauinio quòd ipſum multis doctis, & pulcherrimis rationibus tanquam pugionibus quibuſdam ad necem vſque confodit. Erat itaque Codronchio probandum id, quod aſſumpſit, nempe Antimonium facultatem attrahendi habere, cùm autem id non fecerit, reliqua omnia iam ruunt, quæ conſequenter docet, ſcilicet, cùm nondum ei clarum eſſet Antimonium attrahendo purgare, quomodo poterat alijs quæſitis reſpondere? nempe cur à remotis partibus non trahat? & cur vehemens ſit illius purgatio? H

Quòd autem Antimonium non poſſit purgationem ſuam per attractionem moliri, ſed tantummodò irritando ventriculum, inteſtina, atque vaſorum in ipſa deſinentium oſcula, ex eo patet, quòd à calore naturali trãſmutari minimè poteſt ob ſui ſiccitatem, & duritiem; metalla enim omnia talia ſuapte natura ſunt, vt à calore tranſmutari nequeant, vt Fallop. lib. de ſimpl. med. purg. cap. 5. egregiè probat. Si quidem ex Ariſt.

Galeno

A Galeno,& omnium Medicorum conſenſu de natura pharmaci purgantis eſt, vt aliquid patiatur à natura, aut ab ipſius calore inſito, non tamen vt ab ipſo ſuperetur, licet debeat eliquari, atque attenuari, vt inde ſubſtantia illa ſimilis, quæ in ipſo reperitur, quane attrahere debet ſibi humorem familiarem, diſſoluatur ab alijs ſubſtantijs in ipſo medicamento contentis, vt trahere poſſit illum humorem, cum quo ſimilitudinem habet. Tritum enim, ac diuulgatum eſt apud omnes Medicos Hipp. & Galeni doctrinam ſectantes medicamenta omnia attrahere ratione ſimilitudinis cuiuſdam in medicamento exiſtentis, & proportionem, aut familiaritatem cum humore attrahendo habentis.

At quæ nam ſimilitudo eſſe poteſt Antimonij, aut, vt meliùs loquar, Antimonij cadaueris in cinerem redacti cum humoribus noſtri corporis? Dicebat enim Gal. 3. de ſimpl. m. fac. 25. neceſſarium eſſe ſimilitudinem ineſſe quandam vtrique ſubſtantiæ, & eius videlicet, quæ purgat, & eius quæ purgatur. Idem verò ait non ſolùm demonſtrari non poſſe,at neque probabiliter deduci ſimilitudinem eſſe inter Antimonium,& B humores noſtri corporis. Addo ego, quomodo potuit id ſomniare, cùm nec Gal. auſit probabiliter aſſeuerare in cnico, aut grano gnidio adeſſe quid pituitoſum, ex quo fieret pituitæ attractio; huiuſmodi enim medicamentũ longè familiarius, & propinquius naturæ humanæ eſt,quàm ſit Antimonium,aut alia ſimilia metalla.Cùm igitur à calore naturali alterari minimè poſſit Antimonium, nullamq́ue habeat cum humoribus noſtri corporis ſimilitudinem, aut familiaritatem, non poſſumus dicere ipſum attrahendo noſtrum corpus purgare, & quamuis Ariſt. 1. probl. 43. ſcriptum reliquerit medicamenta purgantia eſſe incoctibilia, is tamen non negauit eſſe reſolubilia, videlicet talia, quæ à calore noſtro naturali diſſolui poſſint.

Iam verò Antimonium primam quidem habet conditionem,ſecundam tamen non habet; quare nec dici poteſt tale eſſe, vt attrahere poſſit humores. Occurret aliquis dicendo non eiuſdem rationis attractionem in omnibus eſſe, eamq́ue variè accipi, diuerſiſq́; rebus diuerſimmodè, ac planè æquiuocè competere, ſed hoc alterius eſt conſiderationis. Codronchius in hac re videtur ſentire, Antimonium ad ſe trahere hu- C mores vera attractione; dicit enim proprietate quadam occulta humores in ventriculo,inteſtinis, & meſenterio exiſtentes trahere partim per vomitum, partim per ſeceſſum.Nam ſi id facit,debet moueri,& ad motum ipſius ſequi humorem,implicitumq́ue eſſe humoribus, velociuſq́ue etiam ipſis moueri, quia præcedit, tandem neceſſe eſt, vt mutet locum, in quo erat, quæ ſunt conditiones attractionis vniuocæ, de qua Ariſt. 7. phy. tex: 10. loquitur: cuius ſanè opinionis fuit idem Ariſt. 1. probl. cit. vbi dicit medicamentum purgans diſſolui in ventriculo, inde ad venas fluere, attingereq́ue humores, eoſq́ue ſecum ducere attrahendo ad ventriculum, & inteſtina, hinc ad ſeceſſum. Medici tamen Galeni doctrinam ſectantes non admittunt hanc attractionis ſpeciem, ſed dicunt medicamentum in ventriculo,& inteſtinis tenuioribus remanens ad ſe trahere humores magnetis in modum ferrum attrahentis, qui inde, à virtute expultrice ſimul cum medicamento, quod eos traxit deorſum propelluntur.

Alij dicunt induci virtutẽ aliquam à medicamento in inteſtina,& ventriculum,cuius ope fit humorũ peccantiũ purgatio. Sunt deniquè, alij, qui putãt omnia medicamenta D purgare irritando facultatem expultricem partium corporis, nec certè ſuæ quibuſq́ue deſunt rationes. Namque in primis Meſues ſcribit medicamenta purgantia vim inferre naturæ, & Gal. 3. de ſimpl. m. fac. vlt. videtur ad ſuperpurgationem faciendam requiri primò irritationem à facultate medicamẽti,ſecundò imbecillitatem vaſculorum, eorumq́ue oſculorum laxitatem, vnde poſſumus concludere vaſis validis, & non relaxatis exiſtentibus præſente irritatione medicamenti fieri ſaltem purgationẽ. Varias aliorum rationes iure omittendas hoc loco eſſe cenſeo;ſunt enim hęc alterius conſiderationis, ſat quidem eſt, vt concludamus Antimonium non purgare attrahendo ſibi familiarem humorem, ſed irritando, vt ſupra ſatis dictum, probatumq́ue fuit, ſi in medium conſideranda proponatur, & pauca ipſius quantitas, & operationis celeritas, ac vehementia. Nec eſt, cur aliquis poſſit refugere ad illud communiſſimum miſerrimorum aſylum de qualitatibus occultis; quia ſi occultæ ſunt nobis, ſunt etiam ignoratæ: videmus autem, effectus ipſius purgationis, Antimonio aſſumpto, ideſt ob-

ſeruamus vt plurimùm per ſupernas, & infernas partes educi varios humores, & vio- E
lenter quidem, ſed an attrahendo, an irritando id fecerit, non poſſumus niſi colligere
ex modo operationis, de quo ſupra longo ratiocinio ſatis dictum.

Sic ergo ſe habentibus rebus circa prædicta, vt ad poſtremum quæſitorum reſpon-
deamus, an ſcilicet ad vſum medicum reduci debeat Antimonium, dicendum breui-
ter eſt, ſi methodicè, & dogmaticè procedere velimus, ab eo abſtinendum eſſe, cùm
proportionatum ſibi indicans, & determinatum non habeat; nam cùm purgare nihil
aliud ſit, quàm ms ſſam ſanguinis ab excrementis, aut humoribus noxijs mundare, qui
aut reducuntur ad bilem, aut ad pituitam, aut ad melancholiam, aut etiam ad ichores,
multaq́ue alia ſint medicamenta tam ſimplicia, quàm compoſita, quæ millies experti
fuerunt tum antiqui, tum etiam moderni dogmatici Medici, eaq́ue millies comproba-
runt, quibus ſatisfacere valeamus prædictis indicationibus, à prædictis humoribus de-
ſumptis, non eſt, vt ab ijs recedamus. Quòd autem contigerit quandoque, vbi à Me-
dicis prædictis tentata fuerint omnia rationalia medicamenta ſine fructu, vt aliquis
eorum (Celſum imitatus, qui dixit licere quandoque ad irrationalia medicamenta re- F
currere, & vt vulgò dicitur diabolum alio diabolo expellere) ad Antimonium refuge-
rit tanquam ad irrationale medicamentum, extra methodi medendi limites egreſſus
is talis dicendus eſt; etiam ſi virtutes corporis benè valuerint, illudq́ue tollerare po-
tuerint. Hæc ſunt, quæ pro hoc quæſito determinando viſa ſunt mihi breuiter di-
cenda, quæ ſi ſternuiſſimo, ſeneroq́ue verè iudici palato tuo non erunt ingrata, id ſanè
mihi iucundiſſimum erit, ſin minus his ſaltem ſignificatam habeas meam erga te vo-
luntatem propenſam, quam æqui, boniq́ue conſulas te etiam atque etiam rogo. Vale.

De natura facultatibus, & vſu Mechioacan. Tract. IV.

Ioanni Matthæo Baldo Meſſanenſi Medico Doctiſſimo.

INter plantas, & metalla, quorum vſus eſt apud Medicos, hæc videtur
verſari differentia, quòd metalla per ſe ipſa, quemadmodum corpus
noſtrum nec alere, nec nutrire poſſunt, vt ab omnibus ſcriptoribus G
declaratum eſt, ita quoque nunquam obſeruatum audiuimus poſſe
idem corpus expurgare, niſi aliquam ab igne præparationem recepe-
rint, vt de Antimonio hactenus dictum eſt, vnde ab aliquibus rotundo
ore prolatum fuit metallica omnia in vniuerſum quouis modo parata, nec tutò, nec
commodè intra corpus noſtrum ſumi, aquis thermalibus exceptis, quæ cùm fluidæ
ſint, & actu calidæ, vt plurimùm ſicut à fonte manant, ita bibuntur. E contra verò
plantarum multæ ſunt, quæ à natura facultates habent non modò nutriendi, ſed abſque
vlla præparatione ab igne facta noſtrum corpus variè alterandi, & à recrementis per-
bellè purgandi, & experientia nouimus aliquas plantas in vſum medicum veniſſe ſuis
radicibus, alias cortice, alias floribus, nonnullas folijs, vel caulibus, ſed & fructibus
etiam, & gummi, & ſuccis aliquot maximè vtiles extitiſſe. Inter alias tamen, quæ Me-
dicinæ vſum adaugent, paucis ab hinc annis habetur illa radix, quæ à ſcriptoribus,
de plantis, & viribus ipſarum ab Indijs euectarum nomine Mechioacan appellatur, &
maximè omnium ab ijſdem, ob ingentem quam habet purgandi corpus noſtrum facul- H
tatem, celebratur, cuius quidem hoc in loco demoſtrare contendam, quid illa ſit quo
ad nomen, & quo ad eſſentiam, quibuſue facultatibus ſit predita, & quomodo, & quan-
do in vſum medicum venerit, & primò quo ad nomen.

Fuit radix hæc appellata rhabarbarum Indicum in Prouincia Mexico, at plerique
omnes vocitant Mechioacan ſumentes nomen ab Inſula, in qua naſcitur; nam in Indijs
Maris Oceani Prouincia eſt quadraginta milliaribus (referente Monarde) ſupra Mexi-
cum Mechiaocan nomine, omnium Inſularum Indicarum auri, & præſertim argenti
fertiliſſima, temperato, & ſalubri fruens aëre, multarum, & ſalubrium plantarum fe-
raciſſima, adeo vt vicini Indi ægri recuperandæ ſanitatis gratia eò ſe tranſportandos
curent, adhæc frumento, fructibus domeſticis, & ſylueſtribus, animalibuſq́ue abundat,
multi in ea dulcis aquæ fontes ſcaturiunt, quorũ nonnulli optimorum piſcium copiam
alunt, quare incolæ vegetiores, alacriores, & ſaniores, meliuſq́ue colorati cæteris Indis
degunt.

Google

A degunt. Hanc inſulam ſubiuganit Ferdinandus Corteſius anno 1524. hæc eſt illa Prouincia producens herbas,& ſimplicia admodum ſalubria ad multas infirmitates ſanandas valde vtilia,inter quę Mechioacan reperiri diximus,cuius radix à Nicolao Monarde ob eximiam facultatem, quam habet noſtrum corpus leniter purgandi, miris laudibus extollitur; cuius plantæ effigies deſcribitur à Dalechampio, tribuſque figuris deſignatur: vna eſt, quæ Mechioacan Penæ dicitur , altera Mechioacan Dodonæi , tertia flos Mechioacan Monardis, hoc eſt qualem ſe vidiſſe Hiſpali apud Franciſcanos patres teſtatur ipſa Monardes ex Inſula Mechioacan delatam , quam multis ramis ſupra terram expanſis luxuriari , vicinas perticas , aut pergolas ſcandere, ac multiplici nexu amplecti obſeruauit, folijſque rotundis eſſe ſubdit in mucronem deſinentibus , colore cineritio prædit͡is ſecundùm pediculum amplis, fibroſis, ſed adeo delicatis,vt humore carere viderentur:fructu coriandri ſicci magnitudine racematim cohærente,qui menſe Septembri,& Octobri matureſcit.

Radix eſt craſſa bryoniæ modo, ita vt non deſuerint , qui eandem plantam , aut
B ſaltem ei congenerem eſſe putarint , ſed multum differunt; nam bryoniæ radix, & viridis, & ſicca admodum guſtu acris eſt, Mechioacan verò inſipida , & ſine acrimonia vlla: ſcribit idem Dalechampius loco citato Penam eos reprehendere, qui exiſtimãt eam eſſe bryoniam, & proinde eos falli cenſet,non ſecus atque illi decipiuntur, qui laurum cinnamomum, aut ſmilacem aſperam ſarzam parillam eſſe dicunt, aliaſque multas exoticas eadem ſpecie cum noſtratibus faciunt,& proinde idem Pena eam radicem ab Hiſpanis acceptam pingendam curauit , vt apparet in figuris ſupra dictis. Hanc radicem integram ad nos rarò afferri prædicti authores teſtantur, ſed in laminas grandes,& taleolas confectam, ex quo magnam eſſe radicem ſolidam , & ſine matrice autumat Pena. Qui eam nondum vidit,& cognoſcere cupit,intueatur bryoniæ radicem; ſunt enim cortice eiuſdem coloris, rugis, & ferè magnitudine eadem. Sed Mechioacan taleolæ tranſuerſim ſectæ intus multis circulis à centro ad circumferentiam pararellis diſtinguuntur , mandendo ſapore farinaceo , nec acri : odore non ingrato eſt, cæterum albida, & friabilis,vt bryonia. Optima habetur recens,non carioſa,
C intus candida; vetuſtior enim nigreſcit, foraminulenta, carioſa , & lenior euadit. Notat Monardes, quòd intus admodum alba eſſe, eſt opus , extra verò veluti cærulea , & vbi contuſa fuerit, & parum maſticata, reperitur ſine mordacitate , & acrimonia , vt dictum eſt, milij ſemine obruta ſeruatur, aut lino picato, ſiue reſinato inuoluta, & hæc huius plantæ pars eſt, quæ in Medicina tot præſtat vtilitates.

Quod ad qualitates primas attinet , calida in primo gradu , & ſicca in ſecundo eſt; nam componitur ex partibus aëreis, & tenuioribus cum aliqua ſtipticitate , & adducit huius ſtipticitatis ſignum Monardes , quia (inquit) poſt ipſius operationem relinquit membra interna corroborata , & abſque debilitate aliqua, quæ ſunt ſtipticitatis effectus manifeſti , quod in alijs medicamentis minimè obſeruatur, imò verò contrarium poſt eorum aſſumptionem , & operationem euenire experimur. De ipſius facultatibus multa dicit Caſtor Durantes, quæ ſi vera eſſent, alio medicamento opus minimè eſſet , atque regulæ , & præcepta Medicorum inutilia forent , & omninò ſpernenda, neque oporteret ampliùs inquirere indicationes curatiuas , eaſ-
D que tam diligenter obſeruare ; nam ab omnibus indicationibus indicaretur Mechioacan, cùm habeat omnes morbos curare, & omnes cauſas extra corpus educere, quamuis ferè omnia , quæ ipſe ſcribit de facultatibus huius radicis, ad verbum deſumpſerit à Monarde.

Vſus huius medicamenti inuentus fuit, & ad noſtras partes tranſlatus poſt huius inſulæ acquiſitionem à Ferdinando Corteſio. Monachos Franciſcanos hoc acceſſiſſe ſcribit Monardes, ibiq́ue Monaſterio ſui ordinis inſtituto multos à morbis, & à febre præſertim correptis ſiue ob inſuetum aërem, ſiue obnictus rationem ab ante acta vita diuerſam liberauit , inter quos pater eorum Superior , Guardianus dictus, primus omnium valetudinem amiſit, quo nomine familiaritatem, cum Domino inſulæ contraxit, qui Caſonzin , Cachiq́ue ab incolis appellatur. Iam verò cùm Monachus morbo grauiter affligeretur ſæpè à dicto Domino inuiſebatur, & obſeruans ille diligenter afflictionem, & anguſtiam Monachi, eiuſque miſertus,

opem illi ferre magnopere cupiens conſolatus eſt, & vt eſſet bono animo iuſſit, nec E
quicquam de ſua ſalute dubitaret, quandoquidem Medicum quendam eius cura-
tioni proponeret, qui omninò liberabit ipſum à præſenti ægritudine, proinde ſi vellet
accerſiri interrogauit, cui ſtatim annuit Monachus, imò preces addidit, vt ſtatim ad ſe
veniret, miſit itaque Medicum Dominus, qui inſpiciens ægrotum, atque diligenter
examinans pollicitus fuit ei omnino ab hoc morbo ſua opera ſanatum iri, ſi vellet pul-
uerem quendam aſſumere, quo ſæpiſſimè vſus fuit in huiuſmodi febribus, & felici
cum ſucceſſu.

Pater Cuſtos, videns, atque cognoſcens quantum ſui circa eius ægritudinem negli-
gentes erant, cognoſcenſque eorum exiguam pietatem, & prouidentiam circa res ſuas,
reſpondit ipſi Medico accepturum omnia, quæ illi ſuæ ſanitatis cauſę offerre volebat.
Ventum eſt tandem ad opus, nempe Medicus tulit illi puluerem, quem Guardianus
læto animo aſſumpſit, indeque iucundè, & clementer admodum purgatus eſt abſque
aliqua moleſtia, ita vt fuerit à febrę hac purgatione immunis, & ſequentibus diebus è
lecto ſurrexerit, & benè in cæteris omnibus ſe habuerit. Reliqui poſtea patres; ſimul F
& nonnulli Hiſpani ęgrotantes ſectati ſunt Monachum Cuſtodem, acceptoque pulue-
re ſemel, & bis, & tertiò, ſiquando neceſſitas id exigebat, perfectè à morbis euade-
bant, & in omnimodam ſanitatem reſtituebantur. Quod autem patres iſti Franciſca-
ni diligenter obſeruarunt, per ſuas literas ſtatim ſuum Prouincialem tunc temporis
Mexicon habitantem certiorem fecerunt, qui hoc audito, & ipſe cæpit pro opportu-
nitate Mechioacan vti, idque frequentiſſimè præſertim in varijs Monachorum ſuo-
rum ægritudinibus, & quoties eo vtebatur, toties feliciter ei ſuccedebat, & ex voto,
vnde adeo Mechioacan fama diuulgata eſt, vt in partibus Mexici, in Peruana regione,
& in omnibus Indię oppidis non aliud medicamentum velint, certo certius credentes
eo deuorato omninò ſalutem eſſe recuperaturos.

Ad huiuſce medicamenti operationem confirmandam Monardes addit quædam
experimenta certiſſima, & exploratiſſima, inter quæ illud eſt cuiuſdam Paſchalis Tata-
nei Genuenſis ex noua huc aduentantis Hiſpania, qui in itinere morbo correptus,
ad Monardem, vt curaretur, confugit, hic agnoſcens morbum ſignificauit illi egere G
purgatione: æger verò Monardi reſpondit apud ſe habere medicamentum quoddam
ſibi familiare, quo vtuntur omnes, tam in noua Hiſpania, quàm in Mexico habitantes,
quo Medicamento purgatum fuiſſe aliàs fatebatur. Sed huic medicamento Monardes
ob ſui nouitatem, & obſcuritatem fidem adhibere noluit; nullam enim à ſcriptoribus
hucuſque notitiam habuerat, propterea ipſius vſum valdè formidans penitus omiſit, &
medicamento vſitato, & noſtris familiari, & à morbo, cauſaque indicato, à doctiſſi-
miſque viris comprobato tandem ægrotantem purgauit, à quo licet iuuamentum ac-
cepiſſet non exiguum, nihilominus à morbo non fuit prorſus liberatus, vnde deinde, vt
ægri deſiderio ſatisfaceret, coactus fuit recurrere ad illud medicamentum, quod antea
ægrotus propoſuerat, nempe ad Mechioacan, quo aſſumpto perfectè purgatus fuit,
atque ita ſanitatem recuperauit. Sed quamuis effectus hic à Monarde optimus iudi-
catus fuerit, non propterea in hac ſola purgatione eius animus acquieuit, ſed conti-
nuò obſeruans homines ex locis prædictis venientes morbos effugere, quos con-
traxerant ab huiuſmodi Mechioacan, viſiſque frequentiſſimis ipſius operationibus in H
varijs ſubiectis cępit ſenſim eo vti, de quo interim certior redditus relationibus à viris
fide dignis, locaque prædicta habitantibus, certam, & indubitatam fidem operationi
huius medicamenti præſtandam eſſe putauit, ſibique firmiter perſuaſit tale medica-
mentum dignum eſſe, vt in communem vſum abiret, ſemperque quotidiana experien-
tia ipſius operationem confirmans, tandem ſcriptis in lucem editis Medicis omnibus
conatus eſt perſuadere id præſtantiſſimum eſſe medicamentum, quibus perſuaſioni-
bus moti nonnulli non dubitarunt eius vires experiri.

Fama deinde apud Italos, Germanos, Gallos, & aliarum nationum Medicos ita
percrebuit, vt non modò id medicamentũ ſæpiſſimè vſurparint, ſed ſuis etiam ſcriptis
eius vſum valde commendauerint. Inter hos authores extat Petrus Monauius epiſtola
240. qui reſpondens Ioanni Vueckero inquirenti per ſuas litteras, vt ſibi purgans ali-
quod medicamentum proponeret, quod eſſet nullius ſaporis, aut ſaltem non ingrati,
hæc

A hæc profert. *Petis, vt purgans aliquod medicamentum nominem, quod aut nullius ſaporis,*
aut certè non ingrati ſit, & abbominabilis. Inter ſimplicia nullum noui, quod hac in parte
radici Mechoacan præferre poſſem, iam ſæpè illud exhibui delicatis perſonis, quæ à mentio-
ne etiam rhabarbari, agarici, aut aliorum abhorrerent. Et pauló inferius ſubiungit: *blandè*
expurgat, & ferè agarici vires habet, niſi quòd ventriculo minùs infeſtum eſt, ſi guſta-
ueris nullum ferè odorem, aut ſaporem percipies. Ioannes etiam Reuodæus lib. de
materia medica tractatu 2. de purgantibus medicamentis cap. 7. ipſius vſum valde
commeudat, eò quòd inter alias facultates vim habeat poſt ipſius operationem corro-
borandi partes internas, non vt alia medicamenta purgantia, quæ potiùs debilitant:
educitque è corpore materias pituitoſas, & ſeroſas, id quod Dalechampius conſcripſe-
rat addens maximè pituitam, & aquam euacuare, iude icterum, cephalæam, ſtrumas,
& epilepſiam curare, veteres fluxiones ſiſtere, articulorum, coli, & renum doloribus
vtile eſſe, conuenire etiam vteri doloribus, aſthmati, & lui veneræ, vexatis febribus
diuturnis, compoſitis, phlegmaticis, quotidianis, erraticis, atque ijs, quæ ex viſcerum
B obſtructione pendent commodiſſimè prodeſſe, in ardentibus verò febribus, & acutis
minimè conuenire.

Quod ad rectum ipſius vſum attinet, addit nullo pacto moleſtum eſſe, cùm nullius
ſit ingrati ſaporis particeps. Idem Petrus Monauius epiſtola 46. & 142. ſcribit, nihil
ſcilicet in eo ſumendo ineſſe moleſtiæ non odore, non ſapore, nec vlla ratione ægrotis
horrorem incutere, additque Marcellum Donatum, & Lobellium de huiuſmodi me-
dicamento egregiè ſcripſiſſe, eaque confirmaſſe, quæ ab ipſo dicuntur. Sed omnes
authores quicunque ſint, qui de hoc medicamento aliquid diuulgarunt, à Monarde
omnia ad verbum penè mutuati ſunt. Porrò omnes conſentiunt pueris, ſenibus, & ijs,
qui cætera medicamenta auerſantur valde vtile eſſe: doſis ipſius non omnibus eadem
eſt; nam pueris tutò datur ad drachmam dimidiam, iuuenibus, & adoleſcentibus ad
drachmam vnam, viris, & mulieribus adultis ad drachmas duas. Verùm huiuſmodi
propoſitiones intelligendæ ſunt, quando Mechioacan recens eſt, eiuſmodi tamen ad
nos, aut nunquam, aut raró affertur, vnde ſcio Medicos nonnullos hoc medicamentũ
C frequenter exhibuiſſe ad vnciam ſemis, ſed in hoc ſicut & in alijs medicamentis adhi-
benda eſt diligentia circa doſim, ne committatur error. Rectus vſus ipſius eſt, vt cum
vino albo, & vbi vinum non placeat, aqua fœniculi, aniſorum, vel cinnamomi detur,
aut etiam cum iuſculo pullæ: nec inutiliter quoque datur cum ſyrupo roſarum ſoluti-
uo. Modus eſt, vt pulverizetur, & infundatur per totam noctem, deinde offeratur
ſummo mane, ſed Monardes admonet primùm præparandos eſſe humores, qui eua-
cuandi ſunt, nonnunquam verò vtẽdum eſſe clyſteribus, quibus aluus mollis reddatur,
& ſi opus eſt ad ſanguinis miſſionem veniendum, hæc ſunt, quæ ante ipſius aſſumptio-
nem ſunt obſeruanda, poſt aſſumptum medicamentum breuis ſomnus conceditur, ijs
præſertim, qui vomitibus obnoxij ſunt. Facta purgatione datur iuſculum pullæ, & pau-
lò poſt cibus concedendus, qualis dari ſolet ijs, qui purgantur. Addit Monardes eodem
die poſt aſſumptum prandium non eſſe dormiendum, nec quicquam comedendum,
aut bibendum vſque ad cenæ horam.

Ex huiuſmodi medicamento in pulverem redacto fieri poſſunt nebulæ cum ſaccha-
D ro pro pueris, nonnunquam immiſcetur conſeruæ alicui, & præſertim roſatæ, non-
nunquam fiunt catapotia coriandri ſicci magnitudine, & etiam cum ſyrupo aliquo, vel
electuario pilulæ componuntur. Pulchrum eſt illud, quod ſcribit Nicolaus Monardes,
in arbitrio eſſe Medici, aut eius, qui Mechioacan ſumpſerit, eam quam velit humoris
quantitatem purgare; ſumpto enim iuſculo, vel quouis alio cibo eius vim purgatiuam
illicò ſiſti, aut infringi, quamuis quotidiana experientia huic opinioni refragatur, præ-
ter quod id commune eſt omnibus medicamentis purgantibus, quibus in operatione,
adhuc exiſtentibus, & à calore iam natiuo actuatis, ſi quis offerat alimentum, ſtatim
cohibetur euacuatio, & ratio eſt, quia motus expurgationis non eſt ampliùs à faculta-
te medicamenti, ſed à virtute expultrice, quæ non modò humores noxios, ſed etiam
medicamentum, quod traxit eos expellere conatur, vnde ſi ſuper inijciatur alimẽtum,
tunc natura relicto hoc opere, ſe conuertit ad alimentum conficiendum, quocirca
omnia medicamenta ex aſſumptione alimenti ceſſant à ſuo purgandi munere, aut ſal-
tem nimium debilitantur. Sed

Sed cùm dictum ſit ſuperiùs tres eſſe differentias huius Mechioacan, vna, quę Penæ E
Mechioacan, altera Mechioacan Dodonæi, & tertia, quæ flos Mechioacan Monardis
à Dalechampio inſcribitur, ſciendum eſt radicem, quam diximus eſſe in vſu, nomine
Mechioacan Penæ appellari ab eodem Dalechampio: ſecunda verò ſpecies nullius eſt
vſus, tertia eodem ſcribente, quæ nunc ex continenti affertur circa Nicaragna, &
Quinto naſcens, vbi diligenter colitur, & magno eſt in vſu ob admirandas eius vires,
longè præſtantior ea eſt, quæ ex noua Hiſpania deferri conſueuit, cuius flos, ſemen,
& ramuli etiam delati ſunt. Omnibus hiſce partibus purgat benignè, & clementer, &
ex ijs fiunt conſeruæ, ſyrupi, & gelu, nempè ex ſucco omnium partium ſimul cum
ſaccharo. Verùm apud nos non habẽtur huiuſmodi Mechioacã partes, ex quibus poſ-
ſint fieri talia medicamenta, ſed tantummodo radix, quam mittit promontorium Diuæ
Helenę, quod in eodem quo Nicaragna tractu eſt: aliud Mechioacan genus ſylueſtriùs,
quod grauia ſimptomata excitat, vt vomitus immodicos, tormina, alui profluuia, quam
ob cauſam ſcammonea nuncupatur, ſed nemo periculo ſemel facto vtitur.

Memorat Petrus Cieca in prima parte Peruanæ hiſtoriæ in Prouincia Quimbaya, F
cuius Metropolis eſt Carthago magna naſci tenues quaſdam radices digiti craſſitudi-
ne, quæ ſi aquæ ſextario per noctem macerentur in vaſe aliquo, maior aquæ pars
abſumitur, & quæ ſupererit ad tres vncias ſumpta, ita benignè purgat, vt rhabarba-
rum. Sed nulla ex his radicibus ad nos vehitur, & per conſequens à nemine cognoſci-
tur, & proinde nihil quicquam de vſu ipſarum dicẽdum venit, ſat igitur nobis eſt oſten-
diſſe naturam medicamenti propoſiti, quod in accipiendo nullum malum odorem, aut
ſaporem præſeferens, ſine aliquo detrimento materias pituitoſas, & aqueas maximè
purgat, etiam ſi Monardes voluerit ipſum vtramque bilem ducere, quapropter con-
cludimus huiuſmodi medicamẽtum rectè in communem vſum venire poſſe, non ſecus
atque alia medicamenta benigna, & benedicta vocata, & hæc ſunt, quæ breuiter de
natura viribus, necnon de recto vſu Mechioacan leniter pertingere volui amantiſſime
Balde. Reliqua verò tu fuſiori ſermone, qui illius vires, & efficaciam infinities ferè fe-
liciter expertus es, proſequi poteris, & interim me redamare pergas. Vale.

G

De Manna. Tract. V.

Eximio viro Conſtantino Foti Prothomedico, ac Priori almi Collegij Meſſanenſis.

LA eſt Mannæ præſtantia, Doctiſſime Foti, vt iure meritò inter beni-
gniora medicamenta primas ſibi vendicauerit, & à noſtris quauis
dubitatione abiecta in vſum quotidie reuocandam eſſe feliciſſimis
ſucceſſibus didicerimus. Si enim originem inſpiciendam nobis pro-
ponamus, videbimus eam è cęlo, tanquam nectareum ſuauiſſimumq́;
liquorem extillare: ſi operationes, præter dulcedinem, quam potanti
impertitur, non vẽtriculum vt alia pharmaca turbat nec vllam aliam
moleſtiam affert, ſed poſt actuationem corpus à recrementis leuiter expurgat, vnde
aut præſentem ſanitatẽ confirmat, aut deperditã quamprimùm reſtituit. Quapropter
nemo, vt puto, reperietur adeo inſanus, qui auſit aliud medicamentum huic confer- H
re, quod quæuis alia multis interuallis antecedit, tum ratione fontis, vnde ad nos pro-
manat, cui ſupremum, nobiliſſimumq́ue locum obtigiſſe conſtat: tum ratione opera-
tionum nobis illatarum, quæ ad optatiſſimam vitam producendam maximè condu-
cunt. Cùm igitur de præſtantiſſimo, & frequentiſſimo medicamento aliquid dicere
meditatus fuerim, vt aliorum potiùs ſtilum exacuerem ad illius naturam, & generatio-
nem penitùs perueſtigandam, circa quam licet adhæc noſtra tempora nonnulli per
multa ſcriptitarint, non tamen mihi videntur, rem omnem ita explicaſſe, vt non adhuc
aliquid ſuperſit dubitandum, ad te quid ipſe ſentiam, circa ea, quæ in ancipiti ver-
ſantur, mittere decreui, vt tuo ſummo iudicio penſites omnia, & me moneas de eo,
quod verius exiſtimaueris. Interim conſilium meum velim laudes, quòd tibi hunc
tractatulum dicauerim; nam eximium medicamentum eximio viro, nempe Archiatro,
ac tam illuſtris Collegij Priori dijudicandum debebatur. Sed ad rem peruenio.

Multæ,

Digitized by Google

A Multæ, & variæ ſunt opiniones de natura, & generatione Mannæ, ſæpeque inter Medicos, & Pharmacopæos lites excitantur tam de materia, quàm de modo generationis, præſertim Meſſanæ, quandoquidem huc ſolent variæ ſpecies, & differentiæ Mannæ ex Calabria tanquam è vicina Prouincia à mercatoribus afferri: vna eſt, & maximè omnium notiſſima, quam *Manna forzata* appellant, quæ in dolijs centenas libras, & longè plus continentibus afferri ſolet; altera eſt, quæ in vaſculis quibuſdam ligneis quadratis, vt plurimùm affertur, quorum vnumquodque pendet vncias ſex, aut ſeptem ad ſummum, hancque *Manna di corpo* appellant. Tertia ſpecies in arculis quibuſdam oblongis ex ferulacea materia factis rotundis calamorum thecæ in modum, magnitudine tanta, vt contineant ſemilibram ipſius Mannæ, & ad libram vſque, & hæc eſt cæteris omnibus præſtantior, quam appellant *Manna di fronda*. De Mannę igitur ſpeciebus, & differentijs tractabimus, initium facientes ab illa, quam Græcos cognouiſſe dicunt, deinde Mannam Arabum conſiderabimus, tertiò videbimus, an Manna, quæ in deſerto pluit ad manducandum, eadem fuerit ſpecie cum vna ex prædictis, an quid diuerſum.

B Iam verò Manna Grecorum in duplici eſt differentia: vna, quæ Manna thuris, altera ros melleus, aut mel aëreum appellatur, & quamuis non deſint authores exiſtimantes vnam, & eandem hanc Mannam eſſe, decipiuntur; nam Manna thuris, nihil aliud eſt, quàm micæ quædam thuris ex concurſu eliſæ, eo tempore quo conuehitur, vt apud Dioſcoridem legitur lib. 1. cap. 72. & à Matthiolo in commentario confirmatur, idemque habetur à Galeno 4. de compoſ. med. per genera. Manna verò, quæ mel aëreum dicitur, in duplici adhuc diſcrimine verſatur; nam vna Arabum eſt, alia Calabrenſium, relinquo illam, quam ex orientalibus eductam eſſe dicunt, quæ adhuc duplex eſt, vna maſtichina, quòd in globulos maſtiches in modum; alia bombicina, quòd in floccos bombicis inſtar diuiſa ſit. Afferuntur etiã ab Engarſia ab Horto lib. de Hiſtoria ſimplicium aromatũ ab India allatorum cap. 11. aliæ ſpecies, ac differentiæ Mannæ, vna quæ xiracoſt, hoc eſt dictu, lac arboris; nam xir lingua Perſiana ſignificat lac, vnde ob vocabulorum inopiam xiracoſt nominata eſt, quæ nihil aliud eſt, niſi ros quidam deorſum

C per arborem fluens, vel gummi ab ipſis arboribus deſtillans: ſecunda ſpecies appellatur tereniabin, vel trungibim, feruntque hanc in carduis generari granis quibuſdam in modum coriandri, colore inter rufum, & rubeum. Tertia ſpecies ea eſt, quæ fertur in cannulis quibuſdam magnis, vt plurimùm folijs coinquinata, & hanc dicunt ſimilem eſſe Calabrenſi, quam diximus vocari *Manna di fronda*. Idem Engarſia quamuis addat aliam differentiam ſimilem melli purificato, quia tamen hæ Mannæ ſpecies à noſtris non cognoſcuntur, cùm hic non aduehantur, de ipſis non eſt, vt quidquam dicamus; amplectimur igitur eas, quæ ſunt in vſu.

Arabum porrò Manna in duas ſeiungitur differentias, vna eſt, quæ tereniabin vocatur, & mel aëreum, eò quòd mellis in modum ſit fluida, & hæc eſt illa, cuius meminit Gal. lib. 3. de Alimentorum facultatibus capite de melle, altera verò in grumos, concreſcit, & vtriuſque meminit Meſues lib. 1. de ſimpl. itaque tereniabin Arabum, & Manna inter ſe differunt, cùm tereniabin ſit mel liquidum, aëreum; Manna verò ſit idem mel aëreum quidem, ſed in gummi, ac veluti grana quædam conglobatum, quod

D ex ipſo Serapione, & Auicenna confirmatur. Quòd verò tereniabin ſit mel aëreum, non condenſatũ, vt Gal. & Arabes in hoc cõuenientes dicunt, probat Ioannes Coſtæus vir doctiſſimus ſuper Meſuem lib. ſimplicium medicamentorum cap. 8. ad hunc modum: *tale autem nos aliquando vidimus in Laude patria noſtra agro æſtate calidiſſima ſerenis noctibus ſupra arbores, & plantas vniuerſim omnes, tam copioſè decidiſſe, vt à ruſticis collectum ad Pharmacopæos ſit delatum in Medicina vſum*: deinde verò addit. *Manna, condenſatus ille ſuccus erit, quem Mannam vulgus appellat, qualis ex orientalibus regionibus perfertur*. Itaque Coſtæus, & ante ipſum Braſauola Ferrarienſis viri doctiſſimi in hanc ſententiam venerunt, quòd ſit Manna Galeni, & Græcorum mel, ſed in globulos concretum, & vtrumque ortum ſuum ducat à rore, ſeu pruina conglobata.

Quòd autem Manna Calabrenſis ſit quid longè diuerſum à melle aëreo, nec non à Manna Arabum, Altimarus pluribus demonſtrare contendit; nam primò, inquit, Calabrenſis Manna nec à rore, nec à pruina oritur, ſed ſuccus eſt, aut gummi, vel lachry-

ma ab

ma ab arbore manans, quod vt probet, nonnullas affert rationes, quæ ad duo capita E
mea opinione reducuntur, primum caput eſt, quòd quæcunque ex aëre decidunt in
quacunque regione, & in quouis loco, non ſpeciatim ſuper vna re determinata
illius regionis, ſeu loci, ſed indifferenter ſuper vniuerſis ibi exiſtentibus cadere debent,
ſed Manna hæc Calabrenſis non niſi in fraxino, & orno reperitur nequaquam in cæte-
ris arboribus, aut lapidibus, ſequitur igitur eandem non eſſe cum Arabum Manna,
quòd illa è cælo cadat, hæc verò ſit fraxini, & orni, vel ſuccus, vel lachryma, quæ
quotannis ſub cane potiſſimùm pluribus diebus colligitur. Confirmat hanc ſententiam
pluribus experimentis, inter quæ illa potiſſima eſt, quæ à linteis deſumitur in orbem
ductis, & ſupra ſummitatem arborum tractis; nam ſuper iniecto lineo linteo, aut laneo,
inquit Altimarus, per plures dies, ac noctes ſuper eaſdem arbores, ita vt ros ad eas
peruenire non potuiſſet, inuenta nihilominus eiſdem diebus, ac collecta Manna fuit
ex dictis etiam arboribus non inciſis, id quod fieri haudquaquam potuiſſet ſi ſponte,
ex eiſdem arboribus non emanaſſet, potiſſimùm cum ſupra idem linteum, ne veſti-
gium quidem eiuſdem generis roris, nec liquidæ, aut concretæ, aut coagulatæ Mannæ F
fuerit inuentum.

Addit inſuper in fraxini, orniq́ue caudicibus iuxta corticem ſæpiùs veluti natas ve-
ſiculas, aut turbercula quædam obſeruaſſe, quæ vbi primùm diſrumpantur liquorem
quendam album, dulcem, concretum, atque craſſum in optimam Mannam conuerſum
effundunt. Succedit, quòd ſi incidantur tales arbores in earum inciſuris talem repe-
riunt concretum, & coagulatum humorem. Sed quoniam, inquit, reperitur Manna
coagulata granorum milij inſtar ſuper folia, perſuaderi facilè quiſpiam poſſet, eam fieri
ex rore condenſato, & ſuper folia concreto, reſpondet tamen huic obiectioni idē Au-
ctor dicens per foliorum pediculos, poſtquam humidiores ſunt, ad folia tranſmitti
quandam portionem humoris, ſeu prædicti ſucci, ac ibi conglobari, vnde non eſt à
ratione alienum, quòd in fraxini folijs concreſcat, & coaguletur ſimilis humor, ſicuti
in caudice, aut ramis, aut foliorum pediculis. Addit, quòd parua illa grana, quæ ſummo
mane ſuper folia reperiuntur, ea etiam die ſole ſuperueniente augeri, & maiora reddi,
quæ poſtea veſpere colliguntur, id quod fieri minimè poſſet, ſi ex aëre eſſet delapſa. G
Tandem concludit ex omnibus hiſce arboribus Mannam naſci, tanquam propria ipſa-
rum lachryma, ſeu gummi, vnde eſt, quòd & ſponte, & inciſuris factis talem valeant
lachrymam generare, & effundere, quare nemo inficias ire poterit, quin Manna ex his
arboribus inciſis emanet, ac emanare poſſit, imò verò per vulnera illata copioſior hu-
mor fluit, quare ex his inferre facilè poſſumus, inquit, Mannam Arabum eſſe longè di-
uerſa à Manna Calabrorum, cùm illa ex rore condenſato ortum ducat, hæc verò ſit
ſuccus ipſarum arborum.

Atque hinc eſt, cur colligendi modus ſit etiam diuerſus; nam cùm illa cadat ſuper
lapides, & terram, ac ſupra arborum ſummitates, manibus facilè colligitur, in hac verò
opus eſt vti modo artificioſo, nempè in cortice arboris ſectiones inducere, vt faciliùs
extrahi queat, quas Altimarus in medium adducit his verbis: *quod attinet ad inci-
ſionis modum, quo vtuntur ad extrahendam Mannam ab ipſis arboribus non eſt vnicus, nam
quidam nonnullis factis inciſuris in toto caudice, ita ſequenti die, vel altera Mannam colli-
gunt, quidam verò per aliquas dies ante eaſdem arbores incidunt quibuſdā inciſuris in infe-* H
*rioribus partibus illatis, & deinde eadem collecta, ac proiecta, quam primò reperiunt in eiſ-
dem inciſuris Mannā, quæ deinceps confluit per eaſdem inciſuras, eandemque colligunt, &
conſeruant; alij verò prætermiſſa omninò ea, quæ per primas effluit inciſuras poſt paucas dies
alijs in locis ſuperioribus, eaſdemq́ue arbores incidentes Mannam colligunt, quæ quidem
præceteris dulcior, admodumq́ue ſuauior exiſtit, purgata, vt inquiunt, per primas inciſuras
arbore, hoc eſt excreto eo humore, qui impurior, & propterea amarior, & crudior erat.*
Variæ igitur ſunt ſectiones, quæ fiunt in arboribus ex Altimaro; quædam enim fiunt in
caudice arboris, aliæ in inferioribus partibus, aliæ in ſuperioribus, à prioribus
inciſuris Mannam exeuntem colligunt, vel ſequenti ab inciſuris, vel altera die, quæ
verò in partibus inferioribus inciſuræ fiunt per aliquot dies ante tempus collectionis
efficiuntur, eamq́ue Mannam, quæ per has inciſuras primò effluit proijciunt, ea-
q́ue proiecta, quæ deinceps confluit ab ipſis colligitur, & conſeruatur, at ab inciſuris

factis

A factis in ſuperioribus partibus, poſt paucos dies Mannam colligunt præ ceteris dulciorem, & ſuauiorem; nam per primas ſectiones excernitur humor impurus amarus, & crudus, quem tanquam inutilem abijciunt.

Iſtæ ſunt ſectiones, & modi ſectionum ab Altimaro propoſitæ, quas dicit non fieri indifferenter in fraxino, & orno, vt apparet ex ipſius verbis. *Id verò in ornis potiùs, quàm fraxinis non ab re machinati ſunt; nam fraxini humidiores cùm ſint, ſponte magis, non dum in caudicibus, & ramis, verùm etiam in folijs, eorumque pediculis, atque eo in loco, qui eſt inter foliorum pediculos & ramos talem emittunt lachrymam, at orni, vt qui ſuauiores natura ſint, hoc eſt minùs, quàm fraxini humida, corticeque duriores, & ſcabriores locisque ſaxoſis, montuoſis, & ſiccis degant, tantam in ſe humiditatis copiam non continent, nec adeo dilutus, nec tenuis eſt eorum humor, vt ad ramos, & folia eam mittere valeant, ſed in caudicem ſolùm, & rariſſimè in ramos, quapropter vt copioſus effluat ex eis humor, eundem vulnera inijciunt; ita enim, & promptiùs effluit, & à ſolis etiam calore non parum arbores pro eius expulſione eiſdem inciſis iuuantur, eiuſdem ſcilicet humorem ad corticem attrahente.* Huiuſ-
B modi Altimari opinio de Mannæ generatione diuerſa eſt, non modò ab Arabum opinione, verùm etiam ab his omnibus, qui de Manna ſcripſerunt; nam omnes arbitrantur eam ortum ducere è cælo, à rore nempè, aut pruina congelatis.

Sed Carolus Cluſius ſuam fuiſſe hanc opinionem prædicat, conqueriturque de Altimaro, quòd eam ſub proprio nomine publicè typis commiſerit, cui examinandam miſerat, vt ſuum iudicium circa illam ferret, ſicut miſit & Lodouico Anguillaræ in ſtudio Ferrarienſi Botanico: ſed cuiuſnis eorum ſit, multas, & vix ſolubiles difficultates habet, inter quas primò occurrunt grauiſſimorum virorum authoritates, qui huius veritatis indagandæ gratia omnem Calabriam perluſtrarunt. Et primùm Doctiſſimus Andræas Matthiolus in inquirendis plantis, & earũ virtutibus ſolertiſſimus, qui, vt dixi, Calabriam peragratus eſt, de Manna frondis ad hunc modum loquitur. *Conſentia, quæ eſt Calabriæ Ciuitas, mihi facta fuit copia ſuper fraxineis frondibus, quæ ſtillapij perfectè cocti guttas prorſus referebat. Accepi ab incolis, quòd hæc Manna legitur, priuſquam ſol exortus admodum excalefaciat; namque poſtea ſole liquefacta, abſorptaque facilè euaneſcit.*
C *Quapropter vbi in magna deciderit copia, ſummo mane arborum ramos præſcindunt, & in opacis collocant, vbi concretam maiori commodo legunt.* Addit Matthiolus pro ſuæ opinionis confirmatione ſe fuiſſe in Comitatu Goritienſi, vidiſſeque Mannam vtriuſque conſiſtentiæ è cœlo demiſſam, & in vniuerſo Foroliuienſi agro, ac circumuicinis locis Maio, & Iunio, Menſibus. Subiungit deinde hæc verba. *Fuitque mihi ambarum colligendarum ampliſſima facultas, ſiquidem ea, quæ fici, fraxini, & orneogloſſi frondibus inhæſerat, gummi modo concreuerat, colore candida. At quæ ſuper amygdala, perſica, ac quercus folia deciderat, mellis modo liqueſcens ab arbore defluebat, flauo colore. Quo factum eſt, vt facilè crediderim, quod non ſui ipſius facultate gummi modo Manna concreſcat, ſed foliorum, in quibus delapſa recumbit.* Proſper etiã Burgaritius in fabrica Pharmacopęa, qui (vt ipſe affirmat) plurima Calabriæ loca perluſtrauit, teſtatur ſe non obſeruaſſe Mannam eſſe arborum ſuccum. Leonardus quoque Fuchſius, referente eodem Matthiolo, exiſtimauit, imò apertè ſcripſit in Calabria Mannã colligi in diuerſis locis, tam ſupra arbores, quàm ſupra ſaxa, atque lapides. Vnde ex his anthoribus concludere
D licet Mannam non eſſe arboris, vel lachrymam, vel ſuccum, vt ſcripſerat Altimarus, ſed quid extrinſecum.

Ioannes Coſtæus in commentarijs ſuper Meſue vidit hanc difficultatem, quòd Manna Arabum ſit roſcida, hoc eſt, ex rore concreta; Calabra verò ſit ſuccus, ſeu lachryma aliquarum arborum, fraxini ſcilicet, atque orni, quam vt tolleret, inquit ſe ſuſpicari nullam Mannam excepta orientali dici poſſe fieri ex rore, quandoquidem certum eſt ex ijs, quæ ad nos feruntur ſpeciebus Mannæ, nullam ex rore genitam eſſe; nam Italia duplicem Mannam producit: vnam, quam Brigantinam, hoc eſt, quæ ex Brigantio Galliæ Tranſalpinæ oppido affertur, & Calabram, quæ ex Calabria afferri conſueuit. Et addit Calabram triplicem habere differentiam: frondeam, quæ ex fraxini, ac orni frondibus colligitur; groſſam, quæ ex herbis, & ſaxis extrahitur, & arboream ex ramis, & caudice collectam, duplicemque hanc eſſe ſubdit; aut enim ſponte deſtillat, aut è vulnerata arbore emanat, & forzata nuncupatur. Brigantina

Digitized by Google

porrò frondeæ Calabræ eſt ſimilis,videturque ex iunipero, & pinu colligi. Atque harum Mannæ ſpecierum nullam roſcidam eſſe ratio planè demonſtrat; ſi enim aliqua ex rore frigoris vi condenſato gigneretur, calore diſſolueretur, ſed quæuis, etiam frondea, calore magis denſatur, neque niſi liquore aliquo diſſolui poteſt, igitur liquidò conſtat à frigore minimè eſſe concretam. Eiuſdemque rei fidem facit, quòd non tantùm ante ſolis ortum, ſed etiam meridie ſummo, & ſub canis æſtu maxima exiſtente ſiccitate colligitur, vt à fide viris dignis intelligere eſt, & hoc (inquit Coſtæus) perſuadet nos roſcidam non eſſe Italicam Mannam. B

Hanc præterea coniecturam ſtatuit Coſtæus his verbis. *Confirmat ſuſpicionem noſtram id etiam quod, cùm in eodem tractu plures diuerſorum generum arbores ſint, ex ſolis tamen fraxinis, & ornis Manna hæc colligitur, neque verò etiam omnibus, ſed certis tantùm. Imò quod maximè perſuadeat obtecta interdum veſpere fraxino, & orno linteis, vt ros in arborem admitti nequeat, deprehenditur tamen mane frondibus eodem inſtituto Manna inſidere, quo antea; atqui huius ex rore ortum nullus dixerit. Ex his ergo, atque alijs, quæ ſuſiſſimè Donatus Altimarus in libello de viribus, & differentijs Mannæ, fateri ego certè cogor vulgata Mannæ nullam ſpeciem ex rore procreari, neque Calabram, neque Brigantinam, ſed gummi, ſeu potiùs ſuccum quendam eſſe ex harum arborum frondibus, ramis, & caudice reſudantem, in Calabria quidem fraxini, & orni, in Brigantio Iuniperi, & pinus.* F

In hac Coſtæi determinatione inter alia, quæ reprehenſione videntur digna, illud eſt maximè animaduertendum, vbi dicit Mannam Italicam eſſe arborum quorundam ſuccum, ſeu gummi; nam non cognouerat in pleriſque locis Italiæ, & præſertim in agro Romano colligi Mannam in locis varijs, ſed vt plurimùm ſaxoſis, quæ Manna eſt prorſus ſimilis Mannæ forzatę Calabrenſi, cuius generis oſtendit mihi hic Meſſanę Comes Iulius Cęſar Santinellus, Magnæ Crucis Eques Hieroſolymitanus Prior in hac Ciuitate Prioratus ſancti Ioannis Baptiſtæ, & retulit mihi ſe eadem Manna expurgari conſueuiſſe ſingulis annis, eademque in vltima ſua ægritudine fuit purgatus, & ſatis commodè: hæc verò non ex arboribus enaſcitur, quare non dici poteſt arborum ſuccus, & cōſequenter neque inferri poteſt, quod omnis Manna Itala ſit arborum ſuccus. Addo, quòd in hoc Regno Siciliæ varia ſunt loca, in quibus colligitur Manna, nec tamen prodit ex arboribus. G

Succedit, quòd Manna non poteſt eſſe ſuccus arborum; nam arbores, & plantæ proprium ſuccum, ex quo nutriuntur, non aliunde alliciunt, aut trahunt, quàm à terra, quæ eſt proprium ſucci alimentalis promptuarium, non ſecus atque ventriculus in animalibus eſt conceptaculum, in quo aſſeruatur alimentum, & quemadmodum à venis meſeraicis, quæ proportionem habent cum radicibus arborum, & plantarum, attrahitur nutrimentum pro toto animali, ita prorſus & radices in plantis trahunt nutritiuos humores ab ipſa terra; nam vbi truncus arboris cum ſuis ramis inanitus eſt, ſe conuertit ad ſuas radices ab ipſis trahens alimentitium ſuccum; illæ verò inanitæ à terra ſibi hauriunt, & attrahunt humorem aptum nutritioni; ſed Manna non eſt ſuccus in terra contentus, vt alimentum ipſarum arborum, non eodem Altimaro confitente, nec per conſequens ab ipſa nutriri queunt, vanum eſt igitur dicere Mannam eſſe gummi, aut ſuccum fraxini, aut orni in Calabria; iuniperi, vel pinus in Brigantio, id quod Coſtæo probandum erat, cùm præſertim dicat ſe maximè dubium eſſe, & ancipitem de generatione Mannæ forzatæ, faterurque ſe ignorare, an ſub fraxino tantùm, ac orno, vel aperto etiam cælo colligatur, quare non potuit declarare naturam, ſeu naturæ diuerſitatem Mannæ Calabrenſis, & Arabum, neque etiam oſtendere qualitates Mannæ Calabrenſis in vniuerſum. H

Hanc autem litem videntur componere Monachi illi, qui Meſuem commentati ſunt; affirmant enim ardente Syrio Mannam non ſolùm roris in modum ſuper arborum, & herbarum folia aëris, & cæli clementia decidere, ſed etiam ab arboribus, fraxino ſcilicet, & orneogloſſo abſque aliquo cæli rore, gummi in modum, inciſo earum cortice, in lachrymas concreſcere, itaut ex hac Monachorum reſponſione dicendum veniat nullum eſſe inconueniens, quòd Manna Calabrenſis, alia ſit roſcida, alia gummi, & ſucci quodammodo rationē habeat; illa enim, quæ in arboribus eſt, eorum gummi,

ſeu

A ſeu ſuccus dicèndus videtur, quo ad ſenſum, non tamen proprius ſuccus, ex quo arbores nutriuntur; nam ſi hoc eſſet, omnes arbores eiuſdem ſpeciei ex ipſa nutriri deberent, quod falſum omninò apparet, cùm & fraxinus, & ornus proprio nutriantur alimento, & non Manna, quare Manna quid extrinſecùs eueniens erit ratione qualitatis aëris, & proprietatis eidem arbori inſitæ hunc humorem ab ambiente attrahentis. Ea verò, quæ in alijs locis reperitur, nempe ſuper ſaxis, aut terra neceſſariò ex rore, aut pruina congelata ſit, diſpoſita primùm materia à calore naturali.

Nec mirum eſt, ſi harum omnium ſpecierum Manna reperiatur in Calabria; nam ampliſſima eſt Prouincia, & in duas potiſſimùm partes diuiſa, vna ſupra mare Tyrrhenū poſita eſt, quo in loco antiquitùs Brutij habitabāt, & hæc illa pars eſt, quæ propriè Calabria dicitur: altera pars mare Ionicum reſpicit, dictaque fuit Græcia magna. Diuiditur etiam in inferiorem, & ſuperiorem; ſuperioris caput eſt *Coſenza*, quæ ſub ſe continet decem Ciuitates, inferioris verò eſt *Catanzaro* ſub ſe habens ſexdecim Ciuitates, totque oppida, & Caſtella ambo comprehendunt, vt numerum ducentum, &
B octoginta duorū pertingant; vnde mirum videri non debet, ſi aliquibus in locis Manna videatur eſſe lachryma, & ſuccus arborum, cùm ab ipſis & ſponte, & violenter exeat, (quemadmodum ex Altimaro vidimus) per varias inciſuras factas; in alijs verò locis è contra ex rore, & pruina condenſata eueniat. Audiui in agro Tropienſi obſeruari quotannis menſe Iunio, & Iulio non modò cadere Mannam ſuper frondes quercuum, verùm etiam ſummo mane ſuper ariſtas frumenti, quæ poſtea ſole diurno liqueſcit. Similiter intellexi ab aliquibus probatiſſimis viris per Calabriam ambulantibus ante ſolis aduentum menſibus prædictis veſtimenta eos percepiſſe veluti vnctuoſa, quæ poſtea à ſole exiccabantur.

Altimarus igitur ſcribens tantummodo reperiri Mannam ex prædictis arboribus effluentem, ſolùm cognouit illam partem Calabriæ, in qua ab arboribus Manna prodit; alij verò authores, qui diuerſas partes Calabriæ perluſtrarunt, animaduerterunt non modò ſuper arbores Mannam inſidere, verùm etiam & ſuper folia arborum, & ſuper lapides, & terram, quare vniuerſaliter ſcripſerunt omnem Mannam Ca-
C labrenſem ex rorida ſubſtantia, & pruina congelata prouenire, atque ita ex cælo decidere, quemadmodum vnuſquiſque videre, & cognoſcere poteſt ex his, quæ à doctiſſimo, & eruditiſſimo Marco Antonio Politi ſcribuntur, qui quinquaginta ab hinc annis egregiè medicinam fecit, ac nunc maximo cum ægrotantium beneficio facit, cuius de hac materia diſcurſus habebitur in fine huius tractatus, qualem ipſe ad me miſit manuſcriptum, & quem Venetijs nunc primum imprimendum curauit libro ſecundo, de actione totius ſubſtantiæ capite decimoſexto. At nimium, quàm putaram, diuagatus ſum circa inuentionem naturæ Mannæ propter varias opiniones eorum, qui de hac materia hactenus ſcripſerunt.

Nunc venio ad propoſitum meum, quod erat examinare omnem illam Mannam, quæ è Calabria in Siciliam, & Meſſanam potiſſimùm à mercatoribus affertur. Hæc igitur in tres ſpecies, & differentias diuiſa eſt; prima eſt, quæ Manna frondis appellatur, canalibus quibuſdam oblongis, & rotundis granorum milij in modum concreta aduehitur, colore quidem albo, ſed ad ſubflauum inclinante, ſapore dulci, & carè
D admodum venditur; pro quauis enim vncia Mannæ, vnciam pecuniæ impendimus, quæ eſt pondus duorum ſcutorum, & ſemis. Quamuis autem Altimarus non admittat illam diuiſionem de Manna frondis, corporis, & forzatæ, nihilominus ſcriptum reliquit hanc, quam vulgares frondis appellant, ex trunco, & ramulis in pediculis frondium fraxini, ac ex eo potiſſimùm loco, qui inter pediculos, & ramos eſt, colligi, quæ ſponte exiens cum aliqua amaritudine, & alba prouenit: at quia noſtra frondis, quæ hic venditur, non eſt alba, ſed, vt dicebam, ad obſcurum, flauumque colorem declinans, propterea non eſt eadem cum ea, quam deſcribit Altimarus, maximè quia noſtra ſupponitur dulcis, ea verò Altimari eſt cum aliqua amaritudine.

Secunda ſpecies, Manna corporis dicitur, & eſt duplex, vna quę fit ex forzata in grana quędam arte à mercatoribus redacta, à quibus ſæpè noſtri pharmacopęi eam ementes non inuiti decipiuntur, quia licet vili pretio emant, nempe pro quauis libra decem, aut duodecim tarenos ſoluant; ita tamen diligenter aſſeruant, vt ab ægrotantibus pro

ſingula vncia quandoque ſex tarenos, aut ſaltem quatuor recipiant, vnde apparet E
ſolo nomine deceptos eſſe, quia poſtea re vera ipſi miſeros ægrotantes decipiunt,
duplo, & triplo plus ipſam Mannam vendentes, quod fieri planè nec poteſt, nec de-
bet, & Prothomedici, ſi rectè ſuum munus adminiſtrare volunt, omni ſeueritate
animaduertere debent in eos, qui hunc dolum malum, in diſpendium, & fortè etiam
in perniciem ægrotantium committunt; cùm hæc Manna, nihil aliud ſit, quàm Manna
forzata in globulos artificioſè congeſta, & in ligneis vaſculis conſeruata. Alis verò
Manna corporis non eſt artificialis, vt ſic dicam, & adulterina, ſed ſpontè ab arboris
trunco emanat per veſiculas quaſdam, aut per foramina roſtro quorundam volatilium
facta. Hæc rarò Meſſanam affertur, & non niſi in vaſis quibuſdam ligneis, rotundis,
intus excauatis libras duas, aut tres continentibus, cuius pretium admodum carum eſt;
nam ſæpè ſingula vncia venditur quatuor ſcutos. Eaque valdè leuis eſt, & in floccos
quoſdam albos goſſipij in modum concreta.

Testia ſpecies Mannæ, forzata appellatur; & granis conſtat grãdioribus, quæ varij
ſunt generis; nam alia ſunt oblonga, alia rotunda, floccorũ lanæ aliquando ſimilitudi- F
nem referentia, candidiori, & vario etiam colore prædita eſt. Huc tranſportatur in
dolijs magnis, viliſſimoque pretio venditur; & iſtæ ſunt omnes differentiæ Mannæ,
quo ad ſenſum, quæ Meſſanæ in communiſſimo ſunt vſu: atque omnes ſunt einſdem
ſubſtantiæ, eiuſdemque ſaporis, & coloris, & quantum attinet ad operationes, non
modò biliosos, ſed & pituitoſos etiam è corpore trahunt humores, adeoque benignè,
vt non excedant venarum primas regiones. Sed quæ frondis dicitur, & ea, quæ vera
corporis eſt, pro nobilioribus, magnatibus, & ditioribus vſurpatur, quòd ambæ ſint
pretioſiſſimæ, & cariùs vendantur, etiamſi apud Meſuem Manna frondis ſorzata ca-
dente ſuper petras deterior ſit: Manna verò forzata, cùm viliſſimi ſit pretij, pro infimæ
notæ hominibus quotidie vſurpatur. Sed prout obſeruare potui vigintiſex ab hinc
annis, quibus & medicinam facio, & publicè in hoc Meſſanenſi Gymnaſio doceo,
omnibuſque iſtis Mannæ differentijs ſæpiſſimè ſum vſus, ſemper vidi Mannam forza-
tam reliquis ſpeciebus præſtare ratione operationum, cùm biliosos humores in ven-
triculo, & inteſtinis contentos facilè, & clementer euacuet, eſtque Manna hæc forzata, G
quo ad ſubſtantiam, colorem, & ſaporem, valde ſimilis ei, quam dixi in agro Romano
colligi, & quod magis eſt, eandem facit operationem abſque aliqua animi, aut corpo-
ris perturbatione.

Dicet aliquis, huiuſmodi de Manna forzata determinatio videtur aduerſari ijs, quæ
audio communiter obſeruari Neapoli; dicunt enim Mannam forzatam à Prothome-
dicis non modò tanquam inutilem, verùm etiam vt maximè damnoſam inde fuiſſe
expulſam: verùm aliud eſt loqui de Manna forzata pura, legitima, ac ſyncera, quæ aut
ab arboribus ſponte, aut etiã violentia effluit, aut ſupra lapides in globulos cõcreſcit: &
aliud eſt loqui de Manna forzata fictitia, & arte facta, quam in Comitatu Conſentiæ
impoſtores aliqui auaritia moti, fraudulenter confingebant, quæ (vt inquit Burgaru-
tius) maximè corporibus humanis infeſta erat. Primam enim Mannã forzatam veram
nunquam prohibuerunt, aut renuerunt Regij Prothomedici in Regno Neapolitano,
ſed ſecundam curarunt omninò ab officinis pharmacopæorum eſſe explodendam, &
eos, qui illam ſeruari auſi fuerant ſeuerè caſtigari, ita ſenſit Bargarutius libro de fabri- H
ca pharmacopæorum tractatu de tamarindis, diſtinctione tertia, capite de obſeruatio-
ne Mannæ, vbi apertè teſtatur falſum eſſe Mannam forzatam fuiſſe excluſam. Imo ego
in hanc venio ſententiam, quòd Manna forzata magis vtilis corporibus humanis ſit,
quia nullam acquirit malam qualitatem ab aliquo, vt aliæ duæ ſpecies, & quia citiùs,
perfectiuſque corpus noſtrum à prauis humoribus expurgat, quemadmodùm longo
annorum ſucceſſu feliciter expertus ſum.

Vſus ipſius varius eſſe poteſt; nam vt plurimùm in iure pulli calido, nonnunquam
etiam in varia materia diſſoluitur, vt eſt decoctio cinnamomi, vel alterius rei pro varia
Medici intentione, modò in frigido, modò in calido pro corporis, morbi, tempo-
ris anni, atque aliarum circunſtantiarũ diuerſitate, & ratione. Doſis eſt ab vncijs tribus
ad vncias ſex. Bononiæ doſis ipſius non excedit quatuor vncias; in hoc verò Regno,
& in Meſſanenſi Ciuitate obſeruaui cõmuniter doſim eſſe ad vncias ſex in adultis, non-

nun-

A nunquam ad vncias octo, & nouem; & hæc ſunt, quæ breuiter de Mannę natura, facultatibus, atque vſu afferenda mihi viſa ſunt. Nunc dicendum eſt de Manna, quæ in deſertum antiquitùs pluit ad manducandum, fuerit ne eiuſdem naturæ cum prædictis Mannis, an alterius? & quamuis, quæſitum hoc videatur eſſe præter omnem rationem, & inſtitutum noſtrum, cùm ex ſacris Biblijs cap. 16. Exodi illam panem fuiſſe habeatur, ſicut paulò poſt demonſtrabo; nihilominus, quia plerique authores eandem fuiſſe vt verum admittunt, breuibus, quid ſentiendum ſit, aperire conabor.

In primis Franciſcus Valleſius libro de ſacra Philoſophia capite 57. tradidit id, quod in deſertum pluit, nihil aliud fuiſſe, quàm Mannam noſtram, qua hodie vtimur, & ad id probandum profert Meſuæ authoritatem his verbis expreſſam. *Diuerſificatur autem ſecundùm diuerſitates rerum, ſuper quas cadit; cadens enim ſuper lapides, eſt ſicut gutta parua, quæ congelantur, & fiunt ſicut germen, & cadens ſuper plantas, ſuſcipit de virtute plantarum, & eſt cum permiſtione particularium foliorum, & florum, & ea, quæ ſuper lapides cadit, melior eſt, quæ eſt ſicut ſemen album, & dulcis, & eſt recens, poſt iſtam verò in bo-*
B *nitate eſt, quæ eſt ſubcitrina*; ex quibus Meſuæ verbis, colligit Valleſius Mannam in deſertum demiſſam fuiſſe eandem cum hac Arabum Manna; nam cùm duplex genus Mannæ hic afferatur, alterum cadens ſuper frondes, alterum ſuper lapides, & terram, quorum hoc præſtātius eſt, at illud Hebræorū eſt ſimile, ergo. Porro conſtat, quod ſimile eſt ſemini, eſſe quod ſuper lapides, idque eſſe grandioribus partibus, quàm alterum, atque ſi ſimul album ſit eſſe optimum, parum verò ab hoc deficere, quod ſubcitrinum, videlicet colore bdellij. Valleſius igitur cōcludit Mannam in deſertum prolapſam eandem fuiſſe cum ea Arabum, quæ ſuper lapides cadere conſueuit.

Hoc præſuppoſito, & admiſſo, obijcit ſibi, quomodo ex hoc tam leui alimento corpora Hebræorum tandiu viuere potuerunt? hæc ſunt ipſius Valleſij verba. *Si autem hoc ita habet, vt ſanè videtur, qui fieri poterat, vt non laxatis, ac diſſolutis corporibus perirēt? profectò ipſi ſentiebant hunc cibum eſſe leuem; nam 21. numerorum, ita coquerebantur, anima noſtra iam nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo, at verò cibos leues, & qui ſolidam ſubſtantiam corporibus non tribuunt, medicamenta etiam eſſe, atque expurgare Hippocrates teſtatur li-*
C *bello de medicamentis expurgantibus*: hæc ſunt, quæ à Valleſio obijciuntur aduerſus ſuam determinationem de Manna, qua ſibi perſuadet eandem fuiſſe Mannam Hebręorum cum prædicta Manna Arabum, vel alia vſuali: & vt propoſitam à ſe difficultatem ſoluat, conſiderat Mannam à principio, quando ſcilicet primùm cæpit in deſertum pluere, deinde eam conſiderat ratione conſuetudinis; primo modo inquit Mannam Hebræis datam fuiſſe tanquam medicamentum, quod conferre potuiſſet ipſis ad deponendam cacochymiam, quam ex eſu cucumerum, peponum, melonum, cæparum, & aliorum, quibus multo tempore in Egypto erant aliti, contraxerant, expurgatis verò corporibus, iam conſuetudo fecit idoneum, & ſuauem cibum, quare ex conſuetudine vult Mannam Hebræis fuiſſe cibum optimum.

Verum aduerſus huiuſmodi ſententiam eſt authoritas eorundem Hebręorum libro exodi capite 16. dicentium, *vtinam mortui eſſemus per manum Domini in terra Egypti quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panem in ſaturitate.* Signum igitur eſt Hebræos non fuiſſe coactos in Egypto eos cibos deuorarę, quorum meminit
D Valleſius, à quibus poſſent colligere cacochymiam, non igitur corpora Hebræorum erant cacochyma, atque ita non egebant Manna, quæ ipſis mederetur. Eſt & authoritas pſalmi 140. vbi ſcriptum eſt, *non erat in tribubus eorum infirmus*, at illi, qui ſani ſunt, non poſſunt dici cacochymi, igitur non miſit Mannam Dominus, vt in primis diebus Hebræi ex ea expurgarentur à cacochymia acquiſita, falſumq́ue eſt id, quod ſupponit Valleſius, Mannam à principio datam eſſe ad expurgandos prauos humores ex Hebræorum corporibus.

Deinde cùm Manna ſuapte natura ſit medicamentum expurgans prauos humores à corporibus noſtris, neceſſarium fuiſſet, vt ſemper, & in quocunque tempore oblata, ſuum feciſſet purgandi officium; nam quod tale eſt ſua natura, vbicunque ponatur, ſemper eſt tale, ſed natura mannæ ſemper eſt expurgans corpus, ergo poſt primos dies, quibus expurgati fuerunt Hebræi à cacochymia, non potuiſſet eos nutrire, ſed ſemper purgare. Nec poteſt fieri vnquam, vt ex conſuetudine medicamentum ſolu-

tiuum

Digitized by Google

tiuum poſſit euadere nutrimentum; nec è contra nutrimentum fiat medicamentum ſolutiuum; nam de ratione alimenti eſt, vt vincatur à natura, & cõuertatur in nutritum: de ratione verò medicamenti eſt, vt vincat, & ſuperet, quare conſuetudo per ſe efficere minimè potuit, vt Manna mutaret ſuam naturam, & loco expurgationis, cuius gratia à natura eſt producta, probè nutriret corpora, quemadmodum dicit Valleſius, non eſt igitur dicendum Mannam Hebræorum fuiſſe noſtrę Mannę vſuali ſimilem. Eſt tandem Genebrardi viri Doctiſſimi authoritas dicentis ex Hebræorum traditione Mannam fuiſſe cibum corporeum, qui in ipſis membris digerebatur, nedum in ſtomacho, vnde non onerabat ipſum grauedine, nec caput fumis, non creabat excrementa, eratque facilis digeſtionis, ex quo etiam conuincitur Valleſius. E

Sunt aliqui authores, & grauiſſimi quidem, qui videntes hanc difficultatem dixerunt Mannam eſſe in duplici genere; vnam, quæ re vera noſtrum corpus expurgat, quemadmodum eſt Manna Arabum, & Calabrenſium, quæ nec à cælo pluit, nec eſt ſimilis illi, quam nutriendi cauſa è cælo demiſſam ſcimus; altera verò eſt Manna, quæ tantummodò nutrit, nec vlla ratione corpus expurgat, vt apparet in his hominibus, qui iuxta montem Libanum habitāt; dicunt enim indigenas eius montis ſe abundè explere Manna, nihil tamen lædi, aut aluum ſibi aliquo pacto ſubduci ſentire, ſed tanquam opſonio ea nutriri, quare dicendum videtur Mannam, quæ olim pluit in deſerto eiuſdem generis fuiſſe cum illa, quæ in Libano monte generatur. F

His tamen non obſtantibus puto Mannam è cælo ad Hebræos immiſſam nōn fuiſſe re vera Mannam, ſed panem ipſiſſimum, quemadmodum ex 16. capite exodi apparet; nam Dominus Deus ad Moyſem dixit, *ecce ego pluam panem vobis de cælo*, & paulò infra Moyſes ait, *dabit vobis Dominus veſpere carnes edere, & mane panem in ſaturitate*, & paulò etiam inferiùs ſcriptum eſt, *audiui murmurationes filiorum Iſrael, loquere ad eos, veſpere comedetis carnes, & mane ſaturabimini panibus*, quare illa, quæ communiter dicitur cecidiſſe in deſertum, non fuit Manna, ſed panis. Deinde aliud eſt dicere Manna, aliud Manhu, & aliud eſt dicere Man: de Manna capite 16. exodi ne verbum quidem habetur, vnde apparet (vt ſuprà dicebam) fruſtra inquiri, an quod cecidit in deſertum ad nutriendos Hebræos, fuerit Manna, præſertim cùm, vt deprehenditur ex toto capite, id quod tum temporis è cælo manabat, fuerit panis, & non Manna. Porrò Manhu eſt veluti interiectio quædam admirantis, quæ nihil aliud ſignificat niſi, quid eſt hoc; nam poſtquam obſeruaſſent tantam copiam alimenti cecidiſſe, quaſi admirantes clamabant Manhu, Manhu, quibus reſpondens Moyſes ait, *eſt panis, quem Dominus dedit vobis ad veſcendum*: non igitur erat Manna, ſed panis. Cuius panis materiā appellabant filij Iſrael Man, quòd erat quaſi ſemen coriandri album, guſtuſque eius quaſi ſimilæ cum melle. Hoc Man Iſraëlitæ comederunt quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem, & vſque quo tangerent finem terræ Chanaan, vt apparet in fine capitis 16. exodi iam citati. G

A Valleſio citatur cap. 21. numerorum, vbi habetur Hebræos ita loquutos fuiſſe, *anima noſtra iam nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo*, ſed eſt animaduertendum, tunc Hebræos non dixiſſe hoc de pane, quem ad ipſos Dominus miſerat, ſuper terram ad ſimilitudinem roris, & pruinæ, ſed conqueſtos, quòd ipſis idem panis defeciſſet, & vbi dicunt, *nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto leuiſſimo*, non puto intelligendum eſſe de Man, ſed fortaſſe de alijs cibis, ſcilicet de coturnicibus, atque de alijs carnibus leuioribus, quamuis eo tempore non eſſent in ſolitudine, ſed in bello aduerſus Reges, cùm iam Cananeum interfecerant ſubuertentes vrbes ipſius. Et fortè eo tempore, dum in itinere eſſent, armis, atque itineris longitudine laſſi, atque fatigati conquerebantur non modò de pane deficiente, ſed de aquæ defectu, & quòd ſub cibis illis leuioribus, & parum nutrientibus (vt dictum eſt) nauſeam contraxerant. Verùm huiuſmodi querela non videtur facta ab omnibus Hebræis, ſed à quibuſdam tantùm potiùs petulantia quadam, quàm vera neceſſitate, quam ob rem Dominus voluit, vt caſtigarentur, cùm in populum ignitos ſerpentes miſiſſet. Ex his omnibus colligo Mannam, quam vulgò dicunt in Egyptum pluiſſe, non fuiſſe ſimilem noſtrati, atque ita huiuſmodi inquiſitio fruſtratoria eſt, neque huic loco conueniens, me tamen ſubijcio ſaniori iudicio. H

Supereſt

Digitized by Google

A Supereſt denique videndum, an Manna ad Hebræos in deſertum immiſſa, eiuſdem
fuerit conditionis, ac naturæ cum ea, qualem naſci in Polonia intelleximus; refert enim
Cornelius à Lapide ex Societate Ieſu inſignis Auctor in Commentarijs ſuper Sacram
Scripturã, rem ſanè admirabilem, nimirum menſe Iunio, & Iulio apud Polonos noctu
Mannam roris inſtar depluere, quam indigenæ cribro colligunt, excutiunt, tundunt,
aqua miſcent, pulteſque conficiunt, vti pultes illæ, quæ ex farina panici, aut tritici fieri
conſueuerunt. Grana autem eius ſunt inſtar milij, verùm paulò longiora, & rubicun-
da: ſuntque huiuſmodi grana, in folliculo incluſa, & vbi ſol incaleſcat, folliculum diſ-
ſoluit, & granum in eo incluſum in terram decidit, & deperditur. Teſtatur idem Au-
ctor non modò vidiſſe grana, ſed pultes inde factas ſe guſtaſſe ſapore pulsis ex panico.
Sed huiuſmodi Manna longè differt ab illa Hebræorum; nam ad ſolem non liqueſcit
omninò, ſed tantùm eius folliculus diſſoluitur, & ſemen, aut granum in eo incluſum,
quod durum eſt inſtar milij, decidit. Deinde Manna Polonica folliculo includitur, He-
bræorum verò eſt abſque folliculo, ſed quaſi pilo tuſa, hoc eſt decorticata. Et hæc in
B medium attuliſſe de Manna ſufficiant, dummodo illud vnum addiderim, me potiùs
illam fœminino, quàm neutro genere protuliſſe, ne à recentiorum Medicorum lo-
quendi modo diſcedere viderer. Habes nunc benigne lector de eadem re ſcriptionem
præcellentiſſimi Doctoris, M. Antonij Politi, breuem quidem, ſed omni eruditione
refertã, quam mihi ipſe, dum hæc conſcriberẽ, humaniſſimè miſit. Eam, etſi audiuerim
Venetijs fuiſſe excuſam cum reliquis eiuſdem Auctoris operibus, tamen huic loco ad-
iungendam curaui, vt tibi rem gratam facerem; ſcio enim te in illius lectione maxima
voluptate, ac etiam vtilitate affectum iri. Quòd ſi non vndequaque inter nos conue-
niat, nihil mirum, noſti ſiquidem, quàm oblectet varietas, quam longe, lateque pateat
etiam in veritate perueſtiganda ſententiarum campus.

*M. Antonij Politi de Manna natura, ſpeciebus, generatione, & vſu. Ex libro
ſecundo de actione totius ſubſtantiæ capite decimoſexto.*

C QVoniam inter alia, quæ in hac prima aëris regione, ſuper terras, & aquas, gene-
rantur, & ad rem medicam ſpectant, Manna eſt; neceſſarium fore viſum eſt, de
ipſa verba facere, de eius ſcilicet natura, generatione, cauſis, temperamento, ſpecie-
bus, electione, & vſu: & quamuis multi de hoc liquore ſcripſerint, & præſertim Mat-
thiolus, & Altimarus, non ab re erit, dum res hoc ſibi poſtulat, ab ipſorum, & aliorum
dictis, aliqua colligere, & inuentis, ac ſcriptis eorum, quæ nos ſentimus, addere: & ab
eius nominis explanatione incipientes; Mannæ nomen antiquiſſimum, Hebraicum,
vel Syriacum eſſe dicimus: dum enim poſt fugam ab AEgypto, electus Dei populus
Iſraelis, in Arabiæ deſerto, ſub Moyſis imperio eſſet, conquerebatur, quoniam ab
AEgypto eos tranſtuliſſet in deſertum, vbi fame, & ſiti, perirent, aſſerentes, *ò vtinam
tunc mortui eſſemus, cum in Aegypto ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus ad ſa-
turitatem:* Moyſis precibus, Deus motus Mannam de cœlo miſit, ad inſtar coriandro-
rum ſeminum omni ſapore præditam, qua per annos quadraginta illos cibauit: hunc
liquorem de cœlo cadentem, cùm vidiſſent Hebræi, eorum lingua, manù, manù, dixe-
D runt, quod noſtra, quid eſt hoc, interpretatur, hæc eſt omnium antiquiſſima, quæ de
hoc liquore habetur memoria, licet alij Mannam Hebræorum ab hac noſtra toto ge-
nere differre dicant, poſt Hebræos.

Quid autem ſit Manna ſi eius definitionẽ quærimus, dicimus, quòd Manna eſt aëreus
liquor, qui in prima aëris regione, ſicut ros, pruina, & mel generatur, & in terram ca-
dit, & ſuper ornos, & fraxinos, vbi æſtate concreſcit, vt plurimum, colligitur: Græci
Antiquiores Galeni cõtemporanei, nouerunt Mannam, ſed ſub mellis aërei nomencla-
turam, qua pro cibo, & non pro medicamento, vtebantur; ipſe enim in 3. de alim. fac.
cap. 39. de melle hæc aſſerit: *Memini aliquando, cùm æſtate ſuper arborum, fruticum,
herbarumque folia mel quamplurimum fuiſſet repertum, agricolas veluti ludentes cecinisse,
Iuppiter mella pluit: præceſſerat autem nox, vt per æſtatem benè frigida (nam tum tempo-
ris anni æſtiuum erat) pridieque calida atque ſicca fuerat aëris temperies; peritis quidem
natura videbatur halitus è terra, & aquis à ſolis calore ſublatos, ac deinde exactè tenuatos,*

ac coctos

ac coctos à frigore ſequuta noctis concretos coaluiſſe. Apud nos verò rarò id accidit: in monte E
autem Libano quotannis, perſæpè, itaque coria ſuper terram extendentes, & arbores excutientes, quod ab ijs defluit, excipiunt, & ollas, ac fictilia melle implent, vocantque id droſomeli, & aëromeli, ideſt mel roſcidum, & aërum: proinde conſtat materiam, ex qua mel generatur, rori eſſe congenerem: videtur autem ex plantis, in quorum folijs colligitur, boni, maliuè quidpiam ipſi accidere. Et ſi fortè apud Græcos Medicos aliquando de Manna fit mentio, non de hac aërea, qua nos vtimur, & quæ per os aſſumitur, & dulcis eſt ſaporis, ſed de Manna thuris, quæ minutiſſimæ ſunt micæ thuris puriores, & candidiores, cuius concuſſu eliciuntur, dum vehitur thus, & qui loco Mannæ thuris, noſtram communem Mannam acceperunt, vel loco Mannæ aëreę, thuris, toto cœlo errauerunt, & quoniam (vt patet) duplex eſt mel, vnum quod ex plantis, aliud quod ex apum aluearijs colligitur: nouit vtrumque huius mellis genus Vergilius, qui in lib. 4. Georg. hæc ſcripſit. *Protinus aërei mellis, cœleſtia dona, Exequar.* Et in Bucc. eclog. 4. *Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella.* Nouerunt poſt Græcos, & Latinos, Arabes Medici omnes noſtram Mannam, ſub nomine medicamenti, cuius duas ſpecies ſub diuerſis tapitibus deſcripſerunt, quarum alteram, Mannam, alteram verò Tereniabin, vocauerunt; quæ Manna eſt, in grumos, ſicuti noſtra, coaceruatur, & concreſcit, & Maſticina appellatur, & melior eſt, ſicuti bombycina vilior eſt, quam ſiracoſt, Arabes appellant; quæ Tereniabin vocatur, liquida eſt, Serapionis teſtimonio. F

Noſtra verò Manna eſt cæleſtis liquor, gummi ſimilis, dulcis, vt mel, qui in æſtiuis temporibus poſt vergiliarum exortum ab aëre decidit, colore albus, pinguis, glutinoſus, nullius odoris, qui ſuper ornogloſſi, & fraxini candices, ramos, & frondes, cadens, aëre ſereno, temporibus, & anni conſtitutione, ſiccis, flantibus aquilonaribus ventis, vel Eteſijs, concreſcit, & colligitur (vt ſupra diximus) hæc Manna, ſi tota à cœlo cadat, vel arborum iam dictarum virtute proueniat, vel ex vtriſque, dubitatur: qui cœlitùs eam prouenire aſſerunt, probant, quoniam æſtiuis temporibus, quando mella decidunt, cadit Manna, & non modò ſupra fraxinos, & ornogloſſos, ſed lapides, & alias arbores, & frondes, vt vitium, ficuum, myricarum, & aliarum arborum. Adhuc fuere, qui ſub aëre aperto dormientes etiam veſtes liquore Mannæ perfuſas, oriente ſole, inuenerunt, præterea neceſſariò vbi ros, pruina, & mel generatur, ibidem, & Manna. At qui ex arboribus ipſis oriri aſſerunt, probant; quoniam etiam velis, & carbaſis, ſi arbores tegantur, Manna generatur, & non æqualiter in omnibus arboribus, nec eiuſdem arboris in omnibus ramis, ſed in aliquibus, qui ſucco proprio ſcatent, generatur, quæ ſi cœlitùs proueniret, ęqualiter vbique in totis ipſis arboribus inueniretur. Adhuc ſępè ipſarum arborum ramos incidentes ſub tectis deponunt, vbi ignem accendunt, cuius calore rami, & frondes Mannam reſudant. G

Amborum rationes probabiles ſunt, ſed nos dicimus, quòd Manna ſimpliciter non ex arboribus generatur, ſed cœlitùs prouenit, liquida, tenuis, & non conſiſtens, vt omnibus patet, cuius tres ſunt ſpecies, quarum prima, quæ nobilior eſt, aërea tota, ſupra frondes cadens, Manna frondium dicitur, alba, dulcis, leuis, coriandrorum, vel orizæ granis conſiſtens ſimillima: ſecunda ſpecies, quam corporis appellant, eſt liquor, qui in aliquibus ramis reſudat, vel in ipſis arborum fracturis ſponte concreſcit. Tertia quę arborum ſuccos ſapit, & in vi factis inciſionibus colligitur, Manna forzata vocatur, H
quæ tantò eſt alia corporis inferior, quantò Manna corporis eſt frondium Manna, deterior, & eo plus. Et hæ ſunt tres Mannæ ſpecies, quas diximus.

Ad rationes aſſerentium Mannam eſſe arborum ſuccum reſpondemus, quod ſi repoſiti arborum rami Mannam reſudant, eſt idem liquor, qui reſudatur, qui cœlitus decidens, in arbores imbibitur, præſertim, quæ rara, atque fungoſa ſubſtantia ſunt præditæ, & quoniam denſatur frigido, liqueſit calido, & quod noctu tectæ arbores Mannam producãt, fit quoniam ante liquor fuit imbibitus in illorum ſubſtantiam, & aër vela, quibus arbores teguntur; ſicuti & liquor arborum ſubſtantiam penetrat, & quod non æqualiter ſupra arbores decidat, fit quoniam non quęlibet pars eſt diſpoſita, nec eodem modo eſt ventis, & aëri diſpoſita, & difflata, & ſi arborum ſuccus, vel liquor eſſet per ſe omni, ſemper, & vbique eſſet, & ſoli. Verùm tertia Mannæ ſpecies, quæ forzata vulgo dicitur, & ad inſtar gummi, in vi factis inciſionibus, concreſcit, vt

diximus,

A diximus, omnium aliarum viliſſima eſt, & magis ex arboris ſucco, quàm cœleſti liquore conſtat, licet in pluribus morbis, & quibuſdam febribus nothis, & alijs morbis exhibeatur, vt fit in Inſula Siciliæ: nos tamen in hoc Regno Neapolis, raró, & in aliquibus morbis, & febribus, & non in omnibus vtimur; quare annis ſuperioribus fuit prolata Pragmatica, quod ea nemo vtatur, nec illam Aromatarij, & Pharmacopolæ, in eorum apothecis detineant, vbi ſi fortè fuiſſet inuenta, vltra quod comburebatur, vendentes graui pœna multabantur; hodie verò hæc Pragmatica non obſeruatur, ideò multi ea vtuntur, & nos, in quibus morbis vti poſſumus, infra dicemus.

Pro nunc, de prima, & nobiliori ſpecie dicimus, quæ frondium eſt. Hæc frondium Manna tutò pueris, & prægnantibus exhiberi poteſt, quoniam ſine noxa ſeroſos, bilioſos, & pituitoſos humores euacuat, & eſt in medicamento alimentum; tantò magis, ſi in iure pulli diſſoluitur; euacuat hæc primò humores tenues, ſeroſos, bilioſos, & pituitoſos, in prima corporis regione, & thorace exiſtentes, & poſtea paſſim alios, ex hepate, ventriculo, liene, & venis longinquis, iuxta ipſius quantitatem, & aliorum ca-
B tharticorum admiſtionem. Manna corporis, quam diximus, maiorem educendi vim habet, & iam dictos, & omnes alios euacuat humores, ſola, vel alijs educentibus medicamentis admiſta; huius ſubſtantia eſt craſſior, quàm illa frondium, viſcoſum quoddam gummi genus referens, fabarum magnitudine, citrina, palleſcens, ſub viridis, quæ repoſita facillimè conglobatur, & in corpus vnum concreſcit. Tertia verò ſpecies, quæ forzata dicitur, ſubalbida, non adeò lenta, nec pinguis eſt, AEgypti, vel Apuliæ magnarum fabarum magnitudine, quæ non, vt aliæ diſſolui poteſt, niſi piſtillo vi conteratur, cum hac hodie, corporis, & frondium Manna, defraudatur, & ſacchari, vel mellis liquore permiſcetur, quoniam decuplo cariùs venditur. Hæc Manna ſola exhibetur in quibuſdam morbis longis, in pituitoſis, & melancholicis febribus, thoracis affectibus, & obſtructionibus, ſed in bilioſis, & peſtilentibus febribus, & in acutis, & peracutis morbis, natura calidis, & dyſenterijs, nec forzata, nec aliæ tutò exhibentur, quoniam ob dulcedinem bileſcunt, & propter humiditatem corrumpuntur; quare non modò non conferunt, ſed pernicioſæ ſunt.

C Harum doſis, & quantitas non eadem eſt omnibus, omni tempore, ætate, regione, & temperamētis, quoniam quibuſdam maior, quibuſdam verò minor, conuenit quantitas, & aliquando ſolæ, aliquando alijs medicamentis purgantibus admiſtæ, quæ ſecundùm morborum naturam, & Medicorum intentionem exhibentur. Eſt cœleſte munus Manna, vt teſtes ſunt Ariſtoteles, Albertus Magnus, Galenus, Auicenna, & tota Arabum ſchola, Matthiolus, Sueſſanus, & omnes ferè alij Philoſophi, atque Medici (parcant nobis, Donati Antonij ab Altomari manes) qui in ſuo, quem edidit de viribus Mannæ, libello, arborum liquorem, hoc eſt fraxini, ac orni ſudorē eſſe voluit, quo meliùs in lib. 1. ſupra Dioſcoridem cap. 73. ſentit Matthiolus, quoniam amicus Plato, amicus Socrates, ſed magis amica veritas. Inter Neotericos Græcos, Actuarius Mannam, vt medicamentum, cognouit; vt ex ipſo patet in lib. 5. de meth. med. cap. 8. Sueſſanus in lib. 1. meteor. comm. t 37. aſſerit Mannam, mel, & rorem, inter ſe differre ſpecie, quoniā quādo cum humido rore eleuatur terreſtre ſiccum, cum illo humido habet diuerſas proportiones, & ſecundū vnam erit mel, & ſecundum aliam Manna.

D Alij verò dixerunt, mel eſſe reſiduum roris, & Mannam reſiduum mellis, vt aſſeritur in meteoris lib. 1. com. 137. à Sueſſano, & à Cęſare Rao in lib. 5. cap. 3. ſuę meteorę. Extant adhuc quædam alterius Mannæ ſpecies, quarū vna Maſticina, & altera Bombicyna, dicitur, quæ ambæ ex Oriente proueniūt, quas non vidimus adhuc nos, neque eis vſi ſumus: harum meliorem eſſe maſticinam aſſerunt, Bombicyna verò res quædā euanida eſt. Aliā, de qua nos ſupra verba fecimus, quam Arabes Tereniabin vocaut, liquidā Mannam eſſe affirmāt (vt diximus) quam nec nos nouimus, nec aliquis in ætate noſtra, ea eſt vſus; hanc Serapion ſitim extinguere, aluum mediocriter lenire, pectori, ac tuſſi, opem ferre dixit. Matthiolus noſtram Calabriæ Mannam pluribus annis incorruptam ſeruari ait lib. 1. Dioſcor. cap. de thure, & ſecum Altimarus. Nos tamen vltra annum nullam Mannæ noſtræ ſpeciē, & præſertim frondium, & corporis incorruptam ſeruatam vidimus, quæ non palleſcat, areſcat, & amareſcat. Et de Mannæ natura, ſpeciebus, & alijs conſequentibus hæc dicta ſufficiant.

Digitized by Google

De Seri natura, atque vſu. Tract. VI. E

Ad Andream Trimarchium Doctorem ex Collegio Medicorum Meſſanenſium.

VEterum Medicorum ſcripta, maximè, quæ ſub Hippocratis nomine circumferuntur, abundè docent Antiquos in variorum morborum curatione lacte, & ſero vſos fuiſſe: nec noſtra ætas ab ijs propinandis abhorret, licet parciùs vſurpet, quod fortè contingit, ni fallor, quia circa eorum vſum, & vtendi modum, præſertim circa ſerum, inter ſe authores in multis planè non conueniunt. Cenſui ea propter rem valde vtilem me facturum, ſi ad mentem Diuini ſenis potiſſimùm Seri naturam inueſtigandā ſuſciperem; nam ea perſpecta facillimum quoque eſt ipſius rectam adminiſtrationem inſtituere, vnde frequentior tam inſignis auxilij, in medicina facienda, vſus euaderet. Verùm, vt eiuſmodi præſidij diſtincta habeatur cognitio, hanc tractationem in tres F diuidam partes: in prima Seri eſſentiam in vniuerſum conſiderabo: in ſecunda facultates aperire contendam; denique quis ſit rectus vſus, quàm breuiſſimè demonſtrabo. Et quoniā præteritis diebus de hac eadem re diffuſa oratione inter nos loquuti ſumus, ad te mittere, id quale quale ſit ſcriptum, decreui, vt tuo ingenij acumine, quod quantum in rebus grauiſſimis iudicandis valeat, iam dudum cognoui, omnia, quæ in eo continentur, penſites, & de ſingulis, quæ tua ſit ſententia, me certiorem facias.

Quò primùm Seri naturam penitùs aſſequamur, illius tractatio paulò altiùs repetenda eſt; nam Serum eſt in duplici differentia in animalibus vtero gerentibus: vnum, quod Serum ſanguinis appellant, aliud verò Serum lactis. Primum immediatè fit ex potulenta materia in ventriculo, quod deinde euadit vehiculum materiæ chyloſæ per venas meſeraicas, per portam, & ſuos ramos per concauam iecinoris partem diſtributos, & vbi officio vehiculi functum eſt pro materia chyloſa, etiam poſt ſanguinis in hepate generationem ex eadem materia chyloſa, remanet admixtum ipſi ſanguini, ſimulque cum eo à facultate iecoris expultrice deponitur in venam cauam, ibique in G duas partes diuiditur, quarum vna, & copioſior à renibus trahitur, & ab iiſdem per vreteres ad cauitatem veſicæ pellitur tanquam excrementum prorſus inutile: altera pars in venis remanet, vt ſit ſanguinis vehiculum, & iſtud eſt ſanguinis Serum, quod ad omnes corporis partes nutriendas ducit ſanguinem, inter quas partes præcipuæ ſunt mammæ, ad quas ferri maximè neceſſarium eſt, cùm ex ipſo ſanguine generetur lac ad conſeruandam prolem; nam quemadmodum chylus in iecur ab aquoſa materia ventriculi aduectus in ſanguinem conuertitur à facultate alteratrice parenchymatis media temperie, & calore naturali; ita ſanguis à Sero ad mammas vectus in lactis ſubſtantiam conuertitur à vi alteratrice mammarum, mediante ipſarum temperie, & calore naturali.

Rurſus, quemadmodum Serum ſanguinis non ingreditur ipſius ſanguinis generationem, neque eſt de ipſius ſubſtātia; pari ratione Serum lactis non poteſt eſſe de eſſentia ipſius lactis; eſt enim excremētum tum coctionis, quę celebratur in hepate, dum chylus conuertitur in ſanguinem; tum etiam coctionis, quæ fit in mammis, vbi fit ſanguinis H mutatio in lac, in vtraque ſcilicet coctione fit excrementi ſecretio, ſed cum hac differentia, quòd hepar, cùm rubicundum ſit, producit rubrum ſanguinem, mammæ verò quia albæ ſunt, lac producunt album; Serum igitur, quod lactis appellant, cùm opus ſuum produxerit, id eſt duxerit ſanguinem ad mammas, extrapellitur cum toto lacte tanquam inutile excrementum, quamuis vbi extrapulſum fuerit, & à lacte ſeparatum, varias hominibus afferat vtilitates. Lac igitur, quo ad eius eſſentiam, conſtat ex ſubſtantia ſanguinis tranſmutata in caſeoſam, atque butyroſam, tanquam in partes propriè ipſum lac coſtituentes; Serum verò tanquam excrementum, & quid inutile indiuiduo extra à natura pellitur, quare concludo Serum non poſſe dici de eſſentia lactis, neque pertinere ad ipſius naturam, niſi per accidens, & quod id ſit verum, conſtat ex eo, quòd Meſue ipſum appellauerit aquam caſei, cùm ſit quid ſeparatum à natura lactis: & confirmatur ex Ariſt. 3. Hiſt. cap. 20. vbi Serum appellauit ſaniem dilutam.

De

A De hac itaque ſubſtantia (poſtpoſita caſeoſa, & butyroſa lactis natura) agendum nobis proponitur ob varias vtilitates, quas hominibus vt medicina afferre conſueuit; & in primo huius diſceptationis limine exoritur non ſpernenda difficultas circa qualitates primas Seri, quandoquidem non deſunt authores, qui ſtatuant ipſum eſſe frigidæ naturæ, atque humidæ, inter quos eſt noſter Galenus lib. 4. de ſimpl. medic. facul. cap. 16. qui expreſsè ſcribit Serum frigidum eſſe, atque humidum, cui videtur Ariſtoteles adſtipulari 4. meteor. nam inquirens, quæ condenſantur à frigido, inter alia Serum enumerauit, ſi igitur Serum condenſatur à frigore ſequitur, quod ſit frigidum, cui Galeni opinioni, tanquam veriori quamplures Authores adhærent: è contra verò ſunt grauiſſimi viri, & Anteſignani in Medicina, inter quos eſt Meſue, & Auicenna lib. 2. cap. 444. & Oribaſius 2. ſynopſis, qui calidum Serum eſſe ſcribunt, quibus, & ipſemet Gal. haud repugnare videtur; nam 3. de Alimen. facul. cap. 17. loquens de oxigala dicit illud frigidum eſſe, eò quòd qualitatem calidam, & acrem Seri depoſuerit, quaſi velit caliditatem lacti ineſſe propter Serum. His authoritatibus non-
B nulli addunt experientiam dicentes Serum deobſtruere, detergere, attenuare, ſed tales effectus dependent à caliditate, igitur videtur eſſe concludendum, quod Serum ſit calidum.

Nonnulli videntes hanc difficultatem pro ipſa exploranda dicunt in Sero duplex temperamentum conſiderandum eſſe, natiuum nempè, atque adſcititium: ſi de natiuo ſit ſermo, ſtatuunt omninò Serum eſſe frigidum, & humidum, & adducunt talem rationem: Serum generatur ex maſſæ ſanguinis parte aquoſa, quæ ſuapte natura eſt frigida, & humida, vnde euadit non modò vrinæ, & ſudorum, ſed etiam lachrymarum materia; nam cùm totum lac ex maſſa ſanguinea originem trahat, quemadmodum ex oleoſa, & aërea eius parte butyrum, ex terrea caſeus prouenit, ita ex aqua Serum. Si verò de aduentitio Seri temperamento ſit ſermo, poteſt dici aliquo modo calidum, & ſiccum, quia feroſæ ſanguinis parti, ex qua Serum gignitur, ſemper aliquid bilis admiſtum eſt à natura pro ſtimulanda expultrice facultate mammarum, à qua portione bilis Serum calorem aliquem, & ſiccitatem ſuſcipit. Cæterùm tametſi aliquid in Sero
C eſt adſcititiæ caliditatis, & ſiccitatis, tamen quia temperamentum eius præualet adſcititio, non ſolùm quia natiuum eſt, ſed etiam quia portio bilis, à qua calor adſcititius prouenit, exigua eſt, ideo abſolutè loquendo frigidum, & humidum eſt Serum, cùm à potiori fiat denominatio, atque ex his facilè, quæ obiecta ſunt, de medio poſſe auferri videntur; nam Gal. 3. de Alimen. fal. 16. de adſcititio Seri temperamento loquitur: 4. verò ſimpl. 16. de natiuo ſermonem habet.

Sed huiuſmodi diuiſio temperamenti Seri in naturale, & aduentitium, non videtur ad propoſitum noſtrum; nam duplex eſt in animali lactante Serum, aliud ſanguinis, aliud lactis: Serum ſanguinis, vt prodit à materia frigida, nempe à potulenta materia, in brutis potiſſimùm, eſt frigidum, non tamen vt eſt materia ſudoris, vrinæ, & lachrymarum, vt ſupponitur, niſi priùs in hepate fuerit alteratum, & in cauam venam expulſum, cuius, vt ſupra diximus, vna pars trahitur à renibus, & fit vrina, altera verò pars euadit ſanguinis vehiculum, quare ſicut conſiderantes ſanguinem reſpectu materiæ, ex qua producitur, dicimus eum frigidum, & humidum eſſe; at reſpectu
D formæ acquiſitæ in hepate eſt potiùs calidum, ita quoque lachrymæ, & ſudores poſtquam acquiſiuerint propriam formam calidi ſunt, quia habent acrem, & mordacem qualitatem, quæ indicium planè eſt caliditatis.

Quod autem nunc inquiritur eſt, an Serum, quod ad mammas deduxit ſanguinem pro generatione lactis, calidum ſit, an verò frigidum? At ſi conſideremus eius generationem, quam aſſumpſit in hepate in tranſmutatione chyli in ſanguinem, omni procul dubio videtur eſſe calidum; at ſi conſideremus ipſum cum tranſmutatione ſanguinis, quæ ſit in mammis pro lactis generatione, neceſſe eſt fateri ipſum humidum, & frigidum eſſe; nam primò fluidum eſt ſua ſubſtantia, nec terminari poteſt termino alieno, ergo ſequitur, quòd ſit humidum actu, & potentia: deinde cùm in glandulis, quæ ſuapte natura ſunt frigidæ, alterationem ſumat, neceſſariò dicendum eſt frigidum eſſe, itaque Serum, quod ſeparatur à lacte, frigidum, & humidũ eſt. Hinc Coſtæus vir Doctiſſimus dicebat, quòd quãuis Serum lactis ſit illud idem Serum, quod ſanguini inerat,

priuſquam ex eo lac fieret, in hac tamen coctione, atque ornatu, quem in mammis E
aquirit, falſum id, quod in eo erat, etiam atque etiam imminuitur, ſicut & amarum bilis, & acerbum atri humoris, ita vt vix ſaporum illorum adſint veſtigia, quamuis detergendi facultas, indicium bilis, remaneat, Serum igitur, dum alteratur, ſolam frigiditatē aquirit; ſanguinis verò ſubſtātia ea eſt, quæ transmutatur in lactis naturam, quæ conſtat ex caſeoſa, & butyroſa parte, concludimus igitur Serum lactis frigidum eſſe, atque humidum cum aliquali, & leui caliditate.

Non deſunt nihilominus grauiſſimi authores, qui dicant Serum huiuſmodi poſſe dupliciter conſiderari, primò vt eſt cum lacte vnitum; ſecundo vt eſt ab eo ſeparatum. Cum lacte acceptum, fatentur temperatum eſſe: ſi verò conſideretur à lacte diuiſum, tunc dicunt faciendam eſſe huiuſmodi diuiſionē; nam vel Serum extrahitur à lacte per frigidum, vel per calidum: ſi à frigido lac condenſetur, Serum à calore recedit; ſi verò vi coaguli condenſetur, diuerſam acquirit naturam pro diuerſa natura ipſius coaguli; vnde ſi coagulum fuerit qualitatis frigidæ, & ipſum Serum frigiditatem concipiet; ſi verò ad caliditatem vergat, calidum Serum proferet. Verùm id non vndique quadrat; F
nam lactis ſubſtantia longè eſt diuerſa à ſubſtantia Seri; in concoctione enim, quæ fit in mammis, naturam ſuam lac recipit à ſanguine tantùm, & non à Sero ſanguinis; lactis ſiquidem ſubſtantia propria duplex eſt, caſeoſa, & butyroſa, quibus ſolis omnia quatuor elementa proportione quadam reſpondent; in caſeoſa videlicet eſt, & terra, & aqua; in butyroſa verò aëris, & ignea ſubſtantia continetur, vnde eſt, vt Serum nullam in hac coctione aſſumat tranſmutationem, ſed alterationem quandam, vt dictum eſt, & tandiù remanet admiſtum lacti, quoad à facultate expultrice mammarum ſimul cum lacte expellatur foras, & cùm non ſit de eſſentia, vbi primùm lac aëri exponitur, ab illo ſeparatur, non ſecus atque obſeruamus poſt ſanguinis miſſionem in matulis Serum ſegregari à tota maſſa ſanguinis, quare ſubſtantia lactis eſt quid protſus diuerſum ab ipſo Sero, & quemadmodum naturæ inter ſeſe ſunt diuerſæ, ita prorſus ſeparantur ab inuicem. Hinc inferas Serum ſuapte natura frigidum, & humidum eſſe, ſed cum aliquali, & leui caliditate, quam à portiuncula bilis accipit, quæ à mammarum frigiditate auferri minimè potuit. G

Non propterea negari poteſt Serum poſſe accipere qualitatem à natura coaguli, ita vt ſi frigidum ſit, augeat ipſius Seri frigiditatem, ſi calidum ipſum calefaciat, verum tamen eſt, quòd huiuſmodi cauſæ exteriores nihil prorſus ad naturam ipſius attinent; nam non ſecus contingit Sero per coagulorum adminiſtrationē, atque contingat aquę ſua natura frigidæ, vbi ab igne calefiat, quæ caliditatem aduentitiam acquirit, & vſque adeo retinet eam, quoad perſiſtat ignis actio, quo ablato in ſuam reuertitur naturam, & fit vt priùs aqua frigida, propterea cùm quæſtio ſit inſtituta, an Serum frigidum, vel calidum ſit ſuaptè natura, optimè diximus eſſe frigidum, & humidū cum aliquali, & leni caliditate. Quę res cùm ita ſe habeat, opus eſt nunc ſcire, quòd nō omne lac à Sero accipit acrimoniam, cùm in ſe includat butyrum, quod ſua natura contiuet aërem, & ignem, vt dictum eſt, à quibus ipſi lacti facili negotio communicari poteſt acrimonia. Deinde notandum eſt, quòd Serum duobus modis conſideratur, primò vt recens eſt, & à toto lacte medio coagulo ſeparatum: deinde, vt abſque coagulo, ſed ſponte à lacte diſtinctum: primo modo acrimoniā quandam ab ipſo coagulo recipit quidem, H
ſed remota, atque conſumpta vi coaguli nulla in illo remanet acredo, in propriamque naturam ſtatim reuertitur, vt demonſtrat acidus ſapor, qui confeſtim ſequitur, quare acredo ineſt illi per accidens ratione coaguli. Si ſecundo modo Serum conſideratur, eſt quid à lacte omninò ſeiunctum, nullamque in ſe acrimoniam includēs, niſi vt ſupra. Quamobrem cenſeo authores, qui ſcripſerunt Serum eſſe calidum, illud conſiderarunt quatenus coagulo recenter à lacte eſt ſeparatum, qui verò dixerunt eſſe frigidum, & humidum cum aliquali, at quidem leui caliditate, conſiderarunt ipſum in ſua natura, & quatenus eſt quid à lacte diſtinctum.

Reſtat modò Seri operatio, quæ arguebat in ipſo caliditatem, nempe abſterſio, ſeu deterſio, quam quotidiana experientia fieri obſeruat, cui puto facilè reſponderi poſſe; nam detergere nihil aliud eſt, quàm ſordes detrahere, ſed quod eas detrahit, non ſemper caloris vi operatur; frigida enim multa detergunt, tum arida, vt pumex, milium

ſolis,

A ſolis, tum etiam liquida, vt eſt limoniorum, atque vuæ acerbæ ſuccus. Serum autem detergit, & ſordes detrahit, vel aſperitate, vt ea, quæ nunc dicta ſunt, vel etiam, abluendo, vt aqua, qua lintea ſordida dealbantur, id quod fit duobus modis, vel ſimplici ablutione, vt aqua dulcis; vel ſimul cum aſperitate quaſi erodendo, vt maris aquæ, quæ abluendo detergunt. Sed quouis agant modo, non niſi in multa copia accepta operantur, quæ verò exaſperando, etiam pauca copia id faciunt. Si igitur Seri facultatem contemplemur, detergentem eſſe comperiemus non diſſimili modo, atque ſit aqua maritima, nempè abluendo, & ſimul abſtergendo, ſed longè minori aſperitate, quàm illa, ita vt ſola ablutione facere id videatur: eam autem, quantacunque illi ineſt, aſperitatem Serum ex copia bilis acquiſiuiſſe ſupra diximus, quæ non potuit tota à mammarum actione vinci; & quamuis bilis aliquæ notæ in ipſo appareant, non propterea ſtatuendum eſt illud calidum eſſe, niſi eo modo, quo determinatum fuit; nam quod ſuperat, omni proculdubio aqua eſt, quocirca ipſius temperamentum ſimile eſt aquæ ſibi inſitæ, non tamen (vt rectè Coſtæus admonebat) concludendum eſt eſſe frigidiſſi-
B mum, & humidiſſimum.

Habita natura, & facultatibus Seri, ſciendum modò eſt ipſum variari ſecundùm magis, & minùs non modò pro varietate præparationis, eorumque, quæ cum eo permiſcentur, ſed etiam pro ſpecie animalium, ex quibus deſumitur, quandoquidem Serum vaccinum, *ex. g.* magis refrigerat, quàm caprinum, quod è contra magis deterget, & ſubducit faciliùs aluum. Item cùm determinatum ſit naturam Seri eſſe frigidam, & humidam cum aliquali, & leui caliditate, oportet nunc videre, à quibus indicetur Serum, & à quibus prohibeatur, vt inde poſſimus colligere rectum vſum: cumque clariſſimùm ſit, in curatione procedendum eſſe per contraria, non minùs euidens eſt id indicari ab affectibus calidis, & ſiccis, à copia humorum exuſtorum, atque acrium, calidaſque omnes fluxiones, & ſiccas intemperies corrigere poſſe, & quoniam abſtergentem aliquam habet facultatem, poteſt craſſos ſuccos, tenuiores reddere, & ne lenti, atque viſcoſi humores hæreant: in affectibus calidis iecoris, & renum maximè conuenit; ad vlcera oris ſananda, ventriculi, vteri ſummè valet; partium vrinæ excretioni
C inſeruientium vnicum eſt præſidium, præſertim ſi fuerit deſtillatum, & per vaſa vitrea. Sed non ſolùm vſurpatur in affectibus varijs vrinæ, verùm etiam inteſtinorum, & alui, pro vi ſucci praui per vnam, vel alteram partem educendi ſunt; nam vt attenuat ſimul, & detergit ſuccos, ita tum lentos, tùm craſſos de vijs deturbat, quare, vt dictum eſt, aluum ſubducere poteſt, & euacuationes per vrinarios meatus, aut per ſudores promouere, meritò igitur arida, & emaciata corpora, refrigerando, humectandoque, & vitioſos humores expurgando reficit. Verùm non modò in prædictis affectibus, ſed etiam & in quamplurimis alijs poteſt adminiſtrari pro varia ratione præparationis, necnon ratione aliorum medicamentorum, de quibus paulò poſt; nam præter hunc vſum, quem Serum præbere diximus, redditur etiam materia, ac veluti fundamentum quoddam, in quo varia, ad vſus varios, medicamenta, nunc miſcentur, nunc infunduntur, ſed quia non vno modo Serum ſecernitur, neque eadem illi ſemper miſcentur, infunduntur, aut concoquuntur, vnde magna eius virium varietas prodit, quæ Medicum latere non oportet, idcirco de his breuiter dicam.

D Modi igitur ſeparandi à lacte ſerum duo ſunt in vniuerſum, ſimplex vnus ſine vllius rei admiſtione, alter non ſimplex: ſimplicis duplex eſt ratio, altera in lactis feruefcetis vas, aliud vas frigidiſſima aqua plenum immittendo, quod argenteum Dioſcorides quærit lib. 2. cap. tex. 66. ſiue æneum cum Galeno 4. de ratione victus 7. altera vel vehementiore ad ignem luculentiorem coctura, dehinc tranſmiſſione per colum, vt Paulus, vel ſuper cineres calidos, parumper lac calefaciendo: ſed huiuſmodi modus non eſt vſitatus. Ad ſecretionem autem non ſimplicē multiplex venit materia: alia ex animalibus, alia ex plantis, alia ex vtriſque deſumpta. Ex animalibus coagulum à vetuſtiſſimo tempore ſemper vſitatum, ex agno, hædo (& quod Varro 2. de re ruſtica 18. omnibus præfert) ex lepore eſt, nunc etiam ex vitulo: prætereaque gallinæ guttur, de quo Alexander 2. problematum 80. tunica ſcilicet interna ventriculi gallinacei. Ex plantis celeberrimus eſt ficulneus ſuccus, qui antiquitùs, ὀπὸς ſimpliciter nuncupabatur, quem cortice plantæ vulnerato emanantē excipere lana conſuetudo erat. In huius

locum

locum ficulnei quoque rami recentes venerunt Dioſcoridi, ad lac ferueſcens agitandum. Eſt & cardui ſylueſtris flos, cnici ſemen, gallium, & vt Varro dicebat dracontium. Oribaſius vtitur vino, & mulſa, & Arabes tamarindo, atque oxyſacchara, quæ ex ſucco mali punici, & ſaccharo cõficitur. Noſtris temporibus paſtores omphacio, & limonij ſucco fecerunnt. Huiuſmodi modi, qui ab omnibus recentioribus ſcribuntur Seri ſeparandi à lacte, valent quidem, & purius, ac clarius Serum diſtinguunt. E

Verùm ſi nos comparemus hos modos cum deſtillatione, comperiemus ipſos prorſus inutiles eſſe; deſtillatione enim non modò purius, atque clarius redditur Serum, ſed etiam ita nitidum, vt ſi poſt deſtillationem accipias vitream phialam Sero lambicato plenam, vix, & cum difficultate diſtinguere poſſis à phiala puriſſima aqua plena. Alijs modis quamuis poſt coagulationem lactis accipiatur Serum, & denuo bulliatur cum aceto, aut per filtrum, aut manicã Hippocratis coletur, nunquam tamen clarum redditur, nec ſine prauo ſapore remanet; at vbi deſtillatum ſit, nihil ſaporis in eo relinquitur, & hac ratione præparatum, non modò ſumitur ſimplex, verùm etiam in ipſo varia infunduntur pro diuerſitate intentionis ipſius Medici, ſiue velit alterare, ſiue corpus purgare. Modus autem illud deſtillandi videtur eſſe in triplici differentia, vnus eſt, quod vaporarium appellant, & eſt quando ex vapore aquæ in elambico arte parata ab igne ita calefit, vt euaporando attingat illud vas, in quo iniectum eſt Serum. Secundus modus eſt, vt ad ignem per vaſa vitrea elambicetur, vt fit communiter. Tertius modus eſt & ipſe in duplici differentia, vnus, qui fit per aquam, & dicitur per balneum Mariæ, & eſt quando immittitur vas, in quo continetur Serum deſtillandum, in aliud vas aqua plenum, & hoc modo accommodata ambo vaſa admouentur igni, vſque dum & ebullierit aqua huius vaſis, & extillauerit Serum alterius vaſis incluſi. Alter modus eſt, cùm peritiores deſtillatores loco aquæ apponunt arenam, quæ vbi calefacta fuerit, idem præſtat, atque faciat balneum Mariæ in aqua factum, neque ex deſtillatione hac Serum aliquam qualitatem prauam recipit, ſed potiùs ad benignum ita reducitur, vt ſuauiſſimum ſit ad bibendum, & quod magis eſt, vbi Serum hac ratione fuerit deſtillatum, conſeruatur integrum, & ſine vlla alia labe quinque, & ſex totis menſibus: æſtiuo verò tempore integrum remanet per duos menſes. F G

At ſuperfluum mihi videtur agere de modis aptis ad ſeparandum Serum à ſubſtantia lactis; nam ſi permittatur ſeparari à ſemetipſo, vel apponatur quodcumque genus coaguli, ſtatim poteſt in elambicum poni, ex quo adeo purgatur à fæcibus, vt dictum eſt, vt nihil iucundius aſpectu, atque guſtu deſiderari põſſit, proinde nolo nunc tempus conterere in quærendis qualitatibus eorum, quæ Serum ſecernunt à lacte, quæ quidem conſtituuntur in duplici differentia; nam alia ſunt coagula frigidi temperamenti, ſola frigiditate operantia: alia verò è contra calidi temperamenti, quæ Ariſtoteles 3. de Hiſt. cap. 21. appellauit lac ignem in ſe habens. Cùm itaque à contrarijs cauſis coaguletur, nempè à frigido, atque à calido, hic non eſt tempus inquirendi, cur vnus effectus à contrarijs cauſis fiat, id quod à varijs authoribus exagitatur, & longiori ſermone, inter quos elegantiùs hanc materiam tractat Ioannes Coſtæus lib. 2. de Seri natura cap. 5. Nunc quando dictum ſit Serum lactis pro varijs intentionibus poſſe varijs rebus alterari, ſciendum eſt illud potiſſimùm vt alteratorium medicamentum poſſe adminiſtrari; nam refrigerãdi egregiam facultatem habet, ſi tamen velimus augere hanc illius virtutem, plura à ſcriptoribus proponuntur, vt eſt ſuccus endiuiæ, hepaticæ, cichorij, ſi verò exiccandum nobis veniat, & putredini reſiſtendum, eſt ſuccus acetoſæ; ſin depurandus ſit ſanguis ab humore melancholico, iſque humor ſit alterandus, multa habentur Meſue authore lib. 2. cap. 9. vt eſt fumariæ ſuccus, & cichorij: atqui ſi cum refrigeratione videatur eſſe adſtringendum, nihil præſtantius eſt, quàm ſi vel calybs, vel aurum, vel etiam calculi parui igniti, ter, aut quater in Sero deſtillato extinguantur, id quod neceſſum eſt in hæmorrhagia renum, & vteri, in dyſenteria in ſanguinis ſputo, & tandem in quocumque ſanguinis profluuio: vbi verò deobſtruendum eſt, nihil efficacius eſt, quàm infundere rhabarbarum, cui ex præcepto Meſues admiſta ſit ſpica, qua Seri vis ſemper intenditur. H

Nihilominus ſi velimus ipſo Sero vti tanquam euacuatorio præſidio, non pauca ei admiſcenda occurrunt; nam ſi per vrinam educendum ſit, commodè miſcetur ei lac

ſemi-

A feminum melonum: at in affectibus renum, & veſicæ, vbi ſimul cum abſterſione, attemperandi ſunt renes, & iecur, educendaque ſit materia pituitoſa, quæ in huiuſmodi partibus malè affectis generari conſueuit, ſolum Serum exhibemus ea ratione, qua aquæ thermales offerri conſueuerunt, nempè, illæ ex agro Luccenſi, Villenſi, vel etiam Puritanæ nouæ ex campo Bononienſi; nam primò accipitur ad quinque, vel ſex vncias; deinde in deambulando tantundem aſſumitur, & ſic pluries, & ſi per vrinam exit, tunc longè præſtantiùs, & ſecuriùs hanc operationem molitur, quàm faciat quæuis aqua thermalis; nullam enim in viſceribus relinquit malam affectionem, nullamque intemperiem. Eo equidem ſæpe ſum vſus, & memini, inter alios, quibus id medicamentum exhibui, Don Ioannis della Rocca, qui adeo intemperatos habebat renes ad caliditatem, veſicamque malè affectam, vt ſingulo die vnam, & duas matulas viſcoſa materia, & pituitoſa impleret, & perfectè liberatus fuit ex vſu Seri deſtillati ſpatio duodecim dierum, quibus ſingulo mane accipiebat quantitatem prædictam. In hac Ciuitate Meſſanenſi nullus Medicus cognouerat modum Seri deſtillandi, quem cùm multoties B ego præcepiſſem, & in praxim reuocaſſem, ita vſus ipſius familiaris redditus eſt, vt omnes pharmacopæi deſtillatum perpetuò in ſuis officinis teneant, non ſecus atque ſyrupos, & alias res ad medicinam ſpectantes. Præter lac feminum melonum, quod (vt dictum) ei admiſceri poteſt, ſunt etiam varij ſyrupi, vt ſyrupus de limonibus, capillorum veneris, de liquiritia: at ille de eringio in hoc caſu plurimùm valet.

Si verò opus ſit educere per ſeceſſum mediante Sero, Galenus videtur mel, & ſalem addere 5. Aph. com. 64. & de Alimentorum facul. 15. Noſtris temporibus habemus ſyrupum roſarum ſolutiuum, violatum, mel roſatum, & mel roſatum ſolutiuum, eſt & ſyrupus de polypodio magiſtralis, qui & guſtu iucundiores ſunt, & elegantiùs operantur ſale ipſo, à quo etiam potus Seri ingratiſſimus redditur. Habemus inſuper & alias res, quas infundere in illud poſſumus, & in eo macerare, vt eſt polypodium, ſena, epithymum. Sunt, qui intus decoquant diuerſos myrobalanos, ſcilicet citrinos, chebulos, indos pro diuerſitate cacochymiæ expurgandæ; vnde hoc in loco licet notare, quæ dicuntur à Galeno 14. meth. & 17. in Sero non tantùm concoqui poſſe ſimplicia ſubC ductoria, verùm etiam alterantia, & Meſues dicebat illud fundamentum eſſe infuſionum, Serum igitur, & præſertim deſtillatum, poteſt euadere materia decoctorum, non ſecus atque alij liquores. Equidem, vbi occaſio ſeſe offert, ſoleo infundere in Sero & chinam, & ſalſam, & guaiacum, & ſaſſifras, pro diuerſitate ſcilicet indicantis. Aliquando iubeo ebulliri in balneo Mariæ; nam tunc elegantiùs fiunt decoctiones huiuſmodi, cùm vas vitreum, in quo infunditur materia, vna cum Sero, ita obturari poſſit, vt nulla ratione reſpiret, vnde nihil prorſus ipſius Seri abſumitur, & virtus rerum infuſarum integra remanet, quamuis tempus coctionis non poſſit eſſe minus ſeptem, aut octo horarum, & hæc de ijs, quæ indicant Serum, deque ipſius præparatione.

Verùm, vt propoſuimus, non eſt ſatis indicantia propoſuiſſe, ſed operepretium eſt præterea animaduertere prohibentia, hoc eſt quæ Serum capiendum inhibent, aut vt dici ſolet, contraindicant, quæ quidem deſumuntur à rebus naturalibus, non naturalibus, & præter naturam: inter res naturales, quæ prohibent vſum Seri, eſt in primis temperamentum, vnde illis, qui ſunt temperamento frigido, præſertim ventriculi, D minimè tutus eſt ſeri vſus, niſi aliquod calidum medicamentum illi commiſtum fuerit. Eſt & inſuetudo, hoc eſt, illis, qui nunquam vſi ſunt Sero, eſt periculoſum: verùm non eſt intelligenda hæc propoſitio ſimpliciter, & abſoluta ratione; nam pauciſſimis in iſtis partibus daretur, quia non ſunt aſſueti, vnde audias quoſdam, quibus vrgente neceſſitate offertur huiuſmodi medicamentū, ſtatim conqueri de illo dicentes nimium frigidum eſſe, & valde timere ne ventriculus ab eo deijciatur, qui tamen haud verentur ob aſſuetudinem vnico hauſtu bibere aquam gelidam, & niue refrigeratam ad libras integras, cum his itaque non abſtinendum eſt ab hoc præſidio, quod plures obſeruationes demonſtrant, nec nimis frigidum eſſe, nec ventriculum deijcere, niſi aliunde id incommodum procedat, quod cautè eſt inquirendum. Inter res naturales, eſt & habitus corporis mollis, & pituitoſus. Deinde inter res non naturales enumeratur aër frigidus, ſiue ratione præſentis conſtitutionis, ſiue ratione anni temporis, vel regionis: eſtque, & totus corporis plenitudo. Ex rebus denique præter naturam ſunt morbi frigidi,

A niſi loco frigidiſſimo aſſeruetur. Solet fieri infuſio roſarum quinquies, aut etiam pluries, & addito ſaccharo fit Syrupus roſatus purgatorius, & eo magis, quò plures factæ fuerint roſarum omnium infuſiones, & maximè incarnatarum, vt dictum eſt. Communiter autem infuſiones fiunt nouem, aut decem, & eo plus.

Eſt & Syrupus ex ſucco roſarum factus, cùm ſcilicet ex recentibus roſis ſuccus exprimitur, & ſimul cum ſaccharo miſcetur ad Syrupum conficiendum, & hic eſt Syrupus roſatus ſolutiuus, qui in communiſſimo eſt vſu. Succedit Syrupus violaceus, qui ea prorſus ratione componitur, atque dictum eſt de Syrupo roſato ſolutiuo. Deſcribitur Syrupus roſatus ſolutiuus ab Auicenna ex ſucci roſarum libris duabus, mellis libris quatuor, ſcammonij toſti vncia vna, coquuntur ad ſpiſſitudinem Syrupi: at huiuſmodi compoſitio non eſt in vſu. Hic animaduertas, quòd ſi libræ infuſionis dimidiæ incoquatur libra vna ſacchari, minùs ſoluit Syrupus, ſi verò ponatur vna libra ſacchari cum vna libra infuſi, fit mediocris purgatio, ſi verò libræ infuſi vni, cum dimidio, ſacchari libra vna incoquatur, mirè ſoluit. Qui autem ex ſucco ſiccarũ roſarum clarificato coquitur, aluum comprimendo ſoluit, & multò clementiùs, quàm qui ex multis in-
B fuſionibus roſarum recentium fit. Quòd ſi ex infuſionibus tribus roſarum exiccatarum fiat, ita vt habeat roſarum vncias quatuor, quæ ſingulis aquæ colandæ libris inijciantur, valenter adſtringit, & ventriculum roborat, & Syrupus roſarum ex roſis ſiccis appellatur. Denique fit Syrupus purgatorius ex quatuor, quinque, ſex, & nouem infuſionibus florum recentium perfici, eiuſdemque eſt odoris, ſaporis iucundi, & modicè calidus: & iſti videntur Syrupi ſolutiui ſimplices, qui enumerari poſſunt inter medicamenta euacuantia.

Succedunt modò Syrupi compoſiti, qui valentiùs purgant; quorum aliqui bilem, alij melancholiam, alij pituitam, nonnulli miſtos humores, & alij aquas educunt, ſed non omnes ſunt vſuales eodem modo; nam aliquibus, aut rarò, aut nunquam vtimur. Inter eos, qui in communi ſunt vſu bilem educentes, reponuntur Syrupus de cichorea cum rhabarbaro Nicoli, Syrupus de rhabarbaro Guglielmi, de rhabarbaro pharmacopeæ Auguſtanæ, Syrupus ex floribus perſicorum. Et primò Syrupus cichoreæ ex
C Nicolao Florentino ſermone quinto cap. de oppilationibus hepatis deſcribitur ad hunc modum.

℞. *Endiuiæ domeſticæ.*
ſylueſtris.
Cichorij hortenſis.
Sylueſtris. ana m. ij.
Cicerbitæ.
Hepaticæ.
Lactucæ domeſticæ.
Scariolæ.
Fumiterræ.
Lupulorum. ana m. j.
Hordei integri.
Halicacabi. ana vnc. ij.
D *Liquiritiæ.*
Aſplenij, id eſt cetrach.
Cuſcutæ.
Polytrichi.
Capillorum veneris, Adianthi. ana drag. vj.
Radicum fœniculi.
Aſparagi. Apij. ana vnc. ij.

Coque in ſufficienti aqua, cola, cum ſaccharo clarificato, rurſus colatum percoque in Syrupum; confricando in eius libris ſingulis rhabarbari electi drag. iiij. *panno raro ligati, cum ſpica nardi ſcrup.* iiij.

Syrupus de cichorea Guglielmi ſic componitur.

℞. *Foliorum cichorij. m.* j.
Florum borraginis.

Digitized by Google

A niſi loco frigidiſſimo aſſeruetur. Solet fieri infuſio roſarum quinquies, aut etiam plu-
ries, & addito ſaccharo fit Syrupus roſatus purgatorius, & eo magis, quò plures factæ
fuerint roſarum omnium infuſiones, & maximè incarnatarum, vt dictum eſt. Com-
muniter autem infuſiones fiunt nouem, aut decem, & eo plus.

Eſt & Syrupus ex ſucco roſarum factus, cùm ſcilicet ex recentibus roſis ſuccus ex-
primitur, & ſimul cum ſaccharo miſcetur ad Syrupum conficiendum, & hic eſt Syru-
pus roſatus ſolutiuus, qui in communiſſimò eſt vſu. Succedit Syrupus violaceus, qui ea
prorſus ratione componitur, atque dictum eſt de Syrupo roſato ſolutiuo. Deſcribitur
Syrupus roſatus ſolutiuus ab Auicenna ex ſucci roſarum libris duabus, mellis libris
quatuor, ſcammonij toſti vncia vna, coquuntur ad ſpiſſitudinem Syrupi: at huiuſmodi
compoſitio non eſt in vſu. Hic animaduertas, quòd ſi libræ infuſionis dimidiæ inco-
quatur libra vna ſacchari, minùs ſoluit Syrupus, ſi verò ponatur vna libra ſacchari
cum vna libra infuſi, fit mediocris purgatio, ſi verò libræ infuſi vni, cum dimidio, ſac-
chari libra vna incoquatur, mirè ſoluit. Qui autem ex ſucco ſiccarũ roſarum clarifica-
B to coquitur, aluum comprimendo ſoluit, & multò clementiùs, quàm qui ex multis in-
fuſionibus roſarum recentium fit. Quòd ſi ex infuſionibus tribus roſarum exicca-
tarum fiat, ita vt habeat roſarum vncias quatuor, quæ ſingulis aquæ colandæ libris inij-
ciantur, valenter adſtringit, & ventriculum roborat, & Syrupus roſarum ex roſis ſiccis
appellatur. Denique fit Syrupus purgatorius ex quatuor, quinque, ſex, & nouem infu-
ſionibus florum recentium perſici, eiuſdemque eſt odoris, ſaporis iucundi, & modicè
calidus: & iſti videntur Syrupi ſolutiui ſimplices, qui enumerari poſſunt inter medica-
menta euacuantia.

Succedunt modò Syrupi compoſiti, qui valentiùs purgant; quorum aliqui bilem,
alij melancholiam, alij pituitam, nonnulli miſtos humores, & alij aquas educunt, ſed
non omnes ſunt vſuales eodem modo; nam aliquibus, aut rarò, aut nunquam vtimur.
Inter eos, qui in communi ſunt vſu bilem educentes, reponuntur Syrupus de cichorea
cum rhabarbaro Nicoli, Syrupus de rhabarbaro Guglielmi, de rhabarbaro pharma-
copeæ Auguſtanæ, Syrupus ex floribus perſicorum. Et primò Syrupus cichoreæ ex
C Nicolao Florentino ſermone quinto cap. de oppilationibus hepatis deſcribitur ad
hunc modum.

℞. *Endiuiæ domeſticæ.*
ſylueſtris.
Cichorij hortenſis.
Sylueſtris. ana m. ij.
Cicerbitæ.
Hepaticæ.
Lactucæ domeſticæ.
Scariolæ.
Fumiterræ.
Lupulorum. ana m. j.
Hordei integri.
Halicacabi. ana vnc. ij.
D *Liquiritiæ.*
Aſplenij, id eſt cetrach.
Cuſcutæ.
Polytrichi.
Capillorum veneris, Adianthi. ana drag. vj.
Radicum fœniculi.
Aſparagi. Apij. ana vnc. ij.

*Coque in ſufficienti aqua, cola, cum ſaccharo clarificato, rurſus colatum per-
coque in Syrupum; confricando in eius libris ſingulis rhabarbari electi drag.* iiij.
panno raro ligati, cum ſpica nardi ſcrup. iiij.

Syrupus de cichorea Guglielmi ſic componitur.

℞. *Foliorum cichorij. m.* j.
Florum borraginis.

Lactucarum. E
Florum violarum.
Intybi ſatiui.
Bugloſſi.
Oxalidis, id eſt acetoſa.
Gregula, ſeu
Battiſecula, ideſt
Cyani minoris. ana m. ſ.

Coque in lib. iij. aqua, ad conſumptionem tertia partis, cola, poſt adde ſacchari lib. ij. his igne diſſolutis iterum cola, & ab igne remoue, imponendo rhabarbari electi linteo raro ligati drag. ij. & inter coquendum ſæpè, exprimitur.

A multis laudatur Syrupus ille, qui à Medicis Auguſtanis in ſuo Antidotario ad hunc deſcribitur modum.

℞. *Rhabarbari optimi. unc. ij. ſ.*
Foliorum ſenæ. unc. j. ſ. F
Florum violarum. m. j.
Cinnamomi. drag. j. ſ.
Zingiberis. drag. ſ.
Aquarum bettonica.
Cichorij.
Bugloſſi. ana lib. j. ſ.

Fiat omnium infuſio per noctem, ebullitione, & expreſſione facta, decoque colaturam in Syrupum cum ſaccharo quantum ſufficit, addendo Syrupi laxatiui unc. iiij.

Huiuſmodi Syrupus alijs duobus magis probatur mihi; habet enim efficaciorem virtutem purgandi bilem, & pro pueris, ac delicatis magis eſt vtilis.

Syrupus de ſuccis in communi vſu exiſtens Meſſanæ, & quo Doctiſſimus Ioannes Coſtæus Bononiæ vtebatur, hac ratione efficitur.

℞. *Succi vtriuſque endiuia.*
Vtriuſque cichorij. G
Filicis, ideſt polypodij quercini.
Eupatorij.
Scariola.
Cetrach.
Hepatica.
Borraginis. ana lib. j.

Bulliant, & deſpumentur ſecundùm artem addendo.
Capillorum veneris.
Florum bettonica.
Pimpinella.
Florum cordialium. ana p. j.
Quinque radicum aperitiuarum. ana unc. ſ.
Comarum abſynthij. num. v.
Polypodij quercini. H
Foliorum ſena Orientalis. ana unc. ij. ſ.

Fiat omnium decoctio ſecundùm artem, coletur addendo ſacchari quantum ſufficit, & fiat Syrupus, qui aromatizetur cum ſpecierum aromatici roſati, & trium ſantalorum ana ſcrup. j. deinde fiat infuſio rhabarbari optimi pro qualibet lib. decocti drag. iij. & fiat Syrupus ſecundùm artem.

Syrupus verò ex floribus perſicorum, nec non & ex ſucco florum ab Andernaco libro de Medicina veteri, & noua comm. ij. dialog. vij. deſcriptus habetur. Sed apud Fontanonum in ſua methodo medendi deſcribitur hoc modo.

℞. *Succi perſicorum non abſolutè maturorum. lib. iiij.*
Coque lento prunarum igne ad dimidias, ſed ſine, vt faces ſubſidant, coletur, & colatura adde
Succi malorum punicorum acidorum. unc. vj.

Sacchari

A *Saccbari albi. lib. iij.*

Coque in Syrupum, & clarificetur, & aromatizetur drach. iij. Santali moſcholini, vt ſuauiori odore redoleat.

Iſti ſunt tam ſimplices, quàm compoſiti Syrupi vſuales, quorum facultates ſingillatim in medium afferam, deinde vniuſcuiuſque vſum. Et primò Syrupus roſatus ex infuſionibus Meſue adſcriptus valet ad extinguendam ſitim in febribus acutis, ventriculumque roborat. Syrupus ex infuſione violarum febribus acutis, iecinoris, & cordis caloribus, aſperitati gutturis, morbo laterali, tuſſique aridæ ſuccurrit, aluumque emollit, & quamuis iſti duo Syrupi non ſint verè ſolutiui, tamen quia aluum aliquo pacto emolliant, hoc loco placuit eos apponere. Syrupus roſatus ſolutiuus, quem dixi à Bononienſibus Mucchàrum appellari, in febribus ardentibus valet, ſoluitque abſque moleſtia aluum bilem educendo, quemadmodum etiam & Syrupus ex ſucco roſarum, ſed valentiùs: verùm mihi placet, vt huiuſmodi Syrupus poſt extractionem ſucci permittatur quieſcere, donec aliqua fæculæ decidant, deinde coletur, & addendo ſaccharum
B quantum ſufficit fiat Syrupus. Idem præſtat Syrupus ex violarum infuſionibus, qui magis præterea confert inflammationibus faucium, & thoracis: vnde eſt, quòd in pleuritide, & peripneumonia tam commendetur. Syrupus porrò ex floribus perſicorum eandem facultatem habet, ac roſatus, & violatus: ſed magis purgat; aquas inſuper, & ſeroſos humores educit, hinc hydropicis maximè confert, ſuaque amaritudine vermes interimit.

Et iſti ſunt ſimpliciores Syrupi educentes è corpore bilem, & ipſorum facultates, necnon compoſiti ad eandem intentionem valentes, qui omnes abſque dubio inter medicamenta benedicta facilè connumerari poſſunt. Modò ad rectum vſum venio, quem conſtat quatuor rebus comprehendi, quantum, quando, quomodo, & vbi. Sub quanto comprehenditur doſis, & primùm Syrupi roſati ex nouem infuſionibus eſt ab vncijs quatuor ad vncias ſex, aut etiam octo. Huiuſmodi quoque doſis datur Syrupo violaceo, qui rarò purgat ſolus exhibitus, etiā ſi doſis augeatur ad vncias decem, aut duodecim. Eadem doſis eſt Syrupi roſati, qui mucchàrum appellatur, nec non
C & Syrupi ex ſucco roſarum. Doſis Syrupi ex ſucco, ſeu ex floribus perſici, qui vt plurimùm exhibetur pueris ad vermes expellendos, non tranſcendit vncias quatuor: plerumque ad vncias tres datur pueris, mulieribus verò vſque ad vncias ſex. At magis probo Syrupum Fontanoni, quàm Auderriaci, quòd & guſtu gratior ſit, & bilem clementiùs expurget, pueriſque vermes faciliùs enecet, ac poſtea expellat.

Syrupus de cichorea Nicoli cōfert ictero laborantibus, iecoris intemperiem calidā & obſtructionem tollit, ſplenicis, melancholicis, cachexia affectis, & nephriticis, peculiariterque epilepticis pueris maximè prodeſt. Syrupus Gughelmi cor, & partes nutritioni deſtinatas probè roborat, & feruorem compeſcit, atque etiam bilioſos præſertim humores per inteſtina, & veſicam educere conſueuit. Syrupus Auguſtanus bilem educit clementer admodum, magiſque mihi probatur pro purgandis pueris, ac faciant ſuperiores iam deſcripti, cuius doſis eſt ab vncia vna ad vncias duas pro pueris. Doſis autem omnium in ſumma eſt à tribus vncijs ad vncias ſex, & ſeptem: & iſti ſunt Syrupi omnes vſuales tam ſimplices, quàm compoſiti ad bilem expurgandam.

D Quonam in tempore concedantur huiuſmodi Syrupi, eſt communis opinio, vt ſummo mane ieiuno ventriculo ægrotantibus porrigantur, præſertim per quatuor horas ante alimentum: verùm non poteſt ſemper ſeruari huiuſmodi tempus pro varia, atque varia vrgentia. Modus eſt, vt offeratur aliquando ſimplex, nonnunquam verò aliquo alio medicamento alteratus, præſertim aqua aliqua ſtillatitia ei admiſta, aliquādo calidus, nonnunquam frigidus. Quod attinet ad vbi, ſemper per os dantur Syrupi, non per alias partes, vt alia medicamenta.

Veniamus modò ad Syrupos educentes pituitam. Horum aliqui ſimplices, alij cōpoſiti ſunt: inter ſimplices eſt mel roſatum ex nouem infuſionibus, cuius præparationis modus eſt, vt fiat roſarum infuſio per horas octo, vel decem, vel duodecim in vaſe fictili vitriato anguſti oris benè obturato, deinde colentur roſæ, exprimantur, & abijciantur, rurſuſque eidem infuſioni calefactæ eadem quantitas roſarum addatur, & ſicut prius macerentur, colentur, & exprimantur: atque hoc repetatur nouies, decies,

vel

vel etiam duodecies, pro vt magis, & minùs ſolutiuam volueris decoctionem. Eſt B præterea mel violatum ex infuſionibus, quæ fieri debent eadem ratione, ac prædictæ roſarum. Inter compoſitos Syrupos pituitam euacuantes adeſt mel roſatum ſolutiuum cum agarico, Syrupus de Hermodactilis, Syrupus de fumoterræ maior, & minor, Syrupus de Bryonia Meſue, oxymel Meſue.

Mel roſatum ſolutiuum cum agarico à Bertaldo deſcriptum inuenitur hoc modo.

℞. *Infuſionis roſarum ſolutiuæ. lib.* ix.
Agarici albi. vnc. vj.
Mechoacan. vnc. j. *& ß.*
Zingiberis. vnc. j.
Infundantur horis duodecim, & facta leui ebullitione colenter, & colatura adde
Mellis optimè deſpumati. lib. viij.
Coquatur ſecundùm artem.

Syrupi de Hermodactylis Nicolai hęc eſt deſcriptio. F

℞. *Quinque radicum. ana vnc.* j.
Seminum iiij. *frig. maiorum ana vnc.* j. *& ß.*
Hyſſopi.
Capillorum Veneris.
Aſpleny. ana m. ß.
Violarum. m. j. *& ß.*
Florum roſmarini.
Borraginis. ana m. j. *& ß.*
Cyperi. drach. iij.
Chamomillæ. drach. ij.
Paſſularum. vnc. j.
Senæ. vnc. ij.
Hermodactylorum.
Cuſcutæ. ana vnc. ß. G
Aniſi.
Fœniculi.
Carui. ana drach. ij. *& ß.*
Polypodij. vnc. iij.
Agarici. drach. ij.
Coquantur in aqua. lib. iij. *& colatura adde*
Sacchari. lib. j. *& ß.*
Roſarum. vnc. j.
Rhabarbari. drach. iiij. *& ß.*
Turbith. drach. iij.
Hæc tenuiſſimè trita, & in panno ligata ſuſpendes in Syrupo cocto ſecundùm artem.

Sed in huiuſmodi Syrupis, in quibus rhabarbarum infundi debet in linteo nodulo, longè melius eſt, ſi in aliquam partem decoctionis immergatur, & ſenſim in Syrupum H exprimatur. Huius rei ratio eſt, quia quamuis linteus ſit rariſſimus, nihilominus ob craſſitiem Syrupi virtus rhabarbari non penetrat ſubſtantiam illius.

Componitur Syrupus de fumoterræ minor, qui & inter ſimplices reponi poteſt, ad hunc modum.

℞. *Myrobalanorum citrinorum. vnc.* ij.
Violarum.
Cuſcutæ.
Abſynthij. ana vnc. j.
Coquantur cum lib. vij. *aquæ vſque ad tertiam partem, cui adde*
Succi fummiterræ cocti, & deſpumati.
Sacchari. ana lib. ij.
Et fiat Syrupus ſecundùm artem.

Syrupus

A *Sacchari albi. lib.* iij.

Coque in Syrupum, & clarificetur, & aromatizetur drach. iij. *Santali moſcholini, vt ſuauiori odore redoleat.*

Iſti ſunt tam ſimplices, quàm compoſiti Syrupi vſuales, quorum facultates ſingillatim in medium afferam, deinde vniuſcuiuſque vſum. Et primò Syrupus roſatus ex infuſionibus Meſue adſcriptus valet ad extinguendam ſitim in febribus acutis, ventriculumque roborat. Syrupus ex infuſione violarum febribus acutis, iecinoris, & cordis caloribus, aſperitati gutturis, morbo laterali, tuſſique aridæ ſuccurrit, aluumque emollit, & quamuis iſti duo Syrupi non ſint verè ſolutiui, tamen quia aluum aliquo pacto emolliant, hoc loco placuit eos apponere. Syrupus roſatus ſolutiuus, quem dixi à Bononienſibus Muccharum appellari, in febribus ardentibus valet, ſoluitque abſque moleſtia aluum bilem educendo, quemadmodum etiam & Syrupus ex ſucco roſarum, ſed valentiùs: verùm mihi placet, vt huiuſmodi Syrupus poſt extractionem ſucci permittatur quieſcere, donec aliquæ fæculæ decidant, deinde coletur, & addendo ſaccharum B quantum ſufficit fiat Syrupus. Idem preſtat Syrupus ex violarum infuſionibus, qui magis præterea confert inflammationibus faucium, & thoracis: vnde eſt, quòd in pleuritide, & peripneumonia tam commendetur. Syrupus porrò ex floribus perſicorum eandem facultatem habet, ac roſatus, & violatus: ſed magis purgat; aquas inſuper, & ſeroſos humores educit, hinc hydropicis maximè confert, ſuaque amaritudine vermes interimit.

Et iſti ſunt ſimpliciores Syrupi educentes è corpore bilem, & ipſorum facultates, necnon compoſiti ad eandem intentionem valentes, qui omnes abſque dubio inter medicamenta benedicta facilè connumerari poſſunt. Modò ad rectum vſum venio, quem conſtat quatuor rebus comprehendi, quantum, quando, quomodo, & vbi. Sub quanto comprehenditur doſis, & primùm Syrupi roſati ex nouem infuſionibus eſt ab vncijs quatuor ad vncias ſex, aut etiam octo. Huiuſmodi quoque doſis datur Syrupo violaceo, qui rarò purgat ſolus exhibitus, etiã ſi doſis augeatur ad vncias decem, aut duodecim. Eadem doſis eſt Syrupi roſati, qui muccharum appellatur, nec non C & Syrupi ex ſucco roſarum. Doſis Syrupi ex ſucco, ſeu ex floribus perſici, qui vt plurimùm exhibetur pueris ad vermes expellendos, non tranſcendit vncias quatuor: plerumque ad vncias tres datur pueris, mulieribus verò vſque ad vncias ſex. At magis probo Syrupum Fontanoni, quàm Andernaci, quòd & guſtu gratior ſit, & bilem clementiùs expurget, pueriſque vermes faciliùs enecet, ac poſtea expellat.

Syrupus de cichorea Nicoli cõfert ictero laborantibus, iecoris intemperiem calidã & obſtructionem tollit, ſpleniticis, melancholicis, cachexia affectis, & nephriticis, peculiariterque epilepticis pueris maximè prodeſt. Syrupus Guglielmi cor, & partes nutritioni deſtinatas probè roborat, & feruorem compeſcit, atque etiam biliosos præſertim humores per inteſtina, & veſicam educere conſueuit. Syrupus Auguſtanus bilem educit clementer admodum, magiſque mihi probatur pro purgandis pueris, ac faciant ſuperiores iam deſcripti, cuius doſis eſt ab vncia vna ad vncias duas pro pueris. Doſis autem omnium in ſumma eſt à tribus vncijs ad vncias ſex, & ſeptem: & iſti ſunt Syrupi omnes vſuales tam ſimplices, quàm compoſiti ad bilem expurgandam.

D Quonam in tempore concedantur huiuſmodi Syrupi, eſt communis opinio, vt ſummo mane ieiuno ventriculo ægrotantibus porrigantur, præſertim per quatuor horas ante alimentum: verùm non poteſt ſemper ſeruari huiuſmodi tempus pro varia, atque varia vrgentia. Modus eſt, vt offeratur aliquando ſimplex, nonnunquam verò aliquo alio medicamento alteratus, præſertim aqua aliqua ſtillatitia ei admiſta, aliquãdo calidus, nonnunquam frigidus. Quod attinet ad vbi, ſemper per os dantur Syrupi, non per alias partes, vt alia medicamenta.

Veniamus modò ad Syrupos educentes pituitam. Horum aliqui ſimplices, alij cõpoſiti ſunt: inter ſimplices eſt mel roſatum ex nouem infuſionibus, cuius præparationis modus eſt, vt fiat roſarum infuſio per horas octo, vel decem, vel duodecim in vaſe fictili vitriato anguſti oris benè obturato, deinde colentur roſæ, exprimantur, & abijciantur, rurſuſque eidem infuſioni calefactæ eadem quantitas roſarum addatur, & ſicut prius macerentur, colentur, & exprimantur: atque hoc repetatur nouies, decies,

A *Foliorum ſenæ orientalis. unc.* vj.
Epithymi. unc. j.
Poſtmodum colatur cum forti expreſſione, & colato adde
Sacchari. lib. v.
Bulliat ad Syrupi conſiſtentiam, & in fine ebullitionis adde
Rhabarbari ſubtiliter puluerizati. unc. ß. *&*
decoctum quod ſequitur.
℞. *Succi borraginis.*
Roſarum.
Myrobalanorum citrinorum.
Chebulorum.
Indorum. ana unc. j. ß.
Myrobalani craſſo modo contuſi infundantur in prædictis ſuccis per horas vigintiquatuor, deinde bulliant una ebullitione, & colentur, fiatque Syrupus ſecundùm artem.

B Ille, qui circumfertur per officinas Meſſanenſes dictus Syrupus de Polypodio magiſtralis, ſic componitur.
℞. *Polypodij recentis. lib.* ij.
Infundantur ſecundùm artem in lib. xxiiij. *aqua fontis*
per diem naturalem.
Rhapontici.
Liquiritiæ.
Paſſularum. ana unc. ij.
Aniſorum.
Fœniculi. ana drag. ij.
Foliorum ſenæ.
Epithymi.
Corticum myrobalanorum omnium. ana unc. j.
Lupulorum.
C *Fumiterræ.*
Florum cordialium. ana m. j. ß.
Contundantur contundenda, & bulliant ſecundùm artem, & colentur, in quibus adde.
Succi fumiterræ.
Lupulorum. ana lib. ß.
Sacchari optimè clarificati. lib. x.
Et fiat Syrupus ſecundùm artem.

Doſis prædictorum Syruporum eſt ab vncijs quatuor vſque ad ſex: & eandem ferè obtinent facultatem, nimirum euacuant validè humores craſſos, & præcipuè melancholiam.

Habetur præterea inter Syrupos melancholiam expellentes ille de ſena Matthioli, qui adeo mihi probatur, vt voluerim ipſum cum reliquis deſcribere; videtur enim primas partes obtinere, & componitur hoc modo.

D ℞. *Adianthi.*
Lupi ſalictarij.
Fumariæ.
Aſplenij.
Senæ. ana m. iij.
Radicum centaurij magni.
Glycyrrhizæ.
Filiculæ, hoc eſt Polypodij quercini.
Borraginis.
Buglosſi. ana unc. iiij.
Seminum aniſi.
Melanthij.
Florum Borraginis.

Bugloſſi. B

Santalorum omnium.

Cinnamomi. ana drag. v.

Omnia decoquantur in libris viginti aquæ puriſſimæ vſque ad tertias, colentur, deinde

℞. *Senæ præſtantiſſimæ. lib. ij.*

Conijcito in vas fictile oris anguſti, demùm percolatum decoctum feruens ſuper imponito, ac ſupra obturato fictilis ore puluinare plumis farcto, ignique prius calefacto, fictile inuoluito, & loco calido collocato, itaque per diem, ac noctem reponito; poſtridie verò manibus ſena premitur, mox dilutum percolatur, cui adijciuntur diluti roſatum efficaciter aluum ſubducentis lib. vj. ſacchari lib. viij. efferueſcant, deinde ſimul ſubiecto igne quouſque tertia pars euaneſcat, quo facto additur electiſſimi rhabarbari minutim conciſi. vnc. j. ac iterum ferueant omnia, donec in lapij modù conſiſtat liquor, poſtremò percolatur linteolo, & vaſe vitreo reconditur.

Cuperem huiuſmodi Syrupum eſſe apud omnes pharmacopæos, quia ſeruatur per annum, & quamuis non ſeruaretur, poteſt quocunq; tempore componi: verùm quia eſt difficilis cōpoſitionis, vereor ne noſtri pharmacopæi onus tam graue ſuſcipere nolint. Eſt & Syrupus Domini Auguſtini Sueſſani, qui duobus modis deſcriptus circumfertur, & primò à Bertaldo ad hunc modum. F

℞. *Rhapontici.*
Myrobalanorum citrinorum.
Folliculorum ſenæ.
Epithymi. ana vnc. j. ß.
Polypodij quercini. lib. ß.
Fumiterræ.
Lupulorum. ana m. iij.
Vuarum paſſarum mundatarum.
Glycyrrhizæ raſæ. ana vnc. j.
Florum borraginis. G
Bugloſſæ.
Violarum. ana m. iij.

Aqua fontis q. ſ. fiat decoctio ſecundùm artem, & facta colatura adde

Rhabarbari optimi.
Agarici electi. ana drag. vij.
Diagrydij. drag. v.
Succi depuratorum lupuli.
Fumariæ.
Borraginis.
Bugloſſi. ana lib. j.
Sacchari albi. lib. v.

Saccharum clarificetur cum ſuccis, & reliqua coquantur in Syrupum ſemper exprimendo manibus agaricum cum reliquis linteolo ligatis, deinde reponantur in Syrupum.

Alia deſcriptio habetur apud pharmacopæos Meſſanenſes, & eſt hæc. H

℞. *Polypodij quercini. lib. ij.*
Contunde, deinde inf. in libris vigintiquatuor.
Aquæ puriſſimæ per diem naturalem.
Ligni ſancti. vnc. iij. & drag. vj.
Cort. eiuſdem ſub. pul. vnc. ß.
Paſſularum enucleatarum. vnc. iij.
Rhapontici recentis.
Rhabarbari.
Liquiritiæ raſæ. ana vnc. j.
Aniſi.
Fœniculi. ana vnc. ß.
Corticum myrobalanorum omnium. ana vnc. j.

Folio-

A *Foliorum ſenæ.*
Epithymi. ana vnc. ß.
Iua arthetica.
Lupulorum.
Fumiterræ. ana vnc. ß.
Florum cordialium. ana m. j.

Contundantur contundenda, bulliant, & fiat decoctio ſecundùm artem, coletur, & fortiter exprimatur, cui adde ſacchari depurati q. ſ. fiat Syrupus ſecundùm artem, aromatizetur cum ambra trochiſcata.

Iſti igitur ſunt Syrupi ad melancholiam extra corpus educendam, quorum doſis eadem ferè eſt omnium, niſi quòd iſti poſtremi, qui circumferuntur ſub nomine Auguſtini Niphi Sueſſani, validiores ſunt. Et doſis ipſorũ à quatuor vncijs ad vncias ſex, qui verò de ſena ſimplices ſunt, non requirunt minorum doſim ſex vnciarum, ſi ſoli offerantur. Hic notandum, quòd Syrupus Sueſſani vltimo loco deſcriptus eſt efficacior ad

B luem veneream curandam.

Sunt modò alij Syrupi, qui dicuntur purgare humores miſtos, inter quos eſt ille, quem deſcribit Andernacus loco præcitato: eſt autem eius compoſitio ad hunc modum; & appellatur Syrupus diacnicu.

℞. *Adianthi.*
Hyſſopi.
Thymi.
Origani.
Chamædrios.
Chamæpityos.
Scolopendriæ.
Bugloſſi. ana m. ß.
Cuſcutæ.
Veſicariæ. ana vnc. j.

C *Radicum angelicæ.*
Glycyrrhizæ.
Fœniculi.
Apij.
Aſparagi. ana vnc. j.
Corticum tamaricis. vnc. ß.
Polypodij. vnc. j. ß.
Seminum aniſi.
Fœniculi.
Ammeos.
Dauci. ana vnc. j.
Cnici, hoc eſt Seminis carthami contuſi. vnc. iiij. ß.
Paſſularum enucleatarum. vnc. ij.

Decoquantur in aqua ad tertias, colentur addendo ſenæ orientalis. vnc. j. ß. in

D *iure decocto per noctem macerentur: adhac*
Agarici trochiſcati. vnc. ß.
Zingiberis. drag. j.
Rhabarbari. drag. vj.

Hac ſequenti die colentur, validèque exprimantur, poſtea.
Sacchari albiſſimi. lib. j.
Syrup. roſ. ſolutiui.
Violacei ſolutiui. ana vnc. ij.
Acetoſi ſimp. vnc. ij. m.

Atque iterum modicè coquantur, donec ſatis ſpiſſeſcat.

Addamus hic Syrupum compoſitum ex Argenterio, qui valet ad omnes humores extra corpus educendos, fit ad hunc modum.

℞. *Inſuſ. roſarum ſolutiuarum modernorum. lib. ij.*

Foliorum ſenæ orientalis mundatorum. lib. j. A
Polypodij quercini. vnc. viij.
Seminis aniſorum. vnc. j.
Florum violarum. p. iiij.
Thymi.
Epithymi. ana vnc. j.

Horis duodecim in vaſe vitreo ſtricti orificij macerentur, deinde facto leui tantùm feruore, & colatura: adde iterum in dicta infuſione percolata.

Rhabarbari ſelecti. vnc. j. ß.
Agarici optimi. vnc. iij.
Cinnamomi.
Zingiberis. ana drag. iij.

Macera horis viij. in dicto percolato: deinde facta ebullitione, & colatura cum lib. vj. ſacchari vnius coctura percoquantur in Syrupum.

Ad eandem intentionem, componendum curo quendam Syrupum, cui nomen impoſui Syrupi roſati ſolutiui compoſiti, & quia facilis eſt præparationis, & perbellè expurgat corpus ab humoribus mistis, vnde ſæpiſſimè vtor, hic deſcribere libuit. B

℞. *Succi roſarum ſolutiui recentis. lib. vij.*
Agarici electi.
Foliorum cum folliculis ſenæ. ana vnc. vj.
Zingiberis. vnc. j.
Tartari.
Cinnamomi. ana vnc. ß.
Vini albi odoriferi. vnc. iij.

Miſce, & infundantur omnia in vaſe vitriato per viginti quatuor horas, & poſtea bulliant in balneo Mariæ, benè obturato orificio, coletur, & in colatura diſſolue ſacchari optimi quantum ſufficit, & fiat Syrupus ſecundùm artem.

Habes iam Syrupos omnes ſolutiuos, à multis ſcriptoribus probatos, quibus omni cacochymiæ ſatisfacere potes: reſtat ſolummodo deſcribendus aliquis Syrupus, qui Hydragogus ſit, hoc eſt purgans humores aqueos, inter quos eſt ille adhuc modum deſcriptus à Bertaldo. G

℞. *Succi radicum ebuli per reſidentiam depurati. lib. ij.*
Ireos non ſimiliter purificati. lib. j.
Gratiolæ.
Abſynthij.
Centaurij minoris.
Roſarum rubrarum.
Eupatorij. ana vnc. iij.
Rhabarbari optimi ſine cortice. vnc. j. ß.
Rhabarbari albi. vnc. ij ß.
Soldanellæ.
Thymeleæ. ana vnc. j.
Seminum depuratorum ſambuci. H
Ebuli. ana vnc. j. ß.
Granorum lathyridis. num. l.
Cinnamomi. drag. vj.
Galangæ.
Laccæ præparatæ. ana drag. ij.
Spicæ nardi.
Scordij.
Cyperi.
Nardi celticæ.
Ariſtolochiæ vtriuſque. ana drag. ij.
Schœnanti.
Zedoaricæ.

Piperis

A *Piperis albi.*
Macis.
Maſtiches. ana drag. j.
Croci. drag. iiij.

Macerentur tribus diebus canicularibus in vaſe vitreo ſtricti orificij; deinde bulliant in balneo Mariæ ad tertias, & aqua, quæ euaporabit arte ex alembicis vitreis, reponatur; deinde reſiduum decocti linteolo percolatur, & in colatura adde

Sacchari albi.
Mellis Hiſpanici. ana lib. ij.

Bulliant iterum lento igne ad ſpiſſitudinem, quo facto adde aquam, quam collegiſti ex decocto, & iterum bulliant vna, aut altera ebullitione, & repone cum drag. v. elaterij optimi pul. Doſis eſt à drach. vj. ad ſeſquiunciam per ſe, vel cum aqua, ſeu diluto aliquo appropriato.

Syrupus hic ad educendas aquas extra corpus valet, præſertim in aſcite. Doſis ipſius eſt ab vncijs duabus ad quatuor vſque, idque pro arbitrio periti Medici, & rerum B vrgentia: & hæc de Syrupis ſolutiuis, ſatis dicta ſint.

Verùm quia fuſo ſermone hactenus verſati ſumus circa facultates, & doſim Syruporum ſolutiuorum, poſſet quiſpiam ſciſcitari, an poſt aſſumptionē alicuius eorum ſit concedendus potus aquæ, idcirco in præſenti ad vberiorem doctrinam, hanc quæſtionem explanare conſtitui. Hæc dubitatio duas habet partes, vna eſt, an immediatè poſt ebibitum Syrupum ſolutiuum liceat exhiberi potus aquæ: altera eſt, an aliquot poſt horas ab aſſumpto medicamento ad adiuuandum eius operationem, hoc eſt purgationem, ſit propinanda aqua. Ad primam dico medicamentum acceptum duobus modis conſiderari poſſe: primò vt eſt ſolutiuum, deinde vt eſt nonnulla qualitate præditum nobis infeſta, hoc eſt, aut venenoſa, aut ſuperflua caliditate: & vtroque modo accipiatur, aut in pauca quantitate, aut in multa copia exhiberi poteſt aqua. Sed ſub pauca quantitate aſſumpta nequaquam eſt deneganda; nam ſua frigiditate corrugat, & condenſat partes ſtomachi, caloremq́ue ventriculi, & partium circumuicinarum per antiperaſtim, quibus vigoratis, & corrugatis, & calore adaucto, medicamentum, & C materia ab ipſo attracta faciliùs ad inferiora expellitur. Præterea ſi ſtomachus propter malignam materiam nimis incaleſceret, & eſſet cauſa raptus materiæ ad ſuperiores partes, tunc aqua aſſumpta alterat qualitatem ventriculi calidam, & medicamenti vim quodammodo obtundit, vnde licet colligere, quòd ſi ventriculus eſſet frigidus, & vniuerſum corpus languidæ virtutis, aqua nullo pacto deberet offerri. Igitur non ſemper, ſed quandoque potus aquæ eſt concedendus, nec in maxima copia, ſed mediocriter, videlicet à ſemilibra ad libram, idq́ue pro diuerſitate anni temporis, ætatis, habitus corporis, & conſuetudinis.

Ad ſecundam partem reſpondeo, quod ij, qui purgãtur, vel ſtatim ſitiunt, vel poſtea, vt notat Gal. 4. aphoriſ. 19. & hoc contingit propter ventriculi diſpoſitionem, propter exhibitum medicamentum, & propter naturam humoris, qui euacuatur. Ventriculi enim caliditate, & ſiccitate præditi promptè ſitiunt, & hoc illis contingit, vel natura, vel ratione medicamenti epoti, quod fortè fuerit calidum, & mordax; vel etiam ſitis exoritur ab humore, qui educitur, vt quando fuerit amara bilis. Cùm itaque ſitis pro- D uenerit ex cauſis prædictis poteſt omninò exhiberi aquæ potus, vnde Galenus dicebat valdè ſitientibus non eſſe denegandum potum: tunc autem valde ſitiunt, quando ex multa copia cibi, & potus in ventriculo augetur calor, ita vt fiat veluti ebullitio quædam, ad quam extinguendam debet inijci aqua: ſic etiam ſi ſitis inducta ſit ex ſiccitate propter reſolutionem humiditatis alimentalis, quæ ſit in ventriculo, quacunque ratione id contigerit, ſicut apparet ex ijs tribus cauſis ſitis, quas adducit Gal. præcitato coment. Atque ex hactenus dictis affirmare haud vereor, aliquando exhibendam eſſe aquam poſt epotum medicamentum, aliquando verò minimè, cum ſcilicet non ſuboritur ſitis, quæ à præhabitis cauſis induci conſueuit.

Statuendum etiam eſt hoc loci, an in febribus acutis poſt ebibitum medicamentum conueniat aquæ potus, pro qua re determinanda non omnes authores conueniunt; Hippocrates enim Medicinæ parens 3. acut. comment. 3. videtur proponere vinum, cuius quidem vſum laudat & Gal. 8. methodi cap. 4. quòd non modò coctioni faueat,

ſed etiam quia vrinam, & ſudorem prouocat. Ex altera verò parte contrarium colli- B
gitur tam ex Hippocr. quam ex Gal. 4. in 6. de morb. vulgar. tex. comment. 15. vbi
ſcriptum eſt: *percalido natura refrigeratio potus aquæ, quieſcere*. Gal. ibidem ait, claram
eſſe ſententiam, nempe eos, qui ſunt calidi, victus ratione refrigerante eſſe nutrien-
dos, vnde etiam & illis competit aquæ potus. Nihilominus non puto has Hipp. ſen-
tentias eſſe contrarias, vt vult Altimarus parte 3. de medend. febr. cap. 2. ſed exiſtimo
eſſe diuerſas; libro enim epidem. tractat vniuerſaliter de agendis circa eos, qui natura
ſunt calidi, & præcipit eos eſſe corrigendos contraria victus ratione, nempe refrige-
rantibus tam per potum aquæ, quàm per alimenta frigida: in lib. verò acut. loquitur
de potu in febribus ardentibus, qui vinum eſſe expedit, ob vtilitates, quas affert.

Et hic animaduertendum eſt, quòd ſi attentè legimus, quæ à ſummis præceptoribus
ſcribuntur, cognoſcemus vinum concedi quidem debere, ſed non à principio morbi,
cum adhuc non fiunt coctiones, nec per conſequens ſunt promouenda vrins, aut
ſudores, ſed aut in ſtatu, aut in declinatione, quo tempore illę operationes fieri apparet.
A principio igitur non vinum, ſed aqua ſimplex debet ægrotantibus offerri pro potu, F
vt Gal. tum lib. 2. methodi, tum alibi, & Auic. fen. 1. 4. tract. 2. cap. 45. ſcribunt.
Hoc loci præterea maxima inquiſitione perſcrutari debemus, à quibus indicetur, & à
quibus prohibeatur aquæ potus in febribus ardentibus, cùm omnes authores, & magis
eminentes in hoc determinando conueniant, & cognoſcere oportet, quam vtilitatem
aqua epota corporibus præbeat, & quis tandem ſit rectus vſus illius.

Galenus lib. 9. meth. med. cap. 5. dicebat aquam indicari à febre, quæ cùm ſit paſ-
ſio calida, & ſicca neceſſariò indicat frigida, & humida, quare aqua eſt auxilium à fe-
bre indicatum. Auicen. fen. 1. lib. 4. tract. 1. capite 7. non modò ſcripſit febrem arden-
tem eſſe indicans aquæ frigidæ, verùm etiam ipſius cauſam addidit, quæ eſt bilis ſua
natura calida, & tenuis, quæ non modò refrigerari optat, ſed etiam incraſſari, quod
vtrunque à potu gelidæ aquæ recipit, tanquam à ſuo indicato, ita vt bilis ſit indicans,
aqua frigida indicatum auxilium. Coindicat verò hanc aquæ frigidæ potionem inter
alia conſuetudo; nam illi, qui aſſueti ſunt bibere aquam frigidam, faciliùs, & libe-
riùs eam aſſumere poſſunt. Permittunt deinde bonus corporis habitus, εὐεξίαν Gręcè G
dictus, calor naturalis validus, viſcera valida, ac robuſta: præcipuus eſt calor natu-
ralis validus. Indicans itaque primùm deſumitur ab ipſo morbo: coindicantia verò,
ſeu permittentia ſunt calor naturalis validus, corporis bonus habitus, viſcera corpo-
ris valida, ac robuſta, quibus additur conſuetudo, quæ eſt veluti altera natura. Prohi-
bent contra aquam inter res præternaturales corporis gracilitas, caloris innati, ac vir-
tutis languiditas, viſcerum inflammatio, aut debilitas, vt gulæ, ventriculi, oris ſuperio-
ris, iecoris, pulmonum, ſepti tranſuerſi, renum, aut veſicæ; nam quoties vnum ex his
membris languidum eſt, ab aqua frigida valde imbecillum redditur, quare viſcera ab
omni affectione præter naturam libera eſſe oportet. Inter res non naturales eſt aër fri-
gidus, & qui non aſſueti ſunt, hoc eſt conſuetudo contraria: iſta ſunt, quæ indicant,
quæ permittunt, & quæ prohibent vſum potus aquæ frigidæ.

Veniamus ad vſum, & primò ad tempus; tempus enim aquam bibendi non eſt omni-
bus idem, cùm alij authores coctionem deſiderent, alij verò coctionem tanquam in-
utilem negligant, quia Galenus, & Auicen. locis præcitatis apertè ſcribunt aquæ fri- H
gidæ potum ægrotantibus non eſſe concedendum, niſi coctione apparente. Hos Me-
dicinæ magiſtros ſectati ſunt Aëtius lib. 5. capite 78. Paulus lib. 2. capite 18. quam-
uis Aëtius videatur velle coctionem perfectam; Galenus tamen lib. 9. methodi me-
dendi cap. 16. in fine ſcribit incipiente coctione poſſe aquam exhiberi. Auerrhoës
è contra lib. 3. colliget capite 8. non vult expectandam eſſe coctionem, ſed ſtatim à
principio nullo apparente ſigno coctionis eſſe concedendam, & addit rationem; nam
ſi ſpectetur coctio, periculum eſt, ne æger vi morbi intereat, aut praua ſubſequatur
concoctio ob caliditatem, & acrimoniam, humoris bilioſi, qui antequam concoqua-
tur, hominem de medio tollat.

Hoc Auerrhois dictum confirmari facilè poteſt ex eo, quod ſcripſit Rhaſis lib. 1.
diuiſionum cap. 148. 149. & 3. aphoriſ. vbi narrat dominum, & ſeruum fuiſſe eadem
febre ardente correptos, gelidamque aquam domino pro potu propinatam fuiſſe, qui
ſanus

A ſanus euaſit,ſeruo verò fuiſſe denegatam,qui mortuus eſt:hæcque lata fuit à principio nulla expectata coctione. Eademque opinio confirmari poſſe videtur ex Gal. lib. 10. methodi medendi capite 1. vbi comparans indicans, quod à febre deſumitur, cum indicante deſumpto à cauſa dicebat indicanti à febre deſumpto, aliquando vrgente neceſſitate, eſſe primò, & maximè incumbendũ refrigerantibus,& humectantibus,quod non poſſumus facere niſi à principio, cùm magis vrget febris, quàm ipſa cauſa. Iam verò cùm inter alias materias refrigerantes, & humectanes primas partes habeat aqua gelida, ergo etiam ex Galeni ſententia vtendum eſt aqua frigida pro potu ad extinguendam febrem à principio abſque coctionis ſigno.

Ioannes Coſtæus vir ſpectatæ doctrinæ ponderans hanc contradictionem adeo ipſam magni fecit, vt exiſtimauerit poſtponendam Galeni, & Auicennæ opinionem, & ſequendam eſſe illam Auerrhois. Eius ratio eſt,quia, vbi materia in febre eſt concocta, eget eductione per medicamentum purgans iuxta illam aphoriſticam ſententiam,concocta medicari, &c. at aquæ gelidæ potus non eſt medicamentum purgans, ergo non eſt opus vti potu aquæ gelidæ in concocta materia: deinde cum materia eſt
B cocta, nullum amplius impendet de vita ægrotantis periculum,natura enim iam dominatur ſuper cauſam morbificam, quare nec deueniendum ad aquæ potum: tandem aquæ potus eſt incertum medicamentum,quo morbi cauſa recrudeſcere facilè poteſt, ergo concocta materia medicamento opus eſt: hæc Coſtæus.

Sed puto vtramque opinionem veriſimilem eſſe, imò veram facta hac febrium diuiſione; alia enim eſt, quæ fit à ſanguine, & ſynocha, ſeu ſynochos appellatur, alia quæ fit à bile, & cauſos, ſeu ardens febris vocatur. In prima febre; ſiue ſynochos ſit putris, ſiue imputris,in concedenda aquæ potione expectanda eſt coctio: in ſecunda verò nempè in febre ardente nulla expectata coctione danda eſt aquæ potio; hoc poſito Galenus intelligendus eſt de febre ſynocha, quando dixit eſſe propinandum aquæ frigidæ potum: Auerrhois verò ſermo intelligendus eſt de febre ardente,quando ſcripſit à principio nulla expectata coctione eſſe concedendum potum aquæ frigidæ. Ad Coſtæum reſpondendum mea quidem opinione eſt, quòd in febre ſynocha non eſt opus purgante medicamento, cùm nullum ſit aptum ad ſanguinem educendum, ſed
C ſola aquæ potio requiritur ad partium internarum, ac viſcerum attemperationem, ac corroborationem, quibus gelidæ aquæ potu roboratis, & attemperatis facilè expellitur humor coctus: nec potus aquæ ſemper incertum eſt medicamentum; nam ſuam inducit ſemper in partibus refrigerationẽ,ad quam ſequitur tẽperies,& virium robur.

Vtilitas,quæ huiuſmodi aquæ potione contingit,Galeno authore, maxima eſt; nam partes præcipuè à calore febrili laxatas, ac debilitatas aqua ſua frigiditate roborat, & quodammodo adſtringendo recreat,& confortat,quo nomine robuſtiora reddita materiam à natura coctam, & ſeparatam extrapellunt,vel per ſudorem,vel per ſeceſſum, vel vomitum, quæ omnia ſunt loca conferentia, vnde corpus ſæpè à febre liberatur. Cùm itaque materia hæc non ſit alia, quàm ſanguis, ſiue aduſtus, ſiue putrefactus ſeruans adhuc ſanguinis naturam, nullum ſanè datur genus medicamenti, quod poſſit ipſum extra corpus ducere, nec opus eſt medicamento, vt dicebat Coſtæus, quare concocta materia in ſynocha febre ab aquæ potu expellitur, vt ſupra ex Galeno dictum eſt. Alia vtilitas, quam aqua epota in febribus biliofis ardentibus affert, ex Auer-
D rhois ſententia eſt, quod extinguit feruorem caloris in humore bilioſo acceuſi, antequam vlteriùs calefaciendo, & adurendo proſequatur, ſimulque, & illam materiam acrem,& tenuem incraſſat,atque refrigerat, qua ratione calore feruido quodammodo extincto æger liberatur, quamuis morbus prorogetur; longè enim melius eſt, vt dicebat Rhaſis, morbum prolongari, quàm ſine potu aquæ relinquere ipſum febrientem certò periturum,vt apparet in hiſtoria illius ſerui cui fuit denegata aquæ potio.

De quantitate huiuſmodi aquæ exhibenda non videtur eadem eſſe Galeni, & Auicennæ ſententia;nam Galenus loco præcitato permittit ægrotanti tantum aquę bibendum eſſe, quantum poteſt vnico hauſtu trahere: Auicennas verò addit tantùm aquæ ad bibendum à Medico febrienti eſſe concedendum, quouſque membra præ frigore tremant, colorque corporis ad colorem viridem tendat,quaſi ſanguis ſit mortificatus. An modò quantitas hæc indeterminata poſſit determinari aliqua menſura, non ita

clarum

Digitized by Google

clarum eſt; nam Galenus lib. 10. methodi medendi capite 15. permittit, vt ægrotantes bibant ad duarum cotylarum menſuram: Auicenn. verò fen. 1. lib. 4. tract. 2. capite 7. heminam vnam, & mediam permittit. Cotyla, & hemina vna, & eadem res eſt; habebatur enim cotyla apud Athenienſes pro menſura quadam liquidorum, vt Galenus author eſt lirbo de compoſitione medicamentorum. Menſura ſemiſextarij, imò verò ipſa cotyla dicebatur Græcis ἡμίξεστον; ſextarius enim pendebat vncias decem, & octo, vnde cotyla apud Athenienſes erat menſura nouem vnciarum, quamuis huiuſmodi menſura apud Romanos acciperetur modò pro decem vncijs, modò pro libra vna, vt habetur ab eodem Gal. lib. de ſanitate tuenda; igitur menſura aquæ determinata à Galeno eſt duarum librarum; ab Auicenna eſt libra vna cum dimidio. E

Verùm, ſi conſideremus conditiones eorum, quibus concedi aqua debet in febribus ardentibus, videbimus eos eſſe tales, vt vnico hauſtu non modò libras duas, ſed etiam quatuor, & ſex trahere poſſint, & longè plus. In iſtis partibus Siciliæ, præſertim Meſſanę, vbi maior pars hominũ delectatur aquæ potione, vidi multoties vnico hauſtu à quibuſdam, & maximè à mulieribus exiccari vas, quod pluſquam libras ſex aquæ F pendebat, idq́ue æſtiuo, & ſanitatis tempore. Nonnulli præterea ægrotantes hauriunt ſibi repetitis vicibus, antequam extinguant ſitim vſque ad libras decem, & duodecim, & nunquam obſeruaui aliquem, qui ex potu aquæ inciderit in tremorẽ, etiam ſi aqua fuerit gelidiſſima: nec audiui ab aliquo, nec vidi corpus mutatũ fuiſſe ad viridem colorem, vt dicebat Auicennas, cùm tamen pleroſque obſeruauerim tantam aquæ copiam ingurgitaſſe, vt hydropem ſibi conciliaſſent, & ſine mutatione corporis ad viridem colorem, niſi poſt longum tempus acquiſita cachexia, & vt ſummatim concludam, puto non poſſe omnibus ægrotantibus menſuram aquæ ad potandum vnico hauſtu determinari, cùm alij plus, alij minus de ipſa trahant.

Quod ad modum offerendi pertinet, Galenus, & Auicennas permittunt, vt æger vnico hauſtu aquam quantum poteſt ſibi hauriat. Sunt modò, & recentiores aliqui, qui ſcribunt ſe permittere ægrotantibus vnicam attractionem aquæ, verùm antequam propinent, interrogant ægros, an bibere velint, & vbi ij dicant potum ſe ſummopere optare, fingunt ipſis nolle concedere: hac arte dicunt magis ægrotantes accendi, G auidiuſq́ue poſtea aquam haurire, qua vbi repleti ſunt, ita vt non amplius ſitiant, ipſos ſtragulis tegunt, vt inde aut per ſudorem, aut per aliam viam, cauſam morbificam expellere poſſint: ſi verò non ſatientur prima potatione eam repetere iubent, bis, & ter quouſque non ſitiant, inde tegumentis corpus tegentes curant, vt ſudor prouocetur, vel aliqua alia euacuatio, quo nomine ægrotantes à febre liberantur. Inter hos authores eſt Benedictus Victorius in ſua empyrica cap. 12. qui Bononiæ medicinam faciebat, vbi aquæ potus ab omnibus abhorretur, raroq́ue contingit febres ardentes excitari, quibus ſanandis ſit opus ad exhibitionem aquæ deuenire, contra quàm eueniat in iſtis partibus, in quibus homines maximè aſſueti ſunt, vel etiam ſanitatis tempore, aquę gelidæ potui, vnde omninò neceſſarium eſt, in ipſis febribus, & potiſſimùm in ardentibus, & tertianis exquiſitis eò magis ęſtiuo tempore, vt concedatur ęgrotantibus aquæ gelidæ potus, aliquando ſanè cum aliqua conſerua, aliquando verò ſine ipſa. Hinc ſtatui poteſt, non vbique eundem modum in aqua propinanda ſeruari debere, aut ſemper vti oportere artificio Benedicti Victorij, ſed ſatis eſſe ſi alicubi concedatur, quoad H ſitis euaneſcat.

Sed hæc concluſio contrariari videtur ijs, quæ ſcribuntur ab Hippocrate lib. 3. acut. 40. vbi tradidit aquam amareſcere, in bilem conuerti, nec ſitim extinguere, vnde meritò dubitare quis poterit, cur Galenus, & Auicennas non ſolùm aquam ad ſitim extinguendam, verùm etiam ad febrem mitigandam, præſertim ardentem, cuius cauſa eſt bilis, propoſuerint. Vidit hanc difficultatem Augenius lib. 2. epiſtola ad Ioannem Baptiſtam Ceſamum ipſamq́ue euertere contendit hac facta reſponſione: aquæ potua duobus modis cõſideratur, vel vti ſenſim bibitur, & in pauca quantitate, vel vt affatim tota, & in magna copia aſſumitur: primo modo vera eſt Hippocratis propoſitio; ſecundo modo falſa. Et quoniam hæc propoſitio duas habet partes, vna, qua aqua in pauca copia, & ſenſim aſſumpta non tollit ſitim: altera quòd in bilem conuertitur, & per conſequens amareſcit, primam partem probat Augenius exemplo deſumpto à

fabris

A fabris ferrarijs, qui in carbonibus ignem accendere volentes aquæ exiguam quantitatem ſuperinijciunt; è contra verò totum ignem extinguere cupientes multam aquam ſuper carbones accenſos proijciunt: ita quoque inquit euenire ſitientibus, quibus ſi porrigatur aqua in pauca copia, & ſenſim tantùm abeſt, vt illis extinguatur ſitis, vt potius augeatur, ſi verò copioſè, & affatim ingeſta fuerit, prorſus depellitur.

Secunda pars propoſitionis, quòd ſcilicet aqua in pauca copia, & ſenſim bibita conuertitur in bilem, probatur ſuppoſito Ariſtotelis fundamento 2. de generatione, & corruptione, quo in loco diſputans Philoſophus de miſcibilibus inquit miſcibilia debere eſſe quodammodo inter ſe æqualia; nam ſi plurimùm copia interſe diſtarent, denominatio fieret à prædominante; vt in exemplo gutta aquæ non poteſt miſceri mille amphoris vini, hoc ſuppoſito ad hunc modum argumentatur Augenius: quemadmodum multa aqua vini exiguam portionem in ſeipſam conuertit, ſic è contra multa vini copia paucam aquæ quantitatem tranſmutabit in vinum, quo ſtante ſtatuamus, inquit vinum eſſe bilem, quia affinitatem cum ea habet maximam, magna igitur quantitas vini non poterit à guttis aquæ mitigari, multò minùs euinci, aut extingui, ſicut neque vinum in exigua quantitate ſuperat magnam quantitatem aquæ. Ex his infert Augenius Hippocratem tale quidpiam dixiſſe, quando ſignificauit bileſcere aquam; ſupponit enim multam copiam bilis in præcordijs adeſſe, cuius cauſa ægrotus plurimùm ſitiat, & aqua in exigua quantitate epota, cùm vincere non poſſit abundantiam bilis, accidit, vt ipſa ſuperetur, & conuertatur in bilem. Hanc doctrinam peritiſſimus Augenius deſumpſit, vt videre eſt, tam ex Gentili, quàm ex Iacobo de Partibus ſupra expoſitionem 7. cap. tract. 2. fen. j. lib. 4.

His tamen non obſtantibus ad ſoluendum hunc nodum puto aliud eſſe loqui de ſiti vera, & naturali; & aliud de ſiti mendoſa, & morboſa: ſi ſermo ſit de ſiti naturali, verum eſt ab aqua ſenſim hauſta, & in pauca copia augeri, præcipuè ſi ſit magna, & vehemens; è contra verò à copioſa aqua affatim ebibita extingui; nam aqua eſt verè ſitis obiectum. Verùm ſi ſermo ſit de ſiti morboſa, & præſertim de illa, cuius meminit hoc loco Hippocrates, quocunque modo aſſumpta fuerit aqua, ſiue paulatim, ſiue C affatim, & in multa copia augetur ſitis. Loquitur hic Hippocrates de morbis acutis thoracis, nempe de pleuritide peripneumonia bilioſorum hominum, in quibus aqua ſenſim bibita non extinguit ſitim, nec affatim, & in multa copia, imò potiùs eam adauget; nam pulmones, cùm inflammati ſint, aquam in ventriculum iniectam calefaciunt, qua calefacta maior inducitur ſitis. Hinc ego dico ſitim mendoſam non poſſe extingui ab aquæ potione quocunque modo fuerit ingeſta, & argumentum illud acceptum à fabris ferrarijs nihil concludere.

Eſt modò ſecunda pars allatę propoſitionis, quòd aqua bibita conuertitur in bilem, quam partem, vt dixi, nititur probare Augenius à miſcibilibus, quæ ſi quantitate improportionata ſint, ita vt vnum in magna ſit copia, aliud in exigua, tunc quod eſt maius quantitate, vincit aliud conuertens illud in ſuam naturam. Sed ſi animaduertimus, liquidò patebit magnam adeſſe difficultatę; uam etiamſi in exemplo propoſito de aqua, & vino ſtemus, experientia oſtendit, quòd quando multa aqua admiſcetur exiguæ vini quantitati, tunc vinum totum corrumpitur, & acquirit naturam aquæ, & ſaporem, D quod idem bili contingere deberet, ſi ab aquæ copia corrumperetur, at Hippocrates dicit aquam bibitam in morbis acutis thoracis non ſimpliciter amaram reddi, neque à bile corrumpi, & in eius naturam conuerti.

At dicet quis pro Augenio verum eſſe, quòd bilis conuertatur in aquam, ſi copioſè, & affatim bibatur, & quòd aqua non amareſcat: at ſi ſenſim, & paulatim aſſumatur, eſſe falſum, quia euincitur à bile copioſiori, & hoc ſenſu eſt vera propoſitio Hippocratis, quòd aqua amareſcit, hoc eſt ſenſim ebibita. Puto equidem dicendum eſſe morbos acutos eſſe in duplici differentia; alios eſſe particulares thoracis, alios eſſe vniuerſales, vt febres ardentes. Si ſermo ſit de acutis morbis thoracis, aqua vtroque modo ebibita ſemper amareſcit, & nunquam extinguit ſitim, at ſi ſecundo modo conſideretur reſpectu tam ſynochæ, quàm ardentis febris, nunquam amareſcit, ſed potiùs ſitim extinguit, & eò magis ſi frigida, & affatim bibatur, quod experientia quotidiana demonſtrat non modò in ſynochis, ſed etiam in febribus bilioſis. Febricitantibus igi-

tur, vbi multùm ſitiant, ſi porrigatur aqua ſine pauca, ſiue multa, ſemper affert oble- B ctamentum, & nunquam obſeruatur eam amareſcere, quare hæc propoſitio Hippocratis intelligenda eſt de morbis tantùm thoracis, nequaquam de febribus acutis, multò minus de ſanis corporibus. Si cupis plura de huiuſmodi materia adeas Mercurialem libro prælectionum Bononienſium.

De vſu Laminæ plumbeæ. Tract. VIII.

Ad Ioſephum Gallettum Medicum, & Chirurgum Præſtantiſſimum.

NOn ſecus atque illi, qui non aliud intendunt, nihil moliuntur, nec animo agitant, quàm vt aliorum mores, exarationes, lucubrationes, carpant, reijciantque; vt plurimùm morum propriorum immemores, maximam ipſimet criminationem incurrunt: ita quoque, qui faſtu quodam ad ſcribendum aliquid impelluntur, putantes ſe cæteris omnibus præſtantiores, nec non ſapientiæ, ac eruditionis laude cla- F riores, manifeſtiſſimè ob aliorum oculos ponunt ſeſe mente captos, & vanæ gloriæ, ac exiſtimationis perſuaſione inflatos eſſe. At qui ſibi elaborandum cenſent, vt eum virum, qui felicitate ſcribendorum librorum, morum, ac vitæ integritate, omniumque ſuffragio ſibi non habet ſecundum, antecellant, haud ſolùm inſani, ſed amentes, & vt ait Plutarchus in Niciam, inſenſati dicendi ſunt, atque ſtupidi. Qui verò è contra amicorum, honeſtique ſtudij cauſa, vel quò aliorum precibus obtemperent, opus aliquod in lucem edere conantur, non ſtultitiæ, nec vanitatis mea opinione arguendi ſunt, ſed potiùs ſummis laudum encomijs ad cælos vſque efferendi, ſi omnem operam, ſtudium atque laborem commodo publico impendant.

Ego verò mi Gallete, qui poſtulationi tuæ ſatiſfacere contendo, ſi non laudem aliquam hoc meo labore conſecutus fuero, ſpero tamen me tibi rem gratam facturum. Sed ne multis ambagibus rem producam, non aliud agam niſi, vt petitione tuæ ſatiſfaciam. Eſt autem quod à me ſcire deſideras, vt tibi ſignificem, qui ſint ſcriptores mentionem facientes de lamina quadam plumbea cribri in modum foraminibus per- G uia, qua ratione ab ijſdem componatur, & in quem vſum medicum, & vtrum ita præparari poſſit, vt contrarijs indicationibus ſatiſfacere valeat. Et iure quidem meritiſſimo id petis; nam cùm Bartholomæi Caſtelli Medici in hac Ciuitate Clariſſimi vlceribus malignis, & corroſiuis in vtroque crure ad genu laborantis curationi præeſſemus ſimul cum multis alijs Medicis, & quidem (vt ſcis) doctiſſimis, cumque à peritiſſimo Franciſco Caſtello ipſius ægrotantis nepote, qui primus curationi præfuerat, facta omnia fuiſſent ritè, & vt artis eſt, in deterius tamen in dies vlcera irent, ægrotante conſilijs Medicorum non exactè obſequẽte, ſed potiùs in victus ratione delinquente, vnde dolore vehementi ita affligebatur interdum, vt neglectis vlceribus dolori incumbendum tunc eſſet; multa præſidia præter ea, quæ à Medicis adminiſtrata fuerant, vt in his caſibus fieri ſolet, ab amicis proponebantur; inter quæ lamina plumbea extitit, qua in ſimilibus affectibus Statuarius quidam iactabat feliciter ſe vſum fuiſſe, & de eius facultatibus, & admirabilibus virtutibus multi quidem multa prædicabant, vt tandem miſer infirmus totam ſuæ ſanitatis futuræ ſpem, in eam repoſuiſſe videretur. Id- H circo accerſitus fuit Statuarius, qui vlceribus inſpectis audacter pollicitus eſt ſe ſua hac admirabili lamina breuiſſimo tempore ea ſanaturum, totque encomia, & pollicitationes funderat, vt in maximam recuperandæ ſanitatis ſpem ægrotantem adduxerit, ad applicationem igitur nobis præſentibus ventum eſt.

Modus applicationis (vt noſti) erat talis: Statuarius laminam cribri in modum perforatam ea magnitudine conſtructam habebat, qua vlcera vtrinque contegere facilè poſſet, itaque duæ erant laminæ, vna in dextero, altera in ſiniſtro cruris vlcere, ſed vtramque hanc laminam, antequã vlceribus adaptaret, aqua quadam clariſſima in interna ſuperficie madefaciebat, deinde vlceribus applicabat, & linteis ſuprapoſitis faſcia linea deligabat, biſque in die ſoluebat. Hocque genere auxilij viſus eſt æger aliquo modo recreari. Hinc tam filij, quàm affines ægrotantis, & ipſemet ægrotus medicamentum tanquam Dei manum commendantes, eiuſque ſingularem virtutem ad aſtra

vſque

A vſque extollentes, Medicorum aliorum omnia auxilia tanquam inutilia non modò neglexerunt, ſed etiam contempſerunt. Verùm quamuis æger viſus ſit per aliquot dies recreari, & vlcera meliùs ſe habere: reuera tamen nihil iuuamenti ab hoc auxilio recepit, vt coactus denuò fuerit ad noſtra auxilia recurrere. Vides itaque miranda Agyrtarum, qui ſine labore, ac ſtudio Medici ſtatim fiunt, quòd ſicuti ſine ratione ægrotis multa pollicentur, ita pollicitationes euaneſcunt, quandoquidem Medicorum doctrina non acquiritur ignem flabellando, aut malleis lapidem frangendo, ſed ratione, ſtudio, longaque experientia, actibuſque, ac medicis operationibus frequentiſſimè repentitis, aſſiduaque librorum lectione confirmatis.

Sed venio ad primum propoſitorum, quod erat de ſcriptoribus tractantibus de hac plumbea lamina. Hic vel ſermo eſt de lamina ſimpliciter plumbea, vel de eadem lamina prout eſt perforata. De prima multi ſcripſerũt; inter antiquos eſt Plinius lib. 34. cap. 18. qui laminæ plumbeæ meminit non modò ad impetus veneros compeſcendos, ſi lumbis applicetur, ſed addit huiuſmodi auxilio Caluum Oratorem viſa venerea in

B quiete, & ſponte naturæ erumpentia, eiuſque morbi ingenia cohibuiſſe, & vires corporis ſtudiorum labore cuſtodiſſe, & quod maius eſt, addit Neronem lamina pectori impoſita, & ſub ea cantica exclamantẽ alendarum vocum demõſtraſſe rationem. Gal. 9. de ſimpl. m. fac. ſcribit laminam plumbeam lumbis applicitam cohibere venereos motus, & ganglijs adhibitã ea reſoluere. Idem Paulus lib. 7. cap. de molibdo, & plumbo ſcribit. Multi etiam alij ſunt, & Græci, & Arabes, qui huius laminæ mentionem faciunt ad impetus venereos cohibendos.

De lamina verò argento viuo illita, & perforata pauciſſimi ſunt authores, qui mentionem faciant; & inter eos eſt illi tam celebris, ac doctus Chirurgus, Guido à Gauliaco in ſuo pulcherrimo opere Chirurgico tract. 4. doc. 1. de vuln. memb. cap. 2. qui in curatione vlceris corroſiui, & virulenti laminam plumbeam his verbis proponit; *Ego autem talibus vlceribus conſueui poſt lotionem abſque aliquo, ponere laminam plumbi tenuem, in qua virtus argenti viui cum aqua plantaginis ſit infixa, & ligare ligatura exprimente, quod non eſt fas loqui propter idiotas.* Ioannes Tagaultius quoque lib. 3. inſtit. Chirug. cap. 15. lami-

C næ huius mentionem facit, ſed ex mente Guidonis iam dicti, addẽs ipſam laminam eſſe perforatam; verba ipſius ſunt, *Guido à Gauliaco, in talibus vlceribus ſolebat poſt lotionem abſque aliquo, hoc eſt, nullo alio adhibito auxilio, ponere laminam plumbi tenuem, perforatam, in qua virtus argenti viui cum aqua plantaginis erat infixa, & ligare ligatura exprimente, quod non eſt, inquit, fas loqui propter idiotas:* Tagaultius, vt vides, non loquitur niſi ex Guidonis mente, nec dicit ſe hac lamina vſum fuiſſe.

Ambroſius Paræus totius Chirurgiæ ornamentũ eiuſdem laminę meminit, & varios vſus affert; nam lib. 12. cap. 4. loquens de cicatrice in vlceribus inducenda, poſtremis verbis inter alia epulotica numerat laminam plumbeam hydrargiro illitam his verbis. *Plumbi etiam lamina hydrargiro illita, cuius aliquando in hanc rem vires efficaciores, & certiores, quàm cuiuſuis remedij genus experiuntur Chirurgi*, & lib. eodem cap. 7. vbi loquitur de curatione vlceris cum hyperſarcoſi, hoc eſt cum carnis excreſcẽtia, plura remedia cùm in medium tuliſſet ad carnem ſuperfluam demendam, inquit, *poſtquam vſi fuerimus eiuſmodi remedijs, imponitur vlceri lamina plumbea hydrargiro illita; huic enim explanandi vlceris, & labiorum deprimendorum magna vis eſt, ſi nihil profeceris ad cauſtica de-*

D *ueniendum eſt, &c.* Idem author lib. 6. de tumoribus contra naturam in genere, cap. xx. vbi loquitur de gangliorum, & lupinorũ curatione, hæc de lamina plumbea ad verbum ſcribit. *Hinc ipſi lamellam plumbeã hydrargiro illitam fortiter apprimes, & alligabis; huic enim mirificã reſoluendi, & abſumendi humoris ſubiecti vim ineſſe multoties ſum expertus.*

Iſti ſunt authores laminę plumbeæ cum argento viuo, & aqua plantaginis mentionẽ faciẽtes, quos hactenus videre potui, à quibus ſanè vix elicere poſſum, in quẽ vſum hæc lamina facta ſit, ideſt (quod ſecũdo loco inquirebatur) à quibus indicetur; Guido enim ea vtitur ad maligna corroſiua, & virulenta vlcera curãda, quibus refrigerãtibus, hoc eſt atẽperantibus, vt ille loquitur, & ſiccis medicamẽtis ſatisfaciendũ eſt, nec non ſtipticã facultatẽ habentibus, vnde aquã aluminis ad ea abluẽda proponit, quæ abluit, repercutit, & exiccat, ad quas intẽtiones ſuã laminã plumbeã proponit. Ioãnes Tagaultius huic laminę à Guidone inuẽtę foramina tãtùm addit, in cęteris cõuenit cum eodẽ Guidone.

Quare horum authorum teſtimonio lamina reprimendi, exiccandi, & abſtergendi B
facultatem habet. Modus eorum in adminiſtrando eſt, vt poſt lotionem vlceribus factam applicetur.

Paræus verò videtur attribuere illi varias facultates; nam in primò caſu ſupraposito, eandem laminam inter epulotica ennmerat, quæ frigidæ, & ſiccæ ſunt complexionis, vt ſupra de ſimpl. med. fac. lib. 5. cap. 15. à Galeno docemur; & moderatè adſtringunt; nam cùm inducere cicatricem nihil aliud ſit, quàm carnem ita alterare, & exiccare, vt ad cutis naturam perueniat, id fieri minimè poteſt, niſi medicamentis, quæ poſſint eam contrahere, conſtipare, conſtringere, necnon exiccare, & calli inſtar indurare; cutis autem eſt veluti caro in callum redacta, igitur neceſſarium eſt, vt medicamenta, quæ cicatricem inducunt, ſint ſicca, & moderatè adſtringentia: ſi itaque lamina hæc inducit cicatricem, vt ſiccitate, & adſtrictione id faciat, oportet: quare hæc lamina erit frigidæ, ſiccæ, & adſtringentis naturæ, quod etiam ex Guidonis ſententia colligere poſſumus. Sed ex ſecundo caſu à Paræo propoſito eamdem concluſionem deducere minimè valemus; nam vult hanc laminam valere ad carnem ſuperfluam F
tollendam, at quæ tollunt carnem, vel id faciunt per ſe primò, aut per accidens: ſi primo modo, tunc ipſam carnem corrodunt, atque colliquant, at talia ſunt calida, & ſicca in fine tertij gradus, & vſque ad quartum; quare ſi lamina per ſe primò carnem tollit, neceſſariò ſequitur, quod ſit calida, & ſicca vſque ad quartum gradum. Verùm ſi ſecundo modo dicatur carnem ſuperfluam tollere, videlicet, labia vlceris comprimendo, dico, quòd hæc lamina plumbea, ſine hydrargiro id efficere poteſt, atque labia vlceris complanare, quare nec opus eſt eam hydrargiro illinere, nec perforare, id quod omnibus notiſſimum eſſe poteſt.

Ex tertio caſu à Paræo propoſito colligimus, laminam hanc curare ganglion reſoluendo, & abſumendo humorem, contentum in tumore duro iam dicto, quare eſſet connumeranda inter ea medicamenta, quæ à Gal. 5. de ſim. med. fac. cap. 7. malactica, ſeu emollientia dicuntur; quæ calida quidem, & ſicca natura ſunt, ſed moderatè, de quibus dicebat ea ſola poſſe duros tumores curare, quòd moderatè calefaciant, atque ſiccent: & conſtituens differentiam inter ipſa, & pus mouentia, tradidit emollientia G
eſſe calidiora, & ſicciora pus mouentibus, ſi quidem pus mouētia calorem ſimillimum noſtri corporis habent: emollientia verò maiorem, non tamen tantùm, vt attrahere poſſint. Secundò pus mouentia humorem ſeruant in parte affecta; è contra emollientia paululum quidem eius abſumunt. Iam verò cùm inter emollientia à Paræo reponatur lamina iam dicta, neceſſe eſt, vt ſit calida, & ſicca moderatè.

Vides igitur Paræum conuenire in compoſitione ipſius laminæ cum alijs duobus; nam fatetur ipſam conſtare ex plumbo, hydrargiro, & aqua plantaginis, hac ratione inter ſe compoſitis, vt primò fiat lamina tenuis ex plumbo, multiſque foraminibus perforetur, & tandem argento viuo illita ſit, & quamuis lamina Guidonis non ſit perforata, hoc eſt Guido de illa perforatione nullam habeat mentionem, Tagaultius tamen poſt Guidonem, primus hanc laminam cōſiderauit, eandemque pluribus foraminibus peruiam eſſe ſcripſit. Paræus verò Tagaultij diſcipulus, & qui Medicinam Pariſiorum Lutetiæ fecit, Regiuſque Chirurgus fuit (qua in vrbe ante ipſum Tagaultius artem medicam exercuerat) eamdem laminam perforatam accepit, & vt apparet in H
vſum poſuit. Conuenit etiam & in adminiſtrandi modo, cum ſupra allatis duobus authoribus, quamuis in facultatibus ipſius colligendis varius ſit; nam ab vlceribus prauis, quæ intemperiem calidam, & ſordidam adiunctam habent, indicatur, vt ſupra dictum eſt, ex mente Guidonis, & Tagaultij: ſecundùm Paræum verò & ab his vlceribus, nec non & ab his, quæ carnem excreſcentem habent, & à ganglijs indicari videtur, quæ ſunt indicationes inter ſe pugnantes.

Quare ex ſententia Guidonis, & Tagaultij lamina tantùm facultatem exiccandi, abſtergendi, & reprimendi habet; at ex opinione Paræi præter hæc, etiam carnem ſuperfluam tollit, & ganglia, nempè tumores duros emollit: quamuis ex his videre nequeo, quomodo lamina hæc poſſit contrarijs indicationibus ſatisfacere, quod paulo inferiùs examinabo; opus eſt enim primùm, vt videam an diuinare poſſimus, ex quibus conſtructa ſit Statuarij hæc pretioſiſſima lamina, cuius compoſitionem nemini pa-

tefacere

Digitized by Google

A tt facere voluit; oportet itaque videre, an poſſimus coniecturis quibuſdam cognitio-
nem habere, & primò quidem à modo, quo in hac applicanda vtitur, qui eſt talis.

Eam abſque alio auxilio nudam vlceribus applicat, faſciaque exprimente de-
ligat, ea ratione, qua docet Guido ſuam applicandam eſſe laminam; ſed ante ipſius ap-
plicationem internam ſuperficiem, quæ vlcera tangere debet, aqua clara, quam ſe-
cum fert in ampulla vitrea, anguſtioris orificij, primò inungit, quam aquam nihil aliud
eſſe puto, quàm argentum viuum, aqua plantaginis mixtum. Succedit quod ipſa lami-
na, & tangentibus, ac videntibus plumbea apparet, ſed tenuiſſima, pluribus foramini-
bus cribri in modum perforata: quibus adducor, vt credam eandem eſſe, & ex eadem
materia conſtare, qua conſtabat lamina Guidonis propoſita. Addo quòd Statuarius
idem confitetur ſe hanc laminam habuiſſe à Regio quondam Chirurgo Ambroſij Pa-
ræi diſcipulo, & quamuis ipſe dicat omnino diuerſam eſſe ab illa, aſſerit tamen
eam factam eſſe ex mixtione plumbi, & hydrargiri, quibus admixta ſint alia metalla,
additque arcanum quoddam eſſe nemini hactenus cognitum, veritatem ſuis quibuſ-
B dam mendacijs diſſimulans; modò enim vnam, modò aliam rem eſſe ſuſurrans.

Cùm paucis abhinc diebus, Archimandritam Meſſanẽſem Felicem Nouellum her-
pete exedẽte recente in crure ſiniſtro patientem pręmanibus curandum haberemus,
optabamus ſimul cum Illuſtriſſimo Archimandrita laminam hanc experiri: & cùm Sta-
tuarius mihi de facie eſſet ignotus, amicum quendam ad ipſum miſimus, qui explora-
ret, an vellet nobis huius laminæ copiam facere, quod libenter promiſit, ſed cùm di-
ceret hanc laminam multo diſpendio, & vehementi igne componendã, ideo eſſe opus
carbonibus, quibus ſe carere dicebat, propterea multa copia carbonum fuit ei miſſa,
& poſt aliquot dies attulit laminam plumbeam latitudinis totius volæ vnius manus,
tenuem, & pluribus foraminibus peruiam: ad quam componendam dicebat non ſa-
tisfuiſſe carbonęs, (quamuis eſſent in ſatis notabili copia.) Non poſſum (inquit) di-
cere quanto diſpendio carbonum argenti viui copiam in paruam molem redigo, ſtri-
ctam, & ferri in modum induratam, quam poſtea, alijs metallis maximo, & inaudito
labore admiſceo, hancque exiguam lamellam, quam tibi offero, conficio multis alijs
C metallis admixtam. Sic enim veritatem, vt ſupra dicebam, & mendacijs, & impoſturis
tegere conabatur; hac via fortaſſe non modò mentitur, ſed pecunias ab hominibus ex-
torquere velle videtur, (quod tamen non credo.) Sed quod non ſine riſu, aut potius
abſque nauſea videri, aut audiri poteſt, eſt quod antequam laminam ſuam hanc fabre-
faciat, fingit ſe velle primùm cognoſcere totius corporis habitum, & complexionem,
ſimulque, & vlcera perpendere illius, quem ſua lamina curandum ſuſcipit, vt ſe oſten-
dat, & intelligentem, & rectè ea cognoſcentem, quæ homines docti vix, & cum diffi-
cultate, & longo ſtudio aſſequi poſſunt; hac enim diligentia vtitur, vt videatur, & ſcire,
& cognoſcere, quæ à Medicis doctioribus conſiderari debent, quamuis nullum ha-
beat Medicinæ terminum.

Sed reuertor ad ſuam laminam, quam, vt verum fatear, non puto ex materijs præ-
dictis conſtare, quandoquidem hydrargirum poſſe igne alijs metallis admiſcere im-
poſſibile iudico: quare etiam concludo laminam hanc ſuam nullam aliam eſſe poſſe,
quàm eam à prædictis authoribus in medium allatã, quam dicunt ex plumbo quidem
D conſtare, ſed quæ illiniri debeat in interna ſua ſuperficie, argento viuo aquæ plantagi-
nis admixto. Et iſti ſunt authores, quos legere hactenus, & videre potui prædictæ la-
minæ mentionem facientes, cuius facultates mihi nunc examinandæ ſeſe offerunt.

Dictum eſt ex plumbo laminam hanc factam eſſe, hydrargiro, & aqua plantaginis
illitam, vnde videtur procul dubio ex plumbo ita fabrefacta, vt poſſit baſis ipſius appel-
lari plumbum; quod, vt ex Plinio lib. 34. cap. 16. habetur, ab antiquis fuit in duo ge-
nera diuiſum, nempe in nigrum, & album. Plumbum nigrum illud eſt, quod apud nos
in vſu eſt, in cuius contactum nigredine manus afficiuntur, & propriè plumbum appel-
latur. Album verò eſt illud, quod ſtamnum vocant, de primo agendum eſt, quia ex hoc
lamina noſtra conſtat (nihil de albo dicendum, cùm ad inſtitutum noſtrum minimè
faciat) de cuius quidem facultatibus in Galeni doctrina, non eſt tam facilis determi-
natio, quandoquidem apertè ſatis colligitur euidentiſſima contradictio; nam lib. 9. de
ſim. med. fac. ſcriptum reliquit, illud conſtare ex aqua natura à frigore concreta, con-

gelata-

Digitized by Google

gelataque,necnon & aërea, & pauciſſima terrea. Quòd verò aqueæ ſit ſubſtantiæ à fri- B
gore coactæ, eſt, quia celeriter ab igne funditur, ac fluit. Ariſtoteles enim 4. meteor.
ſcriptum reliquit, quòd quæ congelantur à frigido, à calido liquantur.

Quòd verò particeps ſit aëreæ ſubſtantiæ à Galeno probatur ex eo, quòd ſi recon-
datur in ædibus ſubterraneis, in quibus aër ſit craſſior, & turbidus, augetur mole, &
pondere,quod confirmat experientia;nam vbi pedes ſtatuarum ex lapide conſtantium
fibulis, aut vinculis plumbeis annectuntur, ſæpenumero obſeruatum eſt,aliqua ex vin-
culis non modò increuiſſe, & aliqua intumuiſſe, ſed ex lapidibus verrucas quaſdam
plumbeas cryſtalli in modum dependiſſe, quæ notæ ſunt frigiditatis, & humiditatis.
Deinde addit Galenus ab effectu plumbum ex aqua coacta à frigore conſtare, quia re-
frigerat, & humectat; nam ſi quis accipiat mortarium, & piſtillum ex plumbo,& intus
ponat ſuccum aliquem, deinde contundat per aliquod tempus, tunc ſuccus ille agita-
tus maiorem facultatem refrigerandi acquirit. Deinde addit, ex plumbo efficiatur
lamina, renibuſque applicetur, percipietur actus venereos compeſci: ergo ab effectu
clarum erit plumbum refrigerare, & humectare, & hæc ſunt,quæ adducit Gal.indicia F
certiſſima ab effectu, quòd plumbum refrigeret, & humectet.

Ex altera verò parte idem Gal. contrarium ſentire videtur eodem 9. de ſim. med.
fac.cap.de metallis vbi dicit;omnia metalla habere quid ignis,non ſecus atque lapides,
cùm à prædominio ex terra conſtent, quapropter metalla abluenda eſſe præcipit, vt
tollatur ipſorum acrimonia. Cùm igitur plumbum ſit metallum, habebit ſuam ignis
partem, qua calidum ſit. Cæterùm idem Gal. dicebat metalla omnia eſſe ſicca, ergo
plumbum erit calidum, & ſiccum, non frigidum, & humidum. Succedit, quòd idem
Gal. lib. 7. de comp. per loca (vbi agit de dyſentericis) dicebat, ſi quis vtatur aqua
fluente per fiſtulas plumbeas, facilè patitur dyſenteriam, ſed dyſenteria eſt vlcus in in-
teſtinis factum ab humore acri, & calido, aqua igitur faciens vlcera erit calida, quia
tranſit per plumbeos canales, qui calidi ſunt. Addo, quòd idem Gal. 9. de ſim. med.
dicebat laminam plumbeam ganglio applicatam illud reſoluere: dicebat etiam plum-
bum gangrænoſis, & putredinoſis vlceribus omnibus conuenire, conferreque ad car-
nis generationem, & tandem ad cicatricem inducendam, at ſupra iam oſtendimus ea G
medicamenta, quæ vlceribus putredinoſis conueniunt eſſe abſtergentia, atque ſarco-
tica, hoc eſt carnem generantia, quæ ſunt calida,& ſicca natura, quare plumbum erit
calidum,& ſiccum. De epuloticis iam dictum frigidæ, & adſtringentis facultatis eſſe.

Vides igitur loca Gal.eſſe repugnantia ab inuicem circa facultates plumbi: quamuis
Falloppius lib. de metal.& foſſ. cap. 22. & Mercurialis epiſt. 9. ad Petrum Monauium
non admittunt probationem illam, qua Gal. putat demonſtraſſe plumbum eſſe aëreæ
naturæ, quia augetur pondere, & mole: vterque horum negat poſſe augeri pondere
& mole. In primis enim Mercurialis, omnia metalla ex vaporibus, tum aqueis, tum
terreis, vi caloris, & frigoris, ex Peripateticorum omnium ſententia, & expe-
rientia conſtare dicit, vt ſubeat admirari Galenum quomodo in natura plumbi deter-
minanda, tam turpiter lapſus ſit, idcirco addit aurum, plumbum, hydrargirum eſſe
corpora grauiſſima, quòd conſtent ex aqua,& terra optimè coactis,congelatis,& mix-
tis: quòd verò hydrargiro motus perennis, & eximia tenuitas inſit, non ob aliud eſſe,
ait, quàm ob aërem, qui non multus ob egregiam mixtionem aquæ congelatæ inclu- H
ſus exitum quærens totum corpus ciet, donec vel igne, vel quapiam alia cauſa exter-
na, diſſoluto illo corpore aqueo, & terreo abeat, ſimulque & terram, & aquam diſſo-
lutam abire faciat: quare ſubiungit. *Hæc ignoraſſe grauiſſimum ſcriptorem Galenum val-
de miror, aut ſaltem diſſimulaſſe cum ſcripſit eſſe in plumbo multam ſubſtantiam humidam
congelatam, aëream, & paucam terream: ſed multò magis eius ſimplicitatem admiror, qui
dixit, cauernoſum eſſe plumbum, ac propterea pondus eius, vt ſtatuarum vincula probant
diuturnitate, quod aëreum ſit augeri.*

Primò id fieri minimè poſſe probat Mercurialis experientia deſumpta ab illis te-
gulis plumbeis culmina templorum cooperientibus, quæ nunquam augentur: quare
plumbum ab aëre, & vetuſtate minimè augetur, vt Galenus dicit. Deinde per fiducia-
riam reprobationem, concedendo quod augeatur, non tamen id illi contingit ratione
aëreæ ſubſtantiæ, ſed quia ſuperficie ipſius corrupta, terra, & aqua diſſolutis virarum
pondus

Digitized by Google

A pondus magis, atque magis ſe ſe exerit. Corrumpi autem vitio aëris, & temporis plumbi ſuperficiem ex eo facilè conuincitur, quòd ſi vetuſtum, & vſu conſumptum eliquetur, multò maior recrementorum, quàm ſolidæ ſubſtantiæ plumbi copia extabit. Confirmat etiam hanc ſuam opinionem teſtimonio Agricolæ dicentis, tegulas has plumbeas auctas videri, quoniam ipſarum pondus augetur. Quòd autem creſcat, non ob aliud eſt, niſi quia corrupta ab ambiẽte modò calido, modò frigido ſuperficie, partes aquæ, & ſubtiliores in cinerem conuertuntur, vnde vis illa & terreſtris, & ponderoſa plumbi, quæ priùs ab aqueis partibus veluti ſubleuata quodammodo occultabatur, magis ſeſe exerit, ſicque pondus augeri videtur. Nam idem plumbum ſi comburatur, decima, atque etiã maiori parte, quàm antea ponderis habere cõſpicitur, non ob aliud quàm quòd partes aqueæ in cinerem, & terram conuerſæ pondus addunt, ſicuti aqueæ veluti eleuantes corpus plumbi lenius reddebant. Hęc ſunt, quibus Mercurialis probat plumbum non eſſe aëreæ naturæ, ſed ex aqua & terra conſtare.

Fallopius verò infringit illud argumentum Gal. quo probat eſſe aqueæ naturæ, quia B ab igne citò liqueſcit; idque argumento ab experientia deſumpto, inquit, quia piſſaſphaltus etiam liquatur citiùs plumbo, & tamen non eſt aqueæ naturę. Opus erat Galeno in primis probare non eſſe in plumbo mixtionem metallicam, nempe quod in plumbo non eſſet terra optimè mixta cum aqua, nã tunc valeret ratio, funditur ab igne ergo eſt aqueæ naturæ: ſed cùm adſit mixtio perfecta aquæ cum terra, hinc ad aquæ liquationem, liquatur & terra, quæ eſt copioſior ipſa aqua. Quòd verò terra dominetur in plumbo, patet ex plumbo vſto, quia quantitas augetur quo ad pondus; nam ſi adurantur centum libræ plumbi, & poſtea ponderentur, erunt libræ centum, & decem, & etiam quindecim, quod fieri non poſſet, ſi aqua dominaretur.

Ad Galenum dicentem plumbum augeri ad aërem craſſum, ſimulque & ad illas verrucas reſpondet; quòd ſi vera hæc eſſent, ſequeretur tempore æſtiuo, & aëre calido ipſum plumbum, & verrucas liqueſcere, quod nullus obſeruauit. Quòd autem auctio quædam appareat, non eſt, quia ſit plumbum auctum in mole, ſed quia ex pluuia, & alijs deraſus eſt lapis, & ſic ad lapidis diminutionem verrucæ, aut fibulæ adauctæ vi-C dentur. Nec vnquam animaduerſum eſt tegulas plumbeas adauctas mole fuiſſe ſecundùm ſuas dimenſiones: ſed quòd augetur earum pondus, verum eſt etiam ex Agricolæ teſtimonio, quia ab ambiente modò calido, modò frigido corrumpitur ſuperficies ipſarum, & quaſi exanimatur, vnde ſi adurantur, non erunt niſi duę partes harum plumbeæ, reliquum abibit in excrementum; nam partes in cinerem conuertuntur, & qualitas illa terrea magis eſt in ſuo eſſe, quàm antea, hinc eſt, quòd plus ponderis habent.

Quare, vt vides, hi duo grauiſſimi authores non admittunt Gal. ſententiam de plumbi natura aquea, & aërea, à prædominio, ſed volunt ex aqua, & terra pulchrè mixtis fieri plumbum, in quo magis terra dominatur; vnde cum illis concludendum videtur plumbum conuenire cum alijs metallis, quòd ſit frigidæ, & ſiccæ complexionis. Sed quiſpiam cum Auerrh. 5. coll. poſſet hanc de plumbo conſiderationem facere; nimirum duobus modis poſſe accipi primo in ſe, deinde ad corpus noſtrum relatum: primo modo in ſe vult eſſe frigidæ, & humidæ complexionis, ſecundo modo calefacere, & exiccare, quia diſſoluit, & diſſipat tumores duros.

D Sed huiuſmodi Auerrh. determinatio non probatur mihi, primò quia vnus effectus non poteſt prouenire niſi ab vna cauſa vniuoca, ex Gal. 3. de temp. quare ſi plumbum eſt in potentia frigidum, & humidum, non poterit ad corpus relatum niſi ſuum effectum producere, & ſibi ſimile; vnde nec poterit ad corpus relatum exiccare, & calefacere, ſi ſupponatur frigidum, & humidum; dicebat enim Gal. loco præcit. quòd ea, quæ poteſtate talia ſunt, dici tribus modis: primo modo maximè propriè, & per ſe; nam calida caliditatem, frigida frigiditatem, & ſic de paſſiuis per ſe primò non impedita ſuum producere effectum. Secundo modo reſpectu materiæ, vt fumoſa eſt, quæ exhalando dicuntur calida reſpectu exhalationis, aut halitus, poteſtate calidi. Tertio modo poteſtate talia dicuntur per accidens, vt aqua frigida, in qua corpus iuuenile, & calidum ſit poſitum calefacere dicitur, quia ab ipſius actuali friditate calor intus concentratur antiperiſtaſim faciens. Plumbum igitur nullo horum modorum calefacere poteſt, neque exiccare, quare nec ad corpus relatum dici poteſt calefacere aut exic-

care:

care: his non admittitur Auerr. reſponſio; ſed cum Galeno dicendum plumbum crudum per ſe corpori applicatum refrigerare,& humectare. B

Sed dices tu quomodo lamina plumbi tenuis ganglio appoſita ipſum diſſoluit, ac diſſipat. Reſpondet Fallop. lib. de metall. & foſſ. cap. 22. id non euenire ratione ſiccitatis,vt exiſtimauit Auerr. quia materia huius tumoris eſt ſicca, cui ſi apponeretur medicamentum ſiccum,magis exiccaretur, & induraretur tumor, & eſſet maximus in methodo medendi error:verùm ipſe addit duplicem eſſe gangliorum curationem,vna eſt quando emollimus tumorem primò digitis, deinde vbi emollitus fuerit, fricamus ipſum digitis,& ſic ſanatur, alter modus eſt,quoniam ſuperponimus tumori plumbum, quod emollit,& ſic tumor diſſipatur,tradita hac diuiſione ſtatim infert,igitur plumbum diſſipat ganglia humectando,non exiccando, vt putauit Auerrhoes.

Sed Falloppius videtur petere principium, ſuum erat probare plumbum diſſipare, ac emollire ganglia, ſua humiditate, cùm potiſſimùm hæc poſitio videatur aduerſari ijs, quæ de plumbi natura ſuperiùs determinauit, deinde ganglia reponi inter tumores duros,quæ autem indurata ſunt, non vnicam habent curationem,ſed pro cauſarum diuerſitate, docente in Gal. 5. de ſim. med. fac. cap. 5. quandoquidem aliquid durum efficitur quatuor modis, eodem Galeno: primò, quia ſicceſcit, ſecundò quia congelatur,aut concreſcit,tertiò quia repletur,aut aliqua combinatione ex his afficitur,nempę ſimul repletur, & ſicceſcit, vel congelatur, vbi repletum eſt, aut congelatur, & exiccatur. Sic quod exiccatum eſt, hoc eſt induratum à ſiccitate, humectandum eſt, quod verò à congelatione calefaciendum, quod à repletione inaniendum, quod verò à ſiccitate, & à concretione humectandum,ſimul & calefaciendum:quod denique à congelatione, atque impletione, pariter quoque calefaciendum, & euacuandum eſt. F

Modò videamus,à qua cauſa materia,quę ganglion facit,indurata ſit,vt inde inferre valeamus, à qua medicamẽtorum facultate reſolui poſſit. Falloppius lib. de tum. præter naturam cap. 21. dicebat eſſe materiam ſimilem materiæ neruorum, nempe pituitam à frigiditate concretam. Eiuſdem opinionis fuit Paræus lib. cit. de tum. præternaturam, eodem cap. vbi addit materiam hanc facientem ganglia, eſſe ſimilem materiæ contentæ in ſteatomate, meliceride & atheromate: at talis materia duplici nomine facit tumorem hunc durum, nempe, repletionis, & congelationis, ſeu concretionis cauſa; nam huius tumoris durities ſit ex hac combinatione. G

Quæ res cùm ita ſe habeat,nec ſiccitate tolli poteſt,vt voluiſſe videtur Auerr. quamuis ipſe à Falloppio iniuria reprehendatur, quod non dixerit à ſola ſiccitate, vt ei imponit Falloppius,ſed à caliditate,& ſiccitate ipſius plumbi, ganglion diſſipari,& diſſolui,hinc eſt,quòd infert ab hac gangliorum curatione, plumbum eſſe calidæ, & ſiccæ facultatis. Nec minus ab humiditate ipſius plumbi poſſunt humores hi emolliri,ex iam ſuppoſitis, & à Galeno dictis, cùm materia hæc à concretione ſit indurata. Relinquitur igitur, vt calefacientibus, & euacuantibus curentur ganglia; vnde dicendum erit plumbum calefacere, quod eſt contra iam dicta, & ipſum Galeum.

Verùm enim verò,quæ euacuandi facultatem habent,eodem Galeno authore, ſunt in triplici differentia, alia ſunt refrigerantia,alia excalefacientia, alia verò exiccantia: hæc omnia euacuant quidem ſed alia, atque alia ratione. Nam refrigerantia duobus modis euacuant, repellendo, atque calorem exprimendo faciunt multam euacuare humiditatem, vt 4. meteor. dicebat Ariſt. Quæ verò excalefaciunt, contentum in caleſcentibus corporibus humorem in vapores diſſoluunt: at quæ deſiccant, vt vocata diaphoretica, duplici & ipſa ratione diſſoluunt, aut humores ebibendo, cum in poris quibuſdam inſunt, aut totam alterando partem. H

Qua ſtante determinatione dicere poſſumus plumbum ipſum poſſe ganglia diſſoluere, ſi ea ipſa diuiſerimus in fieri, & in facto eſſe. Priora lamina plumbi appoſita facilè curare poteſt ſua frigiditate humorem nondum in parte concretum repellendo, aut vbi concretum ſit ſed adhuc tenue, & in pauca copia calorem partis exprimendo, cum quo materiam euaporare neceſſe eſt. At ſi ganglia inueterata fuerint,& confirmata tunc calefacientibus, & exiccantibus eſt opus, non lamina plumbea. Concludo igitur plumbi laminam prioribus applicitam poſſe ea curare, nequaquam confirmata. Idem Fallopius laminam plumbi ſynceri tenuem applicat his tumoribus recentibus,&

non

A nondum factis lib. de tum. cap. cit. quod idem facit Gal. 9. ſimpl. medic. cap. citat.
Lamina igitur plumbea ganglia in fieri, hoc eſt in principio curare poteſt, idque fa-
cit tum frigiditate ſua repellendo, nec non ſua grauitate comprimendo, ac complanan-
do, calidum exprimendo, vt dictum eſt; nam ipſius ſubſtantia mollis eſt, & quæ facilè
partibus ſine dolore adaptari poteſt, eoque faciliùs, quò magis attenuata fuerit, quem-
admodum ſunt laminæ ex ipſo conſtantes artefactæ. E contra verò vbi tumores inue-
terati ſunt, nihil prorſus proficere poteſt. Vnde irridendi illi Medici ſunt, qui tumori-
bus ſtrumoſis, ac inueteratis applicant laminam plumbeam.

Concludentes igitur dicimus plumbum naturale eſſe frigidæ, & humidæ naturæ, ſed
facultate magis eſſe frigidum, quàm humidum, cùm partes aqueæ concretæ ſint, ita vt
ex illa compoſitione fiat corpus ſiccum actu, proprio termino concluſum. Vbi liqua-
tum eſt, terminatur alieno termino, inde humidum actu. At dum eo vtimur in lami-
nam redacto, tunc concretum eſt, & frigiditatem ſuam actu exercere poteſt, non au-
tem humiditatem, quia frigiditas eſt maioris actiuitatis, humiditas verò non poteſt
B humectare tam facilè, cùm ſit qualitas paſſiua; partes enim aëreæ, & aqueæ ſunt con-
cretæ, & congelatæ. Succedit, quòd omnia medicamenta in noſtrum corpus agentia,
vt plurimùm agunt ratione prædominij elementorum: vbi verò plumbum concretum
eſt, tunc humidum ſicco terminatur, & aquea ipſius pars cum aërea concentrata eſt à
partibus terreſtrioribus, ſed longè maior copia aquæ in ipſo reperitur, quàm terræ,
operaturque refrigerando, & humectando. Sit igitur determinatum plumbum eſſe fri-
gidum, & humidum, & vt dicebat Auic. 2. can. tr. 2. cap. 12. frigidum, & humidum
in ſecundo gradu, magis refrigerãs, quàm humectãs, vbi corporis partibus adhibeatur.

Quod ſpectat ad alias Gal. authoritates, & primo ad eundem locum 9. de ſimpl. med.
fac. vbi Gal. dicit facere ad curationem vlcerum prauorum, & chironiorum, reſpon-
deo Galenum ibi loqui de plumbo aduſto, non autem de naturali, tale autem plum-
bum calidum, & ſiccum eſt facultate pollens abſtergendi; nam 9. de ſimpl. med. fac.
cap. 1. ait, quæ aduruntur, ſunt in duplici differentia, antequam crementur; nam alia
acria ſunt, alia acredine carent. Acria multum caloris amittunt vſta, at quæ eiuſmodi
C non ſunt aſſumunt, omniumque combuſtorum nullum planè eſt frigidum; nam relin-
quitur in illis ἐμπύρευμα, hoc eſt ignitio quædam, vt vocat Ariſt. Cùm autem plumbum
ab aduſtione acquirat caliditatem, ſimulque & partes aqueæ, ac aëreæ diſſipentur, re-
manent aduſtæ terreæ, quæ abſtergendi facultatem habent. Huiuſmodi igitur plum-
bũ eſt, quod ad vlcera maligna, ſeu chironia facit, & à Gal. hac ratione cõmendatur.

At vbi probat ipſum tanquam ſarcoticum, & epuloticum medicamẽtum, dico intel-
ligere Galenum de plumbo aduſto quidem, quod tamen ſit ſecundùm magis, & minùs
ablutum; nam cùm illud ſit calidum, & ſiccum (vt dictum eſt) ratione aduſtionis, ad
carnis generationem non facit propter nimiam caliditatem, ideo abluitur aqua, vt de-
ponat maiorem partem illius empireumatis, qua depoſita redditur idoneum ad car-
nem generandam; non quòd medicamenta generent carnem, ſed dicuntur talia, quòd
tollant impedimenta, quæ naſcuntur ex duplici excremento, in omnibus vlceribus ge-
nito, quorum vnum craſſum eſt, & ſordes appellatur, aliud tenue, & dicitur ichor.
Sordes indicat abſtergens, quod ſit per caliditatem, ichor verò exiccans, quod per
D ſiccitatem habetur; merito igitur ſarcoticum medicamentum dicitur calidum, & ſic-
cum, ſed temperatè, quale plumbum crematum ex ablutione redditur.

Idem plumbum aduſtum fieri poteſt epuloticum, vbi lotum probè fuerit, ita vt to-
tum empirenma ablutione ablatum ſit, quamuis epulotica ſint in duplici differentia
eodem docente Galeno, quædam ſunt frigidæ, adſtringentis, & exiccantis facultatis, &
propriè epulotica ſunt, vt plumbum elotum, quod etiam duobus modis fieri poteſt,
vel per ſe, aut cum alijs epuloticis iunctum. Alia verò ſunt impropriè epulotica, vt ſunt
corroſiua, quibus corroditur caro in vlcere enata, qua conſumpta ad cicatricem du-
cuntur. At ſi quis perſeuerat his vti, tantum abeſt, vt inducant cicatricem, vt potiùs
partem exulcerent, vt eſt flos æris, & etiam plumbum aduſtum. Vbi igitur Galenus
ponit plumbum ſub epuloticis loquitur de eodem plumbo, ſed benè abluto, & inter
epulotica propriè dicta ipſum enumerat ſolum, & alijs admixtum, quare nulla eſt
contradictio in Galeni dictis.

At dices, quamuis concedam Galenum eo loci loquutum fuiſſe de plumbo naturali, quòd frigidum ſit, & humidum, & de adusto, quòd calidum, & ſiccum ſit, quo chironeia vlceribus medicatur, ac tandem de abluto, quòd inducat cicatricem, quando tamen in 7. de comp. med. & alijs in locis iam cit. ſcribit plumbum eſſe calidum, & ſiccum loquutus eſt de plumbo naturali, ex quo fiunt canales ad aquæ ductus faciendos, per quos aqua fluens inducere poteſt dyſenteriam, vnde non poteſt dici, quòd loquatur de plumbo adusto, ergo ſequitur, quòd ſermo ipſius ſit de plũbo naturali. Puto equidem dicendum eſſe aquam hanc non acquirere caliditatem ex plumbo, ſed potiùs craſſitiem quandam, ex qua fiunt obſtructiones, quæ excremẽta retinent magis, quàm par ſit, hinc acriora reddita in inteſtina cadunt, eaque exulcerant, & hoc modo fit dyſenteria. E

Ad ſecundum argumentum dicendum eſt verè omnia metalla habere aliquam ignis portionem, ſed ſecundùm magis, & minùs, non tamen ratione huius partis, quæ exigua admodum eſt in ipſo plumbo, & à frigiditate aliarum partium quaſi extincta operatur. Ad poſtremum dico metalla conſiderantur duobus modis, ratione ſuæ concretionis, & ratione facultatis: primo modo omnia ſunt terrea; à partibus enim terreis tanquam à ſicco terminantur, & aquea, & aërea pars quaſi in partibus terreis concentratæ ſunt: quare & plumbum dicitur ſiccum actu: ſi ſecundo modo non omnia ſunt ſicca, cùm aliqua humida ſint, vt hydrargirum. F

Sed antequam abſoluamus ſermonem hunc de plumbi facultatibus, opus eſt videre, an rectè à Mercuriali, & Falloppio reprehenſus ſit Galenus. Mercurialis dicebat aduerſus Galenum, quemadmodum, & Falloppius plumbum non conſtare ex aqua, aëre, & pauca terra, ſed ex copia terræ. Atqui Galeni rationes efficaciores ſunt, inter quas potiſſima ea eſt, quòd plumbum ab igne facillimè eliquatur, quod liquatum videtur attingere argenti viui ſubſtantiam, quæ aquea eſt, & ob dominium aquæ à Græcis hydrargyrum vocatur, quemadmodum ſi diceremus argentum aqueum. E contra verò, quæ magis terrea ſunt, non niſi à vehementiſſimo igne liquari poſſunt, vt contingere obſeruamus in ferro, ære, & huiuſmodi alijs, vnde Ariſt. 4. meteor. ſcribit ea liquari faciliùs, quæ communia ſunt quidem aquæ, & terræ, ſed tamen quæ plus aquæ habent, G & à frigore congelata ſunt, atque concreta, vt plumbum. Deinde tractabilitas ipſius, quæ ſequitur mollitiem, id demonſtrat, quòd nullum aliud reperiri poteſt metallum, quod tam molle ſit, atque tractabile, vt plumbum: alia metalla ſunt magis terrea, ſicca, atque dura, neque poſſunt emolliri, vt trahantur; id illis non alia ratione euenit, niſi quia terreæ partes alijs prædominantur, in hoc verò per ſui mollitiem oſtenditur aqua, & aër.

Addamus ſi placet, quòd ob maximam, quam habet cum hydrargyro affinitatem, tenue ſit, & vbi liquatum fuerit, per pannos ſubtiliores percolari, non ſecus atque argentum viuum, quod per denſiſſimum corium permeat, quæ tenuitas non ex terreis partibus, ſed potiùs à partibus aëreis, & aqueis illi contingit. Tandem plumbum neque rubiginem, aut ſitum, vt ferrum, æs, cuprum, & huiuſmodi, quamuis ſorditiem quandam contrahat, quæ ſigna ſunt illud conſtare ex humore multo, & frigido, parum autem habere terreſtreitatis, & ſiccitatis. Ariſt. non videtur aſſignare aliam cauſam rubigini, quàm ſicci illius terrei in ſuperficie corporis exiſtentis corruptionem ab H humore calido, & extraneo tanquam adurente abortam. Ex quibus ſatis patere puto rectiùs ſenſiſſe Galenum in aſſignanda plumbi natura, cùm ipſam poſuerit in aquea, & aërea ſubſtantia cum pauca terra. Confirmat Galenus ſuam ſentẽtiam de natura plumbi pulchrè allatam, pulcherrimis exemplis, & ipſa experientia probatis. Neque ab Ariſtotele diſſentit, qui 4. meteor. cap. de concretilibus, & inconcretilibus de argenti viui ponderoſitate loquens, dicebat inconcretibile eſſe ob aquoſam humiditatem, ſed tamen plus aëris obtinere. Cauſam ponderoſitatis eius in aqueam ſubſtantiam refert, id quod ſimiliter de plumbo dicendum ob magnam, quam innicem, vt ſupradictum eſt, habent affinitatem: at concreſcit faciliùs plumbum ob partem terream, quam in ſe ipſa habet, hydrargyrum verò minimè.

Quod attinet ad Peripateticorum dogma, dico aliud eſſe conſiderare metallorum principia, & generationẽ in vniuerſum: aliud cõſiderare quoad ſenſum, & autopſiam.

Digitized by Google

A Ariſtotelici in cauſis remotioribus demoſtrandis, quas ſola mentis acies apprehendit, occupantur, & ideo dicunt omnia metalla ex aqueis, & terreis, vi frigoris, & caloris cōflari; hoc eſt dictu ex vaporoſa, & fumoſa exhalatione fieri; ita enim loquitur Ariſt. qui tamen non negat, quin aliqua fiut magis aquea à prædominio, & aliqua terrea. At illi, qui particulariùs generationem metallorum obſeruant, agnoſcunt hanc veritatem, ſuppoſitis Ariſtotelis principijs, vnde fortè non ineptè Alchymiſtæ vaporē Mercurium, exhalationē verò illam fumidam ſulphur vocant, quæ ſunt principia omnium metallorum, non ſecus atque ſanguis menſtruus ſemini admixtus eſt principium animalium. Vnde quædam metallorum ſunt, quæ plus ſulphuris, quædam plus hydrargyri in ſe habent; plumbum ex illis eſt, quæ plus habent hydrargyri. Vnde Mercurialis nugatur, vbi dicit hydrargyrum ex aquea, & aërea ſubſtantia conſtare, ita vt aërea veluti violenter intus contenta exitum quærat, quocirca ſemper mouetur argentum viuum; ſi enim id concedatur, cōcedendum quoque eſſet argentum viuum nunquam quieſcere. Conſequentia valet, quia aër ſemper exitum quærit, hinc ſemper palpitaret Mer-
B curius: at obſeruamus in vaſis quieſcere pulchrè ipſum argentum viuum, non igitur continet in ſe aërem exitum quærentem, ſed ſuapte natura tale eſt, & ipſi plumbo liquefacto, ex parte caloris, & ſubſtantiæ correſpondens.

Ad ſecundum, vbi Mercurialis ineptè, & nimia dicendi licentia Galeni infantiam irridet, quòd dixerit plumbum augeri exemplo deſumpto à vinculis ſtatuarum, non rectè diſcurrit adducens tegulas illas templorum, quæ nunquam augeri obſeruantur. Nam aliud eſt cōſiderare plumbum expoſitum aëri in locis ſubterraneis, & humectis, aptis ad ſitum producendum; & aliud ipſum conſiderare, vt expoſitum aëri liberiori ventorum flatibus, tam ſicco, quàm humido ſtatu ſuppoſito. Si primo modo non eſt inconueniens, vt plumbum augeatur, id quod obſeruatur etiam in quibuſdam plantis, vt eſt aloë, ſemperuiuum, portulaca, & ſimiles plantę, quæ reciſę, ac tēpore hyemali aëri expoſitæ augentur. Animalcula quoque ſunt, quæ mortua ad vitam reuocātur, poſſunt addi vngues, pili, qui in mortuorum corpore augeri obſeruantur in dies. Vnde mirum non eſt, ſi tam ignobile metallum, quod vitam nunquam habuit, neque habere aptum
C eſt, credatur aliquod augmentum extrinſecùs accipere poſſe, ſi adſit idonea materia, qualis eſt aër in locis concluſis, neque cauſa efficiente proportionata deficiente.

Si ſecundo modo, maximum eſt inconueniens; neque par ratio eſt aëris contenti in ſubterraneis locis, & eius, qui circa culmina templorum continetur, & in perpetuo eſt motu modò clarus, modò turbidus, modò calidus, modò frigidus, modò ſiccus, modò humidus, cuius ratione nec impreſſio, neque adhæſio fieri poteſt in plumbo, vt inde augeri poſſit. Vnde Galenus non loquitur abſolutè de quouis plūbo, in quouis loco ſine diſcrimine repoſito, ſed de illo tantùm, quod in ædibus ſubterraneis aërem habentibus turbidum, craſſiorem, aptumque, vt in eo ſitus generetur, non ſecus atque ſupra dixi, plantæ illæ, vt extra terram recreſcant, certo, & idoneo reponi deſiderant loco. Sed ſi vis me verum fateri, neſcio quid ipſe Mercurialis velit, quando dicit augeri pondus in plumbo ob ſuperficiei ipſius corruptionem, diſſolutis partibus aqueis, & terreis: vtriuſque pondus magis, atque magis ſe exerit: quòd ſuperficies plumbi corrumpatur, non eget probatione; id enim tanquam clarum admitto, ſed cum corruptio illius
D fiat per diſſolutionem partium aquoſarum, & terreſtrium, ex eodem Mercuriali, quomodo ſi illæ reſoluantur, poſſunt pondus, & molem plumbi augere? hoc non ſapit ſuum Mercurialem.

Sit igitur vera Gal. ſententia, quòd plumbum ſit aqueæ naturæ, atque aëreæ cum quadam terreſtreitate, & quòd aëri craſſo, & turbido expoſitum augeatur mole. Sed Falloppius adhuc aduerſus Galenum inſtat dicens, non hac ratione, quia citò ab igne liquatur, ideo eſt aqueæ, & aëreæ naturæ; nam piſſaſphaltos citiùs liquatur ab igne, quàm faciat plumbū, & tamē non eſt aqueæ naturæ. Sed piſſaſphaltos ſuapte natura eſt liquidus, concreſcit ſecundùm magis, & minùs, locorū reſpectu, eiuſdemq; naturæ eſt cū bitumine, atq; naphta, vnde Plinio authore piſſaſphaltos dicitur argumēto deſumpto à pice, & bitumine lib. 35. cap. 15. tantamq; cum igne habet affinitatē, vt ſcripſerit Plutarchus in vita Alexādri, ex ſolo ignis ſplēdore, & à longè accendi tam facilè, vt mirum ſit dictu; eo enim corpus Stephani cuiuſdam corā Rege inunctum fuit, & ſtatim atque

corpus illitum fuit, totum igne occupatum, & de ſe ingentem flammam effudit, & niſi ad manus aliquorum vaſa aquæ plena adfuiſſent extinguentia ignem totum corpus conflagraſſet. E

Quare piſſaſphaltus liqueſcit ob magnam, quam habet, cum igne affinitatem, & neque à frigido concretum eſt, vt plumbum; deinde illud ſummè calefacit, plumbum verò refrigerat, quare conſtat piſſaſphaltus ex igne, aëre, & modico terræ; plumbum verò ex aqua, & aëre, & parte etiam terrea, non eſt igitur par ratio piſſaſphalti cum plumbo. Galeno autem ſatis fuit ab effectu, à poſteriori nempè, demonſtraſſe plumbum eſſe aqueæ naturæ, quia refrigerat, & humectat, neque ſuum erat probare, quòd in plumbo non eſſet terra optimè mixta, cùm videret ipſum refrigerare, & humectare, quæ ſunt actiones ab aqua, non à terra prodeuntes. Falloppij autem redarguentis Galenum erat oſtendere, plumbum eſſe terreum à prædominio, argumentum autem illud, quod accepit à pondere plumbi aduſti, nempè ſi aduratur plumbum ad libras centum, erunt centum, & decem, falſum eſt, & contra experientiam, & rationem; ab igne enim conſumuntur partes aqueæ, & terreſtres, vnde minus ponderoſum remanet: & aduerſus illud, quod Galenus ſcribit de auctione in aëre craſſo, & de verrucis, inquit, ſi hoc eſſet verum, ſequeretur liquari tempore æſtiuo, negatur conſequentia, & cauſa negationis eſt, quia non eſt tanta vis in calido ſolis, vt inde liquari poſſit plumbum, qualis eſt in igne. F

Et ſi augeri videatur, inquit Falloppius, id contingit ratione ſtatuarum; nam earum ſuperficies à cauſis externis deraditur, hinc ad lapidis diminutionem videntur fibulæ adauctæ. Sed neque Galenus dicit plumbum augeri ſub quocunque aëre, vt dictum eſt, ſed vbi craſſus, & nebuloſus fuerit, quo in loco ſupponit aërem eſſe quietum, non agitatum à pluuia, ventis, aut alia cauſa, qua radi poſſit ſuperficies ſtatuarum. Concedit quoque Falloppius earum tegularum pondus augeri, ea ratione, qua dicebat Mercurialis, ſed inſulſè admodum, vt ſupra demonſtraui. Nihil igitur eſt aduerſus Galenum ab vtroque hoc authore, quod firmum ſit, & veram Gal. de natura plumbi determinationem infringat. Maneat ergo integra ipſius poſitio, quòd plumbū ſit natura aqueum, & aëreum cum aliqua terræ portione, quamuis artificiale poſſit eſſe calidum, & ſiccum nempe ſarcoticum, & frigidum, & ſiccum videlicet epuloticum, vt ſuperiùs dicebam. G

At percontaberis forſan, cùm plumbum ex Galeno, & experientia ipſa, ab igne liqueſcere ſit aptum, cur ſit, quòd in quibuſdam locis, vbi igne conficiuntur ſales, his ſalibus artifices replent magna caldaria ex plumbo confecta, ſubtuſque ignem vehementiſſimum accendunt, non tamen caldaria liqueſcūt, quod videtur aduerſari rationi, & experientiæ iam dictæ. Et ratio eſt, quia quod tale ſuapte natura eſt, vbicunque ponatur ſemper eſt tale, ſed plumbum eſt liquabile, ergo ſemper liqueſcere debet, vbi nimirum adſit cauſa, à qua liquetur, quæ eſt ignis. Experientia etiam clariſſima eſt, quemadmodum graue deorſum tendit ſemper, & febrilis calor ſpargitur per totum corpus, niſi adſit prohibens, ita plumbum liquatur, quod vbi fuerit tale, non ſequitur effectus: ſed in caldarijs eſt magnus ignis, & tamen non liquantur caldaria, quia eſt prohibens, nempe materia intus contenta, quæcunque illa ſit, quæ eſt impedimento, ne plumbum liqueſcat, & eò magis ſal, qui ſua craſſitie, & ſiccitate obſtruit poros caldarij, quò minus ignis intus penetrare poſſit, & plumbum liquare, quare ſuapte natura plumbum eſt liquabile, dummodò auferatur prohibens. Mercurialis refert cauſam in vnctuoſitatem, & adſtrictionem ſalis. Et hæc de plumbo. H

Venio ad hydrargyrum, ſeu argentum viuum, ita dictum ob ſimilitudinem, quam habet cum argenti colore; ipſius enim color aſſimilatur colori veri argenti: viuum autem, quia non ſecus atque animal mouetur; & ab Ariſt. 4. meteor. cap. 8. argentum liquidum, aut fluidum, vel ſeipſum ſemper mouens fuit appellatum. Chymiſtæ Mercurium vocant, dicuntque eſſe ſubſtantiam, ad omnium metallorum generationem diſpoſitam. Corpus ipſius, ſeu ſubſtantia eſt è foſſilium genere, in quo tam frigiditas, quàm humiditas exuperare videtur. De cuius quidem facultatibus non eſt facile determinare.

Alij exiſtimant eſſe frigidæ, & humidæ naturæ: alij è contra calidæ, & ſiccæ: alij præterea admittunt calidum quidem eſſe, ſed humidum in quarto gradu: alij denique

dicunt

Google

A dicunt eſſe frigidæ, & ſiccæ facultatis. Qui cupit audire rationes, & fundamentum eorum omnium Falloppium legat tract. de metallis, & foſſilibus cap. 37. qui multis, & pulcherrimis rationibus, pluribuſque experientijs probat eſſe calidũ in ſecundo gradu intenſo, vel in principio tertij gradus, & ſiccum in tertio intenſo; prauoſque effectus quos in corpore producit non qualitatum ratione, ſed proprietate quadam occulta, & deſtruente naturam humanam euenire, ex Gal. probat, lib. 4. & 5. de ſim. med. fac. vbi certè ſcriptum reliquit, argentum viuum eſſe cauſticum, vt ferrum ignitum, & quod à tota ſubſtantia aduerſatur naturæ humanæ: ſubdit Falloppius operationes prodeuntes à qualitatibus ipſius manifeſtis ſunt abſtergere validiſſimè, necnon & exiccare, quemadmodum omnia calida, & ſicca in ſecundo gradu. Ex hoc argento viuo fiunt arte ſublimatum, præcipitatum, & cinnabare, & hæc de argento viuo.

Quod ſpectat ad plantaginis facultates, Dioſcorides lib. 2. cap. 119. ſcriptum reliquit ipſius folia vim habere exiccatoriam conſtringentem, quare omnibus malignis vlceribus, & fluxioni obnoxijs, atque elephanticis, ſordidiſque proſunt, profluuia ſan-
B guinis, vlcera, quæ ſerpunt, epinyctidas, carbunculos, nomaſque cohibent, vetera, & inæqualia cicatrice obducunt, chironia ſanant, ſinus conglutinant: morſibus canis, ambuſtis igni, inflammationibus, pannis, parotidibus, ſtrumis, ægilopis illita cum ſale proſunt. Gal. 6. de ſim. med. fac. tradidit plantaginem eſſe mixtæ temperaturæ; habet enim quiddam aqueum frigidum, habet & auſterum, quod terreum eſt, ſcilicet ſiccum, frigidum, itaque refrigerat, & deſiccat ſimul, & in vtroque ſecundi gradus à medijs eſt. Hæc ſunt, quæ de facultatibus plantaginis à Dioſcoride, & Galeno habentur. Si quis optat adhuc de hac planta audire mirabiles virtutes, legat Andream Matthiolum, & Dalechampium in lib. ſuis de plantarum hiſtoria. Sat nobis ſit ad probandum, quod volumus, hanc plantam tam radices, quàm folia, ac ſemina, nec non & aquam ab ipſa deſtillatam eſſe refrigeratoriæ, & adſtrictoriæ facultatis.

Lamina igitur plumbea, cui affixa eſt virtus argenti viui, cum aqua plantaginis, vlceribus corroſiuis depaſcentibus, ac malignis mederi cum ratione poſſe, nec eſſe irrationale medicamentum, ſed ex medendi methodo enatum, poſſeque varijs, & ſibi inui-
C cem pugnantibus indicationibus ſatiſfacere, ſi à Medico rationali, & dogmatico fuerit compoſita, non eſt à ratione alienum. Nam cùm vlcera depaſcentia, ac corroſiua ſint etiam ſordida, opus eſt in primis medicamentis habentibus facultatem reprimendi, partem attemperandi, nec non abſtergendi, quia authore Galeno vlcus eſt ſolutio continui indicans ſui vnionem, & vbi nullum adeſt impedimentum, tunc facilè idoneis præſidijs vnitur vlcus; at vbi impedimenta adſunt, opus eſt ea ante omnia remouere; quæ plura eſſe poſſunt, & inter hæc aliquod poteſt habere vrgentis rationem, quemadmodum dolor, intemperies, ſordes, cauitas, & quæ poſſunt ſubire naturam impedimenti.

Vlcera Caſtelli dolorifica, intemperata, ſordida, & caua erant, dolorque ſæpe vrgentis rationem habebat, ideo neceſſum fuit ei ſoli incumbere reliquis alijs indicationibus neglectis (quod pluribus præſidijs tam internis, quàm externis factum eſt,) quo ablato ad intemperiem, ad ſorditiem, & ad reliqua deuentum eſt, verùm non tam perfectè, & tam iucundè potuit ſatisfieri per alia medicamenta prædictis indicationi-
D bus, quare ad laminam illam plumbeam tanquam ad ſacram anchoram confugere conſtituit, quæ in primis, vt dictum, tenuis erat, & varijs foraminibus perforata, per quę ſordities effluebat, ſoluta illa faſcia, qua vlceri alligabatur. Cùm autem indicationibus ſibi inuicem pugnantibus eſſet ſatiſfaciendum, prout vna, vel altera magis vrgebat, varia etiam & argenti viui, & aquæ plantaginis admixtione opus fuiſſet, ita vt lamina adhunc modum parata vbi magis intemperies, & acrimonia vrgebat, minor copia argenti viui, & maior aquæ plantaginis, vt ſimul cum plumbi frigiditate fieret attemperatio, ac humoris acris, & mordacis repulſio: è contra vbi neceſſaria eſſet maior abſterſio, tunc argenti viui copia adaucta fuiſſet: itaut compoſitum medicamentum ita arte confectum ſatiſfacere potuiſſet prædictis indicationibus: & tandem vbi non ampliùs opus fuiſſet abſtergente tam valido, ſed ſarcotico, & epulotico pauciſſima argenti copia admiſcebatur: vt tandem medicamentum purè epuloticum ex ſola plumbi, & aquæ plantaginis admixtione factum fuiſſet.

Quo

Digitized by Google

Quocirca lamina hęc plumbea methodo adminiſtrata, potuiſſet quidem contrarijs, E
& repugnantibus indicationibus ſatisfacere: ſed Statuarius ille, & ſi multa polliceretur, non tamen hæc Medicinæ arcana, ac principia intelligit, hinc mirum non eſt, ſi non potuit vlcera hæc ad perfectam curationem, (quam tamen audacter promittebat) reducere. Et vbi dicebatur ab vno non poſſe, niſi vnam actionem prodire; veriſſima eſt hæc propoſitio, ſi ſano modo intelligatur; nam medicamentum vnum poteſt eſſe ſimplex, & compoſitum. Si primo modo conſideretur procul omni dubio, non niſi vnus prodire poteſt effectus: at ſi conſideretur, prout eſt vnum compoſitum, dico, quòd poſſunt varij, & contrarij etiam effectus prodire, pro varia ingredientium mixtione, & prædominio: quare cùm hæc lamina ſit methodo adminiſtrata, poteſt ſatisfacere prædictis indicationibus. Verùm quidem eſt, quòd vbi adſunt corroſiua illa vlcera curatu difficilia, & chironia, poteſt doctus Chirurgus id facere, quod Guido à Gauliaco faciebat, nempe præmittere lotionem aliquam abſterſiuam, deinde applicare laminam.

Nulli igitur videatur abſurdum, ſi eadem lamina pluribus intentionibus ſatisfacere F
poſſit; & quòd Paræus ad vlcera prædicta ipſam commendet, necnon & ad ganglia auferenda, cùm, vt dictum eſt, plumbum ipſum abſque argenti viui facultate, aptum ſit ad ipſorum curationem, ſi in principio fuerint, hoc eſt in fieri. Cùm autem argenti viui ſit admixta facultas, & virtus, quæ diſcutiendi, ac diſſipandi virtute pollet, tunc etiam ganglia iam facta curare poterit, hinc ipſam propoſuit ad ganglia omnia. Verùm quantum attinet ad hyperſarcoſim, ipſa per ſe carnem ſuperfluam erodere non poteſt, ſed benè poteſt eam cõplanare comprimendo, quod etiam facit abſque argento viuo. Concludimus igitur iſtud medicamentum hac ratione compoſitum, & vt decet adminiſtratum, eſſe abſtergens, carnem generans, & cicasricem inducens: quæ omnia tibi notiſſima eſſe non dubito. Habes iam eruditiſſime Gallette, quæ pro tuis dubijs enodandis afferenda viſa ſunt mihi, in quibus ſi tibi ſatisfecero, me non penitùs operam perdidiſſe putabo.

De Oleo Vitrioli, & de Theriaca. Tract. IX. G

Ad Vincentium Riſicò Meſſanenſem, Medicum ex Collegio Clariſſimum.

CVm pluries, mi doctiſſime Vincenti, de viribus Olei ex Calchantho vi ignis extracti, & de facultatibus Theriacæ ſatis prolixè egerimus, dum ægrotantium quorundam curationi præeſſemus, oblata occaſione à nonnullis Medicis, qui hiſce medicamentis plerunque; & non admodum accurata præmeditatione vtuntur, operæpretium duxi ſcriptis meam opinionem circa ea tradere, & tuo potiſſimùm nomini dicare, tum vt ſi quid animaduerſione dignũ excogitauero, in alios deriuare queat, tum vt tibi mei amantiſſimo grati animi ſignificationem publico teſtimonio ſtatuerem. Quod ſi in ijs expendendis ita rem attigiſſe videbor, vt tui ingenij claritati ſatisfecerim, benè quidem operam collocaſſe æſtimabo: ſin minus nec me ſuſcepti laboris pœnitebit, quia hinc ſpero fore, vt tu ſuauiori ſtilo, ſolidaque doctrina ex Medicinæ parentum penu H
exhauſta, vtriuſque huius materiæ tractionem non minùs exactè proferas, quàm ea Medicorum Reipublicæ, vt liquet, ſit neceſſaria. Quoniam autem iamdudum cognoui, qua frontis hilaritate ab amicis prodeuntia amplecti ſolitus ſis, in animum planè induxi te haudquaquam hæc, quamuis nullius ſint numeri, cõtempturum, atque adeo, quæ tua eſt humanitas, erga detractores veluti clypeum iacula elidentem futurum eſſe. Scio præterea, ſi ex ijs aliquid reperietur, quod tuo palatui non arridebit, eſſe te id omni modeſtia caſtigaturum, quod ſi facere non grauaberis, habeas, rem mihi pergratam feciſſe. Sed ad inſtitutum accedo.

Nullam artem magis proficuam Medicina eſſe, at cæteris omnibus incõſtantiorem, ſæpiuſque mutabilem ſcriptum reliquit Plinius lib. 21. cap. 1. additque eò incõſtantiæ, & mutationis aliquando veniſſe, vt à Romanis, & Medicos, & Medicinam exploſam fuiſſe habeamus, remanſiſſeque Vrbem per ſexcentum annos abſque Medicis. Et certè

ſi nos

A ſi nos conſideremus varios Medicos, qui hanc artem factitarunt, tum apud Roma-
nos,tum apud alias nationes comperiemus aliquos fuiſſe tam audaces, ne dicam teme-
rarios, vt abſque aliqua præcedenti diſciplina ad ipſam exercendam ſe contulerint.
Afferam duorum Medicorum exempla, quorum alter priſco æuo Romæ, alter non
plurimis ab hinc annis Baſileæ in Germania Heluetiorum Medicinam fecerunt. Apud
Romanos fuit Aſclepiades, qui à Rhetorica, quam profitebatur minimè queſtuoſa,
ad Medicinam refugit, & ſpretis diæta, chirurgia, & pharmacia, quibus inſtrumentis
periti Medici morbos depellunt,& miſeros ægros quamcitiſſimè reficiunt, blãdimen-
ta, ſeu lenocinia aliquot commentus eſt, quibus gratiam decumbentium iniret. Et pri-
mùm inter ea, quæ nobis neceſſariò occurrunt, ſolummodo viſus eſt conſiderare ci-
bum, & potum, nec non aliqua ex parte motus; abſtinentiam obſeruandam, potuque
vini vtendum eſſe voluit. Deinde motum, nempè aliquas frictiones, geſtationes, &
ambulationes præcepit. Ex illis, quæ non neceſſariò nobis occurrunt, primus lectulos
ſuſpenſiles, & balnea excogitauit, quæ ſunt res non naturales pro noſtro arbitrio ene-
B nientes, quæuè rarò in medicina facienda vſurpantur. His itaque tantùm inſtructus,
auſus eſt ex Rhetore Medicum lucri gratia euadere, & quia medica præcepta aſper-
nabatur, cùm ea nunquam didiciſſet, factum eſt, vt Medicina inconſtans quædam ars
nullis determinatis fuſſulta principijs cenſeretur. Quamuis hic deinde multa volumina
ad Mithridatem ſcripſerit, quia tamen amiſſa fuerunt, nullus Medicus in poſterum ea
legere potuit, quin ipſius ſucceſſores animaduertentes, quibus auxilijs in curãdis ægro-
tis vſus fuerat, ipſius leges omninò abrogauerunt.

Alter Medicus noſtrorum patrum temporibus fuit Theophraſtus Paracelſus, qui ex
quibuſdam cauernis, & ex paterna officina chymica folles, & malleos relinquens in
lucem prodijt abſque litterarum, aut principiorum Medicinę cognitione, ebrietatibus,
& crapulis ſordidioribus maximè deditus; nam vt ſcribit Ioannes Oporinus in vita
eiuſdem continuò manebat Baſileæ in caupona ciconiæ titulo inſignita, & verſabatur
quotidie cum vehicularijs, & agaſonibus, qui ex locis, Galliæ propinquioribus curri-
bus ferrum Baſileam vehunt, & pro hoſpitio cauponam habent, vbi maximam cum
C Paracelſo familiaritatem contrahentes, & ipſius amicitia vtentes, nihil antiquius ha-
bere poterant, quàm ipſum in ſuis compotationibus ſocium habere. Et hic vbi benè
vino madidus eſſet & valdè ebrius ſuum cubiculum adiens dictabat res ad Medicinam
ſpectantes, quæ à vino, & à ſpiritu maligno ei ſuggerebantur; nam ſingula medica-
menta cõſtabant ex rebus foſſilibus, nempe ſulphure, ſtibio, calchantho, ſale, nitro, hy-
drargyro, auro, argento, plumbo, & ferro, ſubius terram reconditis, quæ à diabolo ei
tradebantur Andernaco Authore, ſecundo de veteri, & noua medicina, ſectione 2.
dialogo 2. impoſſibile quidem fuiſſet homini idiotæ ab officina chymica manuali ſta-
tim exeunte abſque aliqua experientia, aut litterarum cognitione cognoſcere res me-
tallicas, & earum vires, niſi magico auxilio ductus, & omnia Germanico ſermone, nec
proprijs vocabulis, ſed obſcuris, & enygmaticis ſcripſit, ne vel diſcipuli eius in-
telligerent.

Addit idem Andernacus hunc Paracelſum adeo audacem, atque petulantem, tan-
tæque fuiſſe arrogantiæ, vt ſe Medicorum, & Philoſophorum omni ætate Principem,
D & Monarcham appellauerit: & quod magis eſt, ſcribit eum in illa fuiſſe impietate, vt
non puduerit ſe dicere nihil referre, ſiue Deus, ſiue Satanas, ſiue boni, ſiue mali Angeli
ægrotis ſuccurrant. Qui hunc authorem ſunt ſectati, fuerunt in duplici differentia: alij
non minus ipſo arrogantes, & audaces exiſtimarunt eos, qui Theophraſti libris carent,
eſſe contemnendos, & tanquam perniciosos homines execrandos, cùm tamen, & ipſi
non eruditiores ſint, quàm quiuis ex mechanicis, ac fabris ferrarijs, mendaciorum
magis, quàm veritatis ſtudioſi. Horum exemplo complures Chymiſtæ, & alij mecha-
nici proprio artificio relicto in Medicinæ ſtudium inſiluerunt, tanquam porci in roſas,
& omnia medicamenta Paracelſi à ſpiritibus malignis reuelata, & remedia morborum
arte magica comparata receperunt, atque ijs (vt ſciunt) vtuntur. Alij verò prudentio-
res, & ingenio mitiores, ac docti quidem viri, quantum poſſunt excuſant Paracelſum,
curantq; oſtendere eius doctrinam, medicamenta, operaq́ne in multa eſſe diuiſa volu-
mina, quamuis eodem Andernaco authore non ſint ab ipſo ſcripta (vt dictum eſt) ob-

ſcuris verbis, & enygmaticè prolata niſi eo conſilio, ne à ſuis diſcipulis poſſent intel- E
gi; exiſtimabat enim orbem hunc indignum eſſe ſuis commentarijs, ſed vtcumque ſit,
ab his duobus Medicis Medicina incõſtans, & varia procul omni dubio declarata eſt.

Sed ambo hi auctores in hoc conueniunt, quòd auxilia ab ipſis in vſum reuocata in
perniciem humani generis inuenta videantur; differunt tamen, quòd Aſclepiades ſtu-
debat blandimentis, & delitijs ægrotantium nullum medicamentum à pharmacia, aut
chirurgia deſumens; nam (vt dictum eſt) ipſius remedia iucunda omninò erant, & in
luxum potiùs terminantia; medicamenta verò Paracelſi ex fodinis ſubterraneis arte
magica accipiebantur, quibus author multis ęgrotis illudebat, ita vt ſi ſpectemus opera
incerta ab ipſis Medicis facta, concludere facilè cum Plinio poterimus artem Medi-
cam eſſe inconſtãtem, & variam. Quòd verò ea ſit vtillima, procul omni dubio verum
eſt, vt docemur à Cornelio Celſo, (qui quemadmodum Hippocrates idiomate Græco
Medicinam elegantem poſteris ſcriptam reliquit, ita ipſe elegantiùs Latino ſermone
conſcriptam tradidit) cùm in principio ſui prooemij propoſitionem hanc ſcripſit.
Vt alimenta ſanis corporibus Agricultura, ſic ſanitatem ægris Medicina promittit. Quare F
Medicina reſpectu ægrotantium cæteris omnibus eſt vtilior.

Verùm quòd ipſa ſit incõſtans, & varia, non eſt, cur Plinius aſſertiuè hoc dicat; nam
Medicina alia eſt, quæ ex ſinn, & præceptis Hippocratis, & Galeni prodijt: alia verò
quæ ab hominum audaci imaginatione ortum duxit, nullo habito reſpectu ad faculta-
tis huius principia. Prior non poteſt eſſe incõſtans, propterea quòd procedit ex indi-
cationibus, ſeu ex indicantibus, & indicatis ſub ratione contrariorum, quæ nunquam
fallere poſſunt; nam poſito indicante ſtatim ſequitur indicatum; vt docet inter alios
ſcriptores doctiſſimus Sanctorius in illa aurea cognoſcendorum errorum methodo
lib. 9. & huiuſmodi Medicina ſemper eſt conſtans. Altera verò, quæ non procedit per
hæc principia, ſed ſiue experientia, ſiue analogiſmo prodeat, procul omni dubio ſem-
per falſitatem habet, & varietatem, pro diuerſitate imaginationis eorum, qui ad Me-
dicinam abſque principiorũ cognitione accedentes ad libitum proponũt varia auxilia
nullo habito reſpectu ad prædictas indicationes, quod factum fuit ab Aſclepiade, &
Paracelſo; nam vnus blandimentis, & lenocinijs pro ægrotantibus vtebatur, alter verò G
ſubtus terram deſcendens è foſſilibus, & metallicis medicamenta deſumere voluit, quę
quantum ſint hominibus perioculoſa, dictum fuit ſuperiùs, vnde vterque ſua auxilia vi-
ſus eſt potiùs excogitare in humani generis perniciem, quàm in ægrorum vtilitatem.

Quod verò à Romanis Medicina exploſa fuerit, atque ex Senatus Conſulto damna-
ta, & Medici eiecti etiam fuerint, mendacium merum eſt, & commentum Plinij; nam
vt egregiè docet Valleſius lib. de Sacra Philoſophia cap. 74. ex annorum computa-
tione conſtat id falſum eſſe; ſiquidem eodem Plinio teſte Arcagathus anno ab Vrbe
condita Romam venit 535. qui honorificentiſſimè non modò receptus eſt, ſed poſt
illum ſemper plurimi ſubſequuti ſunt Medici, ſi igitur verum eſt, quod aſſerit Plinius,
nempe Romanos abſque Medicis per ſpacium ſexcentorum annorum extitiſſe, id fuit
vel ante Arcagathi aduentum in Vrbem, vel poſt ipſius aduentum. Non primum, quia
cùm ipſe Romam venerit poſt ipſius conditionem, aut ædificationem 535. annis, vt
dictum eſt, ſequeretur à Romanis Medicos fuiſſe expulſos ſeptuaginta quinque annis
antequam Roma conderetur, eiuſque Senatus in rerũ natura eſſet, quod quantum ſit H
abſurdum omnes norunt, ſequitur igitur Medicos non fuiſſe à Romanis exactos ante
Arcagathi aduentum. Nec minùs dicendum eſt id eueniſſe poſt aduentum ipſius, quia
plures Medicos Romæ poſt Arcagathum floruiſſe habetur à Plinio eodem capite, &
pluribus alijs in locis. Quinimò, vt refert idem author, Romani Apollini, & Aeſcula-
pio templa tanquam Medicinæ Dijs erexerunt, ex quibus ſatis clarè apparere puto
nunquam Romanos fuiſſe abſque Medicis, vt videtur multorum eſſe opinio. Addit
doctiſſimus Valleſius Medicinam eſſe inuentum Dei, quo nullo vnquam tempore
caruit, aut carere potuit humanum genus, quare falſum eſt Romanos ſine Medicis, &
Medicina remanſiſſe. Qui cupit plura de hoc argumento intelligere, adeat Valleſium
lib. & cap. cit.

Sed vt vnde defluxa eſt oratio redeam, dico, quòd inter alia medicamenta, quæ
Paracelſus è profundo terræ diaboli ſuaſu in auras emiſit, vnũ eſt, quod chalcanthum,

& atra-

Digitized by Google

A & atramentum ſutorium, & vitriolum appellatur, quod etiam in alia metallica tranſmutari conſueuit, nempe in chalcitim, myſin, atque ſori, quæ omnia metallica in formã medicamentorum reduci nequeunt, niſi ab igne validam aliquam præparationem aſſumpſerint. Verùm integrum vitriolum, vel raro, vel nunquam in vſum venit, ſed oleum arte chymica ab ipſo extractum illud eſt, quod Paracelſus propoſuit, quo non modò inter ſuos Agyrtas, ſeu Medicos Hermeticos, verùm etiã & inter Dogmaticos magnam, & immortalem excitauit litem, ac diſſenſionem. Et primò inter Agyrtas in ipſius extractione magna eſt diſcordia, cùm alij hoc, alij illo modo ipſum oleum ex chalcãtho eliciant: inter Dogmaticos quoque controuerſia verſatur, circa ipſius qualitates, & vſum. Quod verò ab ipſis Paracelſiſtis non vno modo extrahatur à chalcãtho huiuſmodi oleum, apparet in primis apud Andernacum lib. de noua, & veteri Medicina commentario 2. dialogo 7. vbi tria oleorum genera arte chymica à vitriolo extrahi poſſe ſcribit, vnum album, alterum viride, tertium rubrum, quamuis cæteris magis probet illud, quod ad hunc modum ipſe preparat.

B *℞. vitrioli libros xij. vaſi vitreo luto obducto induntur, & ex igne phlegma exſtillatur: deinde illud eximitur, contunditurque: & phlegmate rurſus perfunditur, idemque euocatur, vt antea vſque dum nihil amplius emanet, & ſpiritus proſiliant: poſtea ab igne remouetur, & calx rubicunda in puluerem redacta, vel per ſe ſola, vel laterum fruſtulis adiectis ampullæ incuruatæ, ſiue erectæ potiùs imponitur, & vaſe amplo, quod excipit adaptato, commiſſuriſque diligentiſſimè luto obſeratis, noctu diuque luculentiſſimo igne vrgendo oleum diſtillatur. Vbi omnia refrixerint, totus liquor eximitur, infunditurq; ampullæ vitreæ, & ex arena calida primùm aqua inſipida, deinde acida, acriſque, quam oleum appellant, ſeparatur, purgaturque à ſedimento.*

Alter modus conficiendi oleum vitrioli deſcribitur à Ioanne Heurnio lib. primo methodi ad praxim ad hunc modum, *accipies* (inquit) *optimi vitrioli libræ ſex magno, ac ventricoſo poculo indes, fornax excipit vltra medium poculi partem, ſic vt collum deorſum parum vergat. Tenui primùm igne emulge eius phlegma: dein aucto ab igne incandeſcat poculum, & horæ ſpacio in eo ardore perſeueret. Dein ab igne auferes vna cum eo, quod elicitum eſt, & poculum collides, & vna cum vitriolo, quod habebat, cõminues in puluerem: & magno inferes poculo. & exſtillatum liquorẽ ei reddes, cui quadruplum iniunges aquæ pluuiæ. Sed à remiſſa aqua in feruorem excandeſcet poculum: tu miſce, & ſine vt integri diei ſpacio ad teporem redeat. Mox quod clariſſimũ fuerit, effunde; ſed affunde nouam pluuiam aquã; ita ſalem elicies. Has aquas fictili nouo indes, carbonibus ſenſim exhauriatur aqua: reſtibiles erunt ſalis unciæ tres ex ſex libris vitrioli. Hunc ſalem cucurbitæ, aut poculo iterum immittes, & leui igne phlegma exiges: quo exacto excipulum mutabis, ignem vegetiorem dabis; ita ſingulis horis abduces vnciam olei. Duæ libræ ſalis fundent quatuor uncias olei.*

C

Ioannes Renodæus lib. 4. cap. 8. de primo oleo loquens dicebat, quòd ſi oleum hoc ſæpiùs phlegmate perfuſum deſtilletur, dulce redditur, vt etiam circulatione cum vini ſpiritu; huius enim, & olei prædicti pondus æquum Chymici miſcent, digerunt, & ex ampulla ſingulari euocant, donec alumine à chalcanthi ſulphure ſeparato oleum dulce remaneat. Additur ab hoc authore ſpiritus vitrioli, quinta eſſentia vitrioli, quorum omnium artificium ad Chymicos ſpectare inquit: his addit aliud oleum,
D quod magis vulgare appellat, & facilioris eſt præparationis. *Primò, inquit, quod recipiatur quantitas quædam idonea vitrioli naturalis, & optimi, vt Cyprij in vaſe cupreo calcinatur ad ipſius rubedinem, & phlegmatis diſſipationem, deinde teritur, & in cucurbita luto obducta includitur: aqua vitæ irrigatur & diem integrum ſic relinquitur, vt dicto liquore madeat; tum in fornace, vt decet, inſtructa, vt plurimùm quadrata collocatur, & lutatur: poſtea ſubtus, ignis primùm moderatus, dein vehementiſſimus accenditur, quoad totus liquor exſtillarit. poſtquam refrixerit, cucurbita parua excipitur capitello ſuperpoſito coarctatur, & ſic in balneo mariæ igne blando aqueus liquor ſtillat, remanetque in fundo vaſis oleum purum, & acidum. Id poſtea alia cucurbita exceptum igne circumquaque accenſo magis purgatur, atque pro illius efficacia, & moderato, aut violento calore, calorem acquirit magis, aut minus rubrũ, vel album. Ex libra vna vitrioli rubificati unciæ tres olei ſæpiùs eliciũtur.*

Volui tranſcribere huiuſmodi olei artificia, vt non modò appareat diuerſitas inter Chymicos in extrahendo oleum à chalcantho; verùm etiam vt iſti, qui Chy-

micam artem profitentur, poſſint videre has diuerſitates, cum præſertim artificia iam E
dicta videantur faciliora reliquis; nam ſi reſpiciamus aliquos Chymicos elegantiores,
vt eſt Oſualdus Crollius pręparatu difficillimam habebimus extractionem huius olei,
ex quo etiam habemus alias ſpecies inter ſe diuerſas, quarum vna eſt à cupro coloris
cærulei, alteraè ferro caloris viridis, ex hoc igitur authore augetur difficultas in ex-
trahendo huiuſmodi oleo. Sunt inſuper apud VVeckerum in ſuo magno Antidotario
plurea aliæ deſcriptiones,& variæ quidem,ex quibus comprehenditur valdè diſcordes
in præparando hoc oleo vitrioli eſſe Alchymiſtas, hinc Reinerius Solinander ſectione
ſecunda conſiliorum medic. 13. de hoc oleo adhuuc ſcripſit modum. *Olei vitrioli
vſum ſuſpectum habeo, quòd non vno modo præparetur, nec ab omnibus benè, quod penetran-
tius ſit, quàm conueniat.* Ex hoc itaque propoſito medicamento, & modo ipſius præ-
parandi magnam excitauit, vt dictum eſt, diſceptationem Paracelſus.

Sed quemadmodum magna lis, & controuerſia inter Chymicos exiſtit circa
modum præparandi huiuſmodi oleum; ita circa vſum ipſius apud Medicos Dogma-
ticos non minor eſt diſcrepantia, quare hic eſt opus, vt videamus, quæ ſint fa- F
cultates ipſius chalcanthi. Scribit Galenus lib. 9. de ſimplicium medicamentorum fa-
cultatibus metallica omnia calida eſſe: verùm in chalcantho præter ſummam calidita-
tem adeſt magna adſtrictio, vnde magis expreſſè de ipſius facultatibus tractans ad hũc
modum loquitur. *Mirari ſubit de hoc medicamento, quo pacto vehementiſſima adſtrictioni
admixta ſit caliditas non inſtrenua*, itaut ex Galeni ſententia dicendum ſit chalcanthum
eſſe calidiſſimum, & valdè aſtringens, & Gabriel Falloppius lib. de foſſilibus, & metal-
lis demonſtrare huius medicamenti validam adſtrictionem ſic de ipſo locutus eſt,
Ego ſoleo inquit eliquare chalcanthum, & ipſum infundo in fiſtulas, & formo virgulas,
quibus vtor quando ex obſeratione alicuius vaſis effluit ſanguis, & vas eſt in aliquo
abdito, & remoto loco, itaut nequaquam poſſim apponere, tunc tango locum cum
huiuſmodi virgis, & ſiſto ſanguinis fluxum, vnde apparet cum ſumma caliditate in chal-
catho adeſſe ſummam adſtrictionem.

Cùm igitur ignis violentia extrahatur è chalcantho oleum iſtud, vt ex varijs Chy-
micorũ pręparationibus vidimus, vt calidiſſimum ſit neceſſe eſt, maximamque habeat G
facultatẽ adſtringendi, quod non negant ipſi Chymici, imò Andernacus ſcribit oleum
chalcanthi præter ſummum acorem, erodendi quoque facultatem obtinere, proinde
admonet, quòd ſi intra corpus aſſumendum veniat, id fiat magno cum iudicio, & paulò
ſupra dixerat, tam varia de hoc hominibus perſuadent, vt ipſi ignorare videantur,
quamuis intra corpus aſſumptum citiſſimè per totum habitum, præcipuè verò in caput
diſpergatur. Ioannes Renodæus locis ſupra citatis ſcribit oleum vitrioli qualitates
omnes adeo intenſas habere, vt per ſe ſolum non aſſumatur, ſed vel aquis, vel deco-
ctis, vel conſeruis arte permixtum.

Sed quamuis hoc oleum habeat intenſas qualitates, nempe calefaciendi, corrodendi
& adſtringendi, nihilominus, vt dicebam antea, grauiſſimi viri noſtri temporis mul-
tum digladiantur inter ſe circa vſum eiuſdem in febribus. Alij enim dicunt ſe familia-
riter vti, quemadmodum eſt Thomas Minadous lib. 2. de maligna febre capite 15.
qui tamen videns violentam huius medicamenti facultatem tam calefactoriam, quàm
adſtrictoriam, exiſtimat eſſe eſcaroticum, ſeu ſcepticum, & per conſequens habere H
vim deleteriam. Ratio igitur, qua poteſt inhiberi vſus ipſius olei, eſt facultas adſtricto-
ria; nam medicamenta huiuſmodi videntur potiùs hærere, quàm penetrare, & potiùs
impedire aliorum medicamentorum tranſitum, quàm illa aliqua ratione adiuuare.
Deinde quia videtur habere deleteriam facultatem, etſi nulla alia maligna, & venenata
qualitas illi inſit, niſi illa, quæ ob vehementem caliditatem ſubſtantiæ proprietatem
arcet ac proinde qualitatum malignarum vices obit. Neque aliquid in ipſo occul-
tum eſt, atque abditum, ex quo ſuſpicari liceat deleteria qualitas; nam omnia à mani-
feſtis materiæ viribus & ab ipſis qualitatibus prouenire manifeſtum eſt.

Primæ tamen dubitationi reſpondet, quòd ad tollendam ſummam adſtrictionem
opus ſit ipſum admiſcere alijs medicamentis, vel aquæ, vel ſero, videlicet hac ratione,
vt duæ guttulæ olei admiſceantur quantitati aquæ, aut ſeri ad libram ſemis, ex qua co-
pia non modò attemperetur ipſius caliditas, & adſtrictio, verùm etiam faciliùs intra

corpus

Digitized by Google

A corpus aſſumitur: verùm ſi conſideremus paucam olei quantitatem, & ſeri, vel aquæ nimiam copiam, videbimus totam facultatem ipſius vitrioli à copia ſeri, aut aquæ extinctam eſſe, itaut non ampliùs poſſit dici oleum vitrioli, quia iam totum conuerſum eſt in aquam, aut in ſerum, vt dicebam tractatu de ſyrupis ſoluentibus ex ſententia Ariſtotelis, vbi miſcibilia docemur debere eſſe ad inuicem proportionata, igitur cùm in noſtro hoc caſu hæc duo medicamenta nullam proportionem habeant, admiſceri ad inuicem nequeunt, quia olei facultas omninò deſtrueretur, at inquiſitio præſens eſt, an oleum vitrioli poſſit indicari ſolum ab aliqua corporis noſtri affectione interna, vt pote à febre, non autem inquiritur, an duæ guttæ ipſius admiſtæ multæ copiæ aquæ ex vſu ſint; cùm enim admiſcentur, vt dictum eſt ſuperiùs, nullam vim, & facultatem habebit oleum.

Alia Minadoi difficultas erat circa ingentem caliditatem ipſius vitrioli, quę quamuis vehemens ſit, & apta cutem extra lædere, intus verò ſi aſſumatur oleum nunquam poteſt lædere; eſt enim ſententia Galeni 3. libro de temperam. capite 3. aliqua medica-
B menta eſſe, quæ cuti admota ipſam exulcerant, & in veſicas eleuant, nec non exedunt, cùm tamen ſi eadem aſſumantur intus, nullam læſionem inferre videantur, qualia ſunt ſynapi, naſturtium, ſcammonium, tithymalorum genus, euphorbium, & alia id genus non pauca, inter quæ ipſum quoque omnium efficaciſſimum chalcanthum numerari manifeſtum eſt. Ratio autem, cur talia medicamenta extra admota lædunt cutem, intus verò aſſumpta vires ſuas remittunt, eſt quia in ventriculo permiſcentur, & propter eas mutationes, quæ ibi ſubeunt, nempe quia ſaliuali, aqueóque humori permiſcentur, & atteruntur in minimas particulas, maximam virium partem perdunt, quæ ſanè omnia addit Minadous magis in oleo vitrioli probari poſſunt, quod intus aſſumptum, & ſi ſit corroſiuum, nullam tamen læſionem infert.

Verùm ſi conſideremus Galeni authoritatem videbimus, eum nón loqui de mineralibus, ſeu medicamentis metallicis, de quibus lib.9. de ſimplicium medicamentorum facultatibus ſcriptum reliquit, quòd quemadmodum in terrę differentijs plurima ineſt eſſentia terræ elementaris, & paululum aëris, ita in metallis multùm adeſt terræ im-
C mixtæ igneæ ſubſtantiæ, quæ ſiue calefaciendo, ſiue corrodendo procedat, non videtur poſſe à ventriculi interna humiditate ita attemperari, vt non exerceat ſuas operationes. Deinde ſi vera eſſet Galeni propoſitio de medicamentis metallicis, & potiſſimùm de chalcantho. Idem dicendum eſſet de auripigmento, arſenico, & alijs venenis, quæ intus aſſumpta procedunt corrodendo, quare huiuſmodi medicamentum intus aſſumptum non poteſt mitigari ab humiditatibus, quæ ſunt in ventriculo. Sed medicamenti huius inuentor fuit Paracelſus, homo adeo impius, vt dixerit, (ſicut habetur ex Andernaco) quòd in ſanitate inquirenda parum refert ſiue à Deo, ſiue à Diabolo petatur auxilium; & Riolanus in apologia aduerſus Quercetanum Alchymiſtam (vt in tractatu de antimonio dicebam) prodidit, quòd medicamenta propoſita à Paracelſo à Diabolo inuenta fuerint in ruinam generis humani; vnde non eſt mirum ſi excogitauerit extractionem olei ex hoc minerali tam calido, corroſiuo, atque adſtringente.

Sed quemadmodum non deſunt ex Dogmaticis, qui hoc oleo vtantur (vt dictum eſt de Minadoo) ita è contra alij mordicùs tenent illud nulla ratione in febribus putridis,
D aut malignis conuenire, inter quos eſt Ioannes Baptiſta Sylulaticus controuerſia 48. & Camillus Gorus, qui libellum quendam conſcripſit de hac materia, vnde non poſſum ſatis admirari noſtri temporis Medicos quoſdam ad pauca reſpicientes, qui videntes aliquem quauis febre affectum, etiam ſi ad mortem declinet, diminuta, & languida virtute, alijſque circumſtantijs proximum interitum indicantibus, pollicentur tamen velle ipſos ſolo olei vitrioli vſu ab orci faucibus, vt ita dicam, redimere, non animaduertentes huiuſmodi oleum virtutem habere calefaciendi, corrodendi, atque ſummè adſtringendi, quę facultates non poſſunt indicari à febre, neque à putredine, neque à malignitate, (ſicut clarum eſt) nam præter propriam caliditatem, quam chalcanthum ex ſui natura habet, violentiſſima ignis actione in oleo extrahendo dubio procul calidius redditur; atque hinc facilè apparet inhiberi ab affectionibus corporis calidis, & à biliofis humoribus, necnon & ſuæ adſtrictionis vehementis culpa ab obſtructione, putredine, & malignitate contraindicari.

Dices forſan, hoc oleum cùm ſit calidum indicari ab affectionibus frigidis,& craſſis B humoribus? at equidem non video, quomodo ijs affectibus ſuccurrere poſſit, cùm maximam adſtrictionem contineat, nec video quomodo poſſit tam facilè intus penetrare, vt iuniores quidam dicunt; qui nondum ſummis labijs delibarunt Medicinæ principia, & nihilominus de hoc tam dubioſo, & incerto medicamento obſeruaſſe aſſerunt plurima experimenta. Non deſunt in Medicina infinita auxilia à morbis verè indicata,tuta,& abſque aliquo ægrotantium incõmodo infinities ferè vera experientia probata, quæ non ſunt ſpernenda pro medicamento nouo,metallico,& incerto, quod nunquam abſque formidine alicuius praui ſymptomatis miſeris ægrotantibus affertur, qui noſtris manibus confidunt, & tanquam filij patribus ſuam vitam nobis concredunt. Vnde in ipſis curandis tutiùs, quoad fieri poteſt, incedendum, nec relinquenda medicamenta rationalia, & à communi Doctorum hominum cõſenſu probata pro nouis. Hinc Auicennas libro 5. ſumma 1. tractatu 1. admonet nos melius eſſe vti medicamentis conſuetis, & expertis, aſſiduoque vſu probatis, quàm noua, & inſolita in vſum trahere: & Aratæus 1. acutorum capite 2. dicebat omnium bonarum artium ex- F perientiam magiſtram eſſe, ipſam verò rationem faciendi periculi, timoris,& cautionis cauſam eſſe oportere, quare & Baptiſta Codronchius libro de Chriſtiana, & tuta medendi ratione ſcribit, qui medicamentum in arte Medica non contentum, & comprehenſum, multoque experimento cognitum, rationeque comprobatum vſurpat, mortaliter peccat.

Quot verò controuerſias habeat vitrioli oleum ſatis ſuperque oſtenſum eſt, quare omninò video ipſum incertum eſſe, & valde periculoſum, ac proinde minimè in Medicinæ vſu recipiendum,ſed prorſus eliminandum præſertim cùm nulla appareat affectio in corpore, à qua indicetur, vnde non poſſum commendare grauiſſimos authores ſcribentes ipſum oleum vitrioli æſtuationem ventriculi, remittere, atque curare. Sed quamuis ego putem ipſum eſſe à Medicina explodendum,nihilominus non piget me hoc loco afferre vſum ipſius ab alijs deſcriptum, & primò quoad doſim, quæ eſt ad duo grana, vel ſecundùm aliquos ad ſex, ad octo, & ad medium ſcrupulum, necnon & vſque ad quindecim grana: modus exhibitionis eſt, vt aliquando in iure carniũ calido, G vt indebilibus ventriculi, & in alijs affectibus partium, & præſertim in renum affectibus, vnde Renodæus dicebat, *tenuitate partium citò penetrare, aquas ad partes remotas ducere, obſtructa liberare, aciditate putredinem arcere, & viſcera recreare, peſti, epilepſiæ paralyſi, & vrinæ ſuppreſſioni plurimùm conferre.* Addit hic author, quòd ſi accipiantur duæ guttæ huius olei, & ponantur in vnciam ſyrupi ipſum colore purpureo, & eleganter inficiunt, & acidulo ſapore, eoque gratiſſimo tum violatum, tum roſatum ſyrupum aſpergunt, videtur igitur hic Renodæus ſentire, quòd huiuſmodi medicamentum inſeruiat pro vehiculo, & pro iucunditate viſus, & guſtus.

Sed quicquid ipſe dixerit, venio in hanc ſententiam, vt exiſtimem eſſe potiùs medicamenta recipienda, quæ morbis appropriata ſunt, & millies à doctiſſimorum Medicorum conſenſu, & experientia comprobata, & per conſequens euitandum hoc genus medicamenti, & ſimilia. Tempus,quo offerri ſolet ab Alchymiſtis,eſt mane ieiuno ventriculo: Et hæc de dubio,& maligno medicamento ſatis in præſentiarum à me ſint dicta; venio ad aliud, quod certiſſimum eſt, à Medicis optimis inuentum, & infinities H ferè in vſu poſitum, quod eſt Theriaca.

Inter Medicos grauiſſimos verſatur controuerſia de Theriacæ facultatibus; nam ex vna parte Hercules Saxonia exiſtimat ipſam maximè conuenire febribus malignis: è contra verò Alexander Maſſaria contrariam tuetur ſententiam, quàm ſequitur Iulius Alexandrinus,qui proponens tractatum de Theriaca potiùs tractat de febre maligna, & oſtendit in ipſa non conuenire Theriacam, ideo in præſenti nolo hanc quæſtionem agitare, ne videar acta velle agere, ſat mihi erit primò afferre notionem huius medicamenti tam quoad nomen, quàm quoad rem ipſam: deinde rectè examinare, à quibus indicetur, à quibus prohibeatur: & tandem quis ſit rectus vſus ipſius, ex quibus vnuſquiſque ex Dogmaticis, & Methodicis poterit iudicare, an ea conueniat febribus malignis necne.

Inter alias antidotos, ſiue ab antiquis, ſiue à recentioribus deſcriptas omnium præ-

ſtanti-

A ſtantiſſima, & elegantiſſima eſt Theriaca, quæ ab Andromacho verſibus elegiacis apud Galenum ſcripta eſt lib. de Ther. ad Piſ. cap. 12. & lib. 1. de Antidotis cap. 7. Ab antiquioribus Medicis longè ante Galeni tempora Theriaca dicta fuit γαλήνη ob tranquillitatem, quam ægrotis afferebat, & quamuis hæc Andromachi nondum haberetur, erant tamen aliæ Antidoti hoc nomine inſignitæ. Non deſunt, qui Theriacæ nomen deducunt à ſerpente quodam, quem theri vocant, cuius dicunt carnē Andromachum huic compoſitioni addidiſſe, verùm non animaduerterunt ante Andromachum, & Galenum tempore Regis Mithridatis adfuiſſe duas antidotos, nempe Theriacam diateſſeron, & compoſitionem Mithridati adſcriptam, quam & noſtris temporibus Mithridatium appellamus, & vtraque Theriaca appellabatur, & tamen neutri caro viperina admiſcebatur, Plinio authore lib. 19. ergo falſum eſt appellari theriacam ab appoſitione ſerpentis theri. Id quod etiam habetur ex ſententia Gal. qui in lib. ad Piſonem cap. 8. his verbis loquitur *illud mihi conſideratione dignum viſum eſt, cur & ex multis ſerpentibus non alicuius alterius ſed viperæ ſolius carnes idoneas iudicauit* (Andromachus)
B *quæ reliquis in antidoto poſitis miſceantur*. Addo quòd nulla vipera, nec alius ſerpens inuenitur, qui therus appelletur; quare falſum eſt Theriacam appellatam fuiſſe à theri ſerpente, & hæc de nomine. Quod autem Andromachus in ſua Theriaca therum non poſuerit, clariùs apparet ex ſua deſcriptione à Galeno lib. de Theriaca ad Piſonem cap. 12. allata tranſcripta ad verbum, in qua omnia diuiduntur in ſex claſſes.

Deſcriptio Theriacæ.

Primæ Claſſis.

℞. *Trochiſ. ſcylliticorum lib. ſemis.*

Secundæ Claſſis.

Trochiſ. de Vipera.

Trochiſ. Hedicroi.

Piperis longi.

Opij thebaici.

C *Cinnamomi. ana. vnc.* iij.

Tertiæ Claſſis.

Iridis.

Roſarum ſiccarum.

Succi Glycirrhyzæ.

Seminis napi.

Scordij.

Succi Balſami.

Agarici. ana. vnc. j. *& ß.*

Quartæ Claſſis.

Myrrha.

Coſti.

Croci.

Caſſiæ ligneæ.

D *Spica nardi.*

Schœnanti.

Piperis nigri.

Thuris.

Dictamni.

Rhapontici.

Stœcados.

Marrubij.

Sem. Petroſ. maced.

Calamintha montanæ.

Terebinthi.

Rad. quinquefolij.

Zingiberis. ana drag. vj.

Quintæ

Quintæ claſſis.

Polij montani.
Chamapitios.
Nardi celtica.
Amomi.
Styracis.
Mei athamantici.
Chamadryos.
Phu pontici.
Terra lemnia.
Malabatri.
Chalcitidis uſta.
Rad. Gentiana.
Gummi arab.
Hypociſtidis.
Sem. Balſami.
Aniſi.
Seſeleos.
Cardamomi.
Sem. fœniculi.
Acacia.
Sem. thlaſpeos.
Hyperici.
Ameos.
Sagapeni. ana. unc. ß.

Sextæ Claſſis.

Ariſtolochia tenuis.
Caſtorei.
Bituminis Iudaici.
Seminis Dauci.
Opopanacis.
Centaurij minoris.
Galbani. ana drag. ij.

Vini antiqui odorati quantum ſatis erit pro liquoribus, & gummis diſſoluendis.
Mellis optimi lib. decem.

Quod ad eſſentiam Theriacæ attinet, nulla alia eſt niſi rerum deſcriptarum ſecundùm artem compoſitio, qualis à Galeno componitur lib. ad Piſonem citato cap. 14. tum lib. 1. de antidotis cap. 2. & 15. Nec timenda eſt obiectio Ioānis Manardi epiſt. 26. dicentis, quòd ex Theriacæ medicaminibus nonnulla ſunt incognita, alia factitia alia mala, & in artificibus peritia, & fides eſt deſideranda, vnde inquit vix ſe credere poſſe bonam hoc tempore Theriacam præparari: deinde referente Iouberto proponit, & magis laudat Mithridatium. Verùm Theriacæ compoſitio talis eſſe poteſt, qualem ipſi comparare nobis optamus; nam artifices non deſunt in multis Italiæ ciuitatibus H induſtria, ac diligentia, magnoque ſtudio parati in ſimplicibus reperiendis; homines enim ſumus, & diſcurſum habentes non ſecus atque antiqui; deinde habemus exempla ipſorum, quæ imitari debemus, & aliquando etiam aliqua in re ſuperare, & non ſecus atque illi noua inuenire, non eſt igitur dicendum ob defectum pharmacopæi veram, & perfectam Theriacam haberi non poſſe. Nec videtur tam facilis Mithridatij confectio, vt ait Manardus, cùm in inueniendis ſimplicibus medicamentis, quibus Mitridatium componitur non minùs laboris requiratur, quàm in ijs, quæ Theriacam componunt, vt dicebat Galenus lib. j. de antidotis cap. 1. *Mithridates* (inquit) *iſte quemadmodum apud nos Attalus omnium ferè ſimplicium medicamentorum, quæ venenis aduerſantur, ſedulò vim expertus eſt in illis hominibus, qui morti condemnati fuerant.*

Noſtris temporibus licet nullus Mithridatij compoſitor poterit tam diligēter huiuſmodi ſimplicia medicamenta, & reperire, & experiri, vt fecit Mithridates, qui fuit

magnus,

A magnus, & potentiſſimus Rex; nihilominus egregiè compoſitum habemus hoc medicamentum, cuius bonitatem, & perfectionem oſtendit continua experientia, qua comperimus ea preſtare, quæ de illo promiſit Gal. 2. de antidotis cap. 1. quod quamuis aduerſus plurima venena potentiùs quàm Theriaca operetur, ictus tamen viperæ ita promptè ſanare nequit. Concludamus igitur, quod etiamſi non habemus eiuſmodi artifices, quemadmodum habebant antiqui, & maximè tempore Galeni, & Andromachi, cùm ijs Imperatores Romani valde opitulabantur, nihilominus, vt dictum eſt, experientia nobis demonſtrat Theriacam diligenter compoſitam eſſe, quæ in vſum quotidianum venit, & multas ſcio Ciuitates perbellè, & Theriacam, & Mithridatium componentes.

Docuit nos Gal. medicamentorum intus aſſumptorum malas corporis affectiones ſanantium, (quæ & antidoti vocantur) tres adeſſe differentias; nam quædam aduerſus exitiales potiones faciunt, quædam aduerſus feras, quæ venenum ictu, morſuum relinquunt, quædam aduerſus morbos mala victus ratione enatos auxiliantur; nonnulla vero B rò ſunt, quæ contra hæc omnia mirificè proſunt, eiuſmodi eſt, quam Theriacã vocant, quæ ab Andromacho Medico compoſita Mithridatium penè antiquauit. Verum quidem eſt, quòd inquiſitio ſimplicium, quæ vtramque hanc antidotum, præcipuè Theriacam ingrediuntur, non poſſunt niſi longo tempore, maxima diligentia, & ſedulitate inueniri. Deinde vbi inuenta fuerint, ea ad inuicem comparanda veniunt, vt ſemper quantum fieri poteſt, meliora eligantur; hoc enim modo poterimus, quantum humanis permittitur, non ſolùm Mithridatij, ſed etiam Theriacę veram compoſitionem habere, qualem etiam Andromachum ſcripſiſſe fatetur Gal. Sed ad penſum rediens dico Theriacam ſuaptè natura nihil aliud eſſe, quàm compoſitionem arte factam eorum ſimplicium, quæ hic ſex ordinibus ſunt deſcripta, ex quorum lectione, & recta conſideratione poterit quiuis Theriacæ habere cognitionem.

Scribit inſuper Galenus lib. ad Piſonem cap. 14. Theriacam concoqui per annos duodecim à ſua compoſitione, validiorem tamẽ eſſe poſt quintum, & ſeptimum vſque ad annos triginta, valere etiam ad ſexageſimum vſque, ſed in morbis non admodum C calidis; nam vltra hoc ſpacium ipſa eſt debilis. Notat Arnaldus à Villanoua, quòd confecta, ac reſeruata in regione tẽperata aſſeratur à modernis vigere effectibus Theriacalibus ab anno decimo tertio præſtans virilitate ſua: ab anno decimoquinto in regione calida, & à vigeſimo in frigida, ſcilicet vſque ad triginta quinque in calida, & vſque ad quadrageſimum ſecundum in frigida: poſtmodum tabeſcens viribus exſpirat circa quadrageſimum annum; hæc accepit ab Auicenna lib. 5. ſumma prima tractatus primi tractatu de Theriaca, vbi illius ætates diſtinctiùs ſcribit ad hunc modum, *& Theriaca quidem adſunt infantia, & pubertas, & adoleſcentia, & ſenectus, & mors, & fit infans poſt ſex menſes, deinde incipit in pubertate, & augmento vſque ad tempus, in quo ſtat per decem annos in regionibus calidis, & viginti annos in regionibus frigidis: deinde ſtat aut decem annis, aut viginti, deinde declinat, aut poſt viginti annos, aut poſt quadraginta annos, deinde ſpoliatur virtute Theriaca, aut poſt quadraginta annos, aut poſt ſexaginta, & fit vna confectionum declinata à gradu Theriaca.*

Si quis robur, & validitatem Theriacæ cognoſcere velit, ex Galeni ſententia opus D eſt alicui medicamentum aliquod purgans porrigere; deinde ſtatim Theriacam exhibere; nam ſi valida, vigenſque adhuc fuerit, nullatenus ventrem purgare ſinit, ſiquidem medicamenti ſoluentis facultas ab Antidoti potentia eneruatur. Arnaldus à Villanoua multas alias coniecturas, præter hanc traditam à Galeno in medium affert, quibus cognoſcitur virtus, & facultas ipſius Theriacæ: Vtilitas eius, inquit, experitur ſic, iniecta in os viperæ necans eam illicò eſt electa, ſin minus non eſt electa: item manum illinitam cum ea electa effugiunt ſerpentes: item immitte in os tuum ex ea electa, & pone ſuper ſcorpionem, & morietur ſtatim: item cum medicina ſolutiua, vt ſcamonea, vel elleborus cœperit inducere, offeratur pondus lupinorum ex ea electa, ſiſtit ſtatim operationem pharmaci extinguendo venenoſitatem ipſius, confortandoque naturam: item electa data cani, vel alij animali, quod ſumpſit drachmam vnam opij, vel medicinã aliam lethiferã liberat ipſum: item electa data gallo ſylueſtri (Auicennas ſcribit pro gallo ſylueſtri phaſianum eſſe intelligendum) liberat ipſum à morſu venenoſi.

nenoſi. Inquit Iacobus Halchindus, miſce Theriacæ quantitatem fabæ cum digito in- B
pelui pleno ſanguine coagulato coperiendo per horam,ſi liquefaciat ipſum,ſcias quòd
eſt optima Theriaca.

Scribit Auerrh. cap. 1. lib. de Theriaca, quòd eſt credibile,& rationi propinquum,
& prima cauſa,propter quam inuenta fuit Theriaca, vt curarentur per ipſam nocu-
menta venenorum, quæ ſunt in animalibus, ſicuti in lacerto, & cane rabido, & vene-
norum,quæ inuenta ſunt in plantis,quamquam non confert napello. Addit iuuamen-
tum eius, quod eſt procul dubio conferre ægritudinibus generatis ex humoribus cor-
rumpentibus complexionem, & formam corporis,ſicut eſt prauitas humorum,ex qui-
bus fit lepra,& malitia complexionis,quæ adæquatur ex paralyſi,& confert apoplexiæ
maiori, & epilepſiæ, & venenoſitati genaratæ in corpore hominis ex ſuperfluitatibus
naturam egredientibus, non omni tamen venenoſitati, ſed illi tantùm, quæ eſt ſicut
illa, ex qu g nerâtur dolor colicus, & ſtomachi violentus, vt quando iſtæ ægritudines
factæ ſunt ex melancholia exiſtente in fine malitiei, & phlegmate,quod multum elon-
gatur à phlegmate naturali, & multò magis ijs,quæ factæ ſunt ex phlegmate,& melan- F
cholia non exiſtentibus multùm extra rem naturalem, & hæc dicimus, quia concor-
dant omnes, quòd Theriaca non confert ægritudinibus generatis ex ſanguine, &
cholera, reſtat igitur certificare, quod dictum eſt,Theriacam conferre ægritudinibus,
quæ generâtur ex phlegmate, & melancholia egredientibus terminum naturalem,exi-
tu ſcilicet multo, & vtrum curentur à Theriaca, ſicut curat ea, quæ quælibet ex Medi-
cinis ſiccis,vel non.

Ex his itaque ex Auerrh. allatis cognoſcimus affectiones præter naturam, quibus
ſuccurrit Theriaca, quarum aliquæ extrinſecùs nobis eueniunt, vt ſunt venena, tum
animalium,tum plantarum, excepto napello, aliquæ verò intrinſecus, vt ſunt malæ
complexiones à malitia humorum, & quæ à flatu, pituita, & melancholia proueniunt,
quæ nondum ſint elongatæ à ſtatu ſuo naturali, hoc eſt dictu à morbis euenientibus à
pituita, & melancholia tam naturali, quàm præter naturam. Quod attinet ad primum
caput de venenis, Arnaldus à Villanoua multas ſpecies venenorum in medium affert,
quibus Theriaca opitulatur, & primò plantarum, quas enumerat vſque ad octnaginta, G
deinde animalium, & ipſorum partium,quæ in numero ſunt centum,& triginta: tertiò
mineralium, quæ ſunt viginti tria, hæc ſunt, quæ ſpectant ad Theriacæ facultatem
quatenus compoſita eſt ex rebus aduerſus venena,à quibus hanc formam accipit vene-
na fugandi. Affert præterea varios morbos, & numero quidem plures, qui ad capita
reducuntur ab Auerrhoë ſupra enarrata.

Galenus verò ad Piſonem 15. ſcriptum reliquit Andromachum in ſupra poſitis car-
minibus idcirco Theriacam appellaſſe tranquillam, quòd corporibus tanquam aliqua
morborum tempeſtate vexatis ſanitatem inducit, opus tamen hic eſt conſideratione;
nam ex Galeno, & ex Auerrhoë locis citatis, Theriaca vel recens eſt, vel iam in
ſuo vigore: primo modo curat morbos ab humoribus calidis ortum ducentes; nam
dicebat Gal. ſæpè furẽtium deliris generoſè ſedaſſe adducto ſomno, deinde animi tur-
bulẽtias, perplexaſque cognitiones pluries curaſſe. Addit Auerrhoës huiuſmodi The-
riacam recentem fluxus ſanguinis narium, & fluxum ſanguinis per anum, & menſtrua
cohibuiſſe,quia per ipſam(inquit)incraſſatur ſanguis propter id,quod eſt in ea de opio, H
& confortat virtutem continentem ſanguinem in venis,ſubiungẽs Galenum exhibuiſſe
illis, qui à pulmonibus expuebant ſanguinem propter ſolutionem continui euenientis
ex vlceratione rerum acutarum deſcendentium à cerebro; adijcitque cum illa quan-
doque ſedari, & tolli tuſſim propter opium, quemadmodum etiam ob medicamenta
exiccantia vulnus conſolidat, & prouocat ſomnum. Conferre etiam ait alijs membris
à pulmone, quoniam eſt medicamentum efficacius in congelatione ſanguinis,augendo
ſomnum, cum ſedatione tuſſis, aliquando etiam conuenit morſibus animalium,ex qui-
bus cauſatur fluxus ſanguinis:confert etiam venenis medicinarum corroſiuarum anti-
quarum, & ratio eſt, quia ipſa incidit, & frangit materiam illius veneni, & quandoque
exiceat vulnera, quæ accidunt poſt teneſmum.

Porro ex eiuſdem Galeni ſententia Theriaca in ſuo vigore exiſtens tantummodo
ſubuenit ijs, qui à pituita in varios morbos cadunt,vt difficultate reſpirantibus,quando
pituita

Digitized by Google

A pituita quędam craſſa meatibus pulmonis inſidens hominibus inſpirare prohibet: confert morbis ventriculi, appetitus deiectioni; famem præter naturam tollit, tardam ventris coctionē, & imbecillitatem ſanat, quam in inteſtinis lũbrici morantes excitant, eijcit præterea maximum, & latum illum vermem, quem teniam vocant; hepatis, & lienis morbos curat, illarum partium obſtructionibus apertis, lienem indnratum liquefacir, renum calculos frangit, vrinam è veſica vix egredientem promouet, ſudorem immoderatum comprimit, & concidentem ægri virtutem veluti ſuſcitat, atque ex infirma valentem reddit. In mulieribus educit ſanguinem menſtruum: & ſuppreſſas vteri, ſediſue ſanguinis excretiones freqnenter aperit, & quod admirabilius eſt, immoderatas eiuſdem ſanguinis deiectiones detinet, confert hydropicis non alia ratione, niſi quis humorem in ipſis conſumit, & refrigeratum in eis naturalem calorem accendit; maximè verò anaſarcas, & leucophlegmatias potenter adiuuat, mali habitus bona eſt medicina, atque corporis habitum in meliùs commutat, elephantiaſi remedium quoque preſtat; nam cùm multus humor corruptus toto corpore diſperſus ſuis viribus B illius temperaturam perdat, ſuperueniens antidotus morbum profligat. Neruorum etiam, vel contractiones, vel diſtentiones curat neruos calefaciens, & eorum intentiones remittens.

Addit Galenus illud eſſe ſumma admiratione proſequendum, quòd Theriaca non modò corporis affectus ſanare videtur, ſed etiam animi paſſionibus corpus quãdoque grauiter infeſtantibus opitulari conſpicitur, aliquando excitatas melancholia graues curas ſumpta ex animo pellit, quartanis etiam febribus optimè conuenit, & iſti ſunt morbi, quos Galenus 15. cap. ad Piſonem in medium affert, quibus Theriaca opitulari conſueuit; & hi omnes à pituita, & melancholia ortum ducunt, & referuntur ad illud caput ab Auerrhoë propoſitum, in quo dicebat Theriacam curare morbos ex pituita, & melancholia prodeuntes, ita vt dicere poſſimus (ni fallor) Theriacæ compoſitionem præcipuam factam eſſe ex medicamentis, quæ venenis aduerſantur, vnde Theriaca formam acquirit ſpecificam ad auferenda venena præſertim ea, quæ extrinſecùs, ſiue ex animalibus, aut ex alijs rebus eueniunt. Operatur etiam, vt dicebat Auerrh. vt C eſt medicamentum à tota ſpecie, nempè prout in illa reſultat facultas ex miſtione qualitatum quatuor: tandem curat mediantibus qualitatibus ſecundis per contrarietatem, inde eſt, quòd aduerſatur epilepſiæ, apoplexiæ, alijſque morbis ſimilibus à frigiditate humorum ortum ducentibus, & hac ratione Theriaca non valet aduerſus morbos euenientes à ſanguine, & bile, vt dictum ſupra eſt.

Ex dictis facilè colligere poſſumus, à quibus indicetur Theriaca, & à quibus prohibeatur: inter res præternaturales indicatur à venenis in noſtrum corpus illatis, vt eſt medicamentum ex rebus aduerſantibus venenis cõpoſitum: deinde poteſt dici ipſam indicari à morbis à tota forma, ſeu à ſpecie, quatenus ſcilicet eſt medicamẽtum compoſitum ex mixtione quatuor qualitatum, vt ſentit Auerrh. cap. 3. de Theriaca. Tandem dicendum eſt ipſam indicari à morbis deriuatis à materijs frigidis, vt eſt medicamentum ſuis qualitatibus ſecundis præditum, & præſertim vt habet facultatem calefaciendi, attenuandi, atque exiccandi; quare Theriaca tribus modis conſideratur, primo quatenus eſt compoſita ex rebus aduerſus venena, ſecundo quatenus ex multa actione, D & reactione quatuor qualitatum acquiſiuit ſibi propriam ſpeciem, tertio quatenus à prædominio habet qualitatem vnam præualentem, aut plures. Addit Arnaldus à Villanoua, quòd Theriaca confecta circa quatuor menſes agit per virtutem miſcibilium operantium partialiter, poſtea agit per virtutem concretam efficiens operationes infantium cum hac conditione, vt Theriaca non ſit recens, quia tunc à morbis calidis, indicatur tantùm. Coindicatur à rebus naturalibus, ab habitu corporis frigido, ab ætate decliuante, à complexione frigida, & humida. Inter res non naturales coindicatur ab aëre frigido, & humido. Prohibetur verò inter res præternaturam ab humoribus calidis, nempè ab humore bilioſo, à ſanguine: inter res naturales, ab habitu corporis tenui, & gracili, à complexione calida, & ſicca ab ætate puerili, à rebus non naturalibus, ab aëre nimium calido ab immoderatis vigilijs à fluxu ſanguinis vti diximus.

Vſus Theriacæ hic eſt, adultis datur drachma integra, quamuis Galenus ſcriptum reliquerit, *non damus autem omnibus eandem quantitatem antidoti, ſicut nec liquors quo*

ipſam diſſoluimus; nam in ante dictis ad magnitudinem nucis auellanæ Theriacam ex tribus vini cyathis propinare ſolemus. Itaque ex his habemus,& quantitatem Theriacæ, & modum offerendi, qui eſt cum aliquo liquore,vel aqua, vel ſucco. Auicennas modò ad lupini quantitatem, modò ad vnum aureum pro affectus diuerſitate concedit. Noſtris temporibus communiter pro adultis vtimur doſi ad drachmam vnam, aliquando cum iure pulli,nonnunquam cum vino, aliquando cum aquis cordialibus pro varia Medici intentione. Tempus verò offerendi non omnibus idem eſſe poteſt, ſed varium pro diuerſitate ægritudinum: in rigore periodico, & frigore, & vomitu in initio periodi dat Auicennas, in febribus tertianis extenſis, & in quartanis, aliquando per ſpacium ſex horarum ante prandium, aliquando verò minus. Tandem Theriaca per os frequentiùs aſſumitur aliquando verò per partes infernas inijcitur pro flatu diſcutiendo. E

Et hæc ſunt, quæ breuiſſimè de Theriaca, quantum requirit præſens tractatus, exarare volui, tuoq́ue nomini dedicare. Scio enim quantum ingenij acutie valeas, poteriſq́ue pro tuo arbitratu hos duos tractatus legere, & ponderare,determinareq́ue, an verum ſit meum conſilium de medicamento priori ſimplici propoſito. Eius vſum valde ſuſpectum habeo, putoq́ue longè melius eſſe ad illa medicamenta, quæ millies experti ſumus recurrere, quàm iſthæc experiri velle ex cauernis ſubterraneis diaboli conſilio effoſſa potiùs in hominum perniciem, quàm in auxilium inuenta. At quemadmodum primum medicamentum, incertum, dubioſum, & experientia periculoſum eſt, & à pauciſſimis, & fortaſſe à nullis corporis noſtri affectibus tutò indicatum, ita verò iſtud ſecundum à præclariſſimis Medicis compoſitum, & ferè infinities probatum,tutiſſimum eſſe facilè mihi perſuadeo, à multiſq́ue indicantibus tamquam certiſſimum auxilium indicatum, ac proinde tutò,& iucundè exhibendum eſſe cenſeo, quod tamen prudentiſſimo tuo iudicio determinandum ſubijcio, & vbi, quæ honoris tui cauſa à me rudi hoc ſtilo ſcripta ſunt, probaueris, gratiſſimum mihi erit. F

De Lapide Bezaar, & Contraherba. Tract. X.

Ad Perilluſt. virum D. Ioan. Franciſcum Fiocchettum G

Sereniſſimi Principis Filiberti à Sabaudia Archiatrum eximium.

LApidis Bezaardici naturam, & facultatem mihi iampridem conſideranti, Medicorum quorundam inſcitia, qui in deploratis morbis ad eum, tanquam ad ſacram anchoram confugere conſueuerunt, turpis planè, & omninò deteſtanda ſemper viſa eſt. Non quidem quòd in eam iuerim ſententiam, vt contra ſummorum virorum teſtimonia,rationem, & experientiam ſuas præclariſſimas dotes huic præcelebri medicamento deeſſe exiſtimem; ſed quia conſuetudine quadam, vel vt rectiùs dicam, abuſu, & indiſcriminatim in vſum medicum reuocari quotidie animaduertam. Sicut enim ignarum vulgus, quod nihil vnquam modicum nouit, nobiliſſimum ſanè hoc præſidium maximis ad cælum vſque laudibus effert; ita ij Medici vera methodo, vt puto, ignorata, quam in nullius medicaminis vſu non callere deberent, illud ſuis ægrotantibus paſſim, & inconſultò exhibent. Vt igitur horum medicantium errori fulcrum H aliquod ſubſternerem, Bezaar eſſentiam, & vires apertiſſimè, quoad potero, manifeſtare contendam. Hinc ſiquidem mihi ſpes affulget fore, vt ij ad quorum manus hæc noſtra lucubratio peruenerit, pulſis tenebris, lucem in eiuſmodi lapidis adminiſtratione aſpiciant; nec deinceps opinentur oſcitantiæ eum redarguendum, qui vſum Bezaardici quandoque omiſiſſet,aut eum commendandum, à quo ad ſatietatem vſque conceſſus ægrotantibus fuiſſet. Verùm, vt quæ in votis habeo, aſſequi poſſim, doctiſſimum aliquem virum mihi conſulendum eſſe perſpexi; ingenij enim mei tenuitas, & materiæ pondus, quanta ſint, haud me fugiunt. At non diù perquiſiui, quem in conſilium adhiberem, aut potius,cuius arbitrium hac in re ſequerer, ſtatim tu ſummi Herois ſumme Archiater occurriſti. Nam iudicium de Regio medicamento, qualis eſt Bezaar, rectè non niſi à Medico Principis Regiæ prolis expectare poteram. Id itaque qualequale ſit ſcriptum de hoc argumento,ad te mittere iure merito decreui, vt tua

Digitized by Google

A ſub cenſura omiſſa adijciantur, & ſuperflua reſecentur, id quod te facturum non dubito, cùm tuam erga me beneuolentiam iam dudum teſtatam habeam.

Ea eſt apud vulgus opinio de lapide Bezaar, vt ſolo contactu cenſeatur morbos omnes venenatos curare, & quamcumque materiam venefica qualitate coinquinatam è corpore depellere poſſe, quam rem cùm in mentem reuoco, videor mihi videre ſerpentem illum ſacrum, cuius meminit Ariſt. lib. de rebus auditu mirabilibus, qui in Theſſalia homines quoſque interimebat non morſu ſolùm, ſed etiam contactu, imò ſola ipſius voce audita, aut etiam à longè viſo, tantum timoris concipiebant, vt etiam viperæ, & alia animalia venenata ipſum omni conatu effugerent. Differunt tamen ſerpens, & Bezaar, quòd ille necem, hic vitam afferat, ſed hæc eruditis relinquantur, & quæ ſunt noſtri inſtituti proſequamur. Lapis Bezaar pluribus nominibus fuit ſignificatus præſertim ab Arabibus; nam Rhaſis inter eos peritiſſimus, & antiquiſſimus tum lib. continentis, tum ad Almanſorem Bezahar, Serapio de ſimplicibus mineralibus cap. 196. Hager Albezahar vocauit. Indi, & Perſæ Bezaar, & Belzaar, & Baxar appel-
B larunt. Quamuis Hager apud Serapionem ſit genus ad omnes lapides: Belzar verò ab aliquibus videtur dictum à Bel, quod dominus ſignificat, & à Zar, id eſt venenum, quaſi Belzar ſit venenorum dominus. Bazar ab Indis dictum eſt authore Garzia ab Horto, quia hoc nomen hircum ſignificat, in cuius ventre gignitur iſte lapis. Sed neque à Græcis, neque ab antiquioribus Latinis cognitus vnquam fuit hic lapis, vnde videtur ab Arabibus tantùm fuiſſe cognitus, & hæc quoad nomen.

Quantum attinet ad eſſentiam, difficile eſt determinare, in quo ea conſiſtat, pro vt continetur ſub nomine Bezaar; nam nomen iſtud æquiuocum eſt, & prædicatur tum de lapide quodam minerali, tum etiam de lapide in animalibus genito. Lapis, qui in communi eſt vſu apud Medicos, & à noſtratibus mirum in modum celebratur, ex communi authorum conſenſu, qui de hac materia ſcripſerunt, eſt lapis genitus in quodam animali: ille verò cuius mentionem habemus apud Arabes, eſt mineralis, vt ex Serapione apertiſſimè colligimus, quem omnes alij Arabes ſectati ſunt. Serapionis verba capite citato hæc ſunt: *minera ipſius* (Bezaar) *eſt in terris Syriæ, India, & in terris*
C *Orientis*, ergo ſequitur ex dictis lapidem Bezaardicum eſſe mineralem. Id quod confirmatur, quia addit Serapio colorem illius lapidis eſſe citrinum, & puluerulentum, ſed huiuſmodi color nequaquam obſeruatur in Bezaardicis in ventre animalium generatis, ergo differunt, quare cum hic proueniat ex animalibus, ille prodibit ex terra, vt ipſe fatetur. Præterea ſubiungit idem Serapio nullum alium lapidem, ſi virtutem expendamus, illi æquari poſſe, etiamſi cum ipſo aliquam habeat ſimilitudinem: nec vllo pacto arte confingi poſſe, ita vt illius figuram repræſentet, ſed plerique lapides adulterati reperiuntur, qui ſimillimi ſunt ijs, quos ex animantibus ortum duxiſſe conſtat, ergo differunt inter ſe lapis Bezaar Serapionis, & recentiorum.

Sed præter colores iam dictos ſunt aliæ qualitates in lapide à Serapione propoſito, quas nunquam obſeruauimus in lapidibus generatis in ventre animalium, vt eſt mollities, humiditas, & leuitas: illius verba hæc ſunt. *Et eſt quidam, qui dicatur Cobori, & Marina, & eſt lapis, in quo nullus errat, ſed multi errant in alio, qui dicitur Chindos, & eſt lapis multæ humiditatis leuis, mollis, tactus mollitie ſine ſuperfluitate.* His omnibus con-
D cluditur lapidem Bezaar à Serapione propoſitum eſſe lapidem mineralem non ſecus atque pretioſi lapides, vt adamas, & alij, id quod confirmari facilè poteſt ex ijs, quæ de ipſius facultatibus pollicentur omnes Arabes; nam dicunt ipſum conferre venenis omnium animalium, & plantarum; morſibus, puncturiſque venenoſorum animalium, liberat à morte, expellit venenum per ſudorem, quando ponitur in anulo, & reponitur in ore eius, qui aſſumpſit venenum, & fugit aliquantulum, confert ei, & ſi ponitur lapis iſte ſuper locum puncturæ, aut ſuper locum morſus animalis venenoſi quemadmodum eſt punctura ſcorpionis, aut cantharidum malarum, aut iambor, confert eis iuuamento manifeſto, & ſi teratur, & ponatur ſupra morſum reptilium venenoſorum attrahit venenum per ſudorem, & ſi locus, in quo morſus eſt putrefactus, & puluerizetur ſupra locum ex hoc lapide, mundificat, & curat, & quando tangitur cum iſto lapide aculeus ſcorpionis prohibet vim pungendi, & ſi teratur ex eo pondus duorum granorum hordei, & diſſoluatur in aqua, & ponatur in ore ſerpentis, occidit eum.

Digitized by Google

Rhaſis de hoc lapide loquitur adhunc modum: *Bezaar eſt lapis citrinus, mollis, non* B
habens ſaporem, confert venenis, & addit, *ego vidi in ipſo ſufficientiam ad remouendum his*
nocumentum napelli, & eſt toxicum verum, & erat ille lapis, quem ego vidi vergens ad ci-
trinitatem, & albedinem, habens colorem vini, & cum hoc erat lenis, & ſplendens ſicut lu-
men, & iam vidi in eo de ſufficientia his, illud quod vidi in aliqua ſimplici medicina, imò
etiam, quod non vidi in theriacis compoſitis. Refert Auenzoar. lib ph ſir, quendam fuiſſe
à ſuis parentibus tanquam mortuum deploratum ob prauum quoddam venenum
aſſumptum, fuiſſe deinde ex aſſumptione trium granorum lapidis Bezaar, cùm aqua
cucurbitæ liberatum. Auerrhoës quoque facultatem huius lapidis aduerſus morſus
ſcorpionum laudat; eandemque facultatem Alhabbas, qui ante Auerrhoëm, & Aui-
cennam vixit mirum in modum laudat. Sunt quoque & alij plerique Arabes eandem
opinionem ſequentes de virtutibus, & facultatibus lapidis huiuſce mineralis, quorum
apud Serapionem habetur mentio, imò verò ſcribit, teſtimonio cuiuſdam Arabis no-
mine Abdalaanarach, quendam Regi Cordubæ dediſſe lapidem Bezaar, pro cuius
pretio Rex illi conceſſit Cordubenſe palatium pulcherrimum. F

Auicennas quamuis ſobriè de hoc lapide locutus ſit, confirmauit tamen Rhaſis
opinionem, tam de natura lapidis, quàm de ſuis facultatibus, ita vt iure aſſerendum ſit
eundem Auicennam loquutum fuiſſe de eo lapide, cuius meminit Serapio; omnium
ergo Arabũ ſcriptis rectè cõſideratis clarè patet in eorum ſentẽtia, quòd lapis Bezaar
Arabum non niſi mineralis eſt, quod etiam confirmari facilè poteſt ex quodam Ara-
bum antiquiſſimo, Ftaſi nomine, qui ſcripſit lapidem Bezaardicum eſſe mineralẽ, qui
eadem ratione, qua cæteri lapides minerales à ſuis mineris excauatur, vt ſunt adaman-
tes, rubini, ſmaragdi, agathæ, & alij huius generis pretioſi lapides, inter quos enumerat
lapidem Bezaar, eique penè innumeras virtutes, ac facultates omnium antiquorum
Arabum auctoritate fretus adſcribit. Confirmatur authoritate Gentilis ſupra cap. 4.
lib. 2. tract. 1. Auicenn. qui ad hunc modum ſcribit, *ſecundo conſiderandum, quòd Albe-*
zahar propriè eſt nomen lapidis mineralis contra venena valentis, de quo Serapio, & addit,
aliàs autẽ declarauimus, quòd eſt duplex ſcilicet Bezaar minerale, & Bezaar animale, ſcili-
cet lacryma cerui, vel pupilla, de quibus ſcripſimus ſupra 2. Canon. & Auicenn. ipſe ad G
hunc modum de eo loquitur, *& videtur, quòd vegetabilia, & mineralia ex artificialibus*
dignius nomen Theriacæ ſumant, mineralia nomen Albezaar, & videtur etiam, quòd inter
ea non ſit magna differentia.

Poteſt etiam hiſce argumentis addi antiquitas; nam lapis Bezaar, quo nunc vtuntur
Medici in ventre animalis genitus eſt recentis memoriæ quòd tam ex Garzia, quàm ex
Monarde vnicuique notum eſt; nam Garzias de ipſo lapide adhunc modum loquitur.
Queſta pietra non ſolamente ſi troua in Perſia, ma in molti luoghi di Malaca, & in quel-
l'Iſola, che hà preſo il nome dalle vacche, non molto lontano dal Promontorio Comorin, doue
in vna careſtia, che venne nell'eſſercito, amazzandoſi molti di queſti caproni aſſai grandi,
nella maggior parte vi furono trouate nello ſtomacho queſte pietre. Donde poi hanno hauuto in
coſtume di amazzar tutti i caproni, che capitano in quelle bande per cauarne la pietra.
Hæc Garzias, & in fine capitis ſubiungit. *Hà incominciato queſta pietra ad eſſer di giorno*
in giorno in maggior iſtima. Nicolaus Monardes ſcribit primum lapidem ab ipſo viſum,
fuiſſe à Rege de Cochin miſſum, de quo ſic loquitur. *Poiche il Rè di Cochin mandò nella* H
prima conquiſta frà l'altre coſe pretioſe vna pietra Bezaar poco più groſſa d'vna auellana,
per preſente di maggior prezzo, e di maggior ſtima di tutti, la quale fù qui poi hauuta in gran
prezzo, per hauere inteſo le ſue gran virtù. E queſta fù la prima, che i Portugheſi portarono
in Spagna, & in fine capitis loquens de admirabili huius lapidis facultate inquit. *Di*
queſti sì fatti caſi potrei raccontarne molti, che nella Spagna da quattordici anni in quà, ch'io
me ne ſeruo ſi ſono di cattiue infermità liberati.

Ita vt ex his authoribus liceat mihi colligere lapidem hunc eſſe de nouo inuentum,
neque potuiſſe eſſe temporibus Rhaſis, aut Serapionis. Addo, quòd ſi fuiſſet ab illis
cognitus, fieri minimè potuiſſet, quin aliquam de animalibus illis, in quibus generatur
habuiſſent mentionẽ; nam quemadmodum Serapio de hyrundinibus loquens ſcripſit
in ijs naſci lapillos duos, vt patet ex ipſius verbis, ſic etiam aliquid de animali tam pre-
tioſum lapidem in ſe continente iure optimo ſcripſiſſet. Serapionis de Hyrundine lo-
quentis

Digitized by Google

A queutis verba ſunt hæc. *Quando accipitur pullus hyrundinis in augmento lunæ, & ſit primus, quem habuit mater eius, & ſcinditur, inueniuntur in ventre eius duo lapides, vnus quorum eſt vnius coloris, & alius habet colores diuerſos, qui ſi ſtringantur in corio vituli, aut cerui, antequam terram tangant, & ſuſpendantur in collo, aut brachio epileptici, & multi fecerunt hoc, & curati ſunt.* Iam verò ſi Serapio agnouiſſet animalia illa, in quibus generatur lapis Bezaar, quem exiſtimauit eſſe tam inſignis facultatis, & virtutis procul omni dubio, non tacuiſſet, quemadmodum nec tacuit in hyrundinibus naſci lapides, cùm ſcripſerit tam diligenter de ipſis lapidibus, de qualitate illorum, & virtutibus, at verò de iis animalibus ne verbum quidem habuit, ſed tantùm dixit mineram lapidum eſſe in terris Syriæ, Indiæ, & in terris Orientis, vt dictum eſt.

Ex his igitur meritò concludo lapidem Bezaardicum Arabum eſſe longè diuerſum à lapide, qui genitus eſt in ventre animalis, quod confirmo authoritate Rabbi Moyſi lib. 1. de venen. tract. 1. cap. 3. vbi ſcribit lapidem Bezaardicum eſſe in duplici differentia, mineralem vnum, alterum natum in ventre animalis. His accedit, quòd antiquiores Arabes de virtutibus ipſius lapidis Bezaar mineralis egregia, & magna in medium attulerunt, quamuis Rabbi Moyſes ſcribat mineralem lapidem non habere vſum

B in medicina, ipſius verba ſunt, *datur alius lapis Bezaar mineralis in Aegypto diuerſorum colorũ, de quo admiranda anteceſſores noſtri ſcripſerunt, ſed hunc lapidem experientia comperimus nullius eſſe momenti, nec aliquem vſum in medicina habere exiſtimamus.* Hac Rabbi Moyſis authoritate demonſtraſſe ſat mihi eſt lapidem antiquorum Arabum fuiſſe mineralem, & quod de ipſo tot virtutes, & encomia prædicarunt. Stet igitur lapides, qui ſub nomine Bezaar deſcribuntur, alios eſſe minerales, alios in ventre animalis genitos, inter ſe in pluribus differentes, primò ratione vſus, quem in Medicina habent; nam mineralis nullius eſt vſus; animalis verò in communi eſt vſu noſtris temporibus, antiquitùs in vſu erat lapis mineralis, incognitus ille, qui in animali naſcitur, hic non dudum inuentus à Luſitanis, ille verò antiquus ab Arabibus, de quo multæ adſcribuntur facultates, quæ in noſtro non reperiuntur, quare inter ſe omninò diuerſi ſunt.

Sunt tamen aliqui authores ſcribentes lapidem in animali genitum eundem eſſe

C cum illo, qui à Serapione deſcribitur. Inter alios Doctiſſimus Ioan. Baptiſta Syluaticus in tractatu de lapide Bezaar ait vnum, & eundem lapidem eſſe in ſpecie, Serapionis, & eius, qui naſcitur in animali; nam Serapio vbi ſcribit mineram eſſe in terris Indiæ, & quæ ſequuntur, nomine mineræ metaphoricè locutus eſt, vt nobis tantùm ſignificaret regionem natiuam, in qua lapis huiuſmodi generatur, ſic inquit, & Medici aliquando mineram putredinis facientem febrem, dicunt eſſe in venis. Deinde idem Serapio loquens de lapide aquilæ in proprio ipſius capite hunc in modum ſcribit, *& minera eius eſt in montibus Indiæ inter Chynas, & Pharadin.* neque propterea ſubiungit dicendum eſſe ex mineris metallicis lapidem hunc educi; exiſtimat hinc Syluaticus lapidem hunc aquilæ genitum eſſe in ventre ipſius aquilæ, & proinde Serapionem perſiſtere in metaphora.

Verùm ego puto Serapionem metaphoris minimè vſum fuiſſe, ſed re vera exiſtimaſſe ſuos lapides Bezaardicos ea ratione eſſe minerales, vt à mineris, quæ ſunt in prædictis locis oriantur, non ſecus atque naſcuntur alij lapides pretioſi: nam, vt dictum

D eſt ſuperiùs, ſi exiſtimaſſet Serapio hos lapides in ventre animalis genitos fuiſſe, omni induſtria curaſſet inquirere cognitionem horum animalium, vt fecit in hyrundinibus, de quibus tam accuratè locutus eſt. Maxima quidẽ ipſius fuiſſet demẽtia, ſi neglexiſſet cognitionem habere animalium illorum, à quibus producuntur tales lapides, cùm meminiſſet, quòd in hyrundinibus nati lapides non niſi facultatem liberandi epilepticos habent, qui reſpectu lapidis Bezaardici poſſunt dici nullius momenti, cùm tot venenis, & morbis venenatis medeantur. Aptiùs ergo dicendum eſt hiſtoriam de illis, vt agnouit, abſque vlla metaphora nobis deſcripſiſſe, lapidemque hunc mineralem apertè declarauiſſe, eiuſque mineram eſſe in terris Syriæ, & Indiæ, & in terris Orientis, non autem vſum fuiſſe metaphoris.

Nec poſſum non admirari Ioan. Baptiſtam Syluaticum virum tam doctum, & tam egregium ſcriptorem, quòd in referendo illo capite Serapionis de aquila hæc verba ſcripſerit, *neque propterea dicendum erit ex mineris metallicis lapidem hunc educi*, cùm

tamen

tameu contrarium ex capite hoc Serapionis appareat, uempe huuc lapidem aquilæ B
eſſe mineralem, non autem iu ventre ipſius natum. Aliud enim eſt dicere lapidem hunc ab aquila fuiſſe, & aliud ab aquila iuueutum: ſi primo modo, hoc eſt ſi ab aquila factus, aut genitus eſſet lapis, non ſecus atque dictum eſt de hyrundine, procul omni dubio non poſſet inferri lapidem eſſe mineralem: at ſi ſecundo modo, nempe ſi ſit lapis hic, de quo Serapio loquitur iuueutus ab aquila, debet dici mineralis, quod luce clarius ex verbis ipſius Serapionis apparet, quæ ſunt hæc.

Hager aſtamach, id eſt lapis aquilæ eſt lapis Indus, qui quando agitatur, auditur intra ipſum lapillus alius, & minera eius eſt in montibus intra Chyoas, & Saradin, Græci nominant pantarront, & expoſitio eius eſt allenians partum, & hac proprietas eſt reperta in hoc lapide ab aquila; nam quando aquila vult parere oua ſua, aquila maſculus portat aquilæ fæminæ iſtum lapidem à partibus Indorum, & ſupponit eum aquilæ fæminæ, & facit eam parere facilè, leuiat enim dolores eius, & hoc idem facit mulieribus, & omnibus animalibus, quando ſupponitur illis in hora partus. Ex verbis hiſce Serapionis colligimus lapidem aquilæ eſſe lapidem Indum, qui quando agitatur, auditur intra ipſum lapillus alius, nihil aliud F
volens nobis ſignificare Serapio, niſi quòd lapis hic ſit idem cum eo, cuius meminit Dioſcorides lib. 5. cap. 118. quem λίθον ἀετίτην ideſt lapidem aquilæ appellant: & interdum in aquilarum nidis reperitur.

Huius quoque lapidis meminit Plinius lib. 36. cap. 21. his verbis. *Aetites lapides ex argumento nominis magnam famam habent, reperiuntur in nidis aquilarum, ſicut in decimo volumine diximus, aiunt binos inueniri marem, & fæminam, nec ſine ijs parere, quas diximus aquilas, & ideo binos tantùm; genera eorum quatuor in Africa naſcentem puſillum, ac mollem intra ſe, & veluti in aluo habentem argillam ſuauem candidam ipſum friabilem, quem fæmineí ſexus putant, marem autem, qui in Arabia naſcitur, durum, gallæ ſimilem, aut ſubrutilum in aluo habentem durum lapidem. Tertius in Cypro reperitur colore illis, qui in Africa naſcuntur ſimilis, amplior tamen atque dilatatus, cæteris enim globoſa facies, habet in aluo arenam iucundam, & lapillos, ipſe tam mollis, vt etiam digitis frietur, quarti generis Taphinſius appellatur naſcens iuxta Leucadem in Taphiuſa qui locus eſt extra nauigantibus ex hac ad Leucadē inuenitur in fluminibus cādidus, & rotundus, huic in aluo eſt lapis,* G
qui vocatur calimus nec quicquam tenerius. Aetitæ omnes grauidis alligati mulieribus, vel quadrupedibus in ſacrificatorū animalium pelliculis, continent partus non niſi parturiant remouendi, alioqnin vulua excidunt, ſed niſi parturientibus auferantur, omninò non pariunt. Hæc Plinius. Ex Dioſcoridis ergo, & Plinij ſententia non eſt dubitandum, quin lapis ab ipſo Serapione propoſitus, non ſit lapis ætides, qui non iu ventre aquilæ, vt ſupponit Syluaticus, generatur, ſed ex varijs mineris ſit, quare ex hoc Syluatici argumento infero lapidem Bezaardicum mineralem eſſe, neque ex aliquo animali euaſci, vt ille putat, ita vt dicendum veniat lapidem Bezardicum Serapionis longè diuerſum eſſe à Bezaardicis lapidibus in ventre animalium genitis, & qui ſunt in continuo vſu.

Deueniendum modò eſt ad accuratam notionem lapidis in animante geniti, vt potequem frequentiſſimè adminiſtrare ſoleamus, & primò inueſtigandum quid ſit, & in quibus animalibus generetur, quo in loco, ex qua materia, quas facultates habeat, num poſſit adulterari, & quibus iudicijs verus ab adulterino dignoſcatur. Sed quò hæc ſingula aſſequamur, hiſtoriam pauló altius repetemus à tractatione Contraherbæ initium H
facientes. Hæc herba eſt, qua nutriri dicuntur animalia, in quibus generari conſueuerunt lapides Bezaardici, & Contraherbæ nomine appellatur communiter, verum quia repertum eſt eſſe validiſſimā antidotum aduerſus facultatē alterius herbę quę appellatur interficiens abſque remedio, qua & Charibi, & alij Indi vtuntur in ſuis bellis, nec non & venationibus, habitantes à loco dicto Careas vſque ad Chylem vocatum, qui more Arabum viuentes ſola venatione, & carne humana veſcuntur, iſtique ſuccum extrahentes ab illa mortifera herba inungebant ſagittas, & ijs ita vnctis multos Hiſparos interficiebant. Reperta verò alia herba, quæ fuit remedium maximum aduerſus hanc herbam venenatam, iure optimo dicta eſt Contraherba; vbi enim inflicta erant vulnera ex ſagittis venenatis inungentes vulnera Contraherbæ ſucco, omnes euadebant, quia vero eiuſmodi herba paſcuntur quædam animalia, hinc ortum habuit opinio dicentium eiuſmodi animalia eſſe, quæ producunt lapidem Bezaardicum.

A De Contraherba itaque primo loco nobis tractandum eſt, tanquam de ea, quæ dicitur fundamentum generationis lapidis Bezaardici, quod priuſquam aggrediamur, vos monitos volumus ad hunc vſque diem nullum repertum fuiſſe authorem, qui de ipſa loquutus ſit duobus exceptis, vnus eſt Petrus de Oſma, qui ad Monardem illum, qui de rebus aromaticis occidentalibus ſcripſit, epiſtolam lingua Italica ſcriptam miſit, in qua quidem huius Contraherbæ mentionem facit his verbis.

Saprà V. M. che à gli 8. di Ottobre di queſto anno giunſe qui vn mio cugino, che ſi chiama Alſonſo Garzia molto buon ſoldato, & ei diſſe, che hà trouato vna herba, la qual è contra quel-l'herba che vccide ſenza rimedio: & vſano i Caribi, & gli altri Indiani valoroſi nelle loro guerre, & caccie: i quali habitano da Charcas fin à Chile, & viuono come Arabi, mantenendoſi ſolamente della caccia, & di carne humana. Queſti con le frezze inherbate hanno morto vna infinità di Spagnoli, i quali dicono, che non ſon buoni da mangiare, per eſſer carne dura, onde quando li vccidono, li tengono à macerare, tre & quattro giorni. Con queſt'herba, che hora ſi hà trouato, ſi rimediarà molto al danno, che eſſi fanno, perche i noſtri non li teme-
B *uano, ſe non per l'herba, con la quale vngeuano le ſaette, che tirano, la quale li faceua morir rabbiando, ſenza rimedio alcuno Al preſente con la Contr'herba, che han trouato ſtanno tutti molto allegri: Dicono, che è vn'herba laquale hà alcune foglie larghe, che ſi pò ſimigliare alle foglie della piantagine di Spagna: la qual peſta, & poſta nella ferita attoſſicata, mortifica il toſſico, & il veleno, & fà ſubito ceſſare gli accidenti, che fà il veleno dell'herba. Si hà per coſa di gran momento in quei luoghi l'hauerſi trouato cotal rimedio, & ſappia V. M. che ſi troua la Contr'herba nel medeſimo luogo doue ſi troua l'herba, & credo che ancho ne ſia in altre parti, ma là, doue ſi fà il danno hà piacciuto à N. S. di ſcoprirne il remedio. Scriuo à V. M. queſte coſe, perche di quà ella conſideri quante più herbe, & piante di gran virtù ſimili à queſta debban tenere le noſtre Indie, le quali non habbiamo trouato, ne ſappiamo, perche gli Indiani come gente cattiua, & noſtra inimica, non ci diſcroprirebbono vn ſecreto, ne vna virtù di vn herba, benche eſſi veniſſero ſegati per mezzo. Che ſe alcuna coſa ſappiamo di queſti che hò detto, & di altre, ſi ſanno dall'Indiane, le quali come vſano con li Spagnoli diſcoprono loro, & dicono tutto ciò, che ſanno. Non voglio eſſer più lungo: perche non sò, ſe queſta lettera*
C *peruenirà alle mani di V. M. ſe ella vi giungerà, piacendole di darmene auiſo, io le ſcriuerò più alla lunga, & con più particolari di queſta terra, & delle virtù di altre herbe, & de gli animali, & di altre coſe, come sò, che daran piacere, poiche ella è così curioſa di ſapere queſte coſe, N.S. &c. Di Lima nel Perù à 25. di Decembre l'anno 1568. Bacia la mano di V. M. Pietro di Oſma, & di Xara, & Zegio.*

Ex huiuſmodi ergo epiſtola ſcripta ad Monardem habemus dari Contraherbam, tanquam antidotum quandam aduerſus illam mortiferam herbam, quæ quantum ad ſui naturam nihil aliud eſt, quàm olus quoddam aſſimilatum plantagini Hiſpanæ, & enaſcitur in eo proprio loco, in quo mortifera herba ortum ſuum ducit. Eſt & alter author Ioſua Ferrus, qui ſcripſit lib. de ſecretis, in quo duo ſunt capita, vnum inſcriptum de Contraherba, aliud de Contraherba Bezaar, vtrumque caput ad verbum deſcribam, vt omnibus patere poſſit, quid de hac Contraherba ipſe ſentiat, poſtea vtrumque caput examini ſubijciam, curaboque inuenire, an eadem ſit cum illa Contraherba ſuperiùs ab Oſma per epiſtolam ad Monardem deſcripta. En verba Ferri.

D

Della Contraherba.

Hò trattato in molti luoghi di queſta radice, perche la ſperiẽza hà moſtrato eſſer quella, che che congela, & produce queſte pietre Bezaares, mangiandola gli animali, & io la tengo di più effetto ſola, e peſta come la ſteſſa pietra, che non la pietra nella medeſima quantità, & manco. Chiamaſi Contraherba delle Chiarche, che vol dir contra veneno, & coſi colui, che ne vorrà veder la ſperienza, ſ'adoperi, & per magior proua pigli vn poco di Triaca per triſta che la ſia, & buttiui vn poco di queſta, & la miſchi, & cerci dopò la miglior Triaca, che ſia poſſibile, & con l'vna e con l'altra faccia la ſua proua, & vederanno la ſua differenzia, che vi è dall'vna all'altra. Io credo queſta conſerua fatta nel modo, che dirò, ſe ben ſarrebbe cariſſima, non per altri che Principi, e gente ricca ſarebbe pigliarne ogni mattina in tempo di peſte, vn poco per la bocca, il che ſarebbe di gran diffeſa contra di quella, & di impedimento da non poter penetrare.

Queſta

Queſta herba, ò radice ſi porta dal Perù da vna Prouincia, che ſi chiama le Ciarche, e Tonſaglia, & altre parti, & non è connoſciuta da tutti, nè quei che la conoſcono ſanno queſto ſecreto: ma ben con queſta curano alcune ferite, quando l'è verde, altri la danno per la terzana, come ſi è detto, & coſi non hà altro nome che di Contraherba, perche trouoſi, che l'era contra veneno; e molto poca quella, che ſi può hauere. Io ne hò la moſtra, ſi qualche curioſo la vorrà vedere, & fare qualche ſperienza, gliela moſtrarò, purche ei la conoſchi, & ſappia che quei che l'hanno alla mano la ſtimano più della pietra Bezaar. E

Queſta radice ſi ſcoprì in quelle bande nel modo ſeguente, caminando à caſo alcuni per quelle montagne doue, paſcolano gli animali, che producono le pietre Bezaares, viddero vn di loro che ſi chiama Bicugna con le zampe, & vgne ſtare zappando, & ſubito abbaſſaua la teſta, mordeua, & ſi fermaua per mangiare, & di nuouo cominciaua à zappare minutamente, & de lì ad vn poco, di nuouo mangiaua, & mordeua, & caminando quelli, & andando à veder ciò che faceua, ella ſcampò con le altre.

Trouorno vna radice piccola, morſicata, & zappando più in giù trouorno quella che auanzaua, è la cauarno fuora, e dalla forma della radice conobbero per altre l'herba, & ramo che eſſi mangiano nella ſalata, & all'hora mangiano ſenza che gli ſeruiſſe all'hora d'altro. F L'è vna radice cortetta anodata con molte herbette, ò radici molto conoſciuta, n'hò veduto qui in Italia di quella che molto le ſomiglia in Piſa, & Firenze, & in altre bande: ma non è quella. In quel tempo che l'animale la cauaua fuor della terra la non hauea foglie per due ragioni. La vna perche era tempo di neue, che la brugia. L'altra perche è poca, e come la eſce fuora doue paſcolano queſti animali ſubito la mangiano, come ancora fanno gli Indiani. Queſto hò inteſo dalli Barbari, & non l'hò veduto.

Facendo io in pezzi vn giorno vna pietra Bezaar, che mangiauo per vitio, & per far iſperienza, perche non mi faceuano danno, & coſtauano poco, trouai dentro di quella, vn poco di queſta radice conoſciuta colle ſue radicelle, per doue inteſi, che con la virtù che l'hà, ſi genera la pietra da quella, ò ſopra quella, & per la anſietà, con che la cerca l'animale, con ogni diligenza, ancor che l'hà altre herbe da mangiare, & s'hà da intendere, che ciò che fà queſto animal, lo fanno ancora li altri ſette coſi per conto di queſta herba, come di tutte quelle che hanno virtù à queſto effetto, s'è che la cerchi per rimedio di qualche veneno, che mangiato, ò G guſtato hà come fanno altri animali, & coſi il più delle volte niſſuna di queſte pietre Bezaares, ſi partirà, che dentro non vi ſi ritroui vn legnetto, ò vna maſſa di herba maſticata, & come poluere, ò vna pietra picciola, come io la tengo, che cauai dalle pietre Bezaare, & queſte ſono due, ambe d'vn color, & grandezza, che quaſi non vi è differenza, che certo è coſa marauiglioſa. Sendo ciaſcuna di quelle cauata, nella ſua banda è indifferente tempo, & di veder il modo come la ſi produce nell'animal fra due carni, & ſopra il fondamento da me detto.

Tutto queſto pratticai io col Dottor Monardes, il qual morì ben preſto, ſe ben contrattauamo inſieme per lettere col Dottor Touar, & col Dottor Valles, Medico maior del Rè Philippo, tutti Spagnuoli, che hoggidì ſono morti per l'approbatione, del che fecimo diuerſe diligenze, che importano loro, & erano ancora occulte, & naſcoſte, le quali non ſono ſtate, ne ſaranno ſcritte, per non poterle alcuno ſcriuere per non hauerle vdite, ne vedute come ſono alcune, che adeſſo ſcriuo. L'altre riſeruo à manifeſtarle à ſuo tempo, s'Iddio mi darà vita.

Della Contraherba Bezaar. H

Se ben hò trattato di queſta radice, che ſi dice Contraherba Bezaar, la quale ſi intende eſſer così virtuoſa, come l'animal la cerca di ſotto la terra, & che alle volte non ne troua il ramo per eſſer ſtato mangiato, ouero abrugiato dal freddo, non laſcierò, con tutto ciò di trattarne vn altro poco, me la ritrouo appreſſo di me. Colui che la vorrà veder per curioſità, gliela moſtrarò già hò detto, che l'e corta, anodata, & con molte radicelle; con che la ſi ſuelle da terra.

Si dà di queſta in vece della pietra come quattro grani, & fà il medeſimo effetto, che la pietra, & ſi dà com' è ſtato detto per le terzane, & quartane in più quantità di tre volte tanto in vino meza hora auanti, che venghi il freddo, & ſi piglia hauendoſi già purgato, & riparato il corpo, & ſi hà da pigliar tre volte, & ſe con queſto fra tre giorni da contarli dal vltima volta, che la pigliarà, non ſe ne anderanno via, mangi de ogni coſa, & laſcile; poiche Dio lo guarirà. In quel modo Iddio ſana con quella queſto male co'l mezo delli ſimpliciſti. Hò fatto in alcuni iſperienza, e delle tre volte, che gli ſi haueua da dare gli diedi il primo giorno vna

quarta

A *quarta di oncia, di queſta poluere à bere auanti il freddo, vomitò egli de li ad vna meza hora, & gli s'andò via il freddo, & de lì tre giorni hebbe la febre dui giorni ſenza freddo, & non più, erano dodici giorni, che egli tremaua dandone ad vn altro il primo giorno altratanta, non vomitò nè laſciò diuenirli il freddo più tardi del ſolito, & la febre gli durò più, & de li ad vndeci giorni ſanò.*

La diede tre volte ad vna donna non in tanta quantità alle hore dette, meza hora auanti che le veniſſe il freddo, & ne guarì in vn meſe. Queſta non ſi purgò nè cauò ſangue non nè hò fatto altra iſperienza. Per dolor di madre, & manincoma l'hò trouata altre volte molto à propoſito pigliandola con acqua di fior di narangi, & per alcune anſietà, che come ambaſcia, & ſtanchezza vengono ſpecialmente alle donne.

Hoc loci proponuntur duo milites Hiſpanorum caſtra ſequentes in Indijs Occidentalibus aduerſus Indos continuò militantes ambo Philoſophiæ, ac Medicinæ prorſus expertes, in hoc tamen commendandi, quòd de materia medica ſint benè meriti; nam multa induſtria, ac ſummo labore, naturam, & facultates ſimplicium illarum partium nobis ſuis ſcriptis detegere, ſuiſque multis experientijs comprobare tentant, & doctiſſimorum Medicorum iudicio omnia inuenta ſubijciunt, vt ex his, quæ ambo ad Nicolaum Monardem ſcribunt, vnicuique patere ſatis poteſt. Inter alia in vtriuſque ſcriptis fit mentio Contraherbæ, eiuſque formæ, & facultatum, ac mirabilium virtutum, quamuis inter ſe non in omnibus conueniant; nam quod ad ſpeciem attinet Contraherbæ Petrus de Oſma ex relatione aliorum loquitur dicens herbam quandam eſſe habentem aliqua folia folijs plantaginis Hiſpanicæ ſimillima. Ioſua verò Ferrus ſcribit eſſe radicem quandam exiccatam paruam, & breuem, cui multæ radiculæ innixæ ſunt, quamuis non neget herbam eſſe cum folijs ſuis quando viridis eſt.

B (marginal letter beside "tium nobis ſuis ſcriptis")

In facultatibus quoque deſcribendis valde diſſident; nam ſcribit eam veneno aduerſari herbæ illius mortiferæ ducente ſuo veneno ad necem homines, qua Indi ſagittas ſuas inungebant, adhoc vt Hiſpanos interficerent, qui ita vulnerati abſque auxilio moriebantur; Contraherbæ tamen ſucco expreſſo vulneribus eorum applicito tutò ſanabantur, quare virtus, & facultas ipſius Contraherbæ eſt extinguere venenum herbæ illius mortiferæ (quæ fortè illa eſt, quæ herba Baleſtrera ab aliquibus nuncupatur) omniaque ipſius ſymptomata remittere, vnde Contraherba dicta fuit. At apud Ioſuam Ferrum longè plures reperiuntur facultates ſcriptæ; nam vult ipſe hanc euadere fundamentum lapidum in ventre animalium generatorum, quia ipſa animalia hac herba, & radice paſcuntur, quam magna cum auiditate quærunt, quod fortè faciunt ratione alicuius veneni ab eis aſſumpti, aut guſtati, vel alterius cauſæ; nam etſi plures aliæ ſint herbæ, quibus alioquin veſci poſſent, hanc tamen anxiè quæritant auidiſſimè deuorantes, quemadmodum ſi maximè famelica eſſent.

C (marginal letter beside "bæ illius mortiferæ")

Experientia poſtmodum compertum eſt lapides ſupra hanc radicem, aut herbam maſticatam fundari; nam vbi lapides Bezaar aperiuntur, ſeu franguntur, in eorum centro huiuſmodi radix, aut herba maſticata reperitur, inde Contraherba appellata fuit, non ſimpliciter, ſed cum additamento Bezaar. Deinde probatum eſt hanc maioris efficaciæ eſſe, quàm ſit ipſe lapis Bezaar, vbi contuſa, & in puluerem redacta, vt lapis fuerit, in eademque quantitate, & minore etiam aſſumpta idem præſtat, atque lapis Bezaar, vnde appellata fuit Contraherba delle Ciarche, hoc eſt dictu aduerſus venena, & quod magis eſt ſcribit concedi febribus tertianis, & quartanis in principio frigoris, & rigoris, aut paulò ante rigorem, eamque venenis aduerſari. Hanc Cōtraherbam probat ipſe Ioſua experientia propria; nam accipit Theriacam antiquatam, nulliuſque valoris, cui admiſcet tantillum ipſius Contraherbæ, deinde accipit Theriacam longè meliorem, & omnium optimam, inde experimento vtriuſque facto longè præſtantiorem & efficaciorē illam eſſe, cui admixta ſit Contraherba, quàm optima Theriaca obſeruat. Hæc de facultatibus Contraherbæ tam ex vno, quàm ex altero authore.

D (marginal letter beside "Bezaar, vnde appellata")

Modò videndum eſt, quid de loco, in quo Contraherba naſcitur, dicat hic &, ille author. Fatetur ſanè vterque naſci in regione Peruana, & in varijs ipſius prouincijs; ſcribit verò Oſma ea ipſa vti omnes Indos habitantes à Carchis vſque ad Chilas, in eoque loco naſci, vbi oritur herba mortifera, quamuis non neget in alijs etiam locis reperiri. At Ioſua Ferrus ſcribit deferri Contraherbā ex Peruana quidem Prouincia, ſed ex loco

appellato le Ciarch, & Tonſalia, ab alijſque partibus, neque ab omnibus cognitam E
eſſe, & qui eam ex facie agnoſcunt, non propterea eius virtus illis cognita eſt; ea enim vtuntur ad comedendum, ſed in acetarijs. Modus inuentionis ipſius non eſt idem apud hoſce ſcriptores; nam Petrus de Oſma ſcribit eam inuentam propter Hiſpanorum morientium multitudinem ob ſagittas illitas ſucco herbæ mortiferæ; cœperunt enim Indi illi, qui carne humana veſcebantur Hiſpanos ſagittis venenatis interfectos accipere, & cùm animaduerterent illorum corpora nimium dura eſſe, aëri exponebant per ſpatium trium, aut quatuor dierum, ſucco Contraherbæ vulneribus vnctis, donec friabilia, atque tenera redderentur, his poſtea ita paratis veſcebantur, quod animaduertentes Hiſpani ad manus curarunt habere hanc Contraherbam, eiuſque ſucco extracto vulneribus medebātur fœliciſſimo cum ſucceſſu, non amplius Indorum ſagittas formidantes, cùm iam antidotum, & alexipharmacum herbæ mortiferæ didiciſſent, & hic fuit modus, quo inuentus eſt Contraherbæ vſus.

Ioſua Ferrus ſcribit caſu, & fortuna Contraherbam inuentam fuiſſe, modus fuit talis; dum fortè fortuna aliqui homines per eos montes diuagabantur, in quibus anima- F
lia illa, quæ ſolent generare lapides Bezaar degunt, vbi herbis varijs victitabant, vnum ex prædictis animalibus nomine Bicugna pedibus, & vnguibus terram fodere animaduerterunt, quod inclinato capite mordere, & comedere herbam, & radicem primò, deinde denuo ipſam terram tum fodens, tum excauās manducabat, quæ omnia cùm ab hominibus iam dictis diligenter obſeruarentur, vt quid hoc eſſet certiores redderentur, relicto paſculo, & diſcedente animali, vt ad ſuos ſe reciperet, ad locum propinquius adeuntes conſpexerunt radicem quandam exiguam, aut fruſtulum radicis, quam vt ex toto detegerent, cœperunt & ipſi terram fodere, factaque ſibi via, radicem notiſſimam, & familiariſſimam, qua aſſueti erant acetaria parare, & comedere, extraxerunt, quam quidem etſi comediſſent aliàs, non tamen ſub hac formalitate agnoſcebant, quemadmodum poſt hæc cognita fuit, & vocata Contraherba Bezaar.

Illius Contraherbæ ab Oſma deſcriptæ in partibus noſtris cognitio minimè haberi poteſt, cùm de ipſa viridi exiſtente, & de eius ſucco, non de radice ſcripſerit, altera verò à Ferro explicata huc deportatur ſicca, & facilis eſt cognitionis, cùm ſit radicula G
quædam digiti minimi magnitudine, colore nigro, à qua varia capillamenta tenuia exeunt magnitudine, longitudine craſſitie, & tenuitate diffidentia; nam alia ſunt tenuia, vt capilli, alia craſſiora, vt in ſubiecta tabella conſpicitur.



H

Et hæc eſt illa Contraherba, quæ in febribus malignis in tam frequenti, vſu eſt apud Medicos Meſſanenſes. Habemus igitur iam eſſentiam, & naturam Contraherbæ, locum in quo generatur, modum quo inuenta fuit, facultateſque ipſius inſignes, quibus præhabitis, vnde digreſſi ſumus, reuertamur.

De

A *De lapide Bezaar in animali nato.*

Cùm initio dixerimus naſci lapidem Bezaar in viſceribus animalium, opus nunc eſt conſiderare, quodnam ſit iſtud animal, ſed plura animalia à Ioſua Ferro recenſentur, quorum vnum eſt orientale ſimilitudinem habens cum capra quoad magnitudinem, pedes, caudã, & reliqua, niſi quod habet cornua extra reflexa bubuli in modum longitudine vnius cubiti, & lapides in hoc animali geniti vt plurimùm ſunt figura ouales, iuglandis nucis magnitudine, & maiores, ac recti, interdum oliuarum in modum colore cæruleo: meliores, ac perfectiores ſunt veluti argentei, coloribuſque picti, & huiuſmodi animal Gazel appellatur. Alij præterea authores huiuſmodi animal Orientale deſcripſerunt, ſed inter ſe ſunt diuerſi; nam Cluſius ſuper Garziæ annotationes huic animali cerui magnitudinem, & agilitatem tribuit, verùm capræ forma eſt ferè ſimilis, cornibus in dorſum reflexis. Ioſeph à Coſta dicit ipſum ceruum imitari; Garzias capronem eſſe ſcribit, colore ruſo, & mediocris magnitudinis, quamuis addat ſe in Goa vnum vidiſſe colore ruſum, & inſignis magnitudinis. Petrus de Oſma hoc animal
B hirco valde ſimile eſſe ſcripſit in epiſtola ad Monardem, ruſi coloris magna ex parte, ſed abſque cornibus, at Nicolaus Monardes non conuenit cum his; iſtud enim animal ad hunc modum deſcripſit.

E vn animale grande quanto vn ceruo, è del medeſimo pelo, del medeſimo colore, e pelle del ceruo; hà moſtaccio, il capo, e coda di ceruo, & è leggiero come ceruo. Il moſtaccio è di ceruo, ma l'aſpetto è di capra, alla forma del corpo ſomiglia vn capron grande, & hà anco i piedi come caprone con due corna riuolte all'indietro alquanto cadenti ſopra al collo, con le punte ritorte; che paiono eſſere di caprone, tutto il reſto è di ceruo. Huiuſmodi animal ſe vidiſſe paulò infra teſtatur idem Monardes. Verùm ſi huius animalis tam variam deſcriptionem contemplemur, procul dubio, lapis Bezaar tam diuulgatus, tamque laudatus de ſua exiſtimatione, & fama, non parum periclitari videbitur, cùm præſertim alij plagas, & regiones Indiæ Orientalis, alij è contra Occidentalis habitare dicant, & maximè Peruanam. Nihilominus cùm huiuſmodi animal victitet in India, hæcque magnam habeat latitudinem, quæ eſt inter Orientalem, & Occidentalem, vbi variæ continen-
C tur Prouinciæ cælo, ſolo, aquis, pabuliſque differentes, variari facilè poteſt huiuſmodi animal, reſpectu coloris, magnitudinis, cornuum, atque generationis.

Hinc haud mirum eſſe deberet; ſi ſcriptores in delineando huiuſmodi animali interſe ſint diuerſi; fieri enim poteſt, vt vnus vnius Prouinciæ, alter alterius deſcripſerit, vnde vnus cum cornibus, alter ſine cornibus ipſum animal obſeruauerit, etiãſi ſit eiuſdem generis, & ſpeciei; nam etiam Hippocrates lib. de aëre, aquis, & locis boues in Scythia abſque cornibus reperiri ſcriptũ reliquit. Deinde non repugnat naturæ principijs, neque Medicæ arti, ſi dicatur verum eſſe, quod ab obſeruatoribus ſcriptum eſt, qui Indias omnes perluſtrarunt, varia eſſe animalia in ſpecie, à quibus lapis Bezaar producitur, duobus ſuppoſitis vnum, vt conueniant in vnam naturalem conditionem, alterum, vt eodem pabulo veſcantur, alioquin lapis in genere eaſdem vires non haberet, quare concludit Ioan. Baptiſta Syluaticus, cum Ioſepho à Coſta talia animantia debere eſſe ruminantia, & in niueis, & ſaxoſis locis educata, eamque herbam depaſcentia, à qua lapis alexipharmacam vim acquirat, quam ſententiam veriſſimam eſſe
D rationi eſt conſonum, nempè vnum animal exterius variè affectum poſſe eſſe vnius, & eiuſdem ſpeciei, pluraque eſſe animalia eundem lapidem Bezaar generantia, & diuerſa in ſpecie, quod aſſidua obſeruatio demonſtrat ab illis facta, qui in locis prædictis vixerunt, & qui in reperiendis lapidibus per animalium ſectionem vſi fuerunt, inter quos eſt Ioſua Ferrus, qui ſatis diligenter de omnibus animalibus ſcripſit, quæ numero in ſpecie ſunt ſeptem, vt ex ipſius verbis in hunc modum Italica lingua ſcriptis apparent.

Nome de gli animali, che fanno le pietre Bezaares.

Il più principal, & co'l qual maggior eſperienza s'è fatto ſin al dì d'hoggi con la ſua pietra, è quello che ſi chiama Capricorno. Il ſecondo ſi dice Bicugna. Il terzo Cuſpa. Il quarto Venado. Il quinto Guanaco. Il ſeſto Carnero, cioè Monton dell'Indie, da paeſani chiamato Glama, & tutti queſti ſono dell'Indie Occidentali. Il ſettimo ſi dice Gazella. Adeſſo dirò particolarmente di ciaſcuno.

Proponit hoc capite ea animalia, quæ ab ipſo obſeruata ſunt lapides in ſe ipſis ge- E
nerare, & primum locum tribuit tam in exordio, quàm in enarratione capricorno,
quamuis in enarratione dicat alijs nominibus donari, nempe Cabriolo, aut Tarula;
deinde ſecundum in exordio, in enarratione tertium conſtituit, & contra, ita vt Cuſpa
ſit ſecundum in narratione, Bicugna verò tertium, & vnumquodq́ue deſcribit, inter
cornigera. In reliquis eſt idem ordo.

De primo animali Capricorno appellato.

Primum animal habet magnitudinem, ac formam hædi vnius anni, & medij: abdo-
minis, & totius corporis colore cineritio pilos habet, ſub mento capræ in modum
barba deſcendit, cornua bina, cerui inſtar breuia, à quibus pendent ramuli ſeptem,
ita vt cum ambo recta ſint, ac è directo ramuli opponantur, præſeferunt formam rami
coraliorum: auditu exactiſſimo eſt præditum, ad motum velox, & dum currit per ſal-
tus magnos ſuum curſum abſoluit, hinc eſt, quod breui à venatoribus capiatur, ex mul-
tis ſaltibus defeſſo manente. Tam mas, quàm fœmina ſola incedunt, niſi vbi generandi F
cauſá conueniant, alia abhorret animalia, paſcitur in montibus aſperrimis, & vbi ſa-
tium fuerit ad planitiem, in qua cannæ adſint admodum denſæ, deſcendit, ibiq́ue lo-
cum eligit calidum ſoli expoſitum, per totumq́ue diem tempore æſtiuo dormit, ac tu-
tò quieſcit vſque ad occiduum, ſole iam inclinante. Ad conſuetos montes recurrit pa-
buli cauſa, & quoniam pabulum ipſorum propriè eſt illa herba cum ſua radice, à qua
lapides Bezaar ſuam facultatem recipiunt, & hæc in montibus iam dictis naſcitur, fit vt
tempore hyemali, quando montes, & eorum ſummitates niue ſunt contectæ, malè
valeant; nunquam enim obſeruatum eſt animal iſtud paſci herbis in planitie natis, cu-
piens igitur habere ſuum pabulum detegit niuem; & ſummitatem herbæ, quæ prima
occurrit ore accipiens, ad ſe trahit, & ſtatim ſubſequitur herba cum ſua radice, quam
in ambulando comedit. Ferrus de hoc ita habet.

Capricrno, ò Cabriolo, ò Taruga.

Queſto vien chiamato da Naturali Taruga, hà due corna come ceruo, corte, con ſette ra- G
micelli à ciaſcun corno, à foggia d'vna mano con le dita alquanto diſuguali. I rami ò l'vn con
l'altro, che pare vn ramo di corallo grande, diritti i ſuoi rami ſuperiori, e non ſparſi. Queſto
animal'è della grandezza di vn capretto, d'vn anno & mezo, & hà come il detto animale
vna barbetta, corto di corpo, collo, e gambe, & non più lungo dell'animal ſopradetto dalla
coda al capo. Per la coda cortetta, come il venado, che ſignifica vn ſaluaticino, con la ponta
biancha, la pancia, & pelo come di color di cenere, & del medeſimo venado, ode tanto, & di
così diſcoſto, che è coſa marauiglioſa, & è molto viuo; & quando corre, lo fà con grandiſſimi
ſalti, & con fretta: ma ben preſto venendo ſequitato dalla caccia de cani, ſi ſtracca, pigliaſi
per l'ordinario. Và ſolo, così la ſemina come il maſchio, ſe non è in tempo, che ſi radunano in-
ſieme per generare. Si ſchiffa da gli altri animali, & ſempre ſi paſce nell'aſperità de monti, &
doppo che vi s'è ſatiato, ſcende ne i luoghi piantati di canne, ombroſi, & ſolti, doue corra poca
aria, & vi faccia caldo, è quiui ſi mette di mezo giorno à ripoſare, & dormir nel maggior
calor del giorno, doue più riſcalda il Sole, & venendo la ſera, & che già hà tramontato il Sole,
torna ſalire alla montagna à paſcerui, & per tempo di gran neue la paſſa maliſſimamente, H
perche ſi ſà, che ei non ſi paſce de herbe, che naſcono nelle valli, perche mai ſi è veduto man-
giar di quelle, perche come qui ſotto dirò, quando in qualche parte, queſti animali mangiano
qualche herba, & maſſime il ramo di ſuſo, all'hora ne ſcauano le radici, & van la mangian-
do: ma intendeſi, che queſte ſimili herbe ſono quelle, che hanno la virtù, che li fà generare le
pietre; poiche con l'inſtinto dato loro da Iddio, ne cauan le radici per mangiarle, & così ſi in-
tende paſſar la coſa dalli ſteſſi Naturali antichi, i quali ſe ben eſſi non le applicano come noi, ne
per gli effetti, che faciam noi, che non ſanno, con tutto ciò le ſtimano, & apprezzano grãdemen-
te, e c'è di coloro, che le adorano, & venerano, & ſendo elle grandi le offeriſcono ne i loro ſan-
tuarij de gli idoli, che ſono in certe volte dette lape, de gli altri ne i ſepolchri, & le naſcondono
quanto più poſſono alli Chriſtiani, & altri che con loro contrattano, per veder che eſſi le procu-
rano, e deſiderano di hauere, & non vi è niſſuno de ricchi, nè de ſigneri, che le voglia dar, poi-
chè le ſtimano, e ſeruano per l'Idolatria loro, alcune volte venendogliene capriccio le vendo-

no, ò

A *no, à ne fanno preſenti, & à queſto modo le ſi vengono à hauere, & ancora perche già i Spa-*
gnuoli cominciano andar à caccia di queſti animali.

De ſecundo animali Cuſpa vocato.

Aſſimilat huiuſmodi animal cuidam animali venado nomine, tam formæ, quàm magnitudinis, atque coloris reſpectu; proprietatibus verò quibuſdam ab eo diſſidet, in montibus iiſdem degit, in quibus alia animalia producentia lapidem Bezaar degunt, iiſdemque pabulis cum illis vtitur: de hoc ita Ioſua Ferrus loquitur.

Cuſpa.

Queſto è il ſecondo animale, di che io trattarò, & chiamaſi Cuſpa, è come il venado, coſì nel color, come nella grandezza, è fattura, eccettuato che tiene differente proprietà, è ſi ſà, che ei paſce nelle montagne, doue lo ſanno quei animali, che producono le pietre, è mangia i medeſimi cibi. Le ſue pietre ſono per lo più ouali, verdette, & gialle. La maggior è di vncie
B *due, è di vncie due è meza, è ancora di tre, lor non ſono tutte quante d'vn medeſimo color, come già ſi è detto. Queſto animal è come il venado, ſi paſce la notte, & alla mattina, & ſi ritira ſin verſo la ſera.*

De tertio animali Bicugna dicto.

Tertium hoc animal aſſimilatur quoad effigiem camelo, ita vt caput, & facies ipſius breuis ſit, oculi magni, aures cameli auribus correſpondentes, collum longum, manus, & pedes camelo ſimiles, cruraque oblonga, vngula capræ in modum cauda carens vt venadus, ita vt videatur paruus camelus; nam magnitudine non excedit canem venatorium, quem vulgò leuriero appellant, quod ad hunc modum à Ferro vulgari idiomate deſcribitur.

Bicugna.

Il terzo di queſti animali ſi chiama Bicugna, è il più veloce animal, che mai ſi ſia veduto, che ſe ben corre dietro alle pedate come il cauallo, con tutto ciò par che vada volando: non ha-
C *bita altroue, che ne i freddi, è folti monti, è pieni di neue, è coſì mai s'è laſciato vedere nelle cannole, nè nelle valli, è ſimile à vn camello, così nel capo, come ne i piedi, è mani, col collo longo, è l'orecchie à quel modo, ſe non che non è più grande d'vn leuriero da caccia. Hà longhe gambe, occhi grandi, non hà altra coda ſe non come quella del venado, co'l moſtaccio corto, l'vgna come di capra, di color giallo, che tira al roſſo. Hà la lana corta così fina, quanto è la ſeta candidiſſima con la quale ſi fanno copertorij di letto, & cappelli, che paiono di ſeta. Queſto animal tanto, & ancor meglio, che non ſà il primo animal, che ſi dice Taruga. Hà la viſta corta, non và ſe non in compagnia come le Gazelle. Hanno vna coſa, & è che come ſenteno perſone, caualli, cani, ò altra coſa ſubito vn di loro, il quale conſta de 15. fin à 40. più & manco, che è come lor capo, e deue eſſer colui che ſente prima de gli altri, alza ſubito il capo, & il collo à ſoggia di grua, e gitta certi ſtridi, che ſomigliano allo annitrire del cauallo, & all'hora tutti quanti gli riſpondono fermandoſi ſubito, & all'hora niſſun abbaſſa più la teſta per mangiare, mà ſi eſpongono in ſoggia di ſquadrone, & così marciano vgualmente verſo doue s'è ſentito il rumore con grandiſſimo ordine, & concerto, non facendoſi l'vno più innanzi del-*
D *l'altro, ne alterando il paſſo ſin hauer riconoſciuto che coſa è, & mentre eſſi reconoſcono, ſe l'è gente, il lor capo, da vn grido, come fanno ſubito gli altri il loro, & ſubito danno volta come il vento, & già, che ſi ſono allontanati, ſi fermano in radunanza in vn luogo eminente, e guardano ſe vengono ſequitati, & ſe vengono vi ſi cominciano di nuouo à gridare, che così ſi deuono intendere, ſi partono, & ſi perdono di viſta, e queſto ſanno quando è gente che li ſeguita, ò cani grandi che poſſino far loro del male, che ſe ſono piccoli nell'abaiare ò altra coſa gli conoſcono, all'hora ſi fermano à riguardarli, & danno loro de buoni ortoni con la teſta, & in tal modo, che hanno per bene di laſciarli ſtare, & ritornano molte volte da lor maltrattati. Il che non fanno alli leurieri, i quali vanno trattenendo à poco à poco aſpettandoli, & ſtraccandoli, allontonandoſi tanto, che quando i leurieri ritornono da i loro padroni, è già ſera, & eſſi ſono ſtracchi fuor di modo di correre, perſi, & morti di fame, & raramente i leurieri gli ammazzano, ſi non è qualche vno ammalato, ſtracco, ò che ſia femina, che habia nouamente partorito inſieme co'l figliuolo. Si pigliano co'l laccio, & con altri artificij, che legan loro le gambe, con*

certe

certe balle de pietra, e corde, quando eſſi vanno correndo, perche ſi aſpettano in certe canno- E
le, & paſſi per doue vanno correndo, doue da alcuni ſono fatti fugire.

De quarto animali, quod Guanaco dicitur.

Hoc quartum genus animalis Guanaco dictum, eandem cum reliquis iam dictis figuram habet, non tamen tam altum eſt, vt Bicugna, collum eiuſdem longitudinis habet magnitudine corporis, viriumque robore, cæteris iam dictis præualet, nunquam cicuratur, eodem in loco paſcitur, quemadmodum alia ſuperiùs dicta, quamuis non tam diu in aſperitatibus montium maneat, ac faciant ſuperiora huius naturà ad hunc modum à Ioſua deſcribitur.

Guanaco.

Il quarto animal ſi dice Guanaco è maior, più forte, & poderoſo di quei, che hauiam detto, ma ben ſimile à loro, alto di fianchi, ſe ben non tanto come la Bicugna: ma co'l collo così longo con la pelle groſſa, di forza, & empito grandiſſimo: la ſua lana è più groſſa, ſe ben s'adopera à qualche coſa, ſono ſaluatichi, & indomiti, paſcono doue lo fanno quei altri, ſe ben non continuano tanto tempo nell'aſperità de' monti come fanno gli altri. Le pietre loro ſono in grandiſſima ſtima. E della grandezza de vn ouo con le loro cape, & ce n'è molte di quelle ouali, & le altre per eſſere grandi ſono grandemente venerate da gli Indiani, la maggior, che hò veduto è ſtata di due libre Spagnuole, la voleuo pagare 300. peſi d'oro, e non me la volſero dare, volendola eſſi per il loro ſantuario. Il color loro, è come quello di vn ouo vantaggiato, & fumato. Ve ne ſono di quelle di color di cenere, dell'altre come gialle; non paſcono ſe non nella freddura come gli altri. Queſto animal corre con gran furia, & egli non ſi cura troppo de i leurieri, ſe non quando ſono grandi, e caceiatori, e deſtri, perche ſe ben gli giongono, e gli mordono non gli poſſono con tutto ciò ammazzare, ſe non ſono come ſi dice grandi, e caceiatori. Queſto animal è tanto luſſurioſo, che ſi ſtarà alle volte tre, quattr'hore, & più adoſſo alla ſemina dando ſtridi, & non ne ſcenderà, ſe non è impedito à caſo, che all'hora lo ſa per poterſi fuggire. nè il ſupradetto così il maſchio come la ſemina non hanno corni. La pelle, & collo ſerue per quello, che ſi è detto. La carne di coſtoro è ſaporita, ancorche dura, maſſimamente queſta. Coſtui non ſi può mai domare. G

De quinto animali Glama dicto.

Duo hæc ſequentia animalia, nempe Glama, & Pacus vnius, & eiuſdem ſpeciei ſunt; ambo enim ſub veruecio genere continentur, primum Indianus veruex, & ab Hiſpanis Carnerus eſt vocatus. At ſecundum lingua Indica Paco, ideſt contumax, & obſtinatum dicitur; tantæ enim eſt pertinaciæ, vt à loco, in quo contendit manere, à nullo remoueri poſſit: per diemque integrum in actu venereo ſupra fœminam moram trahit, deſcribitur Glama à Ioſua Ferro ad hunc modum.

Glama.

Il quinto animale ſi chiama in lingua Indiana Glama, & noi altri lo chiamiamo Carnero, cioè monton dell'Indie non hà corni, & è della grandezza del Paco, che doppò ſi deſcriuerà; è quaſi di quella ſteſſa forma, eccettuato, che hà più lana; è più bello, & più domabile, e coſì ſi menan in compagnia di loro da doue ſi ſtanno per ſeruirſene. Si caricano come muli. Vi è grandiſſima quantità di coſtoro, che van à caricare de metalli, legna, grano, botte di vino, & altre coſe. Vi è delle carauane di coſtoro, di 2000. 1000. & di 500. & è la caſa di maggior ripoſo per gli huomini, che ſi poſſa veder. Non c'e Indinao, che non ne habbia per leuare le coſe neceſſarie, così di vitto, come di altro. Queſti ſono della natura di quello, che auanti ſi dirà con le ſemine, ſe s'incagnano, & adirano, ſono terribili, & alcune volte ſendo troppo ſtracchi mordono quando caſcati co'l carico, gli voglion far rizzare. Si fanno venire alla bocca, & naſo dal ventre ciò che hanno mangiato, & lo ſputano all'huomo nel viſo, ò doue poſſono, & ſendo in colera, ſi mordono l'vn l'altro. Caricano 100. 120. & 200. lire, e più. La lor lana ſerue per panni, copertorij, & coltra, & la pelle per quello che ſi è detto. Alcuni ſono proportionati come i roncini, ſe ben non ſono più grandi, che cerui grandi. Queſti caminano la notte, & il giorno. Non paſcono ſe non il giorno. Ruminano tutti quanti, & vanno mãgiando con i carichi, H

quando

A *quando non glieli vogliono leuar d'adoſſo per ſtrada, doue v'è da mangiare, & così ſenza eſſer
ſcaricati paſcono, ſi gittano, & rizzano co'l carico, quando non vien lor leuato. Caminane
quattro, e cinque leghe, che ſono quindeci miglia. Le pietre loro, nè quelle de i Pacos, de quali
adeſſo trattarò, non vagliono niente, come moſtrarò in queſto libretto, doppò che ſon ſtati impie-
gati al ſeruitio. Le pietre loro ſono come nere, che naſcono fra le ſpine, alcune ſenza cape, te-
nere, che ſi disfanno nelle mani. Ne trattarò nella dichiaratione ſeguente.*

Il Paco.

*Il ſeſto animal è queſto Paco più piccolo di quel altro: della grandezza di queſti noſtri mon-
toni, & manco, di quella proprietà, che ſono i ſopradetti, ſe ben in queſti non ſi ritroua tanta
pietra, nè molti di loro ne hanno, perche non paſcono così lontane come gli altri, e non ſi par-
ticipano d'herba buona, & così à caſo vi ſi trouano alcune pietre piccole ſenza camicie, ò cape,
che paiono vn carbone. Di queſte non biſogna tenerne conto, & le narrarò io qui per aggran-
dire l'altre, per il mal credito, che queſte hanno, & di queſte che ſi dirà ſotto per la ſperienza,*
B *che ſe ne fece in Spagna parangonando le pietre di queſti due animali di Senicio, con quella
dell'India Oriental, che è della Gazella, laqual quando non è contrafatta, è buona, quanto ſono
le quatro pietre, delle quali nel principio hò trattato, & trattarò ancor di queſto animal finito
che hauerò. Queſto è come il noſtro montone di buona lana, & carne, e molto in abbondanza.
La ſua lana ſerue per far veſtiti, & la ſua carne per ſoſtentarſi. L'è tanto oſtinato che non vo-
lendo egli, non lo potrà mai niſſuno mouere da quel luogho, doue ſi ritroua, & così in quella
lingua le chiamano Paco, che ſignifica oſtinato, & contumace. Si ſtà per vn giorno intiero ad-
doſſo alla femina. Tutti queſti ſono domabili, e vanno cinquanta inſieme, con vn paſtor, è dor-
mono come i già detti ne gli ſerragli e cortili, come fanno i greggi noſtrani. Hanno il collo al-
quanto largo, ma non tanto, quanto gli altri con queſto conchiudo di trattar delli ſei animali
del Indie Occidentali.*

Iſthæc duo poſtrema animalia effigiem caſtrati, ſeu veruecis referunt. Glama, & pul-
chritudine Pacum ſuperat, & lana copioſiore, magiſque cicuratur ipſo Paco, quod no-
ſtris veruecibus forma, & magnitudine vtcunque correſpondet, rurſus Glama ad vſum
C familiarem aptius eſt; oneratur enim muli noſtratis in modum, gregale tamen eſt ad
ſeruitium omne aptiſſimum; quandoque mille, & eo plus ſimul gregatim ducuntur, quę
& metalla, & ligna, & frumentum, & vini dolia vna vice ferunt. Vnuſquiſque Indianus
multa horum animantium poſſidet ad quaſcunque res hinc inde transferendas;
ſunt, vt ſummatim dicam, vectigalia animalia, & multæ frugis, vnum notatu dignum in
huiuſmodi animalibus obſeruatur, & eſt, quòd quando ex onere, & longo itinere de-
feſſa ſunt, in terramque cadunt, ſi quis ea onere preſſa è terra, vt ſurgant, cogere velit,
ſtatim iraſcuntur, hominesque mordent, & inter ſeſe, & quod admiratione non caret,
quicquid comederant ad os reuocant, & in faciem hominum, aut in aliam partem vio-
lenter protrudunt.

Pondus vnuſcuiuſque eſt à libris centum ad 200. libras: die, ac nocte ambulant, nec
paſcuntur niſi interdiu, & inter ruminantia ponuntur, quamuis cornibus deſtituta ſint,
quod non eſt mirum; nam & Ariſt. ſcripſit camelum ruminare, etſi careat cornibus,
quemadmodum inter piſces ſcarus etiam ruminat. 2. de hiſt. animal. cap. vlt.
D Pacus eſt animal magnitudine inferius veruece noſtro, collo maiore, & longiore,
lana multo plus abundat, quàm Glama dicta. Ambo ad indumenta facienda valde
vtilia quemadmodũ carne etiam ad veſcendũ vtili, & iucunda, & copioſa ſunt: eaſdem
fere proprietates cum ſuperioribus habent; nam gregalia ſunt, & non ſecus atque illa
ruminant, & à paſtoribus gregatim ducuntur, paſcuntur alijs herbis, & in diuerſis locis.
Hæc ſunt omnia animalia à Ioſua deſcripta Occidentales Indias habitantia, à quibus
lapides Bezaares generantur, quæ quemadmodum inter ſe ſpecie ſunt diuerſa, ita quo-
que lapides figura, & magnitudine diſcrepant.

Nunc relicto primo illo animali, quod Gazella appellatum eſt in Indiæ Orientalis
diuerſis prouincijs, quod non extat in Occidentalibus, vt ſupra ex Ioſua Ferro dictum
eſt, tranſeo ad Occidentalia, quorum quatuor prima lapides pretioſos æquiualentes
Orientalibus, & Bezaardica facultate ſuperiores, nempe capricorni nomine donatum,
Bicugna, Cuſpa, & Guanacus: Glama verò & Pacos, quæ ſunt duo poſteriora lapides
gene-

generant, nullius, aut ſaltem panci momenti. Primique animalis lapides in maximo E
habentur pretio, vt ex verbis ipſius Ferri habentur ſupra allatis.

Le ſtimano, & apprezzano grandemente, e c'è di coloro, che le adorano, & venerano, & ſendo elle grandi le offeriſcono ne i loro ſantuarij de gli Idoli, che ſono in certe volte, dette lape de gli altri ne i ſepolchri, & le naſcondono quanto più poſſono à gli Christiani, & altri, che con loro contrattano per veder che eſſi le procurano, e deſiderano d'hauere, & non v'e niſſun de' ricchi, ne de ſignori, che le voglia dar; poiche le ſtimano, e ſeruano per l'Idolatria loro, alcune volte venendogliene capriccio le vendono ò ne ſanno preſenti, & à queſto modo le ſi vengono ad hauere, & ancora perche già i Spagnuoli cominciano andar à caccia di queſti animali.

Lapides in hoc primo animali miro quodam, & ferè indicibili modo generantur; nam in ciſta, aut ſacculo quodam reconduntur, & intra hoſce lapides alij parui lapilli reperiuntur, vt dictum eſt, vel fruſtula quædam lignea exigua, vel ramuli maſticati, & in alijs pnluiſculus quidam viridis continetur. Horum lapidum alij ſunt magni, alij parui, alij vnam figuram, alij aliam habentes, alij vnius, alij alterius coloris ſunt. Secundi animalis Cuſpa dicti varij ſunt lapides tum longitndinis, tum magnitudinis, tum figuræ, F
aut coloris ratione; nam qnoad magnitudinem, maior non excedit pondus vnc. ij. aut vnc. ij. & ſs. & vſque ad vnc. iij. inter quos magna eſt latitndo, figura quoque euariant, quamuis vt plurimùm ſint ousles, neque omnes eiuſdem coloris ſunt, freqnentiùs tamen virides, & flaui. Hæc ſunt verba Ioſua. *Le ſue pietre ſono per lo più ouali, verdette, & gialle. La maggior come di vncie due, e d'vncie due, e meza, & ancora di tre, le non ſono tutte quante di vn medeſimo colore, come già s'e detto.*

Tertij animalis lapides vocati Bicugna optimi ſunt, eiuſdemque cum duobus ſuperioribus perfectionis, vt ſupra habuimus ex Ferro his verbis. *Le pietre loro ſono fine quanto quelle di quei due animali già detti, tutte quante bone, e prouate.* Quarti verò, quod Guanacũ vocant, lapides non minoris perfectionis ſunt ſuperioribus, in maximaque exiſtimatione ſunt, differnnt tamen ab illis magnitudine, & figura; nam quoad magnitudinem excednnt gallinæ oui magnitudinem. Hiſque etiam maiores reperinntur ad librarum dnarum vſque pondns; quæ apud Indos in ſumma habentur veneratione, fignra verò vt plurimùm onales, colore vario; nam aliqui eundem colorem cnm ouo habent, G
alij colore cineritio, alij flauo ſunt præditi, & tales lapides à nemine, qnem ſciam obſeruati ſunt. Verba Ferri.

Le pietre loro ſono in grandiſſima ſtima è della grandezza d'vn ouo con le loro cape, & ce ne molte di quelle ouali, & le altre per eſſere grandi, ſono grandemente venerate da gli Indij: la maggior che hò veduto, e ſtata di due libre Spagnuole, la voleuo pagare 300. pezzi d'oro, e non me la volſero dare, volendola eſſi per il loro ſantuario. Il color loro è come quelle di vn ouo vantaggiato, & fumato. Ve ne ſono di quelle di color di cenere, dell'altre come gialle.
Aliorum duorum animalinm ſpecies, Glamæ nempe, & Paci inutiles ſunt, nullinſque conſiderationis, idque contingit ratione mntationis vitæ, & pabuli; ſunt enim lapides nigri abſque corticibus ad manum admodum friabiles, verùm quando huiuſmodi animalia permittuntur ad libitum paſci, & nutriri, lapides non ſunt minoris perfectionis, atque ſint aliorum animalinm iam dictorum.

De loco, in quo generantur lapides Bezaar, non conſtat inter ſcriptores: Nicolaus Monardes Arabum anthoritate fretus ſcriptum reliqnit lapidem naſci in angulis oculorum, cnius ſententiæ eſt Agricola, & Gentilis; vbi enim è fluminibus animal egreſſum H
fuerit, ſtatim lapis in terram cadit, & ab his, qui omnem in eo qnærendo diligentiam adhibent, facili negotio reperitur: ſed an hæc hiſtoria, an fabula ſit, valdè Matthiolus dnbitat, lib. 5. in Dioſcoridem cap. 73. Alij ſunt, qui ſcribnnt in viſceribus enaſci, ſed in quo viſcere non determinant. Alij verò in ventriculo fieri volunt, alij in veſica fellea, in ſumma ita inter ſe auctores in hac re diſſident, vt vix duo reperiri poſſint, qui in eadẽ ſint ſententia. Sed anſpicantes ab his eſt, qui in ventriculo gigni putant, vt Oſma, & Ferrns, ſiue cornigera, ſiue non ea animalia ſint, qnatuor ventriculos habent, docente Ariſt. 2. de hiſtor. animal. cap. vltim. primns eſt ventriculus vocatus, ſecundus eſt, quem ex argumento reticulum dicunt; nam extrinſecùs ventri maximè ſimilis eſt, intus verò reticulis mulierum implexis: hunc Ariſt. 3. de part. animal. cap. 14. arſineum appellauit, eſtque magnitudine priore inferior, tertius omaſus, appellatur, qui

parte

A parte inferiore aſper eſt, cancellatus, & cruſtatus, magnitudine reticuli; quartus abo-
maſus omaſo amplior, forma oblongior, cancellis intus, & cruſtis multis, magnis, & le-
uibus innormatus eſt, hos quatuor ventriculos ruminantibus animalibus datos eſſe à
natura ſcripſit Philoſophus 3. de part. animal. cap. 14. cit. vt loco dentium inſerui-
rent; nam cùm ea animalia dentibus careant, nec cibum atterece poſſint, propterea
dum vnus venter ab altero eecipit cibum, alterat, ſecundus ſcilicet à primo aliquo mo-
do alimentum infectum recipit, tertius plenius confectum, quartus tandem planè con-
fectum, nullaque amplius egens coctione eecipit. Cùm igitur animantia, quæ hunc
lapidem generant ruminantia ſint, hos ventriculos habere neceſſe eſt, vnde dicendum
eſt ipſum lapidem geneeari in vno ex quatuor ventriculis iam dictis.

Petrus de Oſma in epiſtola ad Nicolaum Monardem loquens de puero quodam,
qui ſignificauit illi locum, in quo lapis generari conſueuit, hæc ſcripta reliquit. *Ma in
fine vn garzon Indiano, che praticaua con noi di età d'anni dieci, ò dodici vedendo, che deſi-
derauamo ſaperlo, ci moſtrò, doue quell'animal che giacea morto là in terra haueſſe la pietra,*
B *il qual haueua in vna borſetta particolare, la qual è poſta preſſo al medeſimo foro, donde tor-
nano à ruminare, quando ſtanno diſteſi, l'herba che hanno paſcolato,* & paulò inferius. *Cauam-
mo del primo animal, che aprimmo da quel boccolino, donde torna à ruminare, quando egli
giace, l'herba, che paſcolò, noue pietre.* Ex vtraque hac ſententia habemus clarè lapidem
hunc geneeari in reticulo, in quadam ciſta, aut crumenula foramini adhærēte, per quod
herba egreditur à eeticulo ad ventriculum, inde ad gulam, & ad os, vt ruminari poſſit.
Memini me obſeruaſſe in reticulo bouis pilam rotundam ſatis magnam ex fæno egre-
giè admodum factam, quæ nec deorſum ad omaſum, neque ſurſum ad ventriculum
ferri poteeat, iſtud autem orificium eſt ad os ſuperius ventriculi, ſed ciſtam illam
poſſe adhæreee oei ſuperiori ventriculi difficile eſt ceeditu, in ſecunda autem dictione,
de illa ciſtula ne verbum quidem facit, quare nec ſcimus, an nouem illi lapides quos
proponit, continerentur in ciſta, an in cauitate ventriculi, an quemadmodum plures
ſunt lapides, ita plures ſint ſacculi, in quibus ipſi collecti eſſent; Ferrus non minorem
ambiguitatem nobis affert circa locum, vbi generatur lapis iſte, quam tulit Petrus de
C Oſma, quamuis in aliquibus cum eo conueniat; ſcribit enim naſci in ventre illorum
animalium his verbis.

*Nella pancia, ventre, ò tripa, che ſi dice bandola in Spagnuolo grande, doue ſi radunano
tutte quante le tripe, in tutte le parti di quella frà carne, & carne di queſto ventre dentro
della pelle, ſi generano queſte pietre come gliande, le quali rimangono quiui frà quella carne,
come in certe borſette, & è coſa marauiglioſa il vedere, che dentro di queſto ventre, nel qua-
le ſi raduna tutto quanto il mangiare, & cibo del animale frà carne, e carne, quella che par-
ticipa, e tocca la viſcoſità di tutto quel mangiar, ſi trouino, & generino pietre di tanta virtù.*
Ad faciendam diſtinctionem inter hos venteiculos, ac determinandum in quonam
ipſorum generetur lapis, anatomica cognitione fuiſſet opus, qua & Oſma, & Feerus
deſtituti eeant, hoc vnum itaque ab vtroque hoc authore habemus, hos lapides gene-
rari in ventriculo, deinde quod in ciſta tanquam in ſacculo continentur, quod à nullo
animaduerſum, nec ſcriptum ſcio, & quod plus eſt idem Ferrus paulò infeeiùs expli-
citè magis loquens, determinauíque locum inquit. *Et io ne hò cauate alcune con le mie ma-*
D *ni, da animali da me ammazzati, ella ſpuzza di viſcoſità, & è tanto ſudicia, che fà biſogno
lauarla, per leuarli il cattiuo odore, & ancor che per cauarla da quelle due carni, ſe da vn
colpo con vn coltello alla prima carne, che è la borſa, doue ella ſi genera, & ſe ben ne eſce netta,
l'hà con tutto ciò quell'odore, & ciaſcuna pietra ſi genera da per ſe in queſta pancia, e queſte
borſette di carne ogn'vna nella ſua parte, & alle volte ſe ne trouano dieci, dodici, & vna,
doi, tre, quatro, cinque, ſei, & alle volte neſſuna, in ciaſcun animal, & alle volte due, de
vna medeſima grandezza.*

Generari hos lapides in ventriculo animalis ex hac lectione clarè colligitur, quem-
admodum paulò ſupra in Petri de Oſma ſermone dictum fuit; ſed ſicut dilucidiſſimè
ab vtroque hoc authore ſcriptum eſt lapidem Bezaar generari in ciſta quadam tan-
quam in ſacculo, ita quoque maximè ambiguum eſt, & omninò obſcurum an vnuſquiſ-
que lapis habeat ſacculum ſibi proprium, an plures lapides in vno ſacculo colligan-
tur. Quare nunquam poſſumus ab his colligere rem certam de loco, vbi generantur

iſti lapides, quæ omnia cognitionem ſemper magis incertam reddunt. Et hæc de E
loco generationis lapidis Bezaar in animalibus, ex mente Ferri, & Oſma, & quamuis ex varietate ſcriptorum varius ſit, & incertus, hoc tamen certi habemus, lapidem Bezaar generari in varijs animalibus ruminantibus, quorum tamen aliqua carent cornibus, aliqua verò habent cornua.

Modò inquirendum nobis eſt, quæ nam ſit materia, ex qua fiunt Bezaar, & quis generationis modus ſit. Monardes materiam huius lapidis, loquens ex mente Arabum opinor, ſtatuit eſſe animal venenoſum comeſtum, aut plura venenoſa comeſta à quodam ceruo: modum verò generationis eſſe ait, vt poſtquam animal iſtud ceruinum ad ſatietatem his animalibus venenoſis repletum fuerit, aduolare habeat ad aquam, in quam totum immergitur proboſcide, aut nare excepta pro reſpiratione ſeruanda, ibiq́ue tam diu abſque potione manet quouſque remiſſum illud incendium ſit, quod intus percipit, inde gignitur lapis Bezaar, qui ab angulo oculorum, poſtquam ab aqua exierit, in humum cadit. Monardis hæc ſunt verba.

Gli Arabi vanno ampliando queſta coſa per dimoſtrare, che dal mangiare i cerui ſerpenti, F
ſi viene à generar la pietra Bezaar, e dicono in queſto modo. Nelle parti d'Oriente ſono alcuni animali chiamati cerui, i quali nel caldo della eſtate ſe ne vanno alle cauerne delli animali velenoſi, doue ve ne ſia gran quantità, e grandemente velenoſi, per eſſer il paeſe molto caldo, e con l'anelito li cauano fuori, e li capeſtano & ammazzono co i piedi, e ſe li mangiano, e dopò di eſſer ben ſatij di quelli, ſe ne vanno con la magior celerità, che ſia poſſibile à ritrouare alcun luogo doue ſia acqua, & entrano in quella in modo, che non ne appaia di fuori altro, che lo moſtaccio per poter reſpirare; è fanno ciò perche con la frigidità dell'acqua ſi contempri il gran calore del veleno c'hanno mangiato, e ſtanno la dentro ſenza bere pur vna gocciola di acqua, fin tanto che ſi diſtempri, e rinfreſchi quello incendio, e che ſia loro paſſata la furia di quel caldo. Stando dentro quell' acqua ſi genera loro nel lagrimale de gli occhi vna pietra, la quale vſciti dell'acqua ſe ne cade, e ſerue all'vſo della medicina.

Hæc Monardes, qui poſtquam attulerit iſtam ex Arabum mente, vt puto, fabulam de ſerpentum ab illis ceruis comeſtione, paulò inferiùs ex propria ſententia ſcribit eoſdem ceruos anhelitu trahere ſerpentes è ſuis cauernis, hoſq́ue comedere, deinde ad G
aquam ſe conferre, in eamq́ue immerſos remanere, quouſq́ue extinctum ſit incendium à veneno excitatum, nihil interim, ne guttam quidem, aquæ guſtantes, (& in his conſentit cùm Arabibus, diſcrepat verò in ſequentibus) vbi autem ab aqua exierit vagantur per agros, multas herbas ſalutiferas comedentes, magnæq́ue virtutis aduerſus venena: inferiùs porrò addit, quòd tam ex comeſto veneno, quàm ex herbis deuoratis fit lapis Bezaar, in internis viſceribus, nihil prorſus dicens de generatione lapidis in oculorum angulis. Locum autem generationis dicit eſſe in viſceribus inteſtinorum, et non determinat proprium locum. Hæc ſunt ipſius verba.

In quelle parti fanno l'vfficio del ceruo, il quale dice Plinio nel luogo già detto, che và alle cauerne delle fiere, è con l'anelito le caua fuori, e ſe le mangia, e poi ſe ne và à trouar l'acqua, & iui dentro ſi mette, fin che s'auegga eſſer paſſata la furia del veleno c'hauerà mangiato, ſenza mai bere pure vna gocciola di acqua. Vſcito di là ſe ne và per li campi, e mangia molte herbe ſalutifere di gran virtù contra veleno, le quali egli per iſtinto naturale conoſce, donde poi tanto dal veleno mangiato, come dal herbe paſciute ſi generano, mediante il calor natura- H
le, per vna certa virtù ſpecifica infuſa al tempo della generatione nella concauità delle ſue interiora, nell'altre parti del ſuo corpo alcune pietre grandi, & picciole; lequali ſono coſe di maggiore ammiratione, è di maggior virtù, che per inſino al dì di hoggi habiamo ſaputo contra veleno. E opinione che di quel veleno così pernitioſo mangiato da detto animale, e di quel herbe così ſalutifere da lui paſciute, ſi genera la Pietra Bezaar.

In hac Arabum, & Monardis hiſtoria, quæ fabulæ faciem potiùs, quàm hiſtoriæ habet, videndum eſt, in quibus conueniant ipſi inter ſe, & in quibus diſſentiant. In primis Monardes conuenit cum Arabibus dicentibus ceruos trahere ſerpentes venenatos, eoſq́ue comedere ad ſatietatem vſque, deinde ad aquam citiſſimè ſe conferre, ibiq́ue tandiu immerſos in aqua permanere, quouſque caliditas à venenis concepta deferbuerit. Differt verò ab illis, quia ſuus ceruus, poſtquam ex aqua exierit, per campos, & agros vagatur, herbas ſalutiferas ab ipſo cognitas comedens. Rurſus Arabes dicunt ex

vene-

A venenatis ſerpentibus ingeſtis tanquam ex materia lapides generari in angulis oculo-
rum,quo tempore in aqua degunt, qui lapides ſtatim atque cerui ex aqua exierint ab
oculis decidunt in terram. Monardes contra ſtatuit, quòd generatur lapis quidem ex
venenis,& ex herbis odoriferis aſſumptis, poſtquam cerui ex aqua exierint. Sed vtra-
que opinio videtur fabuloſa, & ſine rationibus,& primò fabuloſum eſt,quòd cerui ſolo
anhelitu ad ſe trahant ſerpentes à ſuis cauernis:alterum commentum eſt,quòd illa ani-
mantia intra aquam maneant, ſine potu, quouſque in cedium enatum à comeſtis ſer-
pentibus remiſſum ſit: deinde quod tam breui tempore generetur lapis, & tandem in
ipſius cerui oculorum angulis.
Primò quidem, quòd cerui trahant ſerpentes, aduerſatur Plinio libro 28. cap.9.vbi
ſcribens,quæ contraria ſunt ſerpentibus, inter ea primùm enumerat ceruos, qui non
modò ſpiratione, ſed etiam cornuum vſtorum odore eos fugant, nec etiam ſi extra
cauernas reperiant, iјs replentur, quare falſum eſt, quòd ſerpentes ex cauernis anheli-
tu ceruorum trahantur. Deinde quòd ab alio trahitur tractione metaphorica, qualis
B hic ſupponitur, neceſſum eſt, vt ſimilitudine quadam, & proportione trahatur, quæ
inter ceruos, & ſerpentes nulla eſt,ſed potiùs antipathia,nulla igitur ratione dici poteſt
ſerpentes trahi à naribus ceruorum. Nec itidem verum eſt ab huiuſmodi ſerpentibus
repleri, quamuis illos extra cauernas reperiant. Hæc ſunt aduerſus Arabes, & Monar-
dem dicentes has de ceruis, & ſerpentibus fabulas.
Sed dato per fiduciariam reprobationem, quòd iſti cerui repleantur hiſce venena-
tis animalibus, ita vt in ventriculo excitetur magnum incendium à veneno ſumptum,
ad quod extinguendum aquam quærant, videretur rationi magis congruum ex mul-
ta aquæ copia ebibita poſſe extingui incendium, quàm ex ea extra admota. Quin dictu
admirabile eſt,&auditu rarum brutum animal incendio interno flagrans poſſe ita con-
ſtans eſſe, quemadmodum ſi rationis eſſet compos,ad tantam ſitim tolerandam, dum
eſſet in aquis; nuſquam ſiquidem (ferè affirmarem)animal rationale reperietur,quod
vrgente ſiti excruciatur, & præſentem aquam habet,vt poſſit ſe à potu abſtinere, quo
minus ſtatim non currat ad bibendum, & experientia compertum eſt in equis, & alijs
C vecturalibus,quæ vbi ſiti moleſtantur, etiam ſi fræno ab homine valido trahantur, vix
retineri poſſunt,ne ad aquam confugiant ad extinguendam ſitim,huiuſmodi igitur cer-
ui nimium morigerati eſſent, ſi ſitientes, & gelidæ aquæ immerſi vſque ad os nemine
prohibente abſtinerent à potu. At quod omnem ſuperat admirationem, eſt tam breui
generari poſſe lapidem, & in parte remota à ventriculo, vbi abeſt materia lapidis.
Sed circa lapidis generationem in angulo oculorum interno multa ſunt, quæ nobis
faceſſunt negotium, & quidem primò difficultatem habet, quia nullus ibi eſt locus va-
cuus, in quo poſſit contineri lapis,deinde quia nulla eſt materia ad generationem lapi-
dis idonea; nam ſi materis, ex qua debet generari lapis, non eſt niſi ſuccus ille, qui ab
horum ſerpentum ſubſtantia,vt Arabes dicunt,calore ventriculi extrahitur, opus eſſet
primùm à facultate ventriculi in ſuccum craſſum,& terreum redigi. Deinde,vt in ieco-
re alterationem accipiat, & hinc in venam cauam mittatur,& ab hac in omnes corpo-
ris partes, & tandem in angulos oculorum, in quibus generari debet lapis, feratur. Ibi
denique congeſtus eiuſmodi ſuccus, quia adhuc non eſt factus lapis, niſi in potentia,
D quatenus ſcilicet habet aptitudinem, vt mutetur in lapidem, neceſſum eſt, vt adſit effi-
ciens huius tranſmutationis, quod certè non eſt facilè aſſignare,ſed dato, quòd adeſſet
efficiens,& materia,requiritur tempus idoneum pro generatione,at tam breui tempo-
re, dum animal moratur in aquis, ſuccus ille in lapidem concreſcere nequit; nam ex
ſucco non poteſt fieri lapis niſi à magna caliditate, reſolutis tenuioribus partibus, at-
que humidioribus exiccatis, & incraſſatis tereſtrioribus, id quod fieri minimè poteſt
vno die, vnde eſt,quòd verè neſcio, qua ratione dictum ſit ab hoc auctore generari la-
pidem in oculis,dum animal remoratur in aquis,quod ſpatium eſt re vera breue, gene-
ratio autem lapidis eget pluribus diebus, Gal. 6. epidem comment. 1. tex. 5.
Ex his ergo apparet lapidem Bezaar nec tam breui temporis ſpatio poſſe generari,
nec vt dicunt Arabes in angulis oculorum. Sed reuertamur ad materiam lapidis,quæ à
Monarde dicitur eſſe ſuccus ex ſerpentibus, & herba quadam extractus; nam quamuis
concedatur ceruos generantes lapides ex dictis ſerpentibus nutriri,opus eſſet,vt ſingu-
 lis die-

lis diebus ipſis replerentur,& tunc ſequeretur dari animalia,nempe huiuſmodi ceruos, B
quæ veneno nutrirentur, quod abſurdum dictu eſt , nec vnquam obſeruatum. Deinde
cùm ferè innumeri reperiantur in illis regionibus cerui , & quouis die vnum lapidem
vnuſquiſque eorum generaret, penes infinita huiuſmodi lapidum copia eſſe deberet,
quod tamen neque credibile eſt. Addo, cùm tot ſint cerui, qui ſerpentibus nutriuntur,
clarè conſtat, quauis data ſerpentiũ multitudine in cauernis , breuiſſimo tempore eam
exhauriendam eſſe, itaut progreſſu temporis vix vnus in cauernis amplius remaneret
ſerpens, non ſecus atque in illis regionibus, vt in Heluetia,in quibus ciconiæ ſerpentes
occidunt, & ranis nutriuntur, vbi nec ſerpentes, nec ranæ niſi rarò habentur. Ex Ariſt.
libro de rebus auditu admirabilibus fama eſt tot ſerpentes in Theſſalia naſci , vt ſi à
ciconijs haud interimerentur, opus eſſet inde colonos aliò migrare, hinc ab ijs populis
ciconiæ venerantur,apud quos lege cautum eſt,ne quis ciconiam perimat,& delinquẽs
punitur,atque ſi hominem occidiſſet. Tandem ſi cerui lapidem Bezaar producentes ea
materia venenata explerentur , ad hoc , vt ex ea tanquam ex immediata , & proxima
cauſa lapis Bezaar fieret,neceſſariò ſequeretur omnia animalia generantia hos lapides F
debere his ſerpentibus repleri, at multa ſunt animalia, quæ hos lapides producunt , vt
ſuperiùs oſtenſum eſt, quæ non mandunt ſerpentes, igitur materiam horum lapidum
non eſſe ſerpentes comeſtos aſſerendum planè eſt.

Ex hactenus dictis apertiſſimè deprehenditur materiam,ex qua generatur lapis Be-
zaar in animalibus, eſſe variam, & diuerſam ; nam alij volunt eſſe ſuccum Contraher-
bæ, alij ſuccum ex ſerpentibus ingeſtis, & alij eſſe tum ſuccum ſerpentium,tum herba-
rum redolentium. Ioannes Baptiſta Syluaticus admittens Monardis ſententiam, quam
fabuloſam , vt dicebam , eſſe exiſtimo , haud ſibi conſtat in huius lapidis materia
aſſignanda; nam ſentire videtur eam eſſe craſſum excrementum ſucci extracti ex ſer-
pentibus, & herbis comeſtis : deinde dicit immediatam , & proximam materiam eſſe
ſuccum,neſcio cuius herbæ, at vtrumque falſum eſſe mox oſtendam. Scribit enim pri-
mò requiri ad lapidis generationem in aliqua parte animalis materiam excrementi-
tiam, & non conſiderauit in brutis animalibus haud credibile eſſe talem materiam re-
periri poſſe, cùm hæc tantum alimenti aſſumant , quantum ſat eſt ad nutritionem , & G
non faciant, vt homines, qui quandoque ingluuie ducti , aut eduliorum delectatione
plus ingerunt, quàm concoquere valeant , vnde contingit cruditates generari in ven-
triculo , quæ ad renes delatæ in lapidem facilè abeunt. Succedit , quòd illis alimentis
ſæpè delectantur, quæ magis apta ſunt lapidis generationi,& in maiori copia aſſumun-
tur, vnde mirum non eſt,ſi multoties obſeruentur generari lapides in renibus,& in alijs
etiam partibus: bruta verò animalia,non niſi conſueto vtuntur alimento,atque in tanta
copia illud aſſumunt, quanta ſatis eſt, vt ea nutriri poſſint ; ita enim ab inſtinctu naturæ
edocta ſunt, vt non niſi eodem alimento veſcantur,eadem ſemper quantitate,vnde fit,
vt in eis lapides non generẽtur,aut ſaltem rariùs. Ex victu nimirum ordinario,& aſſue-
to animalium non poſſunt generari excrementa, nec in prima , nec in ſecunda , neque
in tertia concoctione, ex quibus produci poſſit lapis.

Propoſitis obiectis reſpondet Syluaticus animalia non peccare in victu ordinario,
quo quotidie veſcuntur , ſed in victu extra ordinario , vt plerunque faciunt animalia,
quæ lapidem hunc generant,cuius rei afferens cauſam inquit. *Hanc itaque eſſe exiſtimo* H
cauſam, quòd non ex alia re, quàm ex venenis , & herba illa ab animali lapidem Bezaar
generant comeſtis gignatur, ille nimirum, quoniam in alijs rebus comedendis errant illa mi-
nimè, ſed vel maximè in illis, ſunt res illa ad excrementum craſſum , & terreum producen-
dum ſua natura apta, hiſque pluſquàm conueniat, veſcuntur dicta animalia, ad hoc ea ratio-
ne impelluntur etiam inuita , quia venena , qua comedunt (an ſint animalia venenoſa , aut
herba, aut quidpiam aliud, ſcripſit nemo) minimè cùm nutriant, in excrementa penitùs vt
tranſeant, omninò neceſſe eſt, herbas verò omnes cuiuſcunque generis fuerint, & qua pracipuè
hortenſes non ſunt, vel quod minimùm nutrire, excrementa multa producere , ex his vnum
eſt, qua à Medicis omnibus ſine controuerſia recepta ſunt.

Eſt Syluatici ſententia talis, quòd animalia hæc lapidem generãtia nullum commit-
tant erratum in victus ratione conſueta, & proinde non faciant excrementum ad lapi-
dis generationem aptum; at in comedendis ſerpẽtibus, & illa herba contingit erratum,

& ra-

A & ratio eſt, quia res huiuſmodi ad excrementum craſſum, & terreum producendum ſua natura aptæ ſunt, hiſque pluſquam conueniat veſcuntur dicta animalia. Addit illa idcirco impelli etiam inuita, quia venena, quæ comedunt, cùm minimè nutriant, in excrementa penitus, vt tranſeant, neceſſe eſt, ex cuius viri ſententia multa ineptè, & ſine ratione prolata videntur. Et primò cum dicit animalia, quæ generant lapidem Bezaar, plus ſerpentium comedere, quàm ſit opus, eò quòd ad producendum terreum excrementum, atque craſſum huiuſmodi res aptæ ſint, ſubditque eiuſmodi animalia inuita cogi tales ſerpentes comedere, quia ij minimè nutriunt, cùm in excrementa abeant.

Non enim aduertit, quòd ſic loquens oppoſitum, ac ſentiat, probat; nam ſi huiuſmodi ſerpentes comeſti ex toto conuertuntur in lapides, eò quòd non præſtent niſi materiā excrementitiam aptam lapidi generando, & animalia Bezaar producentia ijs ad ſatietatem vſque ſe repleant, ſequeretur, vel maximos, & ingentis molis lapides generare, vel ſi non maximos, ſaltē, quia ſuppetit materia quamplurimos, quod tamen nondum ad nos perlatum. Præterea quomodo inferre poteſt ipſe ſerpentes illos, aut herbā, ve-
B nenatam conuerti in excrementa, ſi ignorat, vt ipſemet fatetur, quid illa ſint? Sic enim inquit. *An ſint animalia venenoſa, aut herba, aut quidpiam aliud, ſcripſit nemo.* Iam verò ſi à nemine ſcriptum quid illud venenum ſit, quo veſcuntur illa animalia ad lapidem Bezaar generandum, quomodo determinare potuit illud conuerti in excrementum craſſum, & terreum, cùm ipſe nunquam viderit, nec obſeruauerit talia animalia. Præterea dicere animalia hæc plus comedere de illis venenis, quàm conueniat, eò quòd apta ſunt ad procreanda excrementa craſſa, & terreſtria, & illis in maiori copia vti, quòd minùs nutriant, videtur non ſolùm ineptè, ſed inſulſe dictum, quòd animal carēs ratione copioſè comedat res, quæ pauci ſint alimenti, & multi excrementi, quia velit generare lapidem; ſi hoc enim contingeret, eſſet rationis compos, & rei huic ſtuderet, ac faciat artifex, qui præſupponens velle aliquod opus facere ſibi præparat idoneam materiam.

Summa huius determinationis eſt, quòd cùm animalia prædicta, nempe cerui de ſerpentibus, aut venenis iam dictis ad ſatietatem vſque comederint, & ab eis ſe quam
C maximè lædi celerrimè ſentiant, mortemque timeant, vitæ fugientis retinendi cauſa ad herbam comedendam ſtatim accurrunt, & ea quàm poſſunt ſe replent vitæ ſeruandæ deſiderio mirum in modum concitata, ſatianturque propterea, & implentur valde, hincque cruda in eorum ventriculo colliguntur excrementa, quæ lapidi ipſi materiam ſubminiſtrant aptiſſimam. Vult igitur hic author ab excrementis venenoſorū animantium, & illius herbę fieri lapidem Bezardicum in ventre animalium, quam opinionem ex allata à nobis Monardis hiſtoria, vel potiùs fabula, probatum ſatis eſſe putat.

Hanc autem fabulam eſſe potiùs, quàm hiſtoriam ſatis ſupra dictum fuit, quare Sylnatici ſententia non eſt commendanda; Deinde hoc in loco non niſi de ſerpentibus comeſtis Monardes, nihil de herba locutus eſt, quamuis, vt ſuperiùs dixi author fuit illius mixtionis ſerpentium venenoſorum, & herbæ, à quorum ſucco vult produci lapidem Bezaar in illius animalis ventriculo, quod Capricerunm appellauit. Ad hæc, animalia producentia lapidem Bezaar non comedere, nec nutriri ſerpentibus venenatis ſupra ſatis oſtenſum fuit, ac etiam concluſum eoſdem ſerpentes non poſſe eſſe mate-
D riam generationis lapidis Bezaardici, nec ſolos, nec minùs ſi admiſceantur herbæ ſucco. Ab omni ſiquidem rationi alienum videtur ex mixtione ſucci ſerpentis, & ſucci herbæ ei contrariæ poſſe fieri lapidem Bezaardicum, quod ex natura vtriuſque, veneni nempe, atque herbæ oſtenditur; nam ex duobus rebus ſe inuicem deſtruentibus non poteſt componi quoddam tertium; ſed venenum, & herba, ſe inuicem ſunt deſtructiua, ergo ex ſucco veneni, & ſucco herbæ non poteſt fieri lapis Bezaar.

Quod verò venenum, & herba ſint contraria probatur, quia vnum habet rationem veneni, aliud alexipharmaci, aut alexiterij, vnde ſi admiſcerentur ſimul, ita vt ex vtroque vnum fieret, ſequeretur vnum non eſſe alterius deſtructiuum. Deinde illud, quod ex duobus iſtis fieret, haberet ſemper naturam veneni; nam ſi prædominaretur ſuccus ſerpentium, eſſet venenum, ſi è contra ſuccus herbæ eſſet in prædominio, non careret tamen venenoſa qualitate, quare ſemper eſſet quid venenoſitatē habens, vnde dici minimè poteſt ex vtroque poſſe fieri Bezaar, non igitur materia lapidis Bezaar

dici

Digitized by Google

dici immediata eſſe poteſt venenum, & herba, nec pari ratione excremẽtum ipſorum. B
Quæ res cùm ita ſe habeat, vt neque ſoli ſerpentes venenati, nec ſimul cum herba ma-
teria ſint lapidis Bezaar, videndum modò eſt, an herba ſola, vt Syluaticus voluit ſit illius
materia, an ſcilicet ex ipſa, ſeu ex ſucco ipſius ſolo poſſit generari lapis Bezaar, quod
ab ipſo tanquam certum determinatur; ita enim ſcribit. *Quod ſi dixerit aliquis huic her-
bæ ab hoc animali recitato comeſtæ, quippiam à natura inſitum eſſe, cuius occaſione facillimè
in lapidem vertatur eius ſuccus, is ſanè inania minimè affirmaret, nempe poſſe in animalis
ventriculo ſuccum huius herbæ conuerti in lapidem, argumento deſumpto à Plinio qui lib. 21.
cap. 11, ſcriptum reliquit herbam illam, quam aliqui agonicon vocant, alij Dioxiron, alij
Heracleos iuxta folia veluti barbulas, & earum in cacuminibus lapillos candore, & rotun-
ditate margaritarum, magnitudine ciceris, duritia verò lapidea generare*, & ſubiungẽs Syl-
uaticus inquit. *Hæc igitur eſt lapidis materialis eſſentia, Bezaar, quem quidem in cuiuſ-
dam animalis ventriculo concreſcere communis eſt omnium recentiorum aſſertio.*

Sed non video quomodo Sylnaticus poſſit probare hac Plinij authoritate ſuccum
huius herbæ habere inſitam facultatem generandi lapidem Bezaar in ventriculo ani- F
malis, eò quòd Heracleos herba producit lapillos quoſdam iam dictos; diuerſa enim
eſt operatio, quæ fit in plantis ab ea, quæ producitur in ventriculo animalis; nam in
plantis adeſt ſemper materia parata, & cauſa efficiens proportionata, hinc vna quo-
que planta ſuum producit fructum pro diuerſitate ſuæ naturæ, vt in heraclio produ-
cuntur lapilli tanquam fructus ipſius, non ſecus atque etiam apparet in milio ſolis, in
quo grana quædam generantur dura granorum milij in modum abſque vlla artis ope.
Deinde idem Syluaticus ſuperiùs ſcriptum reliquit generationem lapidis, ſiue in ven-
triculo generetur, ſiue in alia parte animalis, eſſe præter naturam, cùm ſit morbus in
numero adaucto, quamuis huiuſmodi lapis, qui præter naturam generatur in aliqua
corporis parte, ex Galeno lib. de renum affectione, & curatione, & cognitione cap. 2.
materiam generationis ſuę habeat duplicem, vnam craſſam, alteram tenuem. Craſſities
materiæ magis eſt apta ad calculi generationem; tenuitas verò minus; nam ex craſſa
materia à caliditate moderata, & à calore ſecundùm naturam ſtatim fit lapis; vt verò
fiat ex tenui materia, opus eſt vehementiori calore, vnde Gal. lib. 1. in 6. epid. tex. com. G
6. dicebat, vt tenuis materia induretur ad lapideam naturam vehementiori calore eſſe
opus, at huiuſmodi calor non poteſt eſſe in ventriculo animalis benè ſe habentis.

Cùm igitur ſuccus herbę ſit tenuis purulentę humiditati ſimilis, opus erit vehemen-
ti calore, vt naturam lapidis acquirat; dicebat enim Galenus interdum ex purulenta
humiditate fieri calculum in renibus, ſed à maximo, & vehementi calore: deinde ad
hoc vt lapis generetur in aliqua parte, requiritur materia craſſa, & excrementitia, vt
ſupra ex Syluatico propoſitum eſt, ergo non poteſt fieri ex ſucco herbæ, qui tenuis eſt.
Inſuper idem Sylnaticus ſupra dixit lapidis generationem in animali eſſe quid præter
naturam, nempè morbum in numero adaucto, & ab excremento craſſo à calore præ-
ter naturam, non poteſt igitur fieri ex ſucco herbæ, quemadmodum ipſe dicit, alioqui
eſſet quid ſecundùm naturam, & à calore fieret naturali, quare in determinanda ma-
teria huius lapidis incoſtans eſt, atque incertus. Hactenus multorum authorum at-
tulimus opiniones circa materiam lapidis huiuſce, eaſq; ratione oſtendimus non poſſe
eſſe veras, videtur nobis tamen inter ipſas magis veriſimilis eſſe ea, quam Fertus ſu- H
pra tulit, videlicet Contraherbam eſſe lapidis Bezaardici non modò materiam, ſed
etiam fundamentum, ſupra quod natura fabricatur lapidem Bezaardicum, cuius rei
affert ſignum, quod nunquam reperiri poſſit lapis Bezaar, qui intus non habeat ſcuſtu-
lum ligni, aut herbam maſticatam pulueris inſtar, aut exiguum quemdam lapillum.
Ipſius Ferri hæc ſunt verba.

*Facendo io in pezzi vn giorno vna pietra Bezaar, che mangiauo per vitio, & per far
iſperienza, perche non mi faceuano danno, & coſtauano poco, trouai dentro di quelle, vn poco
di queſta radice conoſciuta con le ſue radicelle, per doue inteſi, che con la virtù, ch'ell' hà ſi
genera la pietra da quella, ò ſopra quella, & per la anſietà con che la cerca l'animale, con
ogni diligenza, ancor che l'hà altre herbe da mangiare, & ſi hà da intendere, che ciò, che fà
queſto animal, lo fanno ancora li altri ſette, così per conto di queſta herba, come di tutte quel-
le, che hanno virtù à queſto effetto, s'è che la cerchi per rimedio di qualche veneno, che man-*

giato,

Digitized by Google

A *giato, ò guſtato hà, come ſanno altri animali è così il più delle volte niſſuna di queſte pietre*
Bezaares ſi partirà, che dentro non vi ſi ritroui vn legnetto, ò vna maſſa d'herba maſticata,
& come puluere, ò vna pietra piccola, come io le tengo che cauai delle pietre Bezaares.
Hic author determinat materiam, ex qua, & ſupra quam tanquam ſupra fundamen-
tum extenditur lapis Brzaar, eſſe Contraherbam.

An modò hæc Contraherba ſit illa herba, de qua Monardes, & Syluaticus loquun-
tur non eſt admodum clarum; nam Monardes dicit illud animal, quod capricernum
appellat, poſt exitum ſuum ab aqua herbas ſalutiferas aduerſus venena virtutem ha-
bentes comedere: Syluaticus verò vult Contraherbam eam eſſe, à qua tanquam ma-
teria proxima non ſolùm lapis Bezaar generatur, ſed etiam facultatem aſſumit, vt dum
loqueremur de Contraherba, dictum fuit. Quòd verò lapis fiat ab hac Contraherba
præter argumenta dicta, experientia docet, quia in cauitate ipſius lapidis geniti in ven-
triculo, ſi aperiatur, vel vt ſemper, vel vt plurimùm, reperitur fruſtulum ligni, aut
Contraherbæ, aut maſſa maſticata pulueris in modum, & quamuis animal iſtud alijs
B herbis veſcatur, nullam tamen tanta auiditate ingurgitat, ac faciat Contraherbam: qua-
re cùm nullius alterius herbæ tanta colligatur in ventriculo copia, dubitari non poteſt,
quin ex ea fiat lapis Bezaar.

Succedit animal huiuſmodi quandoque ſpernere alias herbas, hanc verò omni dili-
gentia quærere ſemper, eaque inuenta ſe admodum replere, nec ea ſe ſatiare ſatis po-
teſt, ſiue id faciat inſtinctu naturæ, ſiue vt ſe tueatur à venenoſa materia aſſumpta,
à qua percipiat ſe vehemēter lædi, ſiue quòd ea tam voluptuosè delectetur, vt ab ipſius
comeſtione nequeat recedere, vtcunque tamen ſit, tantam ipſius copiam deuorat, vt
ex ipſa non modò nutriatur, ſed etiam lapidem generet, quare ex huius authoris ſen-
tentia lapis Bezaar generatur ex Contraherba tanquam ex immediata, & proxima
cauſa, & ex ſucco ipſius in ventriculo congelato, & concreto. Quod verè id verum,
aut ſaltem veriſimile ſit, facilè probari poteſt ex animalibus ſuperiùs vltimo loco re-
cenſitis, quæ licet lapidem generare ſunt apta, attamen ſi auferantur à Contraherbæ
paſculo, vel non generant lapidem, vel nullius valoris illum generant, vt de Glama, &
C de Paco dictum eſt. Quare indicium certum habemus ex Contraherbæ ſucco, fieri in
ventriculo animalis huius lapidem Bezaardicum.

Verùm quemadmodum ſuccus in Contraherba eſt à natura productus vt materia,
ita rationi conſonum eſt, vt cauſa efficiens ſit calor naturalis, virtute quadam ſpecifica
infuſa tempore generationis lapidis Bezaar, ſicut Monardes aſſerit, quamuis velit, vt
ſupra dicebamus, non tam ex herba, quam ex veneno comeſto lapidem Bezaar gene-
rari, dum ſcribit. *Donde poi tanto dal veneno mangiato, come dàl herbe paſciute ſi generano*
mediante il calor naturale, per vna certa virtù ſpecifica infuſa al tempo della generatione.
Nihilominus Ioannes Baptiſta Syluaticus lapidem hunc eſſe quid præter naturam me-
moriæ prodidit, nempe morbum in numero adauctо, aut in via ab excrementis geni-
tum, non ſecus atque alij lapides in corpore humano, qui non alia ratione fiunt, niſi
quia terreum, & craſſum excrementum à calore partis, in qua concreſcit lapis, aduri-
tur, & in lapideam ſubſtantiam conuertitur.

Sed hoc loci inſurgit non ſpernenda difficultas circa generationem lapidum in par-
D tibus corporis animalis, & præſertim in nobis; nam in renibus, & in alijs partibus ge-
nerantur lapides, vt apertè ſentit Gal. lib. 6. de morbis vulgaribus part. 3. comm. 16. &
& alibi, eſt & Trallianus lib. 9. cap. 4. Paulus lib. 3. cap. 45. Aënus tetrabibli 3. ſermone 3.
cap. 4. qui omnes dicunt lapidis generationem fieri ab excremento craſſo, quare vi-
detur Syluatici opinio confirmata, qui dicebat in huiuſmodi animalibus fieri lapidem
hunc ex materia craſſa, nempe ab excremēto craſſo, & viſcido. Sed puto ego aliud eſſe
loqui de lapide Bezaar, & aliud loqui de lapidibus, qui in noſtro corpore generantur.
Priores dicimus fieri à ſolo ſucco Contraherbæ, & à calore naturali; ſunt enim hęc ani-
malia intenta generationi huius lapidis, non ſecus atque animalcula illa, quæ ſericum
facere quotannis obſeruamus. Si verò ſit ſermo de lapidibus enatis in hominū viſceri-
bus, verū eſt ipſos generari vt plurimùm ab excremētis craſſioribus, & à calore præter
naturam, aliquando debili, nonnunquam verò à validiſſimo pro diuerſitate materiæ, vt
dictum eſt; cum igitur ſermo noſter verſetur circa generationem lapidis Bezaardici,

qui

qui non poteſt fieri ab excremento craſſo, & à calore præter naturam, vt dicebat Syluaticus, idcirco putamus ſecuriorem eſſe opinionem eorum, qui dicunt hunc lapidem fieri ex Contraherba, & ſucco ipſius tanquam cauſa immediata, & proxima. E

Poſt materiam lapidis Bezaardici examinanda occurrit efficiens cauſa, in qua nec ſcriptores conueniunt; alij enim putant eum generari à ſolo calore: alij è contra & à calore, & à frigiditate. Ratio eorum, qui tenent à calore ſolo ſumitur ab Ariſt. 4. meteor. cap. 3. ſcribente duplicem cauſam concretionis in lapidibus dari, calorem nempe, atque frigus; ſed lapides Bezaar non fiunt à frigore concreſcente, ergo à calore; nam non eſt intelligibile, in viuo animali tantum frigus reperiri, vt lapis in eo concreſcat, quam rationem adduxiſſe videtur Galenus, aut quiſquis alius author, qui ſcripſerit libellum illum de cognitione, & curatione affectuum renum, quam adduxit etiam Alexander lib. 1. problem. quæſt. 110. Qui verò contrariam ſententiam tutantur, ſunt Auicennas, Hollerius, Cardanus, Andreas Ciſalpinus, & plerique alij affirmantes à calore, & frigore fieri, & videntur, & ipſi ſuum fundamentum aſſumere ab Ariſtotele citato lib. 4. meteor. cap. 4. vbi ſcripſit, quæ frigore concreta ſunt, diſſoluuntur à calore, & è contra, & cap. 7. eiuſdem libri docet, quæ à nullo iſtorum diſſolui poſſunt, ab vtroque concretionem pati, ſed lapides, qui generantur in renibus, & veſica ſunt huiuſmodi, ergo ab vtraque qualitate concreuerunt, igitur pari ratione lapides, qui generantur in animalibus videntur calore, & frigore concreti. F

Videtur tamen probabilior eorum ſententia, qui dicunt ſolo calore concreſcere, & generari; nam vt pulchrè ſcribit Petrus Garzias diſput. 62. cap. 1. impoſſibile eſt ita contingere, vt in corpore animalis calore, & frigiditate agentibus lapis concreſcat; neque enim id eſſe poteſt in eadem parte, quia nihil ſimul, & ſemel calefit, & refrigeratur, neque in diuerſa, quia non eſt opus materiã lapidis ab vna parte in aliã mutari, vt partim à frigore, partim à calore concreſcat (ſicut fictile primùm in aëre, poſtea ſub igne) nam ex communi Medicorum conſenſu conſtat in vna ſola parte à principio in finem concreſcere, vt in renibus, & in animalibus iſtis in ventriculo. Neque videtur dicendum, ex eo quòd lapis non poſſit diſſolui à calore, & frigore, ab vtraque cauſa factam fuiſſe concretionem; nam idem Ariſt. 4. meteor. 6. ſcribit quædam indiſſolubilia eſſe, licet concreta fuerint à ſolo calore ſicco, citra aliquam concretionem factam à frigore, & quædam à ſolo frigore, quæ neque à calore, neque ab aliquo alio diſſolui poſſint, quare cõcludendum eſt lapides ſemper fieri à calore, caloremque ſemper eſſe cauſam efficientem eorum, idque contingere pro diuerſitate materiæ, vt ſupra dictum eſt; nam ſi materia craſſa eſt, magis eſt apta ad lapidis generationem, quàm quiuis calor licet modicus: at ſi materia non ſit admodum apta, tunc requiritur calor vehemens, cuiuſmodi videre eſt, vbi renes inflammati fuerint; vnde videtur difficile poſſe affirmare ex ſucco alicuius herbę exiſtentis in ventriculo animantis generari lapidem Bezaar, cùm calor ventriculi non ſit admodum vehemens, ſed potius moderatus, animali exiſtente in ſua temperie naturali, ſed huiuſmodi caloris animalis moderatio longè vehementior eſt, quàm ſit calor in renibus humanis præternaturam, vnde mirum non eſt, ſi exiccat partes ſucci terreſtris, eaſque in lapidem abire facit. Et hæc de materia, & cauſa efficiente lapidis Bezaardici. G

Nec modus generationis admodum clarus eſt; nam Monardes, Syluaticus, Oſma, & Cardanus ſcribunt materiam multam, craſſam, ac terream cogi in vnum, primùm quidem ad quantitatem ciceris, ſeu fabæ, verùm non omnes de parte intima ipſius idem ſentiunt, cùm alij dicant intus, & vbique ſolidum eſſe, ſicut ſunt lapides in humano corpore geniti, ſiue in renibus, ſiue in veſica: alij è contra excauatum remanere, & in illam cauitatem colligi puluerem maioris virtutis, & efficaciæ, quàm ſit ipſiſſimus lapis, & ex hoc puluere conijciunt lapidem eſſe verum, & legitimum, vbi verò intus habeat aliquid ſolidi, dicunt illum non eſſe verum lapidem, ſed adulteratum, & falſificatum. Nihilominus Ioſua ſcribit, quòd intus reperiantur alij lapides exigui, fruſtula lignea, & rami maſticati, & puluis quidam; ſed colore tendente ad viridem. Deinde cùm per ſucceſſionem vnius materiæ ad alteram augeantur per additamentum, ita vt vna pars ſupra alteram orbiculatim adnaſcatur, ſicut in cæpis apparet, quæ formantur ex pluribus tunicis, quod ab Ioſua experientia ab ipſo facta declaratur his verbis. H

Per

A *Per fare ſperienza di quello ch'è detto, io, & alcuni amici miei curioſi hauiam criato, & nutrito, per poterci chiarire, in caſa alcuni di queſti animali, vno, duoi, tre, quattro, & cinque anni, leuandogli dalle madri, ch'ancor lattauano, & dal lor natural', auanti che guſtaſſero il paſto, & dopo d'hauerlo guſtato, & finito queſto tempo amazzateli, à quei che non haueuano guſtato altro, che latte, non ſi trouaua pietra alcuna, & il medeſimo confeſſauano i Gacichi, che ſono come Signori, ò Duchi, i quali diceuano, de molti che n'haueuano alleuato niſſuno produceua la pietra, ſe non mangiauano il paſto della montagna da loro chiamata pegna, & à tutti quelli che noi, & altri cauauamo dalla montagna, & del loro naturale, paſſando li quattro meſi, e hauendo guſtato paſto, ſi trouauano ad alcuni, perche non tutti le generano, certe pietre generate come piſelli, & con la prima capa, & cominciauano à coprire il legnetto, ò poluere d'herba, per doue ſi può intendere, che le pietre ſi generano da quello, che paſcono ch'è di gran virtù.*

Ab eiuſmodi experientia ab hoc viro tam diligenter facta, duo notatione digna facilè colligere poſſumus, vnum eſt, quòd ex illo paſtu, quo hæc animalia veſcuntur, la-
B pis Bezaar generetur, aliud verò eſt modus generationis, ſcilicet vt primùm natura aliquid veluti iactum fundamentum generet, deinde in orbem ſenſim tegantur à materia, quæ paulatim in dies producitur ad perficiendum huiuſmodi lapidem, qui laminis quibuſdam ad perfectionem ducitur, vt ſupra dictum eſt. Hi ergo lapides continentur in ciſta quadam veluti crumena, quæ à materia pituitoſa, lenta, atque viſcida ortum ducit, non ſecus atque contingit in ſteatomate, meliceride, & atheromate, quæ ſunt tumores præter naturam in corpore ex varijs humoribus geniti, & in ſuis loculis crumenæ in modum obuoluti. Id quod Ioſua his verbis declarare videtur. *Si generano queſte pietre come ghiande, le quali rimangono quiui fra quelle carni, come in certe borſette, & è coſa merauiglioſa*, & quæ ſequuntur.

Quod ad res intus contentas attinet, præter rea iam dictas, ſunt etiam, qui ſcribant reperiri paleam tenuiſſimam, ſupra quam augeatur lapis: alij feſtucam, vel etiam acum, ſiue quiddam ferro paruulo ſimile. Refert Syluaticus, Ioſephum à Coſta, à quo id accepit, in Regione Peruana, in quo nec naſcuntur, nec adferuntur nuclei, in Bezaar
C cauitate reperiſſe pineos nucleos, quæ res etſi admirabilis videatur, non eſt tamen à ratione tam diſtans; nam cùm primùm in lapidia materiam aptam agere incipit calor animalis internus, præſertim intenſua, exiccatur prædicta materia, deinde addita alia materiæ portione, ab eodem calore aduritur, & exiccatur, obque propinquitatem prior magis adhuc exiccatur, & in puluerem tandem vt reducatur, neceſſe eſt; propterea cauitas manet formata. Sed ſi quidpiam, quod durius ſit, in prima elaborata materia ideſt herba, eſſe contingat, id ob craſſitiem multam in lapidem, & puluerem verti nequit, & cùm ſtatim alia addatur tunica, & huic alia, vnde caloris actio ad vltimam internam partem ampliùs peruenire non poteſt, hinc ſit, vt illa pars durior eo in loco remaneat. Idque accidit ſi palea, acus, ferrum, pineus aut tale aliud quippiam ab animali manducatum fuerit, cùm primùm lapidem Bezaar generare incæperit.

Hæc omnia confirmari poſſunt exemplo à lapidibus deſumpto, qui in corporibus hominum concreſcunt, in quorum medio interim acus, feſtuca parua, aut quid tale reperitur, & id faciliùs euenire concedendum eſt in eo lapide, qui in ventriculo anima-
D lis concreſcit, vbi cibaria quæque, etiam craſſiora longiorem moram trahunt, & quando animal ea genere ruminantium eſt. Attamen rarò contingit reperiri ferrum, vel acus, vel quidpiam, quod remotum eſt & à pabulo, & à natura animalis; ſæpiùs enim obſeruarunt Contraherbæ portionem, aut radicis ipſius fruſtulum, ſuper quam radicem fundari lapidem Bezaar conſtanter affirmauit Ioſua Ferrus ſupra multoties citatus: quæ Contraherba non modò præbet fundamentum generationi huius lapidis, verùm etiam eſt, id, à quo lapidis Bezaardici facultas, & virtus dependet.

Quod ſpectat ad laminas, cùm dictum ſit lapidem ita conflatum eſſe, vt conſtare videatur ex laminis, ſiue tunicis, mira ſtractura cæparum in modum contextis, aliqui ſcripſerunt eas ſic ſplendere, ac ſi arte politæ eſſent, prioreque dempta ſubſequentem ſplendidiorem eſſe, harumque tunicarum alijs alias pro lapidum magnitudine denſiores eſſe. Verùm cùm lapides iſti ſint in duplici differentia; alij Orientales, alij Occidentales, nonnulli authores dicunt huiuſmodi ſplendorem laminarum pertinere ad

Orientales; Occidentales enim eo carent. Ioſua tamen, qui loquitur de Occidentalibus ſcribit laminas vnius, eiuſdemque lapidis eſſe inter ſe colore diuerſas. Id quod aliqui dicunt de huiuſmodi laminis, ſi frangantur aureos fulgores, ſeu aureas ſcintillas emittere mihi fabuloſum videtur; plures enim franguntur lspides tam Occidentales, quàm Orientales, in ijs tamen nulla huiuſmodi ſcintilla apparet, ſcioque me quamplurimos fregiſſe, ab alijſque fractos obſeruaſſe, in quibus nihil tale repertum eſt. B

Hic in vrbe Meſſans, quæ Regni Siciliæ Caput eſt, & omnium mercium Emporium toto terrarum orbe celeberrimum, earum præſertim rerum, quæ ex Indijs tam Orientalibus, quàm Occidentalibus adferuntur, multi quandoque reperiuntur lapides Bezasrdici, ita vt viliſſimo pretio emantur, vnde frequentiſſimè occurrit occaſio, vt experiamur, an huiuſmodi laminæ tam egregio ſplendore emicent, & ſemper vidimus eundem colorem, & conſiſtentiam hsbere laminas internas, atque habeat externs, & ſuperficialis, dummodo non fuerint adulterati lapides. Hinc Syluaticus videtur aſſerere in omnibus lspidibus Bezaardicis, laminas omnes, tam externas, quàm internas, eundem colorem, nitorem, & conſiſtentiam habere, modò ij germani, & genuini fuerint. F Huius rei ratio videtur eſſe, quia cùm per additionem (vt dictum eſt) concreſcant in ventre animalis, ſitque eadem materia omnium tunicarum ab eodem calore elaborata, eiuſdem omninò coloris, ſoliditatis, & conſiſtentiæ vt ſint, neceſſum eſt; nam vbi eadem eſt materia generationis, idem locus, idem efficiens, idem modus generationis, videtur quoque rationi maximè congruum eundem ſortiri effectum, omneſque laminas lapidis, qui generatur, eſſe debere eiuſdem coloris, craſſitiei, & conſiſtentiæ.

Quod pertinet ad marſupium, ſeu ad crumenulam illam membranaceam, vbi generantur iſti lapides, de qua ſolùm iſti duo poſteriores ſcriptores nimirum Ioſua, & Oſma mentionem faciunt, nullam aliam huius rei imaginari mihi poſſum rationem, niſi quod alij, qui ſcribunt de hac materia, non aperuerunt corpora animantium hos lapides gignentium, nec proprijs manibus contrectarunt, vt fecerunt Ioſua, & Oſma, ſed acceperunt ab illis; ſcribit enim Ioſua ad hunc modum. *Così appreſſo alla viſcoſità di tutto il cibo, che ne participa, & coſi quando ſi caua la pietra, & io ne hò cauate alcune con le mie mani da animali da me amazzati, ella ſpuzza di viſcoſità, & è tanto ſudicia, che ſà biſogno* G *lauarla per leuarli il cattiuo odore, & ancor che per cauarla da quelle due carni, ſi dà vn colpo con vn coltello alla prima carne, ch'è la borſa doue ella ſi genera, & ſe ben n'eſce netta, l'hà con tutto ciò quell'odore, & ciaſcuna pietra ſi genera da per ſe in queſta pancia, & queſta borſetta di carne, ogniuna nella ſua parte, & alle volte ſe ne trouano dieci, ò dodici, & vna doi, tre, quattro, cinque ſei, & alle volte niſſuna in ciaſcuno animal', & alle volte due d'vna medeſima grandezza, alcune picciole, altre maggiori & minori alcune d'vn colore, l'altre (come ſi è detto) d'vn altro, & in queſto non ci è fermezza.*

Petrus verò de Oſma ita ad verbum ſcribit. *A' quindici di Giugno di queſt'anno 1568. io, & vn Caualiero mio amico ſummo à caccia ſù le montagne, & ſtemmo ſù la caccia cinque giorni, & ammazzamo alcuni di detti animali, che hò detto, & perche vi andammo à queſto fine di conſiderare ſe erano li ſteſſi dall'India portaſſimo il ſuo libro con noi, & n'aprimo vno di quelli c'haueuamo preſo à caccia il maggior, & il più vecchio, & non trouammo ne pietra, ne altra coſa alcuna nel ventre, ne in altra ſua parte, onde credemmo, che non foſſero queſti animali, come quell' dell'India, poi che non haueano pietre, & domandammo à certi Indiani,* H *che veninano con noi per noſtro ſeruigio, doue quell'animali haueano le pietre, ma perche ſono noſtri inimici, & non voleuano, che ſapeſſimo i loro ſecreti, diſſero che non ſapeano niente di quella pietra, ma infine vn garzone Indiano che praticaua con noi di età d'anni dieci, ò dodici vedendo, che deſiderauamo ſaperlo ſi moſtrò, doue quell'animale, che giaceua morto in terra haneſſe la pietra, il quale l'hauena in vna borſetta particolare*, & quæ ſequuntur. Ex his, quæ dicuntur ab his duobus authoribus, spparet eos proprijs manibus contrectaſſe hæc animalia mortua, & inueniſſe lapides in propria ciſtula contentos, quibus etiam patet diligentiores cęteris omnibus fuiſſe in reperiendis huiuſmodi lapidibus. quamuis inter ſe differant, circa numerum; nam Ioſua dicit ſe multos reperiſſe, hic verò ſe vnum tantùm. Verùm (vt dixi ſuperiùs) non clarè percipitur, an numerus lapidum ſit ita diſtinctus, vt vnuſquiſque ſuam ciſtam diſtinctam habeat, an verò multi in vno ſacculo reperiantur.

His

A His pertractatis tempeſtiuum nunc eſt, de facultate lapidis Bezaar, quid ſentiendum ſit, in medium proponere. Tot laudes, & encomia à multis ſcriptoribus tribuuntur huic lapidi, vt ſi vera eſſent, & toties probata, vt dicunt, nihil in hoc mundo pretioſius, nihil præſtantius, nihilque charius hominibus eſſe deberet, vnde ſuper omnes gemmas, ſuper aurum, & ſi quid pretioſius eſt æſtimari deberet. Nihilominus Ioannes Baptiſta Syluaticus valde dubitat, an talia encomia illi conueniant, en eius verba. *Dicant quæſo,* inquit, *nobis, qui talia, tantaque de lapide iſto affirmant, qua in eo propalando vſi fuerint experientia, quomodo cognouerint illum venena omnia, & morbos omnes ſuperare, proferant ad id confirmandum experientiæ factæ tempus, quibus eam fecerint, quibus venenis vſi fuerint, & quibus tandem obſeruatis experientia legibus negotium abſoluerint? ſtatimque vanam, infidam, incertam, & mancam eam fuiſſe is intelliget, qui enarratas loco dicto veræ experiẽtiæ leges ſciuerit. Sunt autẽ in faciendis experientijs quædã leges obſeruandæ, & conditiones, quæ & veneni, & medicamenti actionẽ, ſi non obſeruentur, irritam, & dubiam ſine dubio faciunt.*

Sunt autem illæ leges ſeruandæ in experientia, quæ ſequuntur ab ipſo deſcriptæ li-
B bello de vnicornu. *Si cui iam ſaturo animali exhibeatur venenum etiam cum medicamento, cibi in ventriculo exiſtentis cauſa, irritam euadere poſſe veneni malitiam contingit. Si aliquo in morbo vna cum antidoto alterius generis medicamenti vtatur quiſpiam, quod & ipſum eiuſdem facultatis particeps ſit, cui nam victoria laus tribuenda ſit, iure aliquis dubitabit. Si de oblato veneno minimè omninò certus fueris, (quod in ſola ſuſpicione euenit) eſſe poterit, vt falsò ſupponatur oblatum venenum. Poſſunt tandem multa, ac varia accidere, quæ & veneni, & medicamenti actiones per accidens immutent, vt incertum omni ex parte euadat experimentum. Dicamus tandem ex vnius veneni genere facto experimento, quod ex voto ſucceſſerit, inde propterea colligi neceſſariò, aduerſus omnia venena, facultatem habere medicamentum, demus arſenico cryſtallino exhibito, medicamentum dictum probè vires exercuiſſe, illudque ſuperaſſe, demus item hoc ſæpiſſimè eueniſſe, demus amplius non in multis tantum brutorum ſpeciebus, ſed etiam in hominibus id obſeruatum fuiſſe, anne propterea aduerſus omnia, & ſingula venena talem facultatem illud habere ex hoc colligemus?* & quæ ſequuntur.

C Et iſtæ ſunt leges, quas Syluaticus vult ſeruandas eſſe in probandis huiuſmodi medicamentis, quæ dicuntur habere facultatem contra omnia venena, quemadmodum de lapide Bezaar, de quo inſtituta eſt præſens enarratio, multi aſſerunt. Subdit & idem Syluaticus in tractatu de Bezaar, *particulares quoſdam euentus adduxerunt, veram & abſolutam experientiam, vt docuimus minimè conſtituentes: ægrotantes pleroſque ſumpto hoc lapide ſanitatem acquiſiuiſſe affirmant, ſed an alijs ſimul vſi fuerint medicamentis, erat vt animaduerterent, quia ſic, non plus huic, quàm illi medicamento eſt effectus aſſignandus, ſed & illud ipſe cum alijs nonnullis affirmo tot, tantiſque recitatis morbis non venenoſis conuenire minimè poſſe lapidem hunc, neque ratione, neque experientia id atteſtantibus; melancholia dico, alijſque melancholicis morbis, obſtructionibus, partui difficili, ſecundæ retentæ, menſibus reſtrictis pariter, & præter modum fluentibus, comitiali morbo, & alijs enumeratis, ſunt horum morborum calidi aliqui, frigidi alij, attenuatione eget vnus, incraſſatione alter, quibus quidem contrarijs indicationibus, vna ſola refrigerandi, & exiccandi facultate manifeſta, qua præditus eſt, ſatis facere illum poſſe nullus, qui de rebus medicis rectè ſentiat, affirmabit.*

D *Ad occultam qualitatem ſe recipient ſcio, & hanc contrarios effectus facere poſſe affirmabunt, hos eo in primis argumento arguere licet nobis, quòd non à forma lapidis occulta ij effectus proueniunt, ſed ab ipſius herba lapidem producentis rei occulta, vt dixit Ioſeph à Coſta ex Indorum mente; ſi dixerint herbam illam, & ipſam id à proprietate occulta præſtare, dicam ipſe ex aduerſo huiuſmodi contrarios effectus ab occulta proprietate proficiſcentes ſola experientia determinari, ſed ex Italicis ſcriptoribus, qui talem approbauerit experientiam, neminem hucuſque legi, aut audiui? Ex his, qui in exteris regionibus, & Italiæ vicinis de hoc lapide ſcripſerunt, non omnes vnum, & idem teſtati ſunt: ex antiquioribus vnum ſolùm Serapionem luculentiùs, & diſtinctè magis de hoc lapide ſcripſiſſe paulò antè admonuimus, nec tamen enarratis morbis non venenoſis, quod conferat docuiſſe, cuique manifeſtiſſimum eſſe puto. Venenorum tantùm, & venenoſorum morborum, ſicuti, & Rhaſis memini, quorum authoritate freti, febribus quoque peſtilentibus eum ipſis venenis ſimilitudinem quandam habentibus conferre illum poſſe negare non audemus.*

Hæc Ioannes Baptiſta Syluaticus, cuius quidem ſi rectè contemplemur verba, videbimus ipſum derogare multas facultates lapidi Bezaardico, eique tantùm tribuere virtutem aduerſus febres malignas, & peſtilentes, idque ex ſententia Rhaſis, quamuis ſcribat Serapionem cæteris omnibus diſtinctiùs, atque luculentiùs de viribus huius lapidis ſcripſiſſe. Verùm cùm oſtenderimus ſuperiùs & Serapionem, & Rhaſim locutos fuiſſe de lapidibus Bezaardicis mineralibus, non de lapide in animali genito, cuius nullam habuerunt cognitionem, non ſatis fidem faciunt ipſorum authoritates, etiamſi Nicolaus Monardes ad comprobandas eiuſdem lapidis facultates afferat Arabum authoritates, Serapionis primùm, deinde aliorum, verba ipſius ſunt, quæ ſequuntur. E

Frà li Arabici, che più ſi diſteſe à ſcriuerne, fù Serapione huomo aſſai dotto nell'hiſtoria medicinale, il quale nel capitolo 36. ſcriue molte coſe di queſta pietra Bezaar, degne di ſaperſi, & di ſua authorità dice, di quanta eccellenza ſia queſta pietra contra ogni ſorte di veneno, di qualſiuoglia maniera, & qualità ſi ſia. Dice anco, che ſia contra li morſi dell'animali veneneſi eſtinguendo, & ſtirpando la radice, & mala qualità, che li veneni imprimano ne' corpi liberando dalla morte colui, che l'uſa, egli la dà in poluere, & dice di fare il medeſimo effetto F *ſucchiandola, & tenendo in bocca, percioche dopò di hauerla preſa prouoca il ſudore, & eſpelle fuori il veleno, anzi ſi allarga più con dire, che portata adoſſo di modo, che tocchi le carne alla banda ſiniſtra, preſerua colui che la porta, di non eſſer attoſſicato, & lo difende da tutte le coſe venenoſe, perche la ſua proprietà, e virtù è tale, che in qual' ſi voglia modo che ſi applichi al corpo, fà che il veneno non offenda, & quelli che ne ſono offeſi ſi ſanano, il che non ſolo fà in quelli che hanno preſo il veneno, ma in quelli anco à quali foſſero ſtate auuelenate veſti, lettere, ò altra coſa, donde poteſſero eſſer offeſi. Dice il medeſimo Serapione, che queſta pietra vale nelli morſi venenoſi, ò nelle loro punture, pigliandone la poluere per bocca, percioche prouoca il ſudore, & l'eſpelle tutto fuori alle parti eſteriori. Gioua grandemente la poluere di queſta pietra, poſta ſù le poſteme, ò ferite d'animali venenoſi, percioche diſtrugge, & leua la malignità del veneno, & in tanto l'inalza Serapione, che auuenga che le piaghe fatte da tal animali ſiano già in corromperſi le cura, & ſana: poſta la poluere di queſta pietra ſopra li animali venenoſi li tramortiſce, & leua loro la forza, & ſe ſi porrà in quella parte, con la quale feriſcono quantunque faccino piaga, non imprimono malignità velenoſa, & queſto per eſperienza ſi vede* G *nelli ſcorpioni, perche poſta la poluere nella parte con che mordono, ſi leua loro tutta la forza velenoſa, ſenz'altro fare, che la puntura, alle vipere, & altri animali velenoſi, dando loro con alcun liquore, tre grani di queſta poluere, ſubito muoiono, fin qui diſſe Serapione.*

Hæc ſunt, quæ Monardes de Seraipone refert, ſpectantia ad facultates, & virtutes lapidis Bezaardici, quę licet videantur probare multas facultates in eo cõtineri, omnes tamen non aduerſantur niſi venenis, & præſertim ex morſu animalium enatis. Et quãuis probatio Monardis ſit de lapide in animali genito, de quo nullus fecit experientiam, quia tamen facultates à Serapione relatæ non debent tribui niſi illi lapidi, cuius idem meminit, propterea non de genito in animali, ſed de illo, qui eſt lapis mineralis idem præſtans, ac faciat theriaca, ſunt intelligenda eius verba, hinc idem Serapio in principio capitis hunc lapidem vocauit liberantem à venenis, vt theriaca. Videamus modò quid dicat de alijs Arabibus Monardes, inter quos primò enumerat Rhaſim.

Raſis ſimia di Galeno huomo il più dotto, che ſia frà gli Arabici, nel libro che egli ſcriſſe chiamato continente, dice così, la pietra Bezaar è vna pietra, che tira alquanto al giallo, molle, H *ſenza alcun ſapore, la quale dice egli di hauerla ſperimentata due volte, e hauerui ritrouata efficaciſſima virtù contra il napello, il quale è più gagliardo di tutti i veleni. Dice medeſimamente hauer veduti in queſta pietra, i più marauiglioſi effetti, contra ogni ſorte di veleno, che egli haueſſe veduti già mai in altro medicamento contra veleno, coſi ſemplice come compoſto, ò fuſſe antidoto, ò altra compoſitione contra veleno, ſi come ſarebbe à dire la teriaca, e altre compoſitioni: percioche di maggiore efficacia, e virtù è la pietra Bezaar, che neſſuna altra. Queſto medeſimo conferma nel libro che fece al Rè Almanſore, dicendo che à veleni maligni, che offendono il core, & operano per ſoſtantia ſpecifica, poco gioua cura alcuna, ſe non ſi prende il Bezaar, percioche queſto vi reſiſte, & dice di più. Io hò veduto, che hà fatto reſiſtenza al veleno del napello, che è il più pernitioſo di tutti i veleni, fin qui diſſe Raſis.*

Rhaſis longè antiquior eſt Serapione, proinde non potuit habere cognitionem eius lapidis, qui in ventre animalium generatur, cùm vt oſtendi ſuperiùs huius lapidis

inuentio

A inuentio in animali recentior eſt, & temporibus patrum noſtrorum, vel paulò antè
ideo locutus eſt de lapide Bezaar, de quo Serapio, nempe de minerali, & quamuis ad-
ſcribantur tales virtutes huic lapidi in animali nato, non tamen dici poteſt eundem eſſe
ſpecie, cum minerali, de quo & Rhaſis, & Serapio loquuntur. Proſequitur & Monar-
des adducens poſt Rhaſim aliorum Arabum authoritatem, inter quos primò proponit
Amezebenteriſo nomine, his verbis. *Vn altro moro aſſai dotto, e grande Aſtrologo, il quale
ſcriſſe delle pietre, doue ſono ſculpiti i ſegni, e li pianeti inſieme con la virtù che eſſi hanno, il
quale authore è chiamato Amezebenteriſo nel libro, che egli ſcriſſe delle virtù delle piante, e
delle pietre, e delli animali che ſeruono alla medicina, dice la pietra Bezaar, è contra ogni
ſorte di veleno, & oltre à queſto, hà particolar proprietà preſa in poluere contra il morſo dello
Scorpione, e portata adoſſo ſcolpita è contra i morſi di tutti i animali velenoſi.*

Deinde alium addit ſcribens his verbis. *Vn'altro moro chiamato Adalanarch Spagnuolo
dotto in medicina dice la pietra Bezaar è contra ogni veleno, & io l'hò veduta come coſa
pretioſa in potere del Rè di Corduba Miramolin, al quale fù dato pernicioſiſſimo veleno, e ſu-*
B *bito preſa la pietra Bezaar, fù del tutto liberato dal veleno; in cambio della qual pietra, diede
il Rè il ſuo palagio Regale à colui, che li diede la pietra, la quale lo liberò dalla morte, e certò
fù dono Regale; perche veggiamo hoggi dì, che il palagio Regale di Corduba è coſa molta ec-
cellente, e di gran valore. La pietra fù tenuta in gran ſtima per eſſeruiſi ſpeſo così grã prezzo.
Auenzoar Medico Moro Spagnuolo natiuo di Pennaſtor poſta frà Corduba, e Siuiglia, nel ſuo
Teiſir riferiſce come vn certo già pianto da ſuoi per morto, per hauer preſo veleno aſſai triſto,
fù liberato con dargli la pietra Bezaar, al peſo di tre grani con aqua di zucche, per eſſere ſtato
veleno caldo, e parue che fuſſe così; percioche toſto preſo il veleno diuenne itterico, e molto
giallo. Auerroë Medico e Filoſofo eccellente Spagnuolo natiuo di Corduba nel ſuo colliget, che
egli fece di Medicina, dice la pietra Bezaar è grandemente di eſtremo giouamento contra
ogni ſorte di velenoſo morſo, ma principalmente de gli Scorpioni.*

*Altabas fà mentione della pietra Bezaar in tre luoghi, doue egli parlò de veleni, imperò ſe
ne paſſa leggiermente, dimoſtra ſolamente al parlare, che ſia molle, poiche dice, che ſi debba
fregar con aqua, e che ſi dia con aqua à gli attoſſicati. Rabi Moſes di Egitto natiuo di Spagna*
C *grandiſſimo Medico, il quale ſequì del tutto l'orme di Galeno, nel libro che egli fece de' vele-
ni nel prime trattato nel terzo capitolo parlando delle medicine ſemplici conuenienti à morſi
de gli animali velenoſi dice, volendo referire, quali ſono le medicina ſemplici, che ſono di ma-
gior profitto più ſperimentate, e da molti approuate, che è il ſeme del cedro, l'altra lo ſmeral-
do, il quale è gran medicina contra veleni, e la terza della quale fece mentione Galeno, è la
pietra Bezaar, che ſi caua da vn certo animale, la qual pietra è ſimile à vna palla, il ſuo co-
lore tira al verde, generata à poco à poco ingraſſandoſi ſempre, però ſi ritroua con vna lamina
ſopra l'altra. Dicono alcuni, che ſi generano ne gli angoli de gli occhi di certi caſtrati, che ſono
in Oriente. Altri dicono, che ſi generi nella veſſica del fiele di queſti iſteſſi caſtrati, la quale è
la più certa, e più vera.*

*Trouaſi vn'altra Bezaar, che è pietra minerale del paëſe di Egitto, di diuerſi colori, della
quale hanno detto marauiglioſe coſe i noſtri antipaſſati, ne i loro libri. Ma noi non habiamo di
queſta pietra minerale coſa alcuna approuata per eſperienza, & io ne hò fatta la proua, e non
gioua à coſa alcuna, ma la pietra Bezaar, che ſi caua di detti animali, habiamo ſperimenta-*
D *ta con molte eſperienze datala ad huomo morſo da animale velenoſo, e poſto ſù la piaga, ſi cu-
ra, e ſi libra mediante il fauore diuino. Queſte tre medicine ſono per eſperienza approuate,
in tutti i veleni del mondo, ſi come è il ſeme del cedro, lo ſmeraldo, e la pietra Bezaar de ani-
male. Il medeſimo auttore recita nel quarto capitolo, oltre alle ſue virtù, due coſe di grande
importanza, & è che ſi generi queſta pietra nel fiele de gli animali, il che par che ſia da gran
ragione accompagnato, percioche veggiamo in molti animali generarſi la pietra nel fiele. E
l'altro è di dire, che ſi và generando, à poco à poco, la qual coſa ſi vede dalle lamine, delle quali
è compoſta. Auicenna huomo così dotto non ſcriſſe particularmente di queſta pietra, come di
molte altre coſe, che per eſſer natiuo di Perſia nella città di Boccara, hauea da hauerne più no-
titia, che i Mori Spagnuoli, che tanto in particulare ne ſcriſſero.*

*Toccane ſolamente nel ſecondo canone nel quarto capitolo parlando delle medicine, che di
loro proprietà operano contra la malignità de veleni, e ne da l'eſſempio della teriaca, e del-
la pietra Bezaar. E più innanzi dice, che la teriaca, e la pietra Bezaar, ſono due coſe, che con-*

ſeruano

Digitized by Google

ſeruano la ſanità, e la virtù delli ſpirti, accioche poſſano eſpellere il veleno. E nel 4. lib. nella B
Fen. 6. nel 4. cap., e nel 5. in tre luoghi loda la pietra Bezaar contra veleno, e il medeſimo fà
nella cura del fiele della vipera, notandola per coſa eccellente. Ne i quali luoghi è così bre-
ue, che ſe ne paſſa leggiermente. E benche egli ne parlaſſe, non ne parlò di ſuo proprio parere,
percioche preſe il tutto da Raſis, nel ottauo trattato. Et in queſto iſteſſo capitolo parlando delle
coſe, che à noi ſono più profitteuoli, dice eſſer la pietra Bezaar, pur che ſi ritroui, doue dimoſtra
con quanta difficultà ſi hà. E nel capitolo, doue parla di quelli, che hanno preſo il napello, dice,
che ſia bona la pietra Bezaar colorata, e netta, e che ſia coſa approuata. E ciò dice per le pietre
fittitie, che al ſuo tempo doueano trouarſi. Queſti ſono gli auttori che io ritrouo antichi fra gli
Arabi, i quali hanno ſcritto di queſta pietra Bezaar, che non ſono pochi, che doueano à quel
tempo hauer cognitione di tal pietra, per il contratto, e commercio, che i Rè di Marrocco ha-
ueano con l'India Orientale, e ſpecialmente colla Perſia donde veniuano le mercanzie, e le
coſe pretioſe dell'Indie.

Iſti ſunt authores antiqui Arabes, qui vt ſupra oſtendi, non potuerunt habere cogni-
tionem huius lapidis in animali geniti; nam Auicennas, qui poſtremo loco citatur, vixit F
ſimul cum Auerrhoë poſt Chriſtum natum M. C. X L I X. tempore ſummi Pontificis
Eugenij Tertij, lapis autem in animali inuentus fuit noſtrorum auorum, (vt ſuperiùs
dixi) tempore. Rabbi Moſe, quem Monardes ſcribit locutum fuiſſe de huiuſmodi
lapide, non videtur veriſimile, quia adducit eum citantem Galenum; nam afferens
tria illa medicamenta contra venena tertium ſcribit eſſe lapidem Bezaar, cuius men-
tionem fecit Galenus, hæc ſunt verba à Monarde recitata. *E la terza, della quale fece*
mentione Galeno, è la pietra Bezaar, che ſi caua di vn certo animale. Sed nullus eſt ex au-
thoribus, qui vnquam animaduerterit, aut ſcripſerit Galenum agnouiſſe lapidem hunc
genitum in ventre animalis, & re vera Galenus de hac re nullam prorſus habuit men-
tionem; quæ res cùm ita ſe habeat, moueor ad dicendum textum hunc fuiſſe ab aliquo
depranatum, cùm potiſſimùm Rabbi Moſes fuerit lõgè antiquior, quàm fint illi autho-
res, qui primi ſcripſerunt de hoc lapide Bezaar in animali genito: huncq́ue citat Ioan-
nes Baptiſta Syluaticus, lib. 1. de venen. cap. 3. tanquam eum, qui ſcripſerit Bezaar con-
tra venena maximè laudandum eſſe. G

Concludo itaque hoſce authores antiquos Arabes nullam prorſus fidem facere de
hoc lapide in animali genito, ſed ſermonem eorum eſſe de lapide Bezaar minerali,
quem tempore Arabum antiquorum ſolummodò dari in ſuperioribus demonſtraui.
Et quamuis recentiores plerique ſcribant hunc lapidẽ maximè valere aduerſus omnia
venenorum genera, quemadmodum ſunt Eugarſias, Ioſeph à Coſta, Petrus de Oſma,
Ioſua Ferrus, qui poſtremus omnium de hac materia ſcripſit, non propterea tamen
hanc facultatem ipſum habere ex Arabum ſententia demonſtrant, ſed experientia pro-
pria, vnde omnes in hoc conueniunt, quòd huiuſmodi lapis Bezaar valeat aduerſus
omnes venenatas qualitates, tam intus aſſumptus, quàm extra admotus; ita vt velint
ipſum habere, facultatem alexiteriam, & alexipharmacam; ſcribit enim Gal. lib. 5. ſim-
plicium cap. 18. & lib. 1. cap. 11. alexiteria medicamenta ea eſſe, quæ venenatarum
beſtiarum ictus, aut venena ſanant, alexipharmaca verò ea ſunt, quæ deleterijs, aut
aſſumptis venenis medentur, hinc eſt, cur & morſibus ſcorpionum, pulueri zatus ſu-
pra ictum, aut vulnus factum ab ijs animalibus inſperſus lapis medeatur, ac etiam vtan- H
tur communiter Medici aduerſus febres peſtilentes, & mali moris loco alexipharmaci,
id genus medicamenti pro ſummo remedio habentes, ad quod tanquam ad ſacram
anchoram plerunque confugiunt.

Ad hæc ſi tempore Rabbi Moſis cognitus fuiſſet hic lapis Bezaar in animali genitus,
qui fieri poteſt, vt tam diu latuerit eius cognitio, cùm nullus ex Medicis, de eo aliquid
dixerit, exceptis illis paulò ſupra enarratis, qui etiam nullam faciunt mẽtionem Rabbi
Moſis, quia ſi fuiſſet notus tam longo tempore ante ipſos, videtur rationi conſonum,
vt qui primi denuò extraxerunt de ventre horum animalium tales lapides, & iteram
eius facultates animaduerterunt, aliquid de Rabbi memoriæ prodidiſſent tanquam de
primo lapidis Bezaar ſcribente; at nullus vnquam illius meminit, niſi Nicolaus Mo-
nardes, qui tamen non adducit ipſius authoritatem tanquam de primo ſcriptore, ſed
vt faciat fidem ſimul cum alijs Arabibus de facultatibus illius. Quocirca ſtatuendum
mihi

A mihi perſuadeo, quemadmodum ſuperiùs etiam oſtendi lapidem hunc cognitum fuiſſe
tum primùm, cùm Ferdinãdus Corteſius, & Chriſtophorus Columbus detegerunt no-
uas Indias tam Orientales, quàm Occidentales, vnde etiam mentionem feci de primo
lapide, qui ab huiuſmodi partibus delatus fuit; ſed vtcunque ſit, iam apud omnes Me-
dicos conſuetudo inualuit, vt eo vtamur in ſebribus malignis, & peſtilentialibus, quo
nomine conuenit cum lapidibus Bezaardicis mineralibus, vt plerique omnes, qui per-
currerunt Indias Orientales, & Occidentales experti ſunt. Eſt itaque communiſſimum
axioma, quòd lapis Bezaar facultatem habeat inſignem aduerſus omnia venenorum
genera.

Particulares autem facultates, quæ afferuntur à quibuſdam, ſunt melancholicas, &
inueteratas febres quartanas, & difficiles curare, lepram, ſcabiem, pruritum, antiqua
vlcera, impetigines, cholericam paſſionem, laſſitudinem eorum, qui laborant, & de-
biles vires habent reſtaurare. Deinde inquiunt, hunc lapidem valere ad carnes reſu-
mendas, ad appetitum reſtaurandum, ad omnes animi paſſiones abigendas, ad partum
B facilitandum, ad ſecundinas eijciendas, ad morbos epilepticos, & ad multas alias ægri-
tudines pellendas, quod tamen non videtur admodum rationi conſonum, vnde rectè
mea quidem opinione Ioannes Baptiſta Syluaticus cenſuit huiuſmodi lapidem non
poſſe tot facultates, ac virtutes habere, ſicuti nonnulli leui experientia moti, & ad pau-
ca reſpicientes pronunciarũt; nam facillimum eſt vnicuique ſuamet adducta experien-
tia de quouis medicamento affirmare, quod ſibi videbitur, non ſecus atque faciunt
Agyrtæ, & Circulatores, qui multa de vno medicamento prædicant, & exaggerant di-
centes ſe expertos fuiſſe, inter quos reponi poteſt Ioſua ille Ferrus, qui ſcribit ſe exper-
tum fuiſſe feliciter puluerem Contraherbæ in febribus tertianis, & quartanis, cum vi-
no, per mediam horam ante frigus, & rigorem, hoc modo.

Si dà di queſta in vece della pietra, come quattro grani, & fà il medeſimo effetto, che la
pietra, e ſi dà come è ſtato detto per le terzane, & quartane, in più quantità di tre volte tan-
to in vino, meza hora auanti che venga il freddo: & ſi piglia hauendoſi purgato, & riparato
il corpo, & ſi hà da pigliar tre volte, & ſe con queſto frà tre giorni da contrargli dall'vltima
C *volta, che la pigliarà, non ſe ne andaranno via, mangi d'ogni coſa, & laſcile poi che Dio lo*
guarirà, & pauló inferiùs ſcribit, *hò fatto in alcune iſperienza, e delle tre volte, che gli ſi*
haueua da dare, gli diede il primo giorno vna quarta di oncia di queſta poluere à bere auanti
il freddo, vomitò egli de li ad vna meza hora, & gli ſi andò via il freddo, & de lì à tre giorni
hebbe la febre dui giorni ſenza freddo, & non più, erano dodici giorni che egli tremaua: dan-
done ad vn altro il primo giorno altratanta, non vomitò, ne laſciò di venirli il freddo più tar-
di del ſolito, & la febre li durò più, & de lì ad vndeci giorni ſanò. La diede tre volte ad vna
donna, non in tanta quantità all'hore dette meza hora auanti, che le veniſſe il freddo, & non
guarì in vn meſe. Queſta non ſi purgò, ne cauò ſangue, non ne hò fatto altra iſperienza. Per
dolor di madre, & maninconia l'hò trouata altre volte molto à propoſito, pigliandola con aqua
di fior di naranzi, & per alcune anſietà, che come ambaſcia, & ſtanchezza vengono ſpecial-
mente alle donne.

Ita vt vnuſquiſque ſiue Medicus, ſiue quiuis alius, qui experitur huiuſmodi medica-
mentum, poteſt dicere ſe eo curaſſe multas, & varias infirmitates, quemadmodum
D etiam & Petrus de Oſma, qui aſſerit multos à varijs morbis fuiſſe hoc lapide Bezaar
liberatos; ita enim ſcribit. *Habiamo veduto manifeſti beneficij, & hanno guarito di infir-*
mità molto grandi, che ſi merauigliano tutti quelli che l'hanno veduto. Alla Signora Catha-
rina di Vera, ſorella del Signor Preſidente, & à Donna Maria di Ribera, & à Diego di
Andrada, & à Diego dell'Iſola, & à Mariana moglie di Maeſtro Giouanni Plutino, & al
patre Ioſeppe Maruinos, & al patre Fernandes clerici, & altri molti, hanno fatto grandi be-
neficij queſte pietre ſanandoli di molti mali, che ſarebbe coſa lunga dar di loro notitia à
v. mercè. Baſta à dirle, ch'elle ſono pietre di gran virtù, & come coſa noua le prendono in pol-
uere tutti quelli, che hanno infirmità, che non ſi poſſono ſanare con medicine, & molti guariſ-
cono, il che ſia à laude del noſtro Signore, che poſe in loro cotali virtù.

Ambo iſti ſcriptores, vt ſupra etiam admonui, ſunt homines illiterati, & qui expe-
rientias ſuas abſque vllo medicæ artis fundamento fecerunt, inde ad pauca reſpicien-
tes facillimè enunciarũt ſe ſua experiẽtia cognouiſſe hunc lapidem habere tot inſignes

faculta-

facultates. Verùm quotidie obſeruamus naturam in aliquibus adeo validam eſſe, vt non modò ex ſe expellat cauſam morbificam, ſed etiam ſępè corrigat errores Medicorum; vnde rectè à Diuino Hippocrate ſcriptum fuit naturam eſſe morborum curatricem. Ad hoc confirmandum, recordor cuiuſdam imperiti ruſtici, qui affirmabat ſe ſanos reddere ægrotantes, quæ res illi eueniebat non arte, ſed naturæ valentis beneficio, & quia iucundum eſt auditu, vt ipſum allocutus fuerim, breui narrare conſtitui. Dum ego iuuenis adhuc eſſem, ſummeque rebus anatomicis deditus in Xenodochio Mortis Bononiæ, vno die enixè mihi incumbenti compoſitioni cuiuſdam ſcheleti, & præſertim circa nexum carpi cum metacarpo, clanculum me non aduertente obuenit pannoſus quidam ruſticus, & tacitus cœpit obſeruare, quid ipſe facerem, cùm autem ego eum non ſine admiratione inſpectarem, dixit noli mirari domine; nam & ego ſum medicus præſertim oſſium luxatorum, & fractorum, tum equidem maiori admiratione captus quomodo, inquam, potes tu id efficere, cùm nullam habeas cognitionem connexionis, magnitudinis, figuræ, numeri, atque ſitus oſſium, at ille promptè reſpondit, facio, vt omnes Medici, alios ſanitati reſtituo, alios perimo, alios denique mutilos, aut diſtortos, & malè affectos dimitto. E F

Et certè quamuis poſt adhibita medicamenta contingat, vt ægrotantes aliqui moriantur, alij ſanentur, nonnulli verò incurabiles, & malè diſpoſiti remaneant, res tamen non omnibus eodem modo ſuccedit; nam Medici rectè, & vt decet operantes, licet interdum ſanitatem non inducant, id quod accidit ratione prauitatis, & malignitatis morbi, vt in febribus malignis, & peſtilentibus, vt plurimùm tamen ſanant tum ratione benignitatis materiæ peccantis, tum diligentiæ, quam adhibent, vt contingit in febribus tertianis omnis generis, tam continuis, quàm intermittentibus, & rarò aliquos incuratos relinquunt, quemadmodum illi ſunt, qui cancro afficiuntur. At Medici imperiti, & ignari, qui perperam, & ſine ratione medicinam faciunt, vt ruſticus ille, plurimos interficiunt, & incurabiles reddunt, pauciſſimos verò ſanant, nec ſua, ſed naturæ validæ operatione. Lapis itaque Bezaar cùm ſit medicamentum alterans, quod cuique morbo exhibitum nec poteſt interficere, nec morbum incurabilem reddere, neceſſariò ſequitur, vt cùm ægrotantes ſanantur, non ipſius beneficio id eueniat, ſed naturæ validæ reſiſtentia. G

Quod attinet ad facultates ipſius, non facilè concedo Ioanni Baptiſtæ Syluatico hunc lapidem venenis omnibus, & venenoſis morbis opitulari, maximè quia id ſcribit authoritate Rhaſis, qui non de Bezaardicis iſtis, ſed de mineralibus loquitur: hæc ſunt verba Syluatici. *Ex antiquioribus vnum ſolum Serapionem luculentiùs, & diſtinctè magis de hoc lapide ſcripſiſſe paulò ante admonuimus, nec tamen enarratis morbis non venenoſis, quod conferat docuiſſe, cuique manifeſtum eſſe poteſt, venenorum tantùm, & venenoſorum morborum ſicut Rhaſis meminit, quorum authoritate freti febribus quoque peſtilentibus cum ipſis venenis ſimilitudinem quandam habentibus, conferre illum poſſe negare non audemus.* Sed licet Rhaſis tribuit ſuo lapidi Bezaar facultatem aduerſam omnibus venenis, quod de lapide in animali nato intelligi non debet, non tamen deduci poteſt conſequentia, quod lapis Bezaar in animali natus aduerſetur febribus malignis, quare Syluatico indicans Bezaar lapidem non poteſt eſſe venenoſa materia in vniuerſum accepta, quamuis, vt dixi ſuperiùs, venenoſa qualitas, ſeu venenum indicat auxilium, quod repugnat ei, & venenoſam qualitatem deſtruit. Materia autem, in qua fundatur huiuſmodi indicatum, an poſſit eſſe lapis Bezaar, ſiue illud ſit minerale, de quo Serapio, ſiue ex animali extracto, de quo recentiores, & præſertim Syluaticus loquitur, hoc opus, hic labor eſt. H

Duo igitur videntur in hoc caſu conſideranda eſſe, vnum eſt, an lapis Bezaar indicari quandoque poſſit à peſtilenti, & venenata qualitate: deinde quis nam ſit ipſius rectus vſus, & recta adminiſtratio. Si conſideremus primò, & per ſe lapidem Bezaar, quatenus eſt materia auxilij, indicari minimè poteſt; ſicut nec lactuca indicatur à febre tertiana, licet ſit materia auxilij refrigerantis; nam à febre tertiana non indicatur, niſi auxilium refrigeratorium tanquam proprium indicatum, pari ratione febris maligna, & peſtilens eſt indicans, indicatum verò eſt auxilium, quod repugnat, & contrarium eſt malignitati, ſed quia illud eſt in lapide Bezaar, ideo lapis habet rationem ma-

teriæ

A teriæ auxilij. Dicimus igitur malignitatem, ſeu febrem malignam eadem ratione indicare ſuum auxilium, & indicatum appropriatum, atque faciat febris tertiana, quæ indicat ſuum appropriatum auxilium, & indicatum, quod eſt refrigeratio, materia autem ipſius auxilij refrigerantis, eſt *e. g.* lactuca, quæ non alia ratione inuenta eſt, quàm per experientiam; nam etſi manifeſtas habeat qualitates refrigerandi, & humectandi, niſi tamen experientia edocti eſſemus, non intelligeremus ipſam lactucam refrigerare, & humectare noſtrum corpus. Concludo propterea à febre maligna tanquam ab indicante, indicari auxilium malignitati repugnans, & lapis Bezaar per experientiam cognitus eſt, vt materia talis auxilij; nam omnes de vtroque lapide ſcribentes dicunt experientiâ habuiſſe aduerſari venenis, & materiæ venenatæ.

Videamus modò, quis nam ſit rectus vſus, ſeu recta huius lapidis adminiſtratio, nempe quando, quantum, & quomodo offerendum. Quod attinet ad tempus, adminiſtratur auxilium iſtud non ſecus atque alia, nempe quando indicans eſt præſens, & nihil ei repugnat, hoc eſt, quando venenoſa qualitas reperitur in corpore, id quod Auer-
B rhoës ſentire videtur 5. coll. cap. 23. vbi dicit, *Bezaardica, vbi reperiunt in corpore venenum, venenatum hominem ſeruant*, ſed febris maligna ſemper habet venenoſam qualitatem adiunctam, ergo ſemper vtendum eſt Bezardico præſidio. Quare ad tollendam feberem malignam tanquam indicans curatorium lapis Bezaar eſt adminiſtrandus. An verò pro præſeruando homine febriente, vel etiam ſano poſſit Medicus tutò vti hoc præſidio, alterius eſt inſtituti, quod paulò infra tractabitur; ſat enim mihi nunc eſt oſtendere eo vtendum eſſe, quando res ipſa expoſtulat.

Sed quoniam ex Galeno habemus Bezaardica duobus modis operari ſolere, vel ſcilicet alterando, vel euacuando, propterea nos admonemus lapides Bezaar non euacuando, ſed alterando tantùm ſuas operationes præſtare, & quamuis aliqui dicant ipſos expellere per ſudorem, quod accepiſſe à Serapione videntur, id tamen non de Bezaar in animantibus procreato, ſed de minerali intelligendum eſſe apparet, quem ſolum Arabes agnouiſſe probauimus. Nam ſi lapis animalis procederet euacuãdo per ſudorem, non rectè, & ex arte dogmatici Medici ipſum concederent in principijs ma-
C lignarum febrium, ſicut quotidie faciunt, quo tempore nulla debet prouocari euacuatio. Addo, quòd nemo ex peritioribus Medicis, qui de Bezaar ſiue Orientali, ſiue Occidentali ſcripſerint, extat, cui in mentem venerit Bezaar remedium eſſe euacuatorium. Quòd ſi aliquando contigerit, vt poſt Bezaar aſſumptionem ſequuta fuerit euacuatio, hæc non in lapidem referenda eſt, ſed in naturam prauos humores expellere conantem, vt Syluaticus ex mente Cigalini exiſtimauit. Ad hæc multoties vidi à grauiſſimis doctoribus præceptoribus meis adminiſtratum fuiſſe Bezaar, & nunquam aduerti eum ſudorem promouiſſe, quinimo & ego, qui quinquaginta ab hinc annis medicinam facio, cùm pluries, ac pluries eo vſus fuerim in febribus malignis, Deum teſtor nunquam obſeruaſſe hunc lapidem prouocare ſudores, id quod etiam tradiderunt alij ſcriptores. Quare non poſſum ſatis mirari Monardem, qui tam apertè ſcribit hunc lapidem mouere ſudorem, totque mirabilia, nempe ſuffocationem curare, & alia huiuſmodi facere, quæ ſuperant omnem admirationem; ſimile enim quid Galenus ſcribit de radice peoniæ, atque de ipſius facultatibus, libello de puero epileptico, vbi fatetur
D hanc radicem amuleti loco appenſam liberaſſe ab epilepſia illum puerum, & quotieſcunque auferebatur à collo, cui appendebat, puer ſtatim in epilepticam affectionem cadebat, & vbi admouebatur ſtatim liberabatur, quæ res in admirationem traxit ferè omnes Medicos, qui volentes experiri facultatem talem ipſius peoniæ nihil prorſus animaduerterunt, nullumque ſimilem effectum poſt Galenum probarunt, quare dicẽdum eſt hanc, quam habemus, radicem peoniæ non eſſe veram, aut propriam facultatem amiſiſſe. Idem dicendum videtur de lapide Bezaar, qui quamuis adminiſtretur ea, qua decet, ratione, nunquã obſeruamus tam facilè producere mirabiles illos effectus; quare aut erit dicendum veros lapides Bezaardicos ad noſtras manus non perueniſſe, aut quæ dicuntur à ſcriptoribus eſſe vana.

Quòd verò præſente obiecto, nempe venenata qualitate vtendum ſit hoc præſidio, vſque ad perfectam veneni extinctionem, ac etiam in febrium putridarum curatione, Syluaticus ipſe docet hac obſeruata regula, nempe quod duo in genere obſeruanda à

Digitized by Google

Medicis veniant tempora, nempe vniuerſalia, & particularia; vniuerſale tempus quadruplex eſt, principium, augmentum, ſtatus, & declinatio, in quibus omnibus, ac ſingulis temporibus, declinatione excepta tali medicamento vti conuenit, quia ad excellentem peſtilentium febrium putredinem euincendam nihil hoc lapide præſtantius reperiri poteſt; nam putredo totis ijs temporibus maximè viget, & maximè aduerſatur naturæ, & propterea potentr, atque valido auxilio eget, quale eſt huiuſmodi auxilium propoſitum; in declinatione verò cùm iam venenoſitas à natura, & à medicamento euicta ſit, non eſt opus vlteriori huius lapidis ope. E

Sed proponitur dubitatio à Syluatico circa tempus huius lapidis exhibendi; cùm enim lapis ſit in duplici differentia, alter Orientalis, alter Occidentalis, & Orientalis ex Serapione ſudorem, Occidentalis verò aluum moueat, neuter horum in principio, aut in augmento, aut in principio ſtatus exhibendus eſt, alioquin natura à ſuo munere diſtraheretur, ex quo ingens damnum ægrotantis ſequeretur. Sed vt ſoluat hoc dubium, inquit Serapionem non fuiſſe locutum de curatione febrium, ſed de ijs qui aſſumpſerunt venenum, à quibus per ſudorem expellendus eſt, ideo conuenit lapidis huius exhibitio; verùm hæc ſolutio ab ipſo traditur ex aliorum mente: & propriam addit ad hunc modum, *nobis autem Serapionis ſcripta paulò attentiùs legentibus, illud innotuit manifeſtè, non de lapide præcipuè Bezaar enunciaſſe illum, quod venenum per ſudorem expellat, ſed de lapide ab Arabibus Chobori dicto, qui ſimilis eſt lapidi Bezaar; eumque lapidem non omnibus venenis aduerſari dixit, ſed tantùm venenis plantarum, & animalium morſibus, & puncturis venenoſorum, quapropter quod huic lapidi ineſt, illud idem lapidi Bezaar ineſſe affirmari nulla ratione poteſt.* F

Attamen ſi rectè conſiderentur verba Serapionis, videbimus Chobori nihil aliud eſſe, quàm ipſiſſimum lapidem Bezaar; nam poſtquam locutus fuit de colore vario ipſius lapidis Bezaar, concludit citrinum, & poſt illum puluerulentum eſſe meliorem, addit, *& hunc deferunt ex Cora Coraſcem, & ibi nominant eum Bezaar, & expoſitio eius eſt contra venenum,* & paulò poſt inquit, *& multi lapides ſimilantur ei, qui non habent proprietatem ſuam, neque approximant ei in aliquibus operationibus, & eſt quidam, qui dicitur Chobori, & marina. & eſt lapis, in quo nullus errat, ſed multi errant in alio, qui dicitur Chindoi, & eſt lapis multa humiditatis, leuis, mollis, tactus mollitie ſine ſuperfluitate, &c.* inde ſubdit, *& proprietas eius eſt, quod confert venenis omnium animalium, & plantarum morſibus, & puncturis venenoſorum, & quando bibitur ex eo pondus duodecim granorum hordei, aut quando fit linimentum cum eo ſuper locum morſus, liberat à morte, & expellit venenum per ſudorem.* Ita vt ex his apparet Chobori nihil aliud eſſe, quàm ipſum lapidem Brzaar, cuius proprietas eſt aduerſari venenis ortum ducentibus à plantis, & ab ictibus, & morſibus animalium, & ille eſt, qui ebibitus per ſudorem expellit venenum, & liberat hominem à morte, & re vera hoc in loco Serapio non loquitur de febribus, ſed ſcribit hunc lapidem aduerſari venenis. Quare, vt in ſuperioribus etiam probaui, non poteſt transferri virtus lapidis Bezaar Serapionis ad lapidem, qui eſt in cõmuni vſu, cùm ille loquatur de lapidibus mineralibus, hic verò eſt lapis ortum ducens ab animalibus; & & lapis noſter ab omnibus commendatur pro auxilio aduerſus febres malignas, ille verò ad venena tantùm plantarum, & morſuum, atque ictuum venenoſorum animalium. G H

Hæc ſunt animaduertenda ex mente Syluatici circa vniuerſalia tempora, quibus licet adminiſtrare lapidem Bezaar; circa particulare verò videtur velle, vt eligamus tempus magis quietum, & ieiuno ventriculo, horis ante cibum plus minus quatuor febricitantibus, huiuſque rei conatur reddere rationem lib. controu. controu. 6. quòd ſcilicet in febribus malignis, & peſtilẽtibus malignitas eſt in venis magnis, præſertim in ijs, quæ ſunt inter inguina, & alas, ad quas quidem facultas Bezardici lapidis ferri debet, hinc neceſſarium eſt, vt viæ, quæ à ventriculo ad hepar, & ab hepate ad venam cauam extenduntur, patentes ſint, id quod euenit ieiuno, & vacuo exiſtente ventriculo, hinc eſt etiam, quòd ſubiungit, puluis huius lapidis cum ſyrupis exhibitus faciliùs tranſit ad venas iam dictas; at ſi cum cibo, aut immediatè ante cibum aſſumatur, vix poſſe iuuare credit. Sum tamen ego contrariæ ſententiæ; puto enim euacuato, & ieiuno ventriculo venas meſeraicas repletas chylo non poſſe opem ferre huiuſmodi medicamentis, ne-

que

A quæ ea trahendo à ventriculo,neque ad iecur impellendo,quare longè maius iuuamentum afferre poſſe lapidem hunc Bezaardicum arbitror in puluerem redactum,& cibo mixtum, aut ante cibum ipſum aſſumptum, & ratio eſt, quia iecur mediantibus venis meſeraicis attrahit chylum iam confectum à ventriculo, cum quo faciliùs vehitur huiuſmodi puluis cum ſua facultate, vnde rectè dictum eſt à diuino Hippocrate lib. de alim. 19. in alimento pharmacia optimum.

Vnde in cibis, & in medicamentis oblatum Bezaardicum lapidem, ſi in puluerem redactus fuerit, optimum eſſe experientia ſæpiſſimè demonſtrauit; nam quæ maior ratio eſt, vt quocunque tempore, & in cibo, & ante cibum, & poſt cibum offeratur medicamentum iſtud, & alia reſiſtentia venenis ijs, qui venenum aſſumpſerunt,& non ijs qui humores prauos, & venenoſos longo tempore in corpore collegerunt? Vtrobique ſanè eſt malignitas, & venenata qualitas, quæ debet alterari, atque euinci, & inimicus debet, quàm celerrimè fieri poteſt, ſuperari, ſi præſertim ſit lethaliſſimus, quemadmodum eſt in febribus malignis, & peſtilentibus ingens putredinis gradus.

B Quanto verò tempore hoc lapide vti expediat, nullam regulam haberi poſſe exiſtimo niſi durante præſentia venenoſæ qualitatis; nam tunc neceſſitas fert ipſum vrgens eſſe expellendum, & quàm citiſſimè euincendum, vnde Medici aduerſantes inimicos vſque ad abſolutam victoriam,quantum fieri poteſt, debellare contendunt, ne fortè reliquiæ ſuperſtites reuiuiſcant iterum, deteriorque ægrotantis conditio euadat, hinc videntur reprehendendi illi Medici, qui in febribus malignis, & peſtilentibus curandis bis, vel ter exhibent tantùm in toto morbi decurſu id genus medicamenti.

In quantitate modò,quæ ſingulis vicibus offerri debet,non omnes ſcriptores videntur conuenire; alij enim metiuntur eam cum quantitate theriacæ,quos grauiter reprehendit Syluaticus, quòd theriaca diuerſa ſit, & diſpar à natura lapidis huius; ea enim vim propriè alexipharmacam habet, cuius quantitatem conuenientem, qui exceſſerit, maximè, ob id Galenus nocere cenſuit. lib. 5. de ſimplic. facul. cap. 18. quia naturam habet mediam inter corpora perpetientia, & medicamenta ipſa lædentia, vt videlicet eadem ſit proportio corporis ad facultatem alexiteriam, quæ illius ad deleteriam, &

C rurſus deleterij ad alexiterium, quæ alexiterij ad corpus: hanc facultatem non videtur habere lapis Bezaar, tametſi venenis aduerſetur, tutiorque propterea eſt eius vſus, nec in illius quantitate nimia tale contingit periculum.

Hoc loci Syluaticus videtur velle theriacam habere rationem alexiteriam,lapidem verò Bezaardicum minimè, cùm tamen in ſuperioribus oſtenderimus ipſum lapidem habere vtramque facultatem, alexiteriam nempe,& alexipharmacam ex Galeno,quia venenis tam extra illatis, quàm intus aſſumptis medetur. Totum hoc ex Serapione Syluaticus aſſumpſit, at nos demonſtrauimus ſupra lapidem Bezaar,cuius meminit Serapio, quòd ſit mineralis, quem ſi ſequatur Syluaticus, erit coactus fateri Bezaar eandem facultatem habere, atque habeat theriaca, quia(vt ſupra dictum eſt)Serapio inquit Ager, Albezahar, id eſt lapis liberans à venenis vt theriaca;non poteſt igitur dicere diuerſam habere facultatem theriacam à lapide Bezaar. Deinde addit, qui quantitatem conuenientem theriacæ exceſſerit, minimè ob id nocere Galenus cenſuit, loco paulò ante citato, & ratio eſt inquit, quia naturam habet mediam inter corpo-

D ra perpetientia, & medicamenta ipſa lædentia, vt videlicet eadem ſit proportio corporis ad facultatem alexiteriam, & quæ ſequuntur; hanc facultatem præciſè non habet lapis Bezaar, tametſi venenis aduerſetur, tutiorque propterea eſt eius vſus, nec in illius quantitatis oblatæ excedentia, tale contingit periculum; vult igitur, vt nimia quantitas theriacæ aſſumptæ inferat læſionem, quia mediæ eſt facultatis inter deleterium medicamentum,& corpus, quod illud recipit; Bezaardicum verò lapidem in maiori quantitate, quàm par ſit, aſſumptum non lædere. Verùm ipſius non reddit rationem, niſi quia non ſortitur mediam naturam inter deleteria, & corpus; nam deleteria medicamenta, ſemper aduerſantur corpori, ſi igitur Bezaar deleteriam haberet facultatem, in maiori quantitate aſſumptus ſuam exerceret deleterij facultatem, quaſi ex hoc inferre velit lapidem Bezaar in maiori quantitate aſſumptum non poſſe lædere corpus; theriacam verò poſſe lædere, eò quòd habet ſuam partem deleteriam corpori infeſtam.

Verùm ſi rem ipſam attentiùs ſpeculemur, videbimus, quòd lapis Bezaar ſi eſt alexipharmacum, & alexiterium, vt diximus, oportet & ipſum mediam naturam habere inter deleterium, & corpus; quæ res cùm ita ſeſe habeat, non minus periculoſus eſt immoderatus eius vſus, atque ſit theriacæ. De media autem hac natura, quam alexipharmaca ſortiuntur inter deleteria, & corpus noſtrum, loquitur quidem Galenus loco ſupra citato, & inquit duplicem eſſe proportionem, continuatam quatuor terminis, prima eſt vincentis ad victum, ſcilicet eadem eſt proportio corporis ad facultatem alexiteriam, quæ corporis ad deleteriam, ſed corpus ſe habet ad deleteriam, vt ab ea vincatur, ergo ſe habet ad alexiteriam, vt corpus ab ea ſuperetur. Huius proportionis ratio videtur deſumpta ex ratione contrariorum; nam deleterium afficit corpus lædendo, alexiterium verò iuuando, qua in re declaranda non omnes inter ſe ſcriptores conueniunt; nam alij dicunt alexipharmaca formam propriam habere aduerſam deleterio, ita vt ſua proprietate deſtruāt actionem deleterij, vnde ex accidenti ſequitur, quòd idem alexipharmacum hominis cordi ſit quadantenus ſimile, non tamen adeo ſimile, ac familiare, vt ſit illi alimentum. E F

Alij verò dicunt ipſa alexipharmaca operari in corpus ſpiritus corroborando, inde deleterium expelli, ita vt velint alexipharmaca facultatem habere corroborandi cor, quo roborato ſequitur deleterij ex corpore expulſio: quare concludunt veneni expulſionem è corpore eſſe per accidens. Sed vtcunque ſit, ſiue alexipharmacum per ſe expellat facultatem deleterij, ſiue per accidens, ſemper aderit illa proportio, cuius meminit Galenus, quæ eſt vincentis ad victum, nec non & ea, quæ eſt victi ad vincens, quam declarauit, vbi dixit, & rurſus deleterij ad alexiterium, quæ alexiterij ad corpus, ſed ita ſe habet deleterium, vt ab alexiterio vincatur, ergo alexiterium ſe habet ad corpus, vt à corpore ſuperetur. Ex his duabus proportionibus colligit Antonius Porta ex Galeni mente Bezaardica, ſeu alexipharmaca non ita corporibus aduerſari, vt ab ipſis euinci, & ſuperari non poſſint, & concludit, quòd Bezaardica, quando vincuntur, veneni incommoda corpori afferre non valeant. Quòd ſi non vincantur, dicta mala inducere poterunt; non ſuperantur autem à natura, ſi copioſius, quàm par ſit, ſumpta fuerint, vnde ſi quæ deleterijs aduerſantur, largiùs ſumpta fuerint, grauiter animantis G corpus oblædunt: res igitur ita ſe habet, vt deleteria apta nata ſint vincere corpus; alexiteria verò vincere deleteria, ipſa verò à corpore euinci.

Sed cùm de natura medicamenti, & veneni ſit, vt non poſſint à natura vinci, alioqui non eſſent medicamenta; de natura verò alimentorum ſit, vt vincantur à corpore, & alexipharmaca vincantur à natura, erit dicendum ipſa habere rationem alimentorum; quomodo igitur poterunt eſſe alexipharmaca media inter corpus, & deleteria? Succedit, quòd ſi conſeruant, vt inquit Auicennas, noſtrum corpus, ergo ſimilia ſunt noſtræ naturæ, ſi ſunt in cauſa, vt venena repellantur, ergo venenis contraria, quia ſicut attractio ſimilitudine, ita repulſio contrarietate ſit; ſi itaque ſunt in cauſa, vt natura venenum expellat, ergo non ſunt venena, ſed ijs potiùs aduerſa. Auerrhoës 5. collig. 23. dicebat Bezaardica corpori virtutem exhibere, quæ eſt contraria virtuti veneni, ſi ergo huius virtuti contraria ſunt, ergo corporis noſtri virtuti ſimilia; quòd autem interficiant, vt dictum eſt, dum largiori copia ſumuntur, id propter veneneſam qualitatem fieri minimè poſſe videtur, ſed aliqua alia de cauſa; quamuis Bezaardica ſimi- H
lem habeant proprietatem ei, qua humana natura eſt ornata, adeo tamen vehementer in corpus noſtrum agunt, ſi in maiori doſi ſumantur, vt humanam excedant proprietatem, eam diſſoluant, ac deſtruant, non ſecus ac maior flamma minorem, eius pabulum abſumendo extinguere ſolet: hinc eſt, quòd Galen. lib. de theriaca ad Piſonem 15. ſcriptum reliquit pueros omninò debere vitare theriacæ vſum, eò quòd eius magnitudo, atque vis puerorum vim ſuperet, corpuſque ipſorum facilè diſſoluat, & natiuum ſpiritum celerrimè extinguat.

Ita vt dicendum veniat alexipharmaca in maiori quantitate, quàm conueniat, aſſumpta noſtrum corpus lædere duplici nomine, primo ex communi Medicorum conſenſu à deleteria qualitate, qua pollent; ſecundo ob vehementiorem actionem, quam faciunt in nobis abſumendo vim, & qualitatem noſtri corporis, quam opinionem ex Galeno loco ſupra citato deducere facilè poſſumus, quare nec theriaca, nec

lapis

Digitized by Google

A lapis Bezaar in nimia quantitate ſunt aſſumenda. Ioſua tamen Ferrus ſcribit lapidem Bezaar non habere aliquam qualitatem, aut proprietatem, qua poſſit corpus noſtrum lædere, etiamſi in multa quantitate aſſumatur, imò verò ſcribit, quòd vbi nota eſt radix morbi venenoſa qualitate affecta, quantò plùs huius lapidis conceditur, tantò magis morbum vincit, & addit ſe multoties accepiſſe ad quantitatem vnius vnciæ, & ſemis, tam in febre, quàm extra febrem, verba ipſius hæc ſunt.

Al Medico parerà il male, il qual ſubito hà di guardar ſe la radice del mal' è veneno ſa, & in ſoprabondanza, & ſendolo, quanto più pietra gli ſi darà, tanto più la vincerà il male, perche la pietra non è di proprietà, che poſſa far mal ad alcuno per molta, che ſe ne beua, ne manco è di profitto à colui che vien applicata, quando il mal non è preparato per lei, ancor che non li faccia danno alcuno, & ella in ſe non hà troppo freddo, ne caldo, perche ſia cagione, da non poterſi dar all'ammalato, ancorche haueſſe la febre, io ne hò tolto molte volte la quantità de vn'oncia, e meza ſendo ſano, & amalato con la febre, & ſenza quella per poter ſolamente vedere il ſuo eſtremo, non fà danno, ne altera, & temperata allegra il cuore, quanto B *più ſe ne piglia, & leua la maninconia.*

Ex huius authoris verbis apparet hunc lapidem in maiori quantitate aſſumptum, maiorem fructum afferre ægrotantibus, & eo faciliùs ſuperare venenum: quamuis non probem huius viri experientiam; nam hic quoad ſui ſubſtantiam eſt lapis, qui in pulnerem redactus, & in tanta copia ſumptus facit obſtructionem in paruis venis meſeraicis, & in poſitis in concaua iocinoris parte, quæ etiam ſunt exiguæ admodum, & capillares, ita vt potiùs exiſtimem eſſe determinatam quandam quantitatem pro medicamento offerendam, quæ ſit ad grana duodecim, vt de ſuo Bezaar ſcribit Serapio: plerique etiam omnes authores communiter practicantes non excedunt hanc menſuram duodecim granorum, aliquando ſex, aliquando ſeptem concedunt pro diuerſitate habitus corporis, ætatis, complexionis, & aliarum circumſtantiarum.

Soleo ego in praxi reſpicere huiuſmodi lapides, qui ſi veri ſunt, (quod mihi rariſſimè contigit) ſummo mane offero per horas tres ante prandium ſeptem grana, octo, nouem vſque ad quindecim: deinde in alimentis, nempe in ferculis facio inſpergere C abſque mixtione alterius materiæ, non ſecus atque fieri ſolet de terra ſigillata, de bolo Armenia, & huiuſmodi, verùm cum hac differentia, quia & terra ſigillata, & bolus Armenia, etſi habeant facultatem reſiſtendi putredini, & venenatæ qualitati, nihilominus quia ingratæ ſunt guſtui, admiſceo ſaccharo in dupla, & tripla portione, vt tollatur illa aſperitas, qua pollent; at lapis Bezaar gratus eſt guſtui, neque vllam adfert ariditatem, vt faciunt cæteri lapides, vnde prædictus Ioſua Ferrus ſcribit ſe comediſſe lapidem Bezaar curioſitatis, & experientia faciendæ cauſa, ipſius hæc ſunt verba. *Facendo io in pezzi vn giorno vna pietra Bezaar, che mangiauo per vitio, & per far eſperienza, perche non mi faceuano danno, & coſtauano poco.*

Ex quibus omnibus ſatis patere puto non eſſe parem rationem theriacæ cum lapide Bezaar; nam theriaca etſi alexipharmaca ſit, nihilominus qualitatem habet nimium calidam, qua vniuerſum corpus calefacit, vnde Galenus eam præbebat quartana febre febrientibus, vt ſua caliditate humorem melancholicum craſſum calefaceret, atque attenuaret; proinde doſis ipſius videtur eſſe ex communi practicantium decreto ad D drachmam vnam: at lapis Bezaar è contra qualitates manifeſtas habet frigidam, & ſiccam, quarum operatione non poteſt inducere in corpus læſionem vehementem, qualis fit à theriaca; nam non poteſt refrigerare vniuerſum corpus ea ratione, qua theriaca calefacit. In hoc equidem Bezaardico lapide tria conſidero, primum ſunt manifeſtæ qualitates, ſecundum deleteria facultas, tertium vis, & facultas aduerſa ipſi deleterio, ſimilitudinem habens cum corpore humano, non talem tamen, vt conuertatur in alimentum, ſed vt ſpiritus, & ſubſtantiam cordis recreet, atque corroboret.

Quando igitur aſſumitur id genus medicamenti, non poteſt operari vlla qualitate, niſi primo à calore noſtro actuetur, hoc eſt reducatur ad actum illud, quod in potentia eſt mediante frigiditate, & ſiccitate, quibus aduerſus febrem, putredinemque pugnat, deleteria verò eiuſdem facultas à corpore vincitur, à proprietate Bezaardica corroborata, vel à forma ipſius alexipharmaca, & hinc veneno ſam qualitatem omninò exuit, & ſolam, & propriam facultatem Bezaardicam exercet; ſed quemadmodum non pro-

bo tan-

bo tantam huius lapidis quantitatem vna vice oblatam, eò quòd nimia ſit, & Syluaticus triginta grana pro quacunque vice exhibere dubitans ne à ventriculo tanta copia ferri non poſſit, multò magis damnaret quantitatem à Ioſua, vt dictum eſt, oblatam; nam maximè diſtat vncia vna lapidis Bezaar à triginta granis, quæ in die concedi facilè poſſunt, & etiam ad drachmam vnam, & vſque ad quatuor ſcrupulos, ſed concedere vnica vice vnciam videtur omninò abſurdum, quòd à ventriculo nequit perferri, neque per venas meſeraicas, & iecoris tranſmeare. E

Et ſi fortè velimus concedere, quod Ferrus ſcribit de tanta copia, illud dicendum eſt euenire ratione regionis, in qua degunt animalia iam dicta, & propter lapides recentes, & bonos, ſed quemadmodum in praxi non poteſt, nec debet tanta quantitas lapidis tam pretioſi conſumi, ita & è contra non probo eos, qui tria tantummodo, vel duo grana exhibent; nam puto tam paucam doſim eſſe inefficacem, & nullius momenti. Quod modo attinet ad lapides Orientales, aut Occidentales, multi dicunt ex ſcriptoribus præſtantiores eſſe Orientales, minus valere Occidentales, & proinde in minori copia exhibent illos, in maiori verò hos. Ferrus tamen contrarium aſſerit, nempe Occidentales longè præſtantiores, & validiores eſſe, & id experientia facta à Monarde, Valleſio, & Touar grauiſſimis, & doctiſſimis Medicis, ad quos lapides Peruanos miſerunt ij, qui experientia comprobarunt eos eſſe longè præſtantiores, quàm ſint Orientales, ſed vtcunque ſit, cùm intus puluerem contineant, vel quippiam tale, vt diximus, à natura factum, & cæparum in modum conglobentur, omnes ſcriptores conueniunt puluerem ipſum præſtantiorem eſſe lapide, deinde primam laminam, & ſic conſequenter, quare vltimò productæ laminæ videntur minorem efficaciam, & virtutem habere, & hæc de quantitate ſat dicta ſint. F

In modo offerendi hunc lapidem quanquam omnes authores conueniant, vt in puluerem redigatur, diuerſimodè tamen illum præparant; nam alij puluerem hunc in nebula aqua madida inuoluunt, & ægrotanti offerunt ſemel, bis, & ter in die, pro diuerſitate morbi, & vrgentiæ: alij in aliqua aqua diſſoluunt, vt eſt ſcorzoneræ, bugloſſi, acetoſellæ, meliſſæ, citri florum, & id genus aliarum vi ignis per roſtratum alembicum vitreum extractarum, ad tres, vel quatuor, vel etiam quinque vncias prout illis videtur magis opportunum: alij denique ſyrupis aliquibus immiſcent. Qui hunc modum exhibendi lapidis tradunt à Galeno libello de theriaca ad Piſonem didicerunt. Solent etiam practicantes celebriores (vt dicebam) puluerem hunc in ferculis pro prandio, aut cœna ſacchari in modum inſpergere, quem modum ſæpiſſimè obſeruo, quamuis aliqui dicant non eſſe id genus auxilij alijs admiſcendum, vt ſentiunt Arabes, quia euenire poſſet, vt medicamenta eandem in genere facultatem habentia aduerſus venena, inter ſe antipathiam haberent aliquam, & ſecretiorem inimicitiam non cognitam, cuius cauſa tantum abeſt, vt venenum ſuperent, vt potius in perniciem aſſumentis conſpirent. Verùm aliud eſt admiſcere huiuſmodi auxilium cum alijs alexipharmacis, aliud eſt illud admiſcere cum cardiacis medicamentis, primo modo fieri poteſt, vt adſit antipathia, at non ſecundo modo, quia experientia docet, quòd cardiaca adiuuant medicamentum, quod in cor vehiculi in modum ducunt. Poteſt etiam admiſceri tutò alimentis, vt ſuperiùs dictum eſt, & licet videatur tutius, vt adminiſtretur ſolus, id contingit, quia hoc modo magis probatur ipſius facultas. G H

Relinquitur modò, vt videamus, qui ſint veri, & legitimi lapides Bezaardici, deinde qui ſint falſi, quomodo adulterentur, & qua ratione dignoſcantur naturales ab artificialibus. Tanta eſt auri cumulandi omnibus innata cupiditas, & præſertim prauis hominibus, qui nullum aliud intentum in hoc mundo habere videntur, niſi per fas, aut per nefas diteſcere, vt videntes in tanto pretio, & in tanta veneratione haberi lapidem Bezaardicum, omni ingenio curauerint impoſturis quibuſdam, multiſque modis eum adulterare. Ex cuius quidem impoſtura, & falſificatione facilè contingit illius vſum inutilem prorſus, imò periculoſum reddi: proinde Medicos omnes admoneo eos præſertim, qui tam faciles ſunt ad lapides hoſce probandos, vt maximè intenti ſint, & hominibus eos vendentibus non planè confidant, ſed vndique conſpiciant, ne pro bono, veroque lapide Bezaar in ægrotantium maximum detrimentum falſo vtantur. Inter alios, qui de hac materia eleganter ſcripſerunt, vnicus fuit Ioan. Bapt. Syluaticus

à me

A à me multoties citatus, qui ad demonſtrandum lapidum Bezaardicorum alios eſſe fal-
ſos, alios verò à natura factos adducit authoritatem Serapionis, qui omnium primus
ſcripſit, *multos ſcilicet lapides ſimiles eſſe lapidi Bezaar, qui nec proprietatem ſuam habent,*
nec approximant ei in aliquibus operationibus, quod eſt in cauſa, vt multi errent, quæ Sera-
pionis ſententia non eſt lapidibus Bezaardicis in animali natis transferenda, puto equi-
dem aliud eſſe dicere lapides aliquos aſſimilari verò Bezaardico, aliud eſt dicere lapi-
des Bezaardicos adulterari arte, & aſtutia. Serapio loquitur de lapidibus Bezaardicis
mineralibus à natura factis, quorum aliqui veri ſunt, & alij illis ſimiles aſpectu, ſed di-
uerſi facultate.

De lapidibus verò in animalibus enatis omnes quotquot ſcripſerunt, teſtantur eos
adulterari poſſe, vt Garzias, Ioſeph à Coſta, & inter alios eſt Gnido quidam Hiſpalen-
ſis Hiſpanus, qui totum nouum orbem perluſtrauit, & præſertim regionem Chinæ,
qui (Monarde referente) atteſtatur Indiæ populos falſos lapides Bezaar componere
ſolitos fuiſſe; vnde aliqui, vt tradidit Syluaticus, affirmant iam per longum temporis
B ſpatium neque in Arabia, neque in vniuerſo Oriente verum lapidem Bezaar inuentum
fuiſſe, & ratio eſt, quia mercatores illi auariſſimi artificioſa aſtutia illum conficiunt, &
quod magis eſt, addit lapides Bezaar tanquã Oriẽtales prædicatos ab impijs Saracenis
artificioſè confici. Sunt etiam, qui ſcribant Luſitanos mercatores lapidem Bezaar nol-
le vendere ea conditione, vt periculum fiat ab emptore, an ſit legitimus, quod adulte-
rij facti ſignum certiſſimum eſt, ex quorum Barbarorum prauo exemplo Syluaticus
deducit Italorum calliditatem, & vafritiem excitatam fuiſſe, vt frequentiſſimè ſumma
induſtria adulterentur lapides Bezaar, cuius rei ſignum eſt, quia in Italia haud exiguus
numerus reperitur, & vili quidem emuntur pretio, & hoc ſanè argumentum maximè
apud me valet ad detegendam huius lapidis falſitatem. Huic addo authoritatem ſum-
mi Valleſij Hiſpanorum doctiſſimi, qui lib. 4. ſui meth. med. cap. 2. tantum hac in re
dubium habuit, vt nullum non factitium, & adulteratum ſe cognouiſſe liberè fateatur,
quod ex ſuis verbis clariſſimè patet ad hunc modum prolatis. *Vſus, & multorum appro-*
batio maximam authoritatẽ comparauit inter ſimplicia lapidi Bezaar, & primam quidem
C *ei, qui aduehitur ex India, ſecundam ei, qui ex America. Inter compoſita compoſitioni cele-*
bri ex hyacintho: lapidi quidem multi, ijque prudentiſſimi atteſtantur, mihi verò nullus
non eſt adulterationis ſuſpectiſſimus, timeo ne nullus non ſit factitius, multos tamen iuuit,
neſcio an opinione, ſed & hoc debet Medicus uti.

Hic author doctiſſimus eſt, qui fortè poſt Galenum, & Græcos ſcriptores in medi-
cina facienda, & ſcribenda cæteros Medicos ſuperauit, vnde merito Hiſpaniarum Re-
gis maximi Philippi ſecundi Medicus fuit cubicularius, ad quem ex ſuis proprijs regio-
nibus, & regnis veri, genuiniique lapides Bezaar fideliſſimè deferri debuiſſent, & ta-
men teſtatum reliquit, ſe nullum vidiſſe lapidem Bezaar, quem non exiſtimauerit eſſe
fictitiũ. Quòd ſi huius paucitatis rationẽ exquiras, Syluaticus putat eſſe, quia lapides Be-
zaar ex viſceribus animaliũ enati, non ſunt naturaliter producti, ſed ex cauſa morboſa,
ſicut ſunt lapides in veſica hominum, qui dicũtur eſſe preter naturam, quocirca quem-
admodum non ſingulis hominibus contigit procreare lapides in veſica, ſed ſolùm tali
morbo obnoxijs, ita etiam non ſingula ex ijs animalibus Bezaar habẽt, ſed ſolùm mor-
D boſa, determinata hac ægritudine obſeſſa. Quòd autẽ hic lapis ſit morbus, aut pẽdeat à
morbo, ex eo manifeſtum eſt, quia aliqui ex ſcriptoribus ſcribunt talia animalia ob la-
pidem collectum inſigniorem mori, ex quibus inuentis à venatoribus lapides extra-
huntur. Addidit Chriſtophorus à Coſta, referente Ioan. Bapt. Syluatico, venatores
cognoſcere animalia, quæ lapidem habent ex lento, & pigro inceſſu. Sed ego aliter
ſentio; nam, vt dixi, hi lapides non fiunt à cauſis præter naturam, & paucitas exori-
tur, quia Gacichi Indorum domini lapides aſſeruant in ſuis fanis, & non ſinunt ad
noſtras regiones perferri.

Præterea teſtatus eſt Monardes ea animalia, quæ lapidem generant, maxima cum
difficultate à venatoribus poſſe capi, & occidi, vnde etiam apud Indos, vbi viuunt hæc
animalia, Bezaar ſunt rari, & carè venduntur, quod non eſſet, ſi in tanto numero, & tam
copioſè reperirentur: ex his itaque manifeſtè colligimus, quòd ij lapides, qui in Italia
habentur, cùm plurimi habeantur, & vili pretio emantur eſſe ſpurios, & artefactos.

Ioſua

Digitized by Google

Ioſua etiam Ferrus ſcripſit Indos,& Hiſpanos,& alias etiam nationes hos lapides adulterare, ex quibus omnibus iam ſatis apparet, quàm verum ſit eos arte confingi poſſe. B
Verùm quæ ſit materia, ex qua componuntur, non ab omnibus cognoſcitur, Chriſtophorus tamen à Coſta ſcribit ex quatuor rebus componi, nempe ex argilla,& calce factis ex corticibus oſtrearũ,ex ſanguine exiccato, & ex lapillis Bezaardicis exiguis, quæ omnia contundunt ſubtiliſſimè, & cùm alia,neſcio qua,re ita incorporant, vt videantur lapides Bezaardici naturales. Anthoris huius hæc ſunt verba. *Di quelle pietre ſi trouano alcune ſalſificate, le quali contrafanno tanto induſtrioſamente (ſecondo quello che s'e potuto intendere) con creta, & calcina fatta di ſcorza di oſtriche, & con ſangue ſecco, & delle medeſime pietre Bezaar piccoline, tutto peſtato ſotilmente,& non sò con che altro incorporato in modo che paiono naturali,& vere pietre Bezaar. Et perche trà loro la pietra quanto è più grande,più vale, (perche dicono eſſi,che quanto hà maior corpo,tanto hà maggior virtù) le contrafanno i falſarij della grandezza, che loro pare di douerne hauer più vtile, & coprir meglio il loro inganno.* Alij dicunt à Saracenis miſturis quibuſdam, ac mineralibus artificioſè admodum confici. Ex Ioſua Ferro ſunt materiæ quædam, vt eſt bitumen, & terra, quibus Indi lapides Bezaardicos confingunt. F

Verſemur modò circa veri, legitimi, & naturalis lapidis Bezaardici cognitionem, ex qua innoteſcet fictitius, & adulteratus. Hæc res eſt adeo difficilis, vt quamuis plerique de ea ſcripſerint, nihil tamen certi, aut determinati nobis hactenus attulerunt, quod non ſit pluribus difficultatibus obuolutum; nam impoſtores ita accuratè omnes veri Bezaar conditiones imitantur, vt nullo pacto inter ſe diſtingui valeant. Nihilominus licet non vnico indicio poſſimus veritatem conſequi, pluribus quidem haud ita difficile erit, id quod intẽdimus,percipere.Primum igitur ſignum obſeruandũ in dignotione veri Bezaar à fictitio eſt, quòd vbi in vſum reuocãtur,naturalis,& verus ſtatim, & apertiſſimè oſtendit ſuam virtutem alexiteriam, & alexipharmacam; adulteratus contra tantum abeſt,vt aliquid vtilitatis afferat, vt potiùs nocentiſſimos effectus producat; quid enim boni produci poteſt ex creta, calce, & ſanguine exiccato? & ſi febrientibus concedatur, quis neſcit obſtructiones in illis augeri,ventriculum grauari, & alijs modis lædi? Experientia deinde notum habemus, vt nonnulli ex ſcriptoribus produnt, quòd ſi quiſpiam lapidem manibus compreſſum ſpiritu inflet, & aërem intus lapidem permeare ſentiat, erit indicium adulterati Bezaar. Præterea ſi accipiatur acus filo traiecta, ducaturque per toxicum, quod eſt herba Baleſtrera vocata, & tranſmittatur poſtea per pedem alicuius animalis, ita vt filum relinquatur in vulnere, iam animal incipiet pati ſymptomata, quæ venenati patiuntur, & cum animal concidat, & deſperata illius ſalus videatur, accipiatur puluis ex lapide abraſo, & aqua dilutus in os illius inijciatur, tunc ſi animal auxilium ſenſerit, & ſanitatem recuperabit, ſignum lapidem eſſe verum, & realem. G

Deinde ſi lapides neque laminas habeant,neque ſplendorem emittant,nec in meditullio puluerem contineant,ſed potiùs ſemen, aut granum, ſupra quod ſint conſtructi, indicium eſt eos eſſe adulteratos. Inſuper ſi conuenientem magnitudinem excedant, abſque dubio à numero naturalium reijciendi ſunt. Adhæc lapides veri, & reales in extima ſuperficie ſunt rudes, & inæquales, vt lapides, qui ex hominum veſicis extrahi conſueuerunt; ſpurij verò, & artefacti extimam ſuperficiem probè leuigatam habent, & ſi manibus fricentur cum modico ſaliuæ, relinquunt aliquam maculam, vel tincturam in palmis, quod non faciunt naturales lapides. Adde, quòd falſificati formam habent renis humani, aut oui columbæ extra leuigati, & vbi rumpuntur fragmenta apparent dura inſtar terræ, aut gypſi. Succedit, quòd ſi acu candente perforetur lapis, & tetrum odorem emittat, arte factus eſt; nam is,qui in animali genitus fuerit, omnes tunicas internas pulchrè leuigatas,& ſplendidas habet,externam verò modicè exaſperatam, & rudem, & exuſtus non niſi gratum odorem perfundit. Huc ſpectat, quod naturales Bezaar omnes conſtant ex varijs, atque diuerſis tunicis à principio ad finem vſque,fictitij plerunque ſolam exteriorem adepti ſunt. H

Ioſua Ferrus denique, & ipſe notas quaſdam affert, quibus veri Bezaar ab adulterinis dirimantur à pondere, & leuitate deſumptis, vt ex eius verbis ad hunc modum deſcriptis apparet. *Contrafanno queſte pietre gli Indij,& Spagnuoli,& altre nationi,lo poſſono*

fare

A ſare, & ſopra vna pietra, che peſi, & lo ſoglion ancor ſare ſupra d'vn'altra coſa: & quando
ſe ne troua alcuna di queſta ſorte, ò hà da eſſere con non più della capa, che ſopra quello leua-
rà, ò tutta quando non le mettino coſa alcuna dentro, de vna pezza, & peſarà più dell'altre
ſe la ſarà di terra, & ſe la ſarà di bitume, ſarà leggiera in eſtremo più delle fine, e naturali,
ſecondo di quella grandezza, & alcune di queſto bitume ſi poſſon ſare con le cape, & con
queſta ingannare, chi non ſe ne intende: ma ſe le poteſſero applicare il dente, ò coltello, ſi con-
noſcerebbe ben preſto, & maſticandola frà i denti ſendo falſa s'attaccarà à quelli come paſta,
ò coſa meſcolata con cera. Con quelle dell'India Orientale facilmente ſi può ingannare colui,
che non le conoſce, perche ſono beniſſimo contraſatte: ma il dente manifeſta il verò, & ancora
quando la ſi rompe, ſe n'è ancora vn'altra ſorte dell'India Oriental, che vengono da i medeſimi
Indij, beniſſimo contraſatte, ſono della grandezza d'vna noce verde graſpeata di verde, &
carmeſi non viuo, ſe non mortezino. Queſte, ſe paſſono la grandezza de oncie due, ſono falſe,
perche ſono di terra, & peſano aſſai più dell'altre, non che laſcino di ſare le contraſatte dell'O-
riente, le quali ſono più legiere, ſendo di bitume, & quell'altre di terra d'vn pezzo tutte ſen-
B za cape.
Et perche niſſuno reſti ingannato di quei, che haueranno neceſſità di comprarla intiera per
il biſogno loro ſaccia mercato col venditore con conditione, che ſe la ſarà falſa di ritorla in-
dietro, & ogn'vno lo ſarà, ſaccia doppo legare per il mezo ſottilmente con vn fil di rame, il
che ſarà ſare da colui, che ſerra le ſmeralde, & paſta; ò veramente cauarle la prima capa, ò
vn poco di quella, che come moſtri di ſotto vna altra capa l'è bona, ſe ben tutto il rimanente
foſſe maſſizzo, come ſia liſcio, perche ce ne ſono di quelle, che hanno vna ſola capa, la quale ne
moſtra vn'altra di ſotto, & ſubito tutto il reſtante è come vna coſa maſticata. Queſte tali ſono
tenute più fine, & non peſano tanto, ſubito che ſi mette quella capetta della pietra Bezaar nel
dente, ſubito ſi diſsà come ſe la foſſe mattone, ò arena, & trincia il dente, & come l'habbia
queſta, non occorre cercarle altra perfettione, s'intende, che hà da eſſer vn pezzetto delle rotte
di quella capa, perche ancora ve ne potrebbono dare vn pezzo groſſo quanto vn dito, che trin-
cia meglio nel dente della fina, ò vna intiera. Sappiſi che la più groſſa capa, che ſi ritroua, non
è così groſſa, come vna moneta de quattro lire Italiane, ò d'vn real da otto Spagnuolo; &
C queſto è bon auuiſo per non ingannarti.
In hoc capite author confuſè ſatis videtur afferre modum, quo adulterãtur lapides,
& quomodo cognoſcantur, ſiue Occidentales ſint, ſiue Orientales, modus tamen eſt, vt
lapillus quidam ſupponatur, vel aliquid aliud tanquam fundamentum, vel etiam nihil,
materia verò, ex qua conficitur lapis, hoc eſt, quæ extenditur ſupra fundamenta iacta,
erit vel terra, vel bitumen; ſi ponatur lapis tanquam fundamentum, cognoſcitur adul-
terium ex pondere; nam ſi comparetur naturali eiuſdem magnitudinis, adulteratus erit
ponderoſior, legitimus verò leuior; ſi verò fiat ex bitumine erit leuior pro diuerſitate
materiæ, quæ vt fundamentum ſubijcitur. Atque ſi nihil ſubijciatur, vel ſit lapis ex ter-
ra, vel ex bitumine, primo modo ſemper erit grauior eadem ſeruata magnitudine, ſe-
cundo modo erit leuior, quamuis dicat ex bitumine poſſe fieri lapidem cum ſuis cor-
ticibus ea ratione, qua à natura egregiè, vt omnes decipiantur putantes eſſe lapidem
bezaar verum, & naturalem: deceptio verò, & adulterium cognoſcitur, ſi dentibus
mordeantur, aut cultro ſecentur; nam maſticando falſo, & adulterato adhærebunt
D dentes, non ſecus ac ſi ex paſta factus eſſet, aut quid cereum ei admiſſum haberet.
De Orientalibus lapidibus dicit ita artifices eos imitari, vt facilè omnes decipiantur;
dens tamen à falſo diſtinguit verùm, & naturalem, quando ambo franguntur, ſunt rur-
ſus inquit alij Orientales, qui ab Indis optimè fabreſiunt, & ſunt magnitudinis iuglan-
dis, & ex viridi, & carneo colore variegati. At huiuſmodi lapides ſi in magnitudine,
& pondere excedunt vncias duas, omninò ſunt falſificati, quia ex materia terrea con-
ſtant, qui verò ex bitumine fiunt, longè leuiores ſunt, & ambo facti abſque cor-
ticibus. Addit, quòd ſi quiſpiam velit emere huiuſmodi lapides Orientales, debeat
conuenire cum mercatore, vt ſi falſi detegantur mercator coactus ſit eos recipere, ſed
vt cognoſcat, an ſint adulterini eſſe opus eos per medium diuidere filo quodam ferreo
tenui, quo artifices conſueuerunt lapides ſmaragdos diuidere, aut curare oportet, vt
auferatur primus cortex, aut ſaltem ipſius parum; nam ſi oſtendit ſubtus alium corti-
cem, lapis eſt bonus, verus, & legitimus. Id confirmatur ex dente; nam dente con-

ſtrictus ſtatim diſſoluitur, ac ſi eſſet later, vel arena, & quando adſunt conditiones hæ, B
eſt legitimus,& verus. Subdit tandem,qualis debeat eſſe craſſities orbiculorum,ex quibus conſtat Bezaar, & inquit non excedere craſſitiem realis Hiſpanici,hoc eſt Iulij,aut Pauli Romani, vel tareni Siculi. Sed ex his ſignis vix haberi poteſt aliquid certi pro cognitione veri Bezaar, ſicut nec ex alijs ſupra allatis.

Illud autem argumentum deſumptum ab experientia, procul omni dubio præ cæteris omnibus valere videtur; hoc eſt,ſi volumus Bezaar cognoſcere, opus eſt, vt eo ſolo vtamur non mixto cum alijs medicamentis, ſique effectus ſuccedat certitudinem habebimus, quòd ſit verus Bezaar, eò quòd eo ſolo morbus malignus, aut febris maligna extincta ſit, nihilominus hoc facto experimẽto non propterea lapides omnes,& ſingulos eiuſdem ſimul bonitatis, aut præſtantiæ eſſe dicere poterimus, quemadmodum neque è contra vbi lapidem habemus, cuius experientiam facere volumus, ſi multis vicibus ſolus oblatus fuerit, & nullus ſuccedat effectus bonus, inferre poſſumus omnes alios lapides eſſe eiuſdem generis, quare licet experientia hæc ab effectu probet hunc lapidem fuiſſe bonum, non tamen concludit omnes lapides Bezaardicos eſſe eiuſdem F
conditionis, aut contrariæ.

Alia verò ſigna propoſita pulchrè examinantur à Syluatico, & primò illud, ſi accipiatur manibus lapis, & comprimatur, deinde ſpiritu infletur, ſi aër intus ingrediatur, atque permeet,eſſe indicium adulterati lapidis, ſin minus eſſe verum,atque genuinum, inquit tale experimentum fieri impoſſibile eſſe,quare vana, & futilis ex toto eſt huiuſmodi exploratio. In ſecunda experientia de acu filo traiecta,atque ducta per toxicum, & tranſmiſſa per pedem cuiuſdam animalis, ita vt filum relinquatur in vulnere,& ſymptomata incipiat pati, & liberetur ſtatim puluere ex hoc lapide abraſo accepto, non videtur tamen eſſe ſufficiens ſignum ad probandum lapidem eſſe verum, & legitimum quia dato,quòd iſte lapis non faciat effectum liberandi animal, cui toxicum ineſt, non tollitur propterea,quin poſſit eſſe bonus,& verus lapis; nam Arabes multa pollicentur de hoc lapide aduerſus venena, quæ à recentioribus ſcriptoribus non probantur, & benè fieri poteſt, vt lapis non aduerſetur venenis, & tamen valeat ad febres malignas depellendas, quod ſatis eſt ad lapidis perfectionem demonſtrandam, vnde minimè G
damnandus eſt lapis, aut pro falsò contemnendus, qui auxilio huic animali non fuit, nec è contra verus, & legitimus ſtatuendus eſt.

Tertium, vbi dicitur lapidem laminas habere ſplendentes, ſimulq́ue & in fundo puluerem continere, non ſatis probat eſſe verum lapidem; nam quamuis difficile ſit effingere omnes laminas ea ratione, vt per totum ſint ſplendentes, vt ſupra ex Ioſua dicebam,artifices tamen quidam adeo egregie lapidem conſtruunt,vt omninò laminas conficiant ita ſplendentes, vt non diſcernantur à veris. Eò ſanè deuenit hoc tempore artificum induſtria, vt quàm mirandæ ſint in rebus fingendis inuentiones, & technæ, omnes probè norint; nam ſunt, qui omne gemmarum genus tam egregiè fingunt, vt eorum impoſturæ ab ipſis gemmarijs difficillimo negotio dignoſcantur. Idq́ue legitur apud eos, qui ſcribunt de gemmis; quare huiuſmodi ſignum à laminibus acceptum, non eſt ſignum certum lapidis veri Bezaar: quemadmodum neque puluerem contineri in profundo, ſeu meditullio. Nec certum eſt lapides eos eſſe falſos, qui vel granum, vel quidpiam tale in ſe ipſis continent,ſuper quod tanquam ſuper fundamento potuerint praui homines conficere lapidem; nam vt ſupra diximus Ioſeph Ferrus ſcribit H
veros, & genuinos lapides eſſe, qui in ſuo meditullio, vel lapillum eiuſdem generis,vel portionem contraherbæ,vel paleolam in ſe continent.

Quod ad magnitudinem attinet, vbi dicitur magnos lapides ſemper adulteratos eſſe, diſſentit Syluaticus dicẽs magnum teſtimonium veri lapidis eſſe excedentẽ eius quandam magnitudinem; nam inquit admirandã rem eſſe, vt ad talem, tantamq́ue magnitudinem excreſcat, additq́ue magnitudinem cæteris maiorem eſſe ad inſtar mali aurantij. Verùm huiuſmodi ſignum perfectionis non poteſt probari, quia ſi ſupponatur hoſce lapides in oculorum angulis generari, quod tamen ſupra refellimus, non modò non poſſunt attingere mali aurantij, imò neque nucis auellanæ magnitudinem, quòd ſi concedatur, vt nonnulli dixerunt, ipſum lapidem generari in veſicis, neque hanc magnitudinem vnquam attingere poteſt, denique ſi ſupponatur lapides hoſce

genera-

Digitized by Google

A generari in ventriculo nihil prohibet, quin magnitudinem aurantij poſſint adæquare; nam crumenæ illæ, in quibus naſcuntur, ſunt membranæ, & dilatari poſſunt, ſicut cauitas ventriculi, in qua continentur. Sed cùm lapidum huiuſmodi alij ſint Orientales, alij Occidentales, & Peruani, vix obſeruari poteſt, inquit Syluaticus, eorum talis magnitudo, at ego non video, quid prohibet, cùm Orientales naſcantur in ventriculis magnorum animalium, ne poſſint, & ipſi maiores fieri pro copia materiæ, & loci amplitudine, in quo generantur. Quare inane eſt iudicium falſitatis à magnitudine deſumptum, cùm in operibus naturæ nulla magnitudo ſit impoſſibilis; & ſupra vidimus, dum ſermo eſſet de magnitudine ex ſententia variorum authorum, & præſertim Ioſuę, magnos lapides apud Indos in magno pretio haberi, & in ſuis fanis tanquam quid admirandum, & pretioſum aſſeruari.

Ad quintum, vbi dicitur lapides naturales in extima ſuperficie eſſe rudes, adulteratos verò extimam ſuperficiem probè læuigatam habere, quamuis ſint aliqui, qui dixerint Orientales lapides eſſe elegantes, ſolidos, & læuigatos, è contra Occidentales
B ruuidos, hoc tamen ſignum nullam affert certitudinem; nam dictum eſt impoſtores adeo ſolertes eſſe, vt experientia continua addidicerint affabrè naturam imitari, vt & aliquos exteriùs aſperiores, & ruuidos faciant, intus verò læuigatos, & è contra, vnde quemcunque excellentem Medicum, aut quemuis alium in hac materia exercitatum facilè decipiunt: ſæpe etiam reperiuntur lapides ex humana veſica extractos egregiè læuigatos: memini me vidiſſe in cadauere cuiuſdam nobilis Bononienſis lapides implentes totam cauitatem veſicæ, erantque tres in numero planis ſuperficiebus ita adhærentes, vt vnum tantum efficere viderentur.

Quòd verò adulterati lapides attriti cum modico ſaliuæ relinquant aliquam maculam, vel tincturam in palmis manuum, & vbi nullum veſtigium relinquatur eſſe ſignum veri, & legitimi lapidis, huiuſmodi experientia videtur habere veri ſimilitudinem quãdam; nam à lapide artificioſo color facillimè diuellitur, quia non ſit vera mixtio, in qua ad minimas vſque partes vniantur, ſed eſt potiùs iuxta poſitio, hinc ſi fricatur lapis naturalis palmis manuum, nihil è colore exit, nec manus inficiuntur, aliter autem in adul-
C teratis ſe res habet, quia colores non ſunt verè mixti, ſed iuxta poſiti, vnde vbi ſaliua fuerint fricti ſuo colore manum afficiunt, quod tamen non ſemper verum eſt, quia impoſtores iſti ita colorant lapides, vt ab ipſis color remoueri nequeat.

Quod attinet ad figuras illas exteriores pulchrè, & eleganter factas, formam renis cuiuſdam perbellè extra læuigati, vel oui columbæ ſimilitudinem præſeferentem poſſe à natura fieri clarũ eſt, & ab arte etiam adulterari, vt nihil prorſus exterius adulterij appareat. Diſtinguuntur autem inter ſeſe fractione, quòd ſi frangantur fragmenta in adulteratis erunt inſtar terræ, aut gypſi, admodumque dura, quod in naturalibus fieri minimè poſſe obſeruatur; nam naturales eodem modo ſe habent ſemper. Quamuis ſcribat Syluaticus vereri ne impoſtores ea diligentia vtantur, vt lapidum ſubſtantiam naturalibus conditionibus ornatam componant omni ingenio ſtudentes abſcondere impoſturam, cùm ſint conſcij lapides fractum iri, vt adulterium detegatur.

Quod ſpectat ad illud ſignum, ſeu illud experimentum de acu candente in lapidem immiſſa, neque videtur poſſe quicquam demonſtrare; nam impoſtores non accipiunt
D materiam talem, quæ malè oleat, ſed alterius cõditionis, vt eſt creta, calx, & aliæ ſupradictæ, ex quibus conficiunt ſuos deprauatos lapides. Nec verũ eſt ſimpliciter naturales lapides non olere, quia ſuperiùs ex Ioſua Ferro vidimus lapides naturales ita grauiter olere, quando extrahuntur ex ſuis ciſtis, vt ſit opus multoties eoſdem aqua abluere, vt tollatur prauus odor, quare neque huic ſigno videtur fidendum. Quod ad laminas attinet ſplendidas, ex quibus dicunt cõſtare veros lapides, iam dictum eſt, impoſtores adeo egregiè ipſos componere, vt & laminas fingant internas, & externas, lucidas, & ſplendentes ad libitum prout ipſis placet.

Ex ſignis à Ioſua traditis à pondere, & leuitate deſumptis nihil certi habemus; nam ipſe paulò antea dixerat impoſtores ſedulò adulterare Bezaar. Denique Syluaticus poſtquam, & ipſe reiecit modos à ſcriptoribus allatos de cognitione certa lapidis veri, & legitimi habenda, dubitat an iſti lapides Bezaar ſint ex toto damnandi, nullaque ipſis fides adhibenda, & planè ſint eliminandi, & concludit non eſſe eijciendos ab

Mmmm 2 arte

arte Medica, ſed difficultates haſce in medium afferri neceſſarium fuiſſe, vt admoneantur Medici, ne in lapidibus hiſce commẽdandis ſint tam faciles, ſed cauti admodum, atque oculati, & totis viribus ſtudeant, atque inuigilent impoſturis, & adulterijs detegendis, & proferens ſuam ſententiam dicit Serapionem, & Nicolaum Monardem ſcripſiſſe inter cõditiones veri, & legitimi lapidis Bezaar eſſe, vt in aqua detineatur diu, quia tunc temporis liqueſcit, & in læuorem abit, quod tamen ſe minimè expertum fuiſſe liberè teſtatur. Verùm, vt multoties ſupra dixi, non poteſt afferri authoritas Serapionis pro exploranda cognitione huius lapidis, quia ille loquitur de minerali, neque dicit ipſum poſitum in aqua liqueſcere, ſed dicit, quòd ſi teratur ex eo pondus duorum granorum hordei, & diſſoluatur in aqua, & ponatur in ore ſerpentis, ſuffocat ſerpentem ſtatim, & occidit eum. B

Quod attinet ad Nicolaum Monardem, verum eſt eum ſcripſiſſe lapidem eſſe alabaſtri in modum, & mollem, ita vt ſi diutiùs in aqua manſerit, liqueſcat, at minimè teſtatur ſe id ſe expertum fuiſſe: nihilominus Syluaticus tradidit hoc veriſſimum ſignum lapidis veri Bezaardici; nam nullus lapis in aquam proiectus liqueſcit excepta terra eſſe lemnia, & bolo Armenia, quare ſubiungens inquit, quòd ſi ex his lapidem aliquem, qui Bezaar ſimilis ſit, confici contingat, decipiemur quidem hac in exploratione, quia liqueſcit in aqua poſitus, ſed minus malum erit adulterium huiuſmodi, quia ex ea terræ ſpecie ſit confectus lapis, quæ & ipſa febribus aduerſatur malignis, ſuitque hunc in vſum à grauiſſimis ſcriptoribus ſummè commendatus. Addit, quòd ſi ſumpta fuerit aliqua ſpecies terræ, aut lapidis in conficiendo Bezaar, non poterit liquari in aqua, quia eſt grauis aquæ fundum petens celerrimè, non tamen negat, quin impoſtores poſſint reperire aliquam ſpeciem terræ, quæ in aquam proiecta non liqueſcat, & ex ea lapides conficere. Animaduertit etiam ſiue terræ, ſiue lapidum materia ſubſtantiam quandam lapidi ſimilem non ita efformari poſſe, quin citò, & facillimè adulterium deprehendatur, vbi diligens adhibeatur animaduerſio, & tandem ait, quia in cognoſcendis veris lapidibus, & impoſturis circa eos factis certo caremus ſigno, opus eſt ad imitationem rationalium Medicorum in morbis, qui carent ſignis pathognomonicis, vti ſyndrome omnium ſignorum: hæc ſunt ipſius verba. F G

Atque tandem quoniam in veris dignoſcendis lapidibus Bezaar, & impoſturis circa eos factis deprehendendis, certo caremus ſigno, Medicorum propterea rationalium imitatione, in morbis certo ſigno carentibus dignoſcendis, ad ſignorum quam vocant ſyndromem confugiemus, ſignisque multis, & minus dubijs in vnum collectis probabiliorem quandam quæremus cognitionem, poſteaquam ex arte certam habere nequimus. Lapide itaque aliquo Bezaar ad iudicandum vobis oblato formam eius, colorem, & magnitudinem in primis conſiderabimus diligenter, nullaque ab his adulterij ſuſpicione nobis oblata, lapidem ipſum per medium frangemus protinus, eiuſque intimam cauitatem quam meditullium vocant inſpicietes, quæ ſi nihil, quod adulterium innuat, continuerit, & puluiſculum, aut paleolam, aliorumue quidpiam eorum, quæ poſſibilia eſſe dicta ſunt, habuerit, genuitatis, & bonitatis ſatis probabile erit argumentum, atque adhuc longè probabilius, ſi tunicas habuerit lapis ſibi quidem ipſi ſtrictè adhærentes, ſed ad viſum conſpicuè diſtinctas, eiuſdem omninò coloris, ſplendoris, & ſubſtantiæ cum externa, quæ ſi etiam pollice deterſæ ſplendeant adhuc, & ſubtiliſſimum puluerem emiſſant, ſique fragmenta eius, vbi frangatur lapis, nihil extraneum habuerint, nullumque odorem bonum, malumue emiſerint, maiori dubio procul commendatione dignus erit lapis. In vniuerſum ſignorum omnium ſyndromes erit colligenda, & ſignum quodque attentius ponderandum, eaque inter ſe comparanda omnia, & ſingula, eaque etiam, quæ impoſturam ſignificant, lapiſque ille commendandus, quem plura commendauerint ſigna, & probabilia magis, artificioſæ impoſturæ ſuſpicio, aut nihil penitus, aut ſaltem minus damnauerit. Qui ſi etiam in aqua poſitus liqueſiet maioris etiam approbationis voces merebitur. Quapropter ex his manifeſtè conſtare arbitror, quàm facilè, & ſæpè ij decipiantur Medici, qui in iſtis commendandis lapidibus faciles adeo ſunt, ſolaque eorum pulchritudine, aut poſſidentium authoritate freti, eos in vſum ducunt protinus. H

Hæc Ioan. Bapt. Syluaticus, ex quibus tantum abeſt, vt certam cognitionem de hoc lapide, vt potius confuſionem ex tot inquirendis ſignis habeamus, cùm vt dictum eſt, ipſomet etiam ſcribente Syluatico, nullum ex prædictis ſignis de huiuſmodi

lapide

A lapide fidem faciat, neque eſt par ratio de morbis certum ſignum non habentibus,
& vt aiunt pathognomonicum, quia quamuis nullum habeāt determinatum, omnia ta-
men ſimul ſumpta ſunt vera morbum ipſum demonſtrantia; at huiuſmodi ſigna alla-
ta pro cognitione lapidis omnia ſeiunctim accepta ſunt falſa, nullamque fidem faciunt,
vnde rationi conſonū eſt, vt nec ſimul accepta vllam faciāt prorſus fidem, atque ita mi-
rum non eſt, ſi doctiſſimus Valleſius ſcripſerit nullum lapidem Bezaar carere ſuſpicio-
ne, quin ſit factitius. Quamobrem in hanc venio ſententiam, medicamentum, quod
nullam certitudinem habet ad ſui perfectam cognitionem in medicina facienda, valde
ſuſpectum eſſe, & non niſi cum præmeditatione in vſum reuocandum.

Abſoluta lapidis Bezaar tractatione, tempeſtiuum eſt, vt aliquid afferamus de fa-
cultatibus Contraherbæ, qua vtuntur communiter Medici Meſſanenſes. Hanc de-
ſcripſit Ioſua Ferrus, vt diximus, ſed adhuc viridem exiſtentem, ſuiſque ornata folijs,
à nobis verò ſicca proponitur abſque folijs, ſed capillamentis ab ipſa pendentibus in-
ſtructa, colore nigro extra ad album tendente, ſapore amaro cum quodam aromatico
B odore, vnde videtur eſſe tenuium partium, ac facilè penetrans, & cùm ſit fundamen-
tum, & materia, ex qua conficitur lapis Bezaar, arbitror eam quoad qualitates mani-
feſtas eſſe maioris actiuitatis ipſo lapide; ille ſiquidem eſt frigidus, hæc verò tan-
tiſper calida. Hoc autem ſuppoſito videndum eſt, an ab aliquo morbo, aut cauſa mor-
bifica indicetur, deinde quis ſit ipſius rectus vſus. Quod ſpectat ad indicans, hæc indi-
cari videtur à malignitate, tanquam à ſuo indicante ſub contrarietatis ratione, ita vt
malignitas venenoſa ſit indicans, Contraherba indicatum auxilium; eſt enim expel-
lens malignitatem, & venenum, quale reperitur in malignis febribus, quæ conſtant
ex maligna, & venenata materia. Non eſt igitur dicendum à tertiana, quæ ſit ex bile
benigna, indicari; & quamuis Ioſua ſcribat ſe eam febricitantibus tertiana febre, & cum
vino adminiſtraſſe, dicere tamen poſſum illam fuiſſe viridem, quæ non eſt tam calida,
& ſicca; deinde fuiſſe in acetarijs vſurpatam, vbi herbæ ab aceto vt plurimùm frigidæ
redduntur: dicere etiam poſſum & verè non rectè eo auxilio hunc authorem vſum
fuiſſe in tertianis, & eo minùs cum vino, cùm Medicus non fuerit, nec Medicorum
C terminos agnouerit, niſi velimus in tertianis exquiſitis eam cum vino conceſſiſſe in
principio ad frigiditatem, & rigorem compeſcendum; nam poſt ipſius aſſumptionem
ægrotantes non ampliùs perceperunt rigorem, vt ex ipſiuſmet dictis apparet capite
de Contraherba Bezaar ſupracitato, & per conſequens eam non conſideraſſe ratione
ſuæ operationis occultæ.

Verum tamen eſt, quòd licet ea non ſit offerenda febrientibus tertiana, vt ſic, quia
eſt medicamentum calidum, & multo minùs cum vino, nihilominus exhiberi debet
ratione facultatis occultæ, qua aduerſari malignitati compertum habemus: ſed aduer-
ſus hanc determinationem eſt Gal. authoritas ſcribentis ea, quæ proprietate occulta
operantur, à methodo, & ratione aliena eſſe, & non poſſe per indicationes inue-
niri. Euſtachius Rudius lib. 2. de occultis corporis vitijs cap. 4. duobus modis reſpōdet,
primò, quòd quamuis ſcripſerit Gal. facultates, quæ totius ſubſtantiæ proprietate
fiunt à methodo, & ratione alienas eſſe, non idcirco putandum eſt, quòd illis nulla
methodo vti conueniat; ſed non ea, qua vtimur in medicamentis operantibus calefa-
D ciendo, refrigerando, humectando, ſiccandoque; illas enim non mediante odore, vel
ſapore, aut id genus alijs, ſed ſola ratione inuenire potes, itaque occultæ facultates, quæ
manifeſta demonſtratione ſciri non poſſunt, methodo tamen quadam ad morborum
curationem ſunt adhibendæ. Secundo, quòd licet medicamenta, quæ à tota ſubſtantia
prodeunt, penes internam naturam ſint nobis ignota, tamen quia apertis qualitatibus,
temperamento aliquo non ſunt deſtituta, ſaltem harum qualitatum merito curatiua
methodo adhibentur.

Sed ad primam Rudij reſponſionem dico à natura indicantis per intellectum co-
gniti concludi & ipſum indicatum, quod eſt auxilium, ſiue natura indicati ſit cogni-
ta, ſiue incognita; nam ſi indicans eſt calidum, indicatum eſt frigidum, intellectuſque
ſtatim cognito indicante fertur in indicans ſub ratione contrarij, nullo, aut breuiſſimo
facto diſcurſu, at ad materiam auxilij inueniendam neceſſarium eſt ad experientiā con-
fugere, quæ cōfirmari interdū poteſt ratione deſumpta ab odore, & ſapore ipſius, quæ

res

Digitized by Google

res minimè fieri poteſt in maligna febre, cuius indicans eſt malignitas, indicatum auxilium alexipharmacum, & materia lapis Bezaar, aut Contraherba, de qua inſtitutus eſt ſermo. Elicimus quidem in ea breuiſſima ratione indicatum auxiliū, ſed materia auxilij non poteſt niſi experientia confirmari, & hoc eſt, quod voluit Gal. nempe non poſſe materiam auxilij niſi experientia inueniri; inuenitur enim auxilium ex vi, & facultate ipſius indicantis, quod eſt malignitas, vnde (vt dicebam ſuperiùs) aliud eſt auxilium inuenire, aliud materiam auxilij: auxilium elicimus tanquam quid proprium ab indicante indicatum, materiam verò, in qua eſt huiuſmodi auxilium, non inuenimus niſi per experientiam. E

Ad ſecundam Rudij reſponſionem dico nihil cõferre methodum ad virtutes occultas auxilij Bezaardici, ſed ſolùm demonſtrat remedium eſſe qualitate manifeſta prædictum, qua diſtinguitur vnum Bezaardicum ab alio; nam vnum eſſe poteſt frigidum, & ſiccum, vt lapis Bezaar, aliud calidum, & ſiccum, vt Contraherba. Concludamus igitur per indicationem, & methodum inueniri quidem poſſe auxilium, materiam verò non niſi per experientiam. F

De recto vſu Contraherbæ nihil aliud dicendum niſi, quæ dicta ſunt de lapide Bezaar, cum hac tamen differentia, quia indicans Bezaar poteſt eſſe calidæ naturæ, hoc eſt materia maligna in bilioſo humore, indicans verò Contraherbam eſt potiùs fundatum in materia frigida; quia hæc ipſa moderatè calida eſt, & tenuium partium, ſicut lapis eſt frigidæ, & terreſtris naturæ. Cæterùm eadem ratione adminiſtranda eſt Contraherba, atque Bezaar, nempe eadem quantitas eſſe debet, & idem modus offerendi. Sola itaque detur in maligna febre, quæ ortum duxerit à materia frigida, ſed vbi mixta materia fuerit, pro dominio humoris tunc admiſcetur margaritis præparatis. Soleo ego conficere tabellam in hunc modum aliquando cum maiori portione Contraherbæ, aliquando margaritarum, & aliquando in eadem quantitate. *Ex gr.*

℞. *Pulueris Contraherbæ.*
Margaritar. præparatar. *ana drach.* j.
Sacchari diſſoluti in aqua roſacea. vnc. j. *fiant tabellæ pro duabus vicibus.*
Vel ſic G

℞. *Contraherbæ. drach.* ij.
Margaritar. præparatar. drach. j.
Sacchari diſſoluti in aqua ſcorzoneræ. vnc. j.ß. *fiat confect. in tabellis.*
Vel ſic

℞. *Margaritar. præparat. drach.* ij.
Contraherbæ. drach. j.
Sacchari diſſoluti in aliqua aqua cordiali ad vnc. j.ß.
fiat confectio in tabellis, doſis vt ſupra.

Et hæc ſint dicta de lapide Bezaardico, & de Contraherba, quæ ſunt alexipharmaca pugnantia aduerſus febres malignas, & venenatas materias.

Inquirendum modò reſtat, an quemadmodum curare valent febres malignas, ita dicendum ſit poſſe homines præſeruare ab eiuſmodi malignitate, & videtur quòd non; nam dictum fuit ſuperiùs ea eſſe alexipharmaca, & alexiteria, at quæ talia ſunt lædendi non præſeruandi facultatem habent, ergo &c. aſſumptū probatur; quia quæ media ſunt inter deleteria, & corpus humanū, non poſſunt corpus præſeruare à venenoſa, aut maligna qualitate, ſed alexipharmaca ſunt media inter corpus, & deleteria, ergo non poſſunt corpus præſeruare, minor hæc propoſitio eſt Gal. 5. de ſimpl. med. fac. ſupra à nobis iam citati, vbi apertè ſcribit alexiteria, & alexipharmaca eſſe media inter venena, & corpora perpetientis. Maior quoque videtur clara; nam ſi participant de natura veneni, vt ſint eiuſdem naturæ, neceſſum eſt, at venenū ſemper lædit, ergo & alexipharmacū lædere eſt neceſſe, at quod corpus noſtrum lædit, non poteſt ipſum præſeruare, ergo. H

Deinde, quæ media ſunt, participant de natura vtriuſque extremi, at alexipharmaca ex Galeno ſunt media, ergo participant de natura extremi, at vnum extremum eſt venenum, nempe deleterium, ſequitur igitur alexipharmaca non carere veneno, vnde ſi in corpus aſſumantur, vel reperiunt venenum in corpore, vel non, ſi primo modo cùm ſimilitudinem habeant cum veneno, dicendum erit potius venenum augeri, quàm ab

ipſis

A ipſis pelli; nam ſimilia à ſimilibus conſeruantur, contraria à contrarijs corrumpuntur, ſequeretur igitur venena ab his augeri,non pelli. Si verò non reperiunt venenum in corpore, cùm aduerſentur noſtro corpori ratione ſuæ venenoſitatis, corpus ſua illa venenoſitate afficient,vt docet Auerr.lib.5.collig.cap.23.Præterea Auerrh.in tractatu de theriaca reprehendit Auicennam,quòd dixerit theriacam confortare calorem innatum,& competere in regimine ſanitatis,quia (vt ſcribit) radix horum verborum eſt multum contraria verbis Gal. Adhæc,quod eſt cōtrarium naturæ corporis,non poteſt conſeruare ſanitatem eius,tale autem eſt Bezaar, vt ex Galeno patet, 5. de ſimpl. med. fac. qui ponit, quòd talis eſt operatio corporis ſani ad medicinam liberantē à venenis, qualis eſt medicinæ liberantis ad venenum, hæc autem inter ſe ſummè contraria ſunt, ſequitur,ergo quòd Bezaar maximè contrarium ſit corpori.

Ex his videtur dicendum alexipharmaca,ſeu Bezaardica medicamēta caleri noſtro aduerſari,& per conſequens non poſſe ipſum cōſeruare, ſed oppoſitum docet Auicen. lib.2.tract. 1.cap.4. & 5. lib. cap. de theriaca, vbi ſcribit eam non efficere operationes B has niſi propter proprietatem ſuæ formæ conſequentem complexionem ſimplicium eius, ita vt confortet calorem, & ſpiritum innatum, & lib. de virt. cord. loquens de mithridatio,& theriaca inquit,homo temperatę complexionis,quando altero ipſorum vtitur in tempore temperato,aut frigido,& in quātitate moderata manifeſtiſſimè confortat cor,& cōſeruat ſanitatem in ipſo, atque ſecurum facit ab incurſu peſtilentialium ægritudinum ſibi accidentium,& cunctas virtutes roborat,& vitæ longitudinem parat, & lib.4.& cap.iam citato,dicebat Albrzaar,& theriaca ſunt omnes medicinæ, quarum proprietas eſt,vt conſeruent ſanitatem, & virtutem in ſpiritu,vt ex eo expellant nocumentum veneni à ſe;ita vt Auicennas velit ita veneno Bezaardica obſiſtere, & corpora iuuare, vt ſi ſumantur etiam abſque eo, quòd in corpore venenum inueniant, non ſolùm non lædant, ſed à venenis mirificè ſeruent.

Solutio huius difficultatis,quæ videtur contradictionem afferre inter Auerrhoëm, Galenum, & Auicennā difficilis eſt,& eam adauget Euſtachius Rudius vir doctiſſimus; ſcribit enim lib.de morb.occult.2. cap. 4. venenorū remedia eſſe media inter venena, C & alimenta, quare ſi in venenum ipſum ſtrenuè agere debent, longè maiorem in corpus habebunt actionem,& ob hanc vehementem actionem fit, vt ſi largiori, quàm decet, copia ſumātur nos enecare valeant,vult itaque hic author alexiteria,ſeu alexipharmaca participare de natura venenorum, verùm quæ participant de natura venenorū, venena eſſe neceſſum eſt, igitur ſi ea in corpus immittantur, non poſſunt niſi ſuam exercere operationem, quæ eſt corpus ipſum veneno afficere.

Vt tamen hæc controuerſia dirimatur, dico Bezaardica medicamenta,& theriacalia eſſe duplicia,quædam quæ per ſe, & directè obſtant venenis, quædam verò per accidens: rurſus quæ per ſe operantur adhuc ſunt duplicis generis; vel enim hoc faciunt permutando naturam venenorum ratione contrarietatis, quam habent ad ea reſpectu qualitatis manifeſtæ,aut occultæ;vel à corpore ad extra venena attrahendo,vt magnes ferrum Quæ verò per accidens corrumpunt venena,ea ſunt,quæ confortant,& augent calorem innatum, & conuertuntur in ſubſtantiam animalis ob familiaritatem qualitatum,vt omnia aromatica temperata,vel ob familiaritatem totius ſubſtantiæ, vt marga- D ritæ, ſmaragdus & lapis Bezaar, in quo cenſu debet reponi Contraherba. Si igitur ſermo ſit de Bezaardicis, quæ per ſe, & directè aduerſantur venenis, non conueniunt pro præſeruatione, quia cùm oporteat ea eſſe excedentis qualitatis corrumpentis excedentem qualitatem venenorum,(alio enim modo per contrarietatem non poſſent venena corrumpere,) complexionem noſtram obuiando nobis corrumperent in ſanitate.

Hinc Gal. ponit, quod in corpore ſano accepta Bezaardica medicamenta in multa quantitate nocent maximo nocumento, ſcilicet quia permutant corporis ſanitatem, vel ratione venenoſitatis,quam aliquo pacto ijs ineſſe diximus,vel ob vehementem, & improportionatā actionem ipſorum,cuiuſmodi obtinet theriaca,quæ corpus nimiam, quàm par ſit, calefacit, vnde Gal. ſcribit ſe prohibuiſſe Medicis, ne in ſanitate conſeruanda pro pueris Regum vterentur theriaca continuò, propterea quòd ob vehemenentem eius actionem nimium calefaciebat,& exiccabat pueros. Igitur hæc Bezaardica competunt corporibus venenatis, aut neutris decidentiæ, non autem ſanis, quibus

compe-

competit præſeruari, ne ſua alteratione peruertant valde corporis ſanitatem, & hæc E
eſt opinio Auerr. lib. collig. citato, & Auicenn. lib. de viribus cordis.

Hoc idem dixiſſe videtur Gal. quando ſcripſit alexiteria eſſe media inter deleteria medicamenta, & noſtrum corpus; nam medium poteſt conſiderari duobus modis, vel reſpectu miſtionis, vel reſpectu operationis. Si primo modo conſiderentur hæc alexipharmaca, non ſunt media, alioquin participarent de vtroque extremo, & per conſequens eſſent illis ſimilia, at Bezaardica, ſunt in vltimo contrarietatis ad venena, ergo: ſi ſecundo modo conſiderentur quantum ad operationem, ſeu effectum, quia partim iuuant, vt medicinæ, & partim nocent alterando ſua qualitate excedente quantũ oportet ea habere ad corrumpendum venena, & hoc eſt, quod Auerrhoës ſcripſit oportere, vt hæ medicinæ faciant duas operationes in corpore humano, vna eſt venenoſa, quando Bezaar recipiuntur in corpore ſano, & alia eſt ſalubris, vt quando recipitur in corpore venenato, & hoc modo Auerrhoës videtur concordare cum Galeno.

Quòd ſi ſermo ſit de his pharmacis, quatenus attrahunt à forma ſpecifica venenum, ſic multò minus ſunt conſeruatiua ſanitatis, quia magis naturam venenoſitatis attingunt, quàm prædicta, quemadmodum ſunt medicinæ euacuatiuæ à tota ſubſtantia, quę participant naturam venenoſitatis contrariam corpori, vt carthamum, & turbith, licet habeant aliquam ſimilitudinem ratione humiditatis. Medicinæ denique per accidens, & indirectè venenum corrumpentes, quia multiplicant ſpiritum, conferunt etiam ratione præſeruationis, vnde Auerrhoës loco citato loquens de medicamentis alexipharmacis, cùm dicit, quando comedit illas homo ſanus, ſemper facit venenum, id intelligit de primis, quæ directè ſunt Bezaar, exceptis quibuſdam, & de ſecundis, quæ indirectè hoc faciunt; refert ſe igitur ita loquens ad communes medicinas Bezsardicas directè, aut indirectè venenum corrumpentes, & ſimiliter cùm dicit, quòd theriaca confert ſanitati, intelligit non ſimpliciter, ſed corpori parato labi in ægritudinem. F

His ad hunc modum iactis dico ad primum argumentum alexiteria eſſe in duplici differentia; quædam quæ per ſe primò venenum expellunt, quædam per accidens. Priora contrarietate quadam ſiue manifeſta, ſiue occulta aduerſus venena pugnant; poſteriora neutro ex his modis, ſed per accidens. Priora participant de natura veneni, G ſecunda minimè, & hæc ſunt, quæ dicuntur media inter corpus noſtrum, & medicamenta deleteria, & vbi dicitur medium participare de natura extremi, hoc intelligitur de medio per participationem, at media ratione effectus, non participant de natura vtriuſque extremi. Priora ſanè non ſunt conſeruatiua ſanitatis, ſed ſecunda; & vbi dicitur ſimilitudine poſſe augeri venenum in corpore, id eſt verum, ſi tantummodo operarentur facultate venenoſa, ſed quia calorem noſtrum adaugent, atque corroborant, hinc eſt, quòd expellitur venenoſa qualitas, & proinde non augetur venenum.

Dictum quoque eſt ſuperiùs alia eſſe alexipharmaca, quæ inficiunt corpus venenoſa qualitate, vbi accepta ſint in maiori, quàm par ſit, quantitate: alia quæ inficiunt corpus vehementi actione, vt exemplificatum eſt de theriaca, at Contraherba, aut lapis Bezaar, etſi ſint alexipharmaca, & alexiteria, neutro horum modorum operantur in corpore, quamuis in multa quantitate accepta fuerint (nec enim veneno, nec nimia actione noſtrum corpus immutant) ſed ſemper calorem noſtrum innatum conſeruant, & augent, igitur, vt experientia oſtendit, immoderatus vſus ipſorum nullam labem, H nullamque mutationem ad malum in corpore noſtro inducit. Quod reliquum eſt, clariſſimè mi Fiocchette, vt tibi perſuadeas velim, nihil apud me antiquius eſſe, quàm tuum conſilium, adhortationemque amplecti, quæ à ſumma prudentia, ac beneuolentia profectura eſſe certiſſimè intelligo.

FINIS OCTAVAE DECADIS.

IOAN.

IOANNIS BAPTISTAE
CORTESII
MISCELLANEORVM MEDICINALIVM
DECAS NONA.

Epiſtola Prima.

Perilluſtri D. Ioſeph Pizzuto Regni Siciliæ Archiatro Summo,
Regioque Conſiliario.

B VAgabantur præteritis annis in publico Meſſanenſi Gymnaſio inter
Medicos, cùm tu (clariſſime Ioſeph) hic eſſes, duo quæſita à multis
variè explicata, circa quæ, ſi adhuc meminiſti, meam habere ſenten-
tiam modeſtiſſimè ſignificaſti. Tunc ego, quæ mea eſt erga te obſer-
uantia, nefas ducẽs tuo nutui, quem mandatorum loco ſemper habui,
non parere, ſtatim de ea materia epiſtolam conſcripſi, ac tuo paulò
poſt ſub feliciſſimo nomine, vt magis alijs animi mei in te cultus elu-
ceſceret, in lucem edidi. Sed quemadmodum tum temporis reuerentia, ita nunc pri-
uatæ meæ rationes ad eam iterum typis committendam impellunt; ex hoc namque
apertiſſimè video meis Miſcellaneis, quæ alioqui ingloria in hominum conſpectum
prodirent, maximi ornamenti acceſſionem fieri poſſe. Atque id ex animi voto ſucceſ-
ſurum mihi perſuadeo, non profectò quòd ea quæſita ita conciuuè explicauerim, vt
laudem mihi aliquam comparare poſſiut (ſcio enim quàm leuiter diſcuſſa exaraui) ſed
quia is eſt tuæ ſapientiæ ſplendor, vt vbivbi vel ſolo nomine deſcripta conſpiciatur
C exigua ejus ſcintilla, valeat quodcunque ſibi proximè adiunctum illuſtre, atque con-
ſpicuum reddere. Cæterùm id, quod nimiopere exopto, eſt, vt qua beneuolentia me,
meaque complecti ſolitus es, hoc munuſculum denuò excuſum lubenter excipias,
quod licet nouum non eſſe fatear, haud tamen negare poſſum, quin offerendi voluntas,
ſit recens, atque eadem, quæ olim, dum noua ſe dat occaſio eam patefaciendi.

Primum quæſitum verſabatur circa apparentem contradictionem in Gal. doctrina
propoſitã, quæ eſt, quòd Gal. febrium differentias à materia ſubiecta deſumens, lib. j. de
diſ. febrium cap. 1. & alibi ſtatuit tot eſſe febrium differentias, quot ſunt in corpore
humano materiæ ad calorem extraneum ſuſcipiendum aptæ, quæ cùm ſint numero
tres, nempè humores, ſpiritus, & membra ſolida (ab Hippocrate ſub nomine continen-
tium, cõtentorum, & impetum facientium deſignatæ; Galeno enim authore idem Hip-
pocrates per continentia partes ſolidas, per contenta humores, per impetum facientia
ſpiritus intelligit) tres quoque neceſſariò debent eſſe febrium differentiæ à ſubiecto,
ſeu à materia deſumptæ, vna eſt, quando accenditur calor extraneus in humoribus, &
D dicitur febris putrida, altera, quando in partibus ſolidis, & appellatur hectica, tertia
quando in ſpiritibus, & ephemera vocatur, quare ex diuulgatiſſima Gal. hac doctri-
na dantur tres primæ differentiæ, aut tria prima genera febrium à materia deſumpta,
putridum nempè, hecticum, atque ephemerum.

E contra verò idem Galenus non ſibi ipſi conſentiens, lib. eodem cap. 5. duo tan-
tùm genera concedit, putridum videlicet, atque ephemerum, hecticum verò non da-
tur, vel ſi concedendum eſt, debet reduci ſub putridarum genere, ratio autem eſt, quia
cùm apud antiquos, Athenęum præſertim virum in arte medica præcæteris celebrem,
dogma illud diuulgatiſſimum eſſet, aſſerens omnem febrem ex putredine humorum
ortum ducere, huic dogmati Galenus partim conſentit, partim repugnat, conſentit
quidem verum eſſe, ſed in duobus tantùm generibus, nempè in febribus verè vocatis
putridis, quæ ex humoribus fiunt, nec non & in febribus hecticis: has omnes, ex humo-
rum putredine fieri liberè concedit, repugnat verò huic dogmati, quia ab illo excipit

genus ſebrium ephemerarum, quas quidem ab humorum putredine fieri negat, vnde E
maiori ex parte febres ex humorum putredine fieri lubeni aſſentitur. Cùm igitur non
excipiat à propoſito dogmate niſi febres ephemeras, aperiè conſentit omnes alias ab
humorum putredine ortum ducere, concludendum igitur ea Galeno ipſo febres he-
&ticas à putredine humorum fieri, dogma itaque propoſitum iam putridarum, quàm
hecticarum ratione verum eſt, at falſum reſpectu febrium ephemerarum, quæ ab hu-
morum putredine fieri minimè poſſunt. Manifeſta ergo repugnantia eſt in dictis Gal.
nam cùm determinaſſet dari triplex genus febrium, putridum, hecticum, atque ephe-
merum, nunc in 5. capite 1. lib. de dif. febrium quaſi ſui ipſius immemor, antiquo
dogmati conſentiens, omnes febres fieri ab humorum putredine concedit, ephemeris
exceptis, vnde iure meritò dicendum eſt non dari, niſi duplex febrium genus, putridum
videlicet, & ephemerum, duo igitur tantùm ſunt febrium genera, non tria.

Alterum erat, an ex 49. textu tertij libri in primum porrheticorum poſſit colligi,
aut ex Galeni commentario, in alui profluuio mittendum eſſe ſanguinem: ſed aliud eſt
inquirere, an pro curatione alui fluxus ſanguinis miſſio conueniat, aliud eſt, an ex hoc F
loco colligi id poſſit, & iſtud eſt, quod in præſentem diſquiſitionem cadit, quod quidem
videtur poſſe ex commentario Gal. facilè colligi ex particula (ſi valenter excernant,
ſanguiniſque redundantiam habeant, & quæ ſequuntur) qua apparet voluiſſe Gal. fa-
cere hanc diſtinctionem, nempè illis, quibus alui fluxus eſt moleſtus, vel valēter excer-
nunt, adſitque in corpore redundantia ſanguinis, clarum eſt mittendum eſſe ſangui-
nem, nec opinio hæc ratione carere videtur; nam cùm excernere accipiatur propriè,
& ſimpliciter pro actu depoſitionis excrementi, quod per ſeceſſum exit, vnde valen-
ter excernere, eſt copioſè, & validè materiam per ſeceſſum protruderr, ſi igitur inquit
Gal. validè excernant, & adſit in corpore ſanguinis redundantia, ſanguis mittendus ve-
nit. Hæc ſunt, quæ propoſita fuere, vt diſcuterentur, quæ examinanda nunc, & determi-
nanda ſuſcipio, & primò primum, deinde ſingillatim & ſecundum, & ad primum di-
co ingenioſam fuiſſe dubitationem, quia prima facie locum hunc Gal. legentibus vi-
detur occurrere dubitatio hæc, ſi tamen attentiùs verba legantur, ſenſumque intimiùs
ſcrutemur, nullum prorſus apparebit huiuſce dubitationis principium, quod tibi viro G
doctiſſimo, & in Gal. doctrina exercitatiſſimo notiſſimum eſſe certo certius ſcio, quod
tamen, vt clariùs innoteſcat, probandum eſt mihi, idque vt faciliùs exequi poſſim, opus
eſt in primis huius quinti capitis, & duorum ſequentium intentionem aperire, quæ
eſt tractare de cauſis primarum febrium differentiarum, & in hoc quinto cap. primum
ſebrium ephemerarum, deinde in alio ſequenti febrium putridarum, has verò cauſas ad
duo ſumma genera redigit, alterum ad caloris natiui cordis ad igneam naturam con-
uerſionem, per ſimplicem alterationem. Alterum verò ad conuerſionem quidem ad
igneam naturam, ſed per putredinem, primum omnium ephemerarum cauſam eſſe
docet in hoc quinto cap. alterum verò putridarum maiori ex parte hecticarum, quod
in ſeptimo cap. clariùs exponit.

Quod ad primum genus ſpectat, allaturus Gal. cauſam communem omnium ephe-
merarum, docturuſque hanc eſſe ſolam alterationem citra putredinem, quia nouerat
antiquiſſimū illud Athenæi dogma, quod ex putredine omnes febres fierēt, aſſerit pri-
mùm intentionem ſuam, deinde duplicem cauſam intentionis ſuæ aſſignat. Alteram H
quia cùm proximè facta fuiſſet mentio feb. peſtilentium, nempe in 4. cap. quæ omnes
ortum habent à putredine, datur hic opportuna huius conſiderationis occaſio, ſed cùm
iſtud dogma videatur habere poſſe duplicem ſignificationem, vna eſt numquid omnes
febres peſtilentes ab humorum putredine ortum habeant, vel numquid ſicut peſtilen-
tes febres à putredine fiant, ita & omnes aliæ, Galenus inquirit dogma iſtud in ſecun-
do ſenſu, nempè ſicut peſtilentes à putredine ortum ducunt, ita & omnes aliæ, quamuis
alius ſenſus propoſitus videatur ſuam habere rationem; nam cùm febres peſtilentes,
aliæ ſint ephemeræ (quamuis Gal. incognitæ, vt in ſudore Britannico apparet) aliæ ſint
hecticæ, 3. de præſ. ex pul. 3. denique aliæ ſint peſtilentes, in quibus nec pulſus, nec
vrinæ mutantur, iure videtur Gal. inſiſtere in inquiſitione febrium peſtilentium, ſed
Gal. vt dixi, non ſuſcipit, iſtud dogma examinandum in hoc ſenſu, quia iam conceſſe-
rat hecticas peſtilentes ex ſolidorum cordis putredine fieri, ſtatueratque in aliquibus
febri-

Digitized by Google

A febribus peſtilentibus ex humorum putredine non mutari pulſus, ob contrarias cordis ſubſtantiæ, & humorum contentorum intemperies inter ſe pugnantes, & quodammodo in æquilibrio cordis, & arteriarum motum ſuſtinentes, & quamuis concedere velimus à Galeno non fuiſſe cognitas febres ephemeras peſtilentes, tamen non ignorauit illam Ariſtotelis tam diuulgatam authoritatem, nihil eſſe in hoc mundo ſublunari, quod putredini non ſubijciatur, vno igne excepto. Succedit, quòd in 4. cap. conceſſerat febres peſtilentes ab alia fieri poſſe, quàm ab humorum putredine. Gal. igitur non inquirit de præſuppoſito dogmate reſpectu peſtilentium, ſed de omnibus alijs, in hoc ſenſu, an ſcilicet quemadmodum peſtilentes febres ex putredine humorum ortum ducunt, ita conſimili ratione intelligendum ſit dogma vniuerſaliter, & generatim de omnibus alijs febribus.

Altera cauſa Gal. intentionis in hoc quinto cap. eſt, quia hoc dogma habuit inſignes fautores, tum in reliquis, quæ ad artem ſpectant, tum propterea quòd multi huius dogmatis auctoritate ducti exiſtimare poſſent, re vera omnes ex putredine ortum ducere, quamobrem breuibus ſuum interponens iudicium determinat, dogma iſtud B maiori ex parte ex putredine fieri; nam cùm dogma eſſet, quòd omnes febres à putredine ortum habeant, propoſitio eſt vniuerſalis vniuerſaliter dicta, quæ omnes febres ſuo ambitu continet, putridas, hecticas, atque febres ephemeras, ſi vnum tantùm genus excipiatur, neceſſariò alia duo includuntur, Gal. vnum tantùm excipit, nempè ephemerum, quare putridæ, & hecticæ ſub hoc dogmate continentur neceſſariò: fiunt igitur omnes febres ex putredine maiori ex parte, vt concedit Galenus, ſed quia dogma iſtud videtur potiùs verum eſſe, quòd non fiant ex putredine pro maiori parte; nam cùm triplex ſit genus febrium, vnicum eſt, quod ex putredine fiat, nempe putridum, reliquorum verò duorum nullum ſit ex putredine, quare non ita clarum eſſe videtur, quomodo antiquis Galenus conceſſerit maiori ex parte febres ex putredine ortum ducere (quamuis duæ ſint, quæ non fiunt ex putredine) quia tamen in omni febrium genere, ephemerarum excepto, demonſtrari poteſt, hinc facilè conceſſit Gal. dogma eſſe verum maiori ex parte, quod primò in putridis, deinde in hecticis verum C eſſe demonſtro; nam cùm quatuor ſint in corpore noſtro humores, ſanguis, vtraque bilis, & pituita, ex omnibus poſſunt fieri, & fiunt febres, non tamen omnes ex omnium humorum putredine fieri conſueuerunt, vt omnibus notiſſimum eſt, ſiquidem ex ſanguine calefacto tantùm, non putrefacto ſit ſynochos imputris (relicta nunc eorum opinione, qui non ſine apparenti ratione febres omnes ſalubres ex ſola bilis accenſione fieri dicunt) omnes ex putredine tum ſanguinis, tum aliorum humorum fiunt, ad quod febris genus reſpiciens Gal. conceſſit antiquis eorum dogma pro maiori parte eſſe verum.

Quod confirmari quoque poteſt, & in genere hecticarum; nam licet poſſint fieri ſine putredine, vt ſunt illæ, quas vocant incipientes, maiori tamen ex parte fiunt ex putredine, quamuis alia, atque alia ratione putridæ fiant ex putredine, & alia ratione hecticæ; febres enim putridæ fiunt à putredine humorum tanquam à materia, & formalis ratio ipſarum eſt putredo, quandoquidem humores, in quibus calor accenditur, putreſcunt neceſſariò, at febres hecticæ fiunt ex putredine tamquam ab agente, & cauſa D efficiente intrinſeca; nam calor putredinalis in humoribus accenſus calorem natiuum partium ſolidarum ad igneam naturam conuertit in facto eſſe; ſufficit enim, quòd in vtriſque cauſa intrinſeca ſit putredo, & putrida exhalatio attingens vel humores, vt in putridis, vel ſolida, vt in hecticis, atque hoc modo febres hecticæ dicuntur fieri ex putredine. Quid ſi diceremus febres hecticas fieri ex putredine humorum, hoc eſt poſt febres putridas? etenim grauiſſimi Ariſtotelis interpretes lib. 1. phyſ. tex. 47. vbi Philoſophus ſcribit contraria ex contrarijs fieri, inter alias ſignificationes, quas adſcribunt particulæ (ex) eſt, poſt, vt ſenſus ſit, contraria fiunt poſt contraria, & re vera contraria non poſſunt fieri ex contrarijs, tamquam ex materia; ex aqua enim non ſit ignis, nec è contra, ſed vnum poſt aliud, ita in hoc caſu, dicimus febres hecticas fieri ex humorum putredine, hoc eſt, fiunt poſt febres putridas, vel ſequuntur febres putridas, id quod experientia quotidiana confirmat, merito igitur Gal. concedit antiquis maiori ex parte verum eſſe illorum dogma, tam reſpectu putridarum,

 quàm

quàm hecticarum, quamuis reſpectu ephemerarum ſit falſum, quia febres ephemeræ E
nec fiunt à putredine humorum, neque ſequuntur febres putridas, ad hoc igitur vt oſtenderet dogma non eſſe ſimpliciter verum, ſat fuit ephemeras febres excipere.

Hercules Saxonia libro de febribus capite quinto ſcriptum reliquit Galenum excepiſſe ab hoc dogmate Athenæi febres ephemeras, & ratio eſt, inquit ipſe, quia nomine humorum putreſcentium intelliguntur etiam ſecundæ humiditates, vt ros, gluten, cambium, quæ vbi putreſcunt, pertinent ad partem ſolidam, & hac ratione febres hecticæ poſſunt dici putridæ. Verùm huiuſmodi aſſertio videtur eſſe præter omnem rationem; nam eſto, quòd omnes humiditates in corpore exiſtẽtes putreſcere poſſint, non tamen inducunt propriam febrem, niſi quatenus ab humoribus prodeunt; chylus enim, *e.g.* putrefactus exiſtens in ventriculo non inducit propriam febrem, ita vt dici poſſit febris putrida chyloſa, quemadmodum dicimus febrem tertianam fieri ex materia biliosa putrefacta, & ſic de ſingulis. Ad hoc autẽ vt fiat febris ex chyloſa putrefacta materia, opus eſt, vt rectè notat Capiuacceus lib. 6. de febribus cap. 7. vt ex hac putredine exiſtente in ventriculo eleuentur vapores, qui humores contentos in ventriculis cordis afficiant tum calefactione, tum putredine, ac inde fit febris putrida ratione F
prædominij humoris peccantis exiſtentis in loco iam dicto, & pro vt chylus maiorem, aut minorem cum vno, quàm cum altero humore proportionem habet. Quòd igitur poſſint putreſcere omnes humiditates in corpore, facilè concedimus Saxoniæ, ſed negamus eas putreſcentes referri debere ad partes ſolidas; nam longè differunt partes ſolidæ ab humiditatibus, vt apparet; quia humiditates non terminantur termino proprio, ita vt duræ ſint, & tractari queant, quemadmodum partes ſolidæ, nempè neruus, caro, & huiuſmodi, quæ ſunt veræ partes ſolidæ, in quibus ſi accenditur caliditas in facto eſſe, tunc fit febris hectica, vnde febris hectica fieri non poteſt ex putredine ſecundarum humiditatum, quæ licet ſint factæ in gratiam partium ſolidarum, non tamen adhuc acquiſiuerunt propriam partium ſolidarum naturam, quare licet millies putreſcerent, cùm non ſint partes ſolidæ, nequeunt hecticas accendere.

Deinde, vt dicebam, vt fiat febris ex ſecundis humiditatibus putrefactis, oportet, vt à putredine ipſarum eleuentur vapores putridi, qui calefacientes, & putredinem G
inducentes in ſubſtantiam cordis, & in ipſius humores, producant varias ſpecies febrium putridarum; nam ſi attingant ſubſtantiam cordis faciunt hecticam putridam, ſi humores pro diuerſitate prædominantis humoris contenti in ventriculis cordis generant varias differentias febrium humoralium, aut putridarum. Rectè igitur à nobis concluſum eſt febres hecticas fieri ex humorum propriè dictorum putrefactione; nam ſequuntur ad febres biliosas, vel ad pituitoſas, vel ad melancholicas, ex quarum putredine, & calore ortum ducunt, quotieſcunque ſcilicet calor talis ſit, vt calorem partium præter naturam in facto eſſe conſtituat. Nunquam propterea aliquis dicere poterit, quòd ex ſecundis humiditatibus putrefactis fiat febris hectica putrida: deinde Hippocrates inter alias materias ſubiectas febri propoſuit continentia, quæ, vt diximus ſuperius ex Galeno, nihil aliud ſunt, quàm partes ſolidæ, ergo ſolæ partes ſolidæ, vbi in illis accenſus eſt calor, aut putredo, fit febris hectica, nequaquam vbi putrefactæ ſunt ſecundæ, aut tertiæ humiditates, quia non ſunt partes ſolidæ in actu, id quod requiritur ad febrem hecticam faciendam, non itaque ſecundę humiditates putrefactę H
facere poſſunt febrem hecticam putridam, quamuis hoc in loco non inquiritur, an febres hecticæ fiant ex putredine humiditatum, ſed inquiſitio eſt, an febres hecticæ fiant ex putredine, quemadmodum ſupra diximus, quare verum eſt, vel vt ſemper, vel ſaltem vt plurimùm febres hecticas fieri à putredine, hoc eſt ſequi putredinem alicuius febris, nempe vel ardentis, vel etiam chronicæ alicuius febris. Sed quoniam non à putredine tanquam à materia fiunt, ſed à putredine, vt eſt accenſa faciens febrem, ideo fieri poteſt, vt ab ephemera, ab ardenti, & à chronica fiat febris hectica, eò quòd prouenit à caliditate, vt habet rationem cauſæ efficientis, & inducentis calorem præter naturam in partibus ſolidis, quamuis Auic. ex defectu harum humiditarum ſcribat febres hecticas induci poſſe, Gal. tamen lib. 10. meth. cap. vltimo ſcribit partes ſolidas conſtare ex tribus, ex carnoſa, membranoſa, & fibroſa; quando conſumitur caro fit prima ſpecies febris hecticę, quando conſumitur pars membranoſa, quæ in

omni-

A omnibus partibus poteſt appellari pulpa, fit ſecunda ſpecies hecticæ: fibroſa verò pars, ſi conſumitur, fit tertia ſpecies febris hecticæ, quæ & maraſmos appellatur, ſed de hac materia fuſiùs Deo dante in interpretatione capitis quinti lib. 3. de diff. febrium apud Galenum.

De febribus tamen ephemeris dubitatur; nam aliquæ à bubone ortum ducunt, & bubo fit à putredine humorum, quòd verò bubo fiat ab humorum putredine, nullus dubitat, ephemeras quoque oriri à bubone docuit Hippocrates 4. aphoriſ. 55. vbi dicit febres à bubone prodeuntes omnes malas eſſe, ephemeris exceptis: febres igitur ephemeræ, ſiue bonæ, ſiue malæ ſiunt, ſat eſt, ſi ſequantur bubonem, qui fit à putredine, dicendum igitur eſt ephemeras fieri à putredine bubonis: deinde aduerſus Hippoc. videtur ſtatuendum omnes effectus prodeuntes ab vna, & eadem cauſa non poſſe eſſe ſibi ab inuicem cõtrarios, ita vt alter bonus, alter malus eſſe poſſit; ab vno enim in quãtum vnum oriri non niſi vnum poteſt, ſi igitur idcirco febres malæ dicuntur, quòd bubonem ſequãtur, malè ab eo excipiuntur ephemeræ, cùm & ipſæ à bubone ortum ducant,
B aut ſi ephemeræ non ſunt malæ, neque dicendum eſt alias febres malas eſſe, quòd ſequantur bubonem; non enim maior ratio vnius eſt, quàm alterius, cùm ab vna, & eadem cauſa proueniant, nempè à bubone.

Ad primum dico in bubone duo conſiderari poſſe, nempè putredinem, & caliditatem, à qua fit inflammatio, febris ephemera non ſequitur putredinem, quia ab ea tamquã occluſa, & quaſi clauſtris coërcita, non poteſt eleuari putrida exhalatio, à quà ſpiritus cordis accẽdantur, ſed tantummodo febris ephemera ſequitur inflammationem partis poſt partem, quæ ſic ſucceſſiuè ſpiritibus cordis communicatur, & fit febris ephemera, quare etſi proueniat à bubone ephemera, non propterea fit à putredine illius, ſed ab inflammatione. Ad ſecundum etiam dicendum eſt duplex dari buboniæ febris genus, alterum cuius bubo dicitur eſſe cauſa, alterum verò, cuius bubo dicitur eſſe ſignum: primum genus eſt ephemerarum, quas Hippocrates bonas eſſe dicit, hinc bubo conſideratur duobus modis, vt cauſa, & vt ſignum, vt cauſa eſt, producit vnum effectum, qui eſt febris ephemera, non per putredinem, vt dictum eſt, ſed per calefa-
C ctionem partium circumuicinarum, à quibus ſucceſſiuè, communicatur omnibus alijs, quouſque cor attingat, vnde ſola calefactione ſpiritus cordis accendit, ephemeramque producit; tunc enim bubo conſideratur, vt habet rationem cauſæ ſuum effectum producentis. Modus autem productionis febris ephemeræ à bubone talis eſt, Gal. authore, motus incipit à loco inflammationis obſeſſo, nulla proueniente ad cor fuligine, ſed tota, vt ſupra dicebam, intus incluſa manente in loco inflammationis, ea ratione, qua ex ſolis ardore, aut laſſitudine fit febris, calefactis primùm aliquibus partibus, deinde per ſucceſſionem, communicato calore ad principium vitale, quare ſicut illæ ſunt ephemeræ, ita & iſtæ, inflammatioque concurrit tamquã cauſa proportione correſpondens motui, aut laſſitudini calefacienti per alterationem partis poſt parte. In inflammatione, vt antea dicebam, duo conſiderantur, immoderata caliditas, & puris generatio, à caliditate tantùm fit febris ephemera, non à putredine incluſa, quia inter carnes vndequaque coërcetur, & concluditur, vt euaporari nequeat, nec exhalatio in cor ferri, deinde humores contenti confeſtim, & toti ſimul ſpacio vnius, aut duorum dierum, &
D non per circuitum acceſſionem faciunt, tamquam qui ſibi inuicem adhæreant, & vno loco concluduntur, quæ acceſſio propria eſt ephemerarum, quare licet iſtæ febres ſequantur putredinem humoris in bubone, non tamen fiunt ab ipſius putredine, ſed ab inflammatione, hinc eſt, quòd Hippocrates dixit eas non eſſe malas, & iſtæ dicuntur effectus bubonis, & bubo ipſarum eſt cauſa.

Alterum verò genus febris buboniæ, in qua ſigni, non cauſæ bubo rationem habet, ſequitur ad putredinem, quæ in viſceribus, aut magnis vaſis continetur, modus accenſionis eſt, quòd non ſecus atque fumus ex putreſcentibus humoribus ad cordis ventriculos tendit.

Deinde, huiuſmodi febres diuturniores acceſſiones habent, & cum circuitu, quia cùm continuò fluant, quæ nunc putreſcunt, diſponunt ad ſequentem putredinem eos, quos accidit contingere, atque temporis ſpatio calorem putridum accendunt, ſecus atque in ephemeris, aut bubonijs ſequentibus ſolam putredinem humoris contenti in bubo-

bubone; nam in his, quod calorem concipit, eſt cordis ſpiritus ſua natura, vt vult Galenus, incorruptibilis, in bubonijs verò ex putredine in viſceribus, aut magnis vaſis, quod calorem concipit, eſt putreſcibile quidpiam, humor ſcilicet, quare ſicut in externis vidimus, imputreſcibile, vbi calorem concipit, ſicut lapis, aut lignum, durat, quoad paulatim remiſerit, & poſt remiſſum non relinquit in alia parte diſpoſitionem, vt nouus accendatur humor, ſed finita prima accenſione finitur, vbi verò putreſcibile ſit, quod calorem concipit, videmus, quòd remiſſo calore in vna parte, in alia præparatur ad alium ſuſcipiendum, ſicque diſpoſita caliditas protrahitur, ita vt in bubonia, quæ ſequitur ſolam putredinem humoris in bubone contenti, vt in omnibus alijs ephemeris, non videmus diſpartitam illam caliditatem, ſed vnicam, & breuem accenſionem, in alijs verò ſecus ſe habet. Quòd verò id, quod putreſcibile eſt, vbi calorem concipiat putridum, ſit talis naturę, & ceſſante prima accenſione remaneat diſpoſitio in parte continua, pro alia, ſicque fiat caliditas per multos dies perdurans, rem hanc Galenus exemplo ſtercoris, aut fimi putreſcentis exemplo accommodatiſſimè declarat. Ex his igitur apparere ſatis puto nullam febrem ephemeram fieri ex humorum putredine; nam etſi bubonia videatur ſequi, non tamen ſequitur, niſi eo quò dictum eſt modo. Apparet etiam differētia, quam cum alijs bubonijs habet, quas malas Hippoc. appellauit, quæ res cùm ita ſe habeat, meritò Gal. à propoſito dogmate ſolam excipit ephemeram, non autem hecticam, cùm vtriuſque non ſit par ratio; nam hecticæ, vt ſupra dictum eſt, maxima ex parte fiunt ex putredine ea ratione, qua diximus, ephemeræ verò minimè, quare videre nequeo, quomodo expoſitores aliqui inquirant, cur Galenus ſimul cum ephemeris non exceperit hecticas febres. E F

Nec ſatis mirari poſſum Valleſium virum tam doctum, & in Gal. doctrina adeo exercitatum ſcribentem, Galenum febres hecticas non excepiſſe ab hoc præſuppoſito dogmate, quia ſermo illi erat de febribus fientibus, non de factis, quales ſunt hecticæ, cùm, vt ſupra dictum fuit, intentio Gal. ſit in tribus hiſce cap. quinto nempe, ſexto, & ſeptimo loqui de cauſa communi in genere differentiarum omnium febrium, & in ſeptimo peculiariùs, fuſiuſque tractat de febribus hecticis, in quinto verò de ephemeris, & in ſexto de putridis, non de fientibus igitur tantùm, ſed de factis illi eſt ſermo, G quod vnuſquiſque videre poteſt etiam in comm. Valleſij, vt igitur Galenus oſtenderet antiquorum illud dogma non eſſe vniuerſale, ſat illi fuit inſtantiam afferre de febribus ephemeris, ſeu de illo genere febrium, quod nullam haberet ſuſpicionem, vt à putredine fieri poſſit quocumque modo conſiderata, neque erat opus excipere hecticas febres, cùm non ignoraſſet Galenus diuerſam rationem eſſe ephemerarum ab hecticis; ſolæ enim febres ephemeræ ſunt, quæ verè dici poſſunt minimè fieri à putredine, aliàs, malè conceſſiſſet Galenus antiquis maiori ex parte febres omnes fieri ex putredine, niſi hecticis etiam hoc conuenire exiſtimaſſet, imo potius dicēdum fuiſſet, quòd maxima ex parte non fiunt ex putredine, & hæc ſunt, quæ pro primi problematis reſolutione dicenda puto, vnde apparet Galenum ſibi conſtantem eſſe, vnamque, & eandem rem in omnibus locis intellexiſſe ſemper, quod datur triplex genus febrium in genere deſumptum à triplici ſubiecto ad calorem extraneum ſuſcipiendum apto, nempè putridum, hecticum, & ephemerum.

Venio ad ſecundum, & dico neque authorem prorrhetici, nec Gal. in commentario H huius prędicti prorrhetici verbum quidem habere de præſuppoſita materia, imo verò alui perturbationem, aut alui fluxum hoc in loco pro auxilio à fluore narium indicato vterque author accipit: & primo quod ad authorem prorrhetici huius ſpectat, nihil aliud proponit niſi caſum quendam, videlicet narium ſanguinis fluorem cum ſurditate, & ignauitate, deinde inquirit, an caſus habeat aliquid difficultatis, tertiò pro auxilio proponit vomitum, & alui perturbationem, hæc ſunt ipſius verba.

Quibus in ſurditate, & torpore parua eſt à naribus deſtillatio, ea habet quid difficultatis, vomitus his confert, & alui perturbatio.

Ex verbis authoris huius clarè cognoſcitur alui perturbationē ab eodem acceptam, & propoſitam fuiſſe pro auxilio indicato à narium fluore cum ſurditate & ignauitate, non autem pro indicante ſanguinis miſſionem, quare ex authore hoc nihil, quod ad propoſitum faciat, habere poſſumus, nec etiam colligere licet oppoſitum, cùm nihil de

præ-

A præſuppoſita materia in quæſtione ſcribat, nec à Galeno in commentario quidquam
colligere vmquam poterimus, vt non poſſim ſatis mirari, quomodo in diſceptationem
ex hoc loco quæſtio propoſita ceciderit, atqui ne gratis rem hanc accipere videar,
probandum eſt mihi Galenum in hoc commentario de præſuppoſita materia nihil lo-
quutum fuiſſe, quod ex intẽtione cõmentarij huius apparere dilucidiſſimè demonſtro.

In hoc commentario Gal. in tribus reprehendit authorem hunc, primò quia non
rectè loquitur dicens fluorẽ ſanguinis è naribus, ſtillicidij in modum ἔχει τὶ δύσκολον, hoc
eſt, habet quid difficile, quia loquit Galenus huiuſmodi loquendi modus in paruis re-
bus ab hominibus ſeruari conſueuit, non autem in magnis, ſed fluor ſanguinis ſtillicidij
in modum abſque aliqua alia affectione non eſt paruum malum, quare neque dici po-
teſt, an habeat aliquid difficile, at ſi concomitetur ſurditati, & ignauitati, non ſolùm ma-
lum eſt, ſed ſignum etiam lethale, quia eſt indicium cerebrum læſum eſſe, non igitur re-
ctè loquitur author huius præſentis prorrhetici, ſiue aſſertiuè, ſiue dubitatiuè loquatur.

Secundò reprehenditur author à Galeno, quòd in curatione afferenda indiſtinctè
B nimis loquatur; nam proponit vomitum, & alui perturbationem tamquam à fluore
ſanguinis è naribus cum prædictis affectionibus indicatam, nulla diſtinctione facta, di-
ſtinctio autem eſt clara quidem quo ad ſenſum, verbis autem non admodum explicitè
dicta, quæ eſt in morbi initio cum robore virium, ægrotantes huiuſmodi, vel ſanguinis
redundatiam habent, vel pituitæ, aut alterutrius bilis; nam ſi valenter excernant, ſan-
guiniſque redundantiam habeant, quòd ſectione venæ, non vomitu, vel ventris per-
turbatione indigeant, neminem latet, atqui ſi vel pituitæ copia adſit, vel bilis, vel me-
lancholiæ, tunc ægrotantes, vel vomitu, vel perturbatione alui indigent.

Tertiò authorem reprehendit Gal. quia indifferenter, & indeterminatè ſit loquutus
in auxilijs proponendis; nam cùm huiuſmodi ſint operationes tam à natura, quàm ab
arte prodeuntes, ſi hic author velit Medicum vomitum ciere, aut aluum perturbare,
non erat ei opus enuntiare, quæ fiunt à natura, ſed definitè docere, an vomitus ſponti-
nus, aut alui perturbatio ſpontanea conferat, ad cuius imitationem Medicus debeat
vnam, vel alteram operationem facere, an verò de ſola artis operatione à Medico fa-
C cienda ad propoſitam affectionem tollendam loqui voluerit.

Ex quo diſcurſu à commentario Gal. collecto dilucidiſſimè apparet intentionem
eſſe, quòd ſanguinis miſſio facienda ſit in ſtillicidio ſanguinis è naribus cum ſurditate,
& ignauia, quando ſanguis valenter fluat, & adſit corporis plenitudo, vbi verò adſit co-
pia alterutrius bilis, aut pituitæ ad purgationem eſſe deueniendum.

Hanc opinionem confirmo etiam authoritate doctiſſimi Ioan. Baptiſtæ Syluatici,
lib. controuerſiarum, controuerſ. 26. cuius hæc ſunt verba.

In commentario autem 49. in primum prorrhet. non loquuntur Gal. & libri huius
author de morbis acutis, in quibus ſolis fiunt criſes, ſed de ſurditate, & ignauitate, cum
ſtillicidio ſanguinis è naribus, quo in caſu optimum iudicauit Gal. ſanguine in corpore
abundante, tametſi valens ſit, ſanguinis è naribus excretio ſanguinem mittere, pur-
gare autem ſi bilis, aut pituita, vel melancholia ſuperabundauerit.

Ex huius igitur authoris determinatione clarum eſt Gal. loqui de ſurditate, & torpo-
re cum ſanguinis ſtillicidio, pro cuius auxilio, facta primùm diſtinctione, an plenitudo
D in corpore adſit, vel cacochymia, ſi plenitudo adfuerit, & ſanguis è naribus valenter
irruat, proponit Gal. ſanguinis miſſionem, ſi cacochymia, tunc vel aluus deturbanda
eſt, aut vomitus mouendus, quam quidem ſententiam de ſanguine mittendo in fluore
ſanguinis è naribus valenter irruentis idem Gal. confirmauit 11. cap. lib. de cur. ra-
tione per ſanguinis miſſionem, eamque tanti fecit, vt exiſtimauerit alia præſidia pa-
rum, aut nihil proficere, ipſius ſunt verba.

Cæterùm non contẽnenda venæ ſectio eſt tamquam ſit auxilium reuulſorium, cùm
me ſæpenumero conſpexeritis in valida ſanguinis eruptione è naribus eo vſum, re-
pente fluxionem ſedaſſe, & paucis interpoſitis verbis.

Nam nos hęc faciendo, vt ſcitis, ſemper exeuntem è naribus ſanguinem compeſcue-
rimus, cùm antea experiundo, quæ ſcribunt in nares inferenda medicamenta, atque in
frontem illinienda infirma omninò compererim.

Quibus apparere ſatis puto fluorem ſanguinis valenter irruentis, quem ἀνέστακο au-
thor

Digitized by Google

thor prorrhetici appellauit eſſe indicans ſanguinis mittendi, non autẽ alui fluxum, neq; vnquam ex hoc loco id inferri poterit, ſiue phraſis græca, ſiue latinum idioma legatur. E

Primo affero græcam phraſim, deinde & traductionem in latinum idioma.

Διορισμὸς δὲ ἐστιν ἐνίοισιν ἐν ἀρχῇ τοῦ νοσήματος, εἰ τὴν δύναμιν ἰσχυρὰν, ἢ αἵματος ἔχον πλῆθος, ἢ φλέγματος, ἢ χολῆς ὁποτέρας οὖν. εἰ γὰρ ἰσχυρῶς κενοῖ πλῆθος αἵματος ἔχοντος, ἔνδηλον, ὅτι φλεβοτομίας οὐκ ἐμέτων, ἢ γαστρὸς ταραχώδους δέονται.

Si verbum verbo reddere velimus, ita ad verbum transducitur græca hæc phraſis.

Diuiſio verò eſt quibuſdam in principio morbi, ſi virtutem validam, ſanguinis habens plenitudinem, aut pituitæ, aut alterutrius bilis; ſi enim valenter euacuat plenitudinem ſanguinis inexiſtentis, clarum eſt, quòd ſanguinis miſſione, non vomitu, aut alui perturbatione eget.

Alia Vaſæi interpretatio ab Auguſtino Gadaldino emendata, quæ & ab omnibus in Galeni codice communiter legitur, eſt huiuſmodi.

Diſtinctio autem eſt quibuſdam morbi in principio, ſi vires valentes, vel ſanguinis redundantiam habeant, vel pituitæ, aut alterutrius bilis; nam ſi valenter excernant, ſanguiniſque redundantiam habeant, quòd ſectione venæ, non vomitu, vel ventris perturbatione indigeant, neminem latet. F

Si vtrumque idioma attentè legatur, in vtroque percipietur error ita manifeſtus, vt vix ab eo poſſit colligi vera, & germana Gal. intentio, etiamſi clariſſima ſit, quæ ex correctione exigua admodum patere luce clarius poterit, hæc aut eſt, vt loco ἐνίοισιν legatur ἔνιος, loco ἔχον, ἔχοι mutato ν. in ι. tandem δέονται mutandum eſt in δέεται, & tunc ſenſus clariſſimus erit talis.

Διορισμὸς δὲ ἐστιν, ἔνιος ἐν ἀρχῇ τοῦ νοσήματος, εἰ τὴν δύναμιν ἰσχυρὰν, ἢ αἵματος ἔχοι πλῆθος, ἢ φλέγματος, ἢ χολῆς ὁποτέρας οὖν. εἰ γὰρ ἰσχυρῶς κενοῖ πλῆθος αἵματος ἔχοντος ἔνδηλον, ὅτι φλεβοτομίας, οὐκ ἐμέτων ἢ γαστρὸς ταραχώδους δέεται.

Diuiſio verò eſt, ſi quis in morbi principio cum valida virtute plenitudinem ſanguinis habeat, aut pituitæ, aut alterutrius bilis, ſi quidem valenter euacuat inexiſtentis ſanguinis plenitudinem, clarum eſt, quòd ſanguinis miſſione, non vomitu, aut ventris perturbatione indiget. G

Hæc eſt vera, & germana textus græci caſtigatio, ex qua conſtat Vaſæi interpretationem non rectè ſenſum orationis Galenicæ exprimere; nam quibuſdam cum verbo habeant, nec cum excernant, nec minus cum verbo indigeant aliquem facere poteſt ſenſum, ſi tamen legeretur quidam, aut aliqui declararetur ſenſus orationis, qui eſſet, quod aliqui in morbi initio, ſi vires habent validas, vel ſanguinis redundantiam, vel pituitæ, aut alterutrius bilis, ſi valenter excernant, & ſanguinis habeant redundantiam, quòd ſanguinis miſſione, non vomitu, aut alui perturbatione indigent, ſed opus eſſet, ἔνιος, quod in ſingulari legendum eſſe diximus, mutare in plurale, & dicere ἔνιοι, deinde ἔχοντες pro ἔχον, & κενῶται pro κενοῖ legendum eſſet, quamuis Gal. non loquatur in plurali, ſed in ſingulari, vt apparet ex verbo illo κενοῖ, ideſt euacuat, & participio ἔχον, quod mutauimus in ἔχοι.

Cæterùm hæc particula, εἰ γὰρ ἰσχυρῶς κενοῖ πλῆθος αἵματος ἔχοντος, malè per (nam ſi valenter excernant) eſt latinè donata, tum quia illa in ſingulari, hæc in plurali numero eſt ſcripta, tum quia κενοῦ, non ſignificat propriè excerno, ſed euacuo, vnde à Galeno κένωσις pro plenitudinis euacuatione vbique accepta eſt, & in hoc loco κενοῖ πλῆθος pro euacuat plenitudinem appoſitè accepit, quare ſenſus Galeni eſt, vt ſi is, qui in morbi initio cum robore virium, & plenitudine ſanguinis valenter euacuat ſanguinem è naribus, ſanguinis miſſione indiget, ſecundò, ſi voluiſſet dicere excerni, vſus fuiſſet verbo ἐκκρίνειν, aut alio ſimili, quod excerno ſignificat, vnde ἔκκρισις ἡ κάτω pro alui egeſtione à Gal. deſumitur, & quamuis excerno propriè accipiatur pro alui eiectione, vſurpatur tamen aliquando pro quauis excrementorum expulſione, ſed hoc in loco perperam Vaſæus excernere pro euacuare accipit, cùm Gal. loquatur de plenitudinis euacuatione, & propriè vſus ſit voce, qua ipſam potuit exprimere; nam Gal. intentio nulla alia eſt, quàm declarare, quòd ſi è naribus ſanguis valenter euacuetur cum alijs circunſtantijs, ſanguinis miſſione eſt opus, ex quibus ſatis dilucidè patere poteſt Gal. hoc in comment. non loqui niſi de ſanguinis è naribus impetuoſè ruentis fluxu, in quo mit- H

tendus

A tendus eſt ſanguis non autem vomitus, aut alui perturbatio incitanda eſt, ſed cùm ἀπόσταξις, ſeu στάξις, ideſt ſtillatio, ſeu ſtillicidium ſanguinis è naribus duobus modis cõſiderari poſſit, vel vt ſenſim, & guttatim ſanguis è naribus fluit, vel vt irrigationis in modum copioſè, & valenter irruit, Galenus determinauit in hoc com. de ſecundo, in quo cum ſuis circumſtãtijs præſentibus dixit eſſe mittendum ſanguinem, non modò illud auxilium tanquam euacuatorium cõſiderans, ſed vt reuulſorium, hanc euacuationem, vt nimiam compeſcendam eſſe docens: tacuit primum membrum tanquam nos ad vniuerſales regulas ab ipſo, & ab Hippoc. traditas remittens.

Quid ſi diceremus Galenum remiſiſſe Medicos ad caſum Methonis? in quo Hippocrates non miſit ſanguinem ex brachio, ſed ſanguinem è naribus guttatim, & paulatim fluentem excitauit, ad imitationemque Hippoc. vbi caſus propoſitus fuerit, nempe fluor ſanguinis è naribus guttatim fluens cũ ſurditate, & ignauitate, ipſum aliquo auxilio, nempe caput aqua calida abluendo, aut aliud quidpiam admonendo pronocemus, tantumque ſanguinis fluere per nares permittamus quouſque & ſurditas, & torpor B tollantur. Ita fecit Hippoc. in caſu Methonis, qui quamuis fluorẽ ſanguinis ſymptomaticè fluentem animaduerteret, vt Galenus teſtatur in comm. 1. epid. com. 3. ægroto 7. naturæ tamen tardè, & diminutè fluenti opem ferre voluit abluendo caput calida, quo auxilio adminiſtrato, ſanitatem recuperauit Metho: hoc exemplo conſilium ſuum & à Galeno confirmatum ab expulſionibus criticis ad ſymptomaticas tranſducendum eſſe nobis inſinuat: conſilium autem Hippocratis à Galeno receptum habemus primo aphoriſmorum vigeſimo tibi præcæteris notiſſimum, quod eſt, vt in expulſionibus criticis animaduertamus naturæ motum, quæ dum operatur, & quando perfectè operata eſt, nihil prorſus operemur, ſed permittamus ei omne negotium, quando errat ipſam corrigimus, quando diminutè operatur, defectui ſuppleamus, 9. meth. med. cap. 5. Si verò nimium, quàm par ſit, operetur, ita vt ſit de lapſu virium periculum, tunc ipſius motũ ſiſtamus, hæc ſunt præcepta, quę quemadmodũ in motibus criticis, ita & in expulſionibus ſymptomaticis obſeruanda veniunt, dum igitur natura coacta, & irritata euacuat, aut poſtquam euacuauit perfectè, nihil agendũ nobis eſt, quod Galenus cõfir-C mat illa tam diuulgata authoritate libri primi ad Glauconẽ capite 14. his verbis ſcripta.

Sed neque ſi fuerit febres cum profluuio alui, alia eſt opus euacuatione, verùm hæc ſola ſufficit, quamuis non ſit pro multitudinis ratione: deinde addens, *quicumque enim plus adimere fore neceſſarium putantes, aut ſanguinem mittere, aut ventrem mouere tentarunt in grauiora pericula ægrotantes duxerunt.*

Cùm autem Medicus duplici inſtrumento euacuare poſſit, chirurgico nempe, atque pharmaceutico, nec vno, nec altero euacuare debet, non pharmaceutico, quia ventrem iam irritatum, magis quàm par ſit, mouens periculum eſſet, ne ita irritaretur, vt compeſci minimè poſſet, iure igitur quieſcendum eſt, ſi igitur natura rectè operante, & materia concocta quieſcendum eſt, multò magis cum cruda eſt, & malum cum bono adhuc admixtum, naturaque irritata facit hanc operationem, à qua, ſi poſſet, libenter deſiſteret, proinde nulla ratio eſt, qua perſuaderi poſſimus ad eas euacuationes augendas, quas certò ſcimus naturæ non modò moleſtas eſſe, ſed virtuti quammaximè D inimicas, quando igitur natura ſymptomaticè mouet, ſi nullum de virtutis lapſu periculum eſt, & quando cauſam morbificam euacuauit, quieſcendum eſt.

Non chirurgico, quia Gal. 4. acut. con. 118. ſcripſit aluo fluente ſanguinem ne detrahas, ergo nullo modo euacuandum in ſymptomatica expulſione, dum natura eſt in motu: nec minus poſtquam euacuauit, perfectè noxium humorem, ſeu cauſam morbificam, quod idem quoque agendum eſſe videtur, quando diminutè operatur ſymptomaticè, non ſecus atque dictum eſt, quando diminutè operatur criticè, nempe opitulari debemus naturę diminutè, & lentè operanti ſupplentes ipſius defectui, quemadmodum Hippocratem feciſſe teſtatur Galenus in Methone, Gal. ſunt verba.

Dixit enim in libro de ratione victus in morbis acutis caput non lauandum eſſe ijs, quibus de naribus erumpit ſanguis, niſi minus iuſto fluat, nunc verò erat iuſto minus, ſiquidem perpetuabat vigilias, & deliria, at etiam.

Quæ ducere oportet, eò ducenda eſſe, quò potiſſimùm vergant ad loca accommoda, rectè in vniuerſum dictum ab hoc caſu fidem accipit.

Ex quibus Gal. verbis manifeſtum cuique eſſe poteſt naturam irritatam, & coactam, B
ſed diminutè monentem, dummodo per locum conferentem ducat, eſſe adiuuandam:
rectè igitur præcepta Hippocratis in expulſionibus criticis obſeruanda ad ſympto-
maticas tranſducenda eſſe videntur, tam ex Hippoc. quàm Galeni, & aliorum grauiſ-
ſimorum auctoritate, quamuis propoſitionem hanc ſuſpectam habeam, nec ſemper
veram eſſe putem, quia ſicut in vtraq; euacuatione tam ſymptomatica, quàm critica
quieſcendum eſt, quouſque ad perfectam humoris noxij euacuationem vtrobique
ventum ſit, ita vbi ob nimiam euacuationem vires labantur, vtraque compeſcen-
da venit, cùm nulla harum expulſionum aut irritanda, aut ad euacuationem immode-
ratam vt veniat, eſt permittendum.

Quemadmodum enim ſymptomaticas expulſiones irritare eſt malum, quòd earum
medio aliquid boni euacuatur, ita etiam non ſunt celeriter cohibẽdæ, eò quòd aliquid
mali ſecum ducunt; quas enim in bonum tendere Medicus agnouerit, eas ſi cohiberet,
malè faceret, ſed cùm multùm virtuti obſunt, tunc ſtatim ſunt cohibendæ, Gal. 6. epid.
com. 2. tex. com 9. Ita lec ſſ. Gal. legimus de præſag. ad Poſthumum cap. 13. ſympto- F
maticam ſanguinis è naribus expulſionem tunc tantùm cohibere eſt aggreſſus, cùm in
quantitate eam nimis excedere animaduertit, quod etiam in criticis agendum eſt, ſi
immoderatè fuerint, & virtuti officiant, in his duobus conuenire videntur mihi ſymp-
tomatica, & critica expulſio.

Sed quemadmodum in his duobus conuenire clarum eſt, ita diſcrepare maximè ap-
parent in diminuta expulſione, ſiquidem vbi critica euacuatio lentè, & diminutè pro-
cedit, tutò, & abſq; vllo periculo Medicus ei opẽ ferre poteſt, & debet, quod in ſymp-
tomatica valdè, mea ſententia, periculoſum eſt, nec caſus Methonis exempli loco ad-
duci debet, tum quia fuit ab Hippocrate curatus, quem potius admirari, quàm in hoc
imitari debemus, tum etiam quia eſt quid de rarò contingentibus, nec fortè alium
apud Hippocratẽ, aut Gal. aut alium aliquẽ ex probatis authoribus inuenire poterimus;
cùm enim Hippocrates diuino ingenio præditus animaduertiſſet, præcognouiſſetque
fortè ex valida virtute longè maius futurum iuuamẽtum, quàm nocumentum, auſus fuit
ſymptomaticam illam excretionẽ è naribus in Methone diminutè fluentem excitare. G

Cur verò periculoſum ſit ſymptomaticæ expulſioni opem ferre, minimè verò cri-
ticæ, imo verò niſi auxilio ſit Medicus ipſi expulſioni criticæ, diminutè, & tardè ope-
ranti, periclitari poteſt æger, eſt, quia quando natura criticè operatur, rectè operatur,
& quemadmodum ſi ab intelligẽtia non errante dirigeretur, quæ ſi tempore debito, &
humorẽ noxium per locum conferentẽ euacuat, à Medico ſua arte adiuuãda eſt, humo-
rem peccantem educẽs tempore debito, dum verò ipſa natura expulſionem criticè ag-
greditur, nec ad finem ducere valet, tunc Medicus debet ei opem ferre, vnde quamuis
ab aliquibus naturam imitari, & opem ferre naturæ pro vno, & eodem accipiantur,
ſunt tamen inter ſe longè diuerſa, vt ex dictis apparet, naturæ igitur diminutè, & tardè
operanti criticè auxiliari debet Medicus.

At dum natura ſymptomaticè operatur, quia coacta eſt, & operationes facit tales,
à quibus ſi poſſet, abſtineret, non eſt à Medico adiuuanda, cùm vt plurimum malè ope-
retur, eademmet ratione non debet ei diminutè, aut tardè operanti auxilio eſſe. Si
tamen aliquis perſpicacis eſſet ingenij, & diuino quodam lumine aflatus, aut eſſet Hip- H
pocrates, qui poſſet præcognoſcere, longè maius eſſe poſſe, & certiſſimum iuuamẽtum,
quã nocumentum tunc in ἀπυρέξῳ propoſita poſſet irritare ſanguinem è naribus gutta-
tim, & ſenſim fluentem, permittereq; tantam ſanguinis copiam exire quouſq; ægrotus,
ſurditate, & torpore liberatus eſſet, Hippoc. imitando, qui caput aqua calida abluit:
quamuis tamen exiſtimem in hac ſanguinis irritatione inter alia nocumenta euenire
poſſe, vt ſanguis tam copioſè excitetur, vt compeſci amplius nequeat, quod non rarò
obſeruatum eſt, inde ægrotantes miſerè ſanguinis profluuio perijſſe, quamobrem non
poſſum probare Io. Baptiſtam Syluaticũ, alioquin virum præſtantiſſimũ, ſcriptoremq;
& Medicum elegantiſſimum, ſcribentem faciliùs Hippoc. ſanguinem è naribus excitaſ-
ſe in Methone, quòd confidebat ſe poſſe illum facilè compeſcere, etiam ſi impetuoſè
fluxiſſet; non enim animaduertit doctiſſimus vir amplitudinem tertij ſinus duræ
membranæ, qui à regione lambdoidis recta per medium ſincipitis ad ſupremam naſi

oſſium

Digitized by Google

A oſſium cribroſorum regionē delatus,plures venę ramificationes cauitati narium offert, quæ vbi dilatatæ ſunt,aut eorum oſcula aperta, aut exeſa vniuerſum ſanguinem ab ipſo ſinu,qui copioſus admodum eſt (nam venæ omnes vtriuſque membranæ cerebri,quæ propemodum infinitæ ſunt, tamquam ad magnum quendam amnem deponunt) exhauriunt,atque euacuant,illæ verò à reliquis venis, vt vix, & cum maxima difficultate compeſci poſſit ſanguis, & aliquando non poſſe ſiſti obſeruatum eſt, non ſine igitur maximo vitæ ægrotantis periculo, in propoſito caſu ſanguis per nares excitari poteſt, vbi verò valenter fluit cum allatis à Galeno circumſtantijs,cùm inmodica ſit euacuatio, ſanguinis miſſione reuellendus, ſententia igitur Galeni eſt, vt mittatur ſanguis in fluxu ſanguinis è naribus, non autem in alui fluxu.

Sed dato etiam per fiduciariam reprobationem, quòd ſermo Gal. ſit de alui fluxu, non poteſt reſponderi niſi cum diſtinctione; nam vel fluxus eſt criticus,aut ſymptomaticus,primo modo non eſt mittendus ſanguis ob allatas rationes, ſecundo modo opus eſt adhuc ad ſpeciem fluxus refugere, omiſſiſque alijs omnibus, res ipſa ad diarrhæam,
B & ad dyſenteriam reducitur. Quæ,& ipſa adhuc eſt in duplici differentia,vna eſt dyſenteria propriè dicta,impropriè altera, quæ appellatur cruenta dyſenteria:ſi ſermo ſit de dyſenteria propriè dicta, cùm nihil aliud ſit, quàm inteſtinorum vlcus, pars læſa eſt inteſtinum, in hacque affectione ſanguis exit quidem, ſed non ſolus, verùm aliquando cum eo bilis,aut pituita,aut aduſta melācholia, nonnumquam pinguedo,aut mucoſitas, aut copia puris,vel inteſtinorū ramenta,aut alia pleraque. Hinc eſt, quòd inter grauiores authores excitata eſt lis, alijs dicētibus eſſe mittendum ſanguinem,negantibus alijs.

Qui negant huiuſmodi auxilium, mouentur Gal. authoritate 6. cap. lib. de curandi ratione per ſanguinis miſſionem,qui conſilium perpetuò obſeruandum dedit, quod eſt debere Medicum animaduertere virtutem non modò præſentem, ſed futuram proſpicere, at cùm in dyſenteria propriè dicta multa ſint, quæ viribus officere poſſunt, vt alui fluxus, tormina vlceroſa, mordicationes inſignes, quibus ægrotantes ſæpè è lecto reſurgere coguntur, inde virium robur facilè periclitari poteſt, at multò magis ſi ſan-
C guis mittatur; iſti enim conſiderant dyſenteriam, vt talis eſt, quæ non eſt indicans ſanguinis mittendi, deinde, & ſymptomata, quæ contraindicant,& tandem virtutem,quæ non tolerat,nec permittit ſanguinis miſſionem. Qui verò affirmāt ſanguinem eſſe mittendum, & ipſi mouentur ſuis fundamētis ab eodem Galeno deſumptis, qui docet eſſe mittendum ſanguinem, quando indicans mittendi ſanguinis eſt præſens, necnon & adeſt permittens, nempè virium robur.Indicans ſanguinis miſſionis duplex eſt, vnum eſt ſanguinis plenitudo, aliud immodicus ipſius fluxus, ſi primo modo,indicatur ſanguinis miſſio, vt eſt auxilium euacuatorium, ſi ſecundo modo,indicatur vt remedium reuulſorium, permittens verò eſt virtus,quæ valida ſit: vbi igitur indicatur, & toleratur ſanguinis miſſio, ea facienda, circunſtantijs omnibus rectè, & vt decet, perpenſis, coindicantibus, & contraindicantibus conſideratis.

In dyſenteria verò cruenta, ab Hippocrate, & Galeno ita appellata 4. de articulis. 8. de comp. med. localium cap. 7. & alibi, hoc eſt hepatica, quæ eſt affectio iecoris,in qua ſanguis ſolus ſemper exit, nonnunquam ſola quantitate peccans, quemadmo-
D dum in his, quibus artuum aliquis abſciſſus eſt,vel qui excretionem amiſerunt per circuitum repetentem, aut qualitate, & eſt quando ſanguis loturæ carnis ſimilis exit, vel quādo melancholicus,ſplendenſque euacuatur, in quibus omnibus ſi adfuerint quatuor illæ conditiones,quæ in hoc commentario ſcribuntur, nempè morbus ſit in principio, valida ſit virtus,adſitque corporis plenitudo,denique & validè euacuetur ſanguis, tunc adeſt ſanguinis miſſionis duplex indicans,nempè plenitudo ſanguinis,& eiuſdem fluxus immoderatus, ſimulque, & robur virium præſens eſt, quare vbi hæc duo adfuerint, nempè indicans, & permittens, eſt mittendus ſanguis: vbi verò non adſint, non eſt, vt cogitare quis poſſit de ſanguinis miſſione, cùm neque indicetur, nec tolerari poſſit.

Et hæc ſunt clariſſime,& elegantiſſime Pizzute, quæ circa problematum propoſitorum deliberationem dicenda viſa ſunt mihi, quæ ſi tuo arridebunt guſtui, multum me lucratum eſſe liberè fatebor, ſin minus eadem (qualia ſint) pro animi mei in tui obſequium propenſi ſignificatione, vt recipere non graueris, te etiam atque etiam rogo. Vale & quemadmodum tuam benignitatem obſeruo, ita me amare pergas velim.

Digitized by Google

Epiſtola ſecunda. B

Illuſtri admodum Ioanni Zecchio Medico, ac Philoſopho Bononienſi Præſtantiſſimo.

SCribis (vir præclariſſime, noſtræque patriæ ſplendor, & ornamentum) te ab amico quodam habuiſſe, meo conſilio curatum fuiſſe iuuenem quendam in capite vulneratum non ſeruata methodo, quam in huiuſmodi magnis morbis ſeruari eſt opus; quocirca à me perquàm amicè petis, vt hac de re quamprimùm te certiorem faciam, vt veritate perſpecta, ſi quis in poſterum de ea ſermo inciderit, poſſis meæ dignitati conſulere. Mihi quidem, quòd ſemper in votis habui tibi, quoad poſſem, gratificari, nihil iucundius contingere potuit, quàm quòd nactus ſim occaſionem animum in te meum manifeſtandi. Sed priuſquã tuæ petitioni ſatisfacere incipiam, gratias maximas ago, quòd mihi ſignificaueris velle te meas tueri partes, ſi quando exorietur quæſtio F de caſu, quem ab initio enarrandum aggredior.

Primùm igitur locum vulneris, & quid in eo læſum, compertum fuerit, qualeque omninò, & quàm graue illud fuerit tibi exponam: deinde quam curandi rationem propoſuerim, & quia nonnullis viris excellentiſſimis aliam rationem ineundam eſſe viſum fuit, quibuſnam rationibus ipſi adducti in eam ſententiam deuenerint, & quibuſnam ipſe meum inſtitutum confirmauerim, tibi planè enarrabo, & tandem quonam modo curatio hæc euaſerit. Vulnus in carne ſatis amplum, longum, profundumque obſeruatum fuit ad os vſque perueniſſe, & ſpecillum impoſitum me præſente iudicauit ſectionem in oſſe ſuperficie tenus factam fuiſſe in ea capitis oſſis parte, quæ ſinciput vocatur, in ſiniſtro tamen eius latere ſectio ſuturam coronalem interſecans nonnihil os frontis attingebat, inferiùs verò, qua iam dictum os temporis oſſi adiacet, non valde diſtans videbatur ab ea ſutura, quam lambdoidem vocant. Porrò autem muſculus temporalis ſiniſter in principio ſui ortus tranſuerſim ſectus ex vulnere erat, venæ etiam, ac magnæ arteriæ eius ſubſtantiam percurrentes ex toto ſectæ, ex quibus ſanguinis ingens copia G impetuoſè admodum extra ferebatur: pro cuius cohibitione medicamenta idonea appoſita ſunt abſque tamen alia manuum operatione, nempe abſque vulneris dilatatione, aut pericranij ſeparatione ab oſſe ſubiecto, in quo ſedes teli apparebat.

Idque factum fuit hac intentione, vt vulnus per vnionem curaretur abſque oſſis abraſione, decentique facta (vt eo & loco, & tempore fieri potuit) deligatura, ſanguinem impetuoſè fluentem cohibuimus. Sequenti die ad hunc eundem vulneratum celeberrimi Medici acceſſerunt, quibus ego vulnus, partem affectam, omniſque ſymptomata, quæ conſequuta erant, declaraui, duoque nobis eſſe timenda (quantum ego viderim) admonui, ſanguinis videlicet fluxum, nec non conuulſionem. Vt igitur ſanguinis fluxus ſuſpicio tolleretur, in ſequentem, hoc eſt tertium, diem ex communi ſententia reiecta eſt albuminum ablatio, duobus autem hiſce diebus nullum vulneratus dolorem ſenſit, totamque noctem dormiuit. Cùm tertia iam adeſſet dies, & Medici, quos dixi, mecum ægrum inuiſerent, ablatis albuminibus vniuerſum vulnus grumoſo ſanguine repletum inuentum eſt, placuit tunc vni ex ipſis immittere ſpecillum, qua immiſſione deprehen- H di ſatis poterat ſedes teli, ſeu ſectio, qualem dixeram, placuit tamen illi etiam pericranium à cranio vnguibus, ac ſpecillo diuellere, ac ſeparare, vulbuſque vniuerſum penicillis ſtupeis dilatare violenter, quo factum eſt, vt ex hac operatione dolor ingens tum per totam lateris affecti maxillam, tum quoque per vniuerſum caput ſit conſequutus: quare nobiſcum ſequenti die mane ad ipſum accedentibus conqueſtus eſt nunquam ſe per noctem quieuiſſe, perpetuoque dolore cruciatum fuiſſe, atque adhuc cruciari: ſed hora etiam veſpertina denuò nobis eum inuiſentibus eundem dolorem pati ſignificauit.

Ad curationem igitur vbi ventum, abraſum vulnus fuit circumcirca, vniuerſaque teli ſedes hac abraſione leui admodum negotio ablata eſt. Cùm autem ſequenti die dolorem adhuc perſeuerantem, nec dormiſſe ægrotantem nocte tranſacta, & ab ipſo, & ab aſſiſtentibus intelligeremus, veſperi vna conuenimus, vulnereque detecto ſcalpris

abraſo-

A abraſorijs os adhuc abraſum eſt tantiſper, vt rima, quæ apparebat, de medio tolleretur, quam cùm ego non rimam, ſed futuram coronalem eſſe cognoſcerem, quæ deorſum ad latera deſcendens rimæ exiguæ, ſeu potiùs lineæ cuiuſdam figuram præſeferebat, admonui collegas non licere ampliùs operari: contra eſſe rimam apertiſſimè conſpici aſſerebant, proinde abraſione delendam, quam tamen abraſionem cùm aggreſſi eſſent, ad finem non perduxerunt mutatæ operationis conſilium diſſimulantes.

Sed deceptos fuiſſe eos à futuris mirum eſſe non debet, cùm Hipp. Medicinæ parens ſe in Antonomi vulnere deceptum fuiſſe fateatur, quem ſummis laudibus Cornelius Celſus extollit, quippe qui magnorum virorum more fiduciam magnarum rerum habentium memoriæ prodidit ſe ſuturas non collimaſſe; lenia enim ingenia, inquit Celſus, quia nihil habent, nihil ſibi detrahunt, magno ingenio, multaque nihilominus habituro conuenit etiam ſimplex veri erroris confeſſio, præcipueque in eo miniſterio, quod vtilitatis cauſa poſteris traditur, ne qui decipiantur eadem ratione, qua quis ante deceptus eſt. Sed ad rem, in cæteris vulnus decenter curatum eſt, ſequenti verò die

B hora matutina, vt moris eſt, ad vulneratum denuò accedentes ipſum dolore affectum fuiſſe intelleximus; mitiùs tamen, quàm in reliquis duobus diebus, ac noctibus proximè præteritis; non enim omninò remiſerat, ita vt vulneratus quiete dormire potuerit, quod quidem audientes clariſſimi Medici, quia etiam eum intenſè febrire obſeruabant, veſperi omninò os ad membranam vſque perforandum eſſe propoſuerunt; nec enim ampliùs immorandum, ſed ante ſeptimum perforationem oſſis eſſe adminiſtrandam.

Duplex autem modus perforationis ab ipſis proponebatur, alter vt os ſcalpris abraſorijs ad membranam vſque raderetur, alter vt terebra perforaretur; quibus ego cùm in hoc caſu noſtro nullam ex propoſitis operationem conuenire oſtendere conatus eſſem, veſperi vna nobis conuenientibus factum eſt, neſcio quo miraculo, vt perforationis nullus amplius ab his habitus ſit ſermo, ac ſi nunquam hac de re vlla facta mentio fuiſſet, in reliquis ergo vna à nobis curatum eſt vulnus. Vel cæcus igitur videat clariſſimos viros verbo tantùm à me diſcrepãtes in meam re vera ſententiam iuiſſe; neque

C tamen eorum operationes, aut factas, aut ad faciendum propoſitas temerè, & abſque ratione dicere auſim; nihil enim, vt verum fatear, abſque ratione in hac cura geſtum eſt: ſed quam ob cauſam prima oſſis abraſio, eiuſdemque detectio facta, atque ab eodem ſuum ſeparatum fuerit tegumentum, quibuſque rationibus ducti exiſtimarint grauiſſimi viri ad membranam vſque eſſe os perforãdum ad te ſcribere minimè grauabor.

Abraſionis factæ ratio deſumpta fuit ex timore, ac ſuſpicione rimulæ alicuius inconſpicuæ, aut contuſionis in oſſe contractæ, aut ſolius alicuius contuſionis, quæ læſiones in oſſe factas, aut ſedes teli comitari ſolent, & cùm minimè oculis noſtris ſubijciantur, ſæpius timendæ ſunt, quandoquidem ad interitum clam ducere vulneratos ſolent. His enim neglectis fieri poteſt, vt in ijſdem guttatim, ac ſenſim vulneris ſanies coaceruetur, quæ deinde deorſum ad membranas, atque cerebrum percolata putreſcens cerebrum, atque einſdem membranas, vt inflammentur, ac putreſcant, efficit, quod ſi contigerit, malè perit æger, nullumque inde ſperandum pro eo auxilio. Cæterùm hæc eadem materiæ colluuies in oſſis ſubſtantiam colligi, atque ab eo imbibi fa-

D cilè poteſt, qua deinde os purulentum fiat, ac mors tandem ſequatur. Vt igitur prauis hiſce ſymptomatibus ſuccurreretur, tentandum videbatur has ipſas læſiones latentes ſcalpris abraſorijs detegere, cùm nulla alia ſit ratio, vnde huiuſmodi fracturæ nobis innoteſcant ex Hipp. decreto, propterea vt in hoc caſu omnis tolleretur de his affectionibus ſuſpicio, iure facta fuit oſſis abraſio.

Cùm verò nulla in oſſe decenter fieri poſſet operatio, niſi hoc ipſum priùs detegeretur, neceſſe etiam fuit illud tegumentum immediatum, quod pericranium appellatur, aut vnguibus, aut aliquo alio inſtrumento idoneo ab oſſe ſeparare, tantamque ſibi parare viam, vt citra pericranij contactum poſſet, vt expedit, tutò, ac citra dolorem fieri operatio; pericranium enim ſi tangitur, graues dolores, ac inflammationes afferre ſolet. Vt igitur hæc euitentur incommoda, iure Medicus operaturus amplam viam ad tutam operationẽ ſibi ipſi ſternere debet, & hæ ſunt rationes ſeparationis pericranij à cranio, nec non & abraſionis in oſſe factæ. Perforationis verò propoſitæ, quæ tamen nullo-

nullomodo celebrata eſt, ratio deſumebatur ex ſuſpicione alicuius materiæ, quæ intus E
in oſſe colligeretur, quamobrem vt exitus illi daretur, omninò os perſorandum,& hoc
merito agendum videbatur, cùm grauiſſimi viri hunc iuuenem intenſè febrire obſeruarent, doloremq́ue capitis perſeuerantem viderent.

Iam verò duplex modus, ac via ab his proponebatur, quo aliquid in membranis, & cerebro colligi poſſet, vnus modus eſt per rimam aliquam, quæ contrahi facilè poteſt, in interna ſcilicet oſſis lamina, licet nulla in externa contracta apparuiſſet; per hanc enim inconſpicuè ad membranas intus, atque cerebrum effundi poteſt ſanies. Itaque vt omnis huius tolleretur ſuſpicio, ſatiùs ducebant ſcalpris abraſorijs os ipſum ad membranam vſque perforare. Alter, & ſecundus modus, quo aliquid colligitur in membranis, ac cerebro, eſt per vaſis alicuius dilacerationem, aut abruptionem; ſanguis enim ab aliquo vaſe effuſus, ſenſimq́ue in membranis, ac cerebro collectus putreſcit, cùm ſit extra propria conceptacula. Ne igitur colligi poſſit, ſed exterius ducatur, os ipſum terebra perforandum venit; hac enim via tutiùs agimus, quandoquidem os
ipſum ſenſu omninò deſtitutũ eſt, vnde licet quamcunq; operationem impunè exerce- F
re, quæ etiã ſi fruſtra fieret, nullum hinc tamen incommodum euenire poſſet, quocirca tutiores reddimur, imminentiaq́; pericula præcauemus,& hæ ſunt rationes, quibus viri clariſſimi os ipſum perſorandum eſſe contendebant, quas conſiderandas propono.

Ratio quidem abraſionis veriſſima eſt, & ſemper valere debet, vbi ſuſpicio ſit rimulæ alicuius latentis, & contuſionis, aut ſolius contuſionis: verùm ſunt aliquæ caluariæ fracturæ, in quibus nulla ratione dubitandum de his eſt, qualis eſt ſimplex ſedes teli, aut ſimplex oſſis ſectio, in qua nullo modo abraſionem tentare expedit, vt quando curatio nobis ſuſpecta eſt. Hanc verò ſimplicem eſſe oſſis ſectionem mihi coniectare licuit à vulnerante, à telo, à loco, ab ictu, nec non & ab accidentibus; vulnerans enim caſu, non ex induſtria vulnerauit, idq́ue telo longo, leui, atque acuto (erat enim leuiſſimus enſis) & tantùm vulneratus à vulnerante diſtans erat, quantum vulnerati brachium, & enſis longitudo metiri poſſunt, quandoquidem ille enſe ſtricto punctim quoque aduerſarium tetigit, in loco plano, prorſuſq́ue æquali. Ex his omnibus conie-
cturam rationi conſentaneam feci non poſſe rimas, aut contuſiones aliquas huic ſedi G
adiunctas reperiri; tela enim leuia, ac ſcindentia ſecant, non contundunt.

Addo, quòd nullum accidens conſequutum fuit, ex quo metuendæ mihi eſſent læſiones iam dictæ; clarum eſt enim in terram nullo modo cecidiſſe ægrum, niſi quòd ob pallij illius inter crura implicationem vnico genu terram tetigit; nullum ſoporem paſſus eſt, nec caliginem, ſeu oculorum obcæcationem, nullamq́ue vertiginem, ſed forti admodum animo ſcalas deſcendit, atque à gymnaſio in tonſtrinam vſque, vt curaretur, proprijs pedibus eſt profectus. Cùm igitur nulla probabili coniectura arguere, aut vereri poſſem læſiones iam dictas, hoc eſt rimam, aut contuſionem, duxi potiùs vniendum eſſe, quàm aperiendum. Fruſtra propterea apertionem, imò etiam pericranij ſeparationem factam arbitror, primùm quidem, ac præcipuè, quia in vitæ diſcrimen vulneratum adduxerunt, quod ſubire omninò videntur hi, quibus in muſculi temporalis regione, ac in muſculo ipſo huiuſmodi adhibetur operatio: deinde propter imminens ſanguinis fluxus periculum ob magnas venas, & arterias, quæ diuelluntur, ac
lacerantur. Adde etiam conuulſionis metum; nam nerui à principio muſculi tempora- H
lis ab oſſe exeunt, qui lacerati, ac diuulſi, quod diximus ſymptoma, inferre ſolent.

Sed neque etiam, quod de aperiendo, ac perſorando oſſe ad membranam vſque cogitabant, probare poſſum, quam quidem perforationem, quoniam hi rationibus ſuperiùs commemoratis defendere nituntur, nunc quantum eæ in hoc caſu valeant, videamus. Primùm quidem, quod ad rimam in interna oſſis lamina ſpectat, dico maximum eſſe dubium, an ipſa fieri poſſit, lamina oſſis externa illæſa manente. Sed demus, quòd fieri poſſit; Falloppius enim ſe hoc vidiſſe teſtatur in ſcholari quodam Brixienſi, qui in poſtica capitis parte inſigne quoddam vulnus acceperat. Dum verò Falloppius abraderet os, cogitauit ad duram vſque membranam abraſionem ducendam, vbi in interna oſſis lamina ſatis magnam ſe reperiſſe rimam confitetur, quod tamen non primus, vt ipſe profitetur, reperit, ſed ante ipſum Ioannes à Vigo, & longè ante ipſum Leonardus Bertapalia ſe vidiſſe atteſtantur.

A Demus tamen hanc rimam poſſe fieri: eam tamen à telo graui, & contundente, & ab inſigni læſione duo hi poſtremi authores fieri dicunt. Et quamuis Falloppius fatetur in ſuo ſcholari factam fuiſſe à telo ſcindente, illud tamen graue fuiſſe ipſemet ſcriptum reliquit, quamobrem veriſimile, maximeque rationi conſonum eſſe exiſtimo Falloppium validam coniecturam habuiſſe innixam, aut accidentibus ſuperuenientibus huiuſmodi vulneribus, aut alijs, à quibus ſumitur ſcalpendi indicatio, quandoquidem in ſimplici ſede teli nihil prorſus tentandum idem ipſe docet, quod ad manuum ſpectat operationem; non enim abs re eſt exiſtimare Brixienſem illum ſcholarem ex vulnerantis induſtria vulneratum fuiſſe cum gladio breui, ac graui in capitis poſteriori parte. At noſter æger telo leui, longo, acuto, vt ſupradictum eſt, fuit ſauciatus, nec ex vulnerantis induſtria: præterea nulla praua accidentia ſubſequuta ſunt, quorum ratione nobis ſuſpicandum venerit internam oſſis capitis laminam rimam contraxiſſe. Iure igitur Falloppius ad abraſionem oſſis confugit ad membranam vſque, nos verò hanc in noſtro caſu euitaſſe cum ratione arbitramur.

B Quod ad vaſis abruptionem ſpectat, quæ erat ſecunda ratio ad confirmandam oſſis perforationem, non poſſum ſatis mirari viros alioqui clariſſimos, qui in hoc noſtro caſu ſuſpicantur alicuius vaſis diſruptionem, cùm Cornelius Celſus huius rei primus inuentor rariſſimè hunc caſum accidere teſtatum reliquerit, qui tamen à noſtro longè diſtat ratione, & efficientis, & modi, quo euenit, & accidentium ſuperuenientium, & partis affectæ, & curationis ipſius, quam Cornelius proponit. Vt verò res ipſa omnibus conſpicua appareat, huius ſubijcienda ſunt verba. *Raro, ſed aliquando tamen euenit, vt os quidem totum integrum maneat, intus verò ex ictu vena aliqua in cerebri membrana rupta aliquid ſanguinis mittat, iſque ibi concretus magnos dolores moueat, oculos quidem obcæcet, ſed ferè id contra dolor eſt, & eo loco cute inciſa pallidum os reperitur, ideoque, & id quoque os excidendum eſt.* Ex his Cornelij verbis apparet telum eſſe oportere graue; non enim ex ictu à leui telo venam vllam in parte interiori diſrumpi probabile eſt, & non modò graue, ſed etiam contundens, quia ſi graue ſimul, & ſcindens eſſet, os integrum non maneret, at in noſtro caſu telum fuit & ſcindens, & leue; deinde in caſu,
C quem proponit Celſus, integrum eſt os, in noſtro non integrum. Addo, quòd in illo dolor vrget contraria parte ab ictu, in hoc dolor ad partem vulneratam, vt ſupra dictum fuit: in illo eſt cæcitas oculorum, quæ in noſtro caſu non accidit, quare hunc ipſum omninò diuerſum eſſe ab eo Cornelij omnibus notum eſſe exiſtimo: non eſt igitur timendum de vaſis alicuius ruptione in membranis in caſu à nobis cõmemorato.

Sed demus etiam, quòd iure de alicuius vaſis abruptione nobis timendum fuiſſet, inquirendum adhuc nobis eſſet, quanam in parte id contigerit, an ſcilicet in parte propè vulnus, an in alia remotiori, an verò in oppoſita à vulnere; non enim maior ratio eſt vnius, quàm alterius partis. Rurſus verum vas iſtud ruptum ſit in interna ſuperficie, quà piam hæc membrana reſpicit, an verò in pia, quæ immediatè cerebrum amplectitur, an ſubſtantia cerebri; poſſibile enim eſt (cùm venæ multæ in omnibus hiſce partibus adſint præcipuè in pia, vt Anatomicis manifeſtum eſt) vt illis quoque in locis ex ictu frangantur. Si in dura membrana, quæ immediatè vulneri ſubijcitur, euenerit, non inficior ſanguinem perforato cranio exitum habere poſſe, ſed Cornelius Celſus vult
D ex oppoſita parte à læſione id euenire, vbi ſi dolor ingens ex ſanguine concreto adfuerit, nec non & oculorum obcæcatio, iubet cutem eſſe excidendam, oſque perforandum, ſi illud pallidum reperiatur. Sed in noſtro ægro nullum ex his ſymptomatibus conſequutum fuit præter dolorem ex operatione excitatum, conſtat igitur nulli horum vaſorum fracturam accidiſſe.

Sed demus etiam hæc ſigna apparuiſſe, quæ videlicet in aliqua parte ex dictis ſanguinem grumoſum, aut ſub membrana dura, aut pia, aut cerebro, aut in alia aliqua parte à vulnere remotiori contineri demonſtraſſent, fruſtra (ſi rectè iudico) facta fuiſſet in oſſe perforatio; nam ſi ſub membrana dura collectio ſanguinis grumoſi facta fuiſſet per membranam, vt extraheretur, omninò impoſſibile fuiſſe arbitror, cùm hæc ipſa adeo craſſa ſit, atque dura, vt mediam quandam naturam ſortiri (quod ad craſſitiem, & duritiem ſpectat) inter os, ac piam membranam vbique teſtatus fuerit Galenus, multò minus vbi ſit ſub pia, atque in cerebro. Nullius igitur vſus eſſe poſſet apertio

oſſis,

oſſis, niſi vbi vena rupta ſit in membrana dura, qua parte cranium ſpectat (id tamen E
contingere minimè poſſe iam oſtendimus) vt tacitè innuiſſe videtur Celſus, vbi in-
quit, aliqua vena in membrana rupta; vnius enim ſolummodò mentionem habuit
membranæ, per hanc intelligens eam, quæ immediatè oſſi ſubijcitur. Nam ſi in hac id
contigerit, per oſſis perforationem ſanguinem extraduci poſſe arbitratus eſt: tacuit
verò in pia, atque cerebro, cùm indicaſſet per oſſis perforationem extraduci minimè
poſſe grumoſum ſanguinem.

Addo, quòd vbi dolor ingens ex ſanguine grumoſo, atque oculorum obcæcatio
apparuerint, docet Celſus priùs excidendam eſſe cutem: ita vt vbi hæc duo ſympto-
mata adſint, perpetuò ex eius placitis ſecanda veniat cutis, oſque explorandum, quod
ſi pallidum inueniatur, ſtatim excidendum tradit. Vbi verò adſint hæc duo ſymptoma-
ta iam commemorata, cuteque exciſa, os pallidum ſi minimè reperiatur, quid agen-
dum veniat, tacuit Celſus iſtud membrum, vt pote qui iudicaſſet caſum omninò de-
ploratum; hiſce enim duobus exiſtentibus ſymptomatibus, cuteque inciſa, nec pallido
oſſe inuento facilè coniectare licet ſanguinem grumoſum ſub membranis, ac cerebro F
contineri, quo nomine pallidum os non redditur, quemadmodum vbi immediatè ſub
oſſe reperitur, qui ſanguis grumoſus putreſcens os quoque putredine afficit; nam ve-
næ, quæ hac in parte à dura membrana exeunt pro oſſis nutritione, obſtruuntur, ali-
mentumque oſſi hac in parte minimè afferre poſſunt, quo fit, vt os ipſum proprio de-
ſtitutum alimento, pallidum, & quaſi emortuum reddatur. Iure igitur vbi pallidum
apparet os, illud excidendum venit, vbi verò non, neque eius perforationem tentare
oportet, cùm hac via morbus haud profligari poſſit. Si itaque in caſu noſtro ſanguis
grumoſus in pia, aut cerebro collectus eſſet ex vaſis abruptione, fruſtra ad eum extra
ducendum os perforatum fuiſſet, multoque magis ineptè, atque inconſultò, ſi in alijs
remotioribus locis à vulnere id contigiſſet.

Nec obſtat Hipp. vbi inquit naturam validam pro materiebus expellendis viam in-
uenire, quamuis materia craſſa ſit, locaque anguſtiſſima; veriſſima quidem eſt hæc
ſententia, ſed in caſu noſtro locum non habet, cùm calor naturalis membranarum, ac
cerebri ex oſſis detectione, & eiuſdem perforatione langueſcere neceſſe ſit; vnde non G
poterit ab inualido, ac languente calore ſanguis grumoſus foras expelli, aut diſſipari.
Sed quòd in hoc caſu oſſis perforatio fuerit prætermittēda, non eſt difficile oſtendere.
Quamuis enim per ſe nullum ſenſum os ipſum habeat, poſſunt tamen multa ex hac
operatione oriri incommoda. Primùm quidem fruſtra cruciantur ægri, atque in vitæ
diſcrimen ponuntur; labia enim vulneris propter longam operationē detecta aëri fri-
gido exponuntur, quamobrem incrudeſcere poſſunt; vlcus verò, aut vulnus, quod in-
crudeſcit, non parum moleſtiæ exhibet; aliquando ſiquidem febrem inducit, quæ Me-
dico negotia, ægroto verò non minus periculum affert, vt in proœmio de vulneribus
capitis ex Hipp. legitur. Secundum abſurdum ex oſſe accipitur; os enim ipſum inflam-
mari poteſt, vt ex eodem Hipp. libro habetur, vbi inquit poſſe os pati omnia mala,
quæ patitur caro. Addo, quòd eademmet ratione Hipp. docens operandi modum in
oſſe dixit terebellum ſæpius eximendum eſſe, & aquæ frigidæ immergendū: poſt Hipp.
verò alij in oleo roſaceo, alij in lacte infundendum eſſe docuerunt, ne videlicet ex
operatione os incaleſcat. His accedit, quòd venæ quamplures, atque arteriæ in cauer- H
nulis oſſis capitis reperiuntur, quæ ex illa frictione, atque attritione, quæ fit, incaleſce-
re, ac inflammari poſſunt, vnde inflammatio membranis cerebri ob conſortium, quod
cum illis habet, poteſt communicari.

Ex his ergo clarum eſſe puto non niſi maxima exigente neceſſitate ad oſſis perfora-
tionem, etſi illud non ſentiat, deueniendum eſſe, alioqui ſi omnes, quibus caluaria ad
membranas vſque perforatur, manerent incolumes, eſſem & ego huius ſententiæ, vt
tutiùs ageretur os ipſum omninò ad membranas vſque perforando; verùm cùm non
ſolùm hac perforatione ſaluti nihilò magis conſulitur, imò potiùs pleroſque perfora-
torum interire obſeruemus, hanc operationem vt periculoſiſſimam prorſus deuitarē,
niſi fortè alia via non ſuperſit, qua malum ab ægrotante propulſemus; tunc enim hoc
remedium neceſſitate compulſus omninò adhiberem, cùm extremis morbis extrema
remedia optima ſint. Cæterùm ex hac operatione in longū nimis protrahitur curatio,
quando-

Digitized by Google

A quandoquidem oſſis exempti loco caro ipſa generari debet, & tandem ad naturam oſſis reduci, id quod non niſi longo temporis ſpatio contingit. Ad hæc non ita tutò conſeruatur ea parte cerebrum, quemadmodum ſub proprio oſſe, id quod nemo ſanæ mentis negauerit. His igitur de cauſis patere arbitror iure ab oſſis perforatione in propoſito caſu nos ipſos abſtinuiſſe. Verùm vt noſtræ huius ſententiæ veritas magis eluceſcat, dignum eſt, vt videamus, quid Hipp. ſentiat, quem clariſſimi Medici ſequi profitentur, quod vt fiat, nonnulla priùs ex eodem Hipp. ac Gal. mihi ſupponenda veniunt.

Primum eſt, quòd illud os, quod ab enſe ſectum ſuppoſuimus, muſculi videlicet principio ſubiectum, cuique temporalis muſculus nerueo, ac carneo principio connaſcitur, duplex eſt, vtrinque videlicet vnum, quæ duo oſſa ſincipitis appellantur, hæcque ambo in media prorſus capitis parte ſutura coniunguntur, quam communis Medicorũ ſchola ſagittalem appellat; anterius verò oſſi, quod coronale dicunt, per ſuturam coronalem adnectuntur, poſteriùs per eam, quam lambdoidem appellant, oſſi occipitis con-
B nectuntur, ad latera denique temporum oſſibus per ſuturas, quas lepidoides vocant; in hac autem parte hæc oſſa ſincipitis, ſecus quàm cum alijs oſſibus, coniunguntur, ſiquidem hæc ipſa attenuata magis dum ad latera deorſum deſcendunt, oſſa temporum ſubintrant. Omnes porrò ſuturæ iam dictæ ſerræ cuiuſdam figuram æmulantur; oſſa enim veluti per dentes quoſdam, & cauitates ſimul coniunguntur, ita vt modò in vno, modò in alio & dentes, & cauitates reperiantur exteriùs tantùm, quæ ſeſe mutuò recipiunt, his exceptis quæ lepidoides, vt dixi, appellatæ ſunt, in quibus & ſi dentes videantur, horum tamen complexu non coniunguntur, ſed ſquamarum inſtar hæc oſſa agglutinantur, & excepta etiam ſutura coronali dum ad latera deorſum deſcendit, vbi non ampliùs ſerræ formam retinet, ſed rimæ cuiuſdam exiguæ inſtar oſſa ſimul coniungit, hæcque non niſi in Anatome exercitatis conſpicua redditur.

His accedit Hipp. in lib. de vuln. cap. docuiſſe caluariam, quæ ſex oſſibus conſtat, duobus ſincipitis, coronali vno, occipitis alio, & duobus temporum, frangi quinque modis. Primus eſt rima, ſeu fiſſura, quæ eſt ſolutio continui in oſſibus capitis à telo gra-
C ui, & contundente facta, cuius partes circumiacentes contuſionem patiuntur. Secundus eſt contuſio, ideſt latens caluariæ ſolutio continui à telo graui, & contundente, in qua caluaria ſuperficie tenus ſuam ſeruat naturam. Tertius eſt introceſſio, manifeſta ſcilicet continui ſolutio eiuſdem caluariæ à telo contundente, ac graui facta, in qua os à ſuo ſtatu naturali mouetur introcedens, in quo receſſu neceſſe eſt rimam contrahi. Quartus eſt ſedes teli, ideſt ſolutio continui patens, ſeu inciſio in oſſibus caluariæ à telo ſcindente facta, in qua teli vulnerantis veſtigium remanet, oſſque præter inciſionem ſuum ſtatum ſeruat naturalem. Quintus eſt infortunium, & eſt quando ex alia capitis parte rima in oſſe contrahitur, ſiue oppoſita ſit, vt quidam putarunt, ſiue in eodem oſſe, diſtans tamen à vulnere; vocatur autem infortunium, quòd cùm euenerit à Medico cognoſci, ac curari minimè poteſt.

Sed liceat mihi per tuam humanitatem hoc locò tantiſper digredi circa hunc læſionis modum propoſitum, quem vix credere poſſum fuiſſe à diuino illo Hipp. ingenio excogitatum, à quo nihil vnquam Gal. dicente fuit aliquid perperam ſcriptum; in cuius
D quidem doctrina nullum verbum, vt ita loquar, reperiri poſſe puto, quod vndequaque artificio medico non ſcateat, aut arcanum quoddam non contineat, non modò Medicis proficuum, verùm ſaluti humanæ neceſſarium, quaſi ab aureo illo oraculo afflatum. Cùm igitur ex propoſita ſententia nihil habeamus, niſi caſum deploratum, cui ars minimè opem ferre poteſt, ita vt natura humana, cuius ſaluti tantopere ſtuduit Hipp. nunc omni auxilio deſtituta interitui permittatur, propterea non poſſum perſuaderi eam fuiſſe ab hoc tam docto viro ſcriptam, ad cuius rei euidentiam me ad tuum ſaltem, & aliorum excitanda ingenia oſtendere conabor hanc ſententiam non ſapere ſuum Hipp. quod ſic demonſtro.

Hippocratis hunc caſum minimè obſeruauit, aut vidit, ergo neque eſt dicendum eum in hac materia aliqnid ſcripſiſſe, quod non agnouerit; id enim de diuino hoc, ac tam veridico viro excogitare nefas ſanè eſt. Quod antem talem caſum non viderit, ex eo conijcitur, quia non tradidit nobis aliquem modum, ac methodum, per quam poſ-

ſemus duci in cognitionem ipſius, ac inde rectum præſagium de eo ferre, atque rectam B
inſtituere curationem, quemadmodũ in omnibus alijs morbis fecit. Non enim eſt aſſe-
rendum in hoc ſolo caſu eum ſui, & ſuorum ſcriptorum immemorem nullum ſignum,
nullum ſymptoma in medium attuliſſe, quo poſſimus deuenire in cognitionem pręſen-
tis caſus; nam in lib. de vuln. capitis docet modum cognoſcendi alias læſiones in oſſe
factas cute detecta, & oſſe læſo à coniecturis deſumptis à vulnerante, telo, ictu, ab ac-
cidentibus ſuperuenientibus, nempe vertigine oculorum, caligine, ſopore, caſu, & ex
ijs, quæ æger reſpondet, à quibus omnibus coniecturas eſſe accipiendas tradit, vt inde
latentes, abſtruſas, & ferè cognitu impoſſibiles in oſſe factas rimas Medici cognoſcere
valeant. Itaque omni proculdubio ſi cognouiſſet propoſitam læſionem, demonſtraſſet
aliquod ſignum à ſe obſeruatum, quo Medici diſtinguere poſſent affectionem, & par-
tem affectam, ſed ſcribit eſſe infortunium, quod, quando euenit, non poteſt à Medico
nec cognoſci, nec curari, indicium igitur certiſſimum eſt hanc ſententiam non eſſe
Hippocraticam.

Addo Medicos, qui de læſionibus caluariæ, & de earum pariter curatione ſub ipſius F
etiam Hipp. vexillo militantes, nec latum vnguem ab ipſius doctrina recedentes, atque
de calamitoſis, & quaſi deploratis capitis læſionibus loquuti ſunt, ſigna adnotaſſe quæ-
dam, quibus illæ venari poſſent, & earum inſtituiſſe curationem. Inter quos Celſus eſt,
qui (vt ſupra innui) duplicem caſum calamitoſiſſimum proponit, vnus eſt, quando
pars caluariæ oppoſita ei, quæ ab ictu teli vulnerata fuit, rumpitur integra manente
cute: alter eſt, quando ex ictu aliquo vena intus in membrana, à qua ſanguis effluit,
rumpitur: huiuſmodi caſus ſunt difficillimi, & quaſi deplorati, eorum tamen cognitio-
nem, & curationem Celſus docere tentat. Poſſem etiam adducere caſum illum à Carpo
propoſitum, in quo vult fieri læſionem duorum capitis oſſium ad ſuturarum regionem,
quem calamitoſiſſimum eſſe ſcribit, terque ab ipſo obſeruatum, nititur & ipſe afferre
ſigna cognitionis, & ipſius curationis. Ego verò puto talem læſionem fieri minimè
poſſe, ex qua contundantur vaſa exeuntia, & egredientia per ſuturas, cùm vt alias ſum
demoſtraturus, nihil prorſus ab huiuſmodi ſuturis, neque egreditur, neque per eas in-
tus ingreditur. G

Iſti igitur authores Hipp. diſcipuli conantur afferre ſigna, vt cognoſci poſſint hæ læ-
ſiones, at Hipp. omnium magiſter in ſuo hoc caſu propoſito nec affectionem ipſam,
nec locum affectum cognoſcendum docet, imò videtur conſilium afferre, vt detur de-
ſperationi locus, cùm dicat eſſe infortunium, quod cùm contingerit, nec cognoſci, nec
curari poteſt. His igitur moueor ad credendum hanc ſententiam non fuiſſe ab Hipp.
ſcriptã, quibus addere poſſum Hipp. in principio ſecundæ partis huius lib. de vuln. cap.
proponentem caluariæ læſionis modos, vbi ſcribit eos omnes ſub ſe habere varias ſpe-
cies, & differentias, in hoc verò nulla datur ſpecies, aut differentia, quin imò, vt antea
dicebam, nec ipſius eſſentia, nec locus deſignantur, quare hic caſus cum alijs ab Hipp.
aſſignatis non eſt annumerandus. Addo, quòd in omnibus codicibus, qui hactenus ad
meas manus peruenerunt, præſertim in antiquioribus, modus hic læſionis ἕβδομος, ideſt
ſeptimus numeratur: & quamuis à Scaligero πέμπτος, ideſt quintus legatur, & ante ipſum
Vidius ſenior ita emendauerit, non video, qua ratione id ipſi egerint.

Tandem concludo non eſſe opus hoc quinto læſionis modo, cùm ſub quatuor præ- H
dictis omnes læſiones quęcunque imaginari poſſunt, & quotquot ab Arabibus, Latinis,
& Græcis traditæ fuerunt, contineri facilè poſſunt, vt diſcurrenti apparere poteſt, qua-
re iure merito dicendũ eſt quintum hunc læſionis modum non fuiſſe ab Hipp. ſcriptũ.
Accedit Gal. authoritas, qui lib. 4. acutorum in proœmio ſcriptum reliquit libellum
hunc ſuiſſe auctarijs quibuſdam conſpurcatum, quod fortè factum fuiſſe coniectabile
eſt Ptolemæi Regis Aegyptiorum tempore, qui cùm bibliothecam Alexandriæ ædifi-
cari curaſſet, omniq; librorum genere exornari cupiens in maxima veneratione Hipp.
opera ſemper habuit præ cæteris, quæ non modò magno emebat pretio, verùm auri
pondere comparabat, hinc perfidi homines, vt tales libri ponderoſiores fierent, cura-
bant eorum molem auctarijs quibuſdam augeri, vt ab ipſo Ptolemæo maiorem pecu-
niarum, atque auri copiam extorquerent; inter quæ auctaria coniecturis ſupradictis
veriſimile redditur prædictam ſententiam huic libro additam fuiſſe.

Sed

A Sed ad inſtitutum redeo, his modis caluaria frangi poteſt, & vnaquæque innumeras ſub ſe continet ſpecies ſecundùm magis, & minus differentes, quarum omnium cognitionis duplex modus ab Hipp. proponitur, vnus à ſenſu, alter à ratione, ſeu coniectura rationali; ſenſus verò duplex eſt alter viſus, alter tactus,& his deprehendere poſſumus manifeſtas, ac magnas læſiones; alias verò latentes per coniecturam rationalem habere oportet. Docet Hipp. quòd accedentes ad vulneratum debent primùm oculis obſeruare, quanam in parte vulnus ſuſceptum ſit, deinde capillos adnotare, qui circa vulnus ſunt,recteque intueri num illi ſecti ſint à telo,atque intus in vulnere appareant; ex his enim aliquam oſſis læſi coniecturam habere licet. Ad tactum deinceps accedere, vt ſpecillo vulneri immiſſo integram cognitionem læſionis habere poſſimus: his ſenſibus, videlicet viſu, & tactu introceſſio, atque ſedes teli facilè cognoſcuntur; hac eadem via nonnunquam nobis innoteſcit magna,ac patens rima,latens verò, atque capillaris rima,ac contuſio per ſenſum non ita explorari poſſunt,ab alia igitur cognitione accipiendæ ſunt,coniectura videlicet facta ex his,quę reſpondet æger,quę ſpectant ad
B vulnerantem,telum, ictum,locum vulneratum,nec non ad accidentia ſuperuenientia.

De vulnerante inquirendum eſt, num robuſtus ſit, an debilis, vtrum ex induſtria vulnerauerit, an caſu, an telum in vulnerando manu teneret,an ab eo proiectum ſit,an in loco fuerit eminentiori, an plano, & æquali, an inferiori. De telo inquirendum, an longum fuerit, leue, acutum, tenue,an graue, obtuſum,durum,& vndequaque planum: De vulnerato verò videre oportet, an debilis, an robuſtus, quod facilè cognoſcitur: locus autem iam à vulnerante habitus eſt; hic enim ad vulneratum refertur. A modo ictus coniectura quoque accipitur, an videlicet directo,an verò obliquè ſuſceptum ſit vulnus. Sed etiam à parte affecta coniecturam nos facere poſſe idem inſinuat Hipp. quo loco oſſa capitis conferens inter ſe declarat, quodnā inter ea robuſtius ſit, quodue debilius, & quod mediam inter hæc ſortiatur naturam; robuſtius enim os, ac durius faciliùs perferre poterit maiorem læſionem, quàm mollius, ac tenuius; ab ictu enim æquali magis robuſtum minorem patietur læſionem, minorque teli ſcindentis impreſſio in eo apparebit, & re ipſa minor efficietur, quàm in oſſe minus robuſto, ac mollio-
C ri,faciliuſque ſecabitur os mollius, atque tenuius: os verò, quod durius ſit, facilius rimam contrahet, ac contuſionem: propterea vbi in oſſe molliori, ac tenuiori ſectio videtur parua, ictum etiam in eo impreſſum fuiſſe leuem exiſtimandum eſt: at in oſſe duriori, vbi appareat parua ſectio ob eius reſiſtentiam, non ita arbitrandum eſt ictum fuiſſe paruum; ſuæ enim duritiei ratione faciliùs rimam contrahere poteſt; vbi enim maior ſit paſſi reſiſtentia minus teli ſcindentis imprimitur veſtigium; contra verò vbi reſiſtentia minor, vt in oſſe tenuiori, ibi maior eſt, & apparet ſectio.

Hæc omnia Hipp. animaduertenda proponit,vt non apparentium in oſſe læſionum cognitionem habere poſſimus,quandoquidem homo vulnerans robuſtus in loco eminentiori exiſtens ex induſtria vulnerare intendens maiorē facit læſionem in oſſe,quàm ſi debilis in loco plano,aut inferiori,minuſque vbi caſu(& vt dici ſolet ſanguine frigido vulnerat)maiuſque vulnus facit,vbi telum proiectum ſit ad debitam ſaltem diſtantiam, quàm ſi manu ipſum teneret: ita etiam ſi telum durum ſit, planum, graue, magis os ipſum lædet, quàm ſi acutum ſit, leue, longum, ac tenue, magiſque vbi vulneratus de-
D bilis ſit, aut in loco inferiori, minus ſi robuſtus ſit, ac in loco ſuperiori,& plano. His ita ſtantibus cùm in noſtro caſu ſectio facta ſit à vulnerante, robuſto quidem, verùm non ex induſtria, ſed caſu, in loco æquali, ac plano à telo leui,longo,ſcindente,atque acuto, & vulnerans à vulnerato diſtans quemadmodum ſupradictum eſt; vulnerato iuuene,ac robuſto exiſtente facilè perſpectum mihi fuit ictum non adeo magnum eſſe potuiſſe, proinde ſedem teli ſimplicem omninò fuiſſe,quando adhoc vt contuſio, aut rima teli ſedi adiungātur,requiritur telum graue,ac maximus ictus: at hic quidem ictus ſi in oſſe ſincipitis eueniat, facile eſt totum illud os ad membranam vſque cerebri ſecare, cùm tenue admodum ſit in ea præcipuè parte,vbi dictum eſt ſedem conſpicuam apparuiſſe. Cùm ergo ſuperficie tenus hæc ipſa ſedes eſſet, & ſolùm à paruo ictu, & à telo longo, leui, atque acuto facta iure hanc eſſe oſſis ſimplicem ſectionem ſum arbitratus.

Sed ad Hipp. redeamus,qui ab accidentibus quoque docuit harum lęſionū,videlicet rimę latētis,ac cōtuſionis cognitionē ſummendā eſſe. Quatuor nimirum idē Hipp. pro-

ponit, quæ has læſiones indicare ſolent, ſopor, oculorum obcæcatio, quam caliginem B
appellant, vertigo, caſus, quorum ſi vnum, aut duo, vel tria, aut omnia ſimul adſint ſuſpi-
cionem magnæ læſionis in oſſe, ac cerebro præbent. Sunt & alia accidētia, quæ magnas
læſiones pronuntiant, quorum idem meminit Hipp. alibi, vt ingens capitis dolor, ſi-
deratio, ac vomitus bilioſus. Cùm igitur nullum ex his ſymptomatibus in noſtro hoc
caſu extitiſſet, mirandum ſanè eſt, cur à præclariſſimis Medicis de rima, aut contuſio-
ne dubitatum ſit, apparere autem ex his ſatis perſpicuè poteſt noſtræ huic propoſitæ
ſectioni in oſſe nullam rimam, aut contuſionem adiunctam fuiſſe. Cùm igitur ex Hipp.
methodo ſimplicem eſſe teli ſedem deprehendiſſe me ſatis probauerim, ſupereſt, vt
quam huic ſedi curationem adhibui, ipſam quoque ex Hipp. præcepto à me fuiſſe in-
ſtitutam breuiter oſtendam.

Primùm ergo, quòd non temerè oſſis vel abraſionem, vel perforationem præter-
miſerim, facilè intelliget, qui vnde operationum inuentio originem habet, intellexerit:
habet autem ex læſione, quæ vbi à telo eſt graui, ac contundente, ex quo timendum ſit
de rima, aut contuſione, aut vtraque, quæ non pateat ſenſu, tunc abradere os iubet F
Hipp. & quidem ſi abraſione non appareat fractura, inficitur pars atramēto, tunc verò
deprehenditur rima ſi adeſt: deprehenſa autem ſcalpris primùm tentandum eſt, vt au-
feratur, quod ſi ſcalpro non auferatur, terebra perforandum. Cur autem perforandum
ſit in promptu eſt ratio; cùm enim in omni vulnere aliquod excrementum neceſſariò
gignatur, in partibus quidem alijs, quibus deligatio adaptari poteſt, excrementum li-
gatura facilè exprimitur: at in capite huiuſmodi ligatura accomodari nequit, propte-
rea perforandum eſt, vt excrementum exitum habeat, ne retentum putreſcat, putrefa-
ctum membranas, ac cerebrum corrumpat: ſic rectè ab Hipp. vbi rima ſit, aut contu-
ſio, & abraſio, primùm perforatio adhibetur, at ſi nulla ſit, vel rimæ, aut contuſionis
ſuſpicio, præter rem omninò vtraque harum operationum adhibetur; quod clariſſimis
verbis teſtatur Hipp. cùm ait neque ſedes ipſa in ſe ipſa contingens abſque fiſſura, aut
contuſione perforatione indiget.

Neque ignoro tamen ſedem teli ſimplicem duobus modis poſſe contingere, vel
quia ſuperficie tenus ſit, vel quia ad membranam vſque contingat, ſed ſicut in priori G
nihil labi deorſum poteſt, ita in poſteriori labi quidem poteſt: ſed niſi anguſtior ſit fiſ-
ſura per ipſam excrementū habere exitū poteſt, propterea ſiue vno, ſiue altero ſit mo-
do teli ſedes ſimplex in capite, cauendum eſt à perforatione. Hipp. ſententia, cuius Vi-
dus diligentiſſimus interpres, his eam deſcribit verbis. *Cùm os inciditur in eo adhibenda
eſt diſtinctio; nam ſi incidatur, & ſimul findatur, & collidatur, vel collidatur tantùm, tunc
æquè ſectionem poſtulat, ſi ſolummodò incidatur, vel totum inciditur, vel ſumma pars, in hoc
caſu cùm nulla ſanies in membrana colligatur, ſectio ſuperuacua eſt, in illo ſi ſatis fiat omit-
tenda, alioquin ſecandum: hinc patet, quanto in errore verſentur plerique ex noſtri ſeculi Chi-
rurgis, qui vbi os inciſum eſt, nulla diſtinctione adhibita ad ſectionem veniunt, fruſtraque
ægros cruciant, & in periculo vitæ conſtituunt. Perpetuò autem vbi ſectio neceſſaria non ſit,
vitanda eſt, vt plus in oſſe propugnaculi cerebrum habeat, quàm habiturum fuerit eo exciſo:
at non ſolùm decipiuntur, cùm os ſecant, quòd non eſt ſecandum, ſed cùm ex eo, quod eijcien-
dum eſt, maiorem molem auferunt, quàm neceſſe ſit, & eo magis apertam cerebri membra-
nam periculosè relinquunt, oſtentantque ampliora fragmenta complura, quæ à caluaria de-* H
traxerunt, eoque ſibi plus præſtitiſſe videntur, quo plus oſſis ſuſtulerunt.

Ex his ſi quis Hipp. doctrinam ſequatur, patet, quòd in propoſito caſu noſtro, in
quo erat ſimplex ſedes teli, & quidem in oſſis ſuperficie meritò & abraſionem, & per-
forationem oſſis ſit damnaturus, in muſculoq́; temporali dilatationem, maxime etiam
ſi conſideret verba Hipp. cùm ait reliquas quidem capitis partes in ſectione ſecurita-
tem habere, dum ſecantur, at non tutò ſecari circa tempora, cùm ob imminentem
fluxum ſanguinis propter magna vaſa, quæ per eius ſubſtantiam diſſeminantur, & pro-
pter maximum conuulſionis periculum, quod perpendens accuratiſſimus Falloppius
admonet non eſſe in temporali muſculo aliquid dilatandum, quoniam ex hac opera-
tione ægri moriuntur. Addo, quòd in noſtro hoc caſu, vulneri ſubiacet ſutura corona-
lis, vt ſupra ſatis oſtendi, in ſuturis verò idem Hipp. docet non eſſe tutum op[illegible]imò
verò Falloppius ſcriptum reliquit non poſſe fieri dilatationem, ac ſeparation[illegible] peri-
cranij à cranio in ſuturis citra inflammationis periculum. Ex

Digitized by Google

A Ex his tandem apertum eſſe puto, cur ego tutiorem eſſe duxerim ab initio curatio-
nem nobilis huius vulnerati per vnionem; indicauit enim hanc natura ipſius rei, &
nihil erat, quod contraindicaret. Sed quid plura? hanc meam curandi rationem euen-
tus ipſe ſatis, ſuperque comprobat, cùm iam vulneratus conualuerit nulla facta in oſſe
perforatione ad membranam vſque, quam tantopere neceſſariam eſſe clariſſimi Me-
dici putabant, quæ quidem perforatio ſi à me, cum ægri ipſius ſalute prætermiſſa eſt, &
abraſio quoque, ac dilatatio omitti impunè poterat, imò verò ſperandum erat fore, vt
citius, ac tutius priſtina ægrotanti valetudo reſtitueretur, niſi ea vel dilatatio, vel abra-
ſio facta fuiſſet; natura enim proprio oſſis in tegumento magis gaudet, ac validius ope-
ratur, quàm vbi diuulſa eſt, & ſuo veluti præſidio nudata.

Hæc ſunt vir clariſſime, mihiq́ue perpetuo colendiſſime, quæ & pro veritate, & pro
mei ipſius defenſione ad te ſcribere non ſum granatus, quæ ſi tibi haud ſatis eſſe ad tu-
telam videantur, humanitatis erit tuæ ſummum quoque ingenium tuum, & non vulga-
rem, imò exactiſſimam Medicæ artis cognitionem ad fouendam amici tui cauſam con-
B ferre. Ego ſanè, vt me in hac curatione nihil, quod iure ſit reprehendendum, omiſiſſe
adhuc video, ita quando aliqua in re offendiſſem, nihil noui feciſſem, quod non ſæpè
vel præclariſſimis Medicis eueniat, audacter dico, ac profiteor; homo enim ſum hu-
mani à me nihil alienum puto. Illud tandem, quod à Galeno de Archigene ſcriptum
eſt, vt meminerint, admoneo, cùm inquam, qui homo ſit in multis peccare poteſt quæ-
dam ſcilicet penitùs ignorando, quædam malè iudicando, & quædam negligentius
tradendo. Vale. Dat. Bononiæ XIII. Kal. Februarij M.D.XC.

Epiſtola Tertia.

*Perilluſtri, & Excellentiſſimo Camillo Baldo, è prima ſede in Bononienſi
Archigymnaſio Philoſophiam profitenti.*

DVo ſunt (vir doctiſſimè, ac Philoſophorum noſtri temporis facilè prin-
C ceps) quæ mihi, tuis humaniſſimis literis in mei honorem, digni-
tatemq́ue oblata; inſignes tui erga me amoris, ac beneuolentiæ notas
dilucidiſſimè oſtendunt: alterum eſt, an relicta Meſſanenſium Vniuer-
ſitate, vbi quindecim ab hinc continuis annis primam Medicinæ ca-
thedram ſuſtineo, eiuſdem muneris exercendi gratia in patrium Gym-
naſium tandem aliquando reuertere velim: alterum verò, vt miſerabili caſu Illuſtriſſi-
mi cuiuſdam viri, qui trium annorum ſpatio duos ex Illuſtriſſima coniuge natos mani-
bus, pedibuſq́ue eodem modo mutilatos ſuſcepit, accuratè, diligenteq́ue à me conſi-
derato, an aliquid auxilij cum vtilitate pueris afferri, & an Illuſtriſſima parens ab huiuſ-
modi monſtrorum noua generatione, & à ſymptomatis, in quę incidit, dum vtero gerit,
præſeruari queat, & quid facto ſit opus, quamprimùm de mea ſententia te certiorem
facerem. Ad quæ duo ita amanter mihi propoſita, ſi propenſam de aliquo beneme-
rendi voluntatem officioſis verbis compenſare liceret, antequam equidem reſponde-
rem, operepretium fore duxiſſem innumeras tibi gratias referendas; at cùm hæc in
D locum illius nulla ratione reponenda eſſe perſpectum ſit, verborum propterea miſſo
artificioſo apparatu, ac propiùs ad rem accedens, quid circa vtrumque ingenuè ſen-
tiam, iam tibi manifeſtare aggredior.

Quod ad primum attinet, tam benignè, & liberaliter hic Mamertinorum Illuſtriſſi-
mus Senatus mecum agit, vt exiſtimem in animum diſceſſionis cogitationem inducere
non poſſe ſine aliqua ingrati animi nota. Nam præterquam quòd eo pretio, ac merce-
de meum publicum munus amplificauit, & auxit, quæ nulli, vel pauciſſimis in reliquis
Italiæ Gymnaſijs Medicinam profitentibus perſoluuntur, immunitatem etiam rerum
omnium ad domeſticam annonam ſpectantium copioſiſſimè dedit, atque eius benigni-
tate alijs prærogatiuis, vix ipſis ciuibus conceſſis ſatis liberè fruor. Quare tot benefi-
ciorum vinculis obſtrictus, quamuis à tuis, & aliorum amicorum ſuaſionibus mirum in
modum alliciar, & dulce patriæ viſendæ deſiderium ad reditum vehementiſſimè me
ſollicitet: hinc tamen proficiſci nequeo, quin in deteſtabile dedecus incurram, quod

tanto-

tantorum meritorum fuerim immemor. Accedit & ingraueſcens ætas, qnam nemo eſt, B
qui diſſentiat longo itineri ob peruia incommoda non eſſe facilè committendam, nec
deſunt nonnullæ adhuc grauiſſimæ rationes, quæ hac in re deliberanda me admodum
ancipitem reddiderunt. Tibi autem, qui mihi decoris, ſimul & ornamenti fieri acceſſio-
nem ſtudes, quantum, quantum inquam, debeam, vix mente comprehendere poſſum;
quod ſilentio præteriens alterum eaaminandum arripio, vt tuis honeſtis petitionibus,
prout à me fieri poterit, ſatisfaciam.

Vt verò mea de hoc quæſito clariùs babeatur opinio, in plures, atque diuerſas par-
tes viſum mihi eſt ipſum diuidere, atque ſeparatim de earum qualibet aliquid dicere.
Primum itaque cauſas adducam: deinde num poſſimus pueris aliquo pacto ſubuenire:
deinde vnde nam procedat, quòd Illuſtriſſima genitria à quarto grauiditatis menſe vix
motum manuum, pedumq́ue cohibere poſſit: tum quid ſit linea illa atri coloris, digito-
q́ue lata ab vmbilico ad pubem protracta, cur venter dilatetur ad latera, & cur cutis in
ſolis inguinibus fuerit rupta: poſtremò qua ratione curanda, atque etiam præſeruanda
ſit, ne vnquam poſthac huiuſmodi monſtra progignat. Sed antequã cauſas eaplicem F
videndum eſt, an quæ continentur in ſchedula mihi cum tuis literis reddita, quæ cir-
cunitertur ad ſignificandam puerorum monſtruoſitatem, ijs correſpondeant, quæ à te
in epiſtola ſcribuntur; maaimè enim ad cauſarum monſtruoſitatis propoſitæ inuentio-
nem facere mihi videntur. Hæc habentur in ſchedula.

Vitia artuum ſuperiorum in pueris triplicia ſunt: primum eſt priuatio quinque oſ-
ſium primæ phalangis, & quatuor ſecundæ vtriuſque ſummæ manus, ita vt oſſa ſolùm
vltimæ phalangis adſint cum ſuis vngulis, in cæteris quatuor oſſa poſteriora cum oſſi-
bus metacarpi, & primo pollicis optimè componuntur: ſecundum vitium eſt aliqua
manuum reſupinatio ad inferiora iuxta partem ſylueſtrem: tertium eſt mala figura præ-
ſertim radij, hoc enim facilè admodum curuum extuberat, totamq́ue manum ad infe-
riora compellit. Vitia verò artuum inferiorum ſunt quatuor: primum pedes, tibiæ, &
fœmora in ſe ipſa quaſi reflexa, in glutia retrocedunt inſtar ſitus lithotomiæ; fœmora
autem, tibiæq́ue in ſuis locis poſita ſunt, & vi attracta extenduntur, ſed ſtatim contra-
huntur: ſecundum vitium eſt eminentia lata, & acuta ſecundùm partem domeſticam in G
vtroque oſſe tibiæ, ſed latere interiori, & decliuiori: tertium vitium eſt in ſummo pede,
quod eſt commune ſummis manibus: quartum vitium eſt aliqua reſupinatio pedum ad
interiora, & inferiora. hactenus ſchedula.

Ex quibus vnuſquiſque deprehẽdit morbum eſſe in mala compoſitione non ſolùm
figuræ deprauatæ, & ſitus manuum, pedumq́ue mutati, verùm etiam in numero par-
tium diminuto. Sed ea tua doctiſſima epiſtola habetur vtrumque os vlnæ, radium nem-
pè, & vlnam (quæ focile maius, & focilè minus Arabes appellant) fractum, & ſuper-
poſitum eſſe, pedes luxatos, & inuerſos; & eatrema oſſa manuum, ac pedum, quæ de-
ficere tradit ſchedula, intus eſſe impulſa, vt quaſi in oſſa tam carpi, quàm pedis violen-
ter ingredi videantur. Non igitur omni ex parte correſpondent, ſchedula, & epiſtola
interſe, atque maximum diſcrimen eſt, quòd ea aliquot partium deficientiam ineſſe
tradit, hæc verò minimè deficere, ſed ſitu mutato intus impulſas fuiſſe. Dicebam mul-
tùm hoc referre ad cauſas monſtruoſitatis perueſtigandas; nam ſi præter malam figu-
ræ, & ſitus conformationem, partium carentiam in numero adeſſe concedamus, opus H
erit binas huius rei agnoſcere cauſas, ad quarum vnam mala ſitus, & figuræ compoſitio
referatur, ad alteram verò partium defectus; ſi verò ſolam figuræ, & ſitus tranſpoſi-
tionem decernamus, vnica tantùm erit cauſa, & non duplex.

An verò in relatis pueris tum ineptæ conſtitutionis, in ſitu, & figura, tum in numero
partium defectus inſit, coniecturis quibuſdam colligere poſſumus, quibus equidem in-
nixus, & præſertim duabus in tuam eo ſententiam, vt eaiſtimem nullam ineſſe partium
carentiam in ipſis, ſed tantummodo malam conformationem in ſitu, & figura. Prima
coniectura eſt Illuſtriſſimam mulierem duobus abhinc annis abortum feciſſe quatuor
menſium, in quo nullum aderat vitium in conformatione fœtus, ſed ſecundùm omnes
ſui partes tam ſimplices, quàm organicas optimè conſtitutus erat. Altera coniectura
eſt vtriuſque parentis florens ætas, validum temperamentum, & bona valetudo, præ-
ſertim tempore grauiditatem immediatè præcedente: quæ omnia ſufficientem mate-

A riam ad fœtus procreationem iam præextitiſſe declarant, ſed cùm defectus in numero partium, ab inopia materialis cauſæ procedere cenſeantur, fit, vt in allato caſu aliunde monſtruoſitatem proueniſſe, quàm à deficientia materiæ dicamus. Materia enim, ex qua fœtus in vtero efformatur, eſt vtriuſque generantis ſemen, & ſanguis menſtruus, quorum neutrum diminutum fuiſſe in his pueris generandis, qui rectè ſentiunt, iudicium ferent, quia ſi aliàs perfecto quoad numerum partium apti fuerunt genitores pro gignendo fœtui, vt ex relato aborto intelleximus, etiam nunc eandem aptitudinem retinuiſſe arbitrandum eſt, cùm neutrum ipſorum in morbum poſtea incidiſſe ſit manifeſtum. Aliam itaque cauſam inquirere malæ huius conformationis oportet, quam ex cauſarum naturalium fœtum efformantium enumeratione elicere conabor.

Cauſæ autem naturales ad fœtus conſtitutionem concurrentes plures ſunt, quas in internas, & in externas primùm diuidere poſſumus: internas deinde in materiam ex qua, & locum, in quo formatur fœtus, qui eſt vterus: externas poſtremò in aërem, aſpectus corporum cæleſtium, & imaginationem, quibus etiam addere poſſumus, ſi libet, B vitæ inſtitutum, ſeu ratio. Hæ cauſæ, ſi probè conſpirant in fœtus compoſitionem, nec aliquo modo impediuntur, ex communi omnium conſenſu, ipſum parentibus ſimilem in ſpecie, ſexu, & conditionibus indiuidualibus producunt: at deſcendamus ad vniuſcuiuſque conſiderationem, & videamus, quo nam modo concurrere debeant.

Materia ex qua duplex eſt, ſemen, & ſanguis menſtruus, vt dicebam, & in vtroque non modò adeſt materia, ſed & facultas, verùm cum hoc diſcrimine, vt ſentit Gal. vt in ſemine virili vis, & facultas polleat, in ſanguine verò materia principem obtineat locum, & quamuis ſemen ad principium materiale ſpectat, ſpecies tamē animalis, eodem docente Galeno, matrem magis, quàm patrem repreſentat: ſimilitudo verò non tam matrem, quam patrem ſiue in ſexu, ſiue in conditionibus indiuidualibus exprimit. His ſuppoſitis facultas, quam dixi, & in ſemine, & in ſanguine menſtruo reperiri, duplex eſt: vna alteratrix, quæ & immutatrix quibuſdam dicitur: altera conformatrix, quam formatiuam vocant. Alteratrix facultas verſatur circa ſemen, & ſanguinem, ex quibus tanquam ex proportionata materia omnes partes ſimilares efformat, quæ deinde fiunt C materia conformatricis facultatis, ex qua partes omnes organicas format, non tamen eodem modo, cùm aliquas ex partibus ſimilaribus communibus, & proprijs, vt ſunt viſcera omnia, alias verò ex partibus ſimilaribus tantùm cōponat, vt ſunt artus omnes, & aliæ. Sed quemadmodum alteratrix dum in ſemen, & ſanguinem menſtruum operatur, producit proprietate ſubſtantiæ ſimilaris proprium ipſius temperamentum, & quæ proprium temperamentum neceſſariò conſequuntur: ita à conformatrice componitur propria partis organicæ conformatio, & quæ ipſi conformationi neceſſariò accidunt, vt eſt magnitudo decens, & proportionata; figura elegans; numerus partium determinatus; atque ſitus conueniens.

Ita ſe habent internæ cauſæ ex parte materiæ, quæ vbi ſecundùm naturam ſint, ſuos producunt effectus parentibus ſimiles, vt dictum eſt ſupra. Verùm huiuſmodi materia, in qua reſident prædictæ facultates, & circa quam verſantur, debent eſſe in parte ſibi proportionata, ac deſtinata pro fœtus procreatione, non ſecus atque ſemen plantæ in terra fertili inſeri ab agricola debet; hæc autem pars nulla alia eſt, quàm vterus, qui D duobus modis ad fœtus generationem concurrit, ſcilicet, vt membrum ſimilare, & vt organicum. Vt membrum ſimilare, facultate alteratrice mediante propria ſubſtantia, & proprio temperamento: vt membrum organicum per ſuam ſtructuram præbens idoneum locum, in quo corpus fœtus organizatum poſſit à facultate conformatrice decentem magnitudinem, figuram aptam, numerum partium determinatum, & earundem conuenientem ſitum recipere. Alteratrici, & conformatrici facultatibus opem ferunt nutrix, & auctrix mediantibus attractrice, retentrice, concoctrice, & expultrice.

Cauſæ etiam exteriores neceſſariò concurrunt ad humani fœtus procreationem, & ſi aër, & cæli aſpectus in proba ſint diſpoſitione, & imaginatio verſetur circa obiectum abſolutè procreandum, atque appoſitè inſtituta fuerit victus ratio in ſex rebus non naturalibus, fœtus omnibus numeris abſolutus, & ſuis genitoribus omninò ſimilis generabitur. Et hæ ſunt omnes cauſæ ad generationem conuenientes. Iam verò ſi diſſimilitudo aliqua quemadmodum in propoſitis pueris contingat, neceſſariò referenda erit

ad de-

ad defectum, vel vnius ex prædictis cauſis, vel duarum, vel omnium ſimul. Et primùm B defectus erit vel ex parte facultatis alteratricis, vel conformatricis, vel ex parte materiæ, circa quam ipſæ facultates operatæ ſunt: vel ratione vteri pront eſt membrum aut ſimilare, aut organicum: vel ratione alicuius exterioris cauſæ iam dictæ.

In allato puerorum caſu non potuit diſſimilitudo ex carentia materiæ prodire, vt ſupra oſtenſum eſt, nec vitio alteratricis facultatis in ſemine, aut ſanguine menſtruo, reſidente, quia facultas itidem valida eſſe ſolet, vt proprium fundamentum valet; vbi enim pars aliqua ſanguine, & ſpiritibus tum copia, tum qualitate benè ſe habet, neceſſe eſt, vt benè nutriatur; atque adeo conſequens erit, vt facultas in ipſa reſidens valida cenſeatur. Vnde Galenus eleganter dicebat, facultatum non regentium dignitates ſalubrem animali moderationem in quali, & quanto conſeruare; cùm autem ſemen, quod facultatis eſt ſubiectum ex optimo ſanguine generatur, non video, cur facultas ipſi inhærens valida eſſe non poſſit, atque robuſta. Sed Illuſtriſſimus Marchio, vt refertur, bonæ eſt valetudinis, complexionis calidæ, & humidæ, ac florentis ætatis, annum ſiquidem agit 25. ſanguinem igitur omni bonitate præditum dicendum eſt gignere, F ex quo optimum efficiatur ſemen; ſcripſit enim diuinus Hipp. ſemen morboſum à corpore morboſo, & à ſanis ſanum prodire. Idem inquam de Illuſtriſſima coniuge, quę cum ſana ſit (loquor de tempore immediatè antè conceptionem) ab ea non niſi ſemen, & ſanguis menſtruus ſana prodire poſſunt, at in ſemine ſano adeſt multa ſpirituum copia, itaque neceſſe eſt, vt virtus in eo exiſtens valida ſit, quemadmodum etiam & facultas; quæ regere debet omnes ipſius actiones, & operationes. Concludo igitur hanc diſſimilitudinem vtriuſque pueri prædicti non prouenifſe, aut ex materiæ defectu, aut facultatis in ipſa reſidentis vitio, ſed potiùs profectam fuiſſe à loco, ideſt ab vtero aliquo modo vitiato, quia materia copioſa, & benè affecta fuit, nec vlla excedente qualitate peccans, quæ facultatem vitiare potuerit.

Sed cùm vterum duobus modis conſiderauerimus, & vt membrum ſimilare, & vt organicum, dico non vt ſimilare quidquam pati; nam vt ſic per propriam ſubſtantiam mediante propria temperie, concurrit ad generationem cum facultatibus alteratrice, & conformatrice ſeminis, & ſanguinis menſtrui; ſed cùm ratione temperiei rectè ſe G habuiſſet in puerorum procreatione, vt ſupponimus ex dictis, igitur non vt ſimilare membrum, cauſa fuit monſtruoſitatis præfatæ, ſed vt organicum membrum eſt. Nam facultas conformatrix impedita fuit, quo minus fœtum ad perfectam cõformationem, parentumq́ue ſimilitudinem ex toto produceret; quamuis in ipſo facta fuerit prima alteratio, quæ genitura appellatur, deinde fœtus, tertio embryo, infans tamen non potuit perduci ad integram, & abſolutam perfectionem, eò quod figura partium ipſius extremarum fuerit vitiata.

Huius igitur diſſimilitudinis immediata, & proxima cauſa propter quam res eſt, & non contingit alio modo ſe habere, eſt, mea quidem ſententia, vteri anguſtia; nam omnium partium organicarum delineatione, atque manifeſta dearticulatione facta nec potens infans quantum ipſius magnitudo, & virtus conformatrix exigebat ſe extendere, factum eſt, vt fœmora in nates quaſi impulſa incurueſcerent, oſſa verò aliarum partium, vt potè tenuia, & mollia flecterentur, & conglobarentur, atque ea digitorum, quæ exterius non apparent, in oſſa metacarpi, & pedij violenter inſerta, prorſus H deeſſe viderentur. Non ſecùs infantibus in vtero anguſtiore, quàm par ſit exiſtentibus atque plantis recens è terra naſcentibus contingere ſolet, quæ vbi impedimentum aliquod infertur, quominus ad vltimum ſuæ longitudinis terminum procedant, incurua, & reuoluta fiunt. Quod Hipp. lib. de genitura perpulchrè declarauit his verbis. *Quemadmodum arbores quæcunque ſunt in terra, & non habent ſatis amplum locum, verùm à lapide, aut aliqua alia re impediuntur, cùm enaſcuntur, aut tortuoſa fiunt, aut parte vna craſſa, altera tenues, ſic accidit etiam puero, ſi in vtero aliqua pars corporis anguſtiorem locum occupat altera.*

Atque ex natura rei hoc idem comprobari poteſt; cùm enim locus ſit forma locati, neceſſarium eſt, vt ea, quæ ſtrictioribus locis concluſa tenentur, ſuorum motuum libertate priuata, diminuta remaneant; exemplis etiam à rebus exterioribus deſumptis confirmatur; vt cernitur in paruis catulis, apud delicatiores mulieres in delicijs habitis

(præfer-

A (præſertim Bononiæ) qui in domunculis exiguis aluntur, ne augeantur, atque ideo vt paruuli remaneant, quod ex voto ſuccedere perſpeximus. At ſi locus vnus inæqualis eſſet, ſequeretur maucum catulum, & mutilum in ea parte fore, quæ magis premeretur, quemadmodum in fructibus obſeruatur, qui ſi antequam præfinitam magnitudinem acquirant, paruis vaſculis, & inæqualibus includantur, non modò incrementum ipſis prohibetur, ſed figuram contrahunt deprauatam.

Cùm ex hactenus dictis ſatis patere arbitror anguſtiam loci cauſam fuiſſe mõſtruoſitatis huius, ſupereſt videndum, vnde nam talis anguſtia prouenerit, à primordio ne generationis Illuſtriſſimę mulieris, dum adhuc in vtero genitricis cõtineretur, an poſtquam in lucem prodierit, & ſi hoc, à cauſa ne interna, an ab externa? Non videtur mihi dicendum in prima ſui conformatione tale quidpiā illi aduenisse, cùm intelligam hanc dominam optimè conformatam eſſe, proceræque ſtaturæ, & à parentibus grandioribus natam; quæ res aptæ ſunt ad perſuadendum vteri magnitudinem correſpondentem, proportionatamque reliquis organicis partibus fuiſſe, ac proinde hanc anguſtiam
B non à natura, ſed ab alia cauſa poſt ortum ipſi inditam fuiſſe credendum eſt. Neque huiuſmodi anguſtiam poſt ortum contractam à cauſa interna proceſſiſſe exiſtimauerim, quia non eſſet alia, quàm aliquis tumor præternaturam vteri regionem occupans; at nihil huiuſmodi conſtitui poteſt tanquam cauſa; tumores enim præter naturam ſunt in duplici differentia: alij fiunt ex defluxu humorum; alij ex congeſtione, priores ab humoribus calidis procedentes breuiſſimo fiunt tempore, doloremque ſemper afferunt, poſteriores verò non fiunt niſi in corporibus malè affectis, & à materia craſſa; ſed Illuſtriſſima mulier cùm rectè ſe habeat, nec corpus ſit malè affectum, quinimo temperiei ſit bilioſæ, nec vllam vnquam in vtero præſenſiſſet dolorem, nec aliud ſymptoma præceſſerit, nullum ineſſe tumorem anguſtiam in vtero efficientem, abſque dubio aſſerendum eſſe dijudico.

Conſequens propterea eſt, cùm huiuſmodi anguſtia non ſit à natura, neque à cauſa morboſa interna, vt fateamur ipſam euenisse erroris alicuius externi culpa. Huiuſmodi autem errores recenſentur ab Hipp. præcitato loco huiuſmodi ſermone. *Cæterùm*
C *ſi mutilatus in vtero puer prodeat, eum colliſum fuiſſe arbitror, vel quia percuſſa ſit eò loci mater, vel quia in fætum ceciderit, vel quamcunque aliam vim paſſa eſt, qua verò parte puer colliditur, eo mutilatur,* & paulò poſt ſubdit. *Cùm in vtero locus is, in quo priore modo mutilari fætum contingat, anguſtior fuerit, neceſſe eſt corpus pueri, quod in anguſtia mouetur mutilari iuxta illum locum.* Iſtæ ſunt cauſæ, ſeu errores externi mutilationis pueri in vtero exiſtentis ab Hipp. propoſitæ, alias etiam adducit cauſas externas, cum dicit. *Quin & alia huiuſmodi cauſa pueri mutilantur.* Sunt autem aliæ cauſæ exteriores, quas recenſet Ambroſius Paræus hac oratione. *Itaque, quæ toto tempore grauiditatis domi otioſa ſedent, quæ decuſſatis cruribus, quæ in curuo, & prono, in genua corpore telam acu, & lanam pingunt, ſuunt, aut aliud quoduis onus obeunt, quæ arctius ventrem faſcijs, ſubligaculis, aut veſtimentis comprimunt, fætus edant obſtipos, repandos, incuruos, gibboſos, pedibus, manibus, omnibuſque artubus diſtortos.* Hæc Pareus.

Fœtum autem manibus, pedibuſque diſtortum, tam idem Paræus, quàm Iacobus Ruffus icone pingendum curarunt, qui ob vteri anguſtiam in hanc miſeriam miſel-
D lus incidit, vt apud ipſos Auctores eſt videre. Noſtris equidem pueris ab eadem cauſa monſtruoſitatem huiuſmodi contigiſſe opinor. Reliquum nunc eſt ad abſolutam cauſæ determinationem, vt locum præciſè in vtero coarctatum perueſtigemus; ſed prius è medio tollenda eſt ſequens dubitatio, quæ aliquantulum ſuperius dictis obſtare videtur. Illuſtriſſima mulier poſt abortum iam dictum (ex cuius perfectione in numero partium colligimus ſufficientem ſeminis copiam ab Illuſtriſſimis coniugibus in generatione eiaculari) molam quandam eiecit, atqui productio molæ eſt quædam imperfecta generatio proueniens tum à ſemine virili, tum à frigida vteri intemperie, vt Ariſt. & Galeni eſt opinio, qui duplicem molæ cauſam aſcribunt, menſtruorum nempè copiam, & formatricis facultatis defectum in virili ſemine, cui accidit inde frigida vteri intemperies; nam copioſus menſium fluxus imbecillam ſeminis virilis facultatem facilè extinguit, & Auerrhoës etiam tradidit generari molam ob defectum facultatis conformatricis in ſemine morboſo exiſtentis. Cur igitur, ſi aliquando ſemen inualidum, ac

Digitized by Google

vterum minimè accommodatum ad perfecti fœtus procreationem vir, & vxor habue- B
rint,monſtruoſitatem præſentem ab iiſdem prodeuntem,non dicimus ab iiſdem etiam
cauſis originem traxiſſe?

Hæc dubitatio non militat aduerſus eos, qui relicta Ariſtotelis, & Galeni ſententia,
Plutarchi, Auicennæ, & Mercurialis de molæ generatione opinionem ſectantur: nam
haudquaquam virile ſemen, aut vteri frigiditatem cauſas eſſe ad conformandam mo-
lam exiſtimant, ſed ipſam fieri putant ab vteri caliditate,quæ caliditas non ſecus ipſam
ex ſanguine producit,atque reliquæ partes carnem caliditate propria progignunt;nam
tum inquiunt generari, cùm copioſa mulieris genitura, quæ aut ſomnio, aut concubi-
tu proruperit, à menſtruis augeri, & à matricis calore coagulari contingit. Verum ta-
men eſt, quòd huius opinionis aſſertores diſſentiunt inter ſe circa modum, quo mola
generatur; nam Plutarchus in præceptis connubialibus ſcribit molam fieri ex vitiatis
humoribus coeuntibus ſimul in vtero, Auic. 10. de animal.& 21. tertij tract.2. cap.19.
inquit fieri molam quando in vterum ingreditur ſemen muliebre,& non ingreditur ſe-
men virile, & ſubiungit, ſi vteri temperatura fuerit optima, ſemen iſtud concipitur, F
& coagulatur,ſicque deinceps inſtar glandulorum nutritur, & connutritum in molam
euadit: ſi verò frigidus ſit vterus ſemen mulieris frigidæ coagulatur, & non in fœtum,
ſed in molam conuertitur. Mercurialis non admittit ſemen muliebre, quod tamen
concedit Auicennas: neque Plutarchus eiuſdem eſt cum illis ſententię;nam Mercuria-
lis vult molam fieri ex ſolo ſanguine menſtruo craſſo.

Horum autem opinio adeo veriſimilis mihi videtur, vt cogar ei aſſentiri, & conce-
dere, interdum molam hoc etiam modo fieri, non propterea penitus diſcedo ab Ari-
ſtotele, & Galeni ſententia; ab vtraque enim cauſa eam euenire poſſe concedo, aut
ſcilicet ab exiguo, & imbecillimo virili principio, & id vt plurimum, aut à nullo, & id
rarò,dummodo vires eius ſuppleat vteri caliditas cum muliebri ſemine.Etſi verò à ſola
vteri caliditate non concurrente etiam maris ſpermate rariſſimè mola proficiſci arbi-
trer; in noſtro tamen caſu ita contigiſſe rationi conſonum exiſtimaui; nam relatum
fuit mihi, vt ſupra dicebam,ſemen virile ſanum eſſe, quod à ſalubri corpore prodeat,
ac conſequens eſt, maximè in eo vigere facultatem conformatricem, ſanguinemque G
menſtruum potius calidum eſſe,quàm frigidum,non tamen ita calidũ,vt conſumat,ſed
vt ſanguinem in carnis naturam tranſmutare ſufficiat. Multa equidem præterea de
vtraque hac opinione circa molæ generationem dicere poſſem, quæ tamen tum bre-
uitatis gratia,tum ne longius ab inſtituto digrediar, ſilentio inuoluẽda cenſui, ac proin-
de ad rem noſtram reuertens, quæ nam ſit vteri pars determinatè læſa, ideſt quæ an-
guſtior,quàm ſua natura exigit, reddita fuerit, iam inquirere exordior.

Vterus in duas partes (vt rectè noſti) eſt diuiſus; in vterum nempè propriè dictum;
& pudendum, penis vaginam vocatum, quod aliqui perperam vteri ceruicem appel-
larunt. Rurſus vterus propriè dictus in duas partes diuiditur in fundum ſcilicet, & cer-
uicem, in qua os vteri exculptum eſt:fundũ latum eſt,amplum, ac rotundũ, inde deor-
ſum deſcendens anguſtatur, formam pyri quodammodo acquirens, & in ceruicem de-
ſinens, niſi quod ſupra parum depreſſum eſt in medio ad latera duas habens eminen-
tias, quæ vituli cornua imitari videntur, & in ceruicem deſinens, vnde etiam eſt, quòd
aliqui capiti vitulino ipſum vterum aſſimilarunt. Hoc ſtante, mihi nunc in eo laboran- H
dum eſt (prout ingenij mei imbecillitas poterit) vt coniectura ſaltem, partem vteri
læſam in hoc ſubiecto inueniam, quam ex ſitu fœtus in vtero fortè colligere licebit, de
quo quidem etſi inter ſcriptores conueniat circularem figuram vteri in ipſo vtero ſer-
uare; contentum enim continentis figuram imitari debet, in modo tamen, quo con-
tractus eſt, non omnes conueniant.

Ariſtoteles enim de hiſt. 8. in primis ſcriptum reliquit ſic geſtari, vt naſum inter
genua, oculos ſupra genua, aures extra genua habeat: de artubus tam ſuperioribus,
quàm inferioribus nihil prorſus ſcripſit, at Hippocrates addit brachia, & cubitus eſſe
à lateribus, manus verò ad genas, caput propè pedes. Mercurialis tradit ſe ab obſtetri-
cibus accepiſſe fœtus in vtero pedes habere ad nates, manibus genua contingere, na-
ſum habere inter genua, genas verò firmari ſupra partem manuum exteriorem, Mer-
curialem ſectatus eſt Andreas Laurentius. Felix Platerus ſitum ſphæricum fœtus in

Digitized by Google

A vtero habere confirmat, dicens, quòd extremitates ita diſponuntur, vt fœtus rotundi-
tatem acquirat, ſic brachia pectori admouentur, & manus d:xtera ſub dextera aure
ceruici expanſa, ſiniſtra verò ſupra ſiniſtram mammam, & faciem ſemiextenſa eſt, pe-
des ſurſum attracti,ventrique ita applicantur, vt pes dexter calce nates, latiore verò
parte r:fl:xa pudenda occultat,ſiniſter verò pes humerum dextrum tangat. Iulius Cæ-
ſar Arancius conciuis noſter, & cõmunis præceptor Anatomicus ſanè diligentiſſimus
animaduertit,nihil hac in re, quod perpetuum ſit,poſſe determinari; quo ſuppoſito ſi-
tum fœtus, & ipſe ad hunc modum ſe obſeruaſſe teſtatur, videlicet infantis caput in
elatiori vteri parte collocari,brachijs, & tibijs cõtractis, ita vt genua cubitis ſint proxi-
ma, manus manui ſuprapoſita, tibia vna alteri ſubijciatur, pedeſque introrſum ita ſint
reflexi, vt plantis clunes attingant.
Et hæc ſunt ſententiæ de ſitu fœtus in vtero contenti, ex quibus nihil certi, aut de-
terminati de parte vteri affecta in propoſito diſſimilitudinis caſu colligere poſſum; nã
huiuſmodi pars ea eſſe debet, ad quam pertinent manus, & pedes pueri incluſi, hæc
B verò alia, atque alia ab ipſis aſſignatur, vt hactenus vidimus, quarum equidem nullam
eſſe nec ſine ratione opinatus ſum, alium proinde fœtum in vtero habere ſitum, con-
ſtitui, quem verum eſſe patebit ex aliorum reiectione. Sed priùs hoc vnum, quod ve-
riſſimum eſſe exiſtimo, animaduertendum proponam. Si monſtruoſitas à copia, vel
inopia materiæ, aut ab alia cauſa, quas interim omitto, dependeat (quicunque fœtui
ſitus conſtituatur) vnus pes illæſo altero,aut ambo pedes manibus rectè ſe habentibus,
lædi poſſint, & è contra,vt apud prædictos Paræum, & Ruffum varijs monſtruorum
iconibus habetur; ſi verò monſtruoſitas à mala vteri conformatione proficiſcatur,non
eodem modo res habet; non enim vna manus, quin altera vitietur, lædi poteſt, nec
manus illæſis pedibus, & è contra deprauari contingit. Vnde infertur manibus, pedi-
buſque ſitum non diuerſum, ſed vnum, & eundem præfiniendum eſſe; & quis ſit hic
nunc inquirimus; ſed quid præcitatis auctoribus aliter ſentientibus dicendum?
Mercurialis primò ſitum fœtus voluntarium potiùs,quàm realem propoſuit,vt Ari-
ſtotilem cum Hippocrate conciliaret,quos ipſe perperã aduerſarios eſſe credidit,cùm
C tamen nullo modo diſſenſerint; Ariſt. enim nullam de manibus faciens mentionem
Hippocrati manus ad genas habere dicenti haud contrariari videtur. Deinde ſecun-
dùm ipſum, ſi manus vola genua, & genas exteriori parte tangeret, ſequeretur
primùm eas locatas fuiſſe inter duriores partes, nempè genua, & genas, à quibus facilè
comprimi, & lædi poſſent,præterea ab anguſtia vteri numquã læſum iri,quin caput, &
genua læderentur, quod repugnat tum auctorum prædictorum exemplis, tum pueris
noſtris, quos videmus manus,& pedes habere læſa, intactis manentibus reliquis parti-
bus, poſtremùm nonnumquam eueniſſet ab vteri anguſtia læſas eſſe manus abſque
pedum læſione, quod tamen nemo ſcribentium hactenus ſe animaduertiſſe tradidit.
Multò minus probatur mihi ſitus à Platero deſcriptus; nam cùm articulorum alij
ſint ad motuum varietatem, cuiuſmodi ſunt articuli primæ vertebræ capitis, fœmoris,
humerique,qui collocati à natura fuerunt, vt varijs motibus inſeruire potuiſſent, alij
verò ad firmitudinem,vt ſunt articuli genuum, pedum, cubitorum, vtriuſque carpi, &
alij, quos vnico tantùm motui deſtinauit natura, atque pedes articulos huiuſmodi ad
D vnicũ dumtaxat motum aptos cõtineant,qui alius non videtur eſſe,quàm ille directio-
nis, & flexionis, ſequeretur eſſe in præternaturali, & violento ſitu,quem à natura ipſis,
dum fœtus in vtero continetur, traditum fuiſſe minimè aſſerendum videtur.
Nec Arancij opinionem probo, qui nihil perpetuum eſſe hac in re exiſtimauerit;
nam eorum quodlibet, quæ natura, & ſecundùm naturam fiunt, ſtatutis legibus ordi-
natum eſſe docuit Ariſt. atque adeo in omnibus naturam cauſam eſſe ordinis confir-
mauit, atqui inter alia opera naturæ eſt humani fœtus procreatio, nutritio, & augmen-
tatio, in quibus quemadmodum non eſt concedendum ipſam ſuum mutare ordinem;
ita nec in ijs, quæ ipſis operibus neceſſariò accidunt,dummodo non adſit impedimen-
tum, inter quæ ſitus connumeratur, eundem variari credendum eſt. Eandem inſuper
Arancij opiniunem reijcio, quia motus aliquot, & pedum, & crurum violentos admit-
tit, & quia ſitum non explicat, quem habeant manus, quarum alteram alteri ſubiacere
ſe obſeruaſſe fatetur.

His igitur de cauſis nullum ex propoſitis ſitum probandum eſſe arbitratus ſum, ni B tamen velimus dicere in vtero adeſſe varias inæqualitates, à quibus manus, & pedes lædi poſſe contingat: aut id in ſœtuum generatione euenire, quod Empedocles exiſtimauit, produci nempè ea ratione, qua ſtatuæ ex rebus fuſilibus fiunt, quæ vbi effunduntur in aliquod vas, figuras vaſis referunt, atque ita ſi illud aſperum, aut contortum, vel alio modo vitiatum fuerit, ſimulachra quoque itidem vitiata prodeunt. At vtraque harum poſitionum iam dudum exploſa eſt, & quamuis admitterentur, non propterea tamen huiuſmodi in caſibus expoſitis poſſemus locum in vtero affectum deſignare, quem tamen in præſenti caſu peruestigandũ propoſuimus. At quid ipſe ſentiam, iam explico.

Exiſtimo equidem eum eſſe fœtus in vtero ſitum, quem in ſectionibus alias obſeruaui, ſimilem ſcilicet illi, qui ab Ariſt. deſignatur. Caput enim ad genua inclinatum eſt, oculorum cauitas ſummitatem genuum attingit, naſoque intra vtrumque fœmur remanente, aures ad fœmoris vtriuſque extimam regionem terminant. Verùm cùm genu articulus ſit flexus, tibiæ poſterior pars poſteriorem fœmoris regionem ſecundùm ipſius longitudinem attingit; pedũ calcaneo vtroque natem vtramque attingit, quaſi F fœtus natibus ſederet; articulum pedis, qui ad aſtragulum eſt, ad tibiæ anteriorem regionem pedum extrema ducit. Hinc extremitates digitorum pedis genua, & caput reſpiciunt, manus verò ad latera thoracis; & abdominis extenduntur, deorſumque delatæ terminantur ad vtriuſque pedis regionem exteriorem, cùm pedes in eam vteri partem terminent, in qua ipſe vterus incipit anguſtari. Atque vtrumque fœtum propoſitum in hoc ſitu, qui omninò naturalis eſt, fuiſſe puto, neque alium imaginari poſſe commodiorem; nam fœtus circularem figuram ſeruat vteri ſimilem, quæ paulò longior extenditur, pedes, & manus in eam terminantur partem, in qua vterus incipit coarctari, qui deinde in ceruicem deſinit. Nec fœtui, nec geſtanti huiuſmodi ſitus laborioſus eſt, non multum loci occupat, nec ſurſum ita eleuari poteſt, vt diaphragma, aut ventriculum comprimat, & puello iam exitum quærenti maximè commodus; tempore enim partus caput poteſt pulchrè deorſum deſcendere, pedibus, manibuſque quaſi in puncto firmatis, quouſque caput ad os vteri perueniat. Et hic partus eſt naturalis, quia tunc ſcapulæ, atque humeri, nec non & manus ſequuntur, deinde reliquæ G partes ſine aliqua violẽtia ſuccedere poſſunt, vt ex hac figura vnicuiq; apparere poteſt.



H

Hic etiam ſitus ſatis dilucidè oſtendit, cur læſa vna manuum ex vteri mala conformatione lædi, & alteram contingat, quod idem de pedibus eſt dicendum, cur etiam explicat, ſi manus lædantur, pedes, quoque læſum iri neceſſe ſit, quemadmodum eueniſſe ijs duobus cognouimus, & à Paræo, & à Ruffo depictis, qui reliquis partibus ſanis, manus, & pedes deformia tantùm habebant. Cùm enim manus, & pedes vnico in loco

ſitos

A ſitos eſſe demonſtret, ſtatim conſequutione quadam elicitur læſionem ab anguſtia vteri, quæ vni ex ipſis infertur, cæteris infigi debere, atque omnes eandem ſortem participare, ſicque Illuſtriſſimis pueris accidiſſe abſque dubio cenſui.

Hoc ſitu tanquam vero præſuppoſito difficilè non eſt partem vteri affectam reperire, quæ mea opinione nulla alia eſſe poteſt, quàm vteri fundus, in quo & virile, & muliebre ſemen (docente Galeno) per cornua ipſius vteri deſcēdentia recipiuntur, ex quibus, membranis interſe copulatis, tota genitura perficitur. In hac autem parte, quæ reliquis capacior eſt, & magis ad ſphæricam figuram accedit, formatur fœtus, & augetur ſuis membranis, chorio nempè, & amnio (nam allantoide fœtus humanos carere primus demonſtrauit, & eleganter Arancius noſter) inuolutus, & ex toto iam conformatus inflecti primùm, deinde conglobari incipit. Quod hac ratione contingit, vt vertebræ lumborum, dorſi, & ceruicis flecti incipiant, natibus fundi ſuperiorem partem reſpicientibus, capite ad inferiora declinante, & ſupra genua quieſcente; crura verò inflexa tibias ad fœmorum poſteriorem partem deducunt, vt ſupradictum eſt, pe-
B dibus ad eam partem vteri deſinentibus, vbi ipſe incipit coarctari, & quo manus ad latera deſcendentes terminantur. Iam verò cùm accidat fundum vteri anguſtiorem reddi, quàm conueniat, fit vt genua comprimantur, & clunes ad vteri centrum impellantur, indè crura, & pedes, ita vt tandem nimium quàm par ſit pedes, & manus impulſæ, neceſſariò contorqueantur, atque ſitum mutare modò in vnam, modò in alteram poſitionem inclinantes coactæ ſiat, iuxta variam loci anguſtiam, & inæqualitatem.

Atque hæc de parte in vtero læſa. Redeo nunc eò, vnde diſceſſi, ad peculiaris ſcilicet cauſæ determinationem, vt habeatur, quæ nam ea fuerit vteri fundum coanguſtans. Manifeſtè ſupra demonſtraui non extitiſſe aliquam ex internis ipſi vtero inſidentem, aliquam igitur ex externis fuiſſe certum eſt. At equidem, vt paucis me expediam, dico veriſimile mihi videri hanc fuiſſe craſſitiem placētæ ab Arancio iecur vterinum appellatę; nam hęc aliquando craſſiſſima, imò & duriſſima fit, ac parti ſuperiori in fundo vteri adhærens ipſum anguſtiorem reddere poteſt, & ita in caſu horum puerorum allatā mutilationem eueniſſe crediderim. His hoc modo determinatis circa allatæ diſſimi-
C litudinis internas cauſas, veniendum eſt ad externas, ſed prius duo Hipp. loca explicare tentabo, quæ ad ſitum fœtus in vtero clarius intelligendum, non parum conducunt. Hippocrates lib. de natura pueri caput eſſe propè pedes aſſerit, & lib. de octimeſtri partu caput in ſuperiori parte ſitum eſſe ſcribit. Hæc duo loca contraria videntur Laurentio; nam ſi caput eſt propè pedes, inferiorem occupat locum, non igitur in ſuperiori parte ſituari poteſt. Ab Ariſt. cap. 8. lib. 7. de nat. anim. hos locos conciliari putat ipſe Laurentius: omnibus (inquit Ariſt.) animalibus caput primis menſibus ſuperius eſt, ſed cùm creuerint, exitumque appetiuerint, deorſum deducitur. Vnde apparet caput, & in ſuperiori, & in inferiori, parte reſpectu diuerſorum temporum collocari.

Sed re vera contrarietatem non continent, ac proinde nec conciliatione egent hæc loca, vt conſideranti patere arbitror; nam aptè quidem caput eſſe poterit in ſuperiori parte, atque etiam eſſe proximum pedibus, ſi & ipſi pedes in ſuperiori parte collocentur. Tota autem difficultas eſt circa intelligentiam prioris loci; nam difficile eſt intelligere modum, quo caput proximum eſſe poſſit pedibus. Nec eò quòd fœtus maturus
D deorſum deſcendens caput primum præcipitet, dicendum eſt ipſum caput eſſe propè pedes, vt putauit Laurentius, quia tunc ipſi pedes ſurſum vterum reſpiciunt, atque ita maximè ab illo recedunt. Nihilominus veriſſima eſt Hipp. propoſitio, ſi hoc modo explicetur: Fœtus (vt tam ipſius Hipp. quàm Ariſt. eſt ſententia) caput habet ſupra genua collocatum, atque veluti ſedens in vtero continetur, tibiæque partem poſteriorem ad poſteriora fœmora inflectit, vt dictum eſt, & calcaneis nates tangit, articuloſque pedis ad anteriora, & ſuperiora conuertit. Sic enim pedibus tibiæ regioni anteriori accedentibus digitorum extrema caput reſpiciunt, quod cùm genibus adhæreat, dici poteſt abſque controuerſia finitimum eſſe pedibus, quia ab ipſis ſolùm diſtat, quanta eſt tibiæ longitudo, & eò minus.

Dubitabit præterea hoc loco quiſpiam, cur Hipp. ſcripſerit eodem libro de natura pueri non dari certum indicium, vtrum fœtus caput ſurſum habeat, an verò deorſum. Ego (relictis quæ ab alijs afferuntur) dico non modò tactu, & viſu non poſſe diſcerni,

in qua

in qua nam parte abdominis mulieris grauidæ caput fœtus reperiatur: ſed neque ex B ſectionibus obſeruari quidquam poſſe, cùm huiuſmodi abſtruſa, & intra corpus latitantia, naturæque recondita arcana, non niſi coniecturis fallacibus, incertiſque aſſequi poſſint. Galenus enim lib. 1. de locis affectis, apertis verbis teſtatus eſt ab exercitatiſſimo, & peritiſſimo Medico tum in ſectionibus, tum in alijs operationibus vix, & cum maxima difficultate partes internas corporis cum ſuis affectibus præter naturam cognoſci. Et quamuis ipſe methodum certam dignoſcendorum affectuum tradiderit deſumptam à qualitatibus mutatis, ab exeuntibus, ab actionibus læſis, & à proprijs partium ſymptomatis; multoties tamen euenit, vt mentes, & humana ingenia, præſertim in rebus eiuſmodi intra corpus reconditis inquirendis decipiantur. In horum numero eſt infantis ſitus in vtero exiſtentis, qui non niſi confuſè à nobis deprehendi poteſt; Deus enim ſolus eſt, qui talia perfectè cognoſcit. Itaque iure merito ſcriptum reliquit Hippocrates non dari certam cognitionem an ſurſum, an verò deorſum caput reſpectu diuerſarum partium vteri contineatur.

An modò cauſæ exteriores, vt eſt aër, aſtrorum aſpectus, vel imaginatio hunc monſtruoſum effectum producere potuerint, vix quidquam determinare poſſum. Et primùm conſiderans priores duas cauſas, aërem nempe, & cœlum, quæ vniuerſales, & remotiſſimæ ſunt cauſæ, particularem effectum produxiſſe non puto. Si enim vim huiuſmodi continerent, effectus vtique tales in omnibus, quibus ſimilis aër, aut ſyderum aſpectus ineſſet, generarent, quod num contingat, ſatis dubium eſſe exiſtimo, quamuis non me lateat quoſdā Aſtrologos opinari gradus eſſe, in quibus cum Luna fuerit tempore conceptus, partum edi monſtruoſum. Sed hæc diſcutiat doctiſſimus Maginus. F

Quod ad imaginationem ſpectat, inter cauſas exteriores reſpectu obiecti à me repoſitam, dici de ea ſolet facere caſum, cùm quotidie experiamur grauidas mulieres ab appetitu rerum commeſtibilium ita commoueri, vt earundum imagines in ſuis pueris (vbi in lucem prodierint) impreſſæ videantur. Indicio ſunt ij, qui leporinis naſcuntur labijs, aut qui aliqua animalis parte, aut fructus alicuius ſpecie maculati ſunt, quia huiuſmodi maculæ, aut impreſſiones, non niſi à matris vehementi imaginatione prouenire poſſe Authores omnes conſentiunt. Sed an quemadmodum ab appetitu euenit, vt aliquid in imaginatione recipi poſſit; ita contingat, vt à concepto timore quidpiam in G eadem imprimatur; atque ita Illuſtriſſima mulier perterrita, ne fœtui futuro idem accideret, quod in primogenito animaduerterat, huiuſmodíque timorem animo reuoluens imaginationi affixerit, quæ ſpiritus mouens iuxta ſpeciem timoris ſibi impreſſæ talem fœtum efformare potuerit, non caret ambiguitate. Ferunt enim quidam tantæ efficaciæ, & potentiæ imaginationem eſſe, vt ad imaginatam ſpeciem ſpiritus corporeos immutare poſſit, qui deinde ad teſtes fœminæ, & vterum peruenientes veluti formatricis facultatis ſubiectum, & fundamentum, fœtum ſibi ſimilem efformant.

Nec id à ratione alienum videtur, cùm validior ſit imaginatio, quàm genitiuus ſpiritus, qui in ſemine, & ſanguine menſtruo præfuit; ſuperiores enim potentiæ mouere ſolent inferiores, & nonnumquam earum actus magis perficiuntur, quàm naturalium, vt in paſſionibus animi apparere aiunt, quæ non ſolùm vniuerſum corpus perturbant, verùm etiam humores vndique mouent vehementiùs, quàm faciunt ipſe potentiæ naturales. Itaque ex his habetur imaginationem in præſenti caſu aliquid potuiſſe, quod ab H Illuſtriſſima Domina intelligi facilè poterit. Sum tamen huius opinionis, vt arbitrer imaginationem poſſe mutare accidentia tantùm, vt ſunt colores, & delineamenta corporis; haud enim perſuaderi poſſum ſitum, & figuram deprauari ab eadem poſſe.

Vitæ etiam inſtitutæ ratio haud eſt prætermittenda; nonnihil enim potentiæ ad immutandum, & ipſa obtinet, non tantam tamen, vt monſtruoſitatem ex ſe efficere valeat. Eſt tandem decubitus, & coniunctio, quæ fit cum muliere menſtruata, quæ re vera non caret ſuſpicione; nam non deſunt grauiſſimi authores dicentes fœtus hoc tempore genitos, mutilos reddi, deformes, aut gibbos, aut corpore, & ſpiritu defectuoſos, vnde Eſdras dicebat fœminæ menſtruatæ monſtra generabunt. At de cauſis monſtruoſitatis propoſitæ fuſiùs fortè, quàm puturam, reliqua breuius.

Id quod ſecundo loco ex me, doctiſſime Balde, petijſti, fuit, num aliquod remedium pueris afferri poſſit, & præſertim radij, vlnæque fracturæ, atque luxationi, & inuerſioni

pedum?

A pedum? Ad quod reſpondens dico, quamuis oſſa ſuprapoſita, molliora cùm ſint, reſtitui
valeant in rectum ſitum, vt veriſſimum eſt: in propoſitis tamen ſubiectis, an id perfici
poſſit, hinc determinare nequeo, cùm deliberatio pendeat à cognitione ſenſitiua. Hoc
vnum addo minus rem eſſe difficilem in grandiori puero, quàm in minori, quia cùm
opus ſit ligaturis, & alijs operibus, hæc adaptari nequeunt, niſi firmioribus pueris, qui
ad horum auxiliorum moleſtiam ſuſtinendam ſint magis accommodati.

Tertiò quæſitum fuit de motu manuum, pedumque à quarto grauiditatis menſe in-
cipiente, & ad diem vſque partus perdurante, à quo deſiſtere nequit, vt Illuſtriſſima
mulier refert, & præſertim ſexto, & ſeptimo menſe, cum vehementer à prandio expe-
tit maſſam paſtæ, vel argillæ, quam tandiu manibus, quas præcalidas habet, contrectat,
quouſque iam defeſſa ſit. Circa quod quæſitum eorum non probo opinionem, qui pu-
tarunt, vt mihi ſignificaſti, huiuſmodi motum, & deſiderium paſtæ, aut argillæ contre-
ctandæ prouenire à nimio hepatis calore (cuius proprium eſt dilatare, & mouere)
conſequutione quadam manibus, pedibuſque communicato, prius tamen adaucto ob
B impeditam euentationē, quam vterus maiorem quantitatē internè acquirendo, atque
ita ipſum hepar comprimendo, prohibet. Nam quamuis concedam hepar tum ex ſua
natura, tum ex accidente calidum eſſe, & calorem mediante vena caua cordi, cuius
dexterum ventriculum pertingit, communicari, & inde ad ſiniſtrum delatum per ra-
mos eiuſdem, & per arterias manibus, pedibuſque impertiri poſſe: non tamen video
quomodo huiuſmodi calor in extremitatibus manuum, pedumque motum localem, &
deſiderium paſtam, argillamque tractandi producere poſſit. Calor enim excedens di-
latando motum alterationis tantùm per ſe producit per accidens localem ad quæren-
dum contrarium, vt cernimus in febrientibus, qui ſtragula eijciunt, vt refrigerationem
percipiant: quare ſi huiuſmodi calor eſſet in cauſa illius motus, Illuſtriſſima Domina
aquā, aut niuem potius, quàm argillam, aut paſtam ſpeciatim contrectandas expeteret.

Neque eorum opinionem probo, qui hunc motum referunt in ſympathiam, quam
habent fœtus, & mater inter ſe, vt patet in maculis, quæ apparent in corpore puelli,
parentis appetitum ſignificantes. Hæc ſympathia hoc modo ab ipſis explicatur. Dum
C partes fœtus in vtero patiuntur, partes etiam matris compati contingit, & quia dolor
in fœtu eſt cauſa caloris, & agitationis, hæc duo rectè quidem communicari poſſunt
matri non communicato dolore, quia eſt penè aliud quoddam ſubiectum; non enim
eſt eadem anima, quare nec idem principium ſenſus. Non probatur (inquam) mihi,
tum quia ad ſummum concludit in eſſe debere aliquam prauam affectionem manibus,
pedibuſque genitricis, non autem reddit rationem, cur continenter moueantur, & cur
deſiderium peculiare paſtæ, aut argillæ tractandæ ipſi afferatur, tum quia ſi mater non
eſt idem principium ſenſus, ergo nec idem motus, vnde non communicato illo, neque
hic videtur communicari poſſe. Sed duo ſunt hic conſideranda: primum vnde nam ſit
deſiderium illud paſtæ, aut argillæ contrectandæ: alterum cur non poſſit mulier ab illa
agitatione cohiberi.

Ad primum dico deſiderium paſtæ, & argillæ proficiſci à quibuſdam vaporibus, qui
eleuati à minera, in qua inſidet calor ille, caput aſcendunt, & lædentes anteriorem
cerebri partem, quemadmodum euenire ſcimus in paraphræneſi, imaginationem quo-
D que perturbant, qua læſa fit, vt mulier paſtam, argillamque ſigillatim repoſcat. Et hæc
læſio ineſt cerebro, vt pars eſt ſimilaris, & per conſenſum alicuius partis inferioris, vbi
humor aliquis melancholicus adſit, ex quo fiat huiuſmodi euaporatio. Sed cur ex ima-
ginationis huius deprauatione contingat paſtam, aut argillam ab affecta muliere deſi-
derari nullam puto reddi poſſe adæquatam rationem; id quod in reliquis accidit ima-
ginationis læſæ affectibus. Apud Gal. extat Theophili Medici hiſtoria imaginantis in
cubibulo adfuiſſe tibicines continenter pulſantes, quos excludendos clamabat: & apud
Plutarchum in vita M. Antonij habetur quoſdam milites, cùm eſſent in Media, &
Parthorum fugerent inuaſionem, in tantam annonæ caritatem deueniſſe, vt chœnicem
tritici atticam quinquaginta drachmis venderent, & panes hordeaceos ad argenti pon-
dus diſtraherent, quare ad olera, & radices ſe conuertunt, pauca reperiunt familiaria,
coacti etiam inſolita ante guſtare, herbam attingunt, quæ adferebat mortem per in-
ſaniam; qui enim eam ſumpſerat nullius alterius meminerat, vel notitiam habebat,

vnum

vnum agebat, vt omnem lapidem moueret, & verſaret, quaſi rem efficeret magni mo- B
menti, pleuus campus fuit humi incliuatorum, lapideſque erueutium, & transferen-
tium, poſtremò bilem euomeutes moriebautur, quando vuum remedium deficiebat
vinum. hactenus Plutarchus. Vnde deprehenditur ob commeſtionem illius herbæ
noxiæ prȩter obliuionem vniuſcuiuſque rei innaſci deſiderium quoddam commeden-
tibus iucliuandi caput ad terram, lapideſque maxima cum ſolertia reuoluendi, quod
erat imagiuatio quædam læſa ad hoc delirium determinata. Huius tamen hiſtoriæ, &
ſuperius allatæ, nec non & aliarum, de quibus meutionem facit Marcellus Donatus lib.
de admirabil. hiſtoria, nulla aſſiguari poteſt conuiucens ratio.

Ad ſecundum verò, cur ſcilicet non poſſit Illuſtriſſima domina cohibere huiuſmodi
agitationem, dico, quia eſt motus conuulſiuus, iu quo muſculi contrahuntur ad ſuum
principium, non ſecus atque contingit in motu voluntario; cum hac tamen differentia,
quod in voluntario ad libitum fit retractio, in hoc verò minimè: hunc antē conuulſiuum
motum ortum ducere exiſtimo, non ſecus atque læſionem imaginatricis ſupradictæ,
nimirum à vaporibus ex aliqua inferiorum partium ad cerebrum elatis, qui vbi diſcuti F
opportunè nou poſſint condenſati in ſpinalem medullam prius, deinde in neruos ma-
nuum, & pedum ruentes, ſunt in cauſa illius continuæ motionis. Atque cerebrum in
huiuſmodi affectione lædi vt organicum ſatis liquet, nec non & per conſenſum aliarum
partium; nec vlla eſt dubitatio, quin conuulſio non poſſit effici per ſympathiam, vt Ga-
leni extat hiſtoria de puero epileptico, qui in hunc morbum per conſenſum à crure in-
cidebat, dum auram quandam ab eo ad caput eleuari præſentiebat, ſed hoc eſt admo-
dum apud Medicos triuiale.

Sed obijciet quiſpiam, non eò quòd hic motus ad arbitrium mulieris cohiberi non
poſſit, eſt aſſerendum eum eſſe motum conuulſiuum. Nam erectio penis contineri, &
prohiberi nou poteſt, & tamen non eſt conuulſio. Reſpondeo, penis erectio nou eſt
voluntaria, ſed eſt motus naturalis, vt Gal. 6. de loc. aff. & alibi etiam ex ipſius ſtructu-
ra ſatis eleganter demonſtrat, quæ facta eſt ex ligamento, aut tendine nerueo intus ex-
cauato. Veſalius voluit ipſum ex duobus ligamentis conſtructum eſſe miro artificio ſi-
mul iunctis. Sed ſiue ex vno, ſiue ex duobus ligamentis conſtet, ſua ſponte dilatatur, G
non ſecus atque cor, & ſuæ arteriæ à propria ipſarum facultate, at cum aliquali diſcri-
mine; cor enim, & arteriæ ſemper mouentur, quia ſemper vſus adeſt, penis verò non,
quia nou ſemper vſus expoſtulat. Nam quemadmodum arteriæ vbi ſunt dilatatæ re-
plentur, non è contra: ita huiuſmodi corpus dilatatum ſequitur ex arterijs ſpiritus, non
ſecus atque pulmones ſequuntur motum thoracis ipſum tumidum, ac rigidum conſer-
uantes (vt eſt Gal. ſententia, quam ſequimur aduerſus Ariſt. qui voluit thoracem dila-
tari ad dilatationem pulmonum.) Quare motus penis, cùm naturalis ſit, non poteſt
conuulſionem pati; conuulſio enim eſt retractio muſculorum ad ſuum principium. Et
quamuis penis quatuor habeat muſculos, ij tamen in ſeminis rectam eiaculationem
tantùm conſpirant, quia duo canalem, ceu duabus manibus vtrimque dilatant; reliqui
duo ipſum iam turgidum, rectum ſuſtinent, vnde non propterea non eſt naturalis eius
motus, atque ita impediri ad libitum minimè poteſt. At manuum, & pedum actiones,
cùm motum voluntarium, & abſolutum nullis paſſionibus naturalibus ſubiectum ha-
beant, ſunt in noſtra poteſtate, vnde eorum motum, & refrænare, & concitare, quando H
lubet, poſſumus, at nunc ad aliud.

Quærebatur quarto de atra linea digito ferè lata, quæ ab vmbilico ad pubem pro-
ducta dexteram partem à ſiniſtra diuidit, & cur venter intumeſcat ad latera tantùm,
& nou in medium, vt iu alijs mulieribus, & cutis non niſi in inguinibus pariendo diſ-
rumpatur? Circa primum, puto hanc lineam, quæ inerat longè ante, quàm mulier iun-
geretur matrimonio, non trahere originem ab vtero malè affecto ob aliquam cauſam
externam; tum quia vterus, cùm ſit valdè exiguus, & ſub veſica latitans præſertim in
puellis, non videtur poſſe pati ab externo, tum quia hanc lineam in vtero eſſe ſculptam,
& aut iu cutem per pæritonæum, & abdominis muſculos tranſientem elucere opor-
teret, vt per corpus diaphanum: aut vt continenter fieret euaporatio ab vtero,
tanquam à minera, vt Ariſtoteles vult generari galaxiam, ſeu orbem lacteum, quorum
vtrumque eſt falſum, vt ex ſe liquidò conſtat. Equidem inuenio exteriorem cutem atro

inſici

A inſici poſſe colore tribus de cauſis, vel ob extinctionem (quæ mortificatio Barbaris di-
citur) vel ob ſubcongeſtionem alicuius materiæ, vt in echimoſi, vel propter dilatatio-
nem cuiuſpiam vaſis, vel venæ, vt obſernatur in varicibus, quæ ſunt venæ dilatatæ, è
quibus niger ſanguis per cutem apparet, vel alterius, in quo poſſit conſeruari quælibet
materia, quæ tangens cutem aliquam nigredinem induceret.

Sed in propoſito caſu nec mortificatio, vt ſic loquar, nec echimoſis eſſe poteſt, ſuper-
eſt igitur, vt dicamus prouenire ob dilatationem ſub cute alicuius venæ ex illis, quæ
per muſculos rectos abdominis ab vtero ad mammas excurrunt, quæ vena tranſiens
per mediam regionem inter muſculos rectos, qui à pube vſque ad vmbelicum ſepa-
rantur ad inuicem ad latitudinem plus minus vnius digiti, fuerit ab illo inſtrumento,
ferreo, quod à pueritia, vt mihi refers, geſtabat, vt corpus planum contineret, dilatata,
& temporis decurſu cutis attenuata, vnde appareat illa nigredo, aut vt paſſio venæ dila-
tatæ, cutis rarefactæ, & muſculorum rectorum interſe diſtantium, aut vt venę protra-
ctæ per membranam carnoſam immediatè cuti ſubiectæ, aut tandem vraci, qui à fun-
B do veſicæ per peritonæum excurrens ad vmbelicum, licet ex ſua natura non ſit perfo-
ratus in nobis, plenus tamen vnica ob dilationem à cõpreſſione pluries ab vtero facta
in veſicam, proferat in cute nigrorem, maximè cùm cutis rarior facta ſit, & muſculi
ad inuicem ſeiungantur. Porrò extenſio vteri ad latera, & cutis in inguinibus rimæ
confirmant meam opinionem de anguſtia vteri à craſſitie, & augmento placentæ, de
quibus cùm non fuerit mihi ſatis commodè ſignificatum, nihil reliquum eſt dicere.

Ad poſtremum, quod ad Illuſtriſſimæ mulieris præſernationem ſpectat, vt deinceps
huiuſmodi monſtra procreare nequeat, dico niſi anguſtia vteri ſuppoſita probè cogni-
ta fuerit, nihil poſſe deliberare, quæ ſi fortè ſit à natura, quod non puto, nullum agnoſco
genus auxilij, quo vti poſſimus. At ſi non naturalis, ſed præter naturam ſit ab vno, vel
pluribus prædictorum errorum proueniens, ij corrigendi ſunt. Et inter eos non mini-
mam partem ligaturam illam habuiſſe exiſtimo, qua in infantia, aut adoleſcentia vte-
batur ad conſtringendum abdomen, quare omninò ab ea abſtinendum, atque adeo
applicãda ſunt, quæ poſſint muſculos, & ſubiectum peritonæum ita relaxare, vt vterus
C ad debitam magnitudinem diſtendi poſſit, cucurbitæ vtrinque figendæ abſque cutis
ſectione, vnctiones quoque, & irrigationes ex oleo oliuarum maturo circa vmbilici re-
gionem inferius, & ſuperius ſunt adminiſtrandæ, exercitijs validioribus, & tempeſtiuis
exercere debet corpus, frictionibus quibuſdam in abdomine palmis manuum tranſ-
uerſim procedentibus, nempè ab vno ad aliud hypocundrium, inferius, atque ſuperius
etiam tendentibus. Ne autem in vtero placenta maior fiat, quàm conueniat, alimenta
ſint boni ſucci, & moderatè calida, varietas ciborum vitanda eſt; proderit bis cibum in
die aſſumere, qui tamen in partes æquales ſit diuiſus, vinum album minimè adſtrin-
gens, ſed quod tenuium ſit partium bibat. Aër minimè ventoſus, aut nubiloſus conue-
nit, ſed qui ſit temperatus in actiuis qualitatibus, in paſſiuis verò ad humidum magis,
quàm ad ſiccum vergat. Locus habitationis vtilis erit ſi orienti Soli expoſitus fuerit,
ſomnus moderatus eſſe debet; in eo enim vberior ſit nutritio partium, & ſpirituum.
Recreatio animi ſit hilaritas, omnis timor ab animo eijciendus, adſint omnia delecta-
menta, quibus maximè ipſa delectatur, caueat ab iracundia, mœſtitia, triſtia illi nun-
D quam nuntia afferantur, ſed animo læto, ac pacato viuat perpetuò ſpem concipiens
maximam prolis futuræ optimè conformatæ.

Caueant coniuges à frequentiori concubitu, ſi Illuſtriſſima mulier ſe concipiſſe per-
cipiat, nè aduentu alicuius portiunculę emiſſi ſeminis incepta fœtus formatio impedia-
tur, vitietur, aut aliqua turpi nota inſigniatur. Præcipuè Illuſtriſſimus vir à concubitu
menſtruis adhuc fluentibus cauere debet, nec ad coniugem accedat, antequam vterus
planè perpurgatus fuerit; nihil enim magis ad monſtri conceptionem facere videtur,
quàm ſi ſanguis ille menſtruus, quem natura tanquam quid ſuperfluum, & etiam con-
ſpurcatum expellit, euadat geniture, & nutritionis ipſius materia. Nam ipſius virus, ac
malitia ſuperare quandoque poteſt vires omnes facultatis expultricis, ipſiuſque boni-
tatem corrumpere. Euitandi ſunt omnes errores, quos ſupra ex Hipp. & Paræo me-
morauit: imaginatio debet perpetuò, nec ſolùm coitus tempore, ſed totius grauidationis
duratione pulcherrimarũ rerum imagines contemplari, & ante oculos habere picturas

puerorum egregiè factorum, eorumque pedum, & manuum artificium, & ſtructuram B meditari, ipſamque imaginationem à rebus turpibus, & deformibus auocare. Conueniunt propterea muſica inſtrumenta, ſuaues cantus, & melodiæ, gratæ amicarum mulierum loquelæ, & conſuetudines; conſtanſque, atque perpetuus ſit animus circa lætam ſpem futuræ pulcherrimæ prolis.

Quod ad alia duo Medicinæ inſtrumenta attinet, cùm hæc non adminiſtrentur niſi expoſtulante neceſſitate, prout à morbis, à cauſis, & à ſymptomatibus indicantur, quorum nullum in præſentiarum ex parte Illuſtriſſimæ mulieris proponatur, non eſt, vt quicquam de ipſis dicam. Vale.

Eidem.

DVm vehementer cuperem de te, tuiſque rebus certiorem fieri, quòd dudum abs te nullum accepiſſem nuntium, en mihi perferuntur tuæ humaniſſimæ litteræ, quibus Illuſtriſſimam Marchionem (poſtquã ego epiſtolam perſcripſerim, vt tibi morem gererem, de modo, quo monſtrorum generationem euitare poſſet) fœmellam pulcherrimam, omnibuſque numeris abſolutam peperiſſe ſignificaſti, quam ob rem D ſummopere gauiſus ſum, quòd cauſas malæ conformationis in prioribus natis rectò indicio aſſequutus fuerim, atque hinc ſpes mihi affulget fore, vt poſt fœminam ſpecioſus, ac venuſtiſſimus ſubſequatur maſculus, qui totius familiæ ſit veluti munimentum in parentum ſubſidium, & lætitiam. Nec minori gaudio perfundor, quòd Illuſtriſſimi Senatus diploma mihi amantiſſimè miſit, quo in Medicinæ exercendæ munus in patrio Archigymnaſio honorificis conditionibus, atque vberi ſtipendio reuocant. Quia verò id omne à te profectum eſſe intelligo (non ſiquidem tuum mei videndi deſiderium) tibi quàm maximas, vt poſſum, interim verbis perſoluo gratias, quoad ſe offerat occaſio animum erga te meum re manifeſtandi, cuius apud te nonnullam extare ſignificationem arbitror. Vale. M. D C. X I X.

Epiſtola Quarta.

Flaminio Rotæ Medico, & Philoſopho præſtantiſſimo, rerumque anatomicarum peritiſſimo. G

GRatiſſimæ, vir clariſſime, mihi fuerunt tuæ literæ præſertim, quòd te in fouenda, & augenda veteri noſtra neceſſitudine conſtantem animaduerterim; de qua quidem etſi nunquã dubitauerim, mihi tamen animi tui propenſi erga me tam præclara ſignificatio iucundiſſima fuit. De me verò tibi perſuadeas velim, te poſſe omnia polliceri; meque nominis tui memoriam habiturum, culturumque, nec mihi vnquam antiquius, aut gratius euenire poterit, quàm tuas literas doctrinæ, ac humanitatis ſale aſperſas perlegere poſſe: quæ præterquam quòd amicitiam fouent, & conſeruant, magna etiam lætitia, atque iucunditate me in tam longinquis regionibus commorantem perfundere poſſunt. Tria ſunt, quæ à me petis; vnum verſatur circa locum, per quem aqua à iecore in amplam abdominis cauitatem demittitur. Aliud, vt dicam, quem veriorem Aphoriſmi 54. ſeptimæ particulæ ſenſum eſſe putem. Tertium, & poſtremum eſt, vt H tibi demonſtrem errorem in confectione Alkermes componenda.

Ad primum dico plures vias, ac loca ab Anthoribus varijs aſſignari, à quibus aqua huiuſmodi exire poſſit; ab Auicenna potiſſimùm lib. 3. Fen. 14. tractatu 4. cap. 5. enumerantur venæ meſeraicæ, venæ vmbilicales, aliæque à vena caua prodeuntes, inter quas etiam recenſet emulgentes, & tandem membranam cingentem iecoris totam ſubſtantiam. Tu verò viam, quæ à membrana cingente iecur exit, magis probas, quàm prædictarum venarum aliquam, verùm huiuſmodi aqua non poteſt à membranis, vel tunicis venarum exire, niſi aliqua apertione media, quæ neceſſariò ſequitur, vt ſit manifeſta, vel immanifeſta, Prior autem vocatur διαίρεσις à Græcis, quæ cùm à *duplici* cauſa oriri poſſit, interna nempè, & externa, ſi ab interna ἀναστόμωσις, ſi ab externa διαίρεσις magis propriè appellatur. Secunda verò apertio immanifeſta, aut latens διαπήδησις vocatur. His poſitis ſtatuis (mi Rota) à mẽbrana iecur ſuccingente per hanc diapedeſin

aquam

A aquam transfluere, & rationem adducis, quòd in hac eadem membrana veſiculas illas
à Galeno hydatidas appellatas multoties obſeruaueris, magiſque hanc probas, quàm
Fernelij ſententiam libro 5. de partium morbis, & ſymptomatibus, cap. 8. negantis
aquam hanc per membranæ huius cæcos ductus tranſcolari poſſe; ſed opus eſſe, vt ali-
quid in ea ſit exeſum, aut ruptum, non ſecus atque in venis (nam concedit per rupturam
venarum tantùm à iecore fieri poſſe aquę effluxum in abdomen) quod tamen tu negas,
& per diapedeſin tantummodo poſſe exire probas, nec propterea admittis id ipſum
fieri poſſe per dilatationem poroſitatum in tunicis venarum.

Conuenis itaque cum Fernelio, quòd in aſcite aqua in abdominis cauum colligatur;
deinde quòd ipſa per membranā ambientē iecur permeet: differs verò, quia ille putat
per ipſius membranæ rupturam manifeſtè, tu autē per immanifeſtam viam, id eſt per
diapedeſin. Et addis illos, qui exiſtimarūt per poroſitates venarum aquam in abdomen
effluere in aſcite, fortè ſuum fundamentum accepiſſe ab illo, vt ais, obſcuriſſimo Apho-
riſmo 54. ſeptimæ particulæ. Verùm ſi vis me liberè loqui, & ingenuè, illud fundamen-
B tum hydatidum, quod accipis ad probandū aquam per inſenſibilem viam per membra-
nam hepatis permeare, contrariū videtur tuæ opinioni, quandoquidem Gal. lib. citato,
aphoriſmo 55. ſcriptū reliquit, quòd ſi quando contingat eas veſicas rumpi, effunditur
aqua ad locū mēbranę abdominis interioris epygaſtrio: ſequitur igitur ad hoc vt aqua à
membrana effluat per hydatidas, vt rumpatur membrana, quia veſiculæ illæ inductæ in
hanc membranam rumpuntur, ergo & mēbrana. Quare verior Fernelij ſententia vide-
tur, nimirū, quòd, vt exeat aqua à iecore ad aſcitem faciendā, diſrumpatur membrana.

Eſt etiam illud hoc loco notatione dignum, quod Galenus in hoc commentario ſcri-
bit, aquam non poſſe ingredi omentum, niſi aliquo modo ipſum exedatur; quod videtur
fauere opinioni Fernelij; nam omentum eſt membrana, quæ corpus habet ſolidum, &
firmum, vt Galenus ait. Quare ad hoc vt aqua egrediatur à membranis, & ingredia-
tur eaſdem, opus eſt, vt exeſæ ſint, quamuis ſi adminiſtrationem Anatomicam con-
ſulamus, in corpore humano, videbimus omentū non eſſe membranā denſam, ſed po-
tius raram, & multis foraminibus peruiam, quod multoties à me obſeruatum eſt, & à
C nullo, quod ſciam, ſcriptum. Puto tamen non eſſe neceſſarium ſemper, quòd in mem-
brana ſuccingente iecur ad aſcitem faciendam debeat fieri diæreſis, hoc eſt ſolutio
continui manifeſta; dico enim primò, quòd in diæreſi, & in diapedeſi materia à vaſo-
rum tunicis egreditur; & in hoc conueniunt diæreſis, & diapedeſis: differunt verò, quia
in diapedeſi, non niſi tenuior materia, ſerum ſcilicet, aut ſanguis ſeroſus exit: in diæreſi
& ſanguis, & quodcunque in venæ cauitate continetur. Differt ſecundò, quia diæreſis
ſemper eſt præter naturam; diapedeſis, verò, & naturalis eſt, & præter naturam: addo,
quòd per diapedeſin datur ingreſſus, & egreſſus materierum: per diæreſim verò tan-
tummodo extra vaſa materia transfertur.

Naturalis diapedeſis illa eſt, per quam ſanguis, & chylus pro alimento tranſmittitur
ad partes corporis nutriendas: de hac diapedeſi, per quam ſanguis tranſcolatur, Gale-
nus pluribus in locis eſt locutus, vt ipſemet teſtatur 6. de vſu partium capite 10. quo in
loco dicit ſe de hac diapedeſi locutum fuiſſe demonſtratiuè: ipſius hæc ſunt verba.
quòd ſi rectè à nobis demonſtratum eſt in alijs nutriri corpora attracto per ipſam vaſorum
D *tunicam ſanguine.* Et paulò infra loquens de iecoris, ac pulmonum nutritione dicebat.
*Porrò pulmonis corpus leue eſt, ac rarum, & velut ex ſpuma quadam ſanguinea concreta
conflatum, ob eamque cauſam puro ſanguine, & vaporoſo, ac tenui indiguit, non autem quo
modo iecur limoſo, & craſſo. Quo fit, vt vaſa habeat contraria, maximè quidem ijs, quæ ſunt
in hepate, poſt autem & alijs animalis particulis; in his enim cum vaſis ſanguinem ſuppedi-
tantis tunica rara ſit, ac tenuis, affatim craſſi ſanguinis, ac celeriter partibus circumfuſis di-
ſtribuit: in pulmone verò, quod craſſa illa, atque denſa extitit, nihil niſi tenuiſſimū ſinit elabi.*
Ex Galeno igitur clarum eſt dari diapedeſin naturalem, quam idem etiam Gal. 1. meth.
meden. cap. 2. fieri teſtatus eſt, tunica dilatata, id eſt rarefacta, & hæc eſt vna diapedeſis
naturalis, quæ fit in ipſis venis alimentum diſtribuentibus. Propero modò ad aliam ſpe-
ciem diapedeſis naturalis, qua mediante chylus tranſuehitur, quæ fit duobus modis, vno
quando chylus ab inteſtinis in capacitatem venarum meſeraicarum ingreditur, alter
eſt, quando in iecoris parenchyma transfunditur à venis portæ per concauam iecoris,
& totum parenchyma diſtribuitur.

Digitized by Google

Anatome (cuius tu Magiſter es egregius, & qui in ea tradenda omnes alios noſtri B
temporis Medicos, & Anatomicos facilè ſuperas) nobis vtramque hanc diapedeſin
demonſtrat; nam ſi inſpiciamus cauitatem inteſtinorum, videbimus nullam venam
ſuo oſculo in ipſam cauitatem terminari, ſed omnes quaſi inſenſibiliter inter inteſtino-
rum membranas deſinere. Quare neceſſe eſt fateri chylum per mediam diapedeſin à
membrana trãſmitti in venas: quòd ſi id cognoſcere euidentiùs cupis, coquas inteſtina,
deinde diligenter explora; videbis enim omnes venas deſinere in tunicas, neque oſcu-
la apparere: in iecore verò à venis, quæ à porta originem ducunt, idem chylus ad ipſius
parenchyma tranſuehitur, quòd tenuiſſimæ omniũ ſunt tunicæ venarum. Idem quoque
obſeruamus in dextris ventriculis cordis in ſanguine, qui ad ſiniſtrum non niſi media
diapedeſi tranſuehitur: & Galenus, vt ſupra dictum eſt, apertè fatetur per venæ arte-
rialis membranam ab eodem dextro ventriculo cordis in pulmonem tenuiorem par-
tem ſanguinis transferri, ex qua pulmones nutriuntur. Cæterùm in capſula cordis,
etiam in hominibus ſanis aquam reperiri communis ferè eſt opinio: huiuſmodi autem
aqua nihil aliud eſt, quàm ſerum, quod ad dextrum cordis ventriculum per venam ca- F
uam ſimul cum ſanguine vectum eſt; quod vbi à facultate expultrice cordis expellitur,
tanquam ſuæ nutritioni inutile per cordis ſubſtantiam tranſcolatur per diapedeſin in
capſulam, ſeu in pericardion deponitur. Adde, ſi placet, eandem ſeroſam materiam
per renum carnem, non niſi diapedeſi media tranſcolari; quemadmodum & ſemen
etiam à teſtibus per recurrentia vaſa, non niſi per diapedeſin transfertur; nullus enim
eſt ex Anatomicis, qui ſcribat ſe obſeruaſſe vias manifeſtas, per quas ſemen à teſtibus
iam dictis deponatur, imò verò auſim dicere ipſum ſemen inchoatum in varicoſis pa-
raſtatis, non niſi media diapedeſi in teſtes demitti; his omnibus ſatis conſtare puto
neceſſariò dari diapedeſin naturalem.

Reuertor ad venas hepatis, quæ à vena porta orginem trahunt, à quibus per ſuas
tunicas in parenchyma deponunt chyloſam materiam, ad hoc vt in ſanguinem cõuer-
tatur; materia enim chyloſa, quam deferunt, alba eſt; debetq́ue fieri rubra, vt fiat ſan-
guis; non enim poſſet colore illo rubicundo affici, niſi immediatè ab ipſo perenchy-
mate tangeretur rubicundo: eſtq́ue axioma Philoſophicum, quòd omnis actio fiat per G
contactum immediatum, ideo opus eſt, vt per tunicas venæ portæ chylus in parenchy-
ma iecinoris deponatur: iuxta illud Galeni 4. de partium vſu cap. 12. & 13. materias,
quæ tranſmutationem acquirunt in aliquibus partibus, eodem colore, quo ipſæ partes
ſunt præditæ, affici, quod in chylo, & ſemine luce meridiana clariùs apparet; nam à
colore ventriculi albo chylus albus redditur; ſemen etiam à vaſis ſeminalibus, ac teſti-
bus album fit, quæ alba ſunt. Imò Galenus hoc in loco ſcribit, quòd ſi ſanguis longam
moram traheret in venis, albus redderetur, eò quòd venæ albæ ſunt. Si igitur chylus
remaneret in venis, quæ ſunt in ipſo iecore, neque ad parenchyma deponeretur, non
fieret rubicundus, quam ob rem, adhoc vt tranſmutetur in ſanguinem rubicundum,
neceſſum eſt, vt parenchyma immediatè tangat: non poteſt autem ipſum tangere, niſi
materia à prædictis venis exierit: nam proprium corpus hepatis primum eſt ſanguinis
creandi inſtrumentum, vnde Galenus dicebat, quod alimentum magis, & vndequaque
ipſum contingit, citiùs, & meliùs ſpeciem ſanguinis erat ſuſcepturum. Nouum fortaſſe
tibi paradoxum videtur, quod de huiuſmodi venis ſcribo, cùm præſertim ſit contra H
communem omnium Medicorum opinionem exiſtimantium in venæ portæ ramulis
fieri tranſmutationem chyli in ſanguinem, inde per illam tam diuulgatam anaſtomoſin
vtriuſque venæ generis conſtitutam transferri chylum mutatum in ſanguinem à venis
portæ ad cauæ venas: quod omninò falſum eſſe demonſtrat ipſiſſima αὐτοψία, ratio di-
ctat, & Galeni authoritas confirmat.

Anatome enim demonſtrat duplex venarum genus in iecore reperiri, vnum à vena
porta, aliud à vena caua ortum ducens, quæ ambo ab omnibus cognita ſunt, iiſq́ue pa-
renchyma iecoris adnatum videtur; à vena namque porta in ipſum diſtribuuntur ra-
mi per ipſius concauam regionem ingredientes, & rectè incedentes ſurſum in ipſius
gibbam regionem finiuntur. E contra, quæ à vena caua prodeunt, à gibboſa parte
quaſi enatæ per ipſum parenchyma deſcendentes deorſum ad concauam regionem
terminantur; ita vt ſitu, ingreſſu, & progreſſu contrariæ incedant. Quæ omnes quem-

admodum

Digitized by Google

A admodum inter ſe origine, & progreſſu oppoſitæ ſunt, ita magnitudine, ſubſtantia, atque vſu diſcrepant; nam venæ portæ à caua regione iecoris in gibbam progredientes, factæ ſunt, vt chylum in parenchyma deponant: proindè tenuiſſimæ, & exiles apparent, & in omnem partem ipſius parenchymatis diſtributæ. Ad hoc vt minima portio chyli deponatur in ipſum parenchyma ſecundùm omnes partes ſubſtantiæ illarum rara, ac tenuis eſt, vt faciliùs exire poſſit, lib. 4. de vſu partium cap. 13. è contra verò venæ à caua magnæ ſunt, ipſarumque ſubſtantia craſſior. Magnæ quidem, vt multam ſanguinis copiam ſuſcipiant, craſſæ verò ſubſtantiæ ad iecur ſuſtinendum, vt Ariſtoteles lib. 3. de partibus animalium, cap. 7. & Galenus lib. citato, cap. 13. ſcripſerunt, illudque ſuſpendendum. Hinc opus fuit eas foraminibus quibuſdam cribri in modum peruias eſſe; nam ad nutriendum opus eſt, vt multa ſanguinis copia, & citò ad cauæ venæ truncum feratur; per diapedeſin verò nec tanta copia, neque tam breui tempore transduci poterat ipſius ſanguinis ob membranarum craſſitiem, quare naturæ prouidentia huiuſmodi venæ perforatæ fuerũt, quod à nemine hactenus animaduerſum ſcio.

B Memini me multoties obſeruaſſe eas, & in publico noſtro Bononienſi Gymnaſio promulgaſſe, quas (ſicuti dixi) ſi repereris, poterimus deinde vna circa hæc foramina aliquid contemplari, & ſi dices eas minimè reperiri (vide quantum tibi deferam) cogar palinodiam canere, aut ſaltem tacere. Nec puto totum eſſe admittere illam anaſtomoſin venarum, nempe portæ, & cauæ in media regione iecoris conſiſtentem; nam ſi hoc eſſet, ſequeretur reliquum iecoris parenchyma, nempe gibboſam partem eſſe otioſam, cùm ſanguificatio fiat in concaua parte, quam venæ portæ non excedunt, quæ deinde ſanguinem deponunt in ramos venæ cauæ. Quare tota illa pars hepatis, in qua venæ cauæ diſtributæ ſunt, non generabit ſanguinem, quia venæ cauæ ramuli accipiunt ſanguinem iam cõfectum à venis portæ, quæ ſunt in concaua parte hepatis, quod omninò abſurdum eſt, & præter rationem; nam ſanguificatio ex Galeno fit in toto parenchymate, nec Galenus vnquam habuit mentionem de huiuſmodi venarum coniunctione in hepate, vt videre eſt, in cap. 13. in quo loquitur de omnibus partibus iecoris, & de venis adfert talia verba. *Quin etiam cur venæ, quæ ſunt in gibbis, non coniunguntur cum*

C *ijs, quæ adſima ſunt.* Quibus verbis præclarè à Galeno habemus eum non cognouiſſe illam anaſtomoſin in medio hepate, vnde ego concludo, quòd adhoc, vt fiat ſanguis, opus eſt, vt chyloſa materia tota ponatur in totum parenchyma, inde etiam & trahatur à venis venæ cauæ, ad hoc vt feratur in amplam cauitatem venæ cauæ: & hæc de diapedeſi naturali.

Venio ad diapedeſin præter naturam; (huius meminit Galenus 3. de cauſis ſymptomatum cap. 2. & 5. de compoſit. medic. per loca cap. 1.) quæ duplex eſt: vna, per quam materia aquoſa à membranis, & tunicis venarum exitum habet; altera verò, qua materia extranaſata, ſiue aquoſa fuerit, ſiue purulenta, & pituitoſa intra venas ingreditur, & remeat. Prioris experientiam habemus rerum magiſtram, tam in corporibus viuis, quàm mortuis certiſſimam, & frequẽtiſſimam. In corporibus quidem viuis ſæpè occurrit nobis hydrocele, ſeu vt nonnulli loquuntur hernia aquoſa, in qua colligitur aqua nulla apparente in venis ſolutione continui, aut in membranis. In cadaueribus in dies ſectione ipſa demonſtratur; cùm frequenter vniuerſus thorax, cordis capſula, ali-

D quando, & ventriculi cerebri aqua pleni reperiantur, quæ fortè non ſemel à te obſeruata eſt, atque huiuſmodi aquam non generari in prædictis partibus clariſſimum eſt; quare neceſſariò aliunde veniet, at non per alium locum transferri poteſt niſi per venas ipſas, quæ tamen obſeruantur integris ſuis membranis, nullaque in ijs facta ſolutione continui, igitur fatendum eſt hanc aquam à venis ipſis transcolatam fuiſſe per diapedeſin. Eadem quoque experientia obſeruatum eſt materias, vt diximus, à cauitatibus magnis ad venarum cauitates remeare, vt in thoracis empyematibus, in quibus purulẽta materia à thoracis cauitate ad pulmones per membranam, & à pulmonibus per tunicam aſperæ arteriæ ad cauitatẽ ipſius remeat, quæ tandem per ſputum extrapellitur.

Nonnunquam etiam obſeruatum eſt à multis, & à Galeno præſertim, eandem materiam in thoracis cauitate exiſtentem per vrinam, & per ſeceſſum etiam expurgatam fuiſſe, nec alia via, aut modus dari poteſt, per quem hæc materia ad vrinam, vel ad ſeceſſum feratur niſi mediante diapedeſi; nam ſi Galenum ſequamur, fatebimur neceſ-

ſariò

ſariò tranſcolari hanc materiam per pulmonum membranam ambientem, inde per E
membranas arteriæ venalis ad ipſius ramorum cauitatem media diapedeſi,ac inde manifeſta via ad ſiniſtrum cordis ventriculum, & ad arteriam magnam, ab illa ad emulgentes arterias, & ad renes, à renibus ad vreteres, à quibus transfertur ad veſicam, à qua tandem deponitur in communẽ canalem vrinæ,atque ſeminis,vnde extra pellitur. Si Falloppium ſequamur, & plures alios claſſicos authores,qui poſt ipſum ſcripſerunt, dicemus materiam contentam in capacitate thoracis ad venam agygos trãsfundi, inde ad renes ramulis quibuſdã ab ipſa agygos enatis.Sed quomodo venæ prædictæ agygos cauitatem ingredi vnquam poterint, niſi per diapedeſin? quamuis non ſit maior ratio, cur materia ingrediatur cauitatem agygos, quàm truncum venæ cauæ. Sed quicquid ſit de hac Falloppij opinione, ſat mihi eſt, quòd ſiue ſequamur viam ipſius,ſiue Galeni, non poſſumus concedere materiam poſſe ad vrinam ferri, niſi ingrediatur per tunicas vaſorum prædictorum, aut per eam, quæ pulmones ſuccingit media diapedeſi.

Quòd ſi admittamus materiam in eodem thorace contentã expurgari per ſeceſſum,
nulla alia via reperitur, quàm vena caua, cuius quidem capacitatem quomodo materia F
ingrediatur, declarari minimè poteſt, niſi mediante diapedeſi, quæ vbi ingreſſa fuerit venæ cauitatem, inde ad ſeceſſum protruditur. Sed non minùs difficilè eſt aſſignare vias, per quas ab ipſa vena ad ſeceſſum feratur, quàm ſit inuenire, per quas vias materia remeare poſſit venæ cauitatem. Galenus enim etſi hunc caſum concedat dari poſſe, id tamen fatetur eſſe ex rarò cõtingentibus: & quemadmodum rarus eſt caſus, ita quoque id contingit propter raram, & inauditã corporis conſtitutionem, à Galeno ſolùm obſeruatam 6. de locis affectis cap. 3. quæ eſt, vt à trunco venæ cauæ ad truncum portæ canalis quidam producatur, per quem hæc materia deducitur ad portam, inde ad meſeraicas,& tandem ad inteſtinorum capacitatem deponatur,& ad ſeceſſum. Meſues verò à vena caua ad gibboſam hepatis regionem transferri ſcribit, inde ad concauam, & ad portam, tandem per meſeraicas ad inteſtina.

Sed de vijs, per quas ad ſeceſſum materia propellitur, non eſt, vt quicquam cogitemus; nam præſens diſputatio inquirit tantùm,per quas vias materia prædicta venarum
capacitatem ingrediatur, quæ non niſi diapedeſis eſſe poteſt. Quibus prælibatis, venio G
ad determinationem tuam, quæ eſt, quòd in aſcite aqua à iecoris parenchymate ad membranam tranſuehitur, & à membrana ipſa per ſolam diapedeſin, non autem per rupturam, aut fiſſuram ad ventris imi capacitatem percolatur. Quæ propoſitio, cùm mea opinione, duplicem ſenſum habere poſſit, nempe quòd per ſolam membranam iecoris exit materia aquoſa mediante diapedeſi, vel per membranam mediante ſola diapedeſi, ſub vtroque ſenſu falſa eſt; nam primus ſenſus falſitatem habet, quia cùm aqua contineatur in venis tam cauæ, quàm portæ, & omnes diapedeſin incurrere poſſint (non enim eſt maior ratio vnius, quàm alterius membranæ) fieri poteſt, vt vna, vel plures ex venis meſeraicis dilatentur præternaturam, vt rectè ſenſit Auicennas, atque ita aqua exeat, & cadat in ventris capacitatem, & colligatur. Hoc idem dico de vena vmbilicali, quæ dilatari poteſt, & aquam à iecore recipere, inde tranſmittere ad abdominis capacitatem, quicquid de hac vena ſcripſerit Maſſarias: nec aliter dicendum eſt de venis emulgentibus, à quibus dilatatis exire aqua poteſt, & colligi in abdo-
men per diapedeſin. H

Sed hoc loco ſtatim inſurgent duæ difficultates: vna, nam ſi concedatur aſcitem fieri aqua exeunte à prædictis venis, concedendum eſſet fieri poſſe hydropem ſine iecoris refrigeratione, quod eſt contra Galenum. Altera difficultas eſt circa experimentum Fernelij ſcribentis ſe obſeruaſſe aliquos à ſuppreſſione vrinæ per ſpatium viginti dierum extinctos, in quibus tamen nihil aquæ in abdominis ſpatium ex venis defluxit quæ res ſignum eſt non poſſe aquam tranſcolari per venarum tunicas,ſed per fiſſuram, & ſolutionem continui. Ad primam difficultatem reſpondere poſſum duobus modis: primo dicens non eſſe impoſſibile aſcitem fieri ſine iecoris refrigeratione, quia grauiſſimi authores id euenire obſeruarunt, vt Fernelius, & Argenterius, etſi in aſſignanda cauſa aſcitis non conueniant; nam Fernelius lib. 3. de morbis, & ſympt. cap. 13. ſcribit iecur in aſcitem incidere ob ingentẽ ſiccitatem, Argenterius verò lib. 4. aphoriſ. 2. exiſtimat fieri aſcitem à quacunque cauſa, quæ poſſit coaceruare humorem ſeroſum,

vel

A vel mucoſum: quando autem contingit hepatis cauſa, id euenit ratione duritiei, at vt plurimùm ex aduſtione. Sed quicquid ſit de horum opinione. Dico ſecundo, quòd iecur poſſit duobus modis refrigerari, vel per ſe, vel per conſenſum, & vtroque modo, vbi refrigeratur, fit hydrops, vbi antè dilatatæ ſunt iecoris venæ, ita vt exeat aqua, tunc iecur ſocietate ipſarum venarum refrigeratur, & temporis progreſſu efficitur aſcites.

Ad ſecundam dubitationem dicere poſſumus venas in illis corporibus validas, & craſſas adeo fuiſſe, vt dilatari minimè potuerint, ita vt aqua exire potuerit: vnde non concludit Fernelius non poſſe exire aquam, niſi per fiſſuram, quia ſi dilatata aliqua fuiſſet vena, aqua in ventrem effluxiſſet. Quare aqua in aſcite per membranæ diapedeſin (vt rectè ſentis) effluere poteſt in ventris capacitatem, ſed non modò per membranam iecoris, verùm etiam per tunicas venarum, nimirum dilatatas. Cùm autem diapedeſis fiat per occultos meatus dilatatos, qui hoſce admittunt, non videntur omninò, & turpiter hallucinati, vt ſcripſit Fernelius.

Alter eſt, quòd à membrana iam dicta per ſolam diapedeſin transducitur, qui ſanè B falſus videtur, quia exire etiam poteſt per rupturam, aut fiſſuram, vt ſupra dictum eſt, idque dilucidè à Fernelio probatur; nam cùm concedatur dari veſiculas illas in iecoris membrana, quas dicis te multoties obſeruaſſe (ac etiam in tuis ædibus ſemel in ſimia quadam, cuius anatomen in ſtudioſorum gratiam faciebas) concedendum quoque erit poſſe illam lacerari; nam quando materia à iecoris parenchymate tranſcolatur ad membranam, vel membrana craſſa eſt, & aquæ pauca copia; vel ipſa tenuis eſt, & aqua copioſa: ſi primo modo, veſiculæ in ipſa excitantur; ſi ſecundo modo, rumpitur membrana, & fiſſuram contrahit, per quam ſenſim vniuerſa aqua, quæ ex parenchymate effluit, ad cauitatem abdominis exire permittitur. Quare non ſolùm à membrana per diapedeſin aqua in ventrem colligitur, ſed etiam per ſciſſuram: non tamen Fernelio concedo, quòd per venarum fiſſuram aqua exire poſſit intus manente ſanguine, cùm id impoſſibile eſſe exiſtimem.

Modò ad ſenſum germanum aphoriſmi propoſiti accedo, qui duobus modis poteſt conſiderari: primo reſpectu loci, in quo Hippocrates vult materiam pituitoſam contiC neri; ſecundo in relatione ad præſuppoſitã noſtram diſceptationem. Si primo modo, procul omni dubio obſcurus eſt, & difficultatem habet (quam nec Gal. neglexit) quia cùm ſcriptum ab Hippocrate ſit, quibus inter ventriculum, & ſeptum tranſuerſum pituita concluditur, quiſnam locus ille ſit, vbi pituita colligitur, inter ſe grauiſſimi authores digladiantur. Nam Marinus apud Galenum exiſtimauit Hippocratem voluiſſe intelligere locum inter ſepti trãſuerſi corpus proprium, quod carnoſum eſt, & peritonæi (hoc eſt interioris membranæ abdominis) verticem, ſed à Galeno reprehenditur. Idem verò Galenus ſuam de hoc afferens ſententiam dicebat eſſe intelligendum ſpatium illud, quod eſt infra ſeptum tranſuerſum, ſed intra eam abdominis membranæ exterioris partem, quæ ad epigaſtrium attinet. Cardanus ad inſectandum Galenum potiùs, quàm ad ipſum dilucidandum natus nullam ex prædictis determinationem recipit, ſed vult locum hunc intelligendum eſſe ſupra ſeptum trãſuerſum, vbi ventriculus ſupraeminet à parte, quę eſt propè os; caſumque hunc obſeruaſſe ſcribit in Biccio quodam Mediolanenſi. Verùm huius opinio non probatur mihi, quia ſi materia ſupra diaD phragma contineretur, nempe in illa ſuperficie, quæ reſpicit thoracem, eſſet in ventris medij capacitate, non in abdomine, vt Galenus voluit ſimul cum alijs ſui temporis authoribus. Deinde ſi ſupra diaphragma ſupponeretur eſſe hæc pituita, facilè cognoſceretur, quia reſpirandi induceret difficultatem. Sed aphoriſmus non facit nobis difficultatem in hoc ſenſu, quia minimè verſatur circa loci indagationem, in quo poſſit contineri materia ab Hippocrate propoſita, quia cùm diaphragma inueſtitum ſit, vt volebat Marinus, contineri poteſt ſiue in anteriori membranæ parte propè ventriculum, vt dicebat Galenus, ſiue intra ſuperficiem illam diaphragmatis, & ſuam membranam, quæ ſubijcitur ventriculo.

Vt verò declaretur aphoriſmus ſub ſecundo modo acceptus, dico ſiue illius materiæ locus ſit hic, ſiue ille propè ventriculum, opus eſt, vt non multùm diſtet à vena caua, & emulgentibus, vnde poteſt venæ cauæ truncũ per membranæ diapedeſin ingredi, inde ad emulgentes, vel etiam emulgentẽ dextrã ferri, & eadem diapedeſi ingredi ipſius cauitatem;

uitatem; inde ad renes duci, & tandem ad veſicam; dummodo materia pituitoſa ibi B
contenta attenuata fuerit, quamuis etiam meatus venarum anguſti fuerint; nam natura eos prorſus reperit, & ad eos demandat huiuſmodi materiam. Nulla igitur difficultas videtur mihi in hac aphoriſmi parte, quæ ſola facit ad noſtrum propoſitum, ſi potiſſimùm concedatur dari præſuppoſitam illam diapedeſin ab exteriori ad interius, à cauitatibus nempe magnis ad venarum capacitatem. Nec videris præter rationem dubitare, an illi, qui putant à venis per diapedeſin exire materiam, ab hoc loco aſſumpſerint coniecturam, aut fundamentum; quia cùm ſit luce clarius ex Hippocratis, & Galeni mente poſſe materias extrauenatas remeare, rationi conſonum eſt, vt etiam feroſam, & aqueam materiam, qualis in aſcite reperitur, poſſe per eaſdem membranas dilatatas extra ferri. Senſus igitur totius aphoriſmi clarus eſt, quòd materia pituitoſa cõtenta inter ſeptum tranſuerſum in ventriculum dolorem inferens, in ventrem non habens viam, ijs per venas in veſicam verſa pituita morbi ſit ſolutio. Dubitatio propterea eſt, quomodo per venas ad veſicam ferri poſſit, quæ iam declaratur ex præſuppoſita diapedeſi. Et hæc de opinione circa determinationem de via, per quam exiſtimas in F
capacitatem abdominis ferri aquoſam materiam, & de ſenſu aphoriſmi.

Venio ad declarandum, aut detegendum errorem, quem exiſtimo notabilem eſſe in confectione Alkermes, aut de lapide lazuli: quem ſcribis tu exigui, vel nullius momenti eſſe, eſt autem error, quem dicebam, circa lapidis lazuli diminutã doſim, quæ ad drachmas duas in Antidotario Bononienſi ſcripta eſt, ex librariorum negligentia vt puto: tu contra dicis in noua futura editione alterius copioſioris Antidotarij iam caſtigatum iri huiuſmodi errorem; aucta enim eſt doſis ad drachmas duodecim, & quamuis doſis eſſet drachmarum duarum tantùm, nihil refert, quia darſeni, & cinnamomum cæteris, quæ in hac compoſitione ſunt, magis inſeruit.

Multoties in hoc Siciliæ Regno orta eſt inter me, & Medicos de huiuſmodi diminuta doſi altercatio, quam equidem incuria librariorum prouenisse defendere conabar. Eſt re vera ingens error nec ex editionum ſocordia natus, cùm (vt rectè ſcribis) plures ſint authores in compoſitione hac probantes hanc lapidis doſim ad drachmas duas, qui ſanè emendationem, non excuſationem requirunt. Librum, quem citas mihi G
legendum, non habeo, ſed multos alios legi, qui huius lapidis doſim ad drachmas duodecim commendant, vt eſt Nicolaus Præpoſitus, Fernelius, Ioubertus, Borgarucius, Calreſtanus, Matthæus, Antidotarium Romanum, Auguſtanum, & alij plerique locum Meſues in compoſitione Alkermes eſſe mendoſum affirmãtes, deberéque in integrum reſtitui, eamque præſcribi lazuli quantitatem, quæ ſcripta eſt cap. 14. lib. j. apud eundem Meſuem. Nec id ſine magna ratione; nam cùm omne medicamentum compoſitum conſtet ex tribus partibus, nempe baſi, adiuuantibus, & corrigentibus (vt rectè ſcripſit Capiuaccius vir doctiſſimus) quemadmodum Decade Octaua demonſtraui, baſis nulla alia eſſe poteſt, quàm lapis lazuli, cætera verò corrigentia, & adiuuantia ſunt. Ars ſiquidem medicamenta componendi naturam imitatur corporis partes organicas componentem, quas ad actiones perfectas edendas componit, & has ex pluribus partibus ſimilaribus ſpecie diuerſis, in vnam tamen actionem conſpirantibus, non tamen eodem modo, cùm aliæ ſint ad actionem, aliæ ad meliorem actionem, aliæ ad conſeruationem factæ. Rurſus earum, quæ ad actionem ſunt, quædam habent rationem præ- H
cipuam agendi, & aliæ ſunt, ſine quibus illæ operari nequeunt. Omnia hæc proportione quadam reperiri in medicamento benè compoſito exiſtimo, vt inde tutò, citò, & iucundè operari poſſit.

In propoſito medicamento baſis debet eſſe pars principalis principalem agendi rationem obtinens, ideſt lapis, nequaquam darſeni, aut cinnamomum, quæ ſunt vnum, & idem nomine tantùm differentia. Quod verò lapis ſit baſis, facilè probatur, cùm nulla alia ſit materia in hac compoſitione, quæ apta ſit ſatisfacere ijs intentionibus, quas ipſa confectio promittit, vt patet ex natura huius lapidis deſcripta ab eodem Meſue cap. 14. Reliqua verò, quæ ponuntur in compoſitione, conſpirant in actionem ipſius, non tamen omnia eodem modo. Cùm verò lapis duobus modis conſideretur, præparatus, & non præparatus, primo modo eligendus eſt, ſecundo modo euitandus; præparatio enim rationem habet ſine qua non, quæ duplex eſt, vna ſit antequam compoſi-

tionem

A tionem ingrediatur, alia verò quando cum alijs rebus commiſcetur: primi modi præ-
paratio nobiliſſima, omninmq; præſtantiſſima illa eſt, quæ à doctiſſimo Coſtæo habe-
tur, qua ſæpe ſum vſus, præſertim in illa confectione, quam paucis abhinc diebus
componere feci pro Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Villancurt Magno Magiſtro Or-
dinis Equeſtris Hieroſolymitani, quæ ſanè præſtantiſſima & excellentiſſima eſt. Altera
præparatio illa eſt, quæ fit cum ſucco pomorum, aqua roſacea, granis tinctorum, &
margaritis, à quibus omnibus temperatur ipſius acrimonia, & ſi quid maleficæ ſuæ
qualitatis remanſerit, totum aufertur, ita vt habeant hæc rationem cauſæ, ſine qua
non perfectè operari poteſt.

Ambra eſt ad perfectiorem, & meliorem actionem, lignum aloës ad cordis cor-
roborationem faciens, poteſt dici ad meliorem actionem, cinnamomum verò, ſeu
darſeni ſimul cum muſcho ſunt etiam ad perfectiorem actionem, quia ducunt totius
medicamenti vires ad cor: habent etiam rationem vehiculi, & cor ipſum corroborant,
aurum ad conſeruationem facit, ita vt omnia, quæ in hac confectione poſita ſunt,
B videantur inducta in gratiam operationis lapidis, quare ipſe eſt totius medicamenti
baſis, proinde non poteſt eſſe in tam exigua doſi, qualis ſunt drachmæ duæ, quando-
quidem à virtute, & facultate aliorum medicamentorum obrueretur lapidis virtus,
nec poſſet illas præſtare operationes, quas promittit tota confectio, quod experientia
pluries compertum eſt, atque obſeruatum; nam ſi cuidam palpitatione affecto, aut ſyn-
cope, vel lypothymia oppreſſo, vel mœrorem patienti ad quamuis doſim dederis,
nulla ſequetur conferentia. Contrarium contingit, vbi confectio facta ſit cũ ſufficienti
quantitate lapidis, nempe ad drachmas duodecim cum rebus alijs proportionaliter
admixtis, & ſecundùm artem compoſitis, ea ſcilicet ratione qua à Meſue docemur, &
magis probati authores faciunt. Error igitur non ſpernendus videtur, ſi in hac com-
poſitione tam celebri, & tam vſitata parua lapidis doſis apponatur; nam intentioni-
bus ſatisfacere non poſſet, quas ipſius Author pollicetur. Pulchrè igitur conſultum eſt
addere compoſitioni in nono Antidotario deſcriptæ drachmas duodecim; tunc enim
confectio omnibus ſuis numeris abſoluta erit.

C Et hæc ſunt, quæ ego iſtis diebus feſtinis, dum à lectionibus vacamus, tum honeſti
ſtudij, tum ingenium tuum excitandi cauſa ad te ſcribere volui, quæ vt æqui, bonique
conſulas rogo. Tecum doleo, & ſummopere quidem, quòd tam diu à graui diſtillatione
detinearis, cui te potius victus ratione pertinaci, quàm medicamentorum aſſiduitate
ſatis facturum confido, cùm ab vſu ipſorum immoderato, viſcera præcipua debilitten-
tur, tibi tandem congratulor, quod in reliquis actionibus, & officijs tam Medicis, quàm
ſcholaſticis omnia tibi proſperè, & ex voto ſuccedunt, quæ ſanè tuarum virtutum, &
meritorum teſtimonia ſunt. Si tibi occaſio quandoque ſeſe obtulerit mittendi Antido-
tarium nouum, rem gratiſſimam facies, mihique curæ erit, illud rependere. Deus inte-
rim Opt. Max. in priſtinam ſanitatem te reſtituere non dedignetur, exoro, gratiſſi-
mumque mihi erit ſi de eadem recuperata valetudine me certiorem reddideris. Vale,
& me abſentem diligas. M. D C. V I I I.

Epiſtola Quinta.

D

Præclariſſimo Marco Antonio Politi Rheginorum Medicorum
facilè principi.

DVm peruoluimus Terentij viri eruditionis laude admirandi libros,
quos ad poſteros non ſine maximo fructu perſcripſit, licet vberrimas
ſententias offendamus, & tanquam ab oraculo fuſas amplectamur, ta-
men vel maximè eius vis elucet hoc in dicto: *Nunquam ita quiſquam
benè ſubducta ratione ad vitam fuit, quin res, ætas, vſus ſemper aliquid
adportet noui, aliquid moneat; vt illa, quæ te ſcire credas, neſcias, & quæ
tibi putaris prima in experiendo, repudies.* Mihi etiam ex ſuauiſſima tua conſuetudine, &
familiaritatis vſu plurimum vtilitatis eueniſſe liberè fateor; nam haud ſecùs lydio lapi-
de auri nitidiſſimi fulgor conſpicitur, & contra adulterini falſitas detegitur: quàm in

optimarum artium ſtudijs, quamuis pro certo, ac explorato habere nobis perſuſdea- B
mus, rem ita & non aliter comparatam eſſe, nihilominus ſicut ad aurum comproban-
dum heraclius lapis; ita ad veritatem euidentiſſimè cognoſcendam diſceptatio, & in
vtramque partem quæſtionum diſcuſſio confert. Huius enim beneficio mentis hallu-
cinantis oculorum acies (ſi mihi tamen per te ita loqui licet) vt rectore dirigitur, quo
veritatis ſplendor, tanquam ex ſpeculo conſpiciatur. Quid enim aliud egimus, dum
diſſereremus de diuerſis, ſcituque digniſſimis quæſitis ad Medicinæ perfectiorem co-
gnitionem pertinentibus, quàm vt bilance quodammodò pondus ſententiarum noſtra-
rum metiremur, & ponderoſiori adhæreremus? quibus in digladiationibus non potui
te non ſuſpicere tam diſertè, nec minùs appoſitè quęque determinantem. Sine difficul-
tate non expoſuero verbis, quo iucunditatis genere, ſingulorum perceptio me cumu-
larit. At prout mihi colligere licuit, perſenſi te quoque non rarò in varijs difficultati-
bus iudicio meo acquieuiſſe, vnde earum aliquot ſelectiores pauld latius deſcripſi, tibi-
que amoris cauſa mittere decreui, quas te oro, vt equi, bonique conſulas.

Prima erit, per quam viam materia contenta in thorace purgari poſſit per vrinam, F
& per ſeceſſum; nam cùm quatuor modis ex Hippocrate empyema thoracis expurga-
ri ſoleat; per ſputum, vrinam, ſeceſſum, & per abſceſſum, & vera expurgatio tanquam
criſis ea ſit, quæ fit per ſputum, inquiruntur viæ, per quas ex thorace in meatus vrina-
rios, & ſeceſſum eiuſmodi materia pertranſeat. Deinde locum, in quo chylus conuerti-
tur in ſanguinem. Tertio, per quem locum infans in vtero exiſtens vrinam reddat, &
vbi ipſa retineatur toto geſtationis tempore.

Ad primam, cùm via expurgationis per vrinam, vna ſit antiquorum, alia neoterico-
rum, & Falloppij præſertim, qui ſcribit ſe animaduertiſſe duas venas à vena agygos
prodeuntes, & terminantes in vtramque venam emulgentem, ex quibus facili negotio
videtur cognoſci poſſe hæc via, ideo tu magis hanc probare videbaris, vice verſa ego
magis commendabam viam antiquorum, & Galeni potiſſimùm; nam quæ ab Eraſi-
ſtrato proponitur exiſtimante materiam in ampla capacitate thoracis exiſtentem, à
pulmonum ſpongioſa carne attractum iri, inde transfundi ad ramos venæ arterialis, &
hinc per venæ orificium deponi in dextrum ventriculum cordis, & per orificium venæ G
cauæ (quod in hunc hiat ventriculum) tranſmitti ad iecur, inde ad vtramque emul-
gentem renum ferri, & à renibus ad veſicam, & tandem ad canalem communem, per
quem extra proijcitur, non eſt nimis tuta, cùm oſtiola, quæ ſunt ad vtrumque venarum
orificium, id præpediant, quia quæ ad os venæ arterialis ſunt, probibent, ne per id ali-
quod in cor feratur: quemadmodum & oſtiola, quæ ad venæ cauæ orificium ſunt, in-
hibent à dextro ventriculo cordis in cauam permeare, quare iure merito hæc via à
Galeno reprobatur.

Via itaque Galeni, quam præcæteris veriorem puto, eſt, quòd materia per diapede-
ſin tranſit membranam pulmones ſuccingentem, non ſecùs atque quotidie obſeruatur
in pleuritide materiã recipi in ramos aſperæ arteriæ, inde per truncum ipſius ad os de-
poni, & per ſputum tandem excreari, ſic in empyemate materia deponitur in ramos
arteriæ venalis, atque inde per ipſius orificium transfunditur in cauitatem ſiniſtram
cordis, hoc eſt in ventriculum ſiniſtrum, inde ad arteriam magnam, à qua pellitur ad
arterias emulgentes, hinc ad renum cauitatem, à qua ad vreteres, exinde ad veſicam, H
& communem vrinæ, & ſeminis canalem; hæcque facilior eſt via, quia oſtiola, quæ
ſunt ad arteriam venalem, præbent ingreſſum materiæ in cor, quemadmodum & quæ
ſunt ad aortam, ſeu arteriam magnam, præbent exitum earum materierum, quæ in ſi-
niſtro ventriculo continentur.

Dices fortaſſe in hoc ventriculo contineri ſpiritus vitales, qui à leni quadam, & ma-
ligna aura diſſipantur hominem ad ſyncopem ducentes; quare, ſi materia hæc puru-
lenta, à qua coinquinari, ac diſſipari poſſunt ſpiritus, hunc ſiniſtrum ventriculum attin-
geret, non ſolùm ad ſyncopem, ſed ad mortem homines illicò conduceret: deinde nec
cor, neque arteria loca ſunt ad purulentam hanc materiam detrudendam. Sed aliud eſt
naturam validam, & criticè materiam expellentem, & aliud eſt naturam à morbo vi-
ctam, & languidam ſymptomaticè mouentem conſiderare; primo modo citò mouet
virtute partium expultrice valida opem ferente, qua breuiſſimo tempore materia pro-

pellitur

A pellitur, vnde non adeſt tempus, vt cor coinquinari poſſit, & ſpiritus corrumpi: ſi ſecundo modo maximum quidem adeſt vitæ diſcrimen. Hanc Galeni opinionem inter alios Andræas Laurentius libro 9. de organis vitalibus, quæſt. 12. ſtrenuè defendit; recenſetque ſe caſum quendam obſeruaſſe non indignum memoria. Mulier quædam melancholica ex hypochondrijs, quam ſuperueniens acutiſſima febris è medio ſuſtulit, dum viueret per integrum menſem, bis in die leui animi defectu corripiebatur cum modico vrinæ ardore, & incredibili meiendi deſiderio, profuſa deinde tenui, & fœtida vrina, ſtatim ad ſe redibat, cadauere diſſecto, canitatem thoracis tenui, prærubro, & fœdiſſimo humore oppletam, nec non cordis ſinum ſiniſtrum eodem humore plenum inuenerunt. Hinc conijcimus materiam ſymptomaticè delatam fuiſſe cauſam deliquij exigui, & frequentis, quæ inde delata ad renes per arteriam magnam ardorem faciebat.

Alium refert Hollerius caſum libro praxis ſuæ cap. de ardore vrinæ ad ſcholium dicens, ſe mulierem agnouiſſe, quæ vrinam purulentam intolerabili cruciatu mingebat,
B mortua eſt poſt menſem quartum, deinde ipſius cadauer diſſectum fuit, & in ſiniſtro cordis ventriculo inuenti ſunt duo calculi renibus integris, & omnibus vijs vrinæ dicatis ſanis; nam illuuies illa expurgabatur per arteriam magnam, quam Ariſtoteles aortam appellauit: quibus exemplis ſatis patere puto nonnunquam naturam per hanc viam ſe expurgare à materia in ampla capacitate thoracis contenta, cùm viæ ſint patentes, nec vllum adſit impedimentum; quamuis Meſues videtur reperiſſe faciliorem viam, quæ eſt à vena caua ad hepatis gibbam, inde ad emulgentes, & ad renes. Et certè vt materia extrauaſata in thorace contenta, extra corpus feratur, quæcunque fuerit via, opus eſt, vt intus venas mediante diapedeſi ingrediatur, ac primùm in magnum venæ truncum, qui eſt in thorace, deinde in ſuos ramos, ideo etiam magis rationabilis eſt via hæc, quàm Falloppij. Verùm magis aperta eſt illa via, quæ ducit ad pulmones; nam dum ipſi dilatantur, ſuo motu inducunt aliquem calorem, quo pori, & cæci ductus membranæ magis pateſiant, quare & faciliùs ingredi poteſt pulmonum ſubſtantiam, & arteriæ venalis ramos. Magis igitur Galeni ſententia eſt probanda, & hæc de via
C per vrinam, nunc de via per ſeceſſum.

Pauciſſimi ſunt, qui viam per ſeceſſum purulentæ materiæ declarauerint, & inter hos eſt Meſues, & Galenus. Meſues quidem capite de pleuritide ſcribit materiam hanc defluere ad venam canam, quæ ad gibbam hepatis eſt, inde ad ipſius regionem cauam ferri, & tandem in venam portam, & ſuos ramos, qui ſunt venæ meſeraicæ in inteſtinis terminantes, inde per ſeceſſum extra pell. Galenus verò lib. 6. de locis aff. cap. 4. admittit quidem materiam à cauitate thoracis in cauam venam ferri, ſed non vult, quòd ſubſtantiam iecoris attingat, aliam quippe viam inuenit; nam cùm hic ſit caſus raró eueniens, ita quoque contingit raram in corpore reperiri conſtitutionem naturalem, quæ eſt, vt à vena caua ramulus quidam in venam portam terminetur, & per huiuſmodi canalem à vena caua in portam deponi hanc materiam, inde ad venas meſeraicas, & ab ipſis in inteſtina, tandem ad ſeceſſum. Nec huiuſmodi canalis à vena caua in portam videtur eſſe præter omnem rationem, cùm idem nobis in vtero exiſtentibus euenire ipſe quoque doceat lib. 15. de vſu partium cap. 6. nam canaliculus reperitur
D ab aorta in venam arterialem, qui ſanguinem arterioſum ab aorta in venam arterialem deponat. Deinde vena illa communis, quæ ab Arabibus nigra appellatur ad cubitum, eſt canaliculus à baſilica in cephalicam. Ex quibus apparet huiuſmodi canaliculum à vena caua in portam non eſſe omninò præter rationem, & quamuis nullus reperiatur author, qui ſcribat ſe talem canalem reperiſſe, id mirum eſſe non debet, cùm ſit res raró contingens, nec poſſit niſi raró obſeruari. Deinde dicere audeo nullum vnquam fuiſſe, qui in rebus inquirendis diligentia Galeno ſit æquiparandus.

Alterius quoque raræ corporis conſtitutionis, vt probè noſti, meminit idem Galenus 2. de temperamentis cap. 6. in hiſtoria Eudemi Philoſophi, qui licet eſſet per quàm pituitoſi habitus, cogebatur tamen ſingulo mane euomere bilem, idque illi contingebat ob raram, & inauditã alicuius partis corporis ſtructurã; hæc autem eſt, cùm in tranſmutatione chyloſæ materiæ à parenchymatis facultate alteratrice facta in ſanguinem generentur duo illa excrementa, craſſum videlicet, atque tenue ambo virtute ex-

 pultrice

pultrice iecoris tanquam onus ſuperfluum extra pelluntur, vnum ad lieuem, nempe E
craſſum, ſeu melaucholicum, alterum ad ſolliculum bilis, cui deſignatus eſt proprius
canaliculus à iecore in ipſum, inde ad duodenum iuteſtiuum, hic autem caualiculus
ſemper, aut ſrequenter vnicus eſt, iu Eudemo verò Philoſopho fuit duplicatus, cuius
vna pars ad duodenum, alteram ad veutriculi fuudum, parum ſupra piloron ferebatur,
& cùm fortè maior eſſet eo, qui iu duodeuum inſerebatur, hiuc maior copia bilis ad
veutriculi fundum deponebatur, quæ facultatem ventriculi irritans cogebat ipſum ad
euomeudum. Adeo hæc conſtitutio rara eſt, vt nullus ſit poſt Galenum, qui talem ob-
ſeruauerit ſtructuram, vno *Veſalio* excepto, quare quæ raró eueniunt, omni in æuo
minimè obſeruantur, aut à pauciſſimis. Sed quemadmodum natura quandoque in ali-
quibus partibus condendis nou ſemper producit res eaſdem, ita quoque mirum uon
eſſe debet, ſi iu alijs couſtitutiouibus aliquas ex materiæ abuudautia, & alicuius vſus
cauſa uonnullas producat. Quòd verò quaſdam omittat partes in animalibus videlicet
perfectis, teſtimonium locupletiſſimum ab Ariſt. habemus, qui lib. 2. de hiſtor. animal.
cap. 15. ſcripſit aliqua animalia veſicula fellis carere, & ſcio me iu muliere quadam F
obſeruaſſe, cuius poſt mortem corpus diſſectum fuit, eam caruiſſe prædicta veſicula,
cuius loco duodenum inteſtinum (cauitati nimirum iecoris, cui ea ſolet adhærere)
adiuuctum erat. Idem Galeuus 4. de vſu partium 12. ſcribit in quibuſdam animalibus
ciſtam fellis minimè dari, ſed pori à iecoris caua ad tenue feruntur inteſtinum. Ex his,
& Galeni ſeutentia ſatis apparere puto, quæ ſit via, per quam empyema expurgatur
per ſeceſſum; id enim erat quod iu hac materia demouſtrandum ſuſcepi.

Secundum mihi probandum eſt, nempe hæmatoſim fieri in hepatis ſubſtantia, quæ
pareuchyma vocatur, quod tibi viſum eſt paradoxum, ſpero tamen te habiturum eſſe
pro eudoxo, quod iam demonſtraturus aggredior; hoc ſuppoſito tanquam veriſſimo,
& à Galeno quoque admiſſo, dari diapedeſin naturalem, per quam materiæ naturales
ab vna in aliam partem iuſenſibiliter trauſuehantur, non ſecùs atque datur diapedeſis,
per quam materiæ præter naturam à ſpatijs ad iuternam venarum, & aliarum partium
capacitatem vehuntur, vt alias oſteudam, tam ex Galeno, quàm ex alijs Medicis. De
hac materia pluribus in locis locutus eſt Galenus, & præſertim 6. de partium vſu cap. G
10. quo in loco admonet, ſe de hac diapedeſi locutum fuiſſe demonſtratiuè. Chylus
igitur ex alimentis in ventriculo primò generatur, deinde genitus vbi fuerit, deſcendit
per piloron ad tenuia inteſtina tauquam ad membra diſtributionis gratia facta; quam-
uis alios præbeant vſus docente Galeno, 4. de vſu partium 17. videlicet deferendi, &
aliquo modo loquendi, præcipuus tamen ipſorum vſus eſt, vt chylum in ſe receptum
diſtribuant (loquor nunc de tenuibus) hinc à natura anguſta, atque in gyros reflexa
meritò facta eſſe idem dicebat Gal. anguſta quidem, vt tranſitus anguſtia in paruas
particulas alimentum comminuatur, cogaturque ſecundùm ſe totum vniuerſam inte-
ſtini tangere tunicam, ad quam venulæ terminantur, quæ totum ipſum arripiunt: fue-
runt autem in multas reflexiones, & gyros reuoluta, vt ſiquid alimenti iu trauſitu ve-
nas, quæ in prima reuolutione ſunt, effugerit, à venis ſecundæ trahatur: quòd ſi autem in
ſecunda fugerit, à tertiæ, & quartæ, aut quintæ, vel ſextæ, vel ſequentium (quæ multæ
ſunt) reuolutionum venis rapiatur.

Huiuſmodi autem venæ non trahunt niſi mediante diapedeſi, ſiquidem Anatome, H
& autopſia demouſtrãt nullam venam hiare in inteſtinorum cauitatem, ſed omnes, quæ
propemodum iufinitæ ſunt, in inteſtinorum membrauã internam deſiuunt: huiuſmodi
venæ, quæ meſeraicæ dicuntur, quòd per meſereon ſparſæ ſint, chylum vehunt (opem
ferente aquoſa materia chylo admixta) ad truncum magnum venæ portæ, quæ dein-
de diuiſa eſt intus iecur in miuimas venas. Duplex venarum genus reperiri iu iecore
clariſſimum eſt, & ab omnibus tam Medicis, quàm Anatomicis conceſſum, quædam à
vena porta, quædam à caua ortum ſuum ducunt. *Verùm*, quæ à vena caua, à gibba
hepatis parte deſceudunt: quæ verò à vena porta prodeunt, à caua iecoris parte ſurſum
ad gibbam aſceudunt; inque media parte iecoris ſimul per vaſorum oſcula coniungi
dicunt omnes Auatomici, & cum illis eſt communis Medicorum ſchola, quam tamen
dari minimè Auatomes adminiſtratio luce clarius demouſtrat: de quibus omnibus ve-
nis, tam de illis, quæ à gibba, quàm quæ à ſima prodeunt loquens Galenus lib. 4. de vſu
part.

A part. cap. 13. ad hunc modnm ſcribit: *quin etiam cur venæ, quæ ſunt in gibbis non coniungantur cum ijs, quæ ad ſima ſunt*, quare ſi non coniunguntur, quomodn fieri ex his poterit illa anaſtomoſis in fœtu exiſtēte in vtero materno. Idem Galenus ſcribit venam vmbilicalem coniungi cum arteria venali, & per conſequens per anaſtomoſin, ſed hæc omnibs conſpicnè apparet, illa in iecore non cernitur per ſectinnem, cùm ſenſui non obijciatur, nihil propterea certi de ipſa determinari poteſt, imò relinquere ſenſum, & ad rationem confugere nobis eſt haud tutum.

Quæ res cùm ita ſe habeat, ad hoc vt fiat ſangnificatio in hepate, opus eſt, vt alia ratione venæ vtriuſque generis per iecoris ſubſtantiam diſſeminentur, qnemadmndum Anatome demonſtrat. Diſtributio igitur venarum ita ſe habet, primò ex vena porta, quæ à ſimis iecoris eſt, intra iecur ingreditur: Gal. præcitato cap. 4. de vſu partinm, ad hunc modum ſcribit; *cur venas illas multas, quæ à ventriculo, & inteſtinis omnibus ferunt ſurſum cibum ad hepar, cùm vniuiſſet natura ad portas rurſum in quamplurimas diuiſit: ſiquidem vniuit eas, ac ſi vna indigeret: diuiſit verò illicò, ac ſi fruſtra vniuiſſet*: & paulò ſu-
B perius dixerat, *eas tenuiori tunica eſſe præditas*, vbi igitur natura venam portam diuiſit, ipſius ramos in ſimam iecoris intruſit, ac ſurſum incedentes per totam iecoris ſubſtantiam, nempe per parenchyma aſcendunt, terminanturque ad iecoris gibbam. Illæ verò, quæ à vena caua ortum ducunt, & ipſæ per gibbam ingrediuntur, atque deorſum deſcendentes per eandem iecoris ſubſtantiam ad ipſius concauæ regionem terminantur; ita vt quemadmodum ingreſſu, & progreſſu contrariæ ſunt, ita & magnitudine, ſubſtantia, & vſu quoque ſibi aduerſantur.

Venæ enim à porta prodenntes, & in gibbam progredientes factæ ſunt, vt chylum in parenchyma deponant eodem ducente Galeno, proinde exiles ſunt, ad hoc vt minima chyli pars, in minimam partem parenchymatis deponant; ſunt autem tenuiſſimæ, vt per ipſarum ſubſtantiam raram, ac tennem poſſit faciliùs, & citiùs chylus in parenchyma deponi. At venarum, quæ à caua prodeunt, ſubſtantia craſſa eſt, Ariſtotele, & Galeno autoribus, vt euadat iecoris ligamentum ad eum ſuſtinendum, ac ſuſpendendum: fuerunt verò magnæ, & paruis foraminibus cribri in modum perforatæ, vt per
C foramina ſanguis iam factus in parenchymate facilem in eas ingreſſum haberet. Et hoc eſt, quod Galenus dicebat loco citato, venas, quæ ſunt in ſimis hepatis ferre ex particulis, quæ ad ventriculum attinent, ſurſum alimentum, eas verò, quæ ſunt in gibbis poſtea tranſumere; quod fieri minimè poſſet ob ſubſtātiæ craſſitiem. Sunt autem magnę, vt poſſint multam ſanguinis copiam recipere; ad nutritionē namqne faciendam opus eſt, vt multa ſanguinis copia aſſumatur, & citò feratur in venam canam. Hac ratione igitur puto venas à caua ortum ducentes magnas eſſe, ac perforatas; nam per diapedeſin, nec tanta copia, nec tam citò poſſet ſanguis tranſumi ad venam cauam, quemadmodum ad nutritionem requiritur.

Ad hoc igitur, vt fiat hæmatoſis, & nutritio, opns eſt, vt chyloſa materia deponatur in parenchymatis ſubſtantiam, ibi tranſmutetur in ſanguinem, & per ramos iam dictos perforatos in venam cauam tanquam in proprium conceptaculum, & promptuarium recipiatur; in illa enim parte iecoris tranſmutādus eſt ſanguis, quæ ſola eſt apta ad ſanguinis generationem, vt à Galeno pulchrè probatur lib. 4. iam citato de vſu partium
D cap. 12. vbi declarat iecur eſſe illud membrum, quod ad ſanguinis generationem factum eſt. Iam verò cùm illud ſit membrum organicum ex multis partibus cōſtitutum, neceſſariò vnam partem habere debet, cui ratio agendi ſit data, & ſufficienti partinm ennmeratione facta concludit ipſe Galenus non poſſe eſſe aliam, quàm iecoris parenchyma, nempe carnem ipſius, quæ non modò ſanguificationis eſt principinm, verùm etiam venarum. Deinde addit quamlibet partem noſtri corporis alterantem alimentum velut ſcopum qnendam, & finem habere ſibi propoſitum, vt ſibi aſſimilet id, quod alteratur; atqui parenchyma ſi qnis conſideret, cognoſcet facilè illud non eſſe aliud, quàm ſanguinem concretum, cuius tennior pars à calore exhauſta ſit, quare neceſſariò cùm habeat facultatem chylum in ſuam ſubſtantiam tranſmutandi, neceſſariò etiam ſequitur, vt fiat per contactum; omnia enim agentia, quæ operantur, agere non poſſunt niſi per contactum, ſi Ariſtoteli credendum eſt.

Opus igitur eſt ad ſanguinem generandum, vt is fiat eo modo, quo aliæ materiæ ab

agenti-

Digitized by Google

agentibus tranſmutantur, nempe per contactum immediatum, id obſeruamus in ali- B
mentis in ventriculo mutatis in chylum, qui eſt albus, ſimiliter ſanguis in paraſtatis, &
in teſtibus in ſemen, quod album eſt, conuertitur, quin etiam in lacte apparet, quod à
glandulis mammarum per contactum ipſarum in albedinem conuertitur agente facul-
tate naturali ipſarum partium, vt clarè à Galeno libro de facult. natural. declaratum
eſt, & præcipuè 12. capite 4. libri de vſu part. His ni fallor ſatis probatum eſt in paren-
chymate iecoris fieri hæmatoſin per contactum ipſius corporis hepatis, parenchyma
appellatum; ſi enim chylus contineretur in venis portæ, quæ ad ſimam ſunt hepatis,
non poſſet conuerti in ſanguinem, quia chylus non tangeretur à parenchymatis ſub-
ſtantia. Deinde cùm ad hoc, vt fiat ſanguis, opus ſit, vt minima pars chyli attingat
minimam partem parenchymatis, id euenire non poſſet intra venas manente chylo,
imò verò ſi diu contineretur in venis, albus fieret, non rubeus, quia venæ albæ ſunt, ne-
que poteſt dici in venis meſeraicis cõtineri, inde per anaſtomoſin in venas cauæ tranſ-
duci, quia non conuerteretur in ſanguinem ob allatam rationem, & dato, quòd daretur
anaſtomoſis illa tam diuulgata in hepate, non fieret ſanguificatio à tota ſubſtantia he- F
patis, ſed tantùm in concaua parte ipſius, quia anaſtomoſis venarum vtriuſque generis
fit in media iecoris ſubſtantia ad terminos cauæ, & gibbæ; nam ſi venæ, quæ in gibbis
ſunt, debent ſanguinem factum recipere, ac transfundere in cauam, non poſſet fieri
coctio, niſi in caua hepatis regione: alia verò dimidia pars, nempè regio gibboſa non
ſanguificaret, quia ſanguinem genitum in venis portæ, quæ in caua ſunt, reciperet, &
ſic non fieret ſanguificatio, quod eſt contra Galenum, vbi probat, ſententia citata, à to-
to parenchymate hæmatoſin fieri.

Nec dicendum eſt non poſſe recipi materiam chyloſam in parẽchyma, quia in ipſo
nullus eſt ſinus, in quem recipi poſſit; deinde ſi hoc eſſet, videtur ſanguis poſſe conſer-
uari extra propria vaſa, quod & rationi, & experientiæ, ac grauiſſimorum virorum
autoritatibus repugnat. Primæ obiectioni Galenus reſpondet dicens, quòd ſi vnus ex-
titiſſet magnus ſinus, non manſiſſet diutius in hepate ſanguis, partemque minimam car-
nis eius viſceris non attigiſſet, eoque deterior fieret ſanguificatio, etiam ſi proprium
corpus hepatis primum ſit ſanguinis creandi inſtrumentum, quò enim alimentum ma- G
gis vndique hepar contigit, eò citiùs, & meliùs ſpeciem ſanguinis ſuſcipit. Secundò
non recipitur ſanguis in parenchyma, ſed chylus, qui naturæ quodam arcano, & indu-
ſtria propria in hanc ſubſtantiam totus recipitur, & in ſanguinem conuertitur, inde à
ramis iam dictis venæ cauæ perforatis, poſtquam ſanguinis formam eſt adeptus, attra-
hitur, atque in venam cauam tanquã in proprium ſanguinis receptaculum tranſmitti-
tur. Quare ſanguis duobus modis conſideratur, vel vt eſt in fieri, vel in facto eſſe, dum
eſt in fieri continetur in proprio parenchymate iecoris, à quo perficitur.

Perfectus autem ſanguis, ideſt in facto eſſe, conſeruatur in proprijs venis, quamuis
etiam dici poſſit conſeruari ſanguinem in alijs partibus corporis, quæ venæ non ſunt,
vt ſunt cauitates ambę cordis, & ſinus illi quatuor, qui ſunt in dura membrana inſculpti,
in quorum tertio, qui cæteris magis conſpicuus eſt, dilucidiſſimè ſanguis apparet flori-
dus, vt in ipſis venis, imò verò in hunc ſinum, tanquam in amnem quendam venæ
omnes, & duræ, & piæ membranæ ſanguinem deponunt, qui vbi copia exorbitet, &
aggrauet caput, ipſumque per nares (ad quarum ſummitatem terminatur canalis iam H
dictus) natura expellit, vt fieri conſueuit in ſynochis febribus, aut alijs morbis à ſangui-
ne ortis. Hinc pulchrè ad imitationem naturæ celebriores practicãtes hirudines appli-
cant ad internam alarum naſi cauitatẽ, cum maximo ægrotantium ſolatio, ſi præcipuè
anterior pars cerebri magis offenſa fuerit. Sed ad penſum redeo, & dico rationem, ex-
perientiam allatam, nec non authoritatem Doctorum intelligendam eſſe de ſanguine
perfecto, qui non niſi in proprijs conceptaculis conſeruari poteſt. Hæc pro ſecundi
quæſiti determinatione, qua cognoſcere poteris non eſſe tam abſurdum dicere ſangui-
nem in parenchymate iecoris generari, inde colligi à venis cauæ, quæ diſſeminatæ ſunt
per iecoris ſubſtantiam, ſeu parenchyma: illaſque foraminibus eſſe peruias, quamuis à
nullo alio id ſcriptum fuerit, inde iudicium facies vſum, quem alij tribuunt parenchy-
mati hepatis, vanum eſſe, nempè vt ſit puluinar, & fulcimentum ipſarum venarum, ſed
potius totum oppoſitum, venas eſſe factas in gratiam ipſius, huiuſce opinionis eſt An-
dræas Laurentius.

Tertium

A Tertium quod probandum mihi eſt, duo capita continet, vnum eſt, quod vrachos
in humano fœtu non ſit perforatus, inde etiam eſt, quòd humani fœtus carent tertia
membrana, quam Græci ἀλλαντοειδῆ vocant. Alterum eſt, quòd puer, dum in vtero exi-
ſtit, innatet aquæ, quæ tam ab vrina, quàm à ſudoribus colligitur, inter amnium voca-
tam membranam, nec non inter corpus infantis. Ad primum caput declarandum opus
eſt, vt vaſorum vmbilicalium ſtructuram, & conformationem aperiam. Vaſa igitur
vmbilicalia non omnibus Anatomicis numero eadem ſunt; alij enim ſunt, qui tria in
numero ſtatuunt, alij quatuor, & alij quinque. Qui tria tantùm agnoſcunt, vnicam ve-
nam, & duas ſtatuũt arterias. Qui quatuor eſſe volũt, his tribus dictis addunt vrachon
appellatum. At qui quinque eſſe aſſerunt, duas venas, & duas arterias ſtatuunt, & vra-
chon. In homine tria tantùm reperiuntur, hoc eſt, vna vena, & duæ arteriæ: aliquan-
do quamuis vnica ſit vena, contingit (cùm ab intima parte ad extimam fertur) vt
in duas venas ſcindatur. In brutis verò animantibus ſemper ſunt quinque vaſa: duæ
venæ, & duæ arteriæ, & vrachon vocatum, quod humani fœtus minimè habent, vt
B paulò inferiùs oſtendam. Vena à concaua fœtus iecoris parte ad venæ portę regionem
exit, & per peritonæum deſcendens extra vmbilicum exporrigitur, at arteriæ duæ
ſunt, neque à corde immediatè prodeuntes, vt nonnulli putant, neque à ramis iliacis
aortæ deſcendentes, vt voluit Andræas Laurentius lib. de formatione fœtus, vita, &
partu, cap. 17. ſed à trunco ipſius arteriæ magnæ, non procul ab oſſis ſacri ſuperioris
regione, à lateribus arteriæ ipſius vtrinque vna. Hæc ſunt vaſa vmbilicalia in humano
fœtu, quæ cùm extra abire debeant, non erat tutum, vt pulchrè ſcribit Arantius meus
conciuis, lib. de humano fœtu cap. 10. nec ſapientiſſimæ naturæ conueniens ea ita de-
nudata extra corpus infantis tranſmittere, nec ſine aliquo propugnaculo tam longo
itineri committere; vnde vt ad locum deſtinatum peruenire tutò poſſent, duobus in-
uolucris illa donauit natura, quibus obuoluerentur, non ſecus atque ſi in inteſtinulum
quoddam, aut ſacculum miſſa continerentur, quò feliciter finem ſuum cõſequerentur,
nec ab iniurijs externis offenderentur; opus enim eſt, vt huiuſmodi vaſa longitudinem
eam habeant, qua per vterum abſque periculo diſruptionis fœtus poſſit moueri.

C Interdum obſeruatur ab obſtetricibus inteſtinulũ ipſum per collum infantis, dum in
lucem prodit, obuolutum, quod mulierculæ pro peſſimo augurio habent, cùm tamen
omnibus eadem ſit longitudo, & vſque ad collum protendatur; in motu verò, agitatio-
ne, & motione, quam faciunt, euenit, vt collo huiuſmodi ligamentum complicetur.
Membranarum verò, quibus hæc obuoluuntur vaſa vmbilicalia, altera à peritonæo in-
fantis ortum habet, eiq́ue eſt ſoboles continua, & ſenſata fide ab ipſo oriri apparet,
altera verò exterior à carnoſa membrana continuatè exoritur, nulliq́ue alij parti præ-
terquam huic continua reperitur, & vtraque harum per vniuerſam vmbilicalium re-
gionem, ac longitudinem producitur: mutuoq́ue, & valido connexu, atque leui quodam
mucore inuicem eæ conglutinatæ progrediuntur, donec ad vteri placentam, quam
Arantius iecur vterinum appellauit, deuenerint, vaſaq́ue diſtribui, & ramificari per di-
ctum iecur vterinum incœperint. Hunc adeptæ finem, quaſi cum vaſis ipſis ſuo officio
functæ ſint, ad reliquum vſum perficiendum ſe conuertunt; in miram enim amplitudi-
nem dilatantur, tenueſq́ue factæ, amplæ cuiuſdam veſicæ in modum fœtui inuolucrum
D præbent, quodq́ue non ſine admiratione dici poteſt, recurrere ſimul videntur, in quo
recurſu, & verſione contingit, vt vicem, & faciem mutent; nam ea, quam dixi à mem-
brana carnoſa exoriri, vaſaq́ue exteriùs circumuoluere, ſit ipſi fœtui proxima, interna,
& immediata, in eamq́ue membranam degenerat, quæ amnios appellatur.

Altera verò interna, quam à peritonæo ortum ſuum ducere dixi, expanditur ſupra
amnion, eiq́ue vndique circumponitur, oualem figuram ſimul efformantes, & internæ
vteri amplitudini reſpondentes. Poſtrema hæc membrana, quæ per ductum ipſo-
rum vaſorum erat interna, ad fœtum exterior eſt, & chorion appellatur; hæcq́ue toto
vtero adhæret venarum, & arteriarum vmbilicalium interiectu, omniaq́ue hæc vaſa,
venas nempe, & arterias iam dictas fulcit, ac ſuſtinet, neque in ea cotylidones, hoc eſt
tubercula illa papillis mammarum ſimilia, vt in brutis apparent, ſed maſſa quædam
carnea, aut potiùs ſanguinea iecoris ſubſtantiæ in modum, ex infinitis venarum, & arte-
riarum ramuſculis miro artificio implicatis, & ſanguine veluti effuſo contexta eorum

vicem

nicem gerit, & placentā vocant. Arantius primus iecur vterinum appellauit ob ſimilitu B
dinem ſubſtantiæ, & fortè etiam operationis; nam ſanguinem pro fœtu alendo concoquit, atque alterat. Alij dicunt eſſe tanquam puluinar quoddam vaſorum; figura ipſius eſt velut ſemilunaris, in ſuperiori, & interna ſuperficie omnino membranea exiſtens: in nonnullis interdum fœtibus adeo creſcit, vt occupet fœtus locum, quo nomine cùm non poſſit fœtus extendi, extra pellitur, & fit abortus. Ad huiuſmodi ſubſtantiam venæ, & arteriæ, quæ ab vtero prodeunt, terminantur, eaque media venæ vteri venas vmbilicales, & arteriæ arterias cōſtituunt, & cum iiſdē iunguntur. Deinde tanquam ad truncum quendam venæ ad venam, arteriæ ad arteriam vmbilicalem collectæ exugunt ſanguinem matris tam venalem, quàm arterialem, & ad fœtum, vt nutriatur, vehunt, & per inteſtinulum iam dictum vſque ad vmbilicum, vt ſupra dixi, inter duas membranas, & per foramen, quod in tunicam amnios iuxta vmbilici fœtus regionem factum eſt, permeat, & vt dicebam, ad vtrumque latus trunci arteriæ magnæ, ad ſuperiorem oſſis ſacri regionem prope veſicam terminantur arteriæ.

At vena ingreditur iecoris cauum, inde ad ipſius gibbam delata terminatur ad ve- F
nam cauam, quæ ramulum quendam porrigit arteriæ venali; hæc enim primo venæ officio fungitur, antequam arteriæ muneri ſatisfaciat. Coniungiturque hic ramus cum arteria venali mediante anaſtomoſi illa tam diuulgata, & per hanc ſanguis à matre ſuctus fertur ad pulmones, vt nutriantur. Sed cùm ipſi pulmones egerent adhuc ſanguine arteriali, natura machinata eſt pulcherrimum præſidium, quod eſt canaliculus quidam ab arteria magna in venam arterialem, vt ſuperius dictum; nam arterialis ſanguis attractus per arterias vmbilicales transfunditur ad truncum magnæ arteriæ, qui deinde ad cor defertur; arteria enim magna terminatur in cordis ſiniſtrum ventriculum, vel vt melius dicam, à ſiniſtro cordis ventriculo exoritur. Sed quia in fœtu non præſtat idem officium, quod in natis; nam in fœtu recipit ſanguinem ſpirituoſum ab arterijs vmbilicalibus, quæ dixi ad trunci latera magnæ arteriæ inſeri, ipſumq; deponit in ſiniſtrum cordis ſinum; contra in natis recipit ſanguinem à ſiniſtro ſinu, & in totum diſtribuit. Hinc facilè conſpicitur multas partes in fœtu eſſe otioſas; nam oſtiola, quæ ſunt ad arteriam, quæ prohibent, ne quid cordis ſinum ingrediatur, fruſtrantur ſuo fine, quia G
dant ingreſſum ſanguini arterioſo delato per ipſam arteriam. Deinde illa, quæ præfecta ſunt arteriæ venali, quæ & ipſa à corde nihil exire permittunt, nunc egredi ſanguinem à corde ſinunt; multæque aliæ partes in fœtu otiantur, vt os, gula, aſpera arteria, folliculus bilis, lien, oculi, & aliæ vt pulmo, iecur, ventriculus; vena enim vmbilicalis defert ſanguinem venæ cauæ ipſius fœtus, quæ ipſum per corpus diſtribuens abundè omnes corporis partes nutrit.

Sed dices, ſi in fœtu nec chylificatio, neque ſanguificatio fit, cùm ſanguis à matre per venam vmbilicalem ſuctus, deferatur ad venam cauam fœtus, per quam viam ingrediuntur excrementa in cauitatem inteſtinorum, cùm pueri ſunt in vtero? apparet enim eos eijcere excrementa ab inteſtino recto, ſignum eſt ergo fieri excrementa, quæ cùm nec ſint primæ, nec ſecundæ coctionis, vnde igitur veniunt, & per quas vias in inteſtinorum capacitatem feruntur? Nullum legi, nec audiui hanc obiectionem facientem; poſſet tamen (vt mea fert opinio) dici, quòd licet nulla fiat vera concoctio in ventriculo, & in iecore, tamen iecur pro ſua nutritione trahit à vena caua per gibbam, H
inde venæ illæ portæ in iecoris caua diſtributæ trahunt ſibi alimentum ab ipſa gibba, quod ſerunt portæ; ipſa verò meſeraicis, & ventriculo, & inteſtinis diſtribuit alimentum, inde prodeunt ſuperfluitates, & excrementa, quæ in inteſtinorum capacitatem colliguntur ſenſim, & detinentur in ipſis inteſtinis per totum geſtationis tempus. Si mens tua ſubierit probabiliorem opinionem, cedam tibi, manumque dabo.

Vaſa igitur vmbilicalia in humano fœtu ſunt vena vna, & duæ arteriæ, de vracho modò, qui & vrinaculus appellatur, alia eſt ratio in homine, ac in brutis animantibus; nam in alijs animalibus è fundo veſicæ prodiens per peritonæum ad vmbilicum vſque fertur, & in medio venarum, & arteriarum receptus ſimul cum illis traducitur, quouſque vaſa ipſa ad ramificationem perueniant, quo quidem in loco vrachus in miram amplitudinem dilatatur, & in duo quaſi inteſtina cœca, vel duo grandia cornua deſinens duarum veſicarum inſtar, quæ oblonga figura ſunt præditæ, vrinam fœtus

conti-

Digitized by Google

A continent, hancque membranam allantoidem appellarunt antiqui, & Galenus præſertim 15. de vſu partium cap. 5. ita vt vrachus in membranam illam deſinat, quam allantoidem vocant, quæ vrinam in ſe continet, ſed huius modi tunicam in hominibus minimè dari certiſſimum eſt. De hac Laurentius poſtremus inter Anatomicos cap. & lib. citato ad hunc ſcribit modum. *Tertia à farciminis figura allantoides dicitur, fœtum non omni ex parte ambit, ſed à mucronata cartilagine ad ima vſque, tantùm ibi fœtum cingit inſtar zonæ cuiuſdam, aut teniæ latæ, vrinam continere dicitur, in humano fœtu duæ tantum reperiuntur membranæ, chorion & amnios.*

Sed audias Anatomicum oculatiſſimum Arantium, qui in Bononienſi Gymnaſio per ſpatium triginta annorum, & docuit & adminiſtrauit Anatomen lib. citato cap. 11. de vracho, qui ad hunc modum de eo ſcribit. *Sed quoniam obijcere quiſpiam poſſet reperiri quendam funiculum, qui à veſica humani fœtus fundo exoriens ad vmbilicum vſque ferè protenditur, idcirco animaduertant hanc neruoſam ſubſtantiam nullo modo eſſe peruiam, neque acus etiam tenuiſſimæ cuſpidem ab interna veſica admittere, ſicut in multo minoribus*
B *fœtibus hominē allantoidem habentibus, in quibus ita patens eſt via, vt ſpecillum facilè admittit. Illud autem meâ ſententia, quod in humana veſica canalis, vel vrachi quandam effigiem præſeferre videtur, nihil aliud eſt, quàm veſica ligamentum, quod ſua baſi latiuſculum exiſtens ſenſim ſubula in modum attenuatur, adeo vt cùm ad vmbilicum perueneris, euaneſcat, & in nihilum abeat, nulla interim cauitate; reditum, ſed eius tantum (vt reor) vſus gratia, vt veſicam peritonæo colligat, eamque ſuſtineat, ne dum vrina diſtenta fuerit eius ceruicem ſubiectaſque partes comprimat.*

Hanc ſententiam determinatè ſcripſit Iulius Cæſar Arantius ſummus certè, & diligentiſſimus Anatomicus libro ſupra Anatomen citato, quam multis experimentis cõfirmaſſe ſcio libereque fateor me non bis, aut ter ſed multoties id cum ipſo animaduertiſſe, quare admiratus ſum alios Anatomicos adeo negligentes, & ſocordes eſſe, qui nolentes tantum laborem inſumere in hac veritate indaganda, tam ſicco, vt aiunt pede rem ipſam, oſcitanter tranſeunt, nihil aliud dicentes, niſi quæ communiter dicuntur ab alijs. Sed vt fatear verum, non poteſt magis ad viuum res pingi, ac declara-
C ri; quemadmodum docuit Arantius, & res ita profectò ſe habet; nam in humano fœtu nec vrachus perforatus, nec allantoides reperitur, ſed ſolum brutis data eſt, vnde hæc duo ſe conſequuntur, allantoides, & vrachus perforatus. Nam ſi daretur huiuſmodi tunica omnes Anatomici, qui ſe humanos fœtus diſſecuiſſe profitentur, eam ad eundem modum deſcriberent, ſed Carpus iam citatus eodem libro, & capite ſcribit eam eſſe membranam totum fœtum circumdantem, non ſecus atque alias membranas, chorion videlicet, & amnion. Laurentius verò ſcriptum reliquit à mucronata cartilagine vſque ad ilion cingere tantùm abdomen zonæ in modum.

Galenus quoque lib. 15. de vſu part. cap. 5. dicit hoc nomine eam appellatam eſſe ob inteſtini figuram, quam refert: vſum verò eundem cum Galeno illi tribuunt omnes, ſcilicet in ſe colligere vrinam fœtus, & toto tempore geſtationis eam retinere. At re vera Galenus facit duplicem aquæ ſpeciem cõtentam inter fœtus iam dictas membranas, vna eſt vrina, altera eſt ſudor; prima continetur in allantoide; ſecunda verò inter amnion, & huic ſcribit fœtum innatare, ſurſumque, ac deorſum vehi, minuſque grauem
D reddi ijs vinculis, per quæ matrici cohæreſcit. Addens ſæpè cõtingere poſſe huiuſmodi ligamenta rumpi mulieribus vtero gerentibus, niſi fœtus humori, qui intra amiculum continetur innatando leuior fieret, ipſaque vaſorum cum matrice connexio detraheretur, ſed cùm nec vrachus perforatus ſit in humano fœtu, nec detur allantoides, quæ eſt vrinæ receptaculum in brutis, ſequitur neceſſariò, vt vrina puero exeat per virgam, & contineatur intra amnion, & fœtum, atque hoc mihi probandum fuit.

Sunt ad huc nonnulla, quæ poterunt afferre difficultatem, prima eſt, quòd Galenus ſcribit non eſſe conſentaneum illam vrinam, quæ allantoide continetur admiſceri cum eo humore, qui inter amnion & fœtum habetur, & ratio eſt, quia vrina acris, & mordax eſt, ex hac itaque parte lotium ab ipſo fœtu eſt abductum, & ſeiunctum, ne cutem, neque venas, quæ ſecundinis inſunt, attingeret, ne ipſius acrimonia partes vicinæ læderentur. Sed alia eſt ratio brutorum animantium, & alia eſt hominum: vrina in illis ſemper acris, & mordax eſt, at in fœtu humano non ita, quia à ſanguine

puriore, & magis elaborato prodit. Deinde vniuerſæ cutis extima ſuperficies vnctuoſa B
quadam,& veluti butyroſa ſubſtantia inuncta eſt, quo nomine faciliùs tutatur ab acre-
dine. Deinde huiuſmodi humores, ſiue vrina ſola ſit,ſiue mixti ex vrina, & ſudoribus,
vt alij volunt, aliam vtilitatem non ſpernendam præbent; nam eo tempore, quo fœ-
tus in lucem editur, faciliùs collo vteri elabitur, cùm ipſe multo humore perfunda-
tur, quod ei tunc accidit propterea, quòd neceſſe eſt tunc temporis membranas rum-
pi. Et non ſolùm humor iſte fœtibus lubricandis confert, ſed collum etiam matricis
ad maximam dilatationem diſponit; à prædictis enim humoribus humectatum mol-
lius redditur, & facilius dilatatur.

Secundò, hæc determinatio, quòd nimirum vrachus non ſit perforatus, è directo
reluctatur Galeno lib. 15. de vſu part. cap. 5. vbi hæc verba profert. *Longè enim præ-
ſtiterat fœtum non per pudendum lotium reddere, ſed vt nunc habet per vmbilicum*,& paulò
infra addit, *atque nam ea naturæ eſt ſolertia, vt quanquam collum veſicæ meatum tam ha-
beat, per quem animal poſt partum lotium reddit, non tamen eo quicquam vtatur, ſed totum
lotium ſurſum ad vmbilicum aſcendit*: oportebat enim,inquit Galenus, cùm veſica vtrin- F
que effluxus haberet, non magis lotium per vrinaculum, quàm per collum euacuari.
Eſt igitur opinio Galeni, quòd quamuis per vtrumque orificium exire poſſit vrina,per
virgam nempè, atque per vrinaculum,facilius,& promptius per vrinaculum exire,tum
quia maiorem habet hic meatus latitudinem, ac rectitudinem. Latitudo enim ipſius
vrinaculi multis partibus eſt maior ea, quæ collo ineſt. Deinde vrinaculo nullus muſ-
culus præfectus eſt, illique circumiectus cuſtodiens ne vrina intempeſtiuè exeat,cuiuſ-
modi in natis eſt muſculus ad collum veſicæ; & quod id verum ſit, inquit Galen. hoc
vtaris experimento. Diuiſa enim ea parte peritonæi, quæ veſicæ eſt præpoſita, vtrum-
que ſimul facito, vmbilicum quidem attollito,& quod in veſica continetur comprimi-
to manu ipſam comprehendens, cernes autem lotium per meatum, qui eſt ad vmbili-
cum in inteſtinalem, hoc eſt allantoidem, effluere: quin etiam ſi ipſam rurſum in-
teſtinalem compreſſeris, veſicam impleueris, & è contra.

Quæ omnia Galeni loca ſi conſiderentur, vera ſunt in brutis animantibus, illaque
anatomica demonſtratio pulchrè ſuccedet in ſuibus præſertim, atque in ouibus; at G
nunquam in humano fœtu verificari poterunt, ſemperque falſa comperientur, quod
quamuis non eleganti ſermone, tamen veridica experientia comprobat Anatomicus,
à me ſupra citatus Iacobus Carpenſis, qui non diſſecuit ſexcenta corpora humana, vt
de Herophilo teſtatus eſt Tertullianus, compertum tamen habeo nullum fuiſſe inter
Anatomicos Italos, qui tot corpora humana anatomizauerit. Is Chirurgiam in publi-
co Bononienſi Gymnaſio interpretabatur, & rebus anatomicis maximè delectabatur,
vt apparet ex illo opere, quod ſuper anatomen Mundini ſcripſit, in quo nihil reliquit
in libris Ariſtotelis, & Galeni de rebus anatomicis, quod ab ipſo non fuerit examina-
tum: & vt à fide dignis accepi, pluſquam quadringenta cadauera diſſecuit, & aliquos
homines, etiam viuos, (erat enim Bononiæ eo tempore, quo Paulus III. Sum. Pont.
ſimul cum Carolo V. Imperatore ibi conuenerunt) cui non deerant cadauera. In ſum-
ma fatetur hic ſe feciſſe illam demonſtrationem in humano fœtu, quam docuit Gale-
nus eſſe faciendam, his verbis (dixerat enim paulò antè ſe anatomizaſſe plures canes,
qui tamen erant parui, & paucorum menſium, ſicque reperiſſe in omnibus) *ſed quia* H
*ego anatomizaui humanos fœtus propè partum exiſtentes, & non inueni iſtam viam, ſcili-
cet vrachum in fundo veſicæ perforatum tendentem ad vmbilicum, dico quòd in vltimis
menſibus natura tam clauſit vrachum, & fecit fundum veſicæ ſolidum, ſine aliquo veſtigio
foraminis, & quod tunc infans mingit per virgam, & non per vmbilicum.*

*Ego etiam feci iſtam experientiam, nimirum accepi infantem nouem menſium nondum
natum, & manibus compreſſi regionem veſicæ volens videre, an vrina à veſica tenderit ad
allantoideam, ſicuti dicit Galenus loco citato, qui dicit ſi compreſſeris veſicam videbis allan-
toideam repleri, & etiam dicit, ſi compreſſeris rurſus eam allantoidem, implebis veſicam,
& facta tali compreſſione, non vidi aliquam vrinam à veſica tendere ad vmbilicum, cumque
ſuſpicarer non eſſe vrinam in veſica infantis, accepi ſyringem, & per virgam infantis veſicæ
ſatis multum aquæ immiſi, deinde compreſſi pectinem, & ſtatim aqua exiuit per virgam:
hoc videns iterum maiorem quantitatem aquæ in veſicam immiſi, etiam per virgam,*

deinde

A *deinde ligaui virgam filo, ne aqua exire poſſet, digitiſque virgam tenebam ſtrictam, deinde*
compreſſi pectinem, qui valdè intumuerat propter aquam in veſica contentam, & nunquam
potui videre, licet fortiſſimè compreſſerim veſicam, aliquam partem aquæ tendere ad vmbi-
licum: quod vbi factum, aperui ventrem nouacula, abſque læſione veſicæ, & vmbilici, & di-
gitis fortiter compreſſi veſicam verſus vmbilicum, vt viderem oculata fide, ſi aqua aliqua
tenderet à veſica per vrachum ad vmbilicum, nunquam tamen potui facere, vt aliqua pars
aquæ euacuaretur à veſica, quibus præmiſſis euacuaui veſicam compreſſione, & ligaturæ
ſolutione facta: denuò aqua expulſa ligaui virgam, & acceptis renibus infantis, vnum per-
foraui ex eis, eique ſyringam immiſi; nec non mediante poro vritide in rene reperto, iterum
aqua repleui veſicam dubitans, quod fortè per partem exteriorem veſicæ vrina tenderet per
aliquas pelliculas ad vmbilicum, & in veritate cognoui, quod aqua, & vrina non habeant
ingreſſum vllum ad vmbilicum, per partem exteriorem veſicæ, imò vrina vadit per poros
vritides ad veſicam, quia repleta fuit ſubitò veſica per porum illum, & poſtquam fuiſſet re-
pleta, iterum conabar impellere aquam, vt viderem ſi alia eſſet via ad vmbilicum, quam illa
B *via aſſignata à Galeno, quæ eſt in fundo veſicæ ſecundùm ipſum, vti ſuperius dictum eſt,*
hinc non potens videre iſtam viam extra veſicam, nec in fundo eius hac experientia, ſtatim
aperui veſicam, & quæſiui in fundo veſicæ ad latera non ſolùm, ſed vbique per eam, nec
tamen potui inuenire porum aliquem, vel viam, per quam poſſet exire à fœtu vrina, niſi per
virgam: quæ experientia à me diligentiſſimè facta cùm ſit, concludo non ineſſe veſicæ hu-
manæ aliud foramen, niſi poros vritides, & collum eius terminatum ad virgam, per quam
emittimus vrinam.

Sed vnum in hoc ſcriptore animaduerto, nempe ipſum concedere in fœtu humano
fieri poſſe, vt primis diebus vrachus ſit perforatus, & per conſequens vrina reddatur
per vrinaculum, quod tamen falſum eſt, quia vt Arantius pulchrè adnotauit in humano
fœtu non datur allantoides membrana, quæ eſt vrinæ receptaculum; hæc enim duo ſe
conſequuntur, vrachus perforatus, & allantoides, & vtroque hoc membro ſemper
humani fœtus deſtituti ſunt; res enim naturales eodem modo ſuper ſe habere debent,
ſi Ariſtoteli habenda fides. Neque Galenus negauit, quin vrina exire poſſit per cana-
C lem communem, ſed videtur magis adhærere huic opinioni, quòd ipſa per vrachum
exeat potiùs, quàm per pudendũ, quia cùm nullum tempus fœtui ad emittendã vrinam
intempeſtiuum ſit, & ad vrachum nullus adſit muſculus, circa autem canalem commu-
nem ad os veſicæ muſculus ille adſit, qui prohibet, ne vrina intempeſtiuè exeat, vt appa-
ret in natis, & quidem perfectis, in quibus muſculus ille ſigmoides dictus, qui ne intem-
peſtiuè vrina exeat, prohibet collum veſicæ conſtringendo, idcirco cùm detur etiam in
fœtu huiuſmodi muſculus, qui eſt voluntatis inſtrumentum, quo fœtus omninò ca-
rent, dicendum erit, vel fœtum non emittere vrinam per virgam, aut fatendum erit
fruſtra ei muſculum à natura datum fuiſſe, quod eſt contra conſuetudinem naturæ, quæ
nihil fruſtra facit.

Sed aliud eſt conſiderare partes in fœtu exiſtente in vtero, & aliud eſt eas contem-
plari, vt iam editus eſt in lucem homo; primo modo nullum videtur eſſe inconueniens,
quòd quemadmodum tot partes naturales otiantur, atque vitales, quòd etiam aliqua
inſtrumenta voluntaria ſint otioſa; nam in oculorum fabrica id conſpicuè cernimus,
D qui ex tot muſculis conſtant abſque operatione; nam etſi priuentur illo actu mouendi,
dum ſunt in vtero, non tamen priuantur potentia, quam habent ad agendum tempo-
re à natura determinato. Quod idem dicendum eſt de muſculo, qui collo veſicæ præfi-
citur, nihil prorſus agente; nam vt ipſemet loquitur Galenus, excretio vrinæ eſt natu-
ralis, quæ tunc fit, cùm veſica motu naturali circum humores, quos in ſe continet, vndi-
que contrahitur. Quamobrem etſi fœtus, qui in vtero continetur, ſit animal, nullum
inde ſubſequitur inconueniens, ſi muſculus hic remaneat otioſus, neque conſtringat
veſicam, quia quamprimum natus eſt infans, ſuo fungitur officio vrinam retinendo, ne
intempeſtiuè exeat, quod non requiritur eo in vtero contento; quemadmodum ob-
ſeruatur in alijs partibus, quæ otiabantur, vt ſunt pulmones, & muſculi thoracis, qui
toto tempore geſtationis fuerunt otioſi. Vides igitur, quæ ſit ratio impellens Gale-
num ad dicendum vrinam in fœtu non poſſe per virgam extra ferri, quæ quantum
valeat, poteris tu determinare, hinc quoque elicere in fœtu humano carente, & vracho

& allantoide vrinam non aliunde exire poſſe, quàm per virgam, atque per conſequens B
eam non poſſe in alium locum deponi, quàm inter membranam amnios dictam, nec
non & inter corpus fœtus, & per conſequens eum contineri in vrina, eiq́ue ſemper in-
natare. Hæc ſunt quæ calamo currente exarare volui, & licet non ſine labore ea præ-
ſtiterim, tamen tam honeſtæ, ac vtilis rei expoſitionem propter negligentiam, aut igna-
uiam prætermittendam non iudicaui, vt tibi ob oculos ſtatuerem, quo animo eſſem
erga te affectus, quibuſue poſſum precibus tecum contendo hanc meam epiſtolam
perlegere velis, purgatiſſimo, & perſpicaciſſimo tui iudicij oculo perluſtrare, meq́ue
ad ſeruiendum tibi paratiſſimum, amoris, ac beneuolentiæ ſignificatione proſequi non
dedigneris. Vale.

Epiſtola Sexta.

*Ioanni Antonio Anguillonio Claſſis Triremium Sacræ Religionis Equitum Hie-
roſolymitanorum Archiatro digniſſimo.* F

ABdita naturæ vi humani generis pectoribus inſertum eſt, vt obuijs qui-
buſque, & paſſim occurrentibus ſpretis, aut non ita ſeduló conſidera-
tis, in ea omnem animi contentionem, omnemq́ue diligentiam ad-
hibeamus, quæ aut nouitatis aliquid præſeferant, aut quàm rariſſimè
euenire compertum habeamus. Nihil igitur mirum ſi Parthenopœi
Medici in exordio ſtrangulatorij affectus, qui Neapolitanum Regnum
primùm, mox vniuerſam Siciliam inſolita ſæuitie inuadens plurima puerorum millia è
medio abſtulit, omnes neruos, tum diſputationibus, tum ſcriptis in lucem editis ad na-
turam illius, cauſas, curandi, ac præſeruandi modum peruestiganda intenderint. At
nos quoque eadem morbi nunc primùm exorientis eſſentiam indagandi cupido inceſ-
ſit (quid ni enim & homines ſumus, & nobis Medicis nouus morbus offertur) quare
dum hic eſſes cum tuis Melitenſibus Triremibus nihil aliud in noſtris ſuauiſſimis mihi
colloquijs pertractatum, quàm de huiuſmodi affectus origine, progreſſu, atque cura G
tione. Sed quia antequã ex hac Vrbe proficiſcereris, haud mediocriter à me efflagitaſti,
vt quicquid ſuper ea re meditatus fuerim, calamo vel currente exararem, ea propter
vt tuis honeſtiſſimis votis à me, quoad fieri poteſt, ſatisfiat, haud prolixa oratione
cuncta ad exactam rei notitiam attinentia perſtringere decreui. Cæterùm vellem, mi
Anguilloni perſuaſum habeas, nihil gratius mihi contingere poſſe, quàm ſi hæc licet
leuia, quæ vt tibi morem gererem conſcripſi, læto animo exceperis; ſic enim video nec
te iuſſiſſe, nec me paruiſſe fore vt pœniteat, quod quàm maximè deſiderandum mihi
eſſe arbitror.

Morbus hic, cuius naturam ſcire optas, reſpirationem, ſed maximè deglutitionem
lædit, nullumq́ue aliud nomen in hac Vrbe adeptus eſt, niſi gulæ morbum, eò quòd
appareat partes ſpectantes ad gulam ita læſas eſſe, vt etiam deglutiendi actio planè læ-
datur. De eo variè quidem multi authores Parthenopœi hactenus ſcripſerunt, ſed inter
ſe parum conſtantes ſunt, ſiue nomen, ſiue eſſentiam conſideremus; alij enim affectum
ſtrangulatorium, alij phlegmonem anginoſam, alij peſtilentem faucium affectum, H
nonnulli epidemiam gutturis luem, & aliqui tandem varijs nominibus pro varia ipſo-
rum opinione deſignarunt: & hæc quo ad nomen.

Quod ſpectat ad eſſentiam, alij ſcribunt eum eſſe aphtas malignas, alij arbitrati ſunt
reponendum eſſe in genere carbunculorum, alij intrepidè pronuntiarunt eſſe angi-
nam, qui inter ſe tamen diuiſi ſunt; nam horum aliqui exiſtimarunt eſſe anginam pro-
priè dictam, alij è contra anginam lato modo, & impropriè acceptam, alij determina-
runt eſſe eryſipelas, ſeu ignem ſacrum faucium, alij denique putarunt eſſe inflamma-
tionem propriè dictam, quam phlegmonem Græci appellant, quorum omnium ſen-
tentiæ rationibus, & authoritatibus grauiſſimorum authorum videntur confirmari,
quas ſanè hic recenſendi nec tempus, nec locus eſt; mea enim intentio eſt tibi quàm
breuiſſimè poſſum ſatisfacere tractans de affectione ea, quæ per hanc Ciuitatem vaga-
tur, non autem de Parthenopœo morbo à varijs ſcriptoribus, vt dictum eſt, declarato;

huius

Digitized by Google

A huius enim naturam minimè niſi ex aliorum ſcriptis agnoui. In hoc igitur deſcribendo
affectu dicam primùm, quæ partes afficiantur; deinde deſcribam morbum ipſum, &
quæ ſymptomata ipſum ſequantur; tandem, quid pro ipſius curatione per vnumquod-
que Medicinæ inſtrumentum fieri oporteat. Hæc affectio lædit pharyoga, quæ eſt pars
oris continẽs multas alias partes à Ioanne Baptiſta Carneuale pulchre deſcriptas: ſunt
verò partes iſtæ ore adaperto conſpicuæ, vt palatum, in cuius fine adeſt vuea vocata,
ſeu gargareon, quæ eſt portiuncula quædam carnea recta à palato ad linguæ baſim de-
ſcendens, in duaſque partes veluti diuidens fauces. Paulus Aegineta lib. 6. cap. 31. de-
ſcribit hanc partem, & inquit, quando præternaturalis eſt à quapiam fluxione à capite,
ſi oblongior fuerit columella appellatur, at ſi craſſior ab ima parte, & rotunda, vuea
dicitur, nihilque magis conſpicuè ore adaperto apparet, quàm faciant huiuſmodi ca-
uitates, ſub quibus ad latera vtrinque ſituatæ ſunt glandulæ duæ, quas antiades Græci,
noſtrates verò tonſillas, atque amigdalas appellant, & iſtæ ſunt omnes partes, quæ ab
hoc propoſito morbo læduntur.

B Affectus autem fuit morbus in mala compoſitione, nempe in magnitudine prædi-
ctarum partium adaucta præter naturam. Modus erat diuerſus; nam aliquando pars
extima palati rubicunda, & inflammata ſimul cum ipſa vuea apparebat intactis glandu-
lis, nonnunquam & ſæpiùs glandulæ prædictæ intumeſcebant, cum calore, & rubore
primùm, deinceps cum dolore, & magna deglutiendi difficultate, nonnunquam adeò
tumidæ erant, vt ad inuicem ſe contingerent, viam ad deglutiendum, & reſpirandum
intercludentes, igitur omnes iſtæ partes aliquando ſola inflammatione, nonnunquam
ſolo eryſipelate, interdum omnes ſimul corripiebantur vno, vel altero affectu. Verùm
ſi ad hunc remanſiſſent modum, hoc eſt vel inflammatione, vel eryſipelate affectæ, fa-
cilè ægrotantes liberati fuiſſent, ſed ad prædictarum partium inflammationem ſubſe-
quebatur interdum materia quædam pituitoſa à capite tam repente, & inopinatò de-
ſcendens, vt miſeri ægrotantes ſubitò ſuffocarentur. Non rarò apparebat materia
quædam alba in ſuperficie, quæ paulò poſt ad liuorem, deinde ad nigredinem abſque
dolore mutabatur, quod gangrænæ ſignum eſt manifeſtiſſimum, verùm in ſola ſuper-
C ficie eſſe ſenſus indicabat, & quod magis eſt, videbatur à ſubiectis partibus facilè di-
uelli poſſe.

Si quis tamen vel digitis, vel aliquo inſtrumento leui ipſam auferre tentaſſet, quam-
uis operatio hæc fieret abſque dolore, ea tamen ablata breuiſſimo tempore peribant
ægrotantes, quod præ cæteris in Petro Soprano genero meo obſeruatum eſt, cui cùm
huiuſmodi mortificatio apparuiſſet in ſuprema ſuperficie dictarum glandularum fau-
cium, & palati, itaut videretur eſſe maximo reſpirationi, & deglutioni impedimento,
Chirurgus exiſtimans poſſe facillimo negotio à ſubiectis partibus eam ſeparari ſolis
digitis, leuiſſimè quidem eam abſtulit, qua ablata tantum abeſt, vt iuuerit deglutitio-
nem, aut reſpirationem, vt potius vtraque actio læſa magis fuerit, vnde breuiſſimo
tempore miſer meo cum maximo dolore mortem oppetijt, id quod etiam in alijs
quamplurimis, pueris ſæpiùs obſeruaui, & præſertim in eiuſdem Petri filiolo nepoti ex
filia quinque annorum mihi cariſſimo, qui poſt paucos dies eodem modo, quo pater
vitam cum morte mutauit.

D Aliquando, vt dixi, harum partium vnam tantùm, vel duas, vel etiam omnes ſimul
huiuſmodi mortificatio celeriter inuadebat cum fœtore, & vbi tale ſymptoma appa-
rebat, ſiue cum fœtore, ſiue ſine fœtore caſus omninò erat deploratus; omnia enim
medicamenta tàm intus, quàm extra fruſtra admouebantur, quia ægrotantes celeriter
moriebantur, nonnunquam in quarta die, & citiùs etiam, rarò ſeptimam diem attin-
gentes, & quod miſerabile admodum erat, obſeruabatur in vna, & eadem domo plures
periclitari, & abſque auxilio interire. Medici propterea plerique admirantes celerita-
tem, qua ad mortem ducebantur ægrotantes, in varias ibant ſententias de natura huius
affectionis; nam aliqui gangrænam illam iam dictam in extima ſuperficie tantùm læ-
dere dicebant, vnde eam referri debere ad malignas, & prauas aphtas, de quibus di-
cebant Celſum loquutum fuiſſe lib. 2. cap. 1. & Aetium lib. 8. cap. 39. Verùm ab his
authoribus aphtæ deſcribuntur vlcerationes ſuperficiem tantùm oris, & partium illius
in pueris lædentes: at decepti ſunt; nam experientia oſtendit, quòd longè profundiùs

hæc

Digitized by Google

hæc affectio ſerpebat, & adeo depaſcebatur partes ſubiectas, vt ad gangrænam eas re- B
duceret, vt dictũ eſt, quare putantes eſſe aphtas decepti ſunt, hoc præſertim argumen-
to, quòd tam ſubitò ad mortem ægrotantes ducebantur, id quod in aphtis nuſquam
obſeruatum fuit. Alij verò animaduertentes in tonſillis vlcus non diſſimile eſſe ijs, quæ
à ferro ignito fieri conſueuerunt, putabant eſſe carbunculum, ſed & ipſi decepti ſunt,
cùm iam mortificatæ eſſent partes, & gangræna ita irrepebat, vt actiones præcipuæ,
deglutiendi ſcilicet, atque reſpirandi breuiſſimo tempore abolerentur, & hæc fuerunt
peſſima huius affectus natura, atque ſymptomata.

An modò contagioſus fuerit huiuſmodi morbus, non vacat ſuſpicione; nam multi
Medici obſeruantes tot interire, & præſertim in vna, & eadem domo, & tam frequen-
ter cogitabant omninò morbum eſſe contagioſum. Et quemadmodum fieri conſueuit
in tam frequenti ægrotantium interitu, vbi homines inter ſeſe colliguntur rem ipſam
admirãtes, multa aduerſus Medicos ſuſurrabant, quaſi culpa ipſorum tot morerẽtur; pu-
tant enim, quod cognito morbo ſtatim ſubſequatur ſanatio, quod tamẽ non eſt ſemper,
vt optimè noſti, verũ, quia licet abſque morbi cognitione vix credibile eſt poſſe mor- F
bum ſanari, non tamen ſequitur ſemper, quòd morbus cognitus illicò curetur, idq́ue
multiplici de cauſa, ſed præcipuè ratione malignitatis ſuæ, vt in cancro apparet, qui
quamuis ab omnibus cognoſcatur, nihilominus rarò curatur. Dicebãt aliqui ſuſurrones
ad cognoſcendum morbum opus eſſe aliqua cadauera horum morientium diſſecare,
vt inde explorari poſſit, vnde veniat, cur tot moriantur. Interdum adeo frequens erat
concurſus hominum otioſorum, varia inter ſe loquentium, & in medium afferentium
neſcio quid, de quodam verme in corde nato, qui huius necis tam frequentis erat cau-
ſa, vt facilè Illuſtriſſimo huius Vrbis Senatui perſuaſerint, iuberent Medicos inter ſe
conuenire, Anatomenq́ue in aliquo horum defunctorum celebrare, id quod minimè
fieri potuit, cùm Anatome à vulgaribus non admodum admittatur, imò verò potius ea
odio habeatur; putant enim quòd ſi permitterent aliquod cadauer ex ſuis affinibus
ſectioni exponi afficiendos eſſe iniuria, ac dedecore. Verùm enim verò cùm Senatori-
bus oſtenderetur, & multis quidem rationibus cadauerum ſectionem ad cognoſcen-
dum hunc morbum eſſe prorſus inutilem, deſtiterunt ab huiuſmodi requiſitione. Et G
certè ſi exploremus naturam huius affectionis, videbimus ſua natura cognitam eſſe, &
& vix tamen eſſe curabilem non tam ratione ſui, quàm partium affectarum cauſa, quæ
læſæ deglutitionem (vt dictum eſt) ſtatim, & reſpirationem inhibent, vnde eſt, quod
vt plurimum ſuffocati patientes moriantur.

Sed præter multitudinem morientium, quæ contagionem aliquam præſeferre vide-
batur, eſt etiam & reſpiratio; nam in tractatu de febre maligna oſtendi febrem mali-
gnam contagioſam eſſe, non ſimpliciter, ſed per ſolam inſpirationem, & expirationem.
Anno præterito contigit res digna auditu: Diui Franciſci Cuſtos vir doctrina, & mo-
ribus inſignis hac lue obſeſſus, tonſillas ſolummodo, & gargareonem inflammatione
læſa habebat, & continuò querebatur ſe percipere in ore fœtorum quendam, & vt
hac de re certior redderetur, ad ſe vocauit Baccalaureum quendam ſibi amiciſſimum,
qui maximo affectu aſſiſtebat, rogauitq́ue, vt vellet olfacere, percipereq́ue naribus, an
verum eſſet talem fœtorem emittere, an ab imaginatione eius prodiret: olfecit Bacca-
laureus me præſente, & multis alijs, at ſtatim non multis elapſis horis decubuit ſola fau- H
cium, & glandularum inflammatione vexatus abſque aliqua manifeſta corruptione
partium, omnibuſq́ue præſidijs ex arte fruſtra factis quarto die ſuffocatus perijt, & ta-
men Cuſtodem non tetigerat, ſed ſolo olfactu aërem ab ore prodeuntẽ naribus traxe-
rat, quare ab huiuſmodi exemplo veni in ſententiam hunc morbum non eſſe abſque
aliqua contagione. Non idcirco tamen iudico ipſum eſſe contagioſum immediatè, ſed
per medium aërem inſpiratum, & quamuis non me lateat aliquos hanc ſpeciem con-
tagionis appellaſſe ad diſtans, eò quòd ab inſpirato aëre exeunte à faucibus ægrotantis
prodeat, & per curbiculum multiplicetur, nihilominus puto probabilius aërem exſpi-
ratum, & ab alio inſpiratum poſſe dici contagium mediatum, non immediatum, quòd
non fiat à vero, & immediato contactu. Hanc opinionem de duplici hac contagij ſpe-
cie reperies in Epiſtola 200. apud Laurentium Scholzium his verbis.

Contagium, hoc eſt tranſitus morbi de corpore in corpus, quod fit per contactum vel mediatè,

vel

Digitized by Google

A *vel immediatè, immediatè eſt, cùm duo corpora ſeſe abſque vllo medio contingunt, & labem
*mali inuicem communicant, ſicut fit in ſcabie, & morbo gallico per frictionem; mediatè
*autem intercedente alio corpore, nempe aëre per aërem contagium cõmunicato inſpirando &
expirando, ita ut aër vehiculi rationem habeat. Nunquam mea opinione obſeruatũ fuit in
toto hoc morbo fuiſſe aliquem à vero, & immediato contactu correptum, ſed vt di-
ctum eſt, per inſpirationem, & exſpirationem. At inquires fortaſſe, an vis huius con-
tagij fuerit in putredine fixa, vt videtur eſſe communis opinio eorum, qui de natura
contagij tractant, reſpondeo id euenire vt plurimum, cùm ſemina contagij lenta, &
viſcida ſint, & propterea non ſeparari à putredine, non eſt tamen inconueniens, quòd
vapores acres, & aridi ab ore ægrotantium manantes non poſſint à proximis halitu
attrahi, atque vbi ſemel faucibus adhæſerint humeſcere, & (vt inquit Mercurialis)
lenteſcere abſque vlla putredine, aut ſaltem exigua, ſimulque cerebrum, & vniuerſum
corpus eius, qui aërem inſpirat contaminare, & interficere tandem, vt eueniſſe Bacca-
laureo ſupra dictum fuit; nam contagium eſt vapor quidam fortiter cõmiſtus à tota
B ſubſtantia diſſimilis corpori humano, de quo loquens Capiuaccius in epiſtola quadam
aduerſus Thomam Eraſtum dicebat contagium aptum eſſe inducere corporibus
noſtris non modò intemperiem, ſed malam compoſitionem, & ſolutionem continui.

Morbum igitur hunc cõtagioſum eſſe putamus, non ad diſtans, neque per fomitem:
non quidem ad diſtans, quia hic obſeruatum non eſt aliunde prouenisse, quemadmo-
dum Thucydidẽ, & Galenum ſcripſiſſe ſcimus de ſeminarijs illis peſtis, quæ per aërem
ex Aethiopia Athenis fuerunt delata; neque per fomitem dici poterat contagioſus,
cùm multoties obſeruatum ſit poſt mortem eorum, qui hoc affectu interierunt, ſupel-
lectiles alijs datas nullã intuliſſe læſionem. Neque dici poteſt contagioſus ex immedia-
to corporum contactu; experientia enim rerum magiſtra oſtendit, & matrem, & pa-
trem cum filijs decubuiſſe, & tamen nulla ratione affecti ſunt, etiamſi ægrotantes in-
terierint. Addo, ex illis, qui præfuerunt curationi ipſorum ægrotantium nullum ob-
ſeruatum fuiſſe ex contactu ſuſcepiſſe morbum. Relinquitur igitur dicendum ex con-
tactu mediato ipſum fuiſſe contagioſum; nam ex expiratione facta malignitas com-
C municabatur aëri cubiculi, in quo degebant ægrotantes, quæ per inſpirationem ab alio
tracta potuit producere morbum, eo modo, quo diximus de febre maligna.

Cauſæ huius morbi aliæ ſunt non naturales, aliæ præternaturales, & aliæ naturales,
inter non naturales aërem fuiſſe pro certo habeo, non quòd fuerit quoad ſubſtantiam
malè affectus, ſed quo ad qualitates valdè alteratus, & varius; nam modò calidior, quàm
requirebat anni tempus, modò nebuloſus, & ventoſus erat. His quippe duobus annis
ventus auſtralis ſemper prædominium habuit, & eteſiæ ſpirarunt quidem, ſed non
more conſueto, autumnus varius fuit; modò enim ſiccus, modò humidus, in ſumma
varius, & inconſtans, in qualitatibus actiuis magis frigidus, & in paſſiuis ſiccus, itaut
magis fuerit frigidus, & ſiccus, quàm frigidus, & humidus. Hyems, & ipſa varia,
& inconſtans fuit ſpirantibus, vt plurimum ventis auſtralibus. Ver, quod ſua na-
tura debet eſſe temperatum, frigidum, & humidum fuit, & valde inconſtans. Ab aëre
autem ita affecto morbos communes fieri ſcripſit Hippocrates lib. 1. epidem. & Gal.
in comment. fuſiùs declarat.

D Alimenta quoque, & potus inter res non naturales ſuum in hoc generando morbo
locum habuerunt, non modò ſua culpa; nam vbi tempora anni non ſeruant ſuam pro-
priam naturam, neceſſe quoque eſt, vt omnia, quæ ab ipſis fiunt, non rectè, & vt decet,
& ſubſtantiam, & qualitatem recipiant. Gal. 1. epidem dicebat aërem inſpiratum tali
diſpoſitione corpora noſtra afficere, quo ipſe eſt præditus, quod idem de alijs corpo-
ribus intelligendum eſt. Sed ob inordinatum, & intempeſtiuum modum, quo nonnulli
vtebantur, hinc variæ ſpecies cacochymiæ in corpore coaceruabantur; nam in alijs bi-
lioſorum humorum copia magis, in alijs pituitoſorum, in alijs melancholicorum ad-
erat pro diuerſitate ſcilicet vſus, ſeu abuſus rerum non naturalium iam dictarum; &
pro varia corporum complexione, ætate, conſuetudine, & exercitio, quæ ſunt cauſæ
naturales, vnde mirum non eſt, ſi modò phlegmone, modò eryſipelas phlegmonoſum,
aut edœmatoſum faucium in hominibus comperiebatur. Verùm non videtur eſſe in-
conueniens, ſi in hominibus huiuſmodi ſpecies inflammationũ graſſetur, cùm euenire

poſſit

poſſit pro diuerſitate victus rationis, quam ſeruabant, verùm in pueris apparet aliqua E
difficultas, vnde ſit, quòd ex ijs plures in hanc affectionem incidant, quàm ex adultis,
cui quæſito videtur ex Gal. reſpondendum eſſe, qui 6. de ſanitat. tuend. ſcribit pueros
morbis à fluxione, & redundantia enatis maximè tentari, cuius rei ratio eſt, quia fluxio-
nes à capite prodeuntes, non niſi ratione alicuius materiæ contentæ in cerebro eue-
niunt, quæ in pueris ob inordinatam victus rationem, cerebrique mollitiem, & humi-
ditatem facillimo negotio vel ibi generatur, vel aliunde tranſmittitur, & cùm à calore
naturali diſcuti nequeat, vel à frigiditate expreſſa, vel à caliditate liquefacta à facultate
cerebri expultrice ad viciniores partes, & imbecilliores expellitur. Cùm itaque inter
partes imbecillas inbecillimæ omnium ſint glandulæ, & partes quæ ad ipſas ſunt, vt eſt
vuea, & tonſillæ, quidquid humoris à circumuicinis partibus propellitur, facilè reci-
piunt, & conſequenter, cùm pueri ſua natura molliores ſint adultis, neceſſe eſt, vt par-
tes iam dictæ ad fauces exiſtentes ſint molliſſimæ, & laxiſſimæ, ac proinde magis aptæ
ad huiuſmodi impreſſiones recipiendas, hinc igitur eſt, cur pueri frequentius ab huiuſ-
modi morbo corripiantur: & iſtæ ſunt cauſæ exteriores, quæ ad hunc morbum facien- F
dum concurrunt.

Internæ verò cauſæ præternaturales ad duo capita (vt probè ſcis) reducuntur: ad
antecedentem, & ad coniunctam, quæ non in omnibus eſt vna, quamuis effectus vnus
videatur; in aliquibus enim vigebant humores biliosi, in alijs ſanguis pro vario corpo-
ris habitu, complexione, ætate, & conſuetudine, itaut vel inflammatione, aut eryſipe-
late partes afficerentur, vt plurimum tamen humoris pituitoſi copia à capite tam re-
pente deſcendebat, vt quam citiſſimè in tonſillas reciperetur, vnde ægrotantes ſubitò
ſuffocabantur; nam ſimul cum prædictis humoribus calidis, qui primò tumorem in-
ducebant ſuæ naturæ proportionatum, adeo implebant tonſillas, vt calorem ipſarum
extinguerent, & hinc neceſſariò ſequebatur has partes in ſuperficie primùm emori,
quæ eodem die alba reddebatur, inde ad liuorem, & quandoque ad nigredinem ten-
dens. Aliquando etiam obſeruabatur gargareon, ſeu vuea prorſus mortificata, neque
illa ſuperficies ita alba, erat ex pituitoſo humore, vt aliqui putabant, ſed ex humorum
ibi putreſcentium malignitate, quæ aliunde prouenire non poterat, niſi ex malo appa- G
ratu totius corporis ortum ducente, vel ex praua qualitate humorum, vel ex vitiatis
coctionibus, prima nempe, aut ſecũda, à quibus eleuati vapores prauam hanc affectio-
nem augebant. Immediata itaque, & proxima cauſa huius luis erat prauus humor, ſiue
ſanguis faciens inflammationem, ſiue bilis producens eryſipelas; hiſce duobus humori-
bus non rarò adiungebatur pituita, vnde & phlegmone edœmatoſa, vel eryſipelas
edœmatoſum fiebat; nam ſemper vel vnum, vel aliud reperiebatur, interdum (vt ſupra
dicebam) abſque vlla malignitate pituitoſus humor tenuis in ipſas glandulas de repen-
te affluebat, vt neceſſariò tolleretur & reſpiratio, & deglutitio, vnde ægrotantes mi-
ſerè ſuffocati moriebantur, aliquando verò, vt dixi, adeo copioſi erant humores, vt
ſua copia calorem harum partium ſuffocantes inducerent gangrenam, & mortificatio-
nem iam dictam, & iſtæ fuerunt cauſæ coniunctæ huius affectus.

Antecedẽtes verò cauſę erant ijdẽ corrupti humores in corpore parati, vt in caput,
& in prædictas partes ferrentur, quo nomine affectio ab his ſemper augebatur nulla
prorſus in aëris ſubſtantia exiſtente corruptione, ex qua inferri potuiſſet adfuiſſe peſti- H
lentem aliquam conſtitutionem, quemadmodum dicunt aliqui fuiſſe in alijs locis, qua-
re ægrotantes omnes ex prædicta copia humorum ſæpè ſuffocabantur, & profectò ſi
huiuſmodi defluxio, aut humorum congeſtio cum illa corruptione in alia fuiſſet corpo-
ris parte, vt pote in facie, aut collo, aut brachio, nullus proculdubio interijſſet, ſed quia
confluebat ad loca prædicta, non eſt mirum, ſi breuiſſimo tempore moriebantur. Ad
hoc propoſitum habemus illam Hippocratis ſententiam lib. 3. in 3. epidem. tex. 10.
vbi ſcriptum eſt, multi fauces dolebant, voceſque malè affectæ, Galen. in comment:
animaduertit, quòd quibus caput replebatur, hac ſuccorum redundantia, fluxiones ad
fauces, & pulmones, ac ventrem fiebant: addit Gal. iure talibus voces male affici, ſi-
quidem videtur hoc aſſiduè in catarrhis fieri, vbi fauces, & guttur madefactæ ſunt.
Addo modò ego, vbi aliæ partes ad fauces contentæ, quemadmodum ſunt tonſillæ, &
vuea, repletæ fuerint multa copia, itaut inde ſucedat tumor, tunc ægrotantes non modò

facilè

Digitized by Google

A facilè amittunt vocem, ſed & ipſam reſpirationem, & ita ſtatim moriuntur: & hæc de cauſis tam internis, quàm externis affectionis huius.

Circa ſigna, alia demonſtrabant affectionem, alia cauſas: ſigna demonſtrantia affectionem erãt calor, dolor, rubor, tenſio, deinde tumidæ apparebant partes, aliquando vna, aliquando omnes ſimul, quippe ore aperto, & diligenti inſpectione facta, & læſio, & partes affectæ in conſpectum veniebant, & præſertim mortificationes, de quibus ſupra dictum fuit, ac aliquando tonſillæ vlceratæ, quemadmodum, & vuea apparebant, interdum palatum, nonnunquam & baſis linguæ, quæ omnia viſus ſenſus diſtinguebat. At ſigna cauſarum non ſolùm à ſenſu tactus, & viſus, verùm etiam ratione confirmabantur; nam dictum eſt ſuperiùs tumorem harum partium fieri etiam ex ſanguine, ita vt ex eo collecto fieret phlegmone, hoc eſt vera inflammatio, quæ (vt dixi) dignoſcitur ex tumore rubicundo, dolore pulſatiuo, vt vix & cum magna difficultate ægrotantes deglutire poſſint: deinceps ratione quadam deſumpta ab ante acta vita, ab habitu corporis ſanguineo, à complexione calida, & humida; quocirca ex his omnibus B concludebatur inflammationem harum partium non aliunde prouenire poſſe, quàm à ſanguine. Tumorem porrò fieri ab humore bilioſo cernebamus primò à dolore intenſiſſimo, & acutiſſimo, à minore deglutiendi difficultate; nam humor bilioſus longè tenuior ipſo ſanguine eſt, hinc dolor acutior, ſed tumor minor, & minor etiam difficultas deglutiendi, à colore etiam non admodum rubicundo, vt in phlegmone, & ex alijs ſignis bilem demonſtrantibus dicebamus tumorem eſſe eryſipelas. Atque ex his duobus tumoribus calidis, ſeu duabus ſpeciebus inflammationis à dolore, & calore trahebatur materia pituitoſa à capite, cerebro etiam ſua facultate expulſiua impellente, & tam ſubitò replebantur partes, & præſertim glandulæ, vt ſtatim ægrotantes ſuffocati morerentur.

In prædictione tria conſiderabamus iuxta Galeni præceptum, nempe euentum, tempus, & modum: quod ſpectat ad euentum, vbi videbamus partes haſce affectas inflammatione, verebamur ſemper de malo euentu, hoc eſt de ſuffocatione, ex quarum læſione facilè ægrotantes tam reſpirationem, quàm deglutitionem amittebant, & eò C magis, quia partes iſtæ læſæ debiliores, languidiores, atque ad expellendum ineptæ reddebantur, hinc nequibant ſe ab humoribus noxijs exonerare, & morbum cum ſua cauſa propellere, & cùm viæ à tumore harum partium præpeditæ erant, per quas ſer intus, & extra ferri eſt opus, timebamus planè ſuffocationem. At ſi affectio tendebat ad mortificationem, conſiderabamus, an in ſuperficie tantùm eſſet, neque vlterius in profundum progrederetur, & tunc euentũ bonum fore expectabamus, ſi præſertim iuuari medicamentis ex arte factis animaduertebamus; nam vbi medicamenta iuuantia multum iuuant, ſemper euentus bonus eſt ſperandus, at vbi videbamus dealbari partes, inde ad liuorem, vel ad nigredinem, & ad magnam tumefactionem tendere, profundiuſque gangrænam ſerpere, & medicamenta, quæ ſolent iuuare, non iuuabant, ſemper prauum euentum timebamus.

Quod attinet ad tempus, vbi euentus malus erat, breuiſſimo tempore interibant ægrotantes, nonnunquam vt in peracutis morbis; nam ſpatio viginti quatuor horarum mortem obibant, vnde Hippocrates 3. progn. 16. 18. & 19. dicebat fauces exulD ceratas cum febre eſſe difficiles curatu, quæ difficultas non aliunde prouenire poteſt, vt docet Gal. in comment. niſi ratione deglutitionis, & inſpirationis; nam vt diximus capite de cauſis, huiuſmodi morbi hac in parte venientes pręter ſuam malignitatem afferunt ſemper periculum ſuffocationis, quæ cùm fiat breuiſſimo tempore, tempus euentus breuiſſimum quoque erit. Modus autem erat per ſuffocationem, quando ad malum erat euentus, at ſi ad bonum, modus ſanationis erat per reſolutionem tumoris tam tonſillarum, quàm faucium, & ſuarum partium, quam reſolutionem, quamuis à natura ſæpè fieret, ars tamen ſuis medijs inſtrumentis adiuuabat opem ferens naturæ tam intus aſſumptis, quàm extra admotis, quæ ſiue à victus ratione, ſiue ab alijs duobus inſtrumentis accipi poterant.

Quod attinet ad curationem, indicationes accipiebantur à morbo, à cauſa, & quandoque à ſuis ſymptomatibus: & quamuis non me lateat à ſymptomatibus, vt talia ſunt, non deſumi indicationes, nihilominus quia aliquando adeo vrgebant, vt neceſſarium

fuerit ſpernere cauſas, & morbum,& ad ipſorū deuenire ablationem. Inter ea ſympto- B
mata maximè omnium vrgebat illa materia,quæ præſeferebat gangrenæ ſpeciem;nam
ipſa adeo fauces adſtringebat, vt ægrotantes plures ſuffocarentur, ad cuius ablatio-
nem non propterea ſanabantur omnes, vt ſupra dictum eſt.

Aliæ præterea indicationes deſumebantur à cauſa, cuiuſmodi erat fluxio varij hu-
moris, quæ indicabat nobis fluxum inhibendum eſſe: deinde quod fluxum erat, &
morbum faciebat erat omninò euacuandum, parſque affecta, quantum erat poſſibile,
mitiganda, vlcus tandem curandum, quod duobus modis conſiderabatur, & reſpectu
ſolutionis continui, & reſpectu deperditionis ſubſtantiæ. Vt autem ſatisfaceremus
appoſitè iſtis indicationibus, recurrebamus ad auxilia, & ad auxiliorum materias,
quas deſumebamus à triplici Medicinæ inſtrumēto, nempe à chirurgia, diæta,& phar-
macis, vt dictum eſt. Horum quædam intus, quædam extra admouebantur; & primò
quod ad diæteticum attinet inſtrumentum, non poteramus vti alijs alimentis, quàm
his, quæ à Græcis ῥοφήματα dicuntur, hoc eſt, quæ ſunt actu fluida, quemadmodum
ſunt panis tritus in iure pulli, ptyſana hordeacea, ſeu cremor ptyſanæ, panatella, emul- F
ſio ſeminum melonum ex iure pulli. Aliqua etiam fercula concedebamus facta ex pul-
pa cucurbitæ, cremonis ptyſanæ inſtar conditæ, iuſcula etiam ex prædictis gallicolis, in
quibus aliqua portio ſucci granatorū, vel agreſtæ, ideſt, omphacij, vel etiam ſucci cito-
neorum, quæ omnia leniter nutriendi, abſtergendi, reprimendi, atque attemperandi
facultate pollent. Hæc erat victus ratio à principio conueniens tam pueris, quàm adul-
tioribus, vbi verò affectio ad bonum vertere videbatur, declinante iam morbo, vel eo
etiam declinato, paulò pleniori victu vtebamur, offerentes carnes pullorum, nempè
galliculorum, gallinarum iuuencularum, & ſimilium, nec non & vitulorum.

Pro potu à principio à vino omninò abſtinebamus, vtebamurque vel aqua ſimpli-
ci, eademque vel cocta, vel non cocta, modò cum aliqua ſacchari portione, aliquando
etiam alijs aquis medicatis pro ratione vehementiæ affectus, aut clementiæ eiuſdem.
Mox vtebamur vino multa aqua lymphato, ſiue album fuiſſet, ſiue clarettum, ceraſolum
dictum ex Syracuſis. Deinde in hoc eodem inſtrumento manentes vtebamur frictio-
nibus in cruribus, primùm à genu vſque ad pedem, poſtea à capite femoris vſque ad G
eundem pedem, iubebamuſq; pluries repiti eaſdem frictiones. Ad brachia fiebant hoc
modo, ducebantur primùm ob olecrano, hoc eſt à cubito, & ſenſim, & continuatè
vſque ad extremam manum, & digitos, deinde à ſummo humero repetentes trahebant
frictiones vſque ad extremā manum; hac enim ratione non modò pori cutis aperiun-
tur, vt difflari poſſit ſubtus materia contenta, verùm etiam materia reuellitur ſenſim à
capite. Sub hoc genere auxilij poſſunt reduci cucurbitæ. Verùm cucurbitæ duobus mo-
dis conſiderantur, vel cum ſectione, vel abſque ſectione: primo modo nunquam ſunt
applicandæ, niſi primùm expurgato corpore, at abſque ſcarificatione poſſunt reuel-
lendi, & deriuandi cauſa applicari, & in quocunque tempore, quemadmodum ego de-
monſtraui Decade Septima, tractatu de cucurbitis. Nunquam igitur à principio cucur-
bitas iubebamus cum ſcarificatione, niſi poſt ſanguinis miſſionem, maxima vrgen-
te neceſſitate, ſæpeque vtebamur clyſteribus, aliquando lenientibus, nonnunquam
verò & attrahentibus, vt à capite reuelleretur materia, & fæces contentæ in inteſtinis
euacuarentur, ſimulque & aliqui humores in corpore peccantes extra ducerentur, & H
hæc eſt victus ratio, quam obſeruabamus.

Veniamus modò ad pharmaciam omiſſa quæſtiuncula illa de præcedentia pharma-
ciæ ad chirurgiam, cùm aliqui dicant purgans medicamentum phlebotomiæ præfe-
rendum eſſe, hac ratione ducti, quòd per phlebotomiam vires labefactentur, & de-
ſtruantur. Nunquam ſanè accidit mihi, aut ſaltem rarò in huiuſmodi affectione præ-
mittendam eſſe pharmaciam, niſi magna exiſtente cacochymia, quòd rarò euenit. In-
tentio verò curatiua per pharmaciam erat reuellere à capite, & à faucibus materiam
cacochymam fluentem, & eam ipſam extra corpus educere. Materia autem medica-
menti, qua ſemper vſus ſum, erat manna, vt aiunt forzata, quæ quo ad vſum ipſius ſpe-
ctat, doſis augebatur, vel minuebatur pro diuerſitate ſubiectorum hanc affectionem
patientium. Pueruli lactantes non poterant purgari, ſed nutrix ipſius, ſi erat opus, eique
inſtituebatur victus ratio conueniens: in adultis verò mannæ quantitas erat ad vncias
ſex

Digitized by Google

A ſex pro diuerſitate habitus complexionis, ætatis, & anni temporis. Inter alia medicamenta, ſi vis verum me fateri, nullum præſtantius hoc medicamento nactus ſum, quamuis aliquando, & ſyrupo roſato, & ſyrupo de ſena ſolutiuo pro diuerſitate humoris peccantis vſus fuerim. Atqui in hoc caſu nunquam potuit, aut debuit obſeruari concoctio humorum, cùm præſertim materia, quæ fluebat, erat tenuis magno cum impetu fluens, quæ quamuis non eſſet principalis cauſa, erat tamen vt plurimùm concomitans eam, vnde multoties præcepi diſſoluendam mannam cum decoctione tamarindorum, & acetoſellæ, pro diuerſitate cacochymiæ prædominantis.

Modò ad chirurgiam deueniendum eſt, quæ & ſectionem venæ reſpicit, & topica auxilia: quod ſpectat ad ſectionem venæ, indicante præſente, & virtute permittente ſtatim mittebatur ſanguis tum euacuandi vniuerſum corpus, tum reuellendi cauſa, tam à capite, quàm à faucibus, & alijs partibus affectis, id quod paulò poſt repetebatur, vbi opus eſſe cenſebamus. Quæ in hoc caſu venæ ſecabātur, variæ erant, præſertim in principio mittebatur ſanguis ex vena iecoraria dextri brachij, vbi videbatur celebranda B eſſe euacuatio, at ſi reuulſio à capite erat facienda, tundebamus cephalicam, & vbi ſatisfaciendum eſſet vtrique intentioni, ſecabatur vena communis, & vbi fluxio deſiſterat non ruente amplius materia in fauces, vt ipſa euacuaretur, aut diuerteretur à partibus illis, in qua collecta erat, iubebamus ſecandam eſſe venam, quæ ſub lingua eſt, & hæc eſt communis doctrina Galeni, & communiter practicantium, quemadmodum ego etiam demonſtraui Decade Septima cap. de curatione febrium in genere.

De ſcarificationibus, & hirudinibus quid dicendum? videtur vſus ſacrificationum à Græcis maximè commendatus, quamuis Arabes nullam aliam ſpeciem ſcarificationis agnoſcant niſi eam, quæ fit poſt cucurbitarum applicationem, verùm Græcorum ſcarificatio longè diuerſa eſt, vt noſti, ab hac Arabum. Eam tamen ſcarificationem, quæ fit in tibijs, maximè commendat Alpinus lib. de Medicina Aegyptiorum. Sed cùm hæc operatio maximè difficilis ſit, quamuis ipſe facillimam, & in huiuſmodi affectu tutiſſimam eſſe dicat, nihilominus quemadmodum ego demonſtraui Septima Decade tractatu de ſcarificationibus, via credibile eſt poſſe fieri ſeruatis conditionibus, & circun- C ſtantijs ipſarum ſine maximo dolore, & conuulſionis periculo. Atque licet ad ſuras tibiarum eæ applicentur, non modò dolores inferunt, verùm etiam ægrotantes ex longa, difficili, ac crudeli actione ſupra modum excruciant, vnde maius videtur eſſe incōmodum ægrotanti ex ipſarum applicatione illatum, quàm emolumentum, ſicut ego expertus ſum; nam cum morbus iſte faucium adoleſcentem quendam ſatis robuſtum quindecim annorum boni habitus, & complexionis ſanguineæ infeſtaret, celebratis omnibus præſidijs ab alijs Medicis, poſtquam ego accerſitus fui, volui, vt tandem experimentum fieret per huiuſmodi ſcarificationes, quas ſufferre non potuit niſi maximo cruciatu, & dolore, & tandem fruſtra reliquis adhibitis ſuffocatus mortem oppetijt.

Quomodo autem fiant hæ ſcarificationes à Græcis, & ab ipſis Aegyptijs, habetur in prædicta Decade. An modò hirudines fuiſſent iſtis applicandæ, varia eſt, & fuit Medicorum Meſſanenſium opinio: verùm de hac materia in prædicta Decade fuſiùs tractatum eſt, vbi oſtendi, à quibus indicentur hirudines, & à quibus inhibeantur; nam indicantur mea opinione ab humoribus melancholicis contentis in venis meſeraicis, à D quibus ipſi ortum ſuum ducunt, non autem à ramis venæ cauæ, vt aliquorū eſt opinio, quam quidem opinionem, & rationibus, & experientia longo ſatis ſermone demonſtraui falſam eſſe, non eſt propterea, vt repetam ea, quæ tu ipſe ſcis, & legendo meam hac de re opinionem cognoſcere poteris: & hæc de præſidijs chirurgicis ſpectantibus ad apertionem, & ſectionem venarum, localia modò ſunt conſideranda.

Medicamenta localia ſunt duplicia: alia quæ adminiſtrantur partibus internis, alia quæ extrà admouentur, quæ omnia & à morbo, & ab eius cauſa indicantur conſideratis morbi temporibus; nam in principio phlegmonis opus eſt vti reprimentibus, in augmento reprimentibus cum reſoluentibus ea conditione, vt in mixtione præpolleant reprimentia, cùm maior humorum copia fluat, quàm fluxa ſit: in ſtatu pauca ſint reprimentia, & longè plura reſoluētia, in fine denique purè reſoluentibus eſt vtendum. Vbi igitur aderat tumor, ſiue ex ſanguine, ſiue ex bile, tales erant materiæ, quæ applicabantur, & primò gargariſma ad hunc modum præparabatur.

℞. *Aquæ plantaginis.* B
Roſarum ana vnc. j.
Rob de ribes.
Dianucum ana vnc. ß.
Aceti parum. m.

Aliquando vtebamur puſca, ſeu poſca, quæ (vt ſcis) componitur ex aqua, & aceto. Hoc loco diſplicet nobis ſcrupulus eorum, qui à principio abſtinent ab huiuſmodi medicamentis dicentes metum eſſe, ne humor in partem principem impellatur, aut ex vſu frigidorum medicamentorum humor malignus in faucibus retineatur; uam conſiderare oportet nos proponere inflammationem abſque vlcere, in cuius curatione ſi attendimus iuuamenta, & nocumenta, quæ poſſunt ab huiuſmodi medicamento euenire, comperimus minus malum eſſe ad partes circumuicinas, vt exprimatur materia, quàm permittere affatim in partem affectam ruere, vbi adeſt tantum ſuffocationis periculum. Deinde huiuſmodi medicamenta reprimentia facultatem habent temperandi partem affectam, & remittendi calorem, qui eo in loco inducit non ſpernendam intemperiem. Tandem reprimentia medicamenta ex Galeno exprimunt materiam contentam in parte affecta in partes circumuicinas, quare vbi tumor, & inflammatio in fieri erat abſq; ſorditie, & vlcere, tunc vtebamur hiſce repercutientib; & alijs etiam *e. g.* F

℞. *Aquæ acetoſellæ.*
Lactucæ ana vnc. ij.
Syrupi de portulaca.
Roſati ex roſis ſiccis. ana vnc. j. m.

Sæpè addentes aceti roſati modicum, nonnunquam etiam accipiebamus aquam, in qua aurum fuiſſet extinctum, aut etiam chalybs, eique admiſcebamus miuæ citoneorum, ſyrupi roſati ex roſis ſiccis ana vnc. ij. & fiebat gargariſma. Non deſunt præterea variæ materiæ medicamentorũ, quibus vtebamur initio horum tumorum calidorum, ſiue ij fuiſſent in palato, ſiue in faucibus, ſiue in glandulis. Vbi verò tumor in augmentum procederet, accipiebamus *e. g.* ex aquis prædictis vnam partem, eamque componebamus cum miuæ citoneorum, ſyrupi de bettonica ana vnc. j. Accipiebamus etiam G rob de ſucco nucum ex melle factum: in ſtatu verò vtebamur reſoluentibus ad hunc modum paratis.

℞. *Hordei excorticati.*
Liquiritiæ.
Roſarum ſiccarum. ana p. j.
Caricarum pinguium. num. iiij.
Iuiubarum. num. vij.
Fol. Plantaginis.
Scariolæ. ana m. ß.

Facta decoctione in ſufficiente quantitate aquæ.

℞. *Aquæ prædictæ. vnc.* vj.
Miuæ citoneorum compoſita. vnc. j.
Syr. ex granatis dulcibus. vnc. j. ß.
Miſce pro gargariſmate. H

In declinatione verò hac decoctione pura vtebamur, & quandoque vehementioribus reſoluentibus; eſt enim ſententia Galeni 1. de compoſitione medicamentorum ſecundùm loca, quòd medicamenta ſtomachica debent habere tres conditiones, vna vt ſint fluuida actu, alia vt ſint grata guſtui, quantum fieri poteſt, tertia vt careant omni venenoſa qualitate.

Non poſſum ad verbum referre ea, quæ iſtis morbis applicita fuere; nam ſemper ad indicationes reſpectum habuimus, modò vtentes his medicamentis, quæ attemperandi facultatem habebant, modò corroborandi ipſas partes pro varia intentione. Verùm vbi vlcus aderat, conſiderabamus, an vlcus ſimplex fuiſſet, an ſordidum, an verò gangrenoſum cum eſcara, & mortificatione extimarũ partium in ore exiſtentium: ſi vlcus aderat purum, vtebamur exiccantibus ſecundùm magis, & minus ſub forma ſemper gargariſmatum, nonnunquam ad ipſum exiccandum pro varietate ſubiecti aquam, in

qua

A qua modicum ligni guaiaci ebullierat, exhibebamus cum modico ſucci granatorum in
modum gargariſmatis, quo vtebantur ægrotantes cum felici ſucceſſu. At vbi aderat
inſignis ſordities, hoc opus, hic labor erat, quia nullum medicamentum, quamuis va-
lidum eſſet, poterat abſtergere illam eſcaram, ſiue albam, ſiue cineritio colore prædi-
tam, & ſi hæc ipſa violenter inſtrumentis, aut digitis tollebatur, ægrotantes (vt ſupe-
rius dixi) moriebantur.

Quod attinet ad medicamenta cauſtica, eſcarotica nominata, quæ ab ſcriptoribus
Neapolitanis proponuntur, ad cruſtam inducendam cauteriorum in modum, vt eſt
chalcitis, miſy, & chalcanthum, nunquam ijs vſi ſumus, ſed abſtergentibus quidem
validis, quemadmodum erat decoctio hordei cum cortice in aqua plantaginis, in qua
addebamus rhodomelis, & oximelis pro diuerſitate affectus. Aliquando vſi ſumus aqua
aluminis, nonnunquam & applicauimus oleum ſulphuris cum aqua plantaginis miti-
gatum, & iubebamus vt operans accepto ſtilo cum modico goſſipij intincto leuiter
attingeret huiuſmodi carnem mortificatam, neque tamen vnquam, vel hoc, vel alio
B validо medicamento habuimus intentum. Quinimo nec vnquam adhibere volui cau-
ſticum vel actu, vel potentia, quia hic non videtur locus aptus ad ſufferenda huiuſmo-
di medicamẽta; nam vbi inducunt eſcaram ſupra eſcaram iam factam, ſtatim ſuffocant
ægrotantes, & licet affectio ratione prauitatis indicet talia præſidia, locus eſt omninò
ineptus, vt illi applicari debeant hæc medicamẽta, aut igne actuali ipſam eſcaram adu-
rere, quia vt ſuperius dicebam, ſi affectio hæc eſſet in alia parte corporis omni procul-
dubio tutò adminiſtrarentur eiuſmodi præſidia, ſed ratione loci nunquam auſus ſum
conſentire ijs, qui ſimilia proponebant. Quod denique attinet ad medicamenta,
exterius admota pro diuerſitate magnitudinis affectionis, & pro vario tempore eiuſ-
dem, modò reprimentia, vt initio, modò attemperantia, & modò reſoluentia cuti ex-
ternæ à nobis fuerunt adminiſtrata. Multa alia præſidia affectioni huic (ſed prout ma-
lignæ, & peſtilenti) deſcribuntur à Neapolitanis Medicis, quibus & ipſi vſi fuere in peſ-
ſima illa lue Neapoli vagante, quæ tamen quia mea opinione longè diuerſa eſt ab hac,
quæ vagatur per hanc ciuitatem, merito illis medicamentis abſtinuimus. Vale.

C

Epiſtola Septima.

Nicolao Antonino Ferrara Meſſanenſi Medico exercitatiſſimo.

COgitanti mihi, vnde tot ſecretorum in re medica exercenda hac tem-
peſtate irreperint phalanges, in mentem venit non ex alio capite id
originem traxiſſe, quàm ex Medicorum Rationalium ignoratione.
Nam quia parum accuratè Claſſicorum Authorum euoluunt codices,
in quibus nihil ferè eximio labore diſcuſſum non habetur, illa pręſtan-
tiſſima remedia, quæ ſingulis medicinam facientibus obuia, & in
promptu eſſe deberent, vni, aut alteri tantùm ſunt manifeſta, atque ita arcani nomen
haud planè iniuria ſibi vendicant. Quòd ſi profecto omnes, ea qua debemus aſſiduita-
te, ac feruentibus ſtudijs, vetuſtiorum volumina noctu, diuque manibus tereremus,
D fortè nemo auderet in medendo auxilium medicum reliquis ignotũ in medium affer-
re. Licet enim non me fugiat infinitam penè medicamentorum eſſe congeriem, & per
conſequens vix credibile, vt vni omnia innoteſcant; haud tamen ignoro maiori ex
parte ea, quæ hominibus fuere tradita, typis, aut ſcriptis hactenus haberi conſignata.
Multa equidem ab alijs vt arcana egregia auidiſſimè accepi, quæ deinde in lucem edi-
ta non ſine admiratione comperi, quare in hanc veni ſententiam, vt exiſtimem nullum
ex ijs præſidijs, quæ à quibuſdam occultantur omni arte non eſſe in libris exarata. At-
que hinc eſt, cur doctiores Medici iactare propria ſecreta erubeſcant, contra verò
Empirici, quia aliorum ſcripta aut nunquam viderint, aut non conſiderarint ſuis qui-
buſdam præſidijs, etſi leuibus plerumque vtuntur, atque ea vt abditiſſima, & eximia
prædicant, & extollunt. Ex huiuſmodi igitur medicamentis fuit puluis ille, quo quar-
tanarius, cuius curationi præteritis diebus præeram cum reliquis Medicis, vt tu noſti,
ſanitatem adeptus eſt, quamquam autem Medicus, qui puluerem exhibuit, noluerit ma-
nifeſtare,

Digitized by Google

niſeſtare, quid illud fuerit; nihilominus deinde apertè intelleximus ab alijs, qui id no- E
uerant, fuiſſe puluerem Cyrenaicum. Quocirca tu efflagitaſti à me omni conatu, vt quid de ipſo puluere ſentirem, explicare vellem, ego verò ne in re honeſtiſſima tibi deeſſe viderer, quid ſparſim de eo in Gal. & alibi compererim, aperire iam auſpicor.

Apud Gal. habetur mentio de puluere Cyrenaico 1. ad Glauc. cap. de quartana, vbi ſcribit ſuccum Cyrenaicum alijs medicamentis adpoſitum valere aduerſus febrem quartanam. Hoc idem repetit lib. de rig. trem. & palpit. cap. 7. ſed non explicat, quæ fuerint reliqua medicamenta ei admixta, imò nec ſemper appellat ſuccum, ſed quandoque lachrymam, vt apparet 6. meth. cap. 2. Sed eſto, quòd idem ſignificare poſſit ſuccus, & lachryma, non tamen ad inuicem conuertuntur, quia etſi lachryma arboris poſſit dici ſuccus, non tamen omnis ſuccus eſt lachryma; in plus enim ſe habet ſuccus, quàm lachryma. Sed liceat ad libitum vnicuique appellare id ſuccum, aut lachrymam, opus eſt, vt ſit alicuius vel arboris, vel plantæ ſuccus, vel lachryma: at apud Dioſcoridem, aut Galenum nulla arbor, aut planta eſt, quæ Cyrenaica appelletur, cùm Cyrene propriè ſit Prouincia, & Ciuitas etiam quædam fama clara, à qua totus Libyæ tractus F
inter Africam propriè dictam, & Lybiam Marmaricam intermedius, vno nomine Cyrenæa, aut Cyrenaica regio dicitur. Hinc & Philoſophia Cyrenaica, cuius author fuit Ariſtippus, nomen ſuum deduxit. Ciuitas Cyrene condita fuit à Batto Thereo, quo nomine Ciuitatis conſenſu conflatus eſt annulus, ciuium conditori ſuo, veluti parenti ſilphium offerentium nota, quod eſſe inter olera conſtat pretioſiſſimum, vt videre eſt apud Cælium Rhodiginum lectionum antiquarum lib. 13. cap. 11. & lib. 6. 12. huius Batti mentio habetur hoc Comici verſiculo. *Ne Batti quidem ſilphio adduci poſſe, vt faceret, quod rogabatur.* Imò verò idem Rhodiginus ſcriptum reliquit: in tantum delitiarum Cyrenæos populos productos fuiſſe, vt legum conditorem habere Platonem concupiuerint, qui eorum admiratus ignauiam, & [illegible], indignos habuit, quibus obſequeretur.

Ex his igitur dilucidè apparet Cyrenaicum ſuccum deriuari à Ciuitate iam dicta non ſecus atque dictum eſt Philoſophiam Cyrenaicam indidem deriuatam eſſe, ſed quemadmodum Philoſophia mediante Ariſtippo nomen accepit, ita, & ſuccus, aut G
lachryma ab aliqua planta, aut olere, aut arbore in agro Cyrenæo enata emanare oportet. Iam verò putandum eſt in vna Prouincia multas arbores, multaſque plantas, diuerſique generis enaſci, inter alias plantas frequentiùs in Cyrene enaſcitur laſerpitium caule ferulaceo, & folijs ſimilibus apio lato ſemine, quod, vt Plinius lib. 19. cap. 3. ait, Græci ſilphium vocant, cuius ſuccus laſer ex Dioſcoride dicitur lib. 3. cap. 77. Habemus igitur plantam natam in agro Cyrenaico eſſe laſerpitium, ipſiuſque ſuccum eſſe laſer. Quare concludo ſuccum Cyrenaicum nihil aliud eſſe, quàm laſer, idque tam ex Dioſcoride, quàm Plinio, confirmante id Matthiolo ſuper lib. 3. Dioſcoridis, quod etiam ex lib. de ſimpl. med. Gal. adſcripto probatur, vbi dixit laſer Cyrenaicum eſſe optimum.

Hoc tamen in dubium ex dictis ipſiuſmet Dioſcoridis reuocari poſſe videtur; in textu enim ſcriptum eſt, quòd laſer è radice, atque caule ſcarificatis colligitur, præfertur autem rufum, tranſlucens, myrrhæ æmulum, non porraceum, odore valens, ſuaui guſtu, quod dilutum facilè albeſcit: deinde addit, *Cyrenaicum ſi quis deguſtauerit, humorem toto* H
corpore eiet, blandiſſimo odore, & adeo vt ne os quidem guſtantis niſi paululum ſpiret. Quapropter videtur Cyrenaicus ſuccus eſſe quid diuerſum à laſare, quod ex Strabonis verbis cap. vltimo geographiæ confirmari poteſt dicentis, *Cyrenis finitima eſt regio, quæ ſilphium gignit, & Cyrenaicum ſuccum, quem ſilphium poſterius effert.* Cùm autem laſer ſit ſuccus ſilphij, poſterius autem efferat Cyrenaicum ſuccum, dicendum erit ex ſilphio ſuccum duplicis generis produci, vnum, qui ſit prius, alter verò poſterius, primus erit laſer, ſecundus verò Cyrenaicus ſuccus: erit igitur differens laſer à Cyrenaico ſucco.

Sed huiuſmodi dubitatio ingenioſa magis, quàm vera eſt, ſi mentem adhibeamus verbis ipſius Dioſcoridis; nam proponit ſe tractaturum de laſerpitio, quod pluribus in locis naſci in principio capitis ſcribit, nempè in Syria, Media, & Libya, cumque dixiſſet laſer colligi è radice, atque caule, ſi ſcarificentur, comparat ipſum reſpectu variarum

Prouin-

Digitized by Google

A Prouinciarum; nam laſer rufum, tranſlucens, myrrhæ æmulum, quod porraceum minimè ſit, odore valens, guſtu ſuaui, & quod dilutum facilè albeſcit, cæteris præfertur, Cyrenaicum verò ſubintellige laſer, ſi quis guſtauerit, ne os quidem guſtanti paululum ſpiret; Medium, & Syriacum minùs viribus valent, & magis viroſum reddunt odorem. Hinc apparet laſer eſſe quidem ſuccum laſerpitij, ſed differre tantùm reſpectu locorum, in quibus naſcitur, & à quibus nomen deducit; nam Cyrenaicum ex Cyrene, Medium ex Media, Syraicũ verò à Syria appellatur. Aſſumit quæque ab his locis differentiam ratione virium, & facultatum, ſecundùm magis, & minus tantùm. Neque ex Strabonis ſententia colligi poteſt aliud eſſe laſer à Cyrenaico; ſcribit enim quòd laſer ſit ſuccus ſilphij, quod ſilphium gignitur à ſolo Cyrenaico, deinde à ſilphio effertur Cyrenaicus, hoc eſt terra Cyrenaica gignit ſilphium primò, poſteriùs verò Cyrenaicum, non dicit itaque, quòd ſilphium producat primò laſer, poſteriùs Cyrenaicum.

Sed cùm laſerpitium radices habeat, caulem, & folia, Dioſcorides admonet radicem ab aliquibus ſilphion, caulem verò magduarim, & folia maſpeton fuiſſe appellata, duplex igitur laſer, aut ſuccus Cyrenaicus, vnus ex ſcapo, aut caule, alter ex radice extractus, & longè præſtantior eſt, qui ex radice, quàm qui ex caule extrahitur, pellucidus prior eſt, omniumque ſuccorum præſtantiſſimus, qui vt Gorræus ſcribit, meruerit ſimpliciter ὀπὸς, hoc eſt ſuccus per eccellentiam appellari. Quando igitur nos ſuccum Cyrenaicum dicimus, intelligimus laſer vocatum, hoc eſt ſuccum ex laſerpitio enatum, qui in Cyrenaico agro colligitur. At hic noſtris temporibus omninò incognitus eſt; nam cùm ex Cyrene aſportari oporteat, temporeque Strabonis eam vna cum omnibus plantis defeciſſe ex ipſius teſtimonio luce clarius appareat, ſequitur & nos latere ſuccum inde allatum. Hoc idem teſtatur Plinius ſuis temporibus eueniſſe lib. ſupra cit. 19. cap. 3. quamuis in cauſa defectus aſſignanda grauiſſimi authores differant; nam Strabo barbaros quoſdam penitùs radices arborum eruiſſe teſtatur; Plinius verò publicanos paſcua conducentes, quia maius lucrum ita ſentiebant, depopulatos fuiſſe pecorum pabulo ſcribit. Cùm igitur tempore Plinij, & Strabonis, qui antiquiores Galeno fuerunt huiuſmodi ſuccus abolitus ſit in Cyrene, mirandum ſanè eſt, quomodo Gal. C dicat tam familiare fuiſſe medicamentum, & tam vtile quartanarijs, id eſt febre quartana laborantibus.

Sed quicquid ſit de antiquitate illa, de qua certum iudicium facere non poſſumus, qua ratione ſcribat Gal. tam familiare ſibi fuiſſe illud genus medicamenti, non apparet, niſi forte quia ipſe in Aſia degebat, cui Cyrene eſt finitima, & quamuis à barbaris tale genus ferulæ fuerit antiquitus depopulatum, fieri tamen potuit, vt Galeni tempore denuò ſoli fertilitate, ciuiumque induſtria repullularint laſerpitia, vt tandem ſuccus ipſorum in Aſiam ex Cyrene tranſportatus fuerit tam copioſè, vt euaderet familiariſſimum medicamentum, vnde argumentum Matthioli lib. 3. in Dioſcor. com. 78. quo probat ad nos non adferri talẽ ſuccum, non videtur admodum tutum, hoc eſt, ſi tempore prædictorum authorum Strabonis, atque Plinij Cyrene defecit, & ex eorum ſententia ibi nihil ipſius inuenitur, mirum videri non debet, ſi noſtra tempeſtate etiam defecerit, neque vllum aliquod aduehatur, quod legitimum dici poſſit; fieri enim potuit, vt poſt ætatem ipſorum denuò plantæ iam dictæ hominum induſtria, ac diligentia, vt antea di-
D cebam, renatæ, atque cultiuatæ fuerint, temporeque Galeni earum ſuccus euaſerit in Aſia familiariſſimus. Vſus tamen ipſius noſtris temporibus defecit omninò, primò fortaſſe, quia ſicut olim ſilphium à Cyrenenſibus cuſtodibus omni diligentia fuit aſſeruatum, vt inde aliò ferri non potuiſſet (vt Strabo teſtatur) ita & noſtra ætate eueniſſe putandum eſt. Vel etiam ratione ſuæ nimiæ caritatis; Plinius enim teſtatur ſilphium ad pondus argenti penſum, & tanti factum fuiſſe à Cæſare, vt illud inter aurum, & argentum protulerit ex ærario. Tandem quia medicamenta ſunt quemadmodum verba, quæ pro varia hominum opinione in vſum veniunt, aut reiciuntur, in ſumma hac tempeſtate ſuccus hic Cyrenaicus non aduehitur, neque à Medicis, aut ſeplaſiarijs cognoſcitur.

Non deſunt tamen exiſtimantes non modò cognitum his temporibus, verùm etiam in communiſſimo vſu eſſe, qui reuera inter ſe adhuc diſcordes ſunt; nam alij putant hunc ſuccum eſſe aſſam fœtidam; alij verò dicunt eſſe vocatum belzoinum.

Inter

Digitized by Google

Inter priores eſt Petrus Garcias ab Horto lib. ſimpl. arom. ex India Orient. euectorum B
cap. 3. de Altiħ, qui authoritate antiquiſſimi Serapionis lib. ſimpl. med. cap. 251. ſimulq́ue & quibuſdam coniecturis ſuis probare enititur ſuccum Cyrenaicum eſſe aſſam fœtidam. Verùm ego exiſtimo aliud eſſe dicere laſer à Serapione appellari aſſam, & aliud dicere ſuccum Cyrenaicum eſſe aſſam fœtidam; ex Serapionis enim ſententia negari non poteſt, quin ſuccus, qui ex ſilphio emanat, non fuerit appellatus aſſa, non tamen ex ipſius verbis colligi poteſt ipſum ſuccum eſſe aſſam fœtidam. Ratio eſt, quia plures dicit in hoc capite eſſe aſſæ differentias, vndè ſanè ex ipſomet poſſumus dicere ſilphion, & ipſius ſuccum eſſe aſſam, ſed non propterea concludere poſſumus ſuccum Cyrenaicum eſſe aſſam fœtidam. Succedit, quòd tam ex Dioſcoride, quàm Galeno ſuccus Cyrenaicus eſt ſuauis odoris, guſtui non ingratus, ſed ſuauis, aſſa verò fœtida, eſt odore acutiſſimo, & graueolenti, guſtuiq́ue ingrata. Cæterùm color eſt diuerſus in ſucco Cyrenaico, & in aſſa fœtida, ſiquidem ſuccus eſt rufus, tranſlucens, myrrhæ in modum, ex Dioſcoride, dilutuſq́ue facilè albeſcit. Imò verò Plinius ſcriptum reliquit ſuccum eſſe album lactis in modum, at aſſa fœtida fului eſt coloris, quamuis diſſoluta F
albeſcat, cuius fragmenta intus lucida quodammodo apparent.

Cùm igitur odore, ſapore, & colore ſuccus Cyrenaicus differat ab aſſa fœtida, non eſt dicendum aſſam eſſe ſuccum Cyrenaicum. Hoc idem à facultatibus vtriuſque confirmari poteſt; nam ex Galeni, & Dioſcoridis ſententia Cyrenaicus ſuccus acris eſt, ac tenuium partium, imò verò, vt 6. de ſimpl. med. fac. ſcribit Galenus, inter ea, quæ calefaciendi facultatem habent, & tenuiſſimæ ſunt eſſentiæ, apud omnes homines primas partes obtinet, & lib. de ſimpl. medicaminibus inter ſpurios tamen Galeni habitis, ſcriptum eſt ipſum habere vires acerrimas, vnde cum magnis vexationibus excalefacit. At quæ aſſa fœtida appellatur, & noſtro tempore in vſu habetur, calida quidem eſt, & tenuium partium, igniq́ue expoſita accenditur, & adurit ſulphuris in modum, acetoq́ue infuſa non albeſcit, ſecus atque faciant ferè reliquæ lachrymæ, igitur aſſa fœtida non videtur eſſe ſuccus Cyrenaicus.

Inter authores, qui exiſtimant ſuccum Cyrenaicum eſſe belzoinum, quod Arabes appellant aſſam odoratam, ſeu dulcem, eſt Matthiolus ſupra Dioſcoridem, qui in pri- G
mis verbis commentarij de laſerpitio apertè teſtatur ſe dudum fuiſſe in hac ſententia, vt ſimul cum doctis viris exiſtimauerit belzoinum eſſe illum ſuccum, quem antiqui appellarunt Cyrenaicum, re tamen meliùs penſitata, conſideratiſq́ue ijs, quæ de vtroque ſcribunt Galenus, Dioſcorides, & alij, mutauit ſententiam, determinauitq́ue belzoinum eſſe quid diuerſum. Primò quidem, quia belzoinũ ex arbore procera emanat, deinde quia ad guſtum nullam præſefert acrimoniam, quemadmodum laſer, tandem quia belzoinum lachryma eſt à Græcis minimè cognita, nec de ipſa Gal. quidquam ſcripſit. Hæc ſunt argumenta, quibus Matthiolus probat belzoinum non poſſe eſſe ſuccum Cyrenaicum, quod verò idem ex arbore emanat ſatis diffuſè probat Don Garzias ab Horto lib. 1. cap. 5. & deſcribens arborem, à qua huiuſmodi lachryma effluit, ita ſentit. *Arbor belzoini alta eſt directa, procera, quæ ob ramorum multitudinem, & denſitatem, ita in aëre extenditur, vt elegantiſſimam, ampliſſimamq́ue vmbram producat. Truncus ipſius craſſus, & ſolidus, folia citri, aut limonis æmulari videtur, differunt tamen magnitudine, & colore; magnitudine quidem quia folia ipſius ſunt citri minora, minuſ-* H
q́ue viridia in facie, in dorſo verò albeſcunt, & folia, quæ à maioribus ramis dependent, aſſimilantur folijs ſalicis, licet ſint aliquantulum latiora, & breuiora.

At ſuccus Cyrenaicus à ferula prodit, & copioſè, belzoinum ab arboris trunco, vbi truncus fuerit cultro, aut alio ſecanti inſtrumento per longitudinem ſectus, quare belzoinum à ſuo arboris trunco ſenſim effluit, non ſecus atque manna Calabrenſis ab arborum truncis ſectis emanet. Huiuſmodiq́ue lachryma, aut gummi, triplex eſt, vnum quod ob maculas quaſdam, quas in ſe habet amygdalarum figuram referẽtes, amygdalodes appellatur, alterum naſcitur in Iaoa, & Samatri, quod rurſus eſt in duplici differentia, vnum nigrum, nec admodum odoratum, alterum verò nigrum quidem, ſed quia exit ab arboribus iuuenculis, dicitur belzoinum bonias, & hoc odoris fragrantia omnibus alijs præfertur, cariuſq́ue venditur: tandem eſt vna ſpecies belzoini cõpoſita ex his duobus, nempe amygdalode, & bonina. Amygdalodes magis albeſcit, boninas verò

non

A non ita, atque ex ijſdem ſit compoſitio quædam oculis, & naribus gratiſſima, ita vt
belzoinum aliud ſit ſimplex, aliud compoſitum, ſimplex aliud amygdalodes, aliud laoa,
tertium boninas, compoſitum verò conſtat ex his duobus amygdalode, & bonina. Ex
his quidem ſatis apparere puto belzoinum non eſſe Cyrenaicum ſuccum, quibus addi
poteſt neque id fuiſſe à Græcis cognitum, vt ſupra dixi, noſtriſque temporibus in vſum
quotidianum eſſe, ac verſari in multis medicamentis, ſuccum verò Cyrenaicum peni-
tus eſſe incognitum nobis, quamuis Galeno familiariſſimum.

Cùm igitur ſuccus Cyrenaicus non ſit aſſa fœtida, neque belzoinum, proinde noſtris
temporibus minimè cognitum, neſcio, quomodo ex ipſo poſſimus medicamentum
componere, quod febribus quartanis mederi poſſit, quo tamen Gal. ſuis temporibus
non modò vtebatur, ſed vt ipſe loquitur, erat illi familiariſſimum medicamentum?
Scio equidem eſſe, qui puluerem ex ſucco Cyrenaico factum, quo quartanas penitus
poſſint extirpare, ſe habere iactant, ſed quàm verè, ipſi perſpectum habent. Addam
tamen hoc loco, quòd licet ſuccus Cyrenaicus, non ſit aſſa fœtida, quæ in com-
B muni vſu eſt, & quæ paſſim in officinis reperitur, non poteſt nihilominus negari, quin
aſſa fœtida ſit ſuccus laſerpitij, quem ſilphium, & magis propriè laſer appellant, & ab
Arabibus (vt notat Garcias ab Horto lib. 1. arom. cap. 3.) fortè corrupto vocabulo
aſſa appellatur; clariſſimum enim eſt apud Serapionem aſſam eſſe laſer. Hinc Garcia
ſcriptum reliquit in officinis noſtris duo laſeris genera obſeruari; alterum frequentius,
vilius, colore ruſo, gummoſis offis laxis, non ſolidis, guſtui principio amaro, deinde
acri, vehementiori acrimonia, multò quàm in altero genere, diutius in ore, & faucibus
perdurante, odore ingratiori; alterum genus rarius, & commendatius, colore ad
flauum magis inclinante, denſius, & compactius, intermixtis micis quamplurimis can-
dicantibus, ſimilibus amygdalarum fructulis exutis cortice ſuo, ammoniacique guttis
lacteis, quamobrem amygdalatum laſer inſtitores vocant, guſtu minus amaro, & acri,
odore leniori, & ſuauiori.

Addit Garcias ſe de vtraque hac laſeris ſpecie feciſſe experientiam, probareque ni-
titur vtramque habere eas conditiones, & prærogatiuas, quas Dioſcorides ſuo laſeri
C præſcripſit verbis id ſignificantibus. *Vtrumque pertentans cùm guſtaſſem frigido cœlo, &
flante borea poſt exiguam ambulationem, mador ſtatim per corporis truncum, brachia &
caput diffuſus eſt, accidit & paulò poſt prandenti mihi, vt vix vnquam libentiùs cibum ſumpſe-
rim, quæ laſeris viribus apud Dioſcoridem omnia congruunt.* Hinc ſubiungit errare eos
vehementer, qui aſſam fœtidam, & laſerpitium differre putant, quòd laſerpitium ve-
teribus in cibis adminiſtratum fuerit, aſſam verò fœtidam in medicamentis ſolùm, id-
que raro, & in cibis planè damnari ob tetrum odorem, quia inquit, nullum medica-
mentũ ſimplex per totam Indiam maiori eſt in vſu, quàm aſſa fœtida, at ſolùm in medi-
cina, non in condiendis cibis. Quæ res cùm ita ſe habeat, rectiùs ſentiunt, qui loco
ſucci Cyrenaici aſſam ſubſtituunt, quàm qui Belzoinum; aſſa enim ad idem genus re-
fertur, ad quod ſuccus Cyrenaicus, & ambo ſub genere laſeris, aut ſilphij continentur,
belzoinum verò eſt diuerſi generis, cùm ſub laſere minimè contineatur. Ad febres igi-
tur quartanas non habemus illud compoſitum medicamentum, cuius Gal. meminit, &
quo familiariſſime vtebatur.

D Noſtris ſanè temporibus puluis quidam egregius ex corde leporis præparato apud
aliquos in vſu eſt, quem etiam & nos probauimus cum ægrotantium vtilitate. Habes
etiam hoc remedium tamquam arcanum ſingulare à Petro Monauio Medico Cæſareo
epiſtola 245. apud Laurentium Scholzium, cuius hæc ſunt verba. *Communicauit mihi
quidam amicus meus Medicinæ Doctor ſingulare quoddam experimentum in quartana, quo
ſe quamplurimos reſtituiſſe gloriabatur, accipe cor leporis ita præparatum, vt pulmo vulpis
præparari ſolet, poſtea diuidatur in tres partes æquales, & patienti paulò ante paroxiſmum,
aut etiam in ipſo paroxiſmo cum vino detur, continuetur hoc tribus vicibus, quartus paroxiſ-
mus prorſus euaneſcit:* hæc Monauius. Aliud ab Arnaldo Villanouano tamquam tutiſſi-
mum remedium, & in ſe ipſo expertum tibi offero.

℞. *Succi taſſi barbaſſi, ſeu verbaſci.*
Vini albi generoſi. ana drach. ij.
Aſſumebat ante paroxiſmum.

Aliud tandem multoties à Ioan. Cratone Medico trium Imperatorum ſucceſſiuè B
expertum, quo multos quartanarios liberaſſe ſcribit apud eundem Scholzium epiſto. 112. ad hunc planè modum. *Ego meis ægris aliquandiu exhibeo ſingulis menſibus ſub noctem decoctum raparum cum butyro: proſunt rapæ à manifeſta, & ſpecifica vi, quia humectant humorem melancholicum, ſuauiter aperiunt, & leniunt; deinde do ſuccum cardui, vel in forma pilularum, vel ſyrupi, & cum videam materiam probè eſſe coctam, expurgo primùm infuſo cum ſyrupo violaceo, vel de pomis, deinde agarico, poſtea exhibeo extractionem hellebori ad drach j vel drach. ß in debilioribus, & hoc modo plurimos ſanaui.* Ex quibus apparere tibi poterit non deeſſe apud ſcriptores ſecreta, vt aiunt, pro febre quartana expellenda, & hæc ſint ſatis, plura per te ipſum inuenies. Vale.

Epiſtola Octaua.

Placido Seſſa Medico, & Philoſopho Meſſanenſi Eruditiſſimo.

F

MVltum quidem præſtat is, qui hominem in foueam lapſum auxiliatricem manum porrigens extrahit, at plus, qui periculum imminens euitare docet, pari pacto Medicus dum literarum ſuarum monumentis poſteritati tradit, qua ratione amiſſa ſanitas recuperari queat, opus quidem bonum operatur, at præclariùs, ne dicam longè meliùs, hominum ſaluti conſulit, ſi viam conſeruandæ ſanitatis commonſtret, quod fit dum ciborum ſuccos, facultates, nec non modum ingerendi exponit. Cùm verò præterlapſis diebus, dum colloqueremur intra meos parietes domeſticos, præter alios ſermones, duæ quæſtiones huius fariną in medium allatæ fuerint, ſi ad memoriam tenes, mi Seſſa, quarum prima inquirebat, an in corpore noſtro, quod cõtinuò nutritur, ſit conſeruandus ordo in offerendis alimentis, ita vt liceat præponere facilia ijs, quæ ſunt difficilioris coctionis; & digeſtionis, nam vice verſa, non oretenus (licet potuiſſem id executus fuiſſe) concluſiuè, ſed ſcripto ſatisfaciendum, tibiq́ue tranſmittendum iudicaui, quo mentem meam ego tibi manifeſtiùs declararem, tuq́ue ex ſcripto G
rei ſummam memoriæ mandare commodiùs poſſes. Alterum quæſitorum etiam plurimum ad ſanitatem conſeruandam facit, an videlicet lautiùs, & liberaliùs cibi in prandio, & parciùs in cœna ſint ingerendi, vel vtrum ſaluo noſtro corpore contrarium facere ſit conſultum. Et quia materia tam neceſſaria eſt ſcitu, non equidem prolixiori (vt tractatus requireret) ſtylo delineaturus, ſed breuiſſimis, quantum fieri poterit, verbis perſtricturus ſum.

Quod ad ordinem ſpectat, meritò dilucidandus venit; nam cum inquirendi nobis occaſionem præbuit Galenus lib. 3. de cauſis ſympt. cap. 1. vbi ſcriptum reliquit, parum conuenientem eſſe ordinem, ſi mala punica primo loco ſumantur, olera ex oleo, & garo vltimo loco; & quamuis ſcripſerit idem Galenus, 2. de alim. fac. cap. 21. pomorum alia eſſe acida, alia auſtera, alia acerba, alia dulcia (quæ ſunt duplicis generis; nam alia re vera ſunt dulcia, alia inſipida) hoc loci Gal. loquitur tantùm de auſteris, & adſtringentibus, quæ ſi ante alios cibos aſſumantur, adſtringunt, & difficilis fiunt coctionis, & deſcenſus: & his præmiſſis, ſi ſubſequantur oleoſam qualitatem habentia, quę H
etiam ad corruptionem prompta, vt olera, non dicendus erit bonus ordo; quia tali ratione non modò cruditas, ſed etiam corruptio facilè ſuccedit. Quod ne contingat, opus eſt primùm ingerere, quæ facilioris ſunt corruptionis, & praui ſucci, clariuſq́ue rem hanc declarans idem Galenus lib. de alim. facult. demonſtrat exemplo; perſicum enim poſt alios fructus aſſumptum, ac deuoratum corrumpitur, & inſuper alios cibos in ſuperficie natantea deſtruit: quare tradens regulam de aſſumendis cibis dicit in omnibus, quæ praui ſunt ſucci, humidaq́ue, ac lubrica, & quæ facilè ſubduci queunt eſſe ante alios cibos ſumēda, idque duplici aſſerit nomine, primò quia citiùs ſubducuntur; deinde quia alijs alimentis viam parant. Sed longè manifeſtiùs rem hanc aſſerere videtur 3. acutorum 22. in comment. vbi dicit perpetuò priùs ingerenda eſſe, quæ & faciliùs corrumpuntur, & magis ſubducuntur.

Ex altera tamen parte, non deſunt graues authores contrarium aſſerentes; nam Hali

Abbas

A Abbas primo ſuæ practicæ cap. de ordine, & Auicennas ſen. 3. lib. 1. doct. 2. cap. 7. dicunt non eſſe alimenta tenuia, & facilis coctionis præponenda, addentes rationem, nimirum lenia, cùm facilè coquantur, & citò, maturiùs parabunt alijs exitum, quæ cùm vix ſemicocta ſint, euenit, vt cum coctis ſemicruda deſcendant, atque conſequenter cruditates gignantur. Quod autem maius eſt, Gal. in lib. de ſolutione, cap. 1. & 22. referente Coſtæo ſuper annotationem Fen. 3. lib. 1. doctr. 2. cap. 7. iam citato ſuit eiuſdem opinionis. Hinc factum eſt inter Latinos ſcriptores diſſidium maximum, dicẽtibus alijs in valetudine conſeruãda opus eſſe alimenta præponi facilis coctionis, & corruptionis, ſubſequi debere ea, quæ ſunt difficilis coctionis: alij verò oppoſitũ ſuſtinere conantur, nempe opus eſſe vt præmittantur ea, quæ difficillima ſunt ad coquẽdũ, & ad deſcendendum: quarum ſectarum quælibet adfert rationes, quibus ſuas opiniones fulciant.

Priores dicunt, quòd ſi præmittantur dura ad concoquendum, & ad deſcendendum tarda, & ſtiptica; poſtponantur verò leuia, facilis coctionis, atque deſcenſus, ſequeretur maximum inconueniens, nempe quòd ea, quæ poſtpoſita ſunt, cùm ſint faciliora B coctionis, citiùs concoquantur, quibus concoctis, à craſſioribus cibis exitus impeditur, & retenti corrumpuntur, inque biliosum ſuccum terminantur, nec non corruptionem faciunt omnium aliorum in ventriculo contentorum. Ne igitur tale inconueniens ſequatur, ſatius eſt ea præponere, quæ ſunt leuia, & facilis coctionis; vbi enim concocta ſunt deſcendunt, viamque parant craſſioribus cibis. Sed huiuſmodi ratio eadem eſt cum ea, quam ſupra ex Galeno attulimus: deinde addunt, illum nutriendi modũ eſſe inſequendum in ordine alimentorum, quæ deuorantur, & in ventriculum recipiuntur, ad quem minora ſequuntur inconuenientia, ſed ſi lenia craſſis præponantur, & quæ facilis ſunt coctionis, præcedant ea difficilis coctionis minora ſequuntur inconuenientia, ergo leuia, & facilis coctionis anteponenda ſunt. Quod autem minora ſequantur incommoda, ſi talia præmittantur, ex eo apparet, quia non multum temporis intercedit inter vnius, & alterius coctionem, ita vt error contingens poſſit facilè emendari ab inteſtinorum coctione. Alia ratio videtur deſumpta eſſe ab ignis acceſſione, qui vel à copia lignorum, vel craſſitie, vel viriditate ipſorum extinguitur; nam idem contingere C poteſt calori ventriculi ex alimentorum copia, aut craſſitie, quare craſſa non ſunt ingerenda priùs, quàm tenuia, ſi volumus, vt nutritio benè peragatur. Et hæc ſunt rationes primæ ſectæ authorum.

Alterius claſſis quoque non deſunt fundamenta, quorum primum illud eſt, quod ex Auicenna attulimus, nempe ſi coctu facilia præponantur, ſequi cruda ſimul cum coctis deſcendere; hinc cruditates fiunt, id ne contingat, craſſa, & duræ coctionis præponenda ſunt. Secundò illi cibi non ſunt anteponendi, qui facilè aduruntur à caliditate loci, & facilè in bilem conuertuntur, tales ſunt cibi tenues, & ad concoquendum, & tranſmutandum faciles, ergo cibi tenues ad concoquendum, & tranſmutandum faciles non ſunt anteponendi. Maior propoſitio vera eſt, nec eget probatione, minor probatur, quia tenuia alimenta à caliditate fundi ventriculi citò, & facilè aduruntur, cùm ibidem vehementior ſit, quàm ferre poſſint alimentorum tenuitates. Quòd verò calor in inferiori parte ventriculi, nempe in fundo ſit maior, apparet ex hoc, quòd ſit cæteris partibus & craſſior, & carnoſior, ergo ſequitur adhuc alimenta tenuia, & ad coquen-D dum facilia, in nutritione non eſſe anteponenda. At illa ſunt præponenda, quæ magis ſunt proportionata huic calori in fundo exiſtenti, talia ſunt craſſa, & ad coquendum difficilia, ergo alimenta craſſa ſunt anteponenda. Quod autem craſſa cibaria ſint proportionata illi calori, hinc apparet, quia magis reſiſtunt eidem, & requirunt maiorem actionem, & vehementem caloris operationem; agens enim, & materia debent proportionari, quemadmodum contingit calori huic vehementi, & magno, nec non materiæ alimentorum craſſæ, & maximè reſiſtenti: quare dicendum eſt craſſa alimenta, & ad coquendum difficilia eſſe primò ingerenda, & non tenuia; ſi enim cibus tenuis, & ad coquendum facilis præponatur, deinde craſſa ſubſequantur alimenta, tenuis cibus ab ipſo comprimetur, & deorſum citiùs deſcendere, nec non indigeſtus exire cogetur. Quare cibus huiuſmodi tenuis non eſt præmittendus, ſed craſſus. Atque id, quod de craſſis alimentis dicitur, intelligendum eſt de ſtipticis, & adſtringentibus, quæ ſunt duræ coctionis, & diſtributionis.

Hæc ſunt argumenta authorum vtriuſque opinionis, quæ ſi, vt decet, examinentur, B
poſſunt ambæ & veræ, & falſæ eſſe diuerſarum rerum facta conſideratione; nam eæ ad
duo capita referuntur, nimirum ad alimenta, quæ ingeruntur, & ad ventriculum, qui
ipſa recipit. Primò alimenta quædam ſunt facilis quidem coctionis, ſed difficilis de-
ſcenſus; quædam contra difficilis coctionis, & deſcenſus facilis. Ventriculus verò con-
ſiderandus eſt, & vt membrum ſimilare, & quatenus membrum organicum: vt ſimila-
re, quia poteſt eſſe intemperatus ad caliditatem, frigiditatem, humiditatem, ſiccitatem,
vel poteſt eſſe, vt aliqua ex his qualitatibus alteri ſit complicata, ita vt ſit calidus, & ſic-
cus; calidus, & humidus; frigidus, & humidus; frigidus, & ſiccus. Vt autem eſt mem-
brum organicum, duobus modis conſiderari poteſt, primo modo reſpectu ſuæ opera-
tionis, quæ eſt chylificatio, quam Gal. appellauit opus diuinum, ſecundo modo reſpe-
ctu ſuæ conformationis, præſertim quo ad ſitum, his omnibus rectè perpenſis, poterit
res ipſa determinari.

Et primò ſi alimenta conſideremus, cùm ipſa non dicantur ſimpliciter talia, ſed per
comparationem, non videtur aliquid poſſe certi decerni, ita vt valeamus regulam fa- F
cere, & dicere, hunc cibum eſſe præponendum, quia eſt facilis coctionis, aut alium,
qui ſit difficilis coctionis, cùm alimentum illud, quod propono eſſe difficilis coctionis,
comparatione ad aliud erit facilis coctionis, & vice verſa, quod offero pro alimento
facilis coctionis, comparatione facta ad aliud erit duræ, & difficilis coctionis, quare ex
parte alimentorum non poterit vnquam determinari in victus ratione inſtituenda de-
bere nos præponere alimenta facilia, aut difficilia coctu, ac deſcenſu.

Sed quemadmodum alimentorum reſpectu nihil certi in hac materia determinari
poteſt, ſic etiam multò minus reſpectu ventriculi, ſiue vt ſimilare, ſiue vt organi-
cum membrum contemplemur: ſi vt ſimilare, ſiue ſit ſecundùm naturam, ſiue præter
naturam, & ad aliquam intemperiem declinet, nunquam poterit ſeruari huiuſmodi re-
gula; nam ſi ſit ſecundùm naturam calidus, cibaria craſſa, difficilis coctionis præmitti
poſſunt: quia cùm ventriculus calore valido ſit præditus, quæ tenuia ſunt alimenta, ſi
præmittantur, facilè & citò aduruntur, & in igneam naturam conuertentur. Aſt ali-
mēta craſſa, difficiliſque coctionis fortis ſunt reſiſtentiæ, proportionataque calori for- G
tiſſimo naturali, quare craſſa, & coctu difficilia magis competunt complexioni huic
calidæ, contra verò frigida complexio non poterit conficere craſſum, & duræ coctio-
nis alimentum; nam ab ipſo potius alimento ſuffocabitur calor talis ventriculi, qui
exiguus eſt. Quare ſequitur complexionem calidam eſſe magis proportionatam cibis
duris, & difficilis coctionis. Vnde poteſt ſeruari hic ordo, nimirum præmittantur diſ-
ficilia ad coquendum, deinde ſubſequantur, quæ ſunt coctioni faciliora. In ventriculo
autem frigido contrarium euenire perſuaſum eſt; nam primò præmittenda ſunt ea,
quæ debili calori magis proportionantur, vt inde corroboretur ventriculus, & poſtea
ingerere ea, quæ ſunt difficilis coctionis, quare non ſemper ſeruari poteſt abſolutè hæc
regula, vt prius ingerantur ea, quæ ſunt facilis coctionis, deinde ſubſequantur lenia, &
ad coquendum facilia, neque etiam ſemper ſeruari poteſt oppoſita regula, ſed reſpectu
variæ complexionis ventriculi, vt dictum eſt.

At ſi ventriculus intemperatus ſit ad aliquam intemperiem, tam in alimentis, quàm
medicamentis, per contraria procedendum eſt, ſi Galeno credimus, lib. 7. meth. me- H
den. cap. 5. 6. vſque ad 10. quo in loco docet curationem intemperierum ventriculi
faciendam eſſe per contraria, vnde eſt etiam, quòd in calida intemperie concedit mel-
cam, & aphrogala, quæ ſunt alimenta habentia refrigerandi facultatem: quemadmo-
dum in frigida, quæ calefaciendi facultate polleant, ſed quòd etiam ſint facilis coctio-
nis, imò verò ſi contingat adſtrictum eſſe ventriculum, aut laxatum, per alimenta con-
traria vult eſſe procedendum: quare ſi laxatus ſit corroborare, atque adſtringere opus
eſt, quemadmodum ſi adſtrictus eſt, laxare. Quam intentionem reſpiciens idem Gale-
nus lib. 3. de aliment. facul. cap. de prunis, ea præmittere iubet ad aluum laxandam,
verùm cum hac conditione, vt ipſis deuoratis, non ſtatim comedatur, ſed expectan-
dum eſt, quouſque pruna deorſum deſcenderint, quod ſeruandum eſt in omnibus, quæ
medicamentoſam facultatem habent, ſed præcipuè in his, quæ laxare ſunt apta: quam-
uis aliud ſit alimenta, vt talia ſunt, conſiderare; aliud verò quatenus habent medica-
mento-

A mentoſam facultatem adiunctam. Primo modo non ſemper tenuia præmittenda ſunt,
aut craſſa, & ad coquendum difficilia, ſed pro diuerſitate caloris ventriculi, vt ſupra
dictum eſt. Ex his apparet de antepoſitione, aut poſtpoſitione alimentorum nihil cer-
ti determinari poſſe, ventriculo conſiderato, vt eſt membrum ſimilare.

Vt autem ventriculus eſt organum ſuam faciens operationem chylificandi, nihil per-
petuum eſſe poteſt; neque enim tenuia, & facilis coctionis ſunt anteponenda in com-
meſtione, nec minus ſemper craſſa, & difficilis coctionis vel anteponenda, vel poſt-
ponenda, ſed in ſanis corporibus ea primùm præmittenda, & etiam poſtponenda,
quæ ſunt pro appetitu; nam in operatione ventriculi, quæ eſt chylificatio, hoc eſt
alimentorum tranſmutatio in chylum, neceſſarium eſt, vt omnia miſceantur, & alteren-
tur; quia mixtio eſt miſcibilium alteratorum vnio; at non poſſunt miſceri ad inuicem
contenta in ventriculo, niſi priùs ſe tangant, ea lege vt minimum vnius tangat minimũ
alterius; appoſitio verò exiguarum partium per tota miſcere Dei, vel naturæ eſt opus,
Gal. docente 1. de temp. cap. vlt. ex quo ſequitur illa admirabilis, atque inexplicabi-
B lis alimentorum ad qualitatem nutriendi animalibus tranſmutatio, quam idem Gal. 4.
de vſu part. cap. 1. diuinum opus appellat, rò quòd vix intellectus humanus capere
poteſt. Si igitur ad id operis conficiendum, opus eſt omnia alimenta in ventriculo com-
miſcere, quid refert vnum alimentum præcedere, aliud ſequi?

Huic addo, in ventriculi opere id fieri, quod fit in lebete, hoc eſt elixatio; huiuſmodi
enim opus Ariſtoteles vocauit elexationem, quæ fieri minimè poteſt niſi in humido, in
quo omnia confunduntur, ſi præſertim fiat rerum comminutarum, vt contingit in ven-
triculo, vbi non niſi alimenta ab ore maſticata coquuntur, quæ à potu ſuſpenſa ita ele-
uantur, vt non remaneant in fundo magis craſſa, quàm tenuia; potus enim qui ſupra
bibitur ad fundum ventriculi deſcendens omnia ſubleuat, nihilque fundum ventriculi
attingere permittit, ſed in ipſo ſuſpenſa alimenta tanquam materiæ concoquibiles in
aqua lebetis, coquuntur. Quare nec lenia, nec craſſa in fundo permanent, nihilque
ad coctionem confert antepoſitio, aut poſtpoſitio alimentorum, cùm omnia in tota
ventriculi capacitate ebullitionem patientia confundantur, & quæ apta ſunt chylifica-
C tioni conuertantur in chylum, reliqua ſeperentur, ſequiturque nihil à ventriculo de-
fluere niſi conuerſum ſit in chylum, quod à Gal. 3. de natur. facult. cap. 4. experientia
comprobatum eſt, vbi animali cuipiam exhibuit fluidum cibum, intercedente mox
trium, aut quatuor horarum ſpatio aperuit ventriculum, eiuſque cauitatem ſcrutatus
reperit totam illam materiam intus contentam minimè à ventriculo deſcendiſſe, quod
ſignum certiſſimum eſt nullam materiam à cauitate ventriculi deſcendere niſi cocta
fuerit.

Id ipſum confirmari poteſt argumento topico à maiori ad minus; nam ſi materia
fluida in ventriculo exiſtens, antequam cocta ſit, non deſcendit, multo minus materia
magis ſolida, quæ eſt facilis coctionis, poterit deſcendere niſi coctione celebrata, vnde
ab actione conſtat non eſſe neceſſarium aliqua alimenta anteponẽda, alia poſt ponen-
da, ſed indifferenter quodcunque ingerendum pro appetitu. Confirmatur præterea à
conformatione ventriculi, cuius ſubſtantia, quæ ex duabus membranis proprijs, & vna
peritonæi componitur, in omnibus partibus eiuſdem craſſitiei eſt, neque in fundo craſ-
D ſior, vt videre vnuſquiſque poteſt apud celebratos anatomicos *Veſalium*, atque Fal-
loppiũ, & ipſamet autopſia declarat; nam vel nomine fundi intelligere oportet partem
inferiorem ventriculi, qua reuoluitur à ſiniſtra in dextram partem, vbi excauatum eſt
orificium inferius, cui pilorus, id eſt ianitor præfectus eſt, vel reliquam partem corporis,
in qua continentur alimenta, ſed ſiue primo, ſiue ſecundo modo intelligatur fundum,
nulla poteſt obſeruari pars, quæ altera ſit craſſior, igitur falſum erit opus eſſe præpo-
nere alimenta craſſa, & duræ coctionis, cùm nulla ventriculi pars ſit, cui intenſior ad-
hæreat calor, quò coquatur faciliùs alimentum. Succedit, quòd fundum illud, in quo
inſculptum eſt orificium inferius, anguſtum admodum extet in homine (vt aliàs oſten-
di aduerſus Galeni ſententiam ſcribentis hanc partem eſſe ſuperiore ampliorem) nec
poſſit continere niſi pauciſſimam alimenti copiam, quare non concoqueretur niſi illa
pauca quantitas alimenti contenta in hac parte, ſi coctio (vt aiunt iſti) in fundo fieri
oporteret, atque ita reliquum alimentum non coqueretur.

Quod

Digitized by Google

Quod rationi, & experientiæ aduerſatur. Rationi quidem, quia ventriculus totus eſt [B] coctionis inſtrumentum, qui à propria caliditate totum alimentum concoquit, quamuis docente Galeno partes circumiacentes, nempe iecur, lien, muſculique lumbales, & omentum illi opem ſuo calore ferant; vnde addebat Galenus ipſum poſitum eſſe inter tres focos. Ventriculus igitur ſecundùm ſe totum eſt coctionis inſtrumentum, alimentumque in chylum tranſmutatur in tota ſui cauitate, quæ poteſt appellari fundum; cõtinet enim totam illam ventriculi partem, quæ ad ſiniſtrum latus ſituata eſt, cuius gibboſitas coſtas ſiniſtras, cauitas verò ſpinam reſpicit, atque iecur, in tota igitur huius cauitate fit concoctio, quæ ſi dici poſſit fundum, tunc commodè dicetur in fundo ventriculi fieri coctionem, in quo nulla pars reperiri poteſt, quæ ſit altera craſſior, aut tenuior, ſed tota æqualis. Non eſt igitur opus præmittere craſſa alimenta, & concoctu difficilia, eò quòd in neutro fundi aliqua pars reperitur craſſior, & per conſequens neque calidior, quamobrem ſi quæ facilia ad coquendum præponantur, non tamen timendum eſt, licet cocta ſint, citiùs alijs deſcendant; nam tota coctio fit vno, & eodem tempore, ex Galeno tam 5. de part. vſu, vbi proſequitur vtilitates partium ven- [F] triculi, quàm 3. de natural. facul. cap. 4. vbi dicebat in coctione, quæ fit in ventriculo adeò arctè os inferius conſtringi à peloro, aut ianitore eius, vt nihil prorſus permittat exire, quouſque perfectè concoctio celebrata fuerit. Inſuper totus vẽtriculus omnibus ſuis fibris contractis ſeſe conſtringit, ita vt vndique cibum tanquam manu amplectatur, atque circumdet: adhæc vtrumque orificium clauditur, quibus nominibus nihil à ventriculo deſcendere poteſt, quod non ſit perfectè coctum.

His addo, quæ à Galeno ſcribuntur, lib. de differ. ſympt. cap. 4. dum retentricis ventriculi vitia proſequitur, nempe quòd quando cibus in ventriculum ingeſtus fuerit, ſtatim vndique ventriculus eum complectatur, & conſtringat, ſubiungens retentricis, & complectentis probitatem in his duobus eſſe poſitam, videlicet vt nullus locus relinquatur vacuus inter cibum, & ventrem; deinde vt tempus concoquendi, & amplectendi cibum idem ſit, quæ duo quotieſcunque non correſpondent, tunc fiunt praua ſymptomata, quia cùm vtraque hæc conditio vitiari poſſit, & coctionem etiam vitiari neceſſum eſt; quare ad complexum imbecillum ſequitur fluctuatio cum ſonitu, & fla- [G] tulentia, ad iniuſtum complectendi tempus excretio celer, & ciborum in inferiori ventre corruptela. Idem Gal. 3. de natur. facul. cap. citato dicebat cibum non ſecùs, atque fœtum vterus, non ſolùm amplecti, ſed ſuo complexu premere, ſub ungitque ſe millies eſſe expertum ſectione, inteſtina ſemper ſuo complexu eſſe ijs, quæ continent, applicata, ventriculum verò non ſemper, ſed poſt aſſumptos cibos, eoſque ſuperè, & infernè vndique arctè complexum fuiſſe, atque immotum adeo, vt cibus vniri, & vndique ijs adhærere ipſe videtur. Ex quibus apparet non poſſe aliquid à ventriculo exire niſi tota facta, & abſoluta coctione. Id enim contingit ventricalo in coquendo alimento, quod vtero in retinendo fœtu; at vterus nunquam aperitur niſi tempore debito, & iam maturo fœtu, ita nunquam ventriculus aperitur, niſi toto alimento concocto, nullum itaque periculum eſt, vt aliquid exeat à ventriculo, quod coctum ſit, alia intus remanente materia ad coquendum.

Quæ omnia à ſitu ipſius oris inferioris confirmari facilè poſſunt, quod etſi poſitum ſit in inferiori parte ventriculi, attamen vbi ſupra vertebram primam lumborum ad [H] dextrum latus reuoluitur, deorſum non reſpicit, ſed quaſi ſurſum reuolutum eſt, vt quamuis materia cocta foret, non propterea exire poſſet, niſi à facultate expellatur, quæ nunquam expellit, niſi quando materia tota concocta eſt: quemadmodum dictum eſt exemplo fœtus in vtero exiſtentis, qui nunquam niſi maturus expellitur. Quibus omnibus apparere ſatis puto, quòd in neutra propoſita via poſſit cõſtitui certa regula, in beneualentibus præſertim, ſed indifferenter modò vnum genus alimentorum, modò aliud eſſe præferendum, aut poſtponendum. Hæcque tibi ſufficiant pro expoſitione ordinis in ciborum aſſumptione ſeruandi.

Iam ordo propoſitus ob oculos ſtatuit alterum quæſitum diſcutiendum, non minùs quàm ſuperiùs declaratum, & iucundum, & ſcitu dignum, nimirum an vbertùs prandendum, cœnandum verò parciùs, an vice verſa lautiùs cœnandum ſit, prandendum verò ſobriè. Ex vna parte eſt Auicennas lib. 3. Fen. 1. tract. 5. cap. 10. qui ſcriptum

reliquit,

Digitized by Google

A reliquit vberiùs prandendum, parciùs cœnandum: imò verò addit, ille, cuius conſuetudo non tolerat, vt ſemel reficiatur, diuidat cibum ſuum in tres partes, ſumatque duas tertias in prandio, & tertiam in cœna. Galenus contra, lib. 7. meth. medendi cap. 6. ſcripſit vberiùs cœnandum eſſe, parciùs prandendum. In quam Galeni ſententiam Matthæus Curtius Papienſis iuit adducens rationem, quæ eſt, quòd calor naturalis per ſomnum augetur, & vigoratur, quo adaucto, fit melior concoctio, in qua excrementa, quæ catarrhum producunt, faciliùs diſcutiuntur, quod interdiu euenire minimè poteſt: quare cùm poſt cœnam homines dormitum eant, hinc eſt, quòd vberiùs cœnare poſſunt, ac debent. Franciſ. Valleſius lib. 6. controuerſiarum cap. 7. alterius eſt opinionis; nam dicit primò ad nutritionem faciendam duo requiri, vnum eſt concoctio, alterum diſtributio. Secundò addit nutritionem fieri per facultatem alteratricem, diſtributionem verò mediantibus vijs, per quas ferri debet alimentum.

Hoc ſuppoſito fieri poteſt, inquit, vt vnum indiuiduum habeat, & coctionem validam, ſimul cum diſtributione facili, hoc eſt dictu, poteſt habere venas latas, per quas
B fit diſtributio, vel ſimul cum coctione valida, venas habeat mediocres in amplitudine, aut eas ipſas habeat admodum anguſtas. Contra verò fieri poteſt, vt quis inualidam habeat coctionem, at diſtributionem validam, nempe amplas venas, aut mediocres, vel etiam anguſtas. Ad coctionem celebrandam quies requiritur, ad diſtributionem motus, vbi facultas robuſta eſt propter caloris naturalis vehementiam, cum bono temperamento, viæque latæ fuerint, huic vberiùs cœnandum, quàm prandendum eſt: quia vtraque prædicta actio celebrari poterit facilè; at vbi concoctio fortis fuerit, tam cum anguſtia, quàm vaſorum mediocritate, illi magis prandendum eſt, & parciùs cœnandum, eò quòd diſtributioni ſtudendum veniat, quæ fit per motum, non autem coctioni, cùm iam hæc valida ſit.

Viri huius doctiſſimi reſponſio vera eſſe poteſt, vt cum coctione bona ſint venæ amplæ, aut anguſtæ, aut mediocres, ſed falſum eſt, quòd ad alimenti diſtributionem opus ſit motu externo ſimpliciter; nam fit à partibus partim expellentibus, partim trahentibus; quod in inteſtinis tenuioribus apparet, quæ ſunt diſtributionis inſtrumenta,
C quibus magis ſanet quies, quàm motus; nam cùm plures habeant reuolutiones inteſtina, & in vnaquaque reuolutione multæ ſunt plicæ, atque rugæ, ad quas terminantur venæ meſeraicæ ad trahendum chyloſam materiam, ſi tempore diſtributionis fuerit motus, fieri poſſet, vt materia citiùs deſcenderet, quàm poſſet à venis trahi, hinc impediretur recta diſtributio. Deinde poteſt cognoſci virtus ad concoquendum valida ab habitu corporis bono, à temperie calida, à robore virium vitalium; ſed non video, quomodo venæ cognoſci poſſint, per quas fit alimenti ad iecur diſtributio, quia illæ ſunt, quæ chyloſam ducunt materiam, & ab his poteſt ductus fieri, quæ anguſtæ eſſe poſſunt, & amplæ quidem, alijs venis totius corporis, & latis, & amplioribus exiſtentibus, ſiquidem ex latitudine venarum à caua prodeuntium, non poteſt rectum iudicium ferri de venarum portæ, & meſeraicarum anguſtia, aut amplitudine.

Quare ſi certa regula dari poſſet, qua cognoſcere valeremus amplitudinem, vel anguſtiam venarum famulantium diſtributioni materiæ chyloſę ad iecur, fortaſſe hæc foret regula plus, vel minus nutriendi homines ſanos tam de ſero, quàm de mane, ſed cùm
D huius rei cognitio minimè haberi poſſit, proinde aliud eſt ægrotis, & aliud ſanis inſtituere victus rationem, quoad quantitatem alimentorum, ita vt vberiùs noctu, parciùs interdiu nutriendum veniat, & contra. Gal. & Auicen. in prædictis locis loquuntur de morborum conuenienti ratione; nam Auicennas ſermonem habet de epilepticis, qui minùs alendi ſunt ob duplicem rationem, vna eſt, ne tanta fiat in caput euaporatio, deinde ne natura intenta coctioni, & expulſioni extraneæ materiæ ab opere ſuo diſtrahatur à copia alimenti. Gal. verò loquitur de emaciatis, qui reficiendi ſunt, cumque incommodè nutriri poſſint interdiu ob paucam diſtantiam inter prandium, & cœnam, illis præbendum eſt copioſius alimentum, vbi multum temporis ſpatium ad illud coquendum interſit, quemadmodum eſt inter cœnam, & prandium, in quo etiam meliùs quieſcunt, quàm facere poſſint inter prandium, & cœnam, & hæc ſunt, quæ pro ſolutione vtriuſque quæſiti propoſiti dicenda mihi viſa ſunt, quæ ſi probaueris gratum mihi feceris. Vale.

Epiſtola

Epiſtola Nona. B

Bartholomæo Gomez Philoſopho, & Medico Meſſanenſi.

QVemadmodum inter medicæ facultatis candidatos,qui publicum gymnaſium, me doctore, frequentabant, cum primis es annumerandus, tum ob deſiderium Medicinæ ediſcendæ, tum ob beneuolentiam,qua me complecti conſueuiſti,ita planè mihimet ipſi deeſſe viderer,ni quo poſſem argumento, teſtatam erga te meam relinquerem animi ſignificationem. Cùm igitur poſt exortam inter Medicos controuerſiam, an cauteria in ſincipite facta ſaluti interdum conferant, quid ipſe ſuper ea re conuenientius exiſtimauerim,obiter ferè conſcripſiſſem, ad te mittere decreui, velut amoris pignus. Ad tuam nunc ingenuitatem, & animi candorem ſpectat, vt hoc,licet exile ſcriptum, lubens,volens accipias.

Primùm quidem apparet cauteria in ſincipite facta potiùs detrimento, quàm adiumento eſſe;cùm enim cauterium ſit ſolutio quædam continui,ex qua maxima debilitas oritur in ea parte, cui ſolet infligi,ſi ſincipiti, quæ omnium capitis partium debiliſſima eſt,infligatur, maior fiet inde debilitas, atque ita fluxionibus magis erit obnoxia. Quòd verò ſinciput omnium capitis partium debiliſſima ſit, habetur ab Hipp. lib. de vuln. cap. t. 4. vbi quatuor ſignis id comprobat,primum deſumptum eſt à cutis tenuitate,ſecundum à laxitate ſuturarum, tertium ab oſſium tenuitate, poſtremum à multa cerebri quantitate, quæ ibi continetur; quibus etiam de cauſis dixit cerebrum maximè ſentire læſiones extrinſecùs aduenientes. F

Deinde ridiculum videtur, atque à ratione alienum cauteria huic parti applicanda eſſe, quandoquidem materiæ, quæ expurgari debent per cauteria, ſunt humores corpulenti, atque craſſi. Corpora verò craſſa, & grauia ſuapte natura deorſum ferri apta nata ſunt, cùm igitur in ſincipite cauterium fiat, quæ omnium corporis partium ſuprema eſt,materiæ expurgandæ ad hoc ferri minimè poterunt. Poſtremò verò,quod multo peius eſt, non poteſt cauterium hac in parte adminiſtrari, niſi cum ſummo ægrotantis detrimento, atque eius vitæ periculo. Nam omnibus Anatomicis in confeſſo eſt multitudinem propemodum infinitam neruoſorum filamentorum prodire per intermedia ſuturarum dentium à dura membrana pro pericranij generatione. Si igitur hæc adurantur,duræ membranæ inflammationem excitare poſſunt, ea verò inflammata, praua ſequi ſolent ſymptomata, quæ tandem miſerrimum ægrotantem ad interitum ducunt. Atque hęc ſunt rationes, quę cauteria non eſſe in ſincipite facienda oſtendunt. G

Vt verò huius quæſiti veram notitiam, reſolutionemque habeamus menti quàm breuiſſimè obijcere expedit, quid ſit cauterium illud,de quo ſuſcepta eſt oratio. Omiſſis itaque multorum longis, atque ineptis digreſſionibus cauterij ſignificationem exprimentibus, illud ſic definiendum cenſeo. Cauterium eſt vlcus, ſeu vulnus quoddam paruum, & rotundum in cute ex arte factum igne actu, vel potentia ad membri corroborationem, & ſuperfluæ materiæ euacuationem. Definitio hæc, quia formalem, materialem, efficientem, & finalem cauterij cauſam continet, verè eſſentialis dici debet. Forma cauterij eſt ipſamet eius natura,quæ ſignificatur per genus proprijs differentijs contractum: genus quidem eſt vlcus,ſeu vulnus;differentiæ verò videntur eſſe illæ duæ conditiones, paruum, ſcilicet, & rotundum; per priorem enim à magnis vulneribus, ſiue vlceribus ſeiungitur, per poſteriorem autem ab ijs, in quibus nulla figuræ ratio ſeruatur. H

Animaduertendum interim eſt orbiculatam figuram in cauterio duplici ratione proficuam; primò nè ita facilè claudi poſſit; omnes enim Medici experientia cognoſcunt vulnera, & vlcera rotunda eſſe longæ, & difficillimæ curationis: non eſt tamen Medici, vt Medicus eſt,huius rei reddere rationem, quæ alioquin manifeſtiſſima eſt,nimirum, quia in circulari vulnere partes æqualiter diſtãt inter ſe; curatio autem fieri,& inchoari debet ab angulis. Sed ad rem redeo. Secunda vtilitas eſt, quia inter figuras rotunda omnium eſt capaciſſima, propterea talia vlcera facilè in ſe ipſis admittunt, atque retinent globulos illos, vel naturales, vt ſunt cicer, orobum,vel artificioſos ex cera

atgen-

A argento, plumbo, & id genus alijs, præſertim ſi fuerint, vt decet formata. Materia, in qua recipitur cauterium, cutis eſt. Efficiens Chirurgus, qui non temerè in illius adminiſtratione operatur, ſed ex arte, neque quocunque inſtrumento, ſed ſolo igne actu, vel potentia adhibito. Finalis cauſa, quam vſum appellare ſolet Galenus, vltimis definitionis verbis eleganter exprimitur.

Sed obijciet quiſpiam aduerſus eandem poſtremam definitionis partem, quòd Auicennas 4. 1. cap. 29. loquens de cauterizatione (vt eius vtar verbis) quatuor cauterio adſcripſit vtilitates, prima ne corruptio in aliquod membrum inducta alijs conferatur, ſecunda ad corroborandum membrum, cuius complexionem rectificare volumus, tertia ad reſoluendas materias in membro corruptas, ibíque contentas, quarta ad ſanguinis fluxum cohibendum. Quæ omnes cauſæ finalis in cauterij excogitatione rationem obtinere apparent, atque cùm in illius definitione non contineantur omnes, eam diminutè fuiſſe traditam aſſerendum videtur. Huius tamen obiecti facilis eſt dilutio; hic enim auctor eo loci ſatis amplè cauterij nomen accepit, quandoquidem ſi B eius mentem rectè aſſequi potui, non ſolùm cauterij propriè nobis appellati ſignificationem amplectitur, verùm & quamcunque actionem, quę tum ab igne, tum ab eſcaroticis medicamentis efficitur. Mihi verò loquenti de ipſo prout excludit quaſcunque actiones prodeuntes, vel ab igne, vel ab eſcaroticis medicamentis ad gangrænas, ſeu ſphacela extirpanda, fluxumque ſanguinis cohibendum, ſatis fuit cum Falloppio lib. de Caut. cap. 10. aſſumere illos duos in definitione contentos vſus.

Hos(ne aliquid, quod ad præſentis tractationis inſtitutum attinet, inconſultò prætermittatur) operepretium hoc loco duxi aliquanto fuſiùs declarare: quanam ſcilicet ratione ex cauterio pars corroboretur, atque redundans materia eijciatur. Quocirca ad huius rei intelligentiam ſciendum eſt ex Gal. lib. de cauſ. morb. cap. 6. membra noſtri corporis ſuperflua materia grauata, vel robuſta eſſe, vt hanc expellere valeant, vel debilia ad eiuſdem extruſionem, & rurſum, quæ valida ſunt, vel loca naturalia ad ſuperfluos humores expurgandos habent, vel ijs prorſus carent. Si primo modo, vel loca ſatis ſunt ad recipiendam materiam à membris tranſmiſſam, vel non ſufficiunt, neque C idonea ſunt. Duplici autem ratione euenire poteſt, ex eodem Gal. partes expurgantes reddi inhabiles, & inualidas ad expulſionem inutilis materiæ, primò quidem cùm materiæ tranſfuectæ maior fuerit copia, quàm capacitas illarum requirat, ſecundò cùm partes obſtructas eſſe contigerit.

Si ſecundo modo, partes nempè nulla propria habeant loca, ad quæ inutilem deponant materiam, tum ad debiliores partes eam protrudunt. Non enim omnium partium æquale eſt robur ex Galeno loco citato, & ſuperfluus humor, cùm à robuſtioribus depellatur, nec vllibi conſiſtere poſſit, tandem ad omnium imbecillimam tendit, ad eamque peruenit, quæ alia, atque alia in diuerſis corporibus exiſtit. Triplici autem ratione partes in illis debiles redduntur, teſte eodem Gal. aut in prima animalis conformatione, aut poſtea ob aliquam noxam aduenientem, aut poſtremò quia talis à natura facta eſt, vt eſt cutis, quæ cùm nullam in corpore habeat operationem naturalem, ſed vſum tantum modo (vt idem docuit) iure merito alijs partibus, quæ operationem habent, longè eſt imbecillior. Accedit ipſam eſſe extimam omnium partium collocatam, quare D omnia cloacæ inſtar totius corporis excrementa in ſe ipſam admittit.

Iam verò ſuperuacanea materia, quacunque in parte ſit, ſui indicat enacuationem, vt à Gal. 3. meth. cap. 9. ſcriptum eſt, qui etiam duplex euacuationis genus in ſimilibus inſtitutum eſſe ait: primum per tranſuerſum humoris ab ægra parte in aliam; alteram per expulſionem eius ad extra, hoc eſt per eductionem extra corpus. Genus tranſlationis duplex eſt: vnum quando pars affecta humorem propellit, aliud cum illæ, quæ integræ ſunt, attrahunt ad ſe. Genus, quod extra ducit, eſt itidem duplex; vel enim per halitus quoſdam, & inſenſibiles cutis poros, vel conſpicuè, hoc eſt per vias manifeſtas, ſenſuique patentes fit enacuatio. Atque hæc, quæ ſenſibilis eſt, vt idem teſtatur Gal. loco iam citato, interdum fit per partem, in qua reſidet affectus, interdum per ea, quæ cum hac ſimul aperiuntur, vt ipſius vtar verbis, ſed de his paulò poſt.

Sciendum propterea inſuper eſt, quòd ſuperflua materia, quæcunque ea ſit, quæ extra corpus ducitur medicamentis ſenſibiliter operantibus, hac ratione enacuatur,

teſte Gal. 5. meth. cap. 3. vt à parte affecta auellatur per reuulſionem, vel per deriua- B
tionem. Atqui in reuulſione, quæ in longinquioribus partibus fieri conſueuit, quatuor oppoſitiones ſunt ſeruandæ ex Gal. decreto pluribus in locis, præſertim 4. meth. cap. 3. 5. & 6. & 5. Aphor. 58. Vna eſt ſecundùm totius corporis longitudinem; à ſuperioribus videlicet ad inferiores partes; ſecunda eſt lateralis, quæ ſecundùm dexteram, & ſiniſtram partes habetur; tertia eſt, ſecundùm anteriores, & poſteriores partes; quarta eſt à centro ad circumferentiam, & contra. Nec illud omitti ſolet, quod chateixis, ab H pp. appellatur, & noſtri interpretantur rectitudinem, quam nihil aliud eſſe exiſtimo, niſi conſenſum vaſorum ad inuicem.

Deriuatio verò, aut à parte fit affecta, aut per partem parti affectæ propinquiorem. Sed vt rectiùs hæc intelligantur, paulò altius exordiri, diuiſionemque à materia euacuanda deſumere oportet. Hæc ſiquidem vel multa, vel pauca eſt: pręterea vel maximo impetu ad partem fluit, vel paulatim. Si multa, atque repente fluat, expedit non ſeruata illa exacta oppoſitione eam reuellere, quod pariter agendum eſt, vbi multa ſit, quamuis impetu non fluat, quoniam materia ob ſui copiam diuerſa mala inuehere poteſt. Sin F
pauca, violenter tamen feratur, ſtatim & ea reuellenda eſt. Sed ſi pauca, & impetum non faciat, quia morbus dat inducias, poterit ad longinquas partes trahi, atque ita exquiſitè ſeruari quæcunque ſuperiùs dicta oppoſitio. Porrò ſi euacuanda materia partim fluat, partimque fluxerit, & hæc quæ fluxerit, nondum parti inhæreat, & infixa ſit, poteſt deriuationis gratia ad propinquiorem partem attrahi. At ſi iam ſit infixa, atque impacta, vt ita dicam, per idem membrũ, cui inhæret, eam euacuare neceſſè eſt. Atque hoc eſt, quod ſupra Gal. docuit, quando ex meth. med. dixit euacuationẽ ſenſibilem interdum fieri per partẽ, in qua reſidet affectus, interdum per ea, quę ſimul cum hac aperiuntur, vti contingit in inflammationibus, & id genus alijs morbis, qui egent euacuatione.

His igitur prænotatis, ad propoſitum reuertens, dico primò, quòd cauterium, cùm ſit ex ijs medicamentis, quæ redundantem materiam ſenſibiliter euacuant, ſi alij parti præter affectam adhibeatur, membrum corroborat, quia eſt in cauſa, vt ſuperfluam materiam deponat. Solet autem cauterium (vt ſuperiùs innui) alia in parte præter affectam adminiſtrari, quando materia nondum fuerit infixa, atque membrum, cui G
ineſt, nullum habeat locum, ad quem ipſam tranſmittat. Noxius enim humor ſemper in debiliores partes irrepit, quare vbi ob cauterij vulnus pars aliqua reddita fuerit imbecillior, in ipſam cõfluet, atque ita à membro affecto recedit, quod cùm fuerit exoneratum corroborari dicendum eſt. Et hoc modo (ni fallor) intelligendus eſt Auicennas loc. cit. loquens de membri corroboratione ex cauterio.

Non deſunt tamen, qui ad pauca reſpicientes facillimè enunciant partem actu corroborari, eo videlicet tempore, dum ferro candente adminiſtratur; putant enim ſuperfluum humorem exiccari ſtatim, quo exiccato ſequitur membri corroboratio. Ad huius rei confirmationem adducunt duas Hippocratis auctoritates, quarum prima eſt, lib. de fract. com. 1. t. 4. vbi ſcripſit cutem brachij adurendam eſſe, quoties humerus ob mucoſam materiam in articulo contentam luxatur, quia hæc ferri igniti appoſitione exiccatur. Secunda eſt 6. aphor. vlt. in qua eadem de cauſa cutem adurendam eſſe ſupra coxendicum, vbi fœmur ob mucorem ab articulo excidit.

Sed quamuis hæc ſit ferè omnium vulgarium Medicorum communis opinio, riſu H
tamen dignam exiſtimo; non enim concipi poteſt, qua ratione paruus ictus ex igne tam breui temporis ſpatio factus materiam redundantem exiccet, atque membrum corroborare ſtatim valeat. Nec allatæ auctoritates quicquam concludunt; nam Hipp. in ijs loquitur de magnis, ac ſæpiùs repetitis aduſtionibus, quales fieri in cauterio, (de quo nunc differo) non conſueuerunt. Dato autem, quòd ex alicuius membri aduſtione, & mucor, & ſuperfluus humor exiccetur, quis quæſo tam ferus, & immanis erit, qui adeo frequenter velit quempiam adurere, vſque dum partis exiccatio conſequatur? Noſtra hac tempeſtate, ſi quiſpiam cutem brachij adureret in luxatione ob mucorem, illicò omnis humanitatis expers haberetur; & crudeliſſimi carnificis nomẽ ſine dubio ſubiret. Fas quidem eſt, quinimò omninò neceſſarium, vbi ingens gangræna, aut ſphacelum partem aliquam occupauerit, totum adurere, vſque ad partem ſanam incluſiuè, vt ne hæc ipſa ſimul corrumpatur, at non in reliquis caſibus, quare in ipſis libenter vſtio omittenda eſt.

Dico

A Dico ſecundò, quòd cauterium,ſi adminiſtretur in eadem parte,vbi redundans materia continetur, eò quod ibi fuerit infixa, ac permanens, nec alio poſſit traduci, materiam euacuat, quia ipſam ab internis ad exteriores partes euocat. Et hoc eſt, quod voluit Auicennas de euacuatione materiæ per cauterium loquens. Cauterium itaque partem corroborat, dum fit in alia parte ab affecta, ſiue ea propinqua ſit, ſiue longinqua: corruptam verò materiam euacuat, dum in parte affecta efficitur; nam præbet illi exitum, vt à partibus internis ad externas educatur. Atque ob hanc rationem docuit Gal. 13. meth. cap. 6. in fine cauteria eſſe medicamenta, quæ conueniunt morſibus animalium venenatorum ad extrahendum virus in parte affecta detentum. Vſum propterea cauterij vrgente neceſſitate, caſuque id expoſtulante non poſſum niſi ſummopere probare, atque maxima laude eos afficere, qui tempeſtiuè fieri hæc ipſa iubent, quemadmodum è contrario nulla commendatione dignos arbitror, qui ex leuiori qualibet cauſa ſuos ægrotantes,quos præ manibus curandos habent,cribri inſtar cauterizando perforant. Tum verò vrget neceſſitas, vt adhibeatur cauterium, cum B pars affecta caret locis expurgantibus, & ſupervacanea materia non potuerit per alia medicamenta radicitùs euelli;nam ſi loca habeat,quæ alioqui nequeant partes,quibus famulantur, expurgare, non ad cauterium, ſed ad alia expurgatoria arte parata deueniendum eſt. Et hæc ſint ſatis circa cauterij definitionem, & vſum, quæ maximè prærequirebantur ad principalis inſtituti enucleationem, ad quod interim accedo.

Cauterium equidem tum in ſincipite factum (cogente neceſſitate,vniuerſalibuſque præmiſſis)tum in alijs capitis partibus ſummopere ad ſalutem cōferre arbitror;ſuperfluam enim materiam, quæ in capite coaceruatur, nec aliundè poteſt expurgari extraducit.Hæc concluſio ex hactenus dictis iam probata relinquitur, & adhuc clarior fiet, paulò poſt,cum rationes in contrarium adductas ſoluam,quare in præſentia nihil aliud ad ipſius confirmationē ſuperaddendum puto.Solùm animaduertere oportet,propterea in diuerſis capitis partibus inſigi poſſe, quia materia redundans varios ſitus illius occupari ſolet: aut ſanè cerebri ſubſtantiam obſidet, aut ipſius ventriculos, aut anfractus ſuperioris ſuperficiei inteſtinulorum quorundam figuram referentes, aut inter C piam, & duram membranā interiacet,aut inter hanc,& os.Quòd ſi in ſubſtantia,atque ventriculi cauitatibus detineatur, deorſumq; ad neruos opticos, ſiue in ipſorum canalem feratur,poteſt cauterium fieri in ceruice,vel inter duas primas vertebras,vel inter caput,& primam;materia enim ad hanc partem tanquam ad commodiorē, & propinquiorem confluet, atque per cauterium hoc loci factum euacuabitur. Sin inter membranas,& illos cerebri anfractus, vel inter piam,& duram,vel inter hanc, & os repoſita ſit,atque in media,aut anteriori parte conſiſtat, tunc cutis ſincipitis perforanda eſt: ſi verò in poſteriori contineatur,in ſutura lambdoide cauterium effici debet; nam per has partes, vt potè propinquiores inutilis materia deriuatur, & reuulſione quadam à centro ad circumferentiam educitur.

Quod ſi quiſpiam adhuc vereatur cutem in his partibus perforare, cōſulat (amabò) Gal. 13. meth. cap. vlt. ſcripſit quidem eo loco, aliud eſſe in capite, quod ictum recipit, aliud quod curatur,quodque,vt ictum non ſentit, ita facultate ab eo proueniente fruitur.Sed duo ſunt,quæ ab ictu in cute facto immediatè proueniūt,foramen nimirum,& D debilitas,quorum vtroque magnopere gaudet cerebrum,parteſque internæ à materia grauatæ; quia ad cutem debiliorē redditam traducunt noxium humorem, & per idem foramen extrudunt.Si igitur ex ictu cauterij pars affecta in capite nullum ſentiat incōmodum,atque adeo duplicem percipiat vtilitatem,quæ eſt cauſa,cur timeamus vrgente neceſſitate illud infligere? Nunc oppoſitas rationes diluere aggredior.

Ad primam vltrò concedo ſinciput comparatè acceptum omnium capitis partium debiliſſimū eſſe,occipitis verò os,& illud,quod poſt aures reponitur robuſtiſſimum, & medio modo,quod in fronte locatur,quemadmodum ait Hippocrates loco citato, vbi capitis partes inter ſe cōferebat,vt inde colligeret,quænam vulnera grauiora,& magis periculoſa eſſent in capite ratione ſubiecti. Cæterum inficior ſimpliciter, & abſolutè ſinciput debiliſſimum eſſe, cùm perſpectam habeamus longè fortius, & robuſtius eſſe temporibus, nihil igitur obſtant, quæ ex adducta auctoritate aduerſus cauterij adminiſtrationem aſſumuntur.

Ad ſecundam reſpondeo naturæ nihil eſſe ſurſum, aut deorſum; nam ad omnes partes, & oppoſitiones indifferens eſt, curamque æquè adhibet omnibus partibus nutriendis. Ex quo fit, vt ad caput, quod omnium corporis partium ſupremum eſt, ſine defatigatione, aut violentia alimentum tranſmittat, omnibuſque ex partibus poſt propriam coctionem relicta excrementa propellat. Quæ ſanè excrementa duo conſtituunt genera; vnum tenue, aliud craſſum; hoc alio nomine ſordes appellatur, illud à natura inſenſibiliter emittitur, quod tamen aliquando viſibile redditur, vel quia calor naturalis languet, vt patet ex 3. meth. cap. 3. vel ob nimiam copiam cibi ingreſti, vel propter nimium aliquando motum homini contingentem. Atque hæc, quacunque in parte contineantur, perpetuò natura exturbat, vt pote quæ nullius ſunt vſus, nec ante, aut ponè, dexteram, aut læuam, ſurſum, aut deorſum reſpicit, ſed partem ſolùmmodo propinquiorem, & magis accommodatam, quare grauitas non prohibet, quo minus ab eadem natura excrementum in capite, & membranis genitum transferatur ad cutem, cùm præſertim ipſa perforata fuerit. E

Hinc deprehenditur perperam ſenſiſſe quoſdam, qui putarunt non eſſe cauteria hac in parte facienda, niſi quando materia peccans ſit vaporoſa, atque per exhalationem extraferri apta nata, quod etiam conuincitur, quia hæc materia per cauterium educenda, vel eſt immediatè ſub cute, aut ſub oſſe in partibus internis. Si primo modo, tunc peto, cur per poros cutis inſenſibiliter non euacuatur? id enim, quod vaporoſum, & halituoſum eſt, per inſenſibiles halitus euacuatur, nec perſpicua eget euacuatione, atque ita nec cauterio. Sin in partibus internis contineatur, iterum peto, qui fieri poteſt, vt oſſis ſubſtantiam, atque duram membranã, quæ duriſſima ſunt, permeat, per cutem verò, quæ rara admodum eſt, non tranſeat, ſed illius indigeat perforatione? Si dicat quiſpiam vaporoſam materiam per ſuturas euaneſcere, non infringet vim argumenti; nam cutis longè rarior eſt, quàm ſuturæ, quas ſi interius inſpiciamus, videbimus adeo eſſe adſtrictas, & cohærentes, vt nihil admittere queant, quare ſi non per cutem, multò minus per ſuturas euacuari dicendum eſt. F

Nec ad eandem ſententiam improbandam experientia deeſt, qua comprobatum eſt naturam in partes ſuperiores non ſolùm materiam halituoſam, ſed quamcunque aliam è vulneribus protrudere. Quamuis autem aliquando ob ingentem humorum copiam in aliqua capitis parte collectam, & ob naturæ imbecillitatem ad expulſionem materiam deorſum ferri accidat, quod etiam ex latente quapiam ſanguinis effuſione extra vaſa piæ, aut duræ membranæ euenire ſolet, non propterea tamen ita ſemper contingere credendum eſt. Aliud enim eſt loqui de materia collecta in aliqua parte, quæ aut exitum non habeat in partibus propinquis; aut ſi habeat, adeo natura ſit euicta à multitudine, vt eam ratione debilitatis nullo modo valeat expellere: aliud verò de ſuperflua materia, quàm paulatim, & ſucceſſiua quadam ratione virtus à membris extrapellit. Fateor equidem materiam, quæ ob multitudinem à natura non regitur deorſum ferri ſuo pondere, non eſt tamen negandum, quod ſi ab eadem gubernetur nulla ſeruata ſitus ratione in debiliores, & propinquiores partes extrudi. Atqui in primo caſu verum eſt cauteria nullam afferre vtilitatem, in ſecundo non ſolùm adiuuant; ſed etiam valdè neceſſaria eſſe iudico. G

Ad tertiam reſpondeo, quod cauterium, ſi à perito Chirurgo infligatur, ſeruatis præceptis ab Hippocrate traditis 1. com. de officina medica in fine, quæ ſunt, vt rectè, decorè, celeriter, iucundè, eleganter, prompteque fiat, nullum inijcit periculum, quia filamenta per ſuturas exeuntia non dantur, vt multis rationibus, & propria authopſia in lib. de vuln. cap. demonſtraui. Sed dato per fiduciariam reprobationem, quòd dentur, nullum propterea ſubſequetur incommodum; nam aduſtio in his facta non poteſt communicari duræ membranæ per ſuturam, quia hæc licet exterius dentibus, ac quibuſdam vacuis diſtincta appareat, nihilominus interius, eſt ita ſtricta, & coniuncta, vt antea dicebam, vt cuiuſdam indiuiſibilis ferè lineæ figuram exprimat. Quapropter non poſſum ſatis commendare noſtræ tempeſtatis viros, cæteroquin excellentiſſimos, atque præclariſſimos, qui perinde ab huiuſmodi operatione abhorrent, ac ſi citra mortis periculum adminiſtrari non poſſet, perpetuoque dubitant, vt ne inflammentur cerebri membranæ. Parcant mihi, anguſto, puſilloque ſunt animo, qui operationem hanc tam breui tempo- H

re ab

A re ab exiguo inſtrumento factam pertimeſcunt, cuius ignita cuſpis ab cutis humiditate prorſus extinguitur, antequam ad os perueniat. Non tamen inficior inflammationem oriri poſſe in membrana, ſi pluries aduſtionis actio repetatur, at ex vnica operatione, eo quo dictum fuit modo, facta, nulla ratione eam induci poſſe arbitror. Vale.

Epiſtola Decima.

Onuphrio Curſeri Philoſopho, & Medico Meſſanenſi.

PRæteritis annis, vt morem gererem Perilluſtri D. Ioſeph de Balſamo viro patritio, deque Vrbe Meſſana nobiliſſima patria optimè merito, breuiter diſcuſſi, num viuentis hominis debeat eſſe cranium ad curandam epilepſiam: nunc verò cùm id ſcriptum in lucem protrudere cogitauerim, tibi, adoleſcens omni virtutum genere ornatiſſime,
B inſcribo, vt quemadmodum maximam de te expectationem concepi, dum viderem, quàm enixè Philoſophiæ, ac rei medicæ operam dares, ita aliquod meæ erga te beneuolentiæ argumentum ſtatuerem.

Suppoſito primùm clariſſimum eſſe, quod cranium humanum in vſum medicum venerit, dico quòd prima facie videtur illud aſſumendum eſſe ex homine viuente; nam recentiores plerique, & ex antiquis nonnulli celebriores de eius vſu loquẽtes aſſerunt ipſum operari à facultate occulta, ſeu (vt aiunt) à tota ſubſtantia, ſed huiuſmodi facultas videtur magis in corpore viuo, ac magis in ſano conſeruari, quàm in cadauere, igitur præſtantius, & operationi aptius erit, vbi ad operationem reduci debet, ſi à corpore viuente extrahatur. Quòd verò operetur facultate occulta, ſeu à tota ſubſtantia, ſunt rationes, experientia, & grauiſſimorum auctorum auctoritates.

Primò quoad rationem, dicunt debere ſumi hanc operationem à ſimilitudine alexipharmacorum, ſeu alexiteriorum. Nam quemadmodum ſe habent huiuſmodi medicamenta ad venena, & materias malignas, ac venenatas; ita ſe habere debet os cranij
C humani ad epilepſiam curandam: ſed alexipharmaca, & alexiteria operantur qualitate occulta, ſeu à tota ſubſtantia, vt manifeſtum eſt: ergo & os cranij humani debet agere à qualitate occulta, ſeu à tota ſubſtantia. Probatur ſimilitudo; nam os cranij humani eſt medium inter caput, quod epilepſiam patitur, & malam ipſius epilepſiæ qualitatem, non ſecus atque alexipharmaca media ſunt inter corpora perpetientia, & deleteria, vt 5. de ſimpl. medicam. facult. habetur cap. 18.

Deinde, os cranij nullam habet contrarietatem cum epilepſia, & eius cauſa; nam materia epilepſiæ eſt humor pituitoſus, aut melancholicus, qui ambo frigidi ſunt, non ſecus atque os cranij, quare ratione frigiditatis nulla inter ipſa poteſt fieri actio: porrò ſecundùm aliam qualitatem, nempè ſiccitatem omnimodam habet conuenientiam cum materia melancholica, quæ ſicca etiam ipſa eſt. Et quamuis cum pituita aliquam videatur habere contrarietatem (eſt enim pituita humida, os vero ſiccum) nihilominus, quia paſſiuarum qualitatum actio non fit, niſi ſociam habeat actiuam, propterea inter materiam pituitoſam, & os non poteſt fieri tanta actio, vt materia ipſa deſtrua-
D tur à facultate oſſis. Attamen oſſa cranij aſſumpta per os tollunt epilepſiam, ſequitur igitur dicendum huiuſmodi expulſionem cauſæ morbificę, cùm non fiat à qualitatibus manifeſtis, fieri ab oſſis cranij qualitatibus occultis.

Poſtremò. Methodica curatio procedit ab indicantibus, & indicatis. Indicantia ſunt morbus, & ſua cauſa. Morbus autem faciens epilepſiam eſt intemperies frigida, & humida: aut frigida, & ſicca ex Galeni auctoritate: cauſa verò eſt melancholia, aut pituita, ſed cauſa, & morbus indicant ſub ratione contrarij, atqui os cranij humani neque à morbo, neque ab eius cauſa indicari poteſt, cùm qualitates habeat illis ſimiles, igitur huiuſmodi curatio non poteſt fieri per methodum, atque adeo cùm os cranij tollat epilepſiam, vt ſuppoſitum eſt, non poteſt eam auferre, niſi per qualitates occultas. Quòd verò huiuſmodi auxilium valeat aduerſus epilepſiam, dicunt inuentum fuiſſe per experientiam, imò per multas experiẽtias, nempè quòd homines epileptici, qui humano cranio vſi ſunt, liberati fuerunt ab epilepſia, atque in priſtinam ſanitatem reſtituti. Addu-

Adducunt vltimo loco grauiſſimorum virorum auctoritates, & in primis Arnaldi E illius Villanouani tam famigerati medici, Nicoli Florentini, Donati Altimaris, doctiſſimi Capinaccei, qui non modò cranium humanum, & oleum ab huiuſmodi oſſe extractum laudat; verùm etiam proponit os cranij aſinini, ſed cremati, Euſtachij Rudij, qui probat cranium hominis, & aſini, ſed vtrumque recens, ſummi Mercurialis, qui manifeſtè fatetur ipſum operari à facultate occulta, Dominici Leonis, Vidi Vidij Iunioris, Lælij à Fonte viri doctiſſimi conſilio 93. Iulij Cæſaris Claudini conciuis mei conſilio 130. qui etiam & oleum ab ipſo extractum laudat, Hollerij, & aliorum, qui omnes huic opinioni fauent, quòd os cranij humani ſit antidotus quædam aduerſus epilepſiam, qua non ſecus fugatur huiuſmodi affectio, ac tollatur maligna febris, aut venenum à ſuis antidotis, & alexipharmacis; igitur probatum remanet huiuſmodi os operari à facultate occulta rationibus, experientia, atque auctoritatibus.

Probari inſuper poteſt viuentis hominis exhibendum eſſe. Nam vt dictum eſt ſuperiùs, magis videtur ſeruari facultas hæc in corpore viuo, quàm in mortuo, propterea illud, quod extrahitur ab homine viuo, & ſano, vehementiùs, ac citiùs operari dicendum eſt. Non ſecus atque ſanguis humanus, qui ab aliquibus auctoribus proponitur F recipiendus ab homine ſano, recenter iugulato, aut ab eo viuente, & ſano vena ſectione aperta. Inter hos eſt Fœlix Platerus Heluetius vir ſanè perquam doctus, qui in ſua praxi cap. de epilepſia quoddam deſcribit medicamẽtum ex ſanguine humano, & alijs rebus ad epilepſiam facientibus, cui addit cranium humanum, quod ſummis vſque in cælum laudibus extollit. Quemadmodum igitur ſanguis humanus ad huiuſmodi componenda medicamenta è corpore viuo, & ſano extrahi debet, ita quoque & cranium humanum, quod in prædictum vſum vſurpatur, extrahẽdum eſt è corpore ſano, & viuo, non autem è mortuo. Atque hæc ſunt rationes, quibus probatur huiuſmodi os deſumendum eſſe à corpore viuente, atque agere à facultate occulta.

Quibus tamen omnibus non obſtantibus in hanc venio ſententiam, vt putem huiuſmodi os cranium neque qualitate occulta, neque manifeſta curare epilepſiam, nullaque ratione ei opitulari poſſe, niſi ſecundùm illam communitatem, quam habet cum alijs oſſibus, quæ aduſtione ita præparata ſunt, vt poſſint à morbo, & à ſua cauſa indicari. Quare fabuloſum exiſtimo inquirere vtrum è capite viuentis hominis ſit extrahendum. Veritas autem huius cõcluſionis ſatis, ſuperque conſtabit ex reiectione argumentorum ſuperiùs pro contraria ſententia allatorum. G

Atque ad primum, nempè ad id, quod afferebatur de alexipharmacis, dico aliam eſſe rationem alexipharmacorum, & oſſis cranij humani. Nam Galenus loco citato dicebat horum materiam eſſe in duplici differentia: alia eſſe alexipharmaca, quæ mortiferis medicamentis aduerſantur: alia eſſe theriacalia, quæ morſibus ferarum medentur, quorum eſſe poteſt os cranij, ac proinde falſum eſt illud os eſſe medium inter caput, quod patitur epilepſiam, & cauſam eam facientem, ea ratione, qua alexiteria media ſunt inter corpora perpetientia, & medicamenta deleteria. Ad ſecundam, & tertiam rationẽ, in quibus dicebatur oſſa cranij humani, vt talia ſunt, nullam habere contrarietatem cum morbo, & cauſa faciente epilepſiam, ac proinde à neutro ipſorum indicari, facilè cõceditur; attamen curare epilepſiã, quod aſſumebatur, dico falſum eſſe.

Neque probationem ab experientia deſumptam (eo modo, quo ab auctoribus illius H opinionis affertur) quicquam valere puto. Nam ad rem hanc ita comprobandam, longa, diuturna, & continuata experientia opus habemus. Quod tum 1. de comp. medic. cap. 16. tum. 13. meth. med. cap. 6. à Gal. demonſtratum eſt. Cuius quidem experientiæ nomine duo intelligenda ſunt. Vnum quòd facta in epilepticis experientia res ex voto ſucceſſerit, & oſſis cranij virtutẽ aduerſus omnes epilepticos optimam, & efficacem probauerit: alterum quòd ſanis hominibus propinatum fuerit os iſtud, atque ipſos in poſterum tutos ab epilepſia reddiderit. Quare pro hac experientia confirmanda ſæculum inſumptum eſſe neceſſe eſt, ac toto eo tempore ægrotantium maiorem partem ſaltem, huiuſmodi auxilio ſanitati reſtitutam fuiſſe. Vnde Galenus lib. 3. aph. 11. ſcriptum reliquit, quòd ſiquis expertus fuerit ſex, vel ſeptem homines aliqua medicina purgatos, dicere certè non poſſe, quòd omnes poſthac homines ex neceſſitate purgabuntur.

Eandem-

A Eandemq́ue ſententiam repetit lib. 7. de com. med. per genera cap. 4. his verbis. *Si quis poſt me æquè ſtudioſus, & veritatis amator extiterit, nec temerè, aut ſubitò vbi bis terue vſus, expertuſq́ue ſit, ſententiam ferat; frequenter enim, & ex longa experientia id comprobandum eſt.* Et tamen hoc loci loquitur Galenus de medicamentis facultate manifeſta agentibus, nempè de emollientibus, in quibus ſi tanta diligẽtia eſt opus ad ipſorum facultates dignoſcendas, multò ſanè maiori ſolertia, ac diligentia vti oportet in explorandis illis, quæ ab occulta facultate operantur, quæ non niſi experientia colliguntur, ac proinde rarò; ex pluribus enim memorijs vnam fieri tantùm experientiam docet Ariſtoteles tum 2. poſter. cap. vlt. tum in procem. metaphyſicæ. Verùm cùm contrariæ opinionis aſſertores nullam talem nobis experientiam hiſce conditionibus factam obijcere poſſint, parum ipſis, aut nihil credendum eſt; ea itaque relicta ad auctoritates accedimus.

Quæ profectò auctoritates tantorum virorum, quos ſupra citaui, ac quorundam aliorum mentionem huius humani cranij, eiuſque occultæ facultatis facientium (par-
B cant mihi eorum manes) haud me mouent ex propoſita ſententia; propterea quòd ſi penitus rem ipſam inſpiciamus, planè videbimus ex ipſorum ſcriptis nihil certi, atque determinati colligi poſſe. Alij enim abſque aduſtione, ſola pulverizatione facta iſtud medicamentum concedunt, atque ipſum alijs eiuſdem facultatis medicamentis admiſcent, qui ſanè hanc miſtionem facere ſine ratione mihi videntur. Nam ſi præſupponunt iſtud medicamentum ſua occulta qualitate fugare epilepſiam, eo ſolo vti debent; fruſtra enim ſit per plura, quod fieri poteſt per pauciora, & æquè bene.

In eundem quoque errorem incidunt ij auctores, qui inter medicamenta operantia à tota ſubſtantia in hoc morbo mentionem habent vnguis illius animalis, quod Alce appellatur (noſtrates dicunt *la Gran beſtia*) tantamq́ue virtutem ipſi ineſſe, vt ſolam poſſe tollere epilepſiam certo affirmant, nihilominus alijs medicamentis admiſcent. Inter quos eſt Menebenus Medicus perquam doctus, qui laudibus celebratis huius medicamenti, ipſum tamen admiſcet cranio humano, & alijs medicamentis, & conficit puluerem ex omnibus, ex quo licet ſuccedat effectus, hoc eſt ſanatio epilepſiæ, non
C videtur tamen colligi poſſe, cui nam ex medicamentis tribuenda ſit actio. Quare horum auctoritatem circa cranium, qui ſupponũt agere ab occulta proprietate, & ipſum non experti ſunt ſeiunctum ab alijs medicamentis, parum roboris continere exiſtimandum eſt.

Alij verò auctores, qui non admiſcent alijs medicamentis, pauciſſimi ſunt, neque inter ipſos adeſt omnimoda concordia. Nam Maſſarias duo inter alia commendat medicamenta, vnum ex Alce, aliud ex cranio humano, doſim vtriuſque æqualem ponens, & vtrumque per multos dies aſſumendum eſſe ſcribit, ſiue alijs medicamentis miſtum accipiatur. Dominicus Leo, & ipſe ſolum proponit accipiendum cum vino, ſed omnia deſumit ab Arnaldo Villanouenſi, qui duobus in locis loquitur de hoc præſidio, ſed variè; primo enim loco libello de epilepſia cap. 10. ad hanc ſcribit modum, *ſanè cinis oſſis capitis humani ad pondus duorum denariorum potatus cum vino, in quo coquatur ruta ſylueſtris addendo ei de oleo benedicto pondus denariorum duorum, ſi bibatur per menſem curat epilepſiam ſemper.* Quem locum ad verbum ferè tranſcripſit prędictus
D Leo lib. 2. prax. cap. 14. ſed quædam addidit, quædam omiſit. Huius ſunt verba, *Oſſa capitis humani in puluerem, vel cinerem redacta & in vino, in quo prius ruta ſylueſtris decocta fuerit, ad pondus drachmæ vnius exhibita per menſem curat epilepſiam.* Omiſit oleum benedictum, quod (vt puto) ſuperſtitioſum eſſe exiſtimauerit (multa enim apud hunc Arnaldum reperiuntur ſcripta remedia ſuperſtitioſa) & fortè voluit ſibi adſcribere inuentionem huius medicamenti, proinde ne ſuperſtitioſus haberetur, oleum benedictum tacuit. Verùm ipſum deturpauit, vbi ſcripſit puluerem, aut cinerem, quia puluis ipſius oſſis non poteſt ſubſtitui loco cineris, nec è contra cinis loco pulueris, vt patet.

Secundus Arnaldi locus eſt, 1. prax. quæ compendium dicitur cap. 22. in quo non ſibi conſtat. Nam puluerem pro epilepſia componens ita ſcribit. ℞. *Oſſium capitis humani, & præcipuè de parte anteriori combuſtorum*, hinc apparet error in antiquis codicibus, in quibus ſcribitur, & coſtarum. In fine verò capitis componens puluerem

ad ean-

Digitized by Google

ad eandem intentionẽ ita loqnitur. ℞. *cinnamomi electi, ſpicæ nardi, galangæ, ana drach. j. teſtæ capitis hominis mortui antiquati in ſepulchro ad pondus omnium.* Quamuis in codicibus antiquis pondus horum ſimplicium ſit ad vncias, ita vt ad componendum huiuſmodi medicamentum horum ſimplicium acciperentur pro ſingulo vnciæ quatuor, & doſis ipſorum eſſet ad librã, ſi capitis humani eſſet addenda doſis duplicata, opus eſſet duabus libris, ita vt integra calua non eſſet ſatis. Quare error maximus eſt in antiquis libris; huiuſmodi enim aromata non per vncias, ſed per drachmas diſtribuuntur, vt clariſſimum eſt. B

Ex hoc itaque auctore nihil certi de hoc medicamento habemus, & de facultatibus ipſius, niſi quòd non ſit vſurpandum, & eatrahendum ab homine viuo, ſed à mortuo; quod magis ad eius, quod quæritur, propoſitum eſt, vt accipiendum illud ſit à capite hominis, qui diù in ſepulchro iacuerit, quouſque ad teſtæ naturam redacta ſint capitis oſſa. Et quòd dico de Arnaldo, illud idem conijciendum eſt de reliqnis auctoribus, qui medicamentum iſtud ſine aduſtione proponunt exiſtimantes à facultate occulta auferre epilepſiam. Nam ſi conſiderare velimus huiuſmodi facultatem occultam, quam ſympathia quadam, aut ſimilitudine operari aliqui ex ipſis cõcedunt, inuenimus, quòd cranium, vel capiti hominis viuentis, vel morbo, & ſuæ cauſæ deberet proportionari, & correſpondere. Sed neutrum horum dici poſſe exiſtimo. Nam quæ quæſo ſimilitudo, aut ſympathia eſſe poteſt inter corpus viuum, & ipſius cadauer? ſimilitudines enim à formis ſumuntur: at forma hominis diuerſa eſt à forma cadaueris, quare huiuſmodi medicamentum nullam habet ſimilitudinem cum capite; nec minus cum morbo, aut cauſa ipſius, niſi ratione qualitatum ſymbolarum, vt ſupra dictum eſt, qua ſimilitudine potiùs conſeruaret morbum, & ipſius cauſam; nam ſimilia ſimilibus conſeruantur; contraria verò à ſuis contrarijs deſtruuntur, at cùm contraria ſint in duplici differentia, alia qualitatibus manifeſtis: alia à tota ſubſtantia lib. de ſimpl. medicam. facult. cap. 18. & os cranij nullo modo contrariatur, igitur nullo modo poteſt auferre epilepſiam. F

Deinde ea, quæ tota ſubſtantia ſunt contraria, alia ſunt, quæ alterando procedunt, alia euacuando. Priora ſunt eodem Galeno magiſtro deleteria, & quæ ſunt inter ipſa, & corpora perpetientia media, vt ſunt alexipharmaca. Inter ea, vt ſcriptum ſuperiùs fuit, nullum puto eſſe, qui reponere velit os cranij hominis, ſatis igitur clarum eſt nullam os cranij actionem habere in epilepſiam. Nec minus dicendum eſt os ipſum cranij procedere euacuando; nam quæ tota ſubſtantia, & occulta qualitate euacuant, ſunt medicamenta, quæ aliquid extra corpus educunt, vt rhabarbarum, in quo cenſu nullus reponit os cranij. Hæc de auctoribus exiſtimantibus os cranij abſque aduſtione operari à qualitate occulta, ſeu à tota ſubſtantia ex quibus, vt apparet nihil certi determinari poteſt. G

Venio modo ad eos, qui exiſtimant aduſtum conferre ipſi epilepſiæ, quorum alij dicunt manifeſtè operari, & qualitatibus manifeſtis, nempè abſtergendo, exiccando, & calefaciendo, inter quos enumero primo loco Medicorum omnium Principem Galenum lib. 11. de ſimpl. medicam. facult. qui etſi apertè ipſum non probet, tamen non reprobat; nam videtur tacitè conſentire ijs, qui eo vtebantur; inter hos etiam ennmero antiquiſſimum Serapionem, qui quamuis ipſum aduſtũ proponat, nihil certi tamen de ipſo promittit. De Gherardo Cremonenſi antiquo auctore non ita clarum eſt, quid ſentiat de huiuſmodi medicamento; nam Marcus Antonius Gattinara, qui ſuis temporibus fuit Medicus inſignis ſcriptum reliquit cranium humanum ex authoritate ipſius Gherardi competere epilepticis à proprietate (addens) eundem Gherardum hoc tanquam ſecretum habuiſſe ab amico fide digno, & dabat ipſe epilepſiam patientibus, & liberabantur, & ſic cranium maſculi maſculo; fœminæ verò fœminæ. Hæc Gattinara. Ioannes verò Tornamira, qui medicinam practicam in Montiſpeſſulani ſtudio interpretatus eſt, ſupra lib. 9. ad Almanſorem adducens authoritatem illius Gherardi dicit aliquos vti ex mente illius oſſibus humanis iuxta commiſſuram combuſtis, ita vt ex his duobus authoribus nihil certi habeamus de facultate cranij humani. H

Ioannes verò Herculanus, qui Rhaſim interpretatus eſt lib. 9. ad Almanſorem, ſcriptum reliquit oſſa capitis humani combuſta cum vino ebibita ſingulo die curare

epi-

A epilepſiam. Et Ioannes Andernacus lib. de noua, & veteri medicina com. 2. dialogo 5.
cap. de oſſibus ſcribit ad hunc modum, *oſſis caluariæ cremati in puluerem redacti
drachma aqua bettonica adiuncta comitialibus prodeſt*. Ioannes Zecchius lib. con-
ſult. conſult. 101. ſectatus eſt hanc opinionem, non modò de aduſtione facienda, ve-
rùm etiam de parte, à qua ſit accipiendum os, quod comburi debet, cùm ſcribat acci-
pienda eſſe hominis bregmata, hoc eſt, ſincipitis oſſa combuſta, non ſecus atque
Tornamira ex mente Gherardi dixerat. Et quamuis videatur ipſe Zecchius vir do-
ctiſſimus, & meus obſeruandus præceptor, ſibi contradicere, cùm conſilio 43. eiuſdem
libri ſcripſerit accipienda eſſe oſſa cranij hominis morte violenta interfecti, non ta-
men ſibi contradicit; nam ibi loquitur de præparatione, aut de oſſibus iam per adu-
ſtionem præparatis, hic verò determinat de materia, hoc eſt de loco, ex quo accipien-
da eſt caluaria, quæ cremari eſt opus.

Inter hos auctores, qui cranium vi ignis præparatum pro curatione epilepſiæ præ-
ſcribunt, connumerari poteſt Ioſeph Quercetanus ſpagyricus excellentiſſimus. Is enim
B libro pharmacopœæ dogmaticorum deſcribit extractum quoddam ex humano cra-
nio, quod ignis beneficio fieri apud omnes in confeſſo eſt. In fine deſcriptionis inquit
hoc extractum digeſtum, & perfectè depuratum aſſeruandum eſſe, veluti pretioſiſſi-
mum theſaurum; nam epilepſiam ſæuiſſimum morbum prorſus extirpat. Doſis eſt ad
ſcrupulum ſemis, vel ad ſcrupulum vnum, cum ſua propria aqua deſtillata, quæ per
ſe præſtans epilepticis exiſtimatur.

Ex his etiam auctoribus, quamuis nihil determinati habeamus de facultate ipſius
occulta (cùm ea, quæ aduruntur, videantur potius amittere illam, quam à primordio
ſuæ generationis facultatem à natura acceperunt) habemus tamen partem, quæ ex
oſſe caluariæ accipienda eſt eſſe ſinciput, aut, vt dicunt Arabes, bregma, vt ex Arnal-
do, Gherardo Cremonenſi, & Ioanne Zecchio facilè colligitur. Atque huiuſmodi pars,
ea eſt, per quam Hippocrates lib. de vuln. ſcriptum reliquit venulas caruncularum
inſtar percurrere, & intra meditulliū ipſius exiſtere, quæ pars ſi ab homine viuo extra-
heretur, non poſſet tam facilè præparari ſiue per aduſtionem, ſiue per pulverizatio-
C nem, quare id quod aliqui dicunt eſſe à capite viuentis hominis extrahendum, ne dum
fabuloſum, vt ſupra dixi, ſed contemptu dignum eſſe putandum eſt.

Et quod attinet ad ſanguinis humani vſum propoſitum, dico non eſſe parem ratio-
nem ſanguinis, & oſſis; nam ſanguis à venis abſque corporis læſione, ſecta vena quan-
tum opus eſt, detrahi poteſt; at è capite viuente homine os non abſque ipſius magno
vulnere, & læſione auferri poteſt. Deinde vbi caput fuerit vulneratum, non poteſt dici,
quòd homo ſit ſanus, quare etſi ab homine viuo extraheretur, non propterea à ſano
homine. Inſuper ſanguis non poteſt vſum aliquem præbere, niſi ſit fluens, ideo opus
eſt ipſum accipere eo tempore, quo extrahitur; nam ſi permittatur extra corpus per-
manere, etiam per breuiſſimum tempus, grumeſceret, neque alicuius vſus fieret, è con-
tra verò, quamuis os acciperetur à viuo homine, & ſano, quod fieri nequit, nullius vſus
eſſe poſſet, niſi per præparationem in puluerem redigeretur, ſanguis verò non eget
præparatione alia, vnde diuerſa eſt ratio ſanguinis humani, ac oſſis caluariæ, quamuis
huiuſmodi medicamentum à Platero propoſitum, & compoſitum ſit valde ſtomacho-
D ſum, inutile, & prorſus barbarum, indignum, vt à confinio, Baſileæ vbi eſt compoſitum,
deferatur ad nos, maneat igitur cum ſuo auctore ibi ſepultum.

Omnibus authoribus ita examinatis, atque perſpectis mihi videor ex ipſis nihil cer-
ti, & determinati colligi poſſe, cur oſſa cranij humani opitulentur epilepſiæ, ſiue qua-
litates occultas, ſiue manifeſtas conſideremus. De occultis non eſt, vt quicquam dica-
mus, quia oſtendimus ea oſſa nulla ratione operari à facultate occulta, aut à tota ſub-
ſtantia; vnde dubio procul putamus determinandum eſſe id, quod ſupra diximus,
nempè oſſa hæc hominis non alia ratione curare epilepſiam, atque alia oſſa combuſta
curant, eam ſcilicet tantùm, quæ ab humore pituitoſo ortum ducit, quandoquidem
vbi aduſta fuerint oſſa humana ex aduſtione calida fiunt, & ſicciora, vnde ea à morbo,
& à cauſa omninò indicantur, & ſunt proportionata indicata. Galenus enim lib. 9. de
ſimpl. medicam. facult. cap. 1. tradidit, quòd ea, quæ aduruntur, ſunt in duplici diffe-
rentia, antequam cremantur; alia enim ſunt acria, alia verò omni acredine deſtituta.

Priora vbi aduſta fuerint, multum caloris amittunt, quæ verò huiuſmodi non ſunt, è E
contra caliditatem aſſumunt; relinquitur enim in illis illud empyreuma, idêſt ignitio, cuius meminit Ariſtoteles, quo nomine calida fiunt, omniumque combuſtorum nullum eſt frigidum, quod exemplo plumbi facilè declaratur, quod Auicennæ teſtimonio 2. canonis tract. 2. cap. 2. frigidum, & humidum eſt in ſecundo gradu: aduſtum verò euadit calidum, & ſiccum, eoque vtitur Gal. tanquam medicamento ſarcotico. Igitur qui vtitur in curatione epilepſiæ cranio humano aduſto methodicè procedit, ab indicante ad indicatum per contraria procedens. Et hæc ſunt, quæ olim in obſequium perilluſtris Domini mei Don Ioſeph de Balſamo breuiſſimo tempore, & raptim de hac oſſis cranij materia exarare potui, & tuo nunc nomini amoris ergo do, dedico. F

Vale.

FINIS NONAE DECADIS.

G

H

IOANNIS BAPTISTAE CORTESII

MISCELLANEORVM MEDICINALIVM DECAS DECIMA.

De nonnullis circa enixas febrientes.

SExtus nunc ferè voluitur annus, cùm perilluſtris quædam mulier
Meſſanenſis, quæ vtero gerebat, annum ætatis ſuæ agens circiter de-
B cimum quartum, complexionis frigidæ & humidæ, habitus pituitoſi,
cibis cuiuſuis generis, præſertim fructibus veſci aſſueta, & maximè
geſtationis tempore, copioſo, & quidem gelido aquæ potu vtens à
prandio, & per totum diem, & conſequenter in victus ratione multum
delinquens, denique maturo iam fœtu, maſculum peperit. Partus à mulieribus omni-
bus præſentibus, præcipuè ab obſtetrice vndequaque naturalis viſus eſt, quòd ex-
crementa omnia ſimul cum ſecundinis exijſſe obſeruaſſent. Se tamen eadem hora
partus à febre correptam eſſe percepit puerpera, leuiter tamen, vt conſueuit in initijs
morborũ euenire. Sequenti verò die, cùm lochia non rectè prodijſſent ſe febrire aper-
tè magis animaduertit, id quod manifeſtius etiam ſenſit tertia, & quarta die. Febris
duplicis tertianæ continuæ typum ſeruauit; ſemper enim bis ſpatio vigintiquatuor
horarum ægrotantem inuadebat per incompreſſam annotationem, diebuſq́ue paribus
magis affligebat. In meridie vna exaſperabatur acceſſio, quæ ſemper vehementiùs
moleſtiam inferebat, quàm ea, quæ noctu ſuccedebat. Verùm primis diebus, quia mi-
C tior videbatur febris, nihil de remedijs adhibendis cogitatum fuit, cùm autem quarto
die obſeruaſſent lochia magis ſuppreſſa, magiſq́; febrem ſæuire, tunc me, & alios duos
Medicos doctiſſimos accerſerant, qui animaduertẽtes febrem vehementiſſimam eſſe,
& ſubardentem, menſeſq́ue eſſe ſuppreſſos ob prauorum humorum apparatum, cura-
tionem à menſium euacuatione inchoandam eſſe determinauimus. Quare omnia me-
dicinæ inſtrumenta ad hanc intẽtionem parauimus, & primùm à chirurgico tanquam
omnium efficaciſſimo auſpicati ſumus, ſanguinemq́ue ex ſaphena exire præcipimus
non ſemel tantùm, ſed bis, deinde hirudines venis ſedis iteratò etiam applicandas cu-
rauimus. Omnia tandem adminiſtrata ſunt tam intus, quàm extra, quibus poſſunt men-
ſes euocari; ſed fruſtra omnia ob morbi ſæuitiem, & contumaciam.

Perniciosiſſimum, ac lethaliſſimum eſſe morbum ſymptomata praua demoſtrarunt
tam in actionibus læſis, quàm in excretis mutatis, & in affectibus corporis. Quod ad
actiones attinet, omnes læſæ erant. Animales primò, & hægemonicæ lædi cœperunt
à quarto die; deprauatè enim imaginabatur, quamuis non continuò ob vapores à par-
tibus inferioribus in caput delatos in acceſſionis initio, læſio ſiquidem erat per con-
D ſenſum, non per eſſentiam in capite: vigiliæ quoque infeſtæ erant eadem de cauſa.
Motrices deinde its depraustæ erant, ac diminutæ, vt corpus vix in ſitum idoneum
ſuſtinere poſſet, ad pedes tandem toto corpore delabante. Vitalis etiſm facultas in
dies affligebatur, & tota ſenſim reſoluta apparebat; idq́ue ei contigit à ſeptima die
vſque ad vltimum vitæ terminum, qui fuit decima die hora 17. in acceſſionis initio.
Qualis eſſet facultas naturalis oſtenderunt exeuntia tam per vrinam, quàm per ſeceſ-
ſum; vrinæ enim ſemper fuerunt tenues, crudæ, & aliquando aquoſæ. Excrementa
per ſeceſſum varia à principio fuerunt, biliosa, pituitoſa, & aquoſa tandem: alimen-
tum tale exibat, quale exire ſolet in chyliaca, & lienterica affectione, quo nomine cor-
pus vix, & cum magna difficultate nutriri poterat, hinc ad atrophiam declinabat cum
ſummo virium languore. Qualitates corporis, faciei præſertim, mutatæ ad liuidum,
oculi excauati erant, & tempora collapſa. Ex quibus indicauimus hanc omninò peri-
turam, cùm præcipuè animaduertiſſemus ea auxilia, quæ alias mulieres in his caſibus

iuuare conſueuerunt, nihil prorſus contuliſſe. His auditis ab amantiſſimis genitrice, & coniuge periLluſtris mulieris, ne aliqua in re deeſſe viderentur, & magis ſibi ipſis ſatiſfacerent, duos alios Medicos nona ægritudinis die conuocari iuſſerunt. Horum alter ſe magnum eſſe Medicum vbique prædicat, quin nec proprio ore exclamare erubeſcit nullum Medicum in tota Europa reperiri poſſe, qui ægrotantes, vt ipſe, curare ſciat. Præterea, cùm ſit alienigena, ſe iactas modum medendi Meſſanam attuliſſe antea omninò incognitum, quod quàm verum ſit, intelligent ij, quibus huius Nobiliſſimæ Vrbis ſumma ingenia in quauis diſciplina perſpecta ſunt. Poſſem hoc loco longam ſeriem, vel illuſtrium Medicorum Meſſanenſium ſubtexere, cum quorum nullo is iure eſt conferendus, ſed ſufficit mihi vnum Gerardum Columbam in medium adducere, qui quanta cum dignitate, ac ſapientia Medicinam fecerit, ac publicè docuerit, hucuſque omnes ferè conciues recordantur, & exteri ex ipſius ſcriptis in lucem editis intelligere poſſunt. Gloriatur denique hic ſummus Medicus (vt ipſe putat) ſe poſſe certiſſimum omnium morborum euentum prædicere ſiue ad ſalutem, ſiue ad mortem. E

Hic igitur cum primùm acceſſit, cubiculum ingreſſus ſuſpicienda grauitate mulierem in lectulo decumbentem ſatis attentè, atque diligenter inſpexit, pulſum, atque vrinam contemplatus eſt, mox, vbi in triclinio morbi hiſtoriam à peritiſſimo Medico relatam audiuiſſet, ſtatim prænunciauit mulierem omninò ſanaturam, ſed vt citiùs ſanitati reſtituatur, opus eſſe ad ſanguinis miſſionem denuò peruenire, non quidem ex talo (cùm ſatis euacuatus eſſet ſanguis per infernas partes ex duplici facta phlebotomia) ſed à partibus ſuperioribus, nempe ex vena brachij non euacuandi cauſa, ſed reuellendi materiam, quæ ſurſum in caput delata inducebat mentis perturbationem, aut delirium; nam periculum erat ne inflammationem in capitis membranas induceret. Sed reſponſum à nobis fuit huiuſmodi imaginationem deprauatam, quam ipſe tunc temporis animaduertebat, non eſſe continuam, ſed interpolatam, eſſeque paraphræneſim à vaporibus ab vtero malè affecto in caput elatis, ac proinde non conuenire hanc ſanguinis miſſionem ex brachio. Collegio ſic peracto omnes Medici iterum ad ægrotantem acceſſimus; nam ſecundus ille Medicus venit eo tempore, cum fiebat conſultatio, & vbi intuitus eſſet ægrotantem, pulſumque attigiſſet, quia audiuerat propoſitam ſanguinis miſſionem, illicò reſpondit huic mulieri non eſſe mittendum ſanguinem, & ſi mittatur ſtatim perituram, vnde re infecta omnes ſimul diſceſſimus. F G

Veſperi denuo conuenimus, eo excepto, qui dixerat mulierem ſtatim perituram ex ſanguinis miſſione, & Medicus iam dictus inſtabat eſſe mittendum ſanguinem ex brachio, cumque ei reſponſum eſſet ceſſaſſe iam ſuſpicionem illam, quam habuerat de futura phreneitide; nam tum ægra mentis compos erat, atque ita reuulſione propoſita opus non eſſe, repetit non eſſe mittendum ſanguinem reuellendi, ſed euacuandi cauſa ob ingentem plenitudinem, quam obſeruabat in huiuſmodi ægrotante. Cùm verò rurſus reſponſum ei fuerit hanc ſanguinis miſſionem non cõuenire, quia neque indicans, neque permittens eſſet, & ſi mitteretur periculum certiſſimum imminere, ne in operatione ipſa ægrotans periret, è cubiculo, vbi decumbebat ægra, & nos aderamus, in triclinium, in quo ſtabant quamplurimi viri nobiles expectantes, quid inter nos decerneremus, profectus tanquam Theſſalus alter iactabundus palam omnibus dixit ægrotantem omninò ſanitatem recuperaſurã, ſiue mittatur ſanguis, ſiue non: neque ſe propoſuiſſe ſanguinis miſſionem tanquam neceſſariam, ſed vt citiùs ſanari ægra poſſet. Reuerſus deinde in cubiculum, vbi infelix mulier in lecto iacebat, præſentibus nobis valde cum affinibus inſtabat, vt omninò ad ſanguinis miſſionem deueniretur: cuius ſanè aſſeueratio, non niſi cum admiratione ab alijs Medicis obſeruabatur, & quamuis amicè ipſum alloquerentur oſtendentes virtutem quaſi lapſam eſſe, mulieremque breui perituram, & eo citiùs ſi illi mitteretur ſanguis, imò cum graui periculo ne in ipſa operatione interiret: reſpondit tamen virtutem oppreſſam eſſe multitudine, quæ ea ſanguinis miſſione omninò releuari poſſet. H

Id liberè prolatum audientes affines ægrotantis in eam venerunt ſententiam, vt ſanguis mitteretur: & pater mariti mulieris ad aurem illius Medici, qui duritiem hominis tentabat humanioribus, & blandioribus verbis refrangere, ita loquutus eſt: ſi tu arbitraris mulierem perituram eſſe, cur non permittis hanc ſanguinis miſſionem ad

binas

Digitized by Google

A binas vſque vncias, quam hic proponit? Quia non conuenit, illam non concedo, re-
ſpondit Medicus, & periculum quam maximum eſt, ne in ſubtractione etiam duarum
vnciarum coram nobis pereat. Deinde ſubiunxit, ſi verum eſt, id quod ſupponitur ab
hoc Medico de illa ingenti plenitudine vires comprimente, duæ vnciæ ſanguinis nihil
proficere poterunt; opus enim eſt in magna plenitudine plures, ac plures ſanguinis
vncias extrahere, & ad libras vſque, quod fieri conſueuit in plenitudine aggrauante, &
comprimente virtutem, ſed ſi iuus hic Medicus tam ſecurus eſt de ingenti illa plenitu-
dine, cur non mittit ipſe ſua authoritate ſanguinem? quia, inquit ille, ſaltem vult conſen-
ſum vnius Medici ex vobis. Si vult conſenſum, ſubiunxit Medicus, ſignum eſt ipſum
non eſſe benè confirmatum in ſua opinione; nam ſi huiuſmodi plenitudo adeſt, nihil
prorſus ei timendum venit, opuſque etiam eſt omnibus alijs contradicentibus ad
ſanguinis miſſionem deuenire, alioquin ea prætermiſſa omnis culpa in ipſum reij-
cienda foret, qui certò cognoſcit mulierem hanc non facta venæ ſectione moritu-
ram. Addidit adhæc, ſi iam prædixit omnimodam ægræ adfuturam, & breui quidem
B ſanitatem, quid opus eſt ipſam ſanguinis miſſione cruciare. Præterea adiecit, cùm
ægrotans iam ſit in initio acceſſionis, in qua nihil moliendum eſt, non eſſe tempus ido-
neum ad ſanguinis miſſionem deuenire. Igitur cùm nullus ex Medicis confirmaret
hanc ſuam opinionem tanquam à ratione alienam, omnes receſſimus ab ægrotante.

Poſtero die benè mane Medici omnes ſimul conuenimus, vidimuſque iuuenem
virtute vitali penitus deſtitutam, animali motrice ita defeſſam, vt ſupina exiſteret, &
in actu morientis ad pedes inuita prolaberetur. Et tamen ille idem Medicus (ſummus,
ſi ipſum interroges, ſi alios ceruicoſus, ne dicam peius) mirum dictu, adhuc inſtabat, vt
mitteretur ſanguis, cui cùm reſponſum eſſet, ægram omni virtute carere, & in ſitu diſ-
poſitam eſſe, vt animam creatori ſuo reddere properaret, ſpretis aliorum verbis, qui
id conſiderandum proponebant, reſpondit ſe de ſitu non eſſe ſollicitum, & ſanguinis
miſſionem eſſe opportunam, ſi non per venæ ſectionem, ſaltem per cucurbitarum
applicationem. Sed nullo ex alijs Medicis conſentiente tam abſurdæ opinioni, omnes
receſſimus, & mulier infra tres horas in acceſſionis initio, vt prædixeramus, vitam cum
C morte commutauit. Ita res ſe habuit. Quòd verò ego hanc hiſtoriam ſanctè, religio-
ſeque, vt ſic loquar, enarrauerim, reliqui doctiſſimi Medici, qui curationi præfuerunt,
affines, agnati, & familiares extinctæ adoleſcentis, teſtes integerrimi eſſe poſſunt.
Sed anomalus ille Medicus (liceat mihi eum hoc nomine indigitare) poſt eximiæ ado-
leſcētis obitum videns ſe in hac ingeniorum pugna ſuccubuiſſe, vt ſaltem apud aliquos
in dubium reuocaret, quæ præceſſerant, caſum pro arbitrio confictum deſcripſit, &
quæſtiones aliquot examinans iacula quædam in me (vt omnes coniecerunt) innomi-
natum vibrauit, quæ omnia in opuſculum redacta, vt typium luce ſibi tenebras ex infe-
lici prognoſi offuſas diſſolueret, publico exinde commiſit. Tum ſtudioſi omnes, &
amici, quorum ſumma apud me eſt auctoritas, cœperunt me extimulare, vt vellem ob-
iecta refellere, & veritatem dilucidare, at ego ne eorum precibus viderer refractarius,
decem quæſitis omnia ſpicula anomali in me coniecta diluere tentaui, quæ nunc excu-
denda permitto, vt omnes ſentiant, quàm ſim obſequēs amicorum voluntati. Sit ergo.

D

Quæſtio Prima.

An Mulieres enixæ, ſi quando ob lochiorum retentionem febriunt, ſemper ſynocho corripiantur?

Ad Marium Trabuccum Caltabieronenſem Medicum, & Philoſophum doctiſſimum.

CVm de lochiorum in puerperis ſuppreſſione recordor, mi Trabucce, ſta-
tim in memoriam reuoco tuam ſuauiſſimam conſuetudinem, qua domi
meæ præteritis annis familiariſsimè vſus ſum. Tunc enim temporis
confabulabamur plerumque ſumpta occaſione ab illo libello tum recens
edito, circa eiuſmodi materiam, de qua cùm te multoties ſubtiliter au-
diuerim differentem, fit vt quandocunque in mentem mihi obuenit illa, tu quoque

præce-

præcedere videaris. Atque hinc eſt, quòd hæc quæſtio tuo cohoneſtata nomine à me E in lucem profiſcatur: te itaque rogo illam veluti tuam amplectaris, tuam inquam; nam tua cauſa factum eſt, cur ei vitales auras aſpicere liceat.

Hæc quæſtio coincidit cum illa, in qua exagitari poteſt, vtrum puerperarum periodicæ febres pendent ex lochijs in vtero retentis, an verò ex materia in alia corporis parte exiſtente? Nam ſi neceſſè ſit, vt ſemper ex ſuppreſſione purgamentorum ſynocho corripiantur, certum quoque eſt, quòd quando periodicè febriunt, febris illa non ex vteri purgamentis, ſed ex materia alibi conſiſtente ortum ducat. Huius quæſiti difficultas pendet ex Gal. 6. epid. com. 1. t. 1. vbi hæc habet. *Inter omnes corporis partes plurimas, grandiſſimaſque venas vteri habent, cumque eos, aut menſes, aut à partu purgamenta ſuppreſſa, aut phlegmone aliqua, vtcunque orta malè accipiunt, ipſos ſanguine compleri neceſſe eſt, quo deinde putreſcente, ſi febris excitetur inter ſynocharum ſpecies, ipſam connumerari opus eſt; nam id genus febrium ex putreſcente ſanguine accendi oſtenſum eſt*, ex quibus verbis dilucidè habetur febres ex ſanguine in vtero retento ortas ſynochos eſſe. Sed quod maius hac in re faceſſit negotium eſt, quòd huiuſmodi Galeni teſtimo- F nium non videtur ratione deſtitutum; nam cùm per venas illas magnas, quæ ſunt in vtero valetudinis tempore, quando mulier non eſt fœta à menſtruo ſanguine, quando verò eſt enixa, à lochijs perpurgari conſueuerit, ſi hæc ob quamcunque affectionem in illis venis detineantur, quò minus ſtatutis temporibus effluant, euenit, vt ob copiam in eas venas, quæ ſunt propè vterum, nempè ad cauam regurgitent, ibique cùm à natura minimè regantur, putreſcant: ſed quia tum menſtrua, tum lochia (vbicunque contineantur) ſunt ſub ratione ſanguinis, & ſanguine in venis putreſcente non accenditur niſi febris ſynochus, vt docet idem Gal. 9. meth. cap. 3. & Auic. fen. 1. tract. 2. cap. 44. igitur mulieres ſi à menſtruis, & lochijs vteri vitio non expurgentur, & febriant ſynochis corripi omninò neceſſe eſt.

Sed ſi verum fateri liceat, nec Galeni auctoritas, nec ratio quidquam conuincit; Gal. enim eo loci non intendit probare, omnes febres ex vtero prouenientes eſſe ſynochos, ſed ex ſynochis ob retenta vel menſtrua, vel puerperij excrementa, vel ob phlegmonem vteri excitatis pendere poſſe capitis dolorem, ideſt ſincipitis; nam etſi G non eleuentur ex ijs acres, & mordaces vapores, vt in febribus vehementiſsimis, tamen quia corrumpitur ſanguis, & ſynochus accenditur, maxima vaporem copia repit, quæ internas ſentientes partes diſtendendo, dolorem ipſi capiti infert. Quòd autem hæc ſit Galeni ſententia deprehenditur ex illis verbis, *quicunque itaque laborantes ex vtero, &c.* vbi refert ſymptomata ab vtero malè affecto prodeuntia, quorũ, vt redderet rationem, ſubdidit. *Inter omnes corporis partes plurimas, &c.* quæ verba nihil aliud demonſtrant, niſi tunc ex menſtruo ſanguine, aut lochijs retentis generari ſynochum, cùm ex eiſdem generari poterit phlegmone, ideſt, inflammatio, quæ ſemper arguit copiam ſanguinis, qui ſine vlla dubitatione cum adeſt, & putreſcit in venis, ſynochum producit. Apparet igitur nullo pacto ex hac Galeni auctoritate poſſe probari menſtruas purgationes, aut lochia in vtero retenta, ſemper eſſe apta ad ſynochum generandam, ſed ſolùm ea, à quibus phlegmone excitari poteſt, ac propterea non omnes febres ex vtero prodientes ſub ſynocharum genere eſſe collocandas.

Vt verò magis hoc eluceſcat, ſciendum eſt lochiorum aliquot eſſe bilioſa, alia pitui- H toſa, alia melancholica, nonnulla etiam ſanguinea, ex quibus, & ſi hæc vltima tantùm tum ad producendam ſynochum, & inflammationem ſunt idonea, vt potè quæ ſanguinem in humoribus prædominium obtinere teſtantur; nihilominus non eſt opus, vt ſemper ſynochum præeat inflammatio, maximum ſiquidem eſt diſcrimen inter febrẽ ſynochum, & febrem ex inflammatione ſubortam. In ſynocho enim ſanguis putreſcit in venis, quæ ſunt inter alas, & inguina, vt habetur ex Gal. 9. meth. cap. 3. cit. qui ibidem in duo genera, ſeu ſpecies partitur febres ſynochos, quarum alteram ad naturam refert diariarum, quæ dicitur febris ſynocha imputris, aut ſynocha ſimpliciter: alteram ſub proprio genere conſtituit, & eſt, quando in omnibus vaſis, & ac potiſſimùm maximis, æqualiter ſucci putreſcunt, & hæc ſynocha putris, ſeu ſynochus ſimpliciter à nonullis appellari ſolet. Eſt igitur ſecundùm aliquos differẽtia inter ſynocham, & ſynochum; ſynocha enim eſt cum nulla ſubeſt putredo, ſynochus autem intercedente putre-

A te putredine. At verò non ita ſe habet ſanguis in inflammatione; nam tunc extra vaſa putreſcit, authore eodem Galeno lib. de tum. prætern. cap. 2. vbi inquit. *In inflammationibus autem omnia ſanguine replentur, ex vaſis quidem ipſis per tunicas reſudante, in omni verò particula more roris permixto*, quod euenit, quia tunc calor dominari abſolutè nequit in ſanguine, qui præterquam quod putreſcit, in pus etiam conuertitur; vnde febrem ingenerat aut ephemeram, aut putridam, ſed alia, atque alia ratione: febris itaque ſynochus longè diuerſa eſt à febre ortum ducente ab inflammatione, ac proinde vt ipſa fiat, non eſt opus inflammatione aliqua in viſceribus præexiſtente.

Differt etiam ſynochus febris ab alijs putridis, quia nullas habet acceſſiones periodicas, ſed vnico terminatur circuitu à principio ad finem vſque perdurante, atque ab ipſis ſeiungitur tum ratione materiæ putreſcentis, tum loci, in quo putreſcit, nec non & modo: materia enim eſt ſanguis, nempè tota maſſa ſanguinea, non autem quarta pars, vt nonnulli perperam exiſtimarunt: locus eſt vena caua, quæ ab inguinibus ad alas extenſa eſt: modus eſt vnicæ acceſſionis terminatio. Mulier igitur lochia ſangui- B nea habens, à quibus vteri vitio expurgari non poteſt, vt ſynocho corripiatur, non eſt ſatis ſi ſanguis in venis vteri contentus putreſcat, ſed requiritur adhuc, vt in venam cauam regurgitet, & ibi putreſcat: ratio enim ipſius conſiſtit in ſanguinis putreſcentia in venis, quæ ſunt inter alas, & inguina, cuiuſmodi ſunt omnes venæ magnæ, quæ tam in thorace, quam in abdomine continentur, ideſt truncus, & rami maiores ipſius venæ cauæ. Et hac ratione Gal. & Auic. docuerant fieri ſynochum febrem, quare non video, quo conſilio ductus Augenius lib. 11. conſ. & epiſt. ad Ludouicum Plchinum Generum afferat diuiſionem febris ſynochi in vniuerſalem, nempè in eam, quam ex Galeno ſupra dictum eſt, fieri ex putreſcente ſanguine, aut in omnibus, aut in maioribus venis inter alas, & inguina exiſtentibus; & in particularem, in eam ſcilicet, quæ fit ex ſanguine putrefacto in venis vteri; nam ſi attentè inſpiciamus naturam ipſius ſynochi ſubſiſtere minimè poteſt huiuſmodi diuiſio, nec ipſemet Aug. lib. 4. cap. 3. de febr. vbi ex profeſſo loquitur de ſynocho eam adduxit, quemadmodum nec vnquam Gal. aut Auic. aliquid tale tradiderunt.

C Ex his colligere poſſumus cauſam coniunctam præter naturam huius febris eſſe ſanguinem putreſcentem in venis, vt dictum eſt: inter naturales eſſe habitum ſanguineum, vnde Gal. loc. cit. dicebat, vt plurimum ijs, qui corpulento, ac denſo ſunt corpore, & ſanguine abundant, non autem ijs, qui gracili corpore, frigido temperamento, rara textura, & in frigida ſunt ætate conſtituti, contingere. Cauſæ verò non naturales, quamuis plures eſſe poſſint, retentio tamen lochiorum in mulieribus enixis eſt potiſſima. Atque ex his ſatis patere puto non omnes mulieres enixas, quæ non expurgantur à lochijs, ſynocho febrire, ſed eas tantùm, quæ diſpoſitiones ſupra relatas habuerunt; actus enim actiuorum non fiunt, niſi in materia diſpoſita. Quocirca; quæ afferebatur ab aduerſarijs Galeni auctoritas, nihil pro ipſis concludit; ſolùm enim in ea continetur, vt initio dicebam, in ſynochis maximam vaporum copiam ad ſinciput afferri, quæ, vt hac in re nulla ſuperſit dubitatio, fuſiùs eſt explicanda. Dico propterea, quòd Gal. reddens rationem, cur mulieres ob malam vteri affectionem doleant capite ad ſincipitis regionem, oſtendit id euenire non ob ſympathiam vteri D cum capite, aut ob neruorum conſenſum, vt nonnulli putabant, ſed ratione vaporum, qui diuerſo modo caput afficiunt, prout à diuerſa minera in vtero exiſtente eleuantur. Hæc ſunt verba Galeni. *Qui itaque laborantes ex vtero phlegmone obſeſſo viderunt mulieres, hi quonam pacto, tum calida, tum vehementes febres corpus totum prehendentes caput inurant, non ſecus quam ſi talia citra vteri affectionem fiant, norunt*, hoc eſt dictu: Qui obſeruarunt mulieres ex vtero inflammato laborãtes, animaduertere potuerunt, perindè eas fuiſſe affectas ſincipitis dolore, ac fieri conſueuit, dum magna, & ardente febre corripiuntur, ab alijs cauſis proueniente, quam ab vteri inflammatione.

Addit deinde. *Imò quibus menſtrua retenta fuerint, quamquam non manifeſtè febriant, periculum tamen eſt, nè citò febriant, caputque ipſis grauatur, vaporibuſque & calidis ſuccis repletur, ob idque nonnulla ex his comatoſa fiunt, ſiue febrierint, ſiue non*, ſubiungit mox ad horum ſymptomatum rationem reddendam. *Sed quanam cauſa ſit, cur ex talibus vteri affectionibus caput repleatur, poſt hac inquirendum, vt inueniatur quidem*

aptan-

aptandum, ſi non ſaltem quod apparet experientia obſeruandum, memoriaque tenendum, B
nonnullas itaque ita apparentium cauſas narrare aggrediemur hinc exorti., intentio igitur
Galeni in hoc coment. eſt oſtendere ſincipitis dolorem prouenire ab vtero malè affe-
cto, ſiue is inflammatus ſit, ſiue in eo menſes retineantur, & febrem inuehant, vel non,
quam demonſtrare contendit ex ipſius vteri natura, qui plures, ac magnas venas, arte-
riaſque in ſe continet, quarum ratione non tantùm à menſtruis ſanæ non fœtæ mu-
lieres, verùm etiam à lochijs enixæ expurgantur. Quæ purgamenta ſi retineantur, aut
inflammatio ſuccedit, aut vterus ſanguine repletur, quo putreſcente neceſſè eſt, vt
febris ex ſynochorum genere accendatur, à qua vaporum calidorum copia in ca-
put tranſmittitur, quoquo igitur modo afficiatur vterus vapores in caput attolluntur
dolorem in ſincipitis regionem inducentes.

Porrò vteri affectiones enumerans Gal. primò ponit menſtruorum, aut lochio-
rum retentionem, mox inflammationem, à quauis cauſa ortam, ſed quia, cùm ſuperius
dixiſſet ab inflammatione, magnas, & vehementes febres fieri, à quibus dolor capitis
excitatur, & ſynochus inter magnas febres recenſeatur, dubitare potuiſſet quiſpiam, F
an ab vteri inflammatione fieri poſſit ſynochus putrida, propterea vt reſponderet
huic tacitæ obiectioni, ſupponit inflammationem fieri à ſanguine. Qui ſanguis vel col-
ligitur in ſubſtantia ipſius vteri, vel remanet in venis, venę autem ſunt duplicis generis,
vel enim ſunt in vtero, vel ad vterum. Si itaque ſanguis contineatur in venis vteri, &
putreſcat, non poteſt febrem ſynochum ingenerare, ſi verò remaneat in venis ſupe-
rioribus, quæ ſunt ad vterum, nempè in vena caua, & putreſcit, tunc ſi fit febris, ea ex
ſynochis eſt.

Ex hactenus dictis luce meridiana clarius apparet Galenum in relatis locis demon-
ſtraſſe ex varia vteri affectione & humores, & vapores in caput ferri, à quibus dolor
in ſincipite excitatur varius, nequaquam igitur ex ijs inferri poteſt mulieres enixas ex
purgamentorum retentione in ſynochum febrem incidere; nam ibi non erat locus, in
quo Galenus doceret generationem, aut generationis modum febris ſynochi, patet
quidem ſi expendantur aliquot verba, & primò, *vel phlegmonem quouis modo ortam*,
ideſt, vt ego interpretor, ſiue à cauſa interna, ſiue à cauſa externa eueniat: deinde, *ſan-* G
guine ipſo neceſſariò repletur, ideſt vterus, nimirum, ſi fiat inflammatio propriè dicta, quæ
tumor eſt factus ex ſanguine, vt idem Gal. habet, tum. 17. meth. cap. 2. tum. lib. de
tum. præternat. cap. 2. cit. tum repletur vterus quoad propriam ſubſtantiam, hoc ſi-
quidem modo ſupra oſtenſum eſt fieri inflammationem, ſi itaque ſanguis è venis non
effluat in vteri ſubſtantiam, non fit inflammatio.

Sanguis igitur conſiderari poteſt, vel vt eſt in ſubſtantia vteri, vel vt remanet in ve-
nis: primo modo profert inflammationem, quæ & ipſa bifariam concipi poteſt, vel vt
eſt intemperies calida, à qua eleuantur vapores calidi in cor febrem ephemeram
progignentes, vel vt eſt materia intus contenta, atque putreſcens, à qua febres magnæ,
& ardentes fiant pro varia ipſius materiæ ratione. Secundo modo, ſcilicet prout re-
manet in venis: duobus adhuc modis conſiderari poteſt, ideſt, vel vt in ipſiſmet venis
vteri putreſcit, & tum non fit ſynochus, ſed ephemera, vel vt ex venis vteri retrocedit
ſanguis in venas, vnde effluit, nempè in cauam, & ibi putrefiat, & tunc generatur ſy-
nochus, & de hoc ſanguine loquitur Galenus, quando inquit, quo putreſcente ſi febris H
accendatur eam eſſe ex ſynochorum forma, quare qui dicunt ex ſanguine putreſcente
in venis vteri fieri ſynochum, videntur potius riſu, quàm reprehenſione digni. Et hæc
ſufficiant ad explicandam Galeni authoritatem, qua aduerſarij contendunt mulieres
enixas, quibus lochia ſupprimuntur, perpetuò in febrem ſynochum incidere.

Ad rationem, qua ſic arguebant, ſanguis putreſcens in venis febrem generat ſyno-
chum, vt inquit Gal. ſed menſtrua, ſeu lochia, quæ vteri vitio non effluunt ſtatutis
temporibus, ſed regurgitant in cauam, & ibi cum non reguntur à naturali calore, ſunt
ſanguis putreſcens in venis, ergo febrem ingenerant ſynochum: conceſſa maiori pro-
poſitione, diſtinguo minorem, in mulieribus plethoricis, in quibus aut ſanguis domi-
nium habet ſuper alios humores, aut omnes ſucci æqualiter redundant, menſtrua, ſeu
lochia ſunt ſanguis, vera eſt propoſitio, & concedo totum argumentum. In mulieri-
bus verò cacochymis, in quibus aut biliosus humor, aut pituitoſus, aut melancholicus

domina

A dominatur reliquis, menſtrua ſunt ſanguis, nego aſſumptum, ac proinde non eſt rationi conſonum, vt quando lochia retineantur, & putreſcant in venis, ſemper ſubſequatur ſynochus, ſed modò tertiana, aut cauſos, ſeu ardens, & modò quotidiana, aut quartana, pro cacochymiæ diuerſitate, alioqnin, & Galeni ſummi præceptoris, & aliorū magni nominis antiquorum Medicorum doctrina vana eſſet, vbi demonſtrant tertianas febres fieri continuas, ſi bilioſus humor putreſcat intra venas, & ſic de reliquis, neque eſſet maior ratio, cur in mulieribus enixis, ex lochijs in venis ſuppreſſis, & putreſcentibus fiat ſemper ſynochus, & non in maribus, ſi maſſa ſaguinis putreſcat, quia vt ſupra probatum fuit ex Galeno ſynochus non poteſt fieri niſi ex ſanguine, tertiana ex bile, & ſic de ſingulis, tam in viris, quàm in fœminis, non igitur eſt aſſerendum enixas ob lochia ſuppreſſa,& in venis putreſcentia ſynochis ſemper omninò corripi, ſed ſolùm eas, quæ plethorico ſunt habitu preditæ,& hæc ſint ſatis pro ſolutione rationis in contrarium adductæ.

Sed noſtra ſententia, nimirum quòd puerperæ non ſemper ob ſuppreſſionem pur-
B gamentorum incidant in ſynochos, ſeu quod idem eſt, febres periodicas enixarum, quibus non fluxerint lochia ex toto, habere ſedem putredinis in vtero, non autem in alio viſcere, ſic probatur. Vterus eſt quædam via, per quam vniuerſum corpus expurgari conſueuit, ſic Gal. 4. Aphor. 2. *euacuationes, quæ fiunt per vterum ſunt totius corporis.* & 6. de locis aff cap. 6 *per vterum vniuerſum corpus euacuatur*, propterea ſi contingat, non expellere, quod ejcere debet, maximè læditur, ſecundùm naturam, & quantitatem humoris contenti, vnde Gal. eodem lib. de loc. aff. cap. cit. ſcriptum reliquit, *vterum multas aff ctuum differentias pati; vel pro cauſa efficientis magnitudine, vel pro ſpecierum quarundam varietate inter ſe differentes*, ſequitur igitur poſſe calefieri nimis necnon inflammari, aut eryſipelate, aut phlegmone, aut alia huiuſmodi diſpoſitione affici, aut dolore, & per conſequens poteſt ad ſe trahere reliquarum partium ſuperfluitates; nam docet Gal. vehementiores calores, atque dolores attrahunt vehementius, minus autem debiliores, ſi itaque vterus nimium incaleſcat, aut doleat, attrahit ad ſe totius corporis excrementa, vel eadem excrementa ratione debilitatis admittit
C à partibus robuſtioribus, quæ deinde, cùm euinci non poſſint, aut foras propelli, vt putreſcant, neceſſe eſt, eodem docente Galeno, *humor, quem proprius calor non vincit, nihil habet reliquum, niſi vt ad putredinem tranſeat*, quinimò non ſolùm hæc tanquam materia inutilis, ſed etiam ipſemet ſanguis corrumpitur, & abit in putredinem, quod enim tangitur à putrido putreſcit, ac propterea febris accenditur, quod clarè docuit Gal. 5. Aph. 57. *poſſunt menſtrua fieri pauciora, vel quia venæ ferentes ad vterum menſtruam purgationem comprimuntur, vel obſtruuntur ob craſſitiem ſanguinis, ſiue frigiditatem, & robur ipſorum, quæ in vtero ſunt vaſorum, adeo vt, quod influit, non admittant. Quodcunque autem horum fuerit, neceſſe eſt proceſſu temporis, & ipſum vterum pati, aut ſimilem inflammationi, aut eryſipelati, aut duro tumori, aut cancro, quibus denuò totum corpus patitur*, ideſt febrili occupatur calore.

Sed hoc loco prætereundum non eſt, vtero recipienti ſuperfluitates, quæ à venis, aut contineri, aut expelli nequeunt, id contingere, quod cæteris corporis partibus euenire ſolet, nimirum, vt alias ſuperfluitates in ſe generet, idque duplici ratione
D vel quia vitioſum in ſe continet ſanguinem, vel quia potentia, ſeu facultas reddita ſit debilis, quæ tunc quidem debilitatur, cum adiacens ſanguis eſt illi potius oneri, quàm alimento; nam ſi calidior eſt, ſtatim putreſcit, ſi verò frigidus, & pituitæ naturam gerens non ſubitò ſed poſt aliquod temporis ſpatium ad putredinis diſpoſitionem accedit. Quòd verò vterus ad alias partes nequeat has ſuperfluitates detrudere, eſt, quia vel non ſunt in corpore partes debiliores ſe ipſo, vel quia meatus, & venæ, per quas eæ ferri deberent, à lentis, craſſiſque humoribus ſunt obſtructæ, quæ obſtructio deinde eſt in cauſa, cur prohibeatur conſueta euentilatio, & maior fiat ſuperfluitatum collectio, atque ita ex eadem putreſcente febris producitur peccanti materiæ proportionata.

Ex his igitur colligi poteſt mulierem cacochymam, cuius in vtero fiat peccantis materiæ coaceruatio, quæ vinci, aut extraferri, aut diſſipari nequeat, & putreſcat, in febrem incidere, vel tertianam, ſi humor noxius ſit bilioſus, vel quartanam, aut quoti-

dianam ſi melancholicus, ant pituitoſus ſit, atque ideo vterus quando calefactus fuerit, citra inflammationem, ideſt phlegmonē, ex menſium retentione, tunc ſanguis ad ipſum tranſmiſſus putreſcit, & febrem profert, tum per calefactionem partium ſucceſſiuam, tum per exhalationem putridam in cor delatam. Totum hoc pulchrè Gal. declarat his verbis. *Quæcunque enim meatus obſtruxerint hac per tempus, neceſſarium eſt putreſieri, ac ſuperfluitatum multitudinem aceruandi cauſam, ei parti, quam euacuari, ac pro conſuetudine diſſlari vetuerint, vna igitur cum illis putreſcunt, & alia quæ poſtremò colliguntur, ſtatimque ſimul omnia in membro febrilem caliditatem accendunt*, & ad maiorem dilucidationem ſic ſubiunxit, *ſed & retro oſtendimus, vbicunque accenditur, atque augetur caliditas iſthuc ab alijs partibus ſolere confluere, quo verò tempore confluit, illas quidem refrigerari priuatas ſanguine eſt neceſſarium, quod verò patitur membrum grauari, ac diſtendi, ac ſanguinem ipſum confluentem alterari, hoc quoque duplici ex cauſa, & quia alijs, quæ iam putreſcunt ſuperfluitatibus, permiſcetur, & quoniam intruſum diſſlari non poteſt, quo fit, vt inſtar lignorum, quæ paucam ſuper flammam vniuerſim proijciuntur, ſuccendantur, atque hoc tempus acceſſionis principium nuncupatur*, maneat igitur concluſum, cùm huiuſmodi affectiones vteris mulierum euenire poſſint, in ipſis vteris eſſe mineram, ac ſedem febrium periodicarum, quæ enixis ſuperueniunt, atque adeo non eſſe neceſſarium conſtituere hanc ſedem in aliqua parte ſuperiori, vt contendunt aduerſarij, aduerſus quos extat præterea locus Galeni lib. 1. epid. ægroto 4. in hiſtoria vxoris Philini, vbi ait illam febrijſſe ex vtero, & febrem hæmitritæum fuiſſe, non igitur ſemper ex vtero excitatur ſynochus.

E F

Quæſtio Secunda.

Vtrum in ſententia Galeni dentur febres ſynochi ex putredine?

Ad Blaſium Bugliarellum Auguſtanum Medicum, & Philoſophum ſolertiſſimum.

G

ADeo officijs, aut dicam beneficijs, mi Blaſi, deuinxiſti animum meum, vt licet ſis abſens, firma tui recordatio apud me remanſerit, nec vnquam delenda. Amicum igitur hominem mihi inquirenti, cui dicarem hanc quæſtionem, tu inter primos obueniſti. Ad te itaque venit, ſed verecundia quadam ſuffuſa; veretur enim, ne ab ea maxima expectes, quæ, cùm ſit ſatis puſilla, nullo modo præſtare poſſe intelligit. Re vera maiora me tibi debere fateor, ſed quoad alia ſe offerat occaſio paria referendi, hoc ſcriptulum libenter excipias vellem.

Quoniam in præcedente quæſtione ſynochos putres raró peruagari innuimus, & hac de re ſatis controuertitur inter Medicos recentiores, qui ſua monumenta typis tradiderunt poſt Arabes Galenum redarguentes, quòd huiuſmodi febrem aut non animaduerterit, aut ſaltem de illius natura ambiguè loquutus fuerit, viſum eſt mihi in præſente breuiter, quid ſentiendum ſit, proferre, & num Mauri meritò in præceptorem inuexerint. Hanc diſceptationem eò magis ſubimus, quia non eſt aliena ab inſtituto noſtro, nec exigua inde nobis vtilitas emanare poteſt. Loca ex quibus Arabes, & eorum aſſeclæ eliciunt Galenū ſynochum putrem non cognouiſſe plura ſunt. Primum 2. de diff. febr. 2. & 2. de Criſibus 9. vbi febrium putridarum ſimplicium tria tantùm affert genera: vnum biliosarum, quod tertio quoque die inuadit: alterum pituitoſarum, quod ſingulis diebus: alterum verò melancholicarum, quod de quarto in quartum ſuos circuitus abſoluit, nec de ſanguineis febribus vllam prorſus mentionem facit, vnde aptè inferri poteſt ipſum putaſſe tales febres non dari. Præterea 2. de diff. febr. 2. citato, & 1. ad Glauc. cap. 13. ſynochum à ſanguine putreſcente ſub genere ardentium eſſe aſſerit, & 2. ad Glauc. eadem ratione ſynochum, atque ardentem curat, quare ſicut illa ad biliosas pertinet, ita & hæc ad eandem ſpectabit. H

His accedit, quòd 2. de Criſib. cap. 6. huiuſmodi febrem deurentem appellat, & alibi etiam magnam, & vehementem, quæ omnia ardenti à bile tribuuntur, quapropter,

& ſy-

A & ſynochum,& ardẽtem in idem recurrere exiſtimare videtur.Inſuper 2.de diff.febr.
cap.9. cùm tria tantùm aſſignaſſet periodorũ genera, ſcilicet quod tertio quoque die,
quod quarto, & quod ſingulis diebus recurrit, quærens an ſanguis putreſcat ea ratio-
ne, vt poſſit periodum aliquam ſequi, pleuritidis exemplo innixus concludit ſequutu-
rum enim eſſe periodum de tertio in tertium, atque ita febres ſanguineas ad bilioſas
redegit; quemadmodum enim in inflammatione, quæ ſub coſtis fit ſanguine putre-
ſcente, fiunt tales periodi, ita idem accidere conſentaneum videtur, ſi ſanguis in ve-
noſo genere putrefiat.Et hæc ſunt,quę oſtendunt cenſuiſſe Galenum ſynochos febres
ex putreſcente ſanguine non dari.

Oppoſitum tamen eſt longè euidentius in illius doctrina; nam 9. meth. cap.2.& 3.
ſuperiùs citato apertiſſimè docet dari huiuſmodi febrem ſynochum ex putreſcente
ſanguine ortam; quinimò modum aperit curandi tam eam, quàm quæ fit ex ſanguine
ſolùm accenſo,& non putri.Qui igitur hunc locum inſpexerit,mirabitur quidem Aui-
cennam ſen. 1. tract. 2. cap. 44. diſputaſſe aduerſus Galenum, atque tres adduxiſſe
B rationes ad probandum dari febrem ſynochum ex putri ſanguine procreatam, cùm
tamen ipſemet Galenus & eò loci eam admittat euidenter,& 9. meth. ſatis eleganter
eiuſdem naturam perſcripſerit, & quòd magis eſt, vtramque ſpeciem curauerit,putri-
dam nempè, & ſine putredine: putridam quidem in famulo, non putrem in domino,
vnde meritò Turiſanus Monachus 3. art. par.cap. 37. inquit Auicennæ oppoſitiones
eſſe nullius momenti. Sed ego re vera vix perſuaderi poſſum Galenum ab Auicenna
accuſatum fuiſſe de ignorantia, ac ſi non agnouiſſet hanc febrem: ſed puto potiùs de-
monſtrare voluiſſe ſynochum non contineri ſub bilioſo genere,vt ille viſus eſt ſentire,
ſed quartum genus putridarum febrium conſtituere, quapropter huiuſmodi contro-
uerſia tam diuulgata, & à varijs hactenus agitata verbalis eſt, & non rei, parum ſiqui-
dem refert, an tertiana, an febris ſanguinis putreſcentis appelletur,vt pluries animad-
uertit Galenus.

Fundamentum autem Galeni, quo ſynochos ab bilioſas febres referendas eſſe pu-
tauit, eſt, quia dum ſanguis putreſcit, tenuior pars conuertitur in bilem flauam, &
C craſſior in atram, ideſt melancholiam,& hoc eſt,quod ab Auicenna impugnatur;nam
hæc propoſitio,ſanguis putreſcens fit bilis, & non ſeruat naturam ſanguinis, poteſt
habere duplicem ſenſum, alter eſt, quòd ſanguis, poſtquam ex toto putruit, conuer-
titur in bilem: alter verò, quod dum eſt in ipſamet via putrefactionis, iam exiuerit è
forma ſanguinis,& ſuſceperit formam bilis, ſed vterque ſenſus reijcitur ab eodem
Auicenna. Prior quidem, quia non facit ad rem noſtram; nam in præſenti quæſtio-
ne poſitum eſt in examine, an fiat febris à ſanguine, non quidem quando non eſt
amplius ſanguis, vt euenit, cùm iam ex toto putruerit, ſed quando adhuc ſeruatur
eſſe, & forma ſanguinis.

Sed dato hunc ſenſum non eſſe alienum à propoſito, quomodo primùm fieri po-
teſt, vt ſanguis,dum eſt putridus, bilioſam febrem accendat, cùm ab ipſo non ſolùm
bilis, ſed etiam melancholia oriatur? deinde eſto totus ſanguis mutetur in bilem,
quis inde inferre poterit, ergo febris à ſanguine iam putri eſt bilioſa? negabo ſanè
conſequentiam, quia vt febris bilioſa efficiatur, non eſt ſatis humor bilioſus, ſed re-
D quiritur etiam eiuſdem putredo, quare licet ſanguis putreſcens totus conuertatur in
bilem, niſi tamen ipſa putredinem contrahat, non poteſt fieri febris bilioſa. Quod
ſi quiſpiam dicat ſanguinem putreſcentem conuerti in bilem putridam, non tollit
difficultatem; quod enim ex putrido naſcitur, non ſtatim dicendum eſt eſſe putridum,
vt acetum, quod fit ex vino putrido, non eſt putridum, nec vermes, qui oriuntur ex
cadauere iam putrefacto, putridi generantur, & ſic de cæteris, quæ ex putredine cor-
ruptis enaſcuntur.

Si verò proteruus aliquis adhuc contendat omninò neceſſarium eſſe, quidquid ex
putrido generatur putridum eſſe, coactus erit fateri à ſanguine putrefacto non ſolùm
bilioſam febrem procreari, ſed etiam melancholicam, quia non ſolùm in bilem, ſed
etiam in melancholiam ratione partis craſſioris, & vtramque putridam; quare cùm
non ſit maior ratio vnius,quàm alterius, ſi ab illa febris fiat bilioſa,ab hac melãcholicã
concedendũ eſt fieri, atque ita febris à ſanguine putrido non erit in eodẽ genere cum

bilioſis ſolùm, quod eſt id, quod ab aduerſario intenditur, igitur hic ſenſus nullo pacto E
eſt accipiendus. Alter etiam ſenſus perquàm acutè confutatur ab eodem Auicen-
na, primùm quia nullum putreſcens, dum putreſcit, eſt iam id, in quod abit, vt patet
ex ſola terminorum cognitione; nam id, quod eſt in via, non poteſt eſſe in termino,
ſed ſanguis, cùm putreſcit, eſt in via, igitur non poteſt eſſe in termino ad quem, nempè
in putrefacto eſſe, ac proinde ſanguis putreſcens in bilem non eſt bilis: deinde quia
bilis ex ſanguine non fit in tempore, ſed in inſtanti; nam eſt generatio, putreſcentia
autem ſanguinis fit in tempore, quia eſt diſpoſitio ad putredinem, & via ad ipſammet
corruptionem, ergo putreſcentia ſanguinis non eſt ipſiuſmet bilis generatio, quare
dum ſanguis actu putreſcit, non adhuc eſt bilis: poſtremò quia quemadmodum ſe ha-
bent humores alij, dum putreſcunt, ita ſe debet habere ſanguis, ſed ipſi, dum putre-
ſcunt, ſunt ſemper, & dicuntur tales, nec amittunt propriam ſpeciem, aut definitio-
nem, aut nomen, ergo nec ſanguis; non eſt enim maior ratio vnius, quàm alterius
humoris, cùm itaque ab alijs putreſcentibus fiant febres ſpecie diſtinctæ, ergo etiam à
ſanguine, ſi putreſcat, concedendum eſt fieri febrem ab alijs diſtinctam. F

His argumentis Auicennas, & vniuerſa Arabum ſchola conuellunt opinionem Ga-
leni, ipſiuſque fundamentum, atque ideo concludunt dari quatuor febrium putrida-
rum genera, quorum tria tantùm, vt ipſorum eſt ſententia, videntur admitti à Gale-
no. Sed his non obſtantibus dico febrem ſynochum putridam poſſe duobus modis
conſiderari: vno modo quatenus ortum ducit à ſanguine putreſcente in primo *v.g.*
gradu putredinis, quando ſcilicet calor extraneus, adeo languidè reſoluit calorem na-
turalem ipſius ſanguinis, vt parum humidi radicalis euaporare faciat, & ſic tenuior
pars tantùm ſenſim diſpoſitiuè conuertitur in bilem, manente adhuc forma, & idea
ſanguinis, vnde febris, quæ tunc ſuboritur, eſt febris ſynochus primi gradus, & poteſt
dici ſynochus putris, & tertiana putris ſimul, non tamen ſimpliciter, ſed vt dicit Gale-
nus quodammodo. Altero modo conſiderari poteſt, prout fit à ſanguine putreſcente
in intenſiori gradu, quando ſcilicet caliditas extranea eſt aliquantò intenſior, ita vt &
calorem naturalem reſoluat, & humidum euaporare faciat, vnde iam attenuatus, &
exiccatus ſanguis naturam ſolius bilis ad vnguem refert, de quo loquens dicebat Ga- G
lenus 2. de diff. febr. cap. 9. in huiuſmodi tranſmutatione craſſas ſanguinis partes non-
dum exquiſitè in atræ bilis naturam tranſiuiſſe, ſed eſſe in quodam quaſi confinio;
quod confinium tale minimè eſt, vt inde febris melancholica fiat, & in hac conſtitu-
tione ſanguis exiſtens febrem facit ſynochum, quæ tertianæ naturam ſapit, & ſub hoc
genere comprehendi facilè poteſt, vnde febris hæc & ſanguinea, & bilioſa dici poteſt
diuerſo habito reſpectu: atque ex his patet de nomine eſſe huiuſmodi quæſtionem, &
Galenum non negaſſe febrem fieri putridam ex ſanguine putreſcente, & fruſtra Aui-
cennam aduerſus eum diſputaſſe.

Hęc itaque eſt illud, quod huic liti dirimendæ ex ipſius Galeni doctrina deprehen-
dere potui, quamquam non me lateat nonnullos adhuc eſſe, qui omninò aliter cen-
ſeant, nec inter ipſos conueniat. Alij enim inquiunt dari ſynochos putres, ſed breuiſ-
ſimo tempore, eoque ferè imperceptibili durare, quod tempus, quia à Medico, quippe
qui artifex eſt ſenſatus, non conſideratur, conſequens eſt, vt nec febrem per id duran-
tem conſiderauerit Galenus, qui vt Medicus loquutus eſt; ſed quia idem breue tempus H
poteſt quidem conſiderari à Philoſopho, ideoque Auicennas philoſophicè febrium
materiam pertractans, ſynochos ex putreſcente ſanguine procedentes libenter admi-
ſit. Hanc conciliationem ante alios affert Cardanus lib. 1. tract. 4. contrad. 14. quam
accepit à Gentile, ſed mihi non probatur, tum quia falſum eſt Galenum vt Medicum
eam omiſiſſe, vt conſtat ex duplici illa hiſtoria ab eodem recitata, in qua vtramque
ſynochum, putrem, & imputrem ſcilicet, curaſſe apertiſſimè affirmat; tum quia nec
verum eſt tam breui, ac inſenſibili penè tempore durare, vt Medici aciem effugiat;
obſeruauit enim idem Galenus ad quartum, & ad ſextum vſque diem perſtitiſſe, vt
narrat in hiſtoria ſerui illius; tum denique quia nec veriſimile eſt Galenum vt Medi-
cum tantùm, & Auicennam vt Philoſophum huiuſmodi febrem conſideraſſe; nam
quilibet in peruestigatione eſſentiæ alicuius rei ijs, quibus præditus eſt habitibus,
appoſitè vtitur.

Alij

A Alij deinde, & mea opinione longè melius, dicunt re vera Galenum hanc febrem
non negaſſe, ſed Auicennam iniuria hoc ipſi tribuiſſe, id quod idem Cardanus loco
cit. animaduertit, inquiens Auicennam libenter Galeno contradixiſſe in ijs, quæ ad
contemplationem pertinent, nec à iurgijs abſtinuiſſe, vt apparet lib. 9. de animalibus
cap. 2. vbi ſcriptum reliquit Galenum dimidium tantùm rerum olfeciſſe, & nihilomi-
nus Philoſophum haberi voluiſſe. Puto equidem eum locum neminem lecturum ſine
maxima admiratione, & indignatione, quòd tam inſolenter tantum virum barbarè
mentiendo momorderit; nam qui libros de vſu partiũ legerũt, non modò philoſophia
refertos, ſed planè diuinos eſſe prædicant. Libri quoque de Hippocratis, & Platonis
placitis, libri de elementis, de natura humana in Hippocratem, de naturalibus facul-
tatibus, & alij etiam, nonne tantam philoſophiam includunt, quæ ſatis eſſet ſine alio-
rum librorum lectione ſummum, & doctiſſimum Philoſophum efformare? ſed quæ
nam amabò tam exquiſita philoſophia eſt, qua aut hic vtitur Auicennas in reprehen-
denda Galeni ſententia, aut in libris de animalibus præcitato loco circa naturam ſe-
B minis muliebris, vbi tam doctè, ac philoſophicè loquitur Galenus, quàm petulanti-
bus verbis ipſe Auicennas in præceptorem eſt debacchatus?

Sed ad id, vnde digreſſa eſt oratio, reuertens dico clariſſimum eſſe apud eos, qui in
Galeni doctrina verſati ſunt, ſanguinem à ſuo ſtatu naturali dupliciter dimoueri poſſe:
primò quando ſolùm ebulliet, & inflammationem ſuſcipit citra putredinem, & ſic
efficitur febris illa ex ſanguine, quam ſynochum imputrem vocamus, in qua calor
blandus exiſtit, ſicut in ephemeris, quæ cum ea ſub eodem genere collocari conſue-
uerunt. Secundo modo, quando præter ebullitionem, ſeu inflammationem in putre-
dinem quoque abit, vt ſupra dictum eſt, quæ ſi lenis eſt, ita vt ſanguis ſeruet adhuc
ſuam naturam, ſub ſtatu tamen imperfectiori, quia partes ipſius tantùm tenuiores diſ-
poſitiuè conuertuntur in bilem, febris ſynochus accenditur contradiſtincta ab alijs
febribus putridis, quæ tamen bilioſa eſt quodammodo: ſi verò vehementior ſit putre-
do, ita vt ſanguis magis ſuperaſſetur, & præter quàm tenuiores partes conuertantur
in bilem, aliqua etiam craſſarum exuſtionis pertingat confinium, alia febris ſynochus
C fieri conſueuit, cui magis quàm prædictæ, bilioſæ nomen aptari poteſt, cùm iam plu-
res partes in bilem ſint conuerſæ; nec vllum inde ſequitur inconueniens, quia iam in
hoc caſu materia illa bilioſa, putrida eſt (licet non omnia, quæ ex putredine fiunt,
ſint putrida, vt ſuperiùs innuimus) & materia melancholica eſt adeo pauca, vt ab ea
nulla deſumi poſſit denominatio.

Ex his igitur apparet rectè cognouiſſe Galenum ſynochos putres, & diſcrimen in-
ter ipſum, & Auicennam verbale tantùm extitiſſe. Nec loca ſuperiùs adducta, quibus
aduerſarij conabantur oppoſitum demonſtrare, quicquam concludunt. Et primò non
vrgent illa ex 2. de diff. febr. & 2. de Criſib. vbi non niſi tria genera febrium putrida-
rum affert; nam vel ibi loquutus eſt de febribus intermittentibus tantùm, vel ſyno-
chos, quia bilioſarum naturam ſapiunt, ad bilioſas reducere voluit. Neque loca, in
quibus videtur Galenus hanc febrem in eodem genere cum ardentibus collocaſſe, &
eandem curationem, atque ardentibus præſcripſiſſe, vrgent, quia ibi loquutus eſt de
febribus ſynochis à ſanguine vehementer putrefacto, & aſſato prodeuntibus, quæ
D rectè bilioſæ, vt dicebam, appellari poſſunt, & ideo ipſis epitheta bilioſarum, & arden-
tium febrium attribuit.

Neque obſtat, vbi ductus pleuritidis exemplo inquit, ſi ſanguis putreſcit, ſequitur
naturam tertianarum; nam loquutus eſt ex ſuppoſitione, nimirum ſi ſanguis futurus
eſt, vt habeat periodum, periodum habebit tertianarum, quia, vt alibi dixerat,
ſanguis quò magis putreſcit, eò magis accedit in naturam bilis, non
igitur præciſè loquutus eſt ſanguinem habere periodum de ter-
tio in tertium; nam vt hactenus dilucidè oſtendi, optimè
callebat ſanguinem initio putrefactionis nondum
eſſe verſum in bilem, atque ideo, quæ fe-
bris ab ipſo accendebatur, eſſe
de genere continen-
tium.

Quæſtio

Digitized by Google

Quæſtio Tertia. E

Morbi dies in puerperio à partu nè, an à febre ſint enumerandi?

Ad Antoninum Alphanum Meſſanenſem Medicum, & Philoſophum acutiſſimum.

DVm amicis has meas lucubratiunculas, mi Alphane, inſcribo, iniquè profectò agerem, ni & tibi aliquid amoris cauſa dicarem. Omnia enim, quæ ab amiciſſimo homine expectari poſſunt à tua humanitate in me profecta eſſe intelligo. Ne itaque iure merito quiſpiam ingrati animi notas mihi inurere poſſet, hanc diſceptionem inter Medicos valdè agitatam tuæ erga me beneuolentiæ ſtatuere volui. Siqûe te exiguum hoc muneris ea, qua in me propendes, voluntate accepiſſe cognouero, nihil mihi vnquam iucundius accidere potuiſſe fatebor. F

Huius inquiſitionis præbuit nobis occaſionem Hippocrates, qui videtur in ſuis ſcriptis in hac materia determinanda varius, & incoſtans; quandoquidem lib. 3. prognoſt.tex. 10.ſcriptum reliquit indicationes debere fieri à partu.Galenus his verbis in commentario eidem aſſentitur, *principium numerationis tibi fiat, non quo die cœperint febricitare, ſed quo pepererunt*, & quod magis eſt, addit, *quibuſdam igitur circa ſecundum, aut tertium incipiunt diem à partu, ex quo multi numerant futuram indicationem, ſed res*, ſubdit, *non ita ſe habet, ſed ex quo pepererint numerationes fieri oportet dierum.* At lib. 1. epid.tex. 3.in Philini vxoris,Epicratis, & Dromeadæ hiſtoria, quæ omnes enixæ ſunt,à morbi die, non à partu computationem auſpicatur; nam vt exordiar ab vxore Philini, hæc filiam peperit, fuitque naturaliter purgata, & in cæteris leuiter ſe habuit, decimoquarto die à partu fuit magna febre correpta. De Epicratis vxore ſcribit Hippocrates eam fuiſſe ſecunda die à partu acuta febre correpta, quod idem dicendum eſt de alijs mulieribus enixis 3. epid. ſect. 2. & de illa, quæ iacebat in foro mendacij, & 3. eiuſdem libri de illa, quæ circa aquam frigidam, & de alia, quæ in Zigico manebant. Omnes enim iſtæ mulieres enixæ ſunt, in quibus Hippocrates ſcribit earum ægritudines à morbo, non autem à partu eſſe computandas. Nullæ aliæ mulieres in hoc libro reperiuntur, quæ pepererint, omnibuſque computationem dierum criticorum à morbo aſſumit. Igitur Hippocrates in theoria tradenda de huiuſmodi diebus alio modo loquitur, quàm in therapeutica. G

Varius Hippocratis loquẽdi modus tantam anſam alijs, qui poſt ipſum ſcripſerunt, tam antiquioribus, quàm recentioribus, præbuit, adeoque eorum ingenia torſit, vt ad intelligendam, & percipiendam hanc veritatem, quò ſe voluant, neſciant. Alij enim ſunt, qui prognoſticis, & theoriæ, alij contra epidemiorum libris, & therapeuticæ magis adhærent,ſuaſque opiniones rationibus quibuſdam ſuſtinere,& defendere contendunt, quæ res adeo intricata, ac difficilis videtur, vt vix extricari, ac diſſolui poſſit. Sunt tamen & alij, qui putant ſe ſatisfeciſſe difficultati, omnemque ambiguitatem de medio abſtuliſſe facta partus diuiſione,nempè partus eſt in duplici differẽtia,naturalis vnus, alter non naturalis, quem aliqui etiam difficilem appellant, quo poſito,dicunt in partu naturali enumerandos eſſe dies à morbo, at in partu non naturali ab ipſo partu. Alij præterea aliam adducunt reſponſionem dicentes morborum euenientium enixis alios eſſe propinquiores, alios remotiores à partu: in propinquioribus partui computandi ſunt dies ab ipſo partu, at in longè diſtantibus, à morbo, & quamuis videantur habere rationes quaſdam pro ſe, ambæ tamen à varijs doctoribus conuelluntur, & primò ab Amato Luſitano, & Maſſaria, qui conantur demonſtrare hanc diuiſionem de partu naturali, & non naturali eſſe ſuperfluam. H

Maſſarias enim lib. de puerperio cap. 13. *primo inquit, quia Hippocrates in vna, vel altera puerpera, quæ habuerunt partus non naturales, ſtatimque à partu ſecundo, aut tertio die febricitarunt, videtur non ab ipſo partu, ſed à morbo dies criticos enumerare, qualis fuit 1. epid. ſect. 3. in vxore Dromeadæ, quæ filiam enixa erat, de qua Hippocrates hæc habet poſtridie eius diei, quo riguerat, aluum commodè reddidit, &c. tertio die circa meridiem rigus,*

A *riguit quartò dolor hypochondrij remiſſus eſt. Adeo vt certum ſit hic dies numerari non à*
partu, ſed à die, quo rigor, & febris acuta mulierem inuaſit, qualis fuit mulier quadam 3.
epid. ſect. 3. ægroto 2. quæ apud aquam frigidam ægrotabat in Thaſo, de qua Hipp hæc ha-
bet: poſt quam filiam peperiſſet, nec eſſet purgata, tertia die à partu febre correpta eſt acuta,
&c. à quo die facto principio deinceps omnes dies criticos enumerat vſque ad octuageſimum,
in quo die mulier obijt. Imò verò quod certè maximè notatione, & admiratione dignum eſt,
hæc ipſa mulier multùm ante partum febre decubuerat, cibumque faſtidierat, vt omnis ra-
tio colligat, vel à febre ante partum, vel ſaltem ab ipſo partu huiuſmodi ſupputatiorem die-
rum fieri debuiſſe. Qualis demum fuit vxor Epicratis, quæ laborabat apud Archegetem, de
qua hæc ſcripta ſunt, inſtante iam partu, rigore correpta eſt, non incaluit, &c. Tertio filiam
peperit, &c. quæ item hiſtoria eſt maximè notabilis; ſiquidem, & ſi mulier ante partum
rigore correpta eſt, quod Galeno quoque interprete in commentario crudorum, & prauorum
humorum indicium habendum eſt, tamen non à die rigoris, non à die partus, ſed à die febris
dies critici numerati ſunt, itaque huiuſmodi hiſtoria planè demonſtrant dies criticos nonnun-
B *quam numerari ab Hippoc. à prima die febris, minimè à die partus, etiam ſi fuerit hic non*
naturalis, & febris 2. vel 3. die poſt partum ſit ſubſequuta. Ex quo apparet neutram re-
ſponſionem ſatis poſſe hanc repugnantiam apparentem diſſoluere.

Quamobrem nonnulli tertiam quandam reſponſionem propterea excogitarunt, qui docent
duas criticorum dierum computationes; vnam à partu, alteram à febre efficiendas eſſe,
quæ quidem mea ſententia duabus prioribus longè abſurdior, & falſior cenſenda eſt; nam
præter quam quòd Hippocrates, & Gal. apertè vnicam tantùm computationem recipiunt,
imò verò Gal. vt vidimus eorum conuellit opinionem, qui dicebant alteram computationem
à febre faciendam eſſe, vt hinc multa ſequantur abſurda, neceſſe eſt. Etenim fingamus mu-
lierem peperiſſe die lunæ, proximo die martis in febrem incidiſſe, quam putemus die vnde-
cima criſim habituram fuiſſe, ex altera quidem computatione à febre iudicium fiet in vn-
decima, altera autem à partu in die decimatertia, quod ſanè totam dierum criticorum,
& criſium naturam, diſciplinamque à Galeno traditam peruertit. Quid igitur dicendum
eſt? ego quidem id primum repeto, hunc nodum mihi adeo difficilem videri, vt nullo modo
C *diſſolui poſſit, quin non erubeſco ingenuè fateri me hactenus nihil potuiſſe, vel de alijs audire,*
vel de me ipſo excogitare, in quo prorſus acquieſcam. Hæc Alexander Maſſarias.

Sed ante Maſſariam Chriſtophorus Aueiga 3. prog. com. 10. hanc de partu naturali
diuiſionem, & ipſe reijcit, inquiens, *quod etiam referunt febrem poſt partum naturalem*
non ſequi partum, & poſt partum non naturalem ſequi partum eſt falſum, addens rationem
inquit, *febres, quæ ſequuntur partus, ob id maximè eas ſequuntur, quòd humores mali, cor-*
rupti, longo tempore accruati agitantur, maximè ſi non ſufficienti quantitate purgentur, quod
ſæpiſſimè poſt partum naturaliſſimum euenire ſolet, vbi ante partum mulier malo victu vſa
fuerit plurimos prauos humores congerens, aut vbi ob ipſorum craſſitudinem non probè pur-
gentur, aut quoniam, vbi acres admodum fuerint, vterus ob dolorem irritatus non admittit
purgationem, hi igitur humores agitati, & non conuenienti copia purgati febrem accendere
poſſunt poſt partum naturalem, cuius cauſa primitiua partus erit: exiſtimare autem poſſe
ex ſolo motu partus febrem euenire eſt falſum, niſi in corpore præfuiſſent mali ſucci, quod Gal.
pluribus in locis teſtatur 3. de morbis popularibus in hiſtoria adoleſcentium, quæ habitabant
D *in foro mendacij, & lib. 1. de morbis popularibus tex. 3. in Sileni hiſtoria, vbi Gal. inquit vbi*
quis ex manifeſtis cauſis febricitare cœperit, ſi nullo modo corpus ad morbum paratum fue-
rit, diaria corripitur febre, motus ergo ſolum febrem non efficiet acutam, de vtroque igitur
intelligenda eſt Hippoc. ſententia, neque eſt, quod diſtinctionem faciamus; partum enim fuiſſe
naturalem nihil refert ad febrem humoralem.

Hi duo authores, vt patet, in hoc conueniunt, vt nolint dari huiuſmodi diuiſionem
de partu naturali, & non naturali, ex qua poſſit tolli controuerſia inter Hipp. loca in
libris prognoſticorum, & epidemiorum, ſed modus probationis eſt longè diuerſus;
nam Maſſarias ex hiſtorijs quibuſdam ab Hippoc. deductis oſtendit ipſum in partu
non naturali enumerare dies à morbo, non à partu, ita vt tam in naturali, quàm in
non naturali enumerat dies à morbo, non à partu, igitur non valet huiuſmodi
diuiſio. Medium verò, quo Aueigas vtitur ad demonſtrandam falſitatem huius diuiſio-
nis, eſt tale; nam præſupponit non poſſe dari febrem putridam in corpore, niſi adſit

appara-

apparatus, & diſpoſitio, quæ eſt ex parte humorum corruptorum in corpore exiſtentium, qui longo tempore coaceruati, neque tempore partus, vt decet, expurgati (ſiue contigat ratione craſſitiei humorum, ſiue acredinis, quo nomine vterus dolore, & morſu irritatus haud molitur purgationem) febrem inducunt, etiam poſt partum naturalem, vtero tunc temporis cauſæ primitiuæ rationem habente. Si igitur huiuſmodi humoris praui tam poſt partum naturalem, quàm non naturalem, ſufficienter non expurgentur febris inducitur, & in vtroque partu erit computatio facienda ab vna, & eadem cauſa, ſiue partus ſit, ſiue morbus. Non igitur ex illa diuiſione in naturalem, & non naturalem partum poterimus difficultatem propoſitam de medio tollere. In partu enim naturali, vt in Philini vxore, humores non fuerunt ſufficienter expurgati in decima quarta die (nam debent expurgari ad vigeſimam quintam vſque) & tunc facta eſt febris, à qua incepta eſt computatio. E

Amatus Luſitanus, & ipſe lib. 1. Centur. Curat. 14. hanc de partu naturali, & non naturali diuiſionem infirmam eſſe, nulliuſque momenti demonſtrat, itaut videatur Maſſarias deſumpſiſſe id ab Amato, cùm ambo conueniant in refellenda prædicta opinione. His ſubſcribit Ioannes Raphaël Moxius lib. 3. de morb. acut. enixarum curandis cap. 26. quo in loco nititur oſtendere nullum partum ex toto poſſe dici ſimpliciter, & abſoluta ratione naturalem, excepto illo Beatæ Mariæ Virginis, cuius alia eſt ratio; omnia enim, quæ euenerunt in illo partu, miraculoſè facta ſunt, quemadmodum conueniebat Sanctiſſimæ Matri Dei. Loquens igitur Moxius de partu mulierum, quæ ex ſemine humano conceperunt, deinde pepererunt, ad hunc loquitur modum. *Cùm aduersò ſit ipſi natura partes vteri compacta, ac ipſi ſubiecta, tùm pubis oſſa per ineffabilem ſynthesim connexa citra grauem laborem, aut dolorem itidem vehementem diſparentur; appendices rurſus venulæ matricis acetabulis diuelli: à fœtus denique calcitratione vrgentis vterum citra acerrimum doloris ſenſum non labefactari. Quare partus omnis etiam ſecundùm naturam difficilis, omnis dolorificus, & anxifer, ſub quadam verò latitudine. Porrò omnis naturalis, & facultatis reſpectu excreti: quamuis ſub moderatione aliquando præternaturam fiat, quando exilijt in pedes fœtus, aut in nates, aut prius alterum extrahit brachium. Verùm & in omni, triplicis illius ſubſtantiæ, maximè inter ſe diſtinctæ, euacuatio fit, fœtus videlicet, membranarum, ac puerperij. Nulla itaque exors doloris, ſi mente integra fuerit, ac ſenſibus; cùm teſtante Gal. lib. 3. de naturalibus facult. cap. 12. omnes partus vehementiſſimus ipſius fœtus conſequatur motus, ex quibus aliqua ſemper in vtero concitatur intemperies, itidem ſolutio continui, quæ ſi non morbi actu, ſaltem proximè ad hunc ſtatum accedunt, de quibus affectionibus apud Gal. fit mentio lib. art. paruæ cap. 88. & intra ſanitatis latitudinem adhuc contineri docet, donec ſenſibiliter lædantur actiones; tunc enim iam ad therapeuticam, ceu morbi neceſſario ſpectant.* Concludit tandem his verbis. *Quamobrem cùm omnis partus neceſſe ſit inchoatiuè, ſeu tanquam principium, omnes illas affectiones continens amplectitur eadem: ab ipſo pariter omnes morbi neceſſariò computandi.* F G

Hic author eſt acerrimus aliorũ reprehenſor modò alios irridens, modò vehementer mordens, qui tamen mea ſententia in hoc caſu ipſe reprehendendus venit, quòd volens refellere eorum opinionem, qui partum diuidunt in naturalem, & non naturalem, potiùs confirmat longo hoc ſermone; nam cùm adduxiſſet, quòd in partu naturali dolores, & moleſtias patiantur mulieres, eaſque omnes iudicio Gal. determinaſſet contineri adhuc ſub latitudine ſanitatis, donec fiat in ipſis actio ſenſibilis læſa, qua ratione concludat dies criticos enumerandos eſſe à partu naturali, non video? Quomodo enim afferens hæc duo membra de naturali, & non naturali partu concludere poteſt à ſolo naturali eſſe computationem faciendam? Deinde rationem, qua ſuam ſtatuit opinionem, dum inquit, id eſſe, quia omnis partus in ſe continet inchoatiuè, & tanquã principium omnes illas affectiones iam dictas, ergo ab ipſo omnes morbi mulieribus enixis euenientes ſunt enumerandi, quòd menſes, ſeu (vt melius dicam) purgamenta ſunt cauſa antecedens omnium morborũ, quamuis nulla adhuc fiat actionum læſio, nullam, aut friuolam eſſe quis non concipit? Id enim eſſe videtur, quemadmodum ſi nos diceremus febrem eſſe enumerandam ab humoribus in corpore exiſtentibus, & paratis ad febrem patiendam, relicta actione læſa, hoc eſt, à cauſa antecedente, H

ſcilicet

A ſcilicet in hoc ſubiecto adſunt humores parati ad febrem, ergo adeſt febris; non videtur enim maior ratio vnius, quàm alterius, mulier hæc enixa eſt, ergo febrit, probat conſequentiam, quia in purgamentis tanquam in principio continetur, & febris, & omnes morbi, qui puerperis euenire conſueuerunt, hic modus arguendi neſcio, an apud Logicos habeatur, vt id quod eſt in potentia, dicatur eſſe in actu.

Tota igitur difficultas in materia propoſita eſt in ſententijs Hippocratis conciliandis, an ſcilicet dies critici ſint accipiendi à partu, an à morbo; quarum ſanè conciliatio difficilis admodum eſt, atque ardua, quandoquidem prudentiores ſcriptores de hac materia tractantes inter ſe diuiſi ſunt; alij enim ſunt, qui doctrinam prognoſticorum ſectantes hiſtorias ab Hipp. in Epidemijs allatas tanquam inutiles, & veluti medicinæ quędam rudimenta omninò ſpernunt determinantes ſemper eſſe partum aſſumendum tãquam principium, & terminum à quo computationis dierum criticorum, non obſtante quouis enixarum morbo. In hoc cenſu enumerandi veniunt ex Arabum familia duo authores celeberrimi, vnus eſt Aliabbas, in Theoricis cap. 8. alter eſt B Auerrhoës lib. 4. cap. 40. qui non modò ſcribit à partu incipiendam eſſe computationem, verùm addit vnum ſilentio minimè pretereundum, & iſtud eſt, quòd quamuis ęgritudo poſt partum per triginta dies ſenſibilior extitiſſet, nihilominus incipienda eſt dierum criticorum enumeratio ab hora partus.

Inter Latinos plures hanc opinionem ſectati ſunt, vt eſt Amatus Luſitanus loco iam citato, qui ad verbum tranſcribit Auerrhois ſententiam, eamque probare contendit, & quod magis eſt, ſcribit Auicennam in eandem veniſſe ſententiam, quod ſe ex textu hebræo cognouiſſe aſſerit, cui tanquam Hebræo (quamuis perfido) fidem adhibendam eſſe ſcribit Moxius. Sed quoniam in textu Venetijs edito 1523. apud Philippum Pinzium fen. 2. 4. tract. 2. cap. 1. necnon & apud Valgriſium ſcriptum eſt. *Et ſi pepererit mulier, deinde accidat ei febris, tunc ſi non computetur ex febre, & non niſi ex partu error eſt illud*, hoc eſt dictu, error eſt, ſi neglecta febre fiat ab hora partus dierum connumeratio, idcirco venio in hanc ſentẽtiam, vt exiſtimem magis eſſe huic textui fidendum, quàm Amato, quamuis Hebræus fuerit. Hanc eandem opinionem habuerunt C etiam multi alij, inter Hiſpanos eſt Franciſcus Valleſius lib. 10. controuerſ. cap. 4. tum lib. 3. progn. 10. & in hiſtorijs tribus, quæ ab Hipp. narrantur proprijs commentarijs. Deinde eſt Ludouicus Lemoſius lib. 5. de optima prædicendi ratione cap. 6. ſed iſti duo Authores inter ſe magno diſtant interuallo, quandoquidem Valleſius ſcribit tunc à partu connumerationem incipiendam eſſe, quando partus non eſt naturalis, Lemoſius verò præſupponens omnem partum eſſe morbum dicit per lochiorum purgationem, tanquam per criſim iudicari, quòd ſi partui tanquam morbo aliquis ſuccedat morbus, aut febris, tunc morbum complicatum eſſe putat, & vnum quemque horum propriam criſim per ſe habere, vnam, quæ fieri debeat à febre, alteram à partu: hinc conſequitur neceſſariò, vt vnus quiſque peculiarem habeat denominationem, vnde eſt, quòd Hipp. in Epidemijs computandi initium ſumit à morbo, in prognoſticis verò à partu. Porrò Thomas Rodericus Aueiga, & Moxius ſupra citatus opinionem Amati tanquam veriorem admittunt, quin omnibus, quæ ab ipſo dicuntur, Moxius liberè ſubſcribit, ipſumque præ cæteris commendans eius doctrinam D ad cœlos vſque extollit lib. 3. cit. cap. 26. hæc ſunt ipſius verba.

Ad hunc difficilem ſoluendum nodum, & intricatam explanandam difficultatem nemo vnquam (meo ſaltem iudicio) acceſſit propius quam Luſitanorum doctiſſimus Amatus. Hic inquam neglectis hiſtorijs Epidemicis, & relicto Hipp. diſſidio, prognoſticum tantum amplectitur Oraculum, & ceu Polieleti regulam idem nobis ſeriò proponit, neque diſſidium Hipp. vitio vertendum, quia cùm ipſe ex Gal. lib. 2. de diebus decretorijs cap. 6. lib. 5. Epidemicos priùs ſcripſiſſet, quàm prognoſticos, plurima quidem in illis infirma, impolita, informia enarata fuere, quæ quiſpiam verius abieciſſe, quàm peperiſſe Hipp. æſtimabit. Indeque in vſu medico ſola ille obſeruatione, & adumbrata quaſi manu annotauit, in his ceu aduerſariorum libris perfunctoriè ſcripſit. Ex his autem mox curioſius, & accurato opere elicit reliqua, quæ vltima iam linea perpolita aneis exarauit tabulis, vt quæ diſperſa, & inculta eſſent, denique admirabili eius ingenio, ac penè diuino cuncta affabre in artem redigeret. Hoc præſtitit in conſtruendis diuiniſſimis illis Oraculis aphoriſticis, prognoſticis, ac fortè

Bbbbb *coacis*

Digitized by Google

coacis ſcripta docent: conſenſus vna omnium ſapientum ab illo ſæculo ad hæc vſque noſtra E
tempora. Cùm igitur libri hi inter reliquos Hippocratis, (nec coacas detraho illis demptis
oraculis, quæ pernicioſè à quibuſdam impoſtoribus ſunt inſerta) & limatiores ſint, & ab omni
erroris fæce expurgatiores, ad hos inquam tanquam ad ſacrum Delphicum fanum confu-
giendum cenſemus, vt diuina huius tantæ artis accipiamus reſponſa. Quare in hoc labyrintho
difficili expeditius multo erit per hanc irrefragabilem ſemitam prognoſtici oraculi ſenſim
incedere, quàm obſcuram, ac ambiguam epidemicarum obſeruationum iter proſequi. Quid
quod & ducem tum habebimus clariſſimum Galenum, qui huiuſmodi iter dirigit, dum totis
viribus, ac seriò fœminis à partu iudicationes fieri tueatur?

Sed huiuſmodi tam audax determinatio non poteſt mihi probari, nec me latet lib.
epidemiorum aliquos à Galeno reprobatos eſſe, vt eſt ſecundus, quartus, quintus, &
ſeptimus, at primus, & tertius, non ſolùm probantur tanquam Hippocratici ab eodem
lib. 2. de diff. reſpirat. cap. 8. verùm commendantur maximè 3. de diff. reſpirat. cap. 1.
his verbis. *Quemadmodum autem primus, & tertius non ſolùm ab Hipp. compoſiti viden-*
tur eſſe ijs, qui optimè de his ſentientes adiudicant, ſed etiam ob ſpeculationis familiaritatem F
mutuò inter ſe connexi, & Anutius Phœſius in horum librorum proœmium de his ta-
le fert iudicium, *primus, & tertius morborum vulgarium liber ſtudio, & exquiſita cura in*
id, vt ederentur, ſcripti videntur, tamq́ue perfecto acuminis genere limati, vt nullam artis
accurationem deſiderent; nam & ſplendidam quandam, minimeq́ue veteratoriam vtrique
communẽ tractationis rationem continent, eoq́ue ſtyli coniunctione inter ſe conſentiunt, vt ex
vno, eodemq́ue perenni fonte Medicinæ manare videantur. Crebra eſt in his Hippocraticæ
frugalitatis copia, magna artis comprehenſio, dictionis grauitas ſumma, ſententiarum ingens
pondus, cognitionis ratio tanta, quanta & ad ſcientiæ rationem, & ad artis ſpeculationem
animo informandam homini expedito, & non indiligenti ſatis eſſe poſſit.

Et alio in loco addit. *Nec verò vlla in re eorum gratia effundit narratio rerum ſimplex,*
& nuda omni ornatu orationis tanquam veſte detracta, ſed ſanè quò magis recta ſunt, & ve-
nuſti eò certè propiùs Hipp. parſimoniam redolent; nam vt preſſam Hipp. copiam æqualiter
fuſam per totam orationem adhibent, tantaq́ue rerum varietate, atque verborum pro-
prietate diſtinctam, vt ſint quaſi in ornatu diſpoſita quædam inſignia, & lumina. Mercu- G
rialis in pulcherrima illa Hippocratis cenſura ſcribit ex Galeno primum, & tertium
epidem. librum ſcriptum eſſe ad hoc, vt editioni traderetur, alios verò ad memoriam,
& quamuis libri epidem. ab Hipp. primò ſcripti fuerint, deinde libri prognoſticorum,
non propterea ita ſpernendi veniunt, vt illis abiectis ſolùm legantur prognoſtica, cùm
alius docendi modus in prognoſticis, & alius in epidemijs ſeruetur; in prognoſticis
enim fit veluti progreſſus quidam ab vniuerſalibus ad particularia, at in primo, &
tertio epidem. libro ordo talis eſt, vt omnia, quæ ægris contingerunt, ad vnguem
deſcribantur, quod à Galeno ſcriptum eſt, ſect. 2. in 1. prorrhet. com. 40. ita vt progreſ-
ſus videatur à particularibus ad vniuerſalia.

Cauſam huius diuerſitatis lepidè admodum adducere viſus eſt mihi Chriſtophorus
Aueiga in proœmio libri epidem. quæ eſt, quòd eo tempore, quo Hipp. ſcribebat lib.
epidem. capiebat ſingularium experimenta, quibus iam acceptis in vniuerſalem do-
ctrinam deduxit, quæcunque experimẽto inuenit, libroſq́ue prognoſticorum ſcripſit.
Hanc ſententiam à Galeno deſumpſit 1. lib. de diebus decretorijs cap. 3. hinc eſt, H
quòd quamuis libri epidem. primò ſcripti fuerint ab Hippocrate, nihilominus vult
Gal. 4. de diebus decretorijs in fine, priùs legendos eſſe libros prognoſticorum tan-
quam magis vniuerſales, libros verò epidem. nempe primum, & tertium tanquam pe-
culiariùs, & magis ad praxim, & ad opera medica facientes poſteriùs. Non igitur ſper-
nendi ſunt libri epidem. vt voluerunt prædicti authores, ſed omnes tanquam legitimi
fœtus Hipp. recipiendi; libri enim prognoſt. ad theoriam magis ſpectare videntur,
& libri epidem. ad praxim. Hoc ſtante, vt ſoluatur hæc apparens contradictio, dicen-
dum eſt aliud eſſe loqui de rebus in vniuerſum ad theoriam ſpectantibus, & aliud eſt
loqui particulariter, & determinatè de rebus ad praxim attinentibus: Hipp. libris pro-
gnoſticorum loquens de dierum criticorum initio aſſumendo determinauit illud enu-
merandum eſſe à die partus in vniuerſum, in particularibus verò mulieribus, nempe
ægrotantibus voluit principium ſemper eſſe accipiendum à die morbi, quemadmo-
dum

A dum ipſe obſeruauit in epidem. lib. 1. & 2. & hanc puto eſſe veram huius loci deter-
minationem; nam libri omnes Hipp. veri, & germani tanquam oracula quædam in
medicina facienda habendi ſunt, nec vnus reijciendus, alter recipiendus, ſed pro ma-
teriarum diuerſitate modò vni, modò alteri adhærendum.

Quæſtio Quarta:

An liceat puerperas medicamento cathartico expurgare?

Ad egregium virum Mutium Ferraram Meſſanenſem almi patrij Collegij Medicum, & Philoſophum ſapientiſſimum.

EA eſt, ſapientiſſimè Muti, tua erga omnes humanitas, & ſumma bene-
uolentia in amicos, vt cuiuis te paratum eſſe ad benemerendum de ſe
B ſperare liceat. Sed ſicuti eiuſmodi ſpes neminem hactenus fallere po-
tuit, ita mihi certiſſimam fore, vt contingat, omninò confido. Scio
enim quibus ſemper laudibus, honoribus, ac omni affectus genere
(vtinam meritò) me proſequutus ſis, & quanta voluntatis inclinatio-
ne in me propendeas. Cùm igitur hanc diſceptationem ſub alicuius tutela ſtatuere
vellem, quò immunis, & illæſa à calumniantibus (ſi qui fortè aderant) euadere poſſet,
tu planè eligendus fuiſti. Quis enim libentius mea reſpectat, quàm tu, aut quis potior
eſt ad patrocinandum aliena, quàm illa tua verſatilis ſapientia, quæ æquè apta eſt
vtrique parti mirum in modum defendendæ? A precibus itaque fundendis, vt huius
quæſtionis patrocinium ſuſcipias, prorſus abſtineo; haud enim eſt mihi dubia tui pe-
ctoris conſtantia. In eo tantùm me excuſatum velim, quòd dum rem leuiter exami-
natam tibi homini ſpeculationibus maximis addicto offero, tua forſitan rerum gra-
uiſſimarum ſtudia interturbaturus accedo.

Ad quæſtionem huiuſmodi determinandam authores de gynæciorum materia ſcri-
C bentes inter ſe diſcordes ſunt; alij enim partem affirmatiuam, alij è contra partem
negatiuam ſuſtinere conantur, etiam ſi in vnum conueniant, nempe ad conceptum
faciendum, & ad ipſum nutriendum menſtrua neceſſaria eſſe, pro variaque ipſorum
natura mulieres magis, vel minùs ſanas, & ad conceptum gerendum, & ad partum
diſpoſitas reddi, de quibus pro recta quæſtionis propoſitæ determinatione breuiter à
nobis agendum eſt. Auicennas lib. 3. fen. 21. tract. 3. cap. 1. dicebat menſtrua tem-
perata in qualitate, & quantitate, & ſuo tempore ſecundùm conſuetudinem naturalem
periodicè fluentia eſſe cauſam ſanitatis mulieris, & mundificationis eius ab omni no-
cumento, & facere ipſam acquirere caſtitatem, & paucitatem deſiderij: de menſtruo
igitur ſanguine meritò primùm agere aggredimur dicentes eum pluribus nominibus
donari; nam alij flores vocant, alij menſes, ſeu menſtruos, alij lunares purgationes, alij
tempora, nõnulli conſuetudinẽ, & alij denique malã ſeptimanam: hæc quo ad nomen.

Quod ad eſſentiam, & naturam ipſius attinet, definitur ab Ariſt. lib. 1. de gener.
animal. cap. 20. & à Gal. 14. de vſu par. cap. 8. quòd ſit ſanguis in muliere ſuperua-
D caneus, crudus, ſed vtilis ordinatè, & ſecundùm naturam profluens, ex cuius definitio-
nis examine ſpero fore, vt menſtrui, ſeu menſtruorum natura à nobis tanquam in
tabella depicta appareat. Dicitur in primis, quòd ſit ſanguis ſuperfluus, & vt dicebat
Galenus, vtile excrementum vltimi alimenti cunctarum partium; nam re vera eſt ſu-
perfluus reſpectu nutritionis mulieris, & proinde à natura expellitur. Dicitur ſecundò,
quòd ſit ſanguis crudus, vt ab eo diſtinguatur ſemen, quod eſt excrementum vndequa-
que coctum, ſanguis verò hic quamuis proportione ſemini correſpondeat, non eſt
tamen coctus, vt infra patebit. Tertia particula, quòd ſit ſanguis vtilis, ſeu excremen-
tum vtile ad differentiam aliarum fluxionum vteri, in quibus ſanguis inutilis prodit.
Quarta differentia eſt ordinatè profluens; nam ſunt alij humores, qui ex vtero exire
conſueuerunt, ſed abſque vllo ordine. Vltima differentia eſt, quòd ſanguis hic exit
ſecundùm naturam, ad differentiam aliarum excretionum; omnis enim excretio ſan-
guinis præter naturam eſt, hac menſtrua purgatione excepta.

In hac definitione duo conſideratione digna occurrunt, vnum, & primum eſt, cur E
poſita ſit hæc particula, ſuperfluus: ſecundò an huic definitioni addenda veniat iſta
particula, ad animalis generationem, & nutricatum, vt voluit Andræas Laurentius.
Ad primam omnes communiter de gynæcijs ſcribentes reſpondent, id eſſe propter
frigiditatem mulieris, & ipſius humiditatẽ, quo nomine ſanguine abundat; nam alimen-
tum, quantum expedit pro totius corporis nutritione, concoquit, ac propter caloris in-
becillitatem id, quod redundat, per halitum digerere nequit, ac proinde plus ſangui-
nis, quàm pro nutritione partium ſit vſui, accumulat, cuius partem, cùm ſibi concoxe-
rit, & aſſimilauerit, reliquam tanquam ſuperfluam per vterum excernit: hæc quan-
tum ad primam difficultatem.

Ad ſecundam, non videtur addendum eſſe ad fœtus generationem, aut eiuſdem nu-
tricationem; nam ſi hoc eſſet, inquit Moxius lib. 1. de morb. acuto. curat. per venæ
ſectio. cap. 19. opus foret ipſum ſanguinem in vtero ſeruare, quod mulieri infe-
ſtiſſimum eſſet, eò quòd non ſemper mulier vtero gerat, & tamen ſemper illud in-
diget expurgare. Subdit. *Rurſum & expurgare illa eſſet præter naturam; cùm continge-* F
*ret illa foras expulſio præter natura vniuerſa ſcopum affectantis generationem, & nutrica-
tum. Quare cùm finit priuata natura, huius videlicet, vel alterius fœmina ſit hanc, & illam
à colluuie redundãtis liberare, optima ratione illa verba ſuperuacanea cẽſenda.* Addit mox.
*Per accident itaque particulari natura contingit fœtum ex illa materia generari, mox nu-
triri quamuis per ſe condonetur natura vniuerſa exoptanti hac arte ſpeciẽ ſeruare hominis.
& ita, vt conſequatur ſcopum, appoſitè fœminam conſtruxit temperamenti frigidi, & humi-
di, delicatam, & laborum impatientem, vt valeat ita copioſum ſanguinem gignere, ac diù
ſeruare redundantem, vltra nutricatum ſingularum eius corporis partium carnoſarum, &
hæc redundans portio materies ſit huius ſecundùm naturam excretionis.* Hæc Moxius.

Verùm ſi rectè conſiderentur hæc omnia, quæ ab hoc Authore ſcribuntur, videbi-
mus, quòd ad nutritionem, aut generationem ipſius fœtus non ſit opus, vt ſanguis
contineatur in illis mulieribus, quæ vtero minimè gerunt; nam cùm huius gratia ſan-
guis ad vterum mittatur à natura primò, hinc ſit, vt in grauidis mulieribus aſſeruetur
in vtero, in illis verò, quæ minimè vtero gerunt, à natura expellitur, tanquam quid ſu- G
perfluum. Nec eſt quid præter naturam, niſi ratione quantitatis; eſt enim Galeni tri-
tiſſima doctrina nullam ſanguinis euacuationem eſſe ſecundùm naturam, ea excepta,
quæ ab vtero euacuatur; conſueuit enim natura ſtatis quibuſdam temporibus ſe ab hac
copia ſanguinis exonerare: quare rectè in definitione vtraque particula poſita fuit,
verùm cum hac diſtinctione; nam prima conſideratur reſpectu indiuidui, hoc eſt mu-
lieris in vtero nihil habentis, & tunc ſanguis tanquam ſuperfluus ab vtero mulieris à
natura expellitur. Quòd ſi ſecundo modo conſideremus mulierem, quatenus ſcilicet
vtero gerit, tunc hæc particula, nempe quòd ſanguis hic ſit pro generatione, & nutri-
catione, eſt neceſſaria. Ex hactenus dictis de hac definitione menſtruorum ſatis appa-
rere puto menſtruum, ſeu menſtrua eſſe neceſſaria tam pro indiuidui conſeruatione,
quàm pro ſpeciei propagatione; ſunt enim cauſa, ſine qua ſpecies cõſeruari nõ poteſt.

Cùm verò dictum ſit huiuſmodi menſtruas purgationes eſſe ſecundùm naturam,
nec peccare niſi ratione quantitatis immodicè, non reſpectu qualitatis, inſurgit non
negligenda difficultas, quia Fernelius ſcriptum reliquit ex authoritate Ariſtotelis, H
Columellæ, Solini, Aeliani, & Gentilis, menſtruum multa mala inducere, & proinde
eſſe prauæ qualitatis tam manifeſtæ, quam occultæ. Qui vult videre, quæ mala indu-
cat menſtruum muliebre, legat Rodericum à Caſtro de vniuerſa mulierum medicina
lib. 2. cap. 10. vbi adducit prædictos authores, aſſeritque Gentilis duplicem ſanguinis
differentiam, vna eſt, quæ ſingulis menſibus à corpore mulieris effluit, altera verò pro
ſanguine conueniente fœtus nutritioni: illum quantitate, & qualitate vitioſum eſſe,
hunc ſola quantitate, ait, quem etiam ſperma mulieris vocant, & quamuis ſcribat Ro-
dericus à Caſtro Gentilem cum Ariſtotele, Auicẽna, & eorum interpretibus multipli-
citer ludificari, eius tamen, ac reliquorum de hac re ſententia poteſt etiam, inquit, ex
Zabrorum legibus comprobari, vbi mulier, cui menſes fluunt, ſola domi manere præ-
cipiebatur, loca cremabantur, in quibus pedem poſuerat, neque ſolùm pollutus erat,
qui eam alloquebatur, ſed ſuper quem ventus ab ea parte, vbi foret, tranſiiſſet.

Verùm

Digitized by Google

A Verùm ſi rectè ea ponderentur, videbimus omnes huius opinionis aſſertores ſan-
guinem illum à natura ad vterum tranſmiſſum ex propria conditione perniciosum, ac
peſtiferum eſſe exiſtimare, ideoque ex eo fœtum in vtero alimentum non capere, ſed
alium ex corpore pro alimento allicere. Hoc omninò à ratione eſt alienum; ſi enim
non alia de cauſa niſi propter fœtus generationem, & nutritionem natura in fœminis
maiorem ſanguinis vbertatem excogitauit, id quod ipſius exuperat, vitioſum eſſe non
eſt credendum. Nam per eaſdem vias eſt tranſmiſſum, per quas fœtus alitur: inſuper
lactis, ac menſtrui eadem eſt natura; ſi igitur illud alimenti rationem habet, hoc etiam
fœtum nutrit. Ad hæc ſi veneficus eſſet, fieri profectò nullo modo poſſet, vt per id
tempus, quo naturaliter aggregatur, non officiat, & illius auctione ſymptomata quo-
que terribilia augeantur: parua quidem copia alterius humoris præter naturam, nau-
ſeam, vomitum, alui fluxiones, dolores, febres, vigilias, & ſimiles calamitates ſolet ex-
citare, cur igitur ſi venenoſus hic humor eſt, vehementiora non facit, quando maiori
copia accumulatur, & diutius cohibetur?

B Dicet forſan quiſpiam propter conſuetudinem à fœminis faciliùs tolerari perni-
ciem hanc: ſed erit inſtantia de iuuenculis, quibus primùm menſtruum erumpit nulla
præhabita conſuetudine; ſimiliter & de prægnantibus, in quibus naturaliter ſupprimi-
tur, quidquid autem ſecundùm naturam detinetur in ſanis, non poteſt per ſe nocere
corpori, cui ineſt. Addas, quòd ſaltem nondum aſſuetum fœtum enecaret, generatio-
nemque prohiberet, vel lac ſaltem conſpurcaret, at experientià contrarium compro-
batur; videmus enim toto geſtationis, lactationiſque tempore menſes ſupprimi, nec
tamen, vel fœtui, vel matri per ſe officere. Hæc ſunt argumenta, & alia pleraque, quæ
à doctiſſimo viro in medium afferuntur, quibus pulchrè redarguit eorum ſententiam,
qui aſſerunt ſanguinem menſtruum pernicioſum eſſe. Hiſce addi poteſt, quòd quantò
in maiori copia aggregaretur, tantò acquireret efficaciorem corrumpendi vim, & fa-
cultatem, atque ita in vltimis menſibus, in quibus maior quantitas accumulata eſt, fœ-
mina deteriùs ſe haberet, cuius tamen contrarium euenire in dies obſeruamus.

Hæc res cùm ita ſe habeat, & videamus quotidie menſtruum plurimarum ægritu-
C dinum ſæpiſſimè cauſam eſſe, potiùs dicẽdum eſt ſanguinem in fœmina redundantem
duplicem eſſe. Non loquimur de menſtruo, & ſeminali (quod putauit Gentilis) ſed
primò de ea ſanguinis portione, quam natura ſingulis diebus ab vniuerſo ſanguine
ſegregat, & paulatim in vtero collectam menſtrualem efficit purgationem. Eiuſmodi
portio redundat ex nutritione partium ſingularum, itaut ex ſingula coctione ſanguis,
qui ſupereſt non grauidis, nec lactantibus, in vaſis vteri paulatim reponatur, & poſtea
ſingulis menſibus erumpat. Grauidis hic idem ſanguis in fœtus alimoniam cedit, la-
ctantibus per vberiorem elaborationem à propria mammillarum ſubſtantia in lac
conuertitur, quare clariſſimum eſt humorem hunc ex propria natura partem eſſe ſan-
guinis purioris illius, quem natura pro fœminarum alimonia ſeiungit, atque eſſe eiuſ-
dem ſubſtantiæ, & qualitatis cum eo, vt pote ab eiſdem alimentis, facultate, eodemque
natiuo calore genitum, ac gubernatum, & ſuis venis, & locis contentum ad excretio-
nem vſque, quibus vnumquodque commodè conſeruari ſolet. Cùm verò ſanguis iſte
ſuperfluus, aut excrementitius dicitur id, non ad qualitatem manifeſtã, vel occultam,
D ſed ad quantitatem referendum eſt, quandoquidem ſi quod vitium illi ineſt, & reliquo
toti ſanguini commune exiſtit, proprium verò, & peculiare nullum poſſidet, quare
dicimus aſſertiuè hunc eſſe benignum fœtus in vtero alimentum.

Infante poſtea in lucem edito à prouida, & ſagace natura in mammas deferri ſolet
ille ſanguis, vt ibi lac iucundiſſimum fiat alimẽtum, & quemadmodum ſemen, alterum
noſtræ generationis principium, puriſſima eſt ſubſtantia, ita menſtruus ſanguis: neque
ob aliam cauſam infantes, & pueri plus habent natiui caloris, & humidi ſubſtantifici,
quàm quia his duobus puriſſimis, & laudabiliſſimis generationis principijs proximi
ſunt. Quin etiam natura ſagax ex menſtruali ſanguine lac conficere decreuit, vt ſimile
haberet fœtus alimentum ſuis principijs, quem ſi craſſiori, aut minus benigno alas ob
ſimilitudinem contabeſcit, ea propter igitur lactanti fœminæ menſes denegauit, vt
eorum materia ferretur ad mammas, nec illicò poſtquam editus eſt, deſtitueretur in-
fans aſſueto, ac ſibi familiari alimento.

Sed inquires fortaſſe, quæ nam fuerit cauſa, cur infantes, quàm matres præſtantio- E
ris, laudibilioriſque caloris, ac ſubſtantiæ oriri in dies obſeruantur? Reſpondet Gale-
nus lib. 10. de vſu. par. cap. 6. & Auicen. lib. de animal. 9. cap. 3. id euenire, quòd
infantes ex puriori totius ſanguinis parte alimẽtum intra vterum ſumpſerunt, & quòd
magis admirabile eſt, hic ſanguis facultatem perinde, ac ſemen poſſidet, ſed tantò mi-
norem, quantò plus materiæ informando fœtui ſubminiſtrat; nam cùm ex materia, &
facultate vnumquodque animal gignatur, & in ſemine, & in menſtruo vtrumque prin-
cipium effectiuum, & materiale ea moderatione, quam ex Galeno diximus Decade
Quarta contineatur, ab eo carnoſæ partes materiam, & formam accipiunt, eóque at-
tracto conceptus in vtero nutrimentum capeſcit, & in lucem editus alitur.

Secundo modo ſanguis meſtruus conſideratur, quatenus in mulieribus nec lactan-
tibus, nec vterum gerentibus congeritur, & in corpore, tanquam otioſus, ac nullius
vſus detinetur, & circa vterum coaceruatur, vbi longa facta mora ſenſim etiam alie-
nam acquirit qualitatem ab alimenti ſinceritate longè diſtinctam. Qui etiam niſi con-
ſuetis temporibus expellatur, ſuperiùs allata ſymptomata, ac innumera penè mala F
producere conſueuit; certiſſimum enim eſt vtero permagnam eſſe vim, vt qui non
modò grauiſſimorum morborũ cauſa ſit, ſed etiam corporis totius temperamentum
immutare poſſit. Is igitur ſi à ſuo temperamento receſſerit, ſi vitioſos humores aut in
acetabulis, aut in cornibus, aut inter tunicas receperit, aut ſinu ſuo collegerit ſangui-
nem menſtruum, eam partem, quæ primùm confluxerit, & in ſe diutiùs retinuerit,
eodem vitio inficit, atque deprauat. Verùm vitium hoc ex accidenti potiùs, quàm na-
tura ineſt huiuſmodi ſanguini, quia aliàs in muliere benè conſtituta omnis vitij expers
gignitur, vnde planum ſit non in omnibus vitiari, ſed in ijs, in quibus præter conſue-
tudinem moratur; nam plus afficit, ſi vna die vltra menſem detinetur, quàm toto
mẽſis ſpatio, tantùm valet cõſuetudo, & naturæ illa lex æterna, à qua in vaſis regulatur.

Hinc apparet dicendum non eſſe omnes menſtruatas fœminas ſpeculum maculare,
ſegetes exurere, aut ea mala inferre, quæ à ſupradictis ſcriptoribus dicuntur, ſed illas
tantùm, quibus deterrimum ineſt vteri, vel totius corporis temperamentum, vel mor-
bus aliquis, aut improſperè procedunt menſes, neque propterea menſtrui duæ con- G
ſtituendæ ſunt partes, ſpecies, ac differentiæ, quod fecit Gentilis, ſed eundem duobus
modis varijſque temporibus conſideramus, quandiu nimirum integer corruptus ma-
net, aut è contra, ex quibus ſatis patere puto, quàm parum appoſitè de menſtrui ſan-
guinis prauitate cum Plinio, & Ariſtotele Fernelius indicauerit.

Sed fortaſſe afferas mihi exemplum de variolis, & morbillis, in quibus magna eſt
malignitas, & pernicies, vt experientia quotidiana demonſtrat, quam non aliunde
contraxiſſe, niſi à menſtruo ſanguine, eſt communis Philoſophorum, & Medicorum
conſenſus. Verùm huiuſmodi teli impetus, quamuis validus ſit, poteſt repelli; nam
ſanguis in fœmina redundans in tres diuiditur partes, quarum prima toto geſtationis
tẽpore materia ſit generationis, & nutritionis conceptus; eam enim, ſi purior, ac ſin-
cerior exiſtat, fœtus per acetabula pro alimento trahit, ſecunda vltimis menſibus ad
mammas recurrere incipit, cum fœtus iam mouetur, vt naturæ mutationibus in lac
conuerſa recenter nato infanti familiare, & conueniens præſtet alimentum, tertia eſt
ea, quæ in venis vteri aſſeruatur vſque ad tempus partus, quæque ab alimento redun- H
dans inter tunicas depoſita, ac mora contaminata, & infecta in ipſo partu, & aliquan-
diu poſt copioſè dimanat. Hæc vltima pars, cùm deterioris ſit conditionis, ſanguinem,
qui defertur ad vterum pro fœtus nutritione, ſua qualitate in tranſitu inficit, qui dein-
de iecur fœtus, & illius membra ſimili qualitate afficit, nec mirum ſi cùm fœtus no-
uem menſium ſpatio in vtero contineatur, propter contactum imbibat qualitatem
illius ſanguinis retardati, quæ qualitas, ſiue fermentum in poſterum quibuſdam tem-
poriùs, alijs ſeriùs cauſa eſt ebullitionis in ſanguine, vnde efflořeſcentiæ illæ, ac vario-
læ emergunt.

Hæc determinatio veriſimilitudinem maximam habet, ſed tamen infringi poteſt
hac inquiſitione, cur ſit, quòd ſanguis hic nouem menſibus citra euidens vitium in
mulieribus vtero gerentibus detineatur? Reſpondet huic obiectioni Rodericus à
Caſtro lib. 1. cap. 10. dicens. *Incolumen ibi aſſeruari, quòd partim repleat vaſa, partim*

fœtui

Digitized by Google

A *fœtui præſtet alimentum, pars verò illa, de qua (inquit) agimus, in ſecundina colligatur, quam ob id familiariſſimam ſanguinis ſubſtantia natura fabrefecit, vt ibidem citra euidentem corruptionem toto geſtationis tempore contineri tutò poſſet.* Hancq́ue ſecundinam placentam aliqui vocant, Iulius Arantius conciuis meus meritò eam appellauit iecur vterinum, eò quòd in ipſa ſanguis aliquam aſſumat alterationem, eſt etiam & Galeni ſententia lib. 1. de cauſis ſympt. dicentis fœtum non ſolùm nutriri optimo, & laudabili ſanguine, ſed impuro, & vitioſo: & hæc ſunt, quæ ad naturam ſanguinis menſtrui pertinere hoc in loco viſa ſunt mihi, & notatione digna. De his loquens Hipp. lib. de natura pueri. tex. 90. ex Zuingeri diſtributione ſcribit, quòd ſi omninò non purgetur mulier à partu, morbus magnus ipſam corripiet, & periculum vitæ incurret, niſi citò curetur conueniente purgatione indicta.

Ex his omnibus ſatis luculenter apparere puto menſtruas purgationes oriri ex puriſſimo mulieris ſanguine, qui vbi in puerperas deferatur, benéque expurgetur, mulieres ſanæ redduntur, & vbi retineatur præter naturam, variorum morborum eſt
B cauſa. Verùm cùm dixerimus menſtrua eſſe neceſſaria tam pro indiuidui mulieris conſeruatione, quàm pro ſpeciei propagatione; ſunt enim cauſa, ſine qua ſpecies conſeruari minimè poteſt, cumque in definitione ſtatuerimus ſanguinem ordinatè, & ſecundùm naturam profluere, opus eſt ad rectam intelligentiam eorum, quæ de morbis mulierum dicturi ſumus, vt breui inquiramus, quonam tempore huiuſmodi menſtrua, ſeu menſes incipiant fluere, quo tempore deſinant, quam periodum ſeruent, & quæ ſit quantitas exeuntis ſanguinis in ſanis mulieribus.

Ad primum Ariſt. 7. de hiſtor. animal. cap. 1. vult magna ex parte incipere circiter decimumquartū annum, quo tempore maribus ſemen apparere conſueuit; ſimulque vterque ſexus varijs mutationibus ſubijcitur. Hanc ſententiam ſequuti ſunt omnes Medici, quamuis in quintodecimo anno, & vſque ad decimumſeptimum extendatur aliquando. Ad ſecundum reſpondet Ariſtot. lib. citato cap. 3. id vt plurimùm euenire in quadrageſimo, & quinquageſimo anno, vt experientia demonſtrat veriſſimum eſſe, licet aliquando tardiùs, aliquando citiùs fiant. Quod attinet ad quantitatem menſtruæ
C purgationis, non ita clarè determinari poteſt; nam quamuis ab Hippocrate ſcriptum ſit quantitatem eſſe debere duorum, aut trium heminarum, ſcilicet duarum librarum, & ſemis; nihilominus experientia oſtendit in maiori, & minori copia eſſe poſſe pro diuerſitate mulierum. Virgines, & quæ ſunt iam propè declinationem, paucam quantitatem emittere docet euentus, quæ verò in media ſunt ætate poſſunt etiam variare pro varijs habitu corporis, complexione, victus ratione, conſuetudine, regione, & alijs huiuſmodi circumſtantijs; non enim in omnibus mulieribus aſſignari poteſt determinata quantitas menſium exeuntium.

De periodo non omnes authores conueniunt; nam alij vno die abſolui, alij duobus, tribus, quatuor, aut pluribus exiſtimant, quod & experientia confirmat. Libro Leuitici cap. 12 terminus eſt ſeptem dierum, mulieribus quippe quæ marem pepererunt, in ijs verò quæ fœminam, terminus eſt quatuordecim dierum. Hippoc. 1. de morbis mulier. in ſana muliere ſtatuit terminum ad duos, aut tres dies: longius, aut breuius tempus, inquit morboſum, aut ſterile eſſe. Ariſt. 7. hiſtoriarum cap. 2. laudat hanc Hippocratis
D ſententiam; ſcribit enim faciliùs agi cum his, quibus breuiori tempore, hoc eſt biduo, vel triduo, difficilius autem cum quibus protrahitur; mulieres enim eo tempore laborant.

Sed hoc loco non ſpernenda inſurgit controuerſia; nam ſcribit Ariſtot. paucis mulieribus ſingulis menſibus, plurimis verò intermiſſo vno menſe menſtrua moueri, quæ ſententia non modò repugnat Galeno 4. de vſu partium cap. 8. ſed omnibus Medicis, & experientiæ; videmus enim vt plurimùm in mulieribus ſingulis menſibus moueri. Plerique authores in Ariſtotele tuendo multum laborant, inter quos eſt Albertus Magnus lib. 9. cap. 2. qui ſcribit hanc ſententiam totam eſſe peruertendam, & vbi dicitur paucas mulieres ſingulis menſibus, plurimas verò vno intermiſſo purgari, legendum eſſe plurimas mulieres ſingulo menſe, paucas verò tertio menſe purgari. Auguſtinus Niphus Sueſſanus conſiderans hanc eandem propoſitionem dicebat veram fortaſſe eſſe in ſuis regionibus: alij verò dicunt Ariſtotelis libros de animalibus

ex

ex aliorum relatione ſcripſiſſe, & propterea multa in ipſis falſa contineri, inter quæ & hoc vnum eſt.

Sed huiuſmodi opiniones falſæ omninò videntur, & primò, quod attinet ad Albertum Magnum, dico ſuam determinationem peccare in eo, quòd dixerit tertio menſe paucas mulieres purgari, cùm nulla ratione id probauerit. Reſponſio quoque Auguſtini Niphi voluntaria prorſus eſt, & gratis recepta. Poſtrema inſuper reſponſio eorum, qui dicunt libros Ariſtotelis de hiſtoria animal. multa falſa continere, & ipſa gratis recipitur, quia in ijs multa ſunt, quæ ſapiunt ſalem doctrinæ Ariſtotelicæ. Hiſce igitur authorum opinionibus reiectis ad tollendam hanc difficultatē ad doctiſſimum, & ingenioſiſſimum Mercurialem recurrēdum eſt, qui lib. 1. variarum lectionum cap. 5. & 4. de morbis mulierum cap. 1. putat, & rectè quidem, mendum eſſe in verſione, propterea quod interpres omiſit hanc vocem συνεχῶς, quam ipſe interpretatur aceruatim, & copioſè, vt ſenſus propoſitionis Ariſtotelicæ ſit, paucas mulieres ſingulis menſibus copioſè purgari, plures verò tertio menſe aceruatim, & copioſiores habere purgationes. Et certè ſi hanc propoſitionem Ariſtotelis legamus ſine illa particula acceruatim, ſeu copioſè, videbimus falſam eſſe, quia experientiæ aduerſatur, ſi verò addamus particulam συνεχῶς, hoc eſt continenter, & continuò, ſeu vt Plinius interpretatur, largius, erit ſenſus, quòd paucæ mulieres ſingulis menſibus largiùs, & ſine intermiſſione expurgentur, qui veriſſimus eſt; nam eodem Ariſtot. docente ex mulieribus quibus menſe ſingulo purgationes erumpunt, aliæ ſunt, quibus paulatim fluunt, aliæ verò, quibus vniuerſim, & aſſiduè: priores ſunt multæ, pauciores verò ſunt ſecundæ. F

Galenus quoque lib. de vuluæ diſſectione cap. 11. hunc menſium in mulieribus exeundi modum inſinuaſſe viſus eſt, vbi ſcribit tempore menſtruorum, quo incipit fluxus, vel deſinit, non multum, & confertim eſſe, ſed paucum, & paulatim; nam mulieribus quamplurimis, & vt plurimùm menſtrua ſingulis menſibus per interualla fluere, ac horis nonnullis intermiſſis erumpere ſolent, quare propoſitio Ariſtotelis rara eſt mulieris ſingulo menſe continuò, & affatim expurgari, è contra verò frequentiùs tertio menſe, vt ſit ſenſus, paucæ mulieres ſingulo menſe continuò, & affatim purgantur, multæ verò tertio quoque menſe. Atque id rationi conſonum eſſe videtur, quandoquidem mulieres, quæ ſingulis menſibus purgantur, non videntur ea ſanguinis copia ſcatere, quæ poſſit tantam euacuationem confertim factam promouere, quæ tamen eſſe poteſt in illis, quæ vno menſe quieſcunt à purgatione, ac ſaltem non multam habent purgationem, vnde Plinius lib. 7. hiſtoriæ naturalis cap. 15. ſcriptum reliquit omnes mulieres tricenis diebus purgari, ſed largius trimeſtri partu. Et hæc dicta ſufficiant de hac Ariſtotelis propoſitione, & de menſtruis. G

Sed vt eo, vnde noſtra fluxit oratio redeamus, determinandum eſt à nobis in præſentiarum, an enixas mulieres medicamento aliquo purgare liceat. Sunt, qui innixi authoritate quadam Auicennæ lib. 3. fen. 21. tract. 2. cap. 3. dicunt non eſſe purgandum niſi tranſacta vigeſimaquarta die, ſed hi potiùs quàm ratione mouentur conſuetudine quadam; Galenus enim lib. 5. de compoſit. medicam. ſecundum loca cap. 1. ſcriptum reliquit hominum animos non minus, ac corpora à conſuetudine immutari, ea ſcilicet ratione, vt acquiſititiam quandam, à ſeque ipſis ferè diuerſam inducant naturam. Nam falſæ, inquit, opiniones animos hominum præoccupantes non ſolùm ſurdos, ſed cæcos faciunt, itaut videre nequeant ea, quæ alijs conſpicuè apparent, hacque de cauſa ſtatuit aſſuetudinem eſſe viam ad veritatem vbique accipiendam, & Auerrhoës lib. 1. phyſ. comment. 60. dicebat impedimentum veritati eſſe admodum egregii falſis aſſueſieri à teneris præſertim annis. Hoc prætuli, quia cùm in diſceptatione multis abhinc annis in enixa muliere febre valde laborante poſitum eſſet, an ad medicamentum purgans veniendum eſſet, negatum fuit id conuenire ob ſententiam Auicennæ, qui inhibet purgationem ante vigeſimumquartum diem. Ego verò eram contrariæ opinionis, dicebamque aſſeueranter indicatione ſumpta à morbo, & à cauſis præſentibus non poſſe mulierem liberari abſque purgatione, illamque ſententiam Auicennæ non eſſe intelligendam de mulieribus enixis. Vt verò huiuſce rei haberem veram determinationem, conſului doctiſſimum Mercurialem, qui excuſans ſe H

multis

A multis negotijs impeditum non poſſe hunc locum valde difficilem examinare dixit miſiſſe litteras meas Hebræo cuidam amico ſuo, vt locum hunc in Auicenna animaduerteret, ſuamque opinionem diligenter exponeret.

Auicennæ verba hæc ſunt, *& diebus quidem partus ſunt motus, & periodi, & principium eius eſt hora aduentus commotionis, & doloris, & cum ægritudo pertranſit viginti dies vſque ad vigintiquatuor; ægritudine ſtante, aut luctante, ſignificat torditatem finis, & neceſſaria eſt euacuatio in die alio ab iſto, qui eſt dies criſis, ſi non fuerit debilitas*, ex quibus Auicennæ verbis clariſſimè apparet non eſſe eius opinionem, vt in enixis mulieribus expectetur vigeſimusquartus dies ad eas expurgandas, vt aliquorum Medicorum ad pauca reſpicientium eſt ſententia. Denuò paulò poſt Mercurialis ad me ſcribens miſit ſchedulam ab Hebræo ſuo ſcriptam, qui in hunc modum loquutus eſt. *Multifariam in hoc capite vulgaris interpres lapſus eſt, ſed præſertim in ea voce conſumptionis turpiter admodum errauit; nam in textu hebraico, & forſan etiam arabico ſonant iachlid, cuius certè ſignificatum ignorare videtur; accipitur enim communiter pro vltimo, ſeu fine cuiuſque rei,* B *accipitur etiam pro extremo gradu actionis, vel virtutis, vltra quem amplius pertranſiri non poteſt. Hinc translatum eſt ad eam partem morbi, quam latini verum vigorem appellant, & ſic paſſim ab omnibus hebraicis ſcriptoribus vſurpatur. Intentio igitur eſt, vt ad veram Auicennæ mentem, ac doctrinam veniam, duo in præſenti capite nos docere, quorum primum eſt, quænam ſit in parturientibus bona victus ratio, cuius ſententia, & animaduerſiones ſatis conſpicuè ſunt: alterum eſt magis obſcurum certè, in quo interpretis inſcitia clarè detegitur naturam, ac qualitates dierum partus nobis oſtendere, inquit igitur, quòd dies partus mala quædam diſpoſitio, & ægritudo appellari meritò debet, cùm in eo multa præter naturam appareant, superuenit febris, actiones ſunt læſæ, præſertim ſenſus tactus deprauatè offenditur, cùm cruciatus, ac dolores, vel perpetuò, vel per interualla affligant, excrementa ſæpenumero vel retinentur, vel immodicè fluunt, affectus etiam corporis nonnunquam mutantur.*

Ex his iure optimo colligere poſſumus partum quandam eſſe ægritudinem, & conſequenter vt cæteri morbi ſua propria, ac ſtatuta tempora habere. Et quoniam munus prouidi, & oculati Medici eſt morbi vigorem præuidere, imò in arte facienda nihil magis præſcire co- C *nari debet, quàm vigoris tempus, vtrum ſcilicet prope ſit, an longè diſtet; hæc enim notitia dirigit nos cum ad rectum viuendi modum inſtituendum, cum ad remedia opportunè adhibenda, quia inſtante vigore quieſcendum, ne natura à pugna diſtrahatur, vt docet nos Hippocrates, & Gal. 1. aphoriſ. hac de cauſa volens Auicennas docere nos notas, quibus medijs vigoris tempus in partu prænoſcere valeamus, præſertim tunc temporis, cùm nullum ex vrinis ſignum accipere poſſimus, id ex laborum, & dolorum qualitate clarè oſtendit, ideo ait, ſi hac vigeſimus, aut vigeſimusquartus dies pertranſierit, vel periodi reuertantur, ſignum certiſſimum eſt morbum forè longiſſimum, & morbi vigorem haudquaquam vicinum eſſe, quapropter cogitandum de remedijs, & potiſſimùm de euacuatione ad tollendam morborum, & ſymptomatum cauſam duabus conditionibus ſeruatis, ne inquam die critico celebretur, & vires ſint validæ, aut auxilium tollerare poſſint.*

Hæc ſunt, quæ ab Hebræo ſcripta fuere, à quo nihil aliud emolumenti habere poſſumus, niſi quòd reprehendat interpretem, nempè Iacobum de Partibus, qui longè melius ſe ipſo interpretatus eſt hanc Auicennæ ſententiam, vbi auctor non de mulie- D ribus enixis, ſed de illis, quæ ſunt in difficili partu loquitur. Hæc igitur auctoritas adducta ad probandum, quòd enixæ mulieres purgari non debeant, niſi tranſacto vigeſimoquarto die à partu, omninò falſa eſt, nec de mente Auicennæ. Videndum modò eſt, an aliud ſit, quod nobis ſuadere poſſit mulieres enixas expurgandas eſſe medicamento cathartico: multa quidem contraindicare videntur, primò eſt authoritas ſummi dictatoris Hippocratis lib. epidem. ſectione 3. qui ægrotis quarto, & quinto, duabus enixis mulieribus malè ſe habentibus ſolo balano ſuppoſito opem tulit, licet cordis (hoc eſt ſtomachi, vt Gal. in commentario interpretatur) dolor vtramque grauiter infeſtaret, qui tamen cùm à prauis ſuccis in ventriculo coaceruatis, & toto corpore etiam abundantibus, Galeni iudicio produceretur, ſumma cum vtilitate medicamentum expetere potuiſſet, vt dolore videlicet priùs aliquantulum lenito, ventriculique ore confirmato, cōtenta in ventriculo excrementa euacuarentur. Quòd verò Hip-

pocrates debuiſſet exhibere ijs pharmacum, confirmatur, quia vt animaduertit Syluaticus in lib. de ratione victus in acutis ſect. 4. particula 4. textu 5. ore amaro exiſtente lac aſinæ coctum propinandum docuit, & Gal. in comment. Hippocratis eſſe hanc ſententiam apertè faſſus eſt, rationemque adducens, cur liceat has mulieres os amarum percipientes purgare, inquit, quia indicium eſt earum ventriculum bilioſis excrementis abundare, quæ per medicamentum ſtatim educi poſſunt, ſed cùm in eis enixis, quarum morboſam hiſtoriam Hippoc. ſcribit, à medicamentis euacuantibus abſtineat, quæ omninò neceſſaria videbantur, nec aliquid erat, quod euacuationi repugnaret (nam nec aderat alui profluuium, nec aliorum aliquid, quod euacuationes huiuſmodi prohibere potuiſſet) dicere poſſumus eum abſtinuiſſe à medicamentis euacuantibus ratione partus, ita vt partus tempore noluerit vti medicamento purgante. E

Vt verò hanc coniecturam clariorem reddamus, recurramus ad eundem Hippocratem, qui nec in alijs enixis (quarum hiſtoriam ſcripſit tum ægroto decimo loci citati, tum lib. 3. ſect. 2. ægroto vndecimo) vllam euacuationis factæ notam ſignauit. Extat præterea altera eiuſdem ſententia 2. aphoriſ. 35. vbi ſcriptum eſt. *In quouis morbo partes ad vmbilicum, & ad infimum ventrem attinentes, craſſiores eſſe præſtat, harum ſiquidem extenuatio, & tabes mala. ſed ad inferiores quoque purgationes parum tuta.* Huius aphoriſmi poſtremam partem neminem latere exiſtimauit Gal. in comment. nam dicebat partes infra thoracem, omnes robuſtas, validaſque eſſe oportet, ſiquidem feliciter purgationibus auxiliari debent, alioquin magnopere offendantur, ac lædantur neceſſe eſt, vnde ſi ad euacuationem illam dictarum partium robur requiritur, non video, quomodo poſſint partes illæ in enixis mulieribus eſſe robuſtæ, quæ partus totum onus ſuſtinuerint. Gal. quoque in libello, quos, quando, quibus, & quo modo purgare oporter, illos purgationi ineptos eſſe iudicauit, qui ſæpè cruditate laborāt, & qui tenacibus, craſſiſque cibis veſci conſueuerunt, quique ſub coſtis tenſum, & inflatum ventrem habent, vel maximè calidum, atque feruentem, aut in his locis inflationem ſentiunt, horum verò purgationem impedientium plurima in mulieribus nuper enixis videntur. Nam eædem vtero gerentes perſæpè laborant pica propter prauos cibos, inordinatamque viuendi rationem, vnde prauis, craſſiſque ſuccis in puerperio abundare probabile eſt, & quod plus eſt, Galeno 5. in 3. epidem. aſſerente in cōment. ægrot. 2. ſæpè abundant ſanguine melancholico; ventremque tenſum pariter ſub coſtis illas habere illud nobis ſuadet, quòd retentam in corpore toto geſtationis tempore excrementoſam materiam poſt partum confluere ſciamus, vt per vterum poſtea expurgetur. F G

Sed quòd laborem in partu perpeſſæ ſint partes illæ, probari poteſt ex earundem motu, qui calidam aliquam intemperiem in eis excitaſſe quàm maximè veriſimile eſt. Quod præterea valde probabile videtur, eſt Galeni ſententia lib. 14. de vſu partium cap. 3. vbi vult ob apertionem vteri in enixu, quòd maximè refrigeratur collum, & totus vterus, vnde inflationibus, flatuoſiſque vteri doloribus enixæ mulieres perſæpè vexantur. Addere poſſumus authoritatem Aëtij, qui tetrabibli 4. ſermone 4. cap. 36. lactantes mulieres minimè purgandas cenſuit. Huic inſuper ſubnectenda eſt Maſſariæ authoritas, qui lib. 4. de puerperio cap. 13. ſcriptum reliquit, omnem purgationem in puerperis factam præter eam, quæ ex vtero prodit, non ſolùm nihil proficere, H ſed ſæpè pernicioſam eſſe, & addens rationem inquit medicamenta purgantia poſſe menſtruas purgationes impedire. Tandem huiuſmodi purgatio in talibus caſibus aduerſari videtur doctrinæ Hippocratis, & Galeni, & rationi ipſi.

Hæ ſunt grauiſſimorum virorum authoritates, quibus videtur nunquam enixas mulieres eſſe medicamento expurgandas, è contra tamen non deſunt alij celeberrimi ſcriptores oppoſitum ſentientes, & primò eſt Franciſcus Valleriola lib. 5. obſeru. 10. vbi ſcribit ſe mulierem quandam enixam pleuritide acutiſſima correptam poſt ſeptimum diem puerperij purgaſſe, ipſius hæc ſunt verba. *Erat*, inquit, *vxor Arelatenſis pharmacopæi, cui ſeptimo tranſacto die (fortè à partu cum primipara filiam fuiſſet enixa) pleuritide acutiſſima correpta pharmacum propinaui, & aluum ſubduxi etiam lochijs fluentibus.* Eſt & Ludouicus Mercatus lib. 4. de morbis mulier. cap. 11. qui multis præmiſſis diuiſionibus inquit, *ſi vterus optimè ſe expurgat, tunc nec reuocare, nec concitare quidem*

puerpe-

A *puerperium licet,nec alijs euacuationibus naturam diſtrahere, ſi verò imminutè operetur,*
tunc vel per partem eandem, aut alteram defectum eius emendantem, qualis purgatio per
aluum eſt, & hæmorrhoidas,vacuare lubet, hæcque potiſſimum preſtanda, quo magis à ſuo
fluxu natura deſtiterit,neque ſpes aliqua ſit, vt denuò vacuationem moliatur, quòd ſi vel
parum,aut nihil profluxerit ex vtero, cõiectandum eſt, an ſanguis à natura purgatus puerpe-
rij quantitati, vt par eſt, reſpondeat, ac ſi ita ſit, tunc vltra eſt conſiderandum, an affectus
maiores, & plures præſtet cacochymia,quàm plenitudinis notas; nam eo, tempore ceſſante
purgatione vteri,vel ſi parca fuerit,aut impuri ſanguinis, ac vrgente malo purgationi humo-
rum innitendum eſt in quouis affectu pro idea humoris peccantis, nec vereri plurimum opor-
tet affectu vrgente purgatione vti,etiam ſi aliquid per vterum inſtilles, dummodo ſanguis
non ſit,ſi enim purgamentum aliud fuerit,verendum non eſt,quippe non rarò pleraſque mori
conſpicimus, aut in graui aliquo periculo verſari cum Medici timidiores facti purgare re-
nuunt,ſperantes donec ex toto purgamenta illa fluere deſinant, quamobrem tutius mihi vi-
detur conſilium, ſi vacuatio illa ſufficiens non videatur purganti medicamento vitioſos hu-
B *copioſius expurgare, vt deonerata natura facilius,quos adſeruauerit, concoquat, ac expellat*
mores modò per vterum, modò per ſignatam aliam regionem; nam mihi non erit im-
pedimentum per aliam regionem ab vtero naturam reuocare,ſi per ipſam vacuatio facta
non ſufficit,& affectus vrgentior in dies ſit,tutius enim eſt ſubitò cauſam deponere, quantum
affectui ſufficiat,quàm parca vacuatione à natura facta contenti auxilium differre, donec
ex toto natura ſuccumbat, & nihil ſubinde proſit. Et hæc eſt Mercati viri doctiſſimi de
hac re iudicium.

Hanc grauiſſimorum horum virorum determinationem non ſimpliciter, & abſolu-
ta ratione probat Moxius; nam ad perfectam huius doctrinæ methodum tradendam
ſcribit oportere ponderare plurima,& vt decet, determinare. Ac in primis inquiren-
dum eſt, an hic morbus connexus purgatione indigens ſit acutus, ac vrgeat, an verò
ſit lenis, & benignus, itaut citra diſcrimen poſſit differri auxilium, alteri verò vrgenti,
nempe dilatio auxilij ſit minimè periculoſa, deinde conſiderat, an morbus iſte ſim-
pliciter ſit in fieri, an in facto eſſe, & rurſus an ab vtero tantùm dependeat, an extra
C vterum ſuæ cauſæ principium habeat, porrò an ſtatim à partu morbus enixam inuaſe-
rit pondum à lochijs expurgatam, an verò longè à principio puerperij muliere iam ab
onere lochiorum liberata ſtillantibus quibuſdam ichoribus, ferè cunctis enixis in
vltimo puerperij ſtatu expurgari conſuetis. Eſt deinde temperamentum enixæ conſi-
derandum, ac corporis habitus, an optimus ſit, an prauus, & cacochymus, an verò
inter vtrumque ſit medius. Tandem videre oportet, an morbus acutus ſit iam in actu,
an verò immineat,& ſi actu,an in vteri corpore exiſtat,an verò extra vteri corpus:hæc
ſunt,quæ acutè Moxius conſideranda proponit, antequam ad determinationem hanc
deueniatur.

Quibus ſic iactis determinandum vrgente morbo, nec dependente ab vtero in
quolibet puerperij ſtatu, ac tempore purgandum eſſe, & ratio eſt, inquit, quia vrgen-
tia cunctis indicationibus dignitatem maiorem habent, quemadmodum è contra ſi
principium cauſæ extiterit vterus, morbuſque det inducias varijs modis puerperium
cõcitare oportet: deinde ad factũ iam morbum conuolandũ,at ſi morbus lenis exiſtat
D fluentibus lochijs, tunc oportet inſpicere naturæ motum, an ſufficiens ſit ad omnem
recrementorum molem deponendam, è contra, ſi ſufficienter natura operetur, tunc
omninò expedit relinquere opus naturæ rectè operanti, vbi verò natura nequeat ita
operari, arte eſt adiuuanda, itaut abſoluat opus, ideſt tunc temporis vrget deliberatio
medicamenti expurgantis. Quòd ſi morbus adſit purgationem exigens ex Hippocra-
tis ſententia eadem purgatione vtendum venit; vrgente namque indicante (etiam ſi
aliæ indicationes repugnent, cùm indicatio deſumpta à morbo cæteris omnibus ſit
dignior) de medicamento exibendo deliberandum eſt; nam in acutis morbis differre
auxilium malum eſt. Si verò vterus per propriam eſſentiam affligatur morbo acuto,
tunc cauſa per infernas ſectiones auferenda eſt, dummodo ſanguis exiens ſuam ſeruet
ſpeciem.

Omnes igitur iſti authores in hoc conueniunt, vt purgandum ſit in enixis morbo
acuto ſuperuenienti, qui potiſſimùm vrgentis rationem habeat, neque ab vtero læſo

proficiſcatur; cùm enim indicationes inter ſeſe repugnantes habeantur, vt ſemper ab E
vrgentiori in curatione auſpicemur, oportet: vbi igitur morbus aliquis acutus ſuperueniat enixæ mulieri, tunc adeſt indicans purgandi, nempe cacochymia bilioſa, cui ſi adiungatur permittens non eſt amplius percunctandum; nam in morbis acutis auxilium tardare eſt malum iuxta Hippocratis ſententiam. At ſi morbus acutus proficiſcatur ex vtero malè affecto, non eſt purgandum, ſed curandum omni ingenio, vt vterus euacuetur, qui niſi ſponte poſſit euacuari, auxilium ferendum eſt ipſi naturæ diminutè, licet rectè operanti. Quare concluſum ſit in enixis mulieribus purgandum eſſe neceſſitate vrgente dummodo morbus non proficiſcatur ab affecto vtero; in maxima enim cacochymia morbo vrgente, nec quidquam conferente lochiorum fluxu, indicatio vrget euacuandum eſſe per medicamentum purgans. Ad Meſſariam dicere poſſumus, quòd ſi puerpera ſanatur ſimpliciter abſque alicuius vrgentis affectus adiunctione, & purgatio remoretur, parit multorum, ac grauiorum morborum prouentum, è contra verò ſi fluat. Verùm ſi nos conſideremus connexum morbi acuti, qui non prouenìat ab vtero malè affecto, tunc ſi impendet noxa ex morbo acuto ſuperueniente, F
omninò deueniendum eſt ad medicamentum purgans; nam ex neglecta purgatione damnum, & certiſſimam perniciem expectare oportet, è contra verò ſi corpus cathartico decenti expurgetur à prauis humoribus, ſperare licet enixam conualituram, quare concludamus licere intra terminos puerperij adſtante actu, vel etiam inſtante morbo purgationem adhibere, ſiue lochium fluat, ſiue minimè fluat, & hoc pro determinatione propoſitæ queſtionis hactenus dicta ſufficiant.

Queſtio Quinta.

An puerperis quandoque mittere ſanguinem à partibus ſuperioribus debeamus?

Ad Placidum Reinam Meſſanenſem Philoſophia, ac Medicina Doctorem excellentiſſimum.

G

SIVE doctrina, ac eruditionis laude præſtantem, ſiue haud vulgari beneuolentia erga me affectum hominem concupiuerim, neminem præter te, mi ſuauiſſime Placide, cui hanc difficillimam diſſertationem iure inſcriberem, eligere debui. Is tu enim es, à quo tum Philoſophia, tum Medicina aliquid ornamenti aliquando ſuſcipere videbuntur: minimè irritum fore præſagium ſpero, dummodo tibi per fata maturiores annos pertingere licuerit. Quo verò feruentiſſimo amore me, meaque proſecutus fueris, omnes qui te nouerint, & præ cęteris ego penitiſſimè perſpectum habeo. Quis enim, vt hoc opus typis tradere potuiſſem, fuit mihi adiumento niſi tu, qui ſpretis omnibus laboribus, tum ſcribendo, tum typographicos errores expurgando, præcipua tandem cauſa extitiſti, cur lucem aſpiceret? Tu quidem mihi opus parienti (liceat mihi, dum de rebus ad partum attinentibus loquor, hac vti ſimilitudine) officioſiſſima obſtetrix obueniſti: ad te itaque & vniuerſum opus, & peculiariter hanc quæſtionem inſcribo, quam, vt & reliqua, lætis amplexibus excipias, opto. H

Quòd enixis debeamus mittere ſanguinem à partibus ſuperioribus, primò ſuadet auctoritas Fernelij, qui præterea præcipit ex venis cubiti mittendum eſſe ſanguinem eo tempore, quo menſes fluunt. Secundò eſt authoritas Valleriolæ, qui miſit ſanguinem in muliere adeo grauiter morbo laborante, & cum caſu virtutis, vt moritura in horas ob ſpiritus interclusionem ſperaretur. Tertiò probatur ex Horatio Augenio, quarto ex Ludouici Mercati ſententia, quinto ex Hieronymo Mercuriali, & tandem omnia ratione confirmantur. Primò igitur Fernelius lib. 2. meth. cap. 8. explicans quid ſanguinis eruptio ſpontanea conferat in morbis, ſiue ex naribus, ſiue, & ex hæmorrhoidibus, ſiue ex vtero plerumque prorumpat in continuis febribus, inquit. *E naribus enim, qui excurrat, licet vigilias, deliria, capitis dolorem, aliaque ſymptomata demulceat, vix tamen propriam morbi eſſentiam atque radicem euellit, niſi fortè immoderatior ſuccedat profuſio.* Addit *tametſi nares multo ſtillent ſanguine, vena tamen cubiti ſecanda eſt.*

A *da eſt.* Deinde, *At verò, qui per hos morbos ex hæmorrhoide , aut vtero affatim , & copioſè*
exit, quod proximè è vena caua lumborum decedat , multo quidem vtilior habendus ; ſed
plerumque nec ipſam febris radicem extirpat , quæ in venis eſt cordi proximus. Hinc ſæpè
præfluentibus menſibus , atque etiam in puerperis, quæ ritè purgantur , ob febris ardorem ſan-
guis (licet parcius) è cubito demendus. Et cauſam adducens, ob quam in his febribus ad
hanc ſectionem debeat Medicus deuenire, addit, *Iam verò partium phlegmone , alijſque*
affectus qui ſupra iecur conſiſtunt nihil, aut minimum miteſcunt ſanguine ex vtero, aut hæ-
morrhoidibus profuſo. Hæc Fernelius.

Quod attinet ad Valleriolam, hic 5. medic. obſeruat. cap. 10. huiuſmodi caſum
nobis deſcripſit. *Helena Senequeria Iacobi Gondardi pharmacopæi Arelatenſis vxor ho-*
neſtiſſima ætate florens primipara, dum poſt filiæ partum ſibi parum cauet, frigore imprudem-
ter admiſſo, altero à partu die pleuritide acutiſſima corripitur, cum intentiſſima febre , tuſſi
valida, & ſpirandi difficultate tanta , vt præfocari ſibi videretur ; neque enim niſi ſumma
cum anguſtia ſpiritum trahere poterat, lateris dolore premente adeo , vt in præfocationis pe-
B *riculum ægram induxerit. Miſſo ſanguine contra ſuorum omnium vota , quod enim puerpe-*
ra eſſet, & adhuc à partu fatigata, & ſat ſanguinis per purgationes muliebres exiſſet , hor-
rendum ducebant à nobis Medicis de mittendo ſanguine mentionem fieri, alijſque opportunis
auxilijs adhibitis, integrè, & magna omnium admiratione curatur , cum moritura in horas
ob ſpiritus interclusionem ſperaretur.

Hanc recenſentes cõſultationem aduerſarij habitam cum altero Medico, qui prius
fuerat accerſitus, vbi de morbi eſſentia cauſis tum externis , tum internis inter eos
conueniſſet, quid agendum foret, longo, & accurato ſermone diſquirentes in eam
iuerunt ſententiam, vt viſa morbi magnitudine, & periculo, ſpectata ætate iuuenili , &
florente de mittendo ſanguine cogitarent : reluctati ſunt propinqui mulieris , quòd
puerpera eſſet, & tribus tantùm, quatuorue diebus à partu ſemota , & quòd pulchrè
purgationes prodijſſent, nec opus habere eam , quæ puerpera eſſet , vt ſibi mitteretur
ſanguis, ne imbecillitas adiungeretur virium ſanguine detracto , idque inſolitum eſſe
in puerperis, quibus rationibus reſpondet Valleriola, quòd eſſet puerpera, id minimè
C obſtare, quo minus illi ſanguis mitti deberet, nec tantum in partu laboraſſe ægram, vt
eſſent diſſolutæ vires (fuerat enim facilis, & citus partus) tantùm enim indicare pote-
rat Medicis puerperium , vt ſi mittendus ſit ſanguis , modicè , & magna cum cau-
tione faciant, ne vires diſſoluantur, ac parcè euacuent, & reficiant, malumque ſuccum
contemperent. Re vera cum tanta vis morbi eſt, vt niſi mittatur ſanguis , breui mo-
ritura ſit ægra, hoc periculum vincit reliquas contrarias indicationes; vbi enim à quo-
quam vel affectu, vel ſymptomate maius ægro impendet diſcrimen, ab eo inchoanda
curatio eſt, reliquo non neglecto , vt Galeni ſententia eſt.

Itaque vicit hæc validiſſima, & euidens ratio inanes adſtantium aſſertiones, & cùm
dicerent Medici, ſi ſaluam vellent ægram mitti ſanguinem oportere, denique miſſus eſt
ſanguis ex interna dextri brachij vena, quoniam verò mulibres purgationes moderatè
fluxerant, minùs detraxerunt , quàm alioquin detraxiſſent (tantum enim vnciæ ſex
fuerunt) etenim artifex omni ingenio perpendere debet, & magis, & minùs, & citiùs,
& feriùs, & parum, & multum in morbis vires diſſolui ; aliæ enim , quamuis infirmæ,
D perſtant, & durant, aliæ citò ſuccumbunt, vnde meritò Gal. lib. de conſtit. art. medic.
ſancinit lege ietrica æſtimandum eſſe, quando à nobis ſcopus habetur , quem præfert
indicatio, aut omninò, aut pro tempore, aut ex parte conſequi poſſet, quod Franciſcus
Valleriola fecit in caſu mulieris propoſitæ, in quo hebetur mulierem illam adeo gra-
uiter cum caſu virtutis ſe habuiſſe , vt moritura in horas ob ſpiritus interclusionem,
fuiſſet, & hæc ſunt quæ ab aduerſarijs deſcribuntur de opinione Valleriolæ.

Eſt modò Horatius Augenius, qui adducitur pro confirmanda huiuſmodi conclu-
ſione, quæ eſt, vt in puerperis mittendus veniat ſanguis ex venis ſuperioribus, quæ ad
cubitum ſunt lib. 1. epiſtol. & conſult. tom. 2. ad Ludouicum Piccinum Generum, qui
puerperarum tradens curationem illis tres febrium ſpecies contigere ſolere ait, vnam,
quam euitare non poſſunt ; alteram ex accidenti, quæ euitari etiam nequit, & ex lactis
generatione procreatur, & putrida non eſt, tertiam ab alijs longè diuerſam, & quem-
admodum à ſuperioribus longè diuiſa eſt , ita diuerſam exigit curationem, tum in va-

curandi

cuandi ratione, tum in victu. *Non expedit*, inquit Augenius, *venam incidere in poplite, aut malleolis, quia ſponte humores per vterum effluunt, ac etiam quia mali fomes in vtero non eſt, ſi poſtulare morbus videatur, vtique ſanguis mittendus eſt ex cubiti venis, quæ proximè ab affecta parte euacuabunt*, ex quo quidem loco non ſimpliciter, ſed in tertia febris propoſitæ ſpecie vult mittendum ſanguinem ex venis ſuperioribus, nempe ex venis cubiti in mulieribus enixis. Hæc concluſio confirmatur, vt aduerſarij ſcribunt, à Ludouico Mercato lib. de morb. mulier. 4. cap. 11. vbi inſinuans febres, & ſymptomata puerperis contingentia, primùm epidemicas Hippocratis hiſtorias narrat: deinde perpendens non ſolùm febres, quæ accidunt poſt partum, verùm, & quæ ante, & in ipſo partu, & omnium diſtinctam tradens curationem adhuc ſcribit modum. *Quæ ſimiles exiſtunt, omni ſtudio curandum eſt, inceptã natura purgationem complere, ſi ex eius defectu morbum traxiſſe conſtet, ſin aliter & ab apparatu morboſo ſuboriatur, per eandem regionem (niſi vrgentiſſimus fuerit affectus, & ex propinquiori loco expoſtulauerit euacuationem.* E

Et poſt multa exempla, in quibus ſectionem ex propinquiori loco adminiſtrari debeamus, proponit incautas primiparas vel ex interno apparatu magnis morbis correptas, etiam ſi primam originem traxerint ab vtero, à quo adhuc aquoſa, & corrupta emanent, & his ad ſectiones venarum ex brachijs præcipit eſſe deueniendum, verùm inquit. *In his omnibus id perpetuo obſeruandum eſt; nimirum quòd ſi ſanguine ab inferis partibus ſufficienter miſſo, affectionem adhuc creſcere contingat, facta coniectura plenitudinis affecta particula, ſiue caput, ſiue thorax, ſiue guttur, ſiue pleura ſit, mihi non eſt dubium ſanguinem ex viciniori parte eſſe mittendum, etiam ſi puerperium fluat; nullo enim alio modo citius præcauere poteris morbi periculum, quàm ex vicinioribus ſanguine miſſo: euocatis etiam eo tempore menſibus per frictiones, ligaturas, & cucurbitas inferis partibus adhibitas, quibus irruentis ſurſum ſanguinis impetus citiùs retrahatur: maximè ſi citatior factus fuerit ſanguine miſſo ex ſuperioribus. Quamobrem cùm puerperium ipſum ſua ſponte videatur correpugnare miſſioni ſanguinis ex brachio, quia contraria in loco exiſtit ei, quem natura in puerperio ſibi elegit, & tuetur, ob id quidem verendum eſt, ne illi vim facto ſanguinis contrario motu inferamus, retrahamuſque fortaſſe puerperium ad locum affectum. Quapropter conſulito primò ſanguinem mitti ex talo, poſtea verò ſi affectus his non cedat, ad venas brachij deueniendum eſſe conſulit, atque permittit affectus, vrgentia, & ratio.* Hæcque ſunt, quæ afferuntur ab aduerſarijs pro tuenda illa propoſitione de mittendo ſanguine in enixis ex partibus ſuperioribus, nempe ex venis cubiti authoritate deſumpta à Ludouico Mercato. F G

Additur pro eiuſdem propoſitionis confirmatione authoritas Mercurialis ſuper librum epidemiorum Hippocratis hiſtoria. 4. in vxore Philini, quæ cùm peperiſſet fœmellam, & ſecũdùm naturam fuiſſet expurgata, poſt partum magna febre correpta eſt cum rigore, vbi circa finem ſui commentarij hanc propoſuit dubitationem, vtrum pro affectu iecinoris etiã ſectio dextri cubiti fuerit adhibita, & non apparere ait, addẽs quòd ſi in hunc caſum ipſe incidiſſet viribus non repugnantibus, curaſſet ex iecoraria quoque ſanguinem eſſe mittendum, quandoquidem in his affectibus nullum eſt magis præſentaneum præſidium ipſa ſanguinis miſſione, etiam vſque ad animi deliquium facta, vt Gal. docet. Ex quibus clariſſima viri huius ſententia habetur in puerperio H communicato vteri affectu vel iocinori, vel alijs ſupernis particulis ex cubito detrahendum eſſe ſanguinem, ſaltem adminiſtrata priùs ſectione tali. Elicitur ſecundò, & illud in his caſibus deſiderari interdum à doctiſſimis Medicis ſanguinis miſſionem vſque ad animi deliquium, ſi vires non obſtent, ſint minus parcè, & reiteratis vicibus.

Hiſce authoritatibus ratio adſtipulatur, quæ eſt, quibus mittitur ſanguis per venam ſectam ex latere oppoſito à dolore ex Gal. ſententia nullam, aut ſaltem tardam habent vtilitatem, aut obſcuram omninò, ita quoque quibus mulieribus ſecantur venæ in talo, aut nullam, vel ſatis obſcuram ſentiunt vtilitatem: valet quidem argumentum ex vna oppoſitione ad aliam; nam ſi in pleuritide parum iuuat per oppoſitionem lateris, igitur & in caſu propoſito parum iuuabit ſecare per oppoſitionem deorſum, & ſurſum. Ideo enim Gal. ſcribit non iuuare ſectionem venæ in oppoſitum latus à dolore, quia vena ſecanda nimis diſtat à loco affecto, neque aliquam habet cum eo cõuenientiam,

reme-

A remedium igitur, quod fit per partis affectæ communionem, longè citiùs auxiliatur, quàm ſi non haberet conuenientiam, ſed venæ, quæ ſunt in talo, nullam cum vtero conuenientiam habent, magiſque diſtant ab eo, quàm illæ, quæ ad cubitum ſunt, quare venæ ſectæ in cubito maius iuuamentum afferunt ipſi vtero affecto, & citiùs, in enixis, igitur vtiliùs eſt mittere ſanguinem à venis cubiti, quàm à venis ſaphenis. His itaque authoritatibus, & rationibus concluditur in enixis magis vtile eſſe ex cubiti venis, quàm ex talo mittere ſanguinem.

Arbitror tamen ego longè præſtantius, atque vtilius, & citius auxilium eſſe ſanguinem mittere ex infernis partibus, è contra verò periculoſum in enixis venam ſecare à partibus ſuperioribus, quod ex Galeno deſumo lib. de tremore, & palpitatione cap. 5. vbi ſcribit ad hunc modum, *quòd igitur ſanguine abundante venam incidere oportet, nemo non nouit, ſiquidem in venis ille continetur: quod autem vtero affecto circa talum, aut poplitem diuidere conuenit, niſi prius venarum communiones ex anatome didiceris, haud poteris, id quod dico aſſequi, alia enim alij corporis parti vena communicat, oporteteque ſemper euacuationes ex communibus moliri; nam ſi venam, quæ nihil parti affectæ communicat, inciderit, neque affecta medeberis, & ſanam ſemper offendes.* Hinc eſt, quòd Hippoc. ſanguinem miſit ex talo in Eſtymargei ancilla puerpera, atque ſummè à Galeno laudatur, quòd ex partibus infernis miſerit ſanguinem, non autem ex venis ſuperioribus, quamuis copia ſanguinis eſſet in partibus ſuperioribus, tremor autem eſt paſſio capitis, & artuum, & ſuperiorum præſertim, quæ partes non modò ſunt hepate ſuperiores, & tamen Hippoc. non miſit ſanguinem ex venis cubiti, ſed ex talo, ita vt mulierem ipſam liberauerit à tremore.

B

Victorius quoque Trincauellius vir omnium conſenſu doctiſſimus lib. 12. cap. 1. huius eſt ſententiæ, vt mittatur ſanguis ex venis inferioribus, vnde caſum quendā affert notatione, & conſideratione dignum, vbi ſcribit. *Mulierem quandam in ætate adoleſcentia, temperatura calida, & humida, & multi ſanguinis, & puerum pepererat, nec per ſua puerperia fuerat, niſi parcè purgata, à vehementiſſimis doloribus ſecundùm omnes articulos, fuiſſe correptam cum rubore, & tumore circa articulos, vt dimouere ſe alioquin nequiret; illi autem quàm citiùs potui, ſanguinem copioſum ex vena propè talum cruris dextri mitti volui, quo miſſo, eodem die libera euaſit ſecundùm partem dexteram à doloribus, ita tamen vt nullum, aut valde exiguum auxilium in parte ſiniſtra perceperit; nam non minus cruciabatur ſecundùm articulos ſiniſtri lateris, & eos ferè vniuerſos; ſed poſtea interpoſita die volui alterius cruris venam ſecare, vnde fluente iterum ſatis copioſo ſanguine, itidem eadem illa die illius etiam lateris dolores omninò deleti. Quo viſo ſtatim animaduerti quantam vim habeat rectitudo in vacuationibus, quamque rationi conſonum ſit praeceptum à Galeno nobis 10. lib. de compoſit. medicam. ſecundùm loca traditum, nempe coxendicis dolorem à ſanguine ortum, & occaſionem habet vel à materia ſanguini miſta, facillimè ſecta vena in poplite, vel propè malleolos eodem fere die curari poſſe.* In vtroque hoc caſu tam ab Hipp. quàm à Trincauellio artus læduntur, verùm cum hac differentia; nam in caſu ab Hipp. ſcripto nerui obſtructi erant, quo minus ſpiritus animales liberè deſcēdere potuiſſent, in caſu verò Trincauellij articuli læſi, & tumefacti: vtrobique plenitudo aderat in ſuperiori parte corporis, & ex ſectione venæ tali mulieres ambæ liberatæ fuerunt.

C

D Amatus Luſitanus in rebus ad praxim ſpectantibus Trincauellio minimè inferior centur. 7. curatione 31. in muliere vigintiquinque annorum puerpera, quæ rectè pepererat, cùm tamen ob errores quoſdam in pleuritidem incidiſſet cum febre continua, ac delirio, ſanguine ex ſaphena miſſo mulierem liberauit. Idem Amatus centur. 1. curatio. 34. mulieri puerperæ inde in melancholiam incidenti volens poſt ſanguinis ex talo miſſionem mittere ſanguinem ex vtroque cubito mulierem inſanabilem reddidit. Idem Amatus centur. 1. curat. 15. mulieri ex ſuppreſſione menſium in fœda totius corporis exanthemata incidenti, idque poſt ſanguinis miſſionem nimis parcam ex talo factam, voluit rurſus ex cubito vtroque mittere ſanguinem, ex qua venæ ſectione ipſius ægritudinem cum vitæ periculo (vt ipſe liberè fatetur) in longum produxit. Iſti ſunt doctiſſimi authores nihil prorſus ab Hippoc. & Gal. præceptis recedentes, qui omnes concludunt in enixis mulieribus ſemper mittendum eſſe ſanguinem à venis artuum inferiorum, nunquam ex venis artuum ſuperiorum, quare hanc concluſionem veriſſimam eſſe putamus.

Veniamus

Digitized by Google

Veniamus modò ad authoritates in contrarium allatas, inter quas prima erat Fernelij è directo principijs Galeni repugnantis, qui in hac ſua opinione proponēda non ſeruat regulas; nam opus erat illi primùm Hippoc. & Galeni doctrinam optimis quidem rationibus conuellere, deinde ſuam opinionem demonſtrationibus corroborare, at tamen gratis accipit quæcunque in hoc 8. cap. lib. 2. meth. meden. ab eo ſcripta ſunt, quæ quamuis ab aliquibus ſcriptoribus talia eſſe cognoſcantur, nihilominus recedentes à Galeno, & ad pauca reſpicientes huius loci doctrinam recipiunt. Sed mirum non eſt; nam falſæ opiniones aliquando animos hominum ita præoccupāt, vt eos non ſolùm ſurdos, ſed cœcos faciant, ea ſcilicet ratione, vt nequeant videre ea, quæ alijs conſpicuè apparent. Omnibus quidem Medicinæ ſtudioſis luce clariùs conſpicui ſunt illi duo motus ſpōtanei à natura facti in morbis acutis, vnus qui criticus, alter verò ſymptomaticus appellatur; vtriuſque meminit Gal. 3. de criſ. cap. 7. & vnuſquiſque eorum diuiditur in tres differentias 3. de criſ. cap. 1. prout vnuſquiſque tribus modis finiri poteſt, ſubito ſcilicet, paulatim, & mixtim, qui omnes, ſi coniungantur, ſiunt ſex in numero. At motus illi, qui verè critici ſunt, in quibus natura vincit, ſtatum morbi vniuerſalem habent tanquam tempus ſibi proprium, ac congruum, vt 6. cap. prædicti lib. docemur; alijs verò motibus, nempe ſymptomaticis, vnum ex alijs temporibus cap. 10. aſſignauit; qui quoniam ſiunt natura aut victa, aut ſaltem valde læſa ab eodem Gal. dicuntur malæ criſes, & intempeſtiuæ; nam à mala conditione humorum irritata natura ad eos intempeſtiuè expellendos cogitur. E F

Fernelius in febribus acutis ſanguine è naribus copioſè fluente vult ex brachio mittēdum ſanguinē ſecta vena cubiti, quemadmodū etiam ex hæmorrhoidibus, aut vtero fluente ſanguine, quamuis ſit cum ægrotantis conferentia, ſed quia inquit ab huiuſmodi ſpōtanea enacuatione non tollitur radix morbi, quæ eſt in venis propè cor, propterea ad extirpandam morbi radicem etiam fluentibus menſibus in enixis aſſerit mittendum eſſe ſanguinem ex venis ſuperioribus, nempe ex his venis, quæ ſunt ad cubitum, quæ opinio repugnat, vt dictum eſt, & Hippocrati, & Galeno, qui dicunt eſſe opus permittendum ipſi naturæ rectè operanti. Hæc autem rectè operatur, quando per vterum ſanguine fluente expurgantur lochia; ſectiones enim venarum cubiti purgationem vteri potiùs ſiſtunt, quare natura ritè, & vt decet ſe expurgans non eſt impedienda, ergo non ſunt ſecandæ venæ in partibus ſuperioribus. Vbi verò ait, quòd in parua copia ſit ab huiuſmodi venis hauriendus, videtur locutus præter rationem; nam vel indicans ſanguinis mittendi eſt vehemens, & maximè vrget, vel non vrget. Si primo modo, vbi parcius mittatur, nullius erit iuuamenti, quandoquidem quantitas ſanguinis exeuntis debet correſpondere ipſi indicanti; magna enim copia ſanguinis exeuntis magnam quoque copiam per ſectionem venæ exire requirit, alioquin indicatum non correſpondebit ſuo indicanti. Si verò non vrgeat, & indicans non ſit vehemens, non erit opus vti hoc auxilio per partem ſuperiorem, cùm menſibus fluentibus ritè, & vt decet, poterit, & facilè euacuari illud paucum, quod indicat paucam ſanguinis exeuntis copiam, quare authoritas Fernelij, eò quòd aduerſatur principijs Medicinæ ab Hipp. & Gal. iactis, & fortiſſimis demonſtrationibus corroboratis, vt falſa omninò, & à ratione aliena à nobis reijcitur. G

Sed vt ad præſentem noſtrum caſum ſignanter deueniamus, eſt Galeni apertiſſima ſententia, vt in vteri affectione, & etiam inflammatione eiuſdem nullam aliam debeamus ſecare venam præter eas, quæ in cruribus ſunt, aut malleolis; nam ipſæ ſectæ commodè adimplent ſcopos, qui requiruntur ad abſolutam vteri affectuum curationem per ſanguinis miſſionem. Neque ſi adſit inflammatio, ex ipſa ſectione metuenda eſt actio phlegmonis, cùm vna hæc reuellat, deriuet, atque etiam euacuet ex parte affecta, quod Gal. lib. 13. metho. medend. cap. 11. demonſtrat his verbis. *Si caput phlegmone laborat humeralem incidere oportet, & ſi ea non cernitur mediam: vbi iecur, aut cor ſic afficiuntur internam, in angina primò ex cubito, mox ex ijs, quæ ſub lingua habentur, in ijs, quæ in occipite ſunt, & eam quæ in cubito eſt, & eam quæ in fronte: renibus verò, & veſica, & pudendo, & vtero ſic habentibus, eas quæ in cruribus ſunt ſitæ.* Hanc eandem methodum citra aliquod diſcrimen obſeruandam ſcribit 4. de tuenda. valit. cap. 10. & lib. de curand. ration. per ſection. ven. cap. 19. concludimus igitur Gal. methodum H

veram,

A verám, & legitimam docere in vterinis affectibus ſemper ſecandam eſſe venam in
partibus infernis,nunquam in partibus ſuperioribus,hanc methodum,cùm certiorem
cæteris omnibus iudicemus,eam Fernelij tanquam minimè tutam relinquimus, cùm
præſertim ipſe non reprobauerit Galeni methodum,quam,vt dicebamus, debebat ra-
tionibus validiſſimus expungere, & ſuam validis demonſtrationibus confirmare, ſit
igitur noſtra concluſio, quòd mulieres enixæ ab vteri affectione malè ſe habentes de-
beant curari. Qui cupit videre hanc Fernelij opinionem multis rationibus exploſam,
legat quæſo Ioannem Raphaëlem Moxium lib. 3. de morb. acut. in enixis curandis
per venæ ſectionem cap. 32. 33. & 34.

Conuulſa iam Fernelij authoritate, opus eſt,vt videamus, an Franciſcus Valleriola
hanc methodum Galeni conuellat. Sed liceat verum fateri huiuſmodi à Valleriola
ſcripta hiſtoria ſuæ illius mulieris pleuritide laborantis, cui ex brachio miſit ſangui-
nem, nec ingenuè, nec fideliter narrata eſt; quandoquidem, qui vtuntur hac Valle-
riolæ experientis, dicant ipſum ſcripſiſſe mulierem illam adeo grauiter cum caſu vir-
B tutis ſe habuiſſe, vt moritura in horas ob ſpiritus interclusionem ſperaretur. At Valle-
riola poſtquam conuenit cum Ludouico Laurentio ſuo collega de eſſentia morbi, &
cauſis, addit paulò inferiùs in eam iuimus ſententiam, vt viſa morbi magnitudine, &
periculo, ſpectata ætate iuuenili, atque florente, viriumq; robore de mittēdo ſanguine
cogitaremus. Aduerſarij igitur ſcribunt caſum virtutis adfuiſſe, è contra tamen Valle-
riola ſcribit adfuiſſe robur virium. Addunt deinde aduerſarij, vt moritura in horas ob
ſpiritus interclusionem ſperaretur, at Valleriola non ſcribit ſe ſperaſſe in hac ſua mu-
liere mortem, verùm potius oſtendebat eam ipſam timere; nam rationibus ab affini-
bus adductis reſpondent vtrique, nempe Laurentius, & Valleriola hæc proferentes
verba. *Plus quidem viribus morbi, & indicationi, quàm ille de ſe ſuggerit eſſe tribuendum*
conſtantibus præſertim ægræ viribus, quàm omnibus ijs, quæ in contrarium eſſent adducta;
futura enim prædiximus niſi in tempore mitteretur ſanguis, vt infra paucos dies ſuffocata
periret iuuencula, quòd tanta premeretur ſpirandi difficultate, vt vix ad ſeptimum pertin-
gere poſſet, præſertim cum cruda exiſtente pleuritide nihil ægra expueret.

C Ex his luce clarius apparet virtutem in hac muliere, quàm proponit Valleriola, va-
lidam eſſe, mortiſque periculum non fuiſſe interclusionem venarum,quam Hippoc.4.
acut. 23. appellauit ἀπόληψιν, & nos oppletionem dicere poſſumus; nam huiuſmodi
ſymptoma ex Galeni ſententia in comment. fit à maxima copia humorum, à qua ſu-
pra modum oppletæ ſunt venæ omnes, vnde virtutem grauari neceſſe eſt, periculum-
que eſſe extinctionis caliditatis natiuæ, at in hac muliere Valleriolæ huiuſmodi ſpiri-
tuum interclusio minimè aderat, quare mortis periculum, quod timebant Medici,
erat propter ſpirandi difficultatem ob pleuritidem crudam,in qua nihil expuebat,quo
nomine Medici tam ſolliciti erant de ſanguinis miſſione; aliud enim eſt dicere mea
ſententia periculum eſſe, ne mulier ex pleuritide oppreſſa ſuffocetur, & aliud eſt di-
cere ipſam pati interclusionem ſpirituum, ob quam in horas ipſa moritura timebatur.
Caſus à Valleriola propoſitus in ſua muliere erat timor mortis ob pectoris anguſtiam
à pleuritide cruda ortam, non ob ſpirituũ interclusionem; nam quamuis ſpirituum in-
terclusio afferat quidpiam ſuffocationi ſimile, docente Galeno præcitato loco, eſt ta-
D men quid diuerſum ab ipſa ſuffocatione: ſimile enim, vt clarum eſt,non eſt idem,qua-
re concludo diuerſum caſum eſſe propoſitum à Valleriola ab eo, quod ab aduerſarijs
proponitur,vnde nec ad noſtram diſputationem facit. Sed eſto vnum, & eundem eſſe
caſum,dico neque rectè conſultũ fuiſſe ex cubito venam ſecare,quod euentus demon-
ſtrauit; nam cùm curatio verá illa ſit, quæ præter iucunditatem affert ſecuritatem,
breuiſſimoque tempore ad finem perducitur, hic curandi modus Valleriolæ, & ſocij
nec iucundus, nec tutus, nec breuis fuit; nam poſt ſanguinis ex cubito miſſionem nul-
lum percepit leuamen à dolore; verba ipſius Valleriolæ hæc ſunt, *ſed nihilo ſecius per-*
ſtabat, & ingens lateris dolor, & expirandi ſumma difficultas.

Addit deinde, *iniecto ſub veſperam leni clyſtere fouere locum cepimus*, & quæ ſequun-
tur: deinceps paulò poſt inquit, *tum verò ad expectorandum humorem eclegmatis varijs*
vſi, interdum decoctis pectoralibus, atque ſyrupis, omniſque molimine promouendo ſputo, &
ſedando dolore intēti eramus, quod non niſi magno labore, & diutino tēpore conſequi potuimus.

Digitized by Google

Purgata fuit tranſacto die ſeptimo, poſtquàm purgatione præfocari ſe dicebat, itaut E
tandem ad emplaſtrum quanddam refugere ſint coacti, & ad pectoris vnctiones à quibus omnibus producta fuit curatio in trigeſimum diem. Ex his ſole clarius apparet hanc curandi rationem, & tardam, ac periculoſam fuiſſe, quæ ſi via, & methodo à Galeno propoſita inſtituta fuiſſet, longè tutiùs, & breuiùs ad ſanitatem ęgra perducta fuiſſet, quod apparet ex curationibus ſupra allatis ab Hippoc. & Trincauellio factis, & ab Amato Luſitano iam ſupra citato, ex cuius praxi, & obſeruatione dilucidiſſimè apparet illas mulieres, quas, dum iunior eſſet, curauerat, in longum tempus, & cum periculo vix ſanitatem recuperaſſe; aliæ verò, quæ ex principijs artis à Galeno traditis curatæ ſunt, tutò, & citò fuerunt ab ipſo ad priſtinam valitudinem redditæ; nam dum curaret illam mulierem ſupradictam, quæ ex ſupreſſis menſibus in totius corporis fœda exanthemata inciderat, volens præceptum Aëtij experiri methodo Galeni poſtpoſita miſit ſanguinem primò ex vena tali ad ſex vncias, deinde aliquot diebus interpoſitis alias ex eodem loco ſex vncias extraxit, ſed cùm his ſectionibus morbus non cederet, factis multis alijs præſidijs ad ſanguinis miſſionem à vena cubiti ſe contulit, à F
quibus omnibus cùm non poſſet intentum habere, deliberauit ex poplite ſanguinem extrahere, quam ob Chirurgi imperitiam cum ſecare non potuiſſet, confugit denuò ad venas tali, à quibus extractus fuit ſanguis quantum opus erat, & mulier fuit liberata: alias etiam curauit paucis diebus ex talo iuxta Gal. decretum mittēs ſanguinem. Galeni methodum ſeruauit præſertim poſtquam ſenior factus eſt, & omnes liberabat.

Ioannes Raphaël Moxius lib. 4. de morb. acut. curandis per venæ ſection. in enixis cap. 43. enarrat caſum quendam mulieris nobilis Valentianæ in puerperio correptæ febre acutiſſima cum delirio, cui & reſtricta quoque erant lochia. Initum fuit inter grauiſſimos Medicos conſilium de loco, ex quo deberet mitti ſanguis; nam quid agendum omnes conueniebant, ſed de recto vſu præſidij maxima excitata fuit controuerſia, præſertim de vbi; alij enim dicebant à venis ſuperioribus, nempe à cubito, alij è contra putabant à venis tali eſſe mittendum ſanguinem, quorum præualuit opinio, vnde facta ſectione in talo à febre, & delirio mulier liberata fuit breuiſſimo tempore, idque merito factum; nam cùm vterus in enixis per idiopathiam patiatur, omnia mala euenientia ab huius læſione euenire neceſſe eſt, iuxta illam Hippoc. ſententiam 2. prorgn. cap. 48. *ſi mulieribus à partu alba cum febre retineantur, ſurditaſque fiat perniciosè vehementer inſaniunt*, & Gal. in comment. notat non in albis tantùm, ſi eorum, G
quæ à partu vacuantur, retentio fiat, praua eſt tum cauſa, tum nota, verùm quoque in biliofis, & ſanguine ipſo, nempe lochia purgatio eſt, atque etiam ex nominis ratione purgatio alienorum, quæ geſtationis vteri tempore in venis aceruata ſunt, aſſumpto quidem in fœtu alimento vtili, quod in ipſo erat ſanguine, ſed permanente vitioſiori, qui ſingulis menſibus per vterum excernebatur. Cùm igitur hic vacuatus non fuerit à mulieris puerperio, aut vterum ipſum in phlegmonem agit magnam, aut ad ſuperiora in aliquam ſedem vectus parti excipienti proprium affectum cum periculo infert, & ad quam peruenerit, mox apparētia ſymptomata indicabunt, quo modo nunc tum thorax, tum caput vitioſum ſanguinem ab vtero ſurſum latum exceperunt.

Duplicem hoc in loco Gal. affert purgationem in enixis faciendam, vna eſt lochiorum, alia eſt vitioſi ſanguinis remanentis poſt fœtus alimentum, à quo nutriebatur in- H
fans in vtero. Prima purgatio eſt illius ſanguinis, qui intra vterum, & membranas fœtum ambientes, nempè amnion, & chorion continetur, de quarum materia loquens Gal. inquit, ſi eorum, quæ à partu vacuantur, retentio fiat, praua eſt tum cauſa, tum nota; nam illa ſunt, quæ ſtatim à partu euacuari debent in omnibus mulieribus enixis tam in albis, hoc eſt, vt interpretatur Gal. pituitoſis, & biliofis, ac ſanguineis mulieribus indifferenter, quæ quidem ſi non purgentur, praua eſt cauſa, quia putreſcunt retenta, inde praua ſuccedunt ſymptomata, & tandem mors; eſt quoque, & prauum ſignum, quia demonſtrant naturam vteri læſam eſſe, aut impeditam, quo minus ea extrapellere queat. Et hæc eſt prima purgatio quæ ſtatim in puerperis fieri eſt opus, quamque hoc loci Gal. appellat lochiam purgationem. Altera verò, quæ ex ratione nominis purgatio quoque eſt à Galeno appellata alienorum, quæ tempore vteri geſtationis in venis coaceruata ſunt; ſunt autem hæc, quæ ex bono alimento, à quo nutritur

tritur

A tritur infans, tanquam inutilia à ſanguine bono ſeparantur, & ſingulis menſibus per
vterum ſecernebantur, quæ vbi in mulieris puerperio non vacuantur, verùm retinen-
tur, neceſſariò vel in vtero inflammationem producunt notabilem, aut in aliqua
ſuperiori parte, aut ſede, quæ ipſa ſuſcipit, proprium inducunt affectũ, non ſine magno
periculo, ſtatimque apparent ſymptomata tam morbi, quàm partus affectæ. Igitur duæ
ſunt à Galeno propoſitæ euacuationes, quæ à partu debent fieri, vna eſt lochiorum,
quæ tribus diebus fieri debet & etiam ad ſeptimam vſque, & copioſè quidẽ, altera quę
ſenſim, & per longum tempus: prima lochiorum, ſecunda dicitur purgatio alienorum.
In caſu à Valleriola propoſito prima purgatio facta fuit ſatis commodè, hinc non
potuit ab ipſis lochijs fieri pleuritis, ergo dicendum eſt neceſſariò eueniſſe ex ſecunda
illa purgatione non ritè peracta, cuius ob errores commiſſos ab illa muliere aliqua
portio recurrerit in thoracem, ibique retenta pleuritidem induxerit. Vnde luce cla-
rius apparet pleuritidem non habuiſſe rationem vrgentis, ſed vterum malè affectum,
quare indicationi, quæ ſuggerebatur ab vtero malè affecto non perfectè totum hu-
B morem purgante, primò erat ſatisfaciendum, eratque per venam tali tanquam per
eam, quæ maximum habet commercium, conſenſum & rectitudinem, mittendus ſan-
guis. Rectè igitur Amatus operatus eſt in ſua enixa pleuritide laborante, quando
miſit ſanguinem ad talum; ipſam enim longè citiùs à morbo liberauit, Valleriola verò
mittens ſanguinem à venis ſuperioribus ſuam enixam tardiùs, & cum periculo vitæ
liberauit, itaut hoc in loco ex authoritate Valleriolæ nihil probant.
Quod ſpectat ad teſtimonium ex Augenio adductum, multa ab ipſo dicuntur, quæ
non omnimodam veritatem habent, & loquens de triplici illa febre, de primæ, & ſe-
cundæ ſpeciei curatione nihil dicit, ſed de tertia tantùm, in qua vult mittendum eſſe
ſanguinem non à partibus infernis, ſed à venis ſuperioribus ad cubitum exiſtentibus.
Moxius autem lib. 3. cap. 14. irridet Augenium non modò circa diuiſionem hanc
febrium, ſed maximè quando ait, primam hanc febrem neceſſariò omnibus enixis
euenire, Verùm quidquid ſit de Augenio, non eſt, cur de ipſo loquamur, niſi quan-
tum ad propoſitum noſtrum facit, quare opus eſt ad noſtras partes ab aduerſarijs tu-
C tandas, vt oſtendamus ab Augenio nihil habere, quòd ſit aduerſus ſententiam noſtram
de ſanguinis miſſione in enixis. Hoc, vt rectius oſtendamus, operepretium eſt, vt ad-
uerſarij verba afferamus, quæ adducuntur ab ipſo cap. 5. libelli ſcripti aduerſus
Medicos curantes perilluſtrem mulierem, de qua loquuti ſumus initio huius Deca-
dis. *Duæ verò alia enixis accidunt* (inquit loquens de febribus) *ijs potiſſimùm, quæ fæ-
mellas pepererunt, vt conſtat ex Hippoc. lib. 3. epid. comment. 3. tex. 73. & lib. eodem tex.
85. in hiſtoria mulieris, quæ gemellas pepererat, & 1. epid. 3. in hiſtoria vxoris Epicratis, ſi-
militer in vxore Philini, & Dromeadis habetur; nam quæ pepererunt, aut cum benè ſecun-
dùm naturam expurgatæ in febres incidunt, aut non benè expurgantur: illis certè ex reten-
tione ſanguinis in vtero exiſtentis, vt plurimùm accidit inflammatio.*
Augenius verò, cuius aduerſarij innituntur authoritati, alio modo hunc conceptum
affert; nam poſt declaratam naturam febris allatæ, quam inter ephemeras connume-
rat, addit ſtatim hæc verba. *Et aliæ febres ex accidenti puerperis adueniunt, potiſſimùm
ijs, quæ puellas pepererunt, vt ex hiſtorijs colligitur ab Hippoc. propoſitis lib. de morb. vulgar.
D harum enim partus ſunt longè difficiliores, quàm ſint partus maſculorum, & hæ febres duo-
rum ſunt generum; quædam enim per ſe ſunt febres*, & quæ ſequuntur. Hæ autem febres
ſunt ſynochæ, & aliæ ab inflammatione ortum ducentes, quibus ab ipſo declaratis,
earumque cognitione in medium allata, hæc ſubiungit verba. *Alia febris ab hac ipſa
(nempè à ſynocha) longè diuerſa eſt, quando ſcilicet à partu mulier rectè expurgata incidit
in febrem: cuiuſmodi caſus contigit Philini vxori, quæ filiam pepererat, & ſecundùm natu-
ram purgata fuit, & cum alia leuiter tranſegiſſet exactis quatuordecim diebus à partu, igne
correpta cum rigore fuit; lege Hippoc. 1. epid. ſection. 3. ægro. 4. Conſimilem caſum refert
contingiſſe vxori Dromeadæ, quæ rurſus filiam pepererat, cui alijs omnibus ſecundùm natu-
ram factis, ſecundo vix rigor accepit, & febris acuta: longè diuerſam eſſe dixi hanc febrem,
quia priores duæ originem habebant ab expurgatione retenta, hæc verò minimè*. Hæc
habentur ab Augenio circa febrem hanc distinctam à ſuperioribus enarratis vteri
vitio prodeuntibus, quam dixerat contigiſſe mulieribus Philini, & Dromeadæ.

Aduerſarij verò contrarium dicunt,nempe vtramque hanc mulierem paſſam fuiſſe ex E
ſanguinis in vtero exiſtentis retentione, à quo vt plurimùm accidit inflammatio. In
ſumma Angeuij mens eſt, duabus illis mulieribus febres euenientes nec ab inflam-
matione,nec ſynochas fuiſſe,ſed ab apparatu totius corporis eueniſſe; aduerſarij è cō-
tra affirmāt vtrique mulieri febrem ex ſanguine in vtero retento contigiſſe,quare non
video,quomodo ex authoritate Augenij poſſint confirmare ſuam opinionem, vt duæ
iſtæ mulieres curandæ ſint per ſanguinis miſſionem à venis ſuperiorum artuum.

In curatione deinde Augenius inquit,febrem à ſe propoſitam diuerſam curationem
exigere, tum in curandi ratione,tum in victu;nam non expedit venā incidere in popli-
te,aut malleolis, quia mali fomes in vtero non eſt. Sed huiuſmodi ſentētia procedit ex
hypotheſi falſa, & aduerſarij tanquam iudices quidem in throno ſedentes ſuam pro-
ferunt ſententiam his verbis. *Poſtrema hac curandi methodus maximè conuenire videtur
puerperis, quæ à prima die partus acutè febriunt, dum ritè in primis diebus purgata fuerint,
deinde per interualla aquoſum humorem ſtillat vterus, at ſi minus à principio poterit illa à
Medicis exerceri ob aliquam ſuſpicionem ne vterus conſpiret ad febrilem affectum, vt di-* F
*ctum eſt, ſectis venis tali, cùm febris magis exaſperatur, & validior fiat, quanto ocyus ad
venam cubiti ſecandam occurrendum eſſe exiſtimant omnes viri docti.* Quòd verò id
ſuppoſitum falſum ſit, omnes docti viri contrarium ſentientes teſtantur, vt in ſupe-
riori oſtendi; enixis enim mulieribus, quæ in febrem acutam inciderunt, contin-
git morbus ex lochiorum ſuppreſſione, vt ſupra dicebam, ratioque id ſuadet; nam
cùm menſtruæ purgationes ex venis, vbi febris acuta reſidet, proueniant,& ex eadem
fiunt materia, ſi vt decet, exirent ſecum cauſam febris tam coniunctam, quàm antece-
dentem ducerent, ex Hippoc. 1. de morb. mulier. 49. Sed caſus non ita proponitur,
vt mulieres rectè per vterum purgentur, ſed vt primo die à febre acuta corripiantur,
& ritè primis diebus expurgentur, ideo dico id facilè fieri poſſe, quia vt etiam ſupe-
riùs ex mente Galeni oſtendi, purgationes, quæ à partu in muliere fiunt, duplicis ſunt
generis. Aliæ, quæ in vteri cauitate ſimul cum ſecundinis colliguntur,& poſt puerum
exeunt, quæ ab Hippoc. lib. de nat. puer. num. 83. appellantur veluti mucus craſſus
ſanguinolentus, qui quidem non aliter educi videtur, quàm aqua effuſa in menſa. G

Notat hoc loci Theodorus Zuingerus vir elegantiſſimus hanc materiam, quæ poſt
fœtum exit primis diebus, eſſe tanquam aquā in tabulam planam effuſam, quæ in nul-
lam partem vergit, at ſiquis digito viam illi fecerit, hanc ſequuta in terram delabitur.
Aliæ verò ſunt, quæ ſenſim colliguntur, vt dictum eſt. Quamuis priores purgationes
ritè, & vt naturæ congruum eſt, ſint factæ, non propterea tollunt aliquid de febre
acuta, quæ accenſa eſt in venis, cùm ab his non fiat febris, ſed ab alijs non probè eua-
cuatis. Id autem, quod in his euacuari oportet Hippoc. magiſtro de natur. pueri, *eſt
ſanguis veluti à victima exiens.* Cùm igitur à primis purgationibus non poſſit fieri fe-
bris, mirum non eſt, ſi quamuis benè ab his purgatæ ſint mulieres, adhuc febris acuta
maneat, quòd non ita res ſe habere poteſt in recta aliarum purgatione, quæ re vera
euacuandæ ſunt per ea loca,quæ à natura conſueuerunt duci, nec non per vias, quæ
parti illi ſunt propinquiores,& conſenſum maiorē habent cum illa,at vterus locus eſt,
per quem purgationes extrapelluntur, venæ verò, quæ habent illum conſenſum, ſunt
quæ ad talum reperiuntur, nempe ſaphenæ, quare longè plus rationi correſpondet H
miſſio ſanguinis per venas has, quàm per ſuperiores. Vtero igitur ſtillante aquoſum
humorem, aut non ſtillante expedit ſecare venam inferiorem, vt ſanguis, qui exire
debet, euocetur. Indicans in hoc caſu eſt humor noxius febrem faciens,qui extra cor-
pus educendus eſt. Ad rectum methodi vſum,fuit locus, per quem educi debet, nec-
non & vena ſecanda, quæ & conſenſum cum vtero habet, & rectitudo, à qua non
modò euacuetur humor peccans, verùm reuellatur, & deriuetur, ſi reuulſione, aut di-
riuatione opus ſit; nam eiuſmodi eſt vena, quæ ad artus inferiores reperitur,ſiue po-
plitica ſit, ſiue ſaphena,quamuis noſtris diebus popliticæ venæ ſectionis vſus ſit aboli-
tus, quare methodus in hoc caſu ab indicante deſumitur, quòd auxilium ſit euacuans
per ſanguinis miſſionem, & vena ſecanda ad vſum methodi ſpectet.

Dicunt tamen aduerſarij nulla ratione ſuffulti,primò mittendum eſſe ſanguinem ex
venis inferiobus,ſi ſuſpicio ſit,ne vterus ad febrem faciēdam conſpiret, at vbi morbus

augeatur,

Digitized by Google

A augeatur, quàm citò deueniendum ad ſuperiorum artuum venarum ſectionem. Sed
hæc gratis ſumpta ſunt; nam methodus à Galeno tradita eſt, vt à morbo tanquam
à præcipuo indicante indicatio medendi accipiatur, inde methodo reſolutiua ad alia
indicantia procedamus, quouſque inuenerimus vltimum indicans, à quo in exequutio-
ne, & operatione incipiamus; id enim, quod eſt primum in intellectu, eſt vltimum in
exequutione, febris hic ſupponitur, ipſius cauſa eſt humor in venis exiſtens, qui extra
educendus, ac vterus rationem habet non modò cauſæ ſine qua non, verùm etiam
primi affecti, ab eo igitur euacuandum eſt, & per venas, quæ huic maximè conſen-
tiunt, quæ ſunt iam dictæ ad vſum methodi facientes, vt ſupra docuimus. Et quamuis
morbus augeatur, non propterea ad ſuperiores venas ſcindendas licet recurrere,
quæ ſi ſecarentur, eſſent maximo impedimento, & contrarium facerent illi, quod re-
quiritur; nam *omnia ſecundùm rationem facienti, & ſi ſecundùm rationem non ſuccedat,
non eſt ad aliud tranſeundum*, id docente Hippoc. 2. aphoriſ. non igitur verum eſt,
quòd viri docti ſequantur methodum ſuppoſitam ab Aduerſarijs; nam id & Ga-
B leno, & rationi, & experientiæ aduerſum eſt.

Eſt modò & authoritas doctiſſimi Mercati in medium allata, vbi ſcribit in puerpe-
ris difficilem reſpirationem, graue admodum malum eſſe, ſummeque periculoſum
tum ratione ſigni, tum verò, quod grauius eſt, ratione cauſæ, quia, vt ſignum indicat
inſtrumenta reſpirationi ſubſeruientia purgamentis partus vitiari, & repleri, quod
quidem quantum mali ſit, nemo ambiget: vt cauſa verò grauius profectò eſt, & per-
nicioſius, quod vehementiſſima, ac velociſſima thoracis dilatatione, & compreſſione
copioſus trahitur puerperij humor ad thoracẽ ipſum. *Cenſeo tamen* (inquit Mercatus)
*vtcumque ſit, difficilem ſpiritum, & gutturis inflammationem, vel iecoris, aut alterius cu-
iuſuis partis, præſertim interna ex ſuppreſſo puerperio frequentiùs aduenire, ſi vtcumque
reſpiratio vitietur, quàm quoduis malum, & ob id omni arte curandum eſt per vterum
naturam euocare, vel ſaltem per infernam regionem, & quod in corpore ſupererit euacuare
ſanguine miſſo ex talo, vel ex ſuris, vel ex fæmoribus. Verùm* (addit) *in his omnibus inflam-
mationibus, ac difficili reſpiratione, id perpetuò obſeruandum eſt, nimirum quod ſi ſanguine
C ab inferioribus ſufficienter miſſo affectionem adhuc creſcere contingat, facta coniectura ple-
nitudinis affecta particula, ſiue guttur, ſiue caput, aut pleura ſit, mihi non eſt dubium ſan-
guinem ex viciniori parte eſſe mittendum, etiam ſi puerperium fluat. Nullo enim alio modo
citius præcauere poteris ſuffocationis periculum in pleuritide, difficili reſpiratione, vel angi-
na, quàm ex vicinioribus ſanguinem miſſo: euocatis etiam eo tempore menſibus per
frictiones, ligaturas, & cucurbitas inferis partibus adhibitas, quibus irruentis ſurſum
ſanguinis impetus citius retrahatur; maximè ſi citatior factus fuerit ſanguine miſſo ex
ſuperioribus.*

Verum huiuſmodi audaci determinatione Mercatus inſtituit ſibi propriam metho-
dum; nam ſurſum ab vtero recurrente materia, quæ inducit prædictos affectus, vult
ſanguinem primò detrahendum ex venis inferioribus, quibus ſectis ſi contingat
perſiſtere affectiones haſce, nempe gutturis, & thoracis, tunc mittendum eſſe ait à
vicinioribus partibus, ſimulque, & ſemel vtendum frictionibus, ligaturis ad par-
tes infernas, ne in nimia copia humor fluens irruat in partem affectam. Huiuſmo-
D di Mercati methodus aduerſatur, & Hippoc. & Gal. quemadmodum ſupra oſtendi-
mus, vbi vidimus ex ſectis venis ad cubitum in puerperis malum ſemper eſſe, ſiue adſit
inflammatio, ſiue minimè, quare huiuſmodi locus Mercati tantùm abeſt, vt faciat pro
aduerſarijs, vt potius eis repugnet, quod etiam pluribus capitibus demonſtrat Moxius,
vbi etiam probat methodum Galeni cæteris omnibus tutiorem, & veriorem eſſe.

Vltimo loco eſt ſententia, & authoritas ſummi Mercurialis ſuper lib. epidem. hiſt.
4. in vxore Philini, qui præcipit in puerperio communicato vtero affectu, vel iecino-
ri, vel alijs ſupernis particulis ex cubito detrahendum eſſe ſanguinem adminiſtrata
priùs ſectione tali. Addunt, & aduerſarij, quòd in his caſibus vſurpetur à doctiſſimis
Medicis ſanguinis miſſio interdum vſque ad animi deliquium, ſi vires non obſtant, ſin
minus, parcè reiteratis vicibus. Sed in hoc loco aliud eſt conſiderare inflammationem
in corpore repleto, nec ortum habentem à puerperio, & aliud eſt conſiderare inflam-
mationem euenientem ex retentis menſibus, atque in iecur regurgitantibus: ſi primo
modo

modo inflammatio iecoris fiat, ad ipſam tollendam omnium præſtātiſſimum auxilium E
eſt mittere ſanguinem ex venis ſuperioribus, & præſertim ex vena iecoraria: pro variaque plenitudine, virium robore, habitu corporis, temperie poteſt mitti ſanguis magis, vel minus copioſè; rarò autē ad animi vſque deliquiū. Si ſecundo modo, magis rationi conſonum eſt id efficere in puerperis, quòd ſe feciſſe ſcribit Hipp. Eſtimargei ancillæ, quæ inciderat in tremorem ex retentis menſibus, non ſecus atque vxor Philini inciderat in dolorem hypochondrij dexteri, quem dolorem ab inflammatione factum fuiſſe ſcribit Mercurialis, quare longè ſecuriorem eſſe illam methodum, quam docet Gal. vt ſupra oſtendimus, aſſeuerantur ſtatuimus.

Relinquitur poſtremò, vt videamus, quomodo ab Aduerſarijs ratio ducta concludat venas ſuperiores eſſe incidendas in huiuſmodi mulierum affectibus; nam dicunt Gal. ſcripſiſſe in pleuritide parum iuuare ſectionem venæ in oppoſita parte, igitur in caſu noſtro propoſito minus iuuabit ſecare per oppoſitionem longitudinalem, quæ eſt deorſum, & ſurſum; propterea enim Gal. ſcribit non iuuare ſectionem venæ in latus oppoſitum dolori, quia vena ſecanda nimis diſtat à loco affecto, nec aliquam F
habet cum parte affecta conuenientiam. Hoc argumentum in ipſos facillimo negotio retorquetur: vterus præſupponitur affectus, venæ, quæ ſunt ad malleolos, aut ad poplitem, ſunt ipſi vtero propinquiores, maximamque habent cum ipſo affinitatem, è contra verò venæ, quæ ſunt ad cubitum longinquiores ſunt, quemadmodum docet Gal. pluribus in locis, & anatomes ipſa confirmat, quare in propoſito noſtro caſu longè facilius, citiuſque ſectæ venæ ad talum iuuamentum afferunt, quàm ſi ſectæ in cubitò fuerint. Sit igitur determinata veritas, quòd in enixis mulieribus ob vteri affectionem, quæ requirit curationem, ſemper facienda ſit ſanguinis miſſio ex venis inferioribus, nunquam ex ſuperioribus.

Quæſtio Sexta.

An in præſagijs liceat mentiri: an exanthemata indicent plenitudinem: an puerperijs aſſignari poſſit determinata quantitas: & an Mercatus rectè concludat enixas ritè fluentibus lochijs graui morbo corripi. G

Ad Ioſeph Brunum, & Larcaram Meſſanenſem Medicum, & Philoſophum ingenioſiſſimum.

ETſi apologeticam hanc Decadem ad anomali iacta tela aduerſus me effugienda inſtituerim; nihilominus, quia perſpicio aduerſarium quaſdam præterea propoſitiones profudiſſe, quæ licet mihi non officiunt, poſſent incautos in errorum voragines deijcere, operæpretium duxi eas in examen reuocare. Atque id non eo animo aggredi ſtatuo, vt in detractionem aduerſarij cedat negotium (ab hoc enim quàm longè abſim, quis non videt?) ſed vt radiculas malè naſcentis doctrinæ euellam, & ij, quibus nota eſt inter me, & anomalum controuerſia, intelligant, quàm promptum, & audax ei fuerit ingenium ad proferendum, ac etiam typis excudendum, quicquid ad ſuas H
tuendas partes accommodatius cenſuerit. Nec propterea putet quiſpiam me ſingula huius hominis errata in medium adducere velle; nam id præter quam quod longum eſſet, plurima ſanè habentur, quæ vel lippis, & tonſoribus, vt aiunt, ſunt manifeſta: nonnulla itaque tantùm exagitare opinatus ſum, quibus aliqua videtur ineſſe probabilitas. Inter quę primùm eſt licere in pręſagiendo Medicis mentiri, quā propoſitionem propterea emiſit, quia falſum prognoſticū ediderat, quare vt oſtenderet poſt rei euentum ſe non ex errore, ſed ex induſtria, & artificioſè mendacium protuliſſe, præceptum illud, irridendum profecto, adduxit. Deinde conatur probare maculas per cutem erumpentes, & ſubitò euaneſcentes indicium eſſe plenitudinis, ac proinde ſanguinis mittendi indicationem præbere: & id idcirco facit, quia ſemper inſtiterat, vt deueniremus ad phlebotomiam, quæ eſt præſentaneum remedium ad auferendam plenitudinem. Ad hæc ſuſtinet in puerperio aſſignandam eſſe determinatam purgamentorum

quan-

A quantitatem, contra quam alij Medici ſentiebant. Ad extremum contendit conuince-
re vna cum Ludouico Mercato ex Hippocratis hiſtorijs, enixas mulieres ritè fluenti-
bus lochijs ex interno humorum apparatu, graui morbo corripi poſſe. Quæ ſententia
repugnat ijs, quæ nos in conſultatione dicebamus. Hæc igitur omnia, ſed breui oratio-
ne in præſentiarum ponderare decreui; tibique perſcrutanda, mi Ioſeph, mitto, quæ
legas attentè, ac tuum adijcias calculum, percupio.

Quod ſpectat ad primum, paulò altius repetendum eſt, antequam ſolutionem quæ-
ſiti aggrediamur; nam aduerſarius ſcribit non omnia in morbis præſagibilia eſſe, nec
de his quidquam eſſe proferendum, niſi vt ægris, vel propinquis valde amantibus ani-
mum faciamus. Quod non omnia præſagibilia ſint in morbis, clarum eſt; nam omnia
non pertinent ad artem, quæ autem ſpectant ad ipſam, ea ſunt, quæ à Gale-
no lib. 4. de præſagit. ex pulſib. cap. 11. aſſignantur, nempe morbi euentus, modus
euentus, & tempus ipſius; at Medicus, qui inter primos ſe eſſe profitetur, debet præ-
dicere futurum euentum, an ſcilicet æger moriturus ſit, an ſanaturus, deinde per quem
B modum, an per criſim, aut per alium motum, & quo tempore tam reſpectu diei, quàm
ipſiuſmet horæ. Atque id, non vt animũ faciamus affinibus, & amantibus ægrũ, ſed quia
Gal. 1. de victus rat. in morb. acut. tex. 3. ſcribit prænotionem, atque præſagitio-
nem ad curationem eſſe neceſſariã, vnde ſemper debet eſſe vera, aut rarò mentiri; nam
in comment, 1. in 6. de morb. vulg. tex. 17. loquitur ad hunc modum, *oportet autem*
prædictiones vel immutabiles eſſe perpetuò, vel rarò deficere; ſiquidem rarò voti compotem
eſſe, atque ſæpius eo fruſtrari artificioſum non eſt. Alioquin ridiculus eſſet, qui arbitrare-
tur tale eſſe Medicorum præſagium, quale profitentur vates, vt lib. de conſtit. art. med:
cap. 18. Quod ſi interdum ob extremam laborantis formidinem certam ſalutem polli-
ceri coactus fueris, egreſſus è cubiculo ſaltem eius curam gerentibus vera dicenda ſunt,
vt habetur à Gal. com. 2. in 6. epid. 43. & 2. de Hippoc. & Platon. decretis cap. 5. vbi
reprehenſione inquit, dignus eſt ille Medicus, qui cùm veri naturã cognouerit, ea non
vtatur. Ad aſſiſtentes igitur Medici eſt omnem veritatem patefacere. De hac re ſic ait
Celſus, *vbi grauis metus ſine certa tamen deſperatione eſt, indicare neceſſarijs periclitantis*
C *in difficili rem eſſe, ne ſi victa ars malo fuerit, vel ignoraſſe, vel fefelliſſe ſe videatur.*

Aduerſarius tamen, qui cum alijs Medicis in curatione prædictæ mulieris erat è cu-
biculo ægrotantis egreſſus iactabundus, vt oſtenderet alios Medicos in hac ægritudine
nihil cognouiſſe, nihilque recta ratione feciſſe, aut prædixiſſe, non modò affinibus, ve-
rùm etiam, & omnibus nobilibus in aula exiſtentibus prognoſticum protulit perillu-
ſtrem mulierem omninò recuperaturam eſſe ſanitatem, ſiue celebretur venæ ſectio ex
venis cubiti propoſita, ſiue minimè, quaſi dominus eſſet vitæ, & mortis miſerrimæ ado-
leſcentis. Hæc pollicitatio tanta hilaritate affecit maritum, atque ipſius affines, vt ſta-
tim etiam per litteras omnes conſanguineos extra ciuitatem tunc degentes certiores
fecerint ſuam ægrotantẽ in tuto iam eſſe; nam Medicus quidam præclarus affirmauerat
ipſam ſine dubio conualituram eſſe. Difficilè eſt dictu, quibus tunc encomijs, ac laudi-
bus huius virtutem ſingularem ad cælum vſque extulerint clamantes alios Medicos
paruipendendos. Sed ſtatim omnia ad priſtinum rediere; nam ægrota quemadmodum
prædixeramus breui temporis ſpatio mortem oppetijt. Vt verò ab huiuſmodo macula
D ſe vẽdicaret anomalus in ſuo libellulo ſcripſit licere publicis Medicis mentiri, authori-
tate deſumpta à Platone lib. 13. dialogo. 3. de Republica, vel de Iuſto, perperam mea
ſententia intellecta, quod ex Marſilio Ficino grauiſſimo Platonis interprete facilè pro-
bo, qui in huius dialogi cõment. ſcribit apud Platonem Medicos eſſe in duplici diffe-
rentia, alios animi, alios corporis. Priores (inquit) Plato vocat publicos Medicos, alios
verò morborum Medicos appellat: prioribus licet mentiri, ſecundis verò minimè; nam
mendacium ciuitatis calamitas eſt, videlicet quando priuati inter ſe, maximè verò ſi
magiſtratibus mentiantur; perinde enim eſt, ac ſi ægroti Medico, vel nautæ mentian-
tur ſuo gubernatori. Licet autem Medicis publicis, hoc eſt ciuitatis gubernatoribus,
vti mendacio ſalutis publicæ gratia, & priuato quandoque erga priuatum ſolùm gratia
mali cuiuſdam grauiſſimi deuitandi. Quare per Medicos publicos nihil aliud intellige
Plato niſi ciuitatum gubernatores, quod ex verbis inferius à Socrate allatis apparet, vbi
dicit, *ſi quem ergo deprehenderis alium in ciuitate mentientem ex eorum genere, qui arti-*

fices

Digitized by Google

fices ſunt, vatem videlicet, vel morborum Medicum, vel alium priuatum, eum punito, & quæ E ſequuntur. Non igitur Plato accepit Medicos publicos per clinicos, ſiue particulares, ſiue vniuerſales ſint.

Quòd verò Medicus publicus ſit exiſtimandus gubernator Reipublicæ, præterea, quæ ex Platonis ſententia dicta ſunt, confirmari quoque poterit ex his, quæ ſcripta ſunt ab Iſaia Propheta cap. 3. *Apprehendit enim vir fratrem ſuum domeſticum patris ſui, ac dicet veſtimentum tibi eſt, princeps eſto noſter, ruina autem hac ſub manu tua, reſpondebitque in die illa dicens non ſum Medicus nolite me conſtituere principem populi.* Vnde apparet in illa antiquitate principes, & gubernatores Ciuitatũ, & Rerumpublicarum fuiſſe appellatos Medicos publicos. Quare nos concludimus Medicos publicos ex ſententia Platonis eſſe Ciuitatis gubernatores, quibus licet quandoque mentiri, non autem Medicis clinicis, vt dictum eſt, quos Plato appellauit Medicos morborum. Poſſumus etiã dicere Medicos publicos eſſe eos, qui in plateis publicè hominibus medentur, multa etiam vendentes medicamenta in hominum plerumque perniciem potiùs, quàm vtilitatem, quique circulatores, circumforanei, parabolani, & circuitores à quibuſdam di- F cuntur, quoniam per ciuitates obeunt ægris opem laturi, & his videtur licere mentiri; nam tantam ſibi arripiunt licentiam, vt nihil ab ore ipſorum exeat, quod non ſit mendacium. Iſti quidem ſunt, qui mentiuntur in populorum perniciem, quæcunque medicamenta vendant; obſeruamus enim multos, qui accipiunt eorum medicamina putantes ſe obtinere poſſe, quod iſti Medici pollicentur, ſed vbi ad experientiam veniunt, nihil prorſus beneficij ſentiunt (vtinam non reciperent detrimentum) ſi igitur per Medicos publicos hos intelligere velit aduerſarius facilè concedam illis mentiri licere. Hæc ad primum quæſitum diluendum ſufficiant.

Nunc dicemus de ſecundo, nempe de peticulis, ſeu peſticulis, vt appellãt, quę cùm in caſu noſtro apparuiſſent, num fuiſſent ſignum plenitudinis, & partium ſupernarũ affectarum. Vix quidem rationi conſonum eſt huiuſmodi maculas, vt in ſeptima Decade fuit demonſtratum, eſſe ſignum plenitudinis, aut læſionis partium ſupernarum; nam cùm ex Hipp. ſententia dixerimus has maculas eſſe in triplici differentia; alias, quæ cutem lædunt, quo ad colorem tantùm, alias, quæ non ſolùm in colore, ſed & læuitate lædunt, quia cutem ſua natura læuigatam, & planam, aſperam reddunt; alias verò, quæ lædunt cutem ipſius continuitatem ſoluentes, neutra harum ſpecierum poteſt eſſe in- G dicium plenitudinis, itaut ab ipſis accipiamus indicans ſanguinis mittẽdi. Priores enim ſunt effumationes quædam eleuatæ à pugna caloris naturalis, & præter naturam, in qua vapores tendunt ad cutem; aliæ verò ſpecies, etſi ſint expulſiones à natura factæ prauorum humorum intus venam cauam exiſtentium, potiùs tamen indicia ſunt cacochymiæ, quàm plenitudinis. Modus autem, quo priores erumpunt, eſt, vt inquit Auicen. per ebullitionem non modò à vena caua ſurſum aſcendente, vt ſcribunt aduerſarij, ſed etiam inferiùs deſcendente, quæ & ipſa diſtribuit ſanguinem per vniuerſum corpus. Nam cùm vena caua à iecore prodit, vnam partem ſurſum, alteram deorſum diſtribuit, hinc non eſt maior ratio, cur fiat ebullitio in ſuperiori parte, quàm in inferiori, vnde etiam neceſſariò ſequitur, vt maculæ iſtæ per vniuerſum corpus fiant, quod continua experientia demonſtrat, quare huiuſmodi maculæ non ſunt ſanguinis mittendi indicium, neque magis demonſtrant partes ſuperiores lædi, quàm inferiores, de quibus H etiam aduerſarij loquentes dicunt eas erupiſſe quidem, ſed ſtatim euanuiſſe, ac propterea ex his non poſſunt concludere eas indicium fuiſſe in noſtro caſu plenitudinis, aut materiæ retentæ in partibus exiſtentibus ſupra iecur, & hæc quo ad ſecundum.

De quantitate ſanguinis exeuntis poſt puerperium, quod eſt tertium propoſitorum, nunc differendum eſt. Diximus ſuperiùs ex eodem Hippoc. duplicem eſſe purgationem, prima eſt, quæ fit immediatè poſt partum, & hæc eſt ſimilis materiæ, quæ in menſam effuſa digitis quodammodo deducitur. Cum hac materia exeunt ſecundinæ vocatæ, nempè amnios, chorion, & placenta, iecur vterinum ab Arantio dicta, ſimul cum vaſis vmbilicalibus, quæ omnia, & præſertim ſecundinæ, quò citiùs exeunt, eò meliùs eſt. Sed illa materia lochialis dicta non eadem die, ſed vt plurimùm expurgatur primę ſeptimanæ ſpatio; ſicut enim vbi mulieres vtero gerunt, ſanguinem colligunt in prima ſeptimana, quo tempore genitura nondum allicit eum pro ſui nutritione, quia vita adhuc

Digitized by Google

A huc non fruitur, ita in prima ſeptimana puerperij funditur, quaſi ſit retributio quędam
ſanguinis ſub prioris conceptionis ſeptenario retenti. Hunc fluxum Hippoc. lib. de
nat. pueri retributionem taleonis appellauit, quemadmodum igitur tempore genitu-
ræ colligitur ſanguis per ſpatium primæ ſeptimanæ, ita in puerperio per primam
ſeptimanam euacuatur, & hæc eſt purgatio lochiorum propriè dicta à Galen. 3. in 3.
epid. 73. contex.

Altera verò purgatio, quæ ſingulo die fieri debet, eodem docente Hippoc. in fœ-
mellis quadraginta duobus diebus (quando longiſſima quidem eſt, & perfectiſſima)
abſoluitur, minus verò perfecta ſpatio vigintiquinque dierum finitur, è contra quan-
do mulier parit maſculum, longiſſima, & perfectiſſima expurgatio in triginta diebus,
minus perfecta in diebus vigintiquinque perficitur, & hanc appellauit Gal. loco ſupra
citato menſium purgationem, cuius rationem reddit Hippoc. deſumptam à fœtus in
vtero efformatione, itaut hoc loci purgationem in enixia duplicem afferat, tam maris,
quàm fœminæ, vna longiſſima eſt, & perfectiſſima, altera verò breuior, neque tam per-
B fecta. In maſculo perfecta eſt triginta dierum, breuiſſima, & ſine periculo eſt viginti
dierum; in fœmina verò longiſſima eſt quadraginta dierum, breuiſſima eſt vigintiquin-
que, & hæc eſt quantitas puerperij reſpectu temporis durationis menſtruorum.

Quod attinet ad quantitatem puerperij exeuntis, vel diſcretam, vel continuam, pro
diſcreta aſſignat Hippoc. heminam alteram, ac ſemiſſem primis ſaltem diebus paulò
plùs, aut minùs pro temporis puerperij ratione, donec illud ad finem redactum ſit, &
hæc eſt menſura ſecundùm naturam ſanarum mulierum, & earum, quæ ſanæ futuræ
ſunt, cùm morboſæ variæ ſe habeant, quamuis ab Hippoc. & Gal. alibi habeamus,
quòd quæ vacuantur, non metiantur multitudine, ſed ſi qualia oportet, vacuentur, at-
que facilè id ægræ ferant, quare opus eſt in huiuſmodi puerperis conſiderare tempe-
ramentum, ætatem, habitum, an primipera ſit, an non, nati ſexum, hoc eſt, an qui na-
tus eſt, ſit maſculis, an fœmina, naturam ipſius puerperij, partem temporis puerperæ,
vitæ præcedentis inſtitutum, ac conſuetudinem, anni tempus, regionem, ſtatum cœli.
Cuncta hæc enim augere, vel minuere puerperij quantitatem continuam non eſt du-
C bitandum, quare & aduerſarij dicunt in noſtro caſu poſſe obijci purgationem à partu
non fuiſſe ſufficientem, cùm opus ſit ex Hippoc. ſententia purgationem in enixu fœ-
mineo ſe extendere ad quadrageſimum ſecundum diem, in maſculo verò ad triginta,
& ex Hippoc. 1. de morb. ex verſione Cordæi purgationem in initio quantum hemina
capit, & dimidia, plus minuſue, deinceps ad eius portionem donec purgari deſinat.
Iam verò cùm cotyla, aut hemina apud Græcos pendeat vncias nouem, aut decem ad
ſummum, dicunt totam ſanguinis emiſſionem in puerperio ad duas libras aſcendere
poſſe, atqui ſi commenſuretur copia ſanguinis duobus primis diebus ab vtero effuſa
propoſitæ ægrotantis, illa quidem ex relatione obſtetricis, & Medicorum hanc quan-
titatem exceſſit, deinde verò purgatio non ſanguinis, vt in reliquis ſolet puerperis, per
interualla emanauit vſque ad mortem, præter quam quòd Hippoc. afferat iuniores
diebus paucioribus expurgari, quæque minus ſæpè vtero geſſerunt, & pro ſanguinis
quantitate ſatis fuit illa per biduum larga effuſio. Omnes ſanè expoſitorea gynæ-
ciorum affirmant puerperarum purgationem non ſemper, ſolius ſanguinis eſſe, ſed
D interdum multo prius effuſo ſanguine, cæterorum humorum purgamenta per vterum
excerni.

Verùm ſi nos rectè conſideremus, quæ Hippoc. de purgatione loquitur, videbimus
duplicem purgationem fieri in puerperio, vt dictum eſt, vnam, quam lochiorum ap-
pellat, quia poſt exitum fœtus exeunt ſimul cum ſecundinis lochia prædicta. In no-
ſtro caſu huiuſmodi purgatio non eſt illa, de qua ſermonem habet Hippoc. vbi loqui-
tur de menſura cotylæ, cùm huiuſmodi purgatio ſit earum materierum, quæ in caui-
tate vteri ſimul cum membranis erat collecta, quæ vbi exiuit, non potuit eſſe cauſa fe-
bris, neque in noſtro caſu poteſt eſſe illius conſiderationis, & facilè conceditur eam
ipſam fuiſſe ad libras duas, & eo plus, de hac igitur purgatione non eſt, vt quidquam
dicamus, cùm non faciat ad propoſitum noſtrum.

Altera verò purgatio eſt illa, cuius meminit Hippoc. locis citatis, in qua pri-
mis diebus, quod exit, menſuratur per cotylam vnam, & ſemis, ſeu, vt notat Zuingerus,

ſingulo die eſſe debet ad menſuram Atticæ cotylæ , largior , aut parcior pro mulieris E
temperie,& purgationis duratione. In reliquis verò diebus ad proportionem,hoc eſt,
quia non ſemper debet eſſe vnius cotylæ , & dimidiæ quantitas vſque ad finem , ſed
proportionaliter vſque ad terminum iam dictum, itant Hippoc. ſcribat in ſpatio duo-
rum dierum expurgari debere ad ſeſquilibram , deinde ſenſim deſinere ad finẽ vſque.
Quare ridiculum dictu videtur in toto puerperio, hoc eſt à principio huius purgatio-
nis ad finem vſque ad duas libras expurgari mulieres, cùm hæc ſit mẽſura purgationis
ſanarum mulierum extra puerperium, quæ quando ritè, & vt decet , expurgantur , id
ſit ſpatio duorum, aut trium dierum. Nos itaque loquimur de purgatione , quæ fit in
puerperis, cuius terminus purgationis in maſculis definitus eſt ad triginta dies , & in
fœminis ad quadraginta duos, qui ſunt longiſſimi, & rarò obſeruantur.

Si tamen hoc tempus purgationis termini prætereunt,morboſæ fiunt mulieres;fre-
quentior ſanè purgatio, & breuior non tranſcendit terminum viginti dierum in maſ-
culis , in fœminis verò viginti quinque ex Hippoc. ſententia , quamuis quotidiana
praxis oſtendat rarò mulieres parientes fœminam expurgari ad vigeſimum quintum F
vſque diem, & vbi pepererunt maſculum rarò tranſcendere vigeſimum , aliquando
ante terminatur propter varias cauſas naturales, & non naturales, vt ſupra dictum eſt.
Sed vtcunque ſit, fieri minimè poteſt, vt purgatio puerperarum ſit in tanta pauca co-
pia, vt mulierum ſanarum extra partum, de quibus Hippoc. loquitur lib. 1. de morb.
mulier. nec rationi conſonum eſt, vt tam pauca ſit purgatio in enixis, quanta eſt in
mulieribus ſanis;nam ſanæ mulieres colligunt ſanguinem ſpatio vnius menſis,aut duo-
rum ad ſummum , enixæ verò mulieres per nouem menſium ſpatium. Vnde eſſet
magna improportio,ſi eadem copia ſanguinis exiret in ſanis extra partum , & in puer-
peris: nempe per totum ſpatium purgationis exirent tantum duæ libræ , vt aduerſarij
ſcribunt.Nec poſſum probare Moxium ſcribentem ex Hippoc.ſententia lib.de naturi
pueri tex.12.totam quantitatem totius puerperij attingere libras triginta plus minus,
cùm hac de re nihil ſcribat Hippoc. loco ab eo citato , & quantitas huiuſmodi non
poſſit colligi niſi ex ſyndrome rerum ſupra dictarum, & ex facili tolerantia , & hæc
de quantitate puerperij. G

Quod attinet ad qualitatem , aduerſarij ſcribunt in ſuo libello ex conſenſu autho-
rum de gynæcijs tractantium omnes mulieres puerperas non ſemper purgari ea ra-
tione, vt exeat ſanguis, ſed etiam alij humores, quod facilè de prima lochiorum pur-
gatione concedi poteſt, vt ſupra declarauimus, at ſi ſermo ſit de ſecunda purgatione,
nempè de menſtruorum fluxu, falſum eſt , & aduerſus Hippoc. qui ad hunc modum
ſcribit lib. & tex. nuper citato, *exit ſanguis veluti à victima,ſi ſana eſt,& ſana futura eſt
mulier ; & citò concreſcit.* Sanguis igitur ex ſententia Hippoc. in menſtruorum purga-
tione in ſanis mulieribus debet exire ſincerus ſimilis victimarum ſanguini ; vnde mi-
rum non eſt, ſi in caſu propoſito,nempè in morboſa muliere ſimul cum aliqua portio-
ne ſanguinis exiuiſſet ichoroſa materia;hoc enim erat ſignum vaſorum obſtructorum
vteri, à quibus illud ſanguinis, quod purgari debebat, intus retinebatur.

Poſt igitur determinatam puerperij quantitatem, opus eſt, vt videamus , quæ nam
ſit qualitas illius exeuntis in ſecunda purgatione , quæ qualitas nihil aliud ſonat apud
Medicos, niſi naturam ipſius rei ; nam cùm qualitates ſint nobis magis expoſitæ , ac H
manifeſtiores, quia rerum formæ eſſentiales patere minimè poſſunt noſtris ſenſibus,
Medici conſultò qualitates has ſub ratione naturæ inquirunt , & amplectuntur , vnde
Galenus temperamenta rerum vocat eſſentias, quod apparet ex lib. 1. de vſu partium
cap. 9. vbi hæc ſcribuntur verba. *Inſunt primùm, & maximè temperamenta, quippe quæ
propriam particularum ſubſtantiam complent ; corpus enim tale natura eſt , propterea quod
caliditate, frigiditate, humiditate , ſic commiſtum eſt ; nam carni eſſe carnem , & neruo
neruum, & aliorum vnicuique id eſſe, quod eſt ob qualitatum quatuor prædictarum certam
quandam temperaturam contigit,hæc igitur eis ſecundum ſubſtantiæ rationem inſunt.* Ean-
dem iuuatur ſententiam Gal. cum Hippoc. tum lib. 1. de natur. human. ſententia 15.
tum lib. quod animi mores ſequantur corporis temperiem cap. 3. & lib. 8. meth.
medend. cap. 1. vnde eſt , quòd Gal. in omnibus ſemper qualitates pro rei natura
aſſumpſerit,quæ naturę cognitio in omni Medicinę parte & pręſertim in praxi appri-
mè con-

A mè conducibilis eſt, quia ignotus morbus nequit ſanari, ad cuius cognitionem peruenimus cognita cauſa, quemadmodum morbi, & cauſarum naturam aſſequimur, exploratis qualitatibus, tanquam ſignis quibuſdam; nam totius morbi cognitio ex cognitione harum qualitatum dignoſcimus, quæ vti ſigna morborum quaſi indicant eſſentias, vnde Medici Græci τεκμηριωτικα, ſeu morborum indicantia appellant, quod Galenus lib. 1. aphoriſ. 12. declarauit.

Cùm igitur enixarum morbi vt plurimùm cauſam habeāt puerperiū, huius ideam, ac qualitates rimādas eſſe omni ſtudio arbitramur; cognita namque cauſa, cùm omnis nota ſit producere ſimilem ſibi effectum, innoteſcet pariter morbi idea, verùm vt id quod eſt præter naturam nobis aperiatur, opus eſt primùm dignoſcere id, quod eſt ſecundùm naturam, ad rem autem hanc perſpicuè tractandum oportet, vt proponamus nobis ob oculos ſummum Hippocratem, qui lib. de natur. pueri 12. apud Zuingerum tex. 80. ad hunc modum loquitur, *principium autem purgationum tale mulieri fit, dum ex partu laborat, agitatur ſanguis mulieri, & à vehementi pueri motu admodum ca-*
B *leſcit, agitatus autem primus quidem foras prodit, deinde puer, poſt puerum verò mucus craſſus, ſanguinolentus, qui quidem non aliter deduci videtur, quàm aqua effuſa in menſa, atque poſtea ſingulis diebus purgatio procedit vſque ad prædictum tempus, copia Attica hemina*, & quæ ſequuntur, paulò verò inferiùs nempe 87. contex. *exit autem*, inquit, *ſanguis velutià victima, ſi ſana eſt, & ſana futura eſt mulier, & citò concreſcit, ſi verò ſana non eſt, nec ſana futura eſt, purgatio parcior procedit, & ſpecie deterior, nec citò concreſcit.* Hanc ſententiam inquit Moxius inter Græcos recipit Ariſtol. lib. 7. de hiſtor. animal. cap. 2. inter Arabes Auicennas lib. 9. de animalibus.

Verùm Moxius hoc in loco, nempe lib. 3. de morb. acut. curandis in enixis per venæ ſectionem cap. 19. ſcribit hanc Hippoc. ſententiam non fuiſſe à Galeno receptam, & oſtendit inter hos ſcriptores adeſſe non ſpernendam contradictionem; Gal. enim, ait, in muliere ſana, & tali futura exquiſitè inculpatum eſſe haud quaquam ſanguinem lochij, nec ſanguini victimæ ſimilem, nec vndequaquam perfectum; nam lib. de atra bile cap. 8. lib. 1. prorheticor. com. 2. tex. 48. & lib. 1. epidem. com. 3. tex. 21. hæc
C tradidit verba. *Illud in omnibus mulieribus, quarum impedita eſt à partu purgatio, ſciendum eſt, & memoria tenendum eſſe, quæ in extremum morbis diſcrimen veniant, per paucas autem, quæ modicè infeſtatæ ſunt, propterea quòd plurimis vterus inflammatur: quibuſdam in ipſo partu ſanguis effuſus diuerſa ſit qualitate, his bilioſus, illis melancholicus, alijs virulentus, aut pituitoſus, aut mediocriter bonus: ſed exquiſitè inculpatus haud vnquam; nam eius optima portio in fœtus incrementum eſt abſumpta: demonſtrant eius naturam ſymptomata, quæ conſequuntur, cohibitā à partu purgationem.* Adhuc apertiùs hoc idem lib. 3. epidem. comment. 3. tex. 73. inſinuat dicens, menſtruorum ſuppreſſio offendit, tamen non perinde, vt ſi à partu ſupprimantur, officit, quod non abundantiam modò, ſed inſignē etiam humorum pariat prauitatem; nam meliorem ſanguinem ad ſe fœtus nutrimenti cauſa alliciens, relinquenſque deteriorem cauſa eſt, vt prægnantes prauis humoribus impleantur, quos à partu vacuat natura.

Ex his igitur locis (inquit Moxius) vti, & ex reliquis citatis liquet Galenum ſentire omne lochium inſigniter vitiatum, cuius vitij alteram aſſignat cauſam, ſuctionem vi-
D delicet partis vtilioris ſanguinis ab ipſo fœtu, huic nos, & alteram adiungere fas, moram, inquam, eiuſdem ſanguinis per longum illud conceptionis interſtitium in ipſo vtero; mora namque illa tranquilla rei calidę, in loco calido, putredinis quidem author eſt. Neque hanc cauſam intactam reliquit Gal. lib. 3. de locis affect. cap. 7. in menſium reſtrictione melancholicum fieri ſanguinem ab ipſa aſtruat: incraſſatur namque is, quotieſcunque liberè non ventilatur, ac mox putreſcit. Hoc itaque in omni lochio contingere inſinuat apertis verbis citatis locis Gal. cum puerperij ideam ad humoris pariter melancholici naturam, quàm proximè vergi affirmet, neque perperam. Inter hos Medicinæ inſignes Antiſtites, quos modò oppoſitos contemplor conſtitutus, quo me vertam, neſcio; hæc Moxius, ex quibus apparet velle inter Hippocratem & Gal. adeſſe contradictionem.

Pro ſolutione multa dicit idem Moxius, ac primùm Hippoc. lochion imaginarium eſſe, ſed veluti norma arte dignum, frequentiſſimum autem eſſe illud Galeni, cùm

Digitized by Google

reapſe omne lochium quaſi ex neceſſitate aliquod contrahat vitium. *Sed præter* E
aſſignatas cauſas, affert alias Moxius ex Gal. quibus demonſtrare tentat non poſſe dari ſinceritatem, ac puritatem ſanguinis, inde concludit, quòd licet nunquam, aut ſaltem perquam rariſſimè huiuſmodi ſanguis inculpatus ob tot aduerſantes cauſas in hoc enixarum proluuio proſiliat, & ſanæ fœminæ, & quæ ſunt futuræ tales, neque hunc inculpatum proculdubio abſolutè attingant; quam maximè tamen ad hanc integritatis ideam accedunt. Hanc rem inſinuat iugiter Galenus, cùm ipſius lochij tradat differentias, & alteram earum ſanguinis mediocriter boni ſtatuat, quaſi hæc quam minimè ab illo exquiſito recedat medio; apparet namque in ipſa ruberrimus ſanguis victimæ ſanguini ſimilis, cum aliqua tamen fæculenti, craſſique humoris permiſtione, per primos ſaltem ſeptem à nixu dies, aut amplius, quo magis illa ſana fuerit, & talis futura. Vltra autem hos dies, vt plurimùm fæculentior dimanat ſanguis, hæc eſt opinio Moxij circa rei huius determinationem nempè quod in puerperis non poſſit dari ſincerus ſanguis, ſed ſemper cum fæculenti, ac craſſi humoris permiſtione. Affert deinde Cordæi doctiſſimi comment. 4. in librum primum de morb. mulier. ſolutionem dicentis F
Hippocratem loquutum fuiſſe de ſanguine, qui à toto diffunditur corpore, & in laudabili, & exquiſitè ſano corpore, laudabilis, & inculpatus exquiſitè exit, vti ſanguis è victima; Gal. autem de ſanguine tantùm, qui in vaſis vmbilicalibus, ac ſecundinarum membranis concluditur, qui ater, ac fæculentus, & quam primùm poſt cruenta aquoſa vna ferè cum ipſis ſecundinis emanat.

Hæc Cordæi determinatio à Moxio non probatur; inquit enim eum hallucinari, quia inartificioſum eſſet hunc ſolum quantitate paucum, tempore breui, ac ferè inſtantaneo proſilientem aduerſus Hippoc. fæculentum aſſignare, huiuſque tanti viri oppugnare opinionem, quem ipſe ceu diuinum reueretur ſemper. Dixiſſetque potiùs verè Hippoc. affirmaſſe ſanarum ſanguinem inculpatum, eo dempto exiguo, qui cum ſecundinis profluit. Longè autem diuerſa ſcripſit, dum neget ſimpliciter inculpatum ſeruari ſanguinem, cùm fœtus dulciorem partem ſugat, ſibique alliciat, reſpuat inutiliorem, craſſiorem, ac fæculentiorem, qui per tam diuturnum conceptionis tempus vberrimus cùm ſit, ne in vaſis illis vmbilicalibus, ac ſecundarum recondi, ac ſtabulari G
ſit poſſibile; imò nec ipſius vteri, ſed in vniuerſo corporis ambitu, reliquum igitur proculdubio Gal. reſpectabit profluuium. Addit denique Moxius authoritatem Moſchionis 1. harmoniæ gynæciorum, vbi lochiorum tres conſtituit differentias, ſanguinis alteram, & hanc vberrimè fluere in nixu, alteram ſanguinis fæculenti, & hanc in minori quantitate dimanare putat, tertiam tandem purulenti excremẽti, ſeu potius ichoris. His verbis, inquit Moxius, apertè innuit Moſchion lochion per totum durationis tempus diſtinctam ſeruare naturam, quaſi ſub primo ſeptenario ſanguinis optimi repræſentetur idea; culpati iam mox, ac fæculenti vltra illum terminum, cùm craſſus, ater, ac fæculentus tunc temporis vna cum multa ichoroſa ſubſtãtia ſanguis dimanet permiſtus, & in minori quàm prior quantitate; tandem in minori quantitate profilijt, qui vltimò ichoroſus, ac putridus. Verùm hæc omnia ſecundùm magis, & minus, cunctis ferè accidere enixis, quotidiana atteſtatur experientia. Itaque puerperium (ſubdit Moxius) ſanarum, & quæ huiuſmodi ſunt futuræ ſanguinis inculpati ferè tenentur repræſentare ideam, ad nigredinem tamen aliquantum vergentis, vt ne exqui- H
ſitè ſanguinis victimæ referat naturam.

Hæc ſunt, quæ afferuntur à Moxio ad oſtendendam contradictionem ab ipſo propoſitam inter illas duas ſententias Hippoc. & Gal. ſupra ſcriptas, quæ omnia, ſi ad rationis trutinam redigantur, non adeſſe monſtrabunt hanc contradictionem, multaque ab ipſo Moxio fruſtra adducta fuiſſe, & primò ex Hippoc. locis ſæpè citatis de nat. pueri, & præſertim tex. 80. apud Zuingerum, vbi ſcriptum eſt, principium autem purgationum tale mulieri fit. Deinde 81. contex. vbi addit, *dum ex partu laborat agitatur ſanguis mulieri, & à vehementi pueri motu admodum caleſcit, agitatus autem primus quidem foras prodit, deinde puer, poſt puerum verò mucus craſſus ſanguinolentus, qui quidem non aliter deduci videtur, quam aqua effuſa in menſa*, habemus ſanguinem exeuntem à muliere in principio agitatum, & perturbatum à vehementi pueri motu incaleſcere, hocque modo agitatum, & perturbatum primò quidem foras, deinde puerum, & poſt

puerum

Digitized by Google

A puerum mucum exire craſſum, ac ſanguinolentum. Hanc puerperij purgationem Galenus loco citato ex veterum opinione purgamẽtorum euacuationem appellauit; nam inquit eam, quæ à partu fit, ſanguinis excretionem λοχίων κένωσιν appellauerunt, itaut Gal. non contradicat Hippoc. ſed vnam, & eandem rem ſcribat, ac ille: deinde Gal. in prima ſententia ſupra allata loquitur de mulieribus, quarum à partu impedita eſt purgatio, harum autem mulierum quaſdam inquit in extremum morbis diſcrimen venire, perpaucas autem modicè infeſtatas eſſe, & rationem addens inquit, propterea quòd plurimis vterus inflammatur, quibuſdam quia in ipſo partu ſanguis effuſus diuerſa eſt qualitate præditus, his bilioſus, illis melancholicus alijs virulentus, aut pituitoſus.

Ex his itaque apparet eandem eſſe ſententiam Hippoc. & Gal. hoc eſt in prima lochiorum purgatione materiam minimè inculpatam exire, & rationem vterque author adducit, nempè fœtum, qui trahit meliorem, & dulciorem partem ſanguinis, & relinquit deteriorem, & hinc eſt, quòd prægnantes prauis humoribus impleantur, B quos à partu vacuat natura. Quod autem mora, qua ſanguis remanet in corpore geſtationis tempore, vt ſcribit Moxius, ſit cauſa corruptionis huius ſanguinis fluentis ad vterum, falſum eſt, & præter omnem rationem; illa enim, quæ ſunt calida, & continentur in loco præter naturam calido, ea ſunt, quæ corrumpuntur, non autem, quæ ſunt naturalia, quemadmodum eſt ſanguis à matre in vterum defluens, qui toto geſtationis tempore conſeruatur in gratiam nutritionis fœtus. In vniuerſum autem inquit Gal. ſanguis, qui ab ipſis poſt partum euacuatur, melancholicus eſſe videtur, quare & Hippoc. & Gal. conſentiunt in prima lochiorum purgatione, quæ fit immediatè poſt partum, vt exeant varia, vnde rectè Cordæus ſcriptum reliquit, quòd ſanguis, qui in vaſis vmbilicalibus, ac ſecundinarum concluditur ater, & fæculentus, quamprimum poſt cruenta aquoſa vna ferè cum ipſis ſecundinis emanat. Et Moſchion vbi ſcribit, quòd ſanguis vberrimus fluit primò, ſecundò fæculentus, & paucus, nouiſſimè purulentus, loquitur & ipſe de prima hac lochiorum expurgatione, alioquin aduerſaretur Hippoc. dicenti ſanguinem agitatum, & turbatum à puero primùm foras C prodire, deinde mucoſum, & ſanguinolentum exire, quemadmodum eſt aqua effuſa in menſa, itaque in prima hac puerperij purgatione, quod exit, haſce conditiones habere videtur, vt & Hippoc. & Gal. rectè ſtatuerunt.

At quod attinet ad ſecundam purgationem, quam Gal. non ſolùm menſtruam vacuationem, verùm quoque, & purgationem vocauit, ea eſt, quæ fit per illud longum temporis ſpatium, quod ſupra aſſignauit Hippoc. in qua ab vtero exit ſanguis veluti à victima ſi ſana eſt, & futura eſt mulier, qui etiam citò concreſcit; verùm quia mulieres, quæ hoc longo tempore expurgantur, quo incipit conceptus fieri vſque ad finem, non ſunt eiuſdem naturæ, & complexionis, ſiue ſanæ, ſiue morboſæ fuerint, idcirco ſi ſanæ ſunt, hoc commune habent, vt ſanguis egreſſus extra ſemper concreſcat, ſiue bilioſæ illæ ſint, ſiue ſanguineæ ſiue pituitoſæ, ſiue melancholicæ. Verùm, ſi ſanguineæ ſint, minus inculpatus erit, & victimæ nuper mactatæ ſimilis, vnde rectè Cordæus ſcribit Hippoc. loquutum fuiſſe de ſanguine, qui à toto funditur corpore in laudabili, & exquiſitè ſano corpore, & eſt laudabilis, & inculpatus exquiſitè, vt ſanguis è D victima exiens: in reliquis verò pro diuerſitate cacochymiæ in corpore collectæ; nam non eſt æqualis in omnibus eius copia, neque in æquali tempore menſtruis aceruatur periodis, & ob hanc cacochymiæ, varietatem, quæ hoc toto tempore expurgatur Gal. ſcriptum reliquit hanc dici non ſolùm menſtruam euacuationem, verùm quoque & purgationem, eò quòd non exit ſanguis purus, & ſincerus, ſed etiam & ſanguis bilioſus, pituitoſus, atque melancholicus, qualis in venis reperitur. Ex his concludo nullam eſſe inter Hippoc. & Gal. contradictionem, cùm duplex in puerperio detur purgatio, vna, in qua purgamenta exeunt, vt dictum eſt, ſpatio vnius, & primæ ſeptimanæ, quaſi natura talionem rependat primæ retentioni ſeminis, in qua colligitur multa copia ſanguinis, altera verò, in qua toto purgationis tempore expurgantur varij humores, & hæc de hac quæſtione.

Venio modò ad quartum propoſitorum, quod eſt de opinione Mercati, qui affert hiſtorias ex Hippoc. quibus nititur oſtendere dari enixas mulieres, quæ ex interno

apparatu

Digitized by Google

apparatu rectè fluentibus menſibus aliquo morbo graui corripi poſſunt. Primò ea re- E
cenſetur, quæ ab Hippoc. deſcribitur 3. in 3. epidem. contex. 73. quæ in Thaſo propè
frigidam aquam iacebat, poſteaquam filiam peperiſſet: altera eſt, quæ in Cyzicó ge-
minas puellas ægrè peperit lib. 3. epid. con. 3. tex. 85. videtur enim hoc loci Mercatus
velle illas mulieres, quæ pariunt fœmellas, & multò magis gemellas, in prauos mor-
bos incidere ex retentis menſibus, ſed leues, & occultos; verùm ex cauſa aliqua exte-
riori, & ex morboſo apparatu fieri magnam febrem, vt contingit, vbi maximi fiunt
dolores partus, quod exemplificat in Epicratis vxore, deinde Dromeadæ, & tertiò in
illa, quæ apud Pantimidem degebat, quæ poſt abortum febre correpta eſt.

Verùm rectè conſiderantes priores duas mulieres videbimus Mercatum non pro-
bare ſuum intentum, nempe quòd ex interno, & malo apparatu corporis facta ſit fe-
bris vtero benè ſeſe expurgante; nam de prima enixa Hippoc. ad hunc ſcribit modum
*poſteaquam filiam peperit, nec facta eſſet purgatio, febris acuta horrida tertio die à partu
prehendit*, & Gal. in comment. ſcribit, *mulieri huic morbum eueniſſe ratione retentorum
excrementorum in partu à purgatione*, morboſa ſiquidem eſt muliebrium retentio, ſed F
non ſimiliter noxia, vt ea, quæ à partu eſt, quòd non ſolùm ipſa copiam, verùm &
cacochymiam multam colligit; nam commodiorem ſanguinem ad ſe nutrimenti cau-
ſa trahens fœtus vitioſiorem relinquit, & cauſa cacochymiæ vterum geſtantibus effi-
citur, quam à partu natura excernit. In hoc commentario Gal. affert duplicem in mu-
lieribus euacuationem poſt partum, vt ſupra diximus, vnam, quæ appellatur purga-
mentorum excretio, alteram verò, quæ dicitur menſtruorum vacuatio, ſed non eua-
cuatio ſolùm, verùm quoque purgatio eſt. Differunt inter ſeſe ratione copiæ caco-
chymiæ, & temporis collectionis; nam lochialis euacuatio habet maiorem copiam
cacochymiæ melancholicæ, &, vt dictum eſt, coaceruatur in prima ſeptimana: at men-
ſtrua euacuatio acceruatur periodis quibuſdam ſtatutis. Stante hac diuiſione dico à
prima purgatione retenta mulierem hanc incidiſſe in febrem prædictam, quòd idem
dico de muliere in Cyzico, quæ gemellas puellas ægrè peperit, & cùm non admodum
purgata eſſet primo die, correpta fuit febre, hinc Gal. in comm. admonet, quòd à
purgatione partus non rectè expurgata fuit, ideò relictus eſt mulieri huic ſanguis me- G
lancholicus, vnde eſt, quòd principio quidem erat tacita, & quæ ſequuntur, itaut con-
cludendum ſit ex Hippoc. & Gal. vtramque hanc mulierem ratione purgationis lo-
chiorum retentæ febricitaſſe, non autem ex prauo apparatu.

Relinquuntur tres mulieres à Mercato in medium adductę, quibus nititur compro-
bare, quòd ex prauo corporis apparatu cauſa aliqua externa agente abſque purga-
mentorum retẽtione in febrem inciderint. Sunt autem iſtæ mulieres apud Hipp. vxor
Epicratis, vxor Dromeadæ, & illa, quæ apud Pantimidem degebat, quæ poſt abor-
tum febre correpta eſt. Sed non video, quomodo inferre poſſimus Epicratis vxorem
ſecunda die à partu febre correptam acuta, conſuetamque purgationem ſecundùm
naturam habuiſſe; nam licet Hippoc. ſcribat filiam peperiſſe, & omnia ex ratione eue-
niſſe; attamen id non intelligit de ſecunda purgatione, ſed de prima, quæ immediatè
ſuccedere ſolet poſt partum, & hæc fuit ſecundùm naturam, non autem illa purgatio,
quæ debet fieri vſque ad quadrageſimum ſecundum, aut ad vigeſimumquintum diem
in enixis parientibus fœmellas. Quòd verò non fluxerit ſecunda purgatio, apparet ex H
ijs, quæ Hippoc. ſcripſit dicens appoſitos fuiſſe peſſos, à quibus leuata ſunt ſymptoma-
ta, nempè oris ventriculi dolores. Deinde vult Mercatus ex totius corporis apparatu,
& à cauſa aliqua externa excitari febrem abſque lochiorum moleſtia, at nullus hic
labor, nec alia externa cauſa adfuit, qua in putredinem duci poſſent praui humores,
quare potiùs ſequitur ex ſuppreſſa lochiorũ purgatione ſecunda die incidiſſe in febrẽ;
nam nec cauſa externa habilis eſt in noſtrum corpus agere, quin abditam cauſam
ſuſcitet, quæ præſens illud afficiat, & hæc cauſa in enixis nulla alia eſſe poteſt, niſi lo-
chialis materia, quod ſummus Hippoc. lib. 1. de mulier. morb. docet à num. 58. ad 81.
vſque, dum omnes enixarum morbos conſulat, hac vnica præuiſa cauſa ſanare.

At huiuſmodi materia lochialis, vel ex toto ſupprimitur, vel diminuitur, & vtro
contingat modo, lædere ſolet vterum, vel vt membrum eſt ſimilare, vel vt organicum:
primo modo & æſtu, & inflammatione, ſecundo modo tripliciter, vt idem docet
Hippoc.

A Hippoc. lib. præcitat. num. 3. occluſione videlicet, obliquatione, & contractione, ex quibus fiunt morbi in figura deprauata, & ſitu mutato, qui morbi authores ſunt aliorum grauiſſimorum morborum, quamuis non perſe, ſed per accidens, quatenus detinent illud excrementum, quod eſt materia, in qua conſiſtit vis quædam efficiens morbos, puerperium inquam, quod ex inſtituto naturæ per vterum expurgandum erat. Vterus igitur malè affectus cauſæ principium eſt morborum enixis euenientium, non itaque poteſt eſſe cauſa exterior mouens prauum apparatum lochio exeunte ſecundùm naturam; ex quibus ſatis patere puto non poſſe dari mulierem enixam febre acuta laborantem lochijs ſecundùm naturam fluentibus, quod Mercatus ſupponebat, & cum eo aduerſarij.

Hæc quæ dixi de Epicratis vxore, cenſeo dicenda eſſe de vxore Dromeadis; nam quamuis reſpectu primæ purgationis lochiorum iam dictæ, omnia (vt Hippoc. loquitur) facta ſint ex ratione, nihilominus putandum eſt menſtruas purgationes retentas fuiſſe, ex quarum retentione praua ſubſequuta ſint ſymptomata; quippe vt ſupra B dictum eſt, ex vtraque euacuatione retenta, lochiorum nempe, & menſtruorum enixæ mulieres incidūt in febres acutas, vt habetur à doctiſſimo Mercuriale in huius ægrotantis hiſtoria, quæ eſt apud ipſum vndecima lib. Piſanarum lectionum, vbi inquit, *ſi prima die, atque in ipſa parturitione omnia ſecundùm rationem ſint ſequuta, ſupererant tamen adhuc menſtrua, quæ ſpatio quadraginta dierum in fœminis ſecundùm Medicos ſolent conſumi, & quæ veriſimile eſt in hoc caſu incendium, & putredinem contraxiſſe, ſicque febri, & alijs malis occaſionem præſtitiſſe.* Et paulò infra ſubiungit, *cur porrò potiſſimùm accidentia facta ſint circa ventriculum, & hypochondrium dexterum, fuit, quoniam ijs in locis frequentiſſimè ſolent accumulari, & colligi illi ſucci, & excrementa, quæ retinentur ex puerperijs, quæque ibi putredinem poſtmodum, & prauitatem, nata faſtidia, anxietates, horrores, atque dolores, & conſequenter vigilias.* Ecce ergo, quòd in hac muliere puerperia non fluebant, ſed retenta omnium ſymptomatum dictorum cauſa erant, quare Mercatus huius mulieris exemplo nihil probat.

Inſuper ex illa tertia circa Pantimidem nihil probari poteſt, nempe quòd poſt abC ortum menſes rectè fluxiſſent; quamuis cõcedatur ipſam ex prauo apparatu ęgrotaſſe, vt Gal. & Mercurialis in comment. hiſtorię huius teſtantur, quare ex nulla harũ mulierum ęgrotatione habetur mulieres enixas malo humorũ apparatu præditas ex aliquo errore externo incidere in acutum morbum benè fluentibus lochijs, atque menſtruis purgationibus, vnde erit neceſſariò cõcludendũ, quòd vbi accidit talis caſus morbum enixis euenire ex mala lochiorum, & muliebrium diſpoſition. Hinc Mox us lib. 3. cap. 10. de enixis curandis per ſanguinis miſſionem ad hunc modum ſcribit, *nec cauſa aliqua externa habilis in noſtrum corpus agere, quin abditam cauſam excitet: quæ præſens illud efficiet, & hæc cauſa neceſſariò in enixis eſt lochialis, & menſtrualis materia*, quod ab Hippoc. deſumpſit 1. de morb. mulier. à num. 58. vſque ad 82. addens, *cùm omnes enixarum morbos ſanare conſulat Hippoc. hac vnica cauſa prauiſa*, in fine huius capitis hanc affert concluſionem, *vterus igitur malè affectus cauſæ principium eſt morborum, qui puerperis accidunt.*

Idem Moxius Mercatum his verbis carpit circa hiſtoriam vxoris Cleomenis; *neque* D *enim* (inquit rurſus) *aſſentior ipſi Mercato dicenti Cleomenis vxorem ex accesſione menſtruorum pleuritide laboraſſe, & ipſis mox aduentantibus liberatam, cùm neque per inſomnium quidem hoc inſinuarit Hippoc. lib. 7. epidem. num. 49. vbi hanc refert hiſtoriam, imò huic mulieri inquit ſole critico more ſuperueniẽte periodicè menſurno ſanguine, & vberrimè fluente haud quaquam prius accidiſſe, & tuſſem ceſſaſſe excreationem, & dolorem, ac febrem remiſiſſe, quare huic inſanum arte mouere, ſed totum naturæ relinquere opus eſt.* Reprehenſio hæc Moxij eſt, quia Mercatus ex Hippoc. ſcribit à retentione menſium vxorem Cleomenis incidiſſe in pleuritidem, deinde aduentantibus menſibus liberatam fuiſſe, at apud Hippoc. non reperitur, quòd ex menſium retentione facta fuerit pleuritis, ſed die critico periodicè menſtruo fluente ſanguine, & copioſè (ſed non retento prius) ſymptomata euanuiſſe, febremque remiſſam fuiſſe, & re vera ex Hipp. in hac hiſtoria colligi non poteſt menſtruas purgationes fuiſſe retentas, nec quòd die critico periodicè menſes fluxerint expreſſè.

Hippoc.

Digitized by Google

Hippoc. verba hæc ſunt. *Cleomenis vxoris circa fauonij flatus ex nauſea, & laſſitudine lateris ſiniſtri dolor ex colo, & humero auſpicatus, febris & horror, & ſudor, incipit autem febris, & non deſijt, ſed augeſcebat, & dolor vehemens, tuſſis ſubcruenta, pallidaque multa, lingua alba, alui egeſtiones moderata, liquida, vrina bilioſa, quarta ad noctem menſes prodierunt multi, ceſſauit & tuſſis, & excreatio, & dolor, calor autem & tenuis.* Ex hac ita ſuccinctè ab Hippoc. enarrata hiſtoria cognoſci vix poteſt, an hæc mulier fuerit puerpera, nec ne; & licet ſupponamus eam puerperam eſſe, quia ſupra dictum eſt tales mulieres non cadere in graues infirmitates niſi ea lochiorum, aut menſtruorum retentione, aut diminutione, tamen non video, qua ratione id ſupponat Mercatus, cùm non appareat ex hac hiſtoria ipſam enixam fuiſſe, ſed ex nauſea, & laſſitudine flante fauonio incidiſſe in dolorē ſiniſtri lateris, qui ex colo, & humero auſpicatus eſt; die verò iudicatorio, nempè quarto menſtruis ſuperuenientibus à morbo liberatam fuiſſe, & hæc eſt reprehenſio, quam aduerſus Mercatum adduxit Moxius grauis quidem, ſed grauior illa eſt circa curationem inflammationum thoraci euenientium per chirurgicum inſtrumentum, vtrum debeamus ſequi motum naturæ affectu ſcilicet neglecto, de quo ſupra. & hæc aduerſus Mercatum, & aduerſarium ſatis dicta ſint. B F

Quæſtio Septima.

An in curatione quatuor mulierum ab Hipp. propoſitarum per ſanguinis miſſionem rectiùs ſenſerit Mercurialis, an verò Moxius?

Ad Federicum Proſimi Meſſanenſem Medicum, & Philoſophum ſubtiliſſimum.

IN euoluendis gynæciorum voluminibus pulcherrimam eſſe animaduerti contentionem inter Mercurialem, & Moxium doctiſſimos ſanè viros excitatam, & quoniam verſatur circa materiam arduam, & ſcitu perneceſſariam, cenſui hac ſuper re meam proferre ſententiam, non quòd ſperem me terminaturum eſſe litem, ſed vt ingenuitate dicendi alios extimularem ad hoc intimius perſcrutandum. Controuerſia fundatur ſuper curatione quatuor mulierum, quarum hiſtorias affert Hipp. lib. epid. ego eas ſingillatim in medium adducam, & quid ſentio, liberè proferam. Te rogatum velim, mi Federice, excipias læta fronte hoc munuſculum, quod beneuolentia cauſa ad te proficiſcitur. G

Prima hiſtoria eſt illa Melidiæ deſcripta ab Hipp. lib. 1. epidem. comment. 3. tex. 29. & vltimo ad hunc modum *Melidia, quæ decumbebat apud Iunonis templum, incepit capitis, & coli, & pectoris dolor fortis, ſtatim autem febris acuta corripuit, muliebria verò exigua apparebant: dolores horum omnium aſſidui. Sexta comatoſa, anxioſa, horrida; rubor in gena, parum delirauit. Septima ſudauit, febris defecit; dolores permanebant, redijt, ſomnus paruus, vrina vſque in finem benè colorata quidem, ſed tenues, deiectiones tenues, bilioſa, mordaces, valde pauca, nigra, fœtida prodierant; vrinis ſubſidentia alba, leuis: ſudauit, iudicata eſt perfectè vndecima.* Hic quamuis Hippoc. de ſanguinis miſſione nihil ſcribat, Mercurialis tamen in huius mulieris hiſtoria, quæ in ſuis prælectionibus Piſanis eſt Hiſtoria 14. putat ante ſextum diem opus fuiſſe mittere ſanguinem, idque vel ab vtroque pede ſtatim, vel ſi euidens (vt par erat) totius corporis plenitudo adfuiſſet, primùm interna cubiti dexteri vena ſecanda, mox vel poplitia, vel tali iuxta morbi virium robur. H

Hanc Mercurialis medendi methodum, ac ſententiam reprehendit Moxius lib. 1. de morb. acut. curat. per venæ ſectionem cap. 36. dicens, & incautè, & citra methodum rem hanc ab eo deliberatam fuiſſe. Cogit namque methodus obſeruare quamprimùm, an febris acuta propriam ſedem in venis ſupra renes habuerit, an fortè in vteri vaſis: rurſus an hæc febris quàm minimas partes factas obtinuerit, tota ferè in fieri, ab vtero quidem ea orta: an verò ſecus, cum partibus factis plurimis Idiopathicè etiam citra vterum. Sin in venis ſuperioribus circa iecur *ὀγῖας*, tunc vrgente affectu,

qualia

A qualis acuta febris, ſtatim cubitorum ſecandæ venæ, etiam neglecto menſium immi-
nuto fluxu, ceu ad curationem inutili, & nihil tunc indicante, ſed ſolùm ſuo munere
fungente, altera indicatione. Quid quod etiam, etſi antecedens febris cauſa, acciſio
ſcilicet huiuſmodi menſium, hanc germinaſſet. Sin autem febris incipiens eſſet, ab
vtero itidem per quandā anadromen, ideſt concurſum, ſupra humore retracto exor-
ta, tunc ab innota mandante parte, vt fluxum compeſcamus ab illa, venas commodè
tundemus inferiores, mox ſtatim ſi aliquæ fuerint partes factæ, ad ſupernas coniuges
conuertemur: vti etiam eaſdem infernas ſcindemus, ſi focum innoteſcat in vteri vaſis
eſſe, aut infra renes cōtineri, vt fluentem humorem à parte affecta deriuando reuella-
mus, & ſimul fluxum euacuemus. Vnde in curatiua reuulſione appoſitè coniugem ve-
nam requirimus, quæ directò parti affectæ reſpondeat cum aliqua iugiter diſtantia,
& oppoſitione.

Præterea & duplici ratione arguendus Mercurialis, & quod illa methodo ametho-
do potius acciſos menſes ſanet, præmiſſa videlicet cubitorum ſectione, adſtante pleni-
B tudine, quod vt lib. 4. cap. 1. nos diffuſè cum Galeno demōſtrabimus inſanum, etiam
& iuxta eundem Mercurialem lib. 4. de morb. mulier. cùm oppoſitum ſentiat, & po-
ſito ex hypotheſi, quòd illa ſeruanda eſſet methodus, ne aduocanda quidem, dum fe-
brem intendimus curare acutam, quia huius indicatio vrget potius, & ſuo tantùm
fungitur officio, nec mens eſt Medico exercenti rationalem methodum in hoc con-
nexu, quamprimùm acciſos menſes mouere, mox ad ablationem febris conuerti, ſed
cùm ars vrgentiori ſuccurrendum inſinuet, ſcopus methodi erit, & à parte affecta hu-
morum impetum retrahere, & cauſam vnà coniunctam ab eadem vacuare, quod vtra-
que affabrè vena coniux præſtat. Quare cum inſpecto fluentis impetu Melidiæ ana-
rè, imminuteuè muliebria redderentur, ijſdem omninò neglectis, ceu nulla eſſet futu-
ra vtilitas, inſiſtendum tantùm erat Medico febris acutæ, ac mali moris curationi, quē
morem epiphenomena illa infauſta liquidò demonſtrabant, nec venæ ſectionem re-
morari huiuſmodi deiectiones parcæ, adſtante robore virium par erat vrgentiſſimo,
ac immorigero exiſtente pariter morbo.

C Sic ratiocinatur Moxius, & quemadmodum facilis, & clarus ad intelligendum eſt
Mercurialis, ita è contra ipſe obſcurus, vt ita loqnar, ſcabroſus, cuius ſtilus eſt ſimilis
ferè illi, quo vtitur Ludouicus Duretus in interpretandis coacis prædictionibus, vbi
propter obſcuritatē phraſis à Ioanne Martino Pariſienſi viro doctiſſimo irridetur in
epiſtola quadam ad Ioſephum Scaligerum. Sed ad propoſitum venio. Mercurialis
intentio eſt, vt in hac muliere debuiſſet mitti ſanguis ex vtroque pede ſtatim, etſi ad-
fuiſſet plenitudo primùm ex interna cubiti dexteri vena, tum vel poplitis, vel tali. In
hoc ſectatus eſt Aëtium, de cuius opinione diſputabitur in ſequenti quæſtione de ſup-
preſſione menſium. At Moxius in hoc met dicè magis procedere videtur; nam con-
ſiderat in hac morborum connexione, quo nam magis eſſet vrgens, & ei primò at-
tendendum eſſe meritò ſcribit. Si igitur fe is prodibat ab vtero malè affecto, primò
mittendus erat ſanguis ex vtroque talo, atqui ſi febris non dependebat ab vtero malè
affecto, ex cubito: at cùm in hac muliere diminuti tātùm eſſent menſes, non erat opus
ſtatim ad venas tali facere ſectionem, quia febris non dependebat ab vtero. Medicus
D ſanè exercens rationalem methodum in hoc connexu non debet primò menſes
mouere, deinde ad ablationem febris ſe conuertere, ſed cùm ſemper magis vrgenti
ſuccurrendum veniat, & febris ſit vrgentior, ſcopus methodi erat à parte affecta hu-
morum impetum retrahere, & cauſam coniunctam euacuare nempè per ſanguinis
miſſionem à venis cubiti, cumque autem Melidiæ imminuti eſſent menſes, erant negli-
gendi, atque febri acutæ attendendum. Contrarium fecit Mercurialis, ergo reprehen-
dendus, quòd non ſit ſequutus veram medendi methodum.

Occurrit & altera rurſus hiſtoria ex lib. 3. epid. comment. 2. ſententia 4. excerpta,
cuiuſdam mulieris apud Ariſtionem, ſeu Bitonem angina laborantis lethali, ac funeſta.
Huic ait Hippoc. probabile eſt deiectionibus ſuppreſſis (quæ tertio deſtiterant ſole)
quinto mortuam fuiſſe, verùm in hac hiſtoria ne verbum vllum de menſibus. hæc
Moxius. Hippoc. apud Mercurialem ita ſcribit. *Anginoſa apud Ariſtionem primùm à
lingua incepit, obſcura vox, lingua rubra, ſuperexiccata eſt: prima horrida, ſupercalefacta eſt:*

tertia rigor, febris acuta, tumor ſubruber, durus colli, & vſque ad pectus, ex ambobus extrema frigida, liuida; ſpiritus eleuatus, potum per nares effundebat, deglutire nequibat, deiectiones, & vrina deſtiterunt. Quarta omnia ſunt exacerbata, quinta obijt anginoſa P. E. D. S. Q. M. ideſt probabile eſt deiectionibus ſuppreſſis quinta mortuam. Moxius hic in Mercurialem valde iratus affert primò verba ipſius, quæ ſunt, *ergo his in caſibus ſi ſanguis menſtruus ſit interceptus, prima ſanguinis miſſio facienda eſt à talo, vel à poplite, tum à cephalica, demum à lingua, ſin fluant menſtrua ſtatim oportet deuenire ad ſanguinis miſſionem ex brachio,* hæc Mercurialis, aduerſus quem ad hunc modum loquitur, *ò monſtruoſum ſanè commentum, & demirandum, irridendum potius; neſcio quo fato vir iſte doctiſſimus huic ſuccumbat errori, dum anginoſam hanc quaſi menſibus implicatam intendat curare extra Hippoc. mentem; cùm alui deiectiones, & vrinam ſuppreſſam dixerit, haudquaquam muliebria, aut menſes. Quid quod & cum oraculum finit, inquit. Π. Δ. Ε. Ε Θ. quaſi dicat, Π. πιθανὸν, probabile, Δ. διαχωρήματα. Ε. Ἐπίσχ, deiectionibus alui, Θ. θανατὸν, mortuam. Longè igitur ab hiſtoria, muliebria. Quod ſi hac rurſus ex hypotheſi admittamus, elumbis eius curandi methodus; nam ſi qua de alui deiectionibus, de menſibus* F *affirmaſſet Hippoc. potius altera arte, ac methodo, quam modo exponemus, vena ſectionis vtendi modus decernendus.*

Eſt itaque methodus, ſit angina acutiſſima menſibus implicata imminutis primum, mox ſtatim ſuppreſſis, in hoc conuexu ambo hæc æſtimanda veniunt ſi menſes paulò ante exortum angina eruperint, aut ſimul exoriantur, & ſtatim circumcidantur, quaſi arbitrandum ſit certò antecedentem illius anginæ cauſam menſes eſſe per metadoſim illos ſurſum elatos: tum morbum fientem exſpectemus, quam minimaſque partes factas habentem, vna adſtante maximo virium robore, huic vena ſecanda inferna, vt à mandante parte reuellamus, & cauſa principio occurramus, ne mittat amplius: rurſus minima intercepta morula, ſedulò inquam ob morbi vrgentiam, ac fauitiem ad cubitorum externas ſecandas venas conuertemur, vt quod factum eſt, curemus, & quod fit, pariter prohibeamus. Verùm ſi angina hæc haudquaquam in fieri, ſed plurimas iam habuerit partes factas, nec vterum ſuſpicemur mali authorem, aut adhuc confluxu aliquo illam fouere, aut augere, nihilominus tamen mox imminuti apparuerint menſes, & quam citò acceſſit, tuus tantò, ac tam ſæuo vrgente affectu, omne G *ſtudium ad hunc ſanandum adhibendum cenſemus, idque neglectis omninò menſibus, & ſi huiuſmodi copioſi fuerint, ſi ab ipſis nulla, aut minima ſpectetur conferentia. Affectus namque omnis vrgentiſſimus ob euidens, ac citum mortis periculum, omnem ad ſe conuertit curationem. Quare cogimur in hac hypotheſi quamprimum, ac crebrò venas cubitorum externas ſcindere, vt quàm breuiſſimè ſanguinem reuellamus, & vacuemus à loco inflammatione obſeſſo. Quid igitur illa dictiſſima Mercurialis crurum ſectio proderit in tanto, tam celeri, ac vrgente affectu? vtendi itaque huius auxilij modum pars affecta demonſtrat, vti eiuſdem occaſionem velocem vrgentia morbi.*

Verùm Moxius hoc in loco nimis acris, ac ſeuerus eſt in Mercurialem reprehendendum, qui cùm in enarrata hiſtoria ad theoriam omnibus redactis cogitet, quid facto opus eſſet pro curatione propoſitæ mulieris, quamuis Hippoc. ne verbum quidem habeat de ſanguinis miſſione, quid mirum ſi omnibus indicationibus diligenter propoſitis, & circa eas diſcurrens, ſuam aperit ſententiam, & ſanguinis miſſionem proponat; vnde laudandus potius, quàm irridendus. Et quod ſpectat ad methodum, H inquit Mercurialis, Medicum curaturum anginoſam mulierem oportet diligenter examinare circa menſtruam purgationem, an fluant, an parcè fluant. Addit his in caſibus, ſi ſanguis menſtruus ſit interceptus, prima ſanguinis miſſio facienda eſt à talo; cõſiderat enim tunc temporis vterum in cauſa eſſe, quòd adſtricti ſint menſes, & hac ratione dicit mittendum eſſe ſanguinem à talo; veretur enim, ne menſes intercepti ſurſum ferantur ad fauces, ideo reuellendi cauſa mittit ſanguinem ex talo, conſiderans eam affectionem in fieri nondum in facto eſſe; at vbi putat iam anginam in facto eſſe, & proinde reuocationem menſium ad partes infernas parum iuuamenti poſſe afferre, conſulit mittendum eſſe ſanguinem ex venis cephalicis, vt materia à capite fluens in fauces, & laryngem reuellatur per ſectionem venarum in cubito exiſtentium; vbi verò vidit ceſſaſſe iam fluxum imbibitamque eſſe materiam in fauces, vt ipſa euacuetur deriuando, proponit ſanguinis miſſionem ſub lingua, neque perſiſtit in illa ſectione

Digitized by Google

A venarum, quæ ſunt ad talum, non ignorans ex tam longo ſpatio non poſſe ſectionem venarum proficere, niſi ea qua dictum eſt ratione; nam angina exiſtens in faucibus non poteſt curari per ſolam ſanguinis miſſionem à ſaphenis, & hæc eſt eadem methodus, quam etiam ipſiſſimus Moxius propoſuit, quare nihil videtur habere, quod conſideratione ſit dignum aduerſus Mercurialem.

Eſt & tertia ex Hippocrate hiſtoria lib. 3. epid. com. 3. tex. 82. cuiuſdam mulieris moroſæ Thaſiæ: Hæc quamprimum tenui febre fuit correpta, & inter alia ſymptomata pluriмis vexabatur conuulſionibus. cauſam morbus habuit mœrorem ex occaſione externa, haudquaquam fortè, vt arbitratur Mercurialis, quia melancholica. Secunda die febris acutior, inſomnis, tertia ceſſantibus conuulſionibus, & vna cum vrinis nigris muliebria deſcenderunt copioſa; & iudicata eſt, vnà cum ſudore multo, & calido per totum corpus ad noctem eiuſdem diei, hanc hiſtoriam recenſet ad verbum Moxius, qui poſt deſcriptam hiſtoriam inquit. Huic mulieri Hieronymus Mercurialis cenſet omni arte ſtudendum ſublatis cauſis omnibus internis, & externis menſes euo-
B centur, cùm omnium malorum cauſam arbitretur eorundem ſuppreſſionem, & forſan perperam cum Valleſio cōment. in hanc hiſtoriam conſulit. Itaque huic quamprimum venas ſecare infernas poplitis, vel ſaphenam oportet, idque in multa copia ad inſtar virium robur, & exemplum Galeni ex lib. 6. epid. com. 3. tex. 29.

Neque Mercurialis admittenda ratio, quia ſupponit leuiter huiuſmodi morbi cauſam eſſe ſuppreſſionem menſtruorum, dictum ſanè ad libitum, cùm nec expreſſè iſtud innuerit Hippoc. neque aliqua ratione ex verbis ſententiæ poteſt colligi, imò oppoſitum, typicam videlicet menſium periodum opportunè acceſſiſſe, & critico more, cùm in die tertio critico exiliiſſent, vna cum copioſo ſudore omnem morbum terminaſſe. Nec mirum menſes illos periodicos tot portendere huic moroſæ mulieri vtilitates, quia mœroris ratione ab externa cauſa videntur excitati (quod ſæpè accidit) vterus haud dubiè laborat, à quo & ſympathicè vniuerſum corpus: depoſita itaque ab vtero humorum concitatorum colluuie per eandem partem affectam, & quieuit vterus, & vniuerſa ſedata ſymptomatis illius germina. Quare huic non mittendus ſanguis
C ex parte inferna, vt euocētur menſes ſuppreſſi, cùm ne acciſi quidem: nec quia inſtantes, cùm mens non ſit eoſdem ſuppreſſos mouere, verùm quia pars affecta vterus idiopathicè, nec renuo phrenitim, ac febrem, & ſuas per ſe diſpares habere ſedes, quæ itidem ſudor exſoluit: cogit autem vtendi modus coniugium vaſorum obſeruare, proinde tenemur infernas ſecare, vt ab vtero deriuent, ac vacuent ſtatim cauſam illam morbificam ſæuiſſimorum illorum ſymptomatum parentem, vt diuinum dictatorem lib. 2. epid. in Eſtimargi famula eandem legimus ſeruaſſe methodum, dum laborante vtero ex reſtricto puerperio, & vna ab ipſo corpus tremoribus afficeretur, venam tali opportunè ſecare iuſſit, cuius rei rationem aſſignat, vt non ſolùm cauſæ, verùm & cauſæ principio præuideremus.

In huius mulieris curatione per ſanguinis miſſionem, quia Mercurialis præſupponit omnium malorum cauſam referendam prorſus eſſe ad menſium ſuppreſſionem, ideo propoſuit primò ſectionem venarum partium infernarum, & quamuis Hippoc. id non ſcribat, vt neque ſcribit curationem, Mercurialis tamen intentio eſt allatis his,
D quæ faciunt ad perfectam intelligentiam, etiam docere, qualis fuiſſet recta huius mulieris per chirurgicum inſtrumētum curatio, vnde ſcriptum reliquit Hippoc. hanc hiſtoriam nobis tanquam rarum quoddam exemplum propoſuiſſe: eſt enim (inquit) rarum inſaniæ genus, quo laborauit hæc mulier, eſt rara occaſio, ſcilicet menſtruorum ſuppreſſio, eſt denique rariſſimum, quòd tertia die morbi ſit per menſes melancholica liberata. Supponens igitur Mercurialis omnia, vt dictum eſt, illa ſymptomata, præſertim melancholica, à retentione menſium proueniſſe, meritò ſcriptum reliquit oportuiſſe primò ſanguinis miſſionem à partibus infernis auſpicari, nempè à ſectione venarum tali. Moxius è contra ſcribit menſes non fuiſſe in hac muliere ſuppreſſos, & proinde non fuiſſe opus ipſos per ſectionem venarum inferiorū reuocare. Sed quemadmodum Moxius reprehendit Mercurialem, quod ſcripſerit morbi cauſam eſſe ſuppreſſionem menſium, idque voluntariè, & ad libitum, cùm nec expreſſè illud innuerit Hippoc. pari ratione Moxius criminandus eſt, quòd contrarium aſſeruerit gratis, quia

in hiſtoria ab Hippoc. allata non reperitur, quòd menſes non fuerint ſuppreſſi. Cùm B igitur ambo hi auctores procedant ex falſa ſuppoſitione in prædictæ mulieris curatione, ambo profectò ſunt incuſandi.

Quarta hiſtoria ſcripta eſt apud Hippoc. eodem lib. 3. epidem. com. 3. tex. 83. in hunc modum. *In Lariſſa virginem febris prehendit cauſoſa, acuta, vigil, ſitibunda, lingua fuliginoſa, ſicca, vrina boni coloris, ſed tenuis: ſecundo die labor, non dormiuit: tertio multa excurrerunt ab aluo aquei coloris: ſequentibuſque diebus talia tolerabiliter percurrerunt: quarto minxit tenue, paucum, vrina habuit encorema ſublime, non ſubſedit: ad noctem delirauit: ſexto è naribus ſanguis largiter valdè effluxit, horruit, ſudauitque ſudore multo calido per totum corpus, ſine febre iudicata eſt, in febre autem & iam iudicata muliebria primùm tunc prouenerunt, virgo ſiquidem erat, erat autem & perpetuò anxia, horrida, faciei rubor, oculorum dolor, capitis grauitas, huic non reuerſa eſt febris, ſed iudicata eſt, fueruntque dolores diebus paribus.*

Moxius ſcribit Mercurialem arbitratum eſſe huic virgini minimè mittendum eſſe ſanguinem, quia inquit ab initio morbi purgationes fluxerant menſtruæ, quæ in virgine debebant forſan eſſe parciores iuſto, & maximè ſi tardiuſculè, vt reor, fuerint, quo in caſu haud ab re fuiſſet pertundere venam poplitis, vel tali. Addit Moxius, quòd in plurimis plurimùm offendit doctus iſte vir, in primis cùm huic virgini dicat menſes fuiſſe plus iuſto parciores, & tardiores, quod ne lubet quidem ſuſpicari ex Hippoc. narratione, imò potius contra cùm ſimpliciter affirmet, in febribus autem, & iam facta iudicatione muliebria prodierunt tunc primum, quare nec parca, nec tarda. Rurſus falsò imponit Hippocrati dicenti ab initio morbi has menſtruas purgationes exiliiſſe, cùm nec per ſomnium, ſed vt nuper diximus in febribus (quæ ſexta fuit criſi terminata) & iam facta iudicatione muliebria prodiiſſe. In febribus autem prodiere, ſi quarto, aut quinto, aut in principio eiuſdem ſexti muliebria ipſa apparuerint; nam ſi à principio diluxiſſet potius, vt in altera Melidiæ hiſtoria muliebria à morbi principio fluxere, haudquaquam in febribus. Innuit autem his verbis criſis rationem non habuiſſe hæc, cùm & ante criſim, & poſt criſim adhuc percurrerent. Sudor autem calidus per totum corpus, criſim haud dubiè conſtituit, cùm dicat, ſudauit abſque febre, effectus ſudoris, G quia criticus: hinc concludit mox, iudicata eſt: hæc nec ſutilia tum ad hiſtoriæ dignotionem, tum ad ea, quæ nunc dicenda aduerſus Mercurialem.

Subiungit Moxius, methodum itaque quamprimùm vtendi modi venæ ſectionis amicè examinemus, ſed hunc in primis ancipitem contemplamur iuxta remedij ſpeciem in hoc ſanando virginis morbo; inquit enim, quia menſes ab initio apparuere, de operatione chirurgica non puto quicquam Medicum cogitaſſe, deinceps ait, quia cùm in virgine forſan plus iuſto fuiſſent parciores, ac tardiores, non abs re fuiſſe tunc venam tali, aut poplitis pertundere, quaſi innuet, ſi copioſa ab initio muliebria, venam tundere nefas, ſin parca, & tarda, neglecto morbo vrgentiſſimo (iuxta Hippoc. deſcriptionem) ad eorum defectum emendandum conuertemur, ſecando inferiores venas. Res eſt in ancipiti; nam vrgentiſſimo, & peracuto exiſtente morbo (qualem nunc cum Hippoc. ſupponimus) vnaque poſtulante venæ ſectionem, haudquaquam menſuruus ille fluxus parcus, auxilium illud vtiliſſimum impedit quidem; benè quidem ſi copioſus exiſtat, & conferat pariter cum euphoria; tunc enim totum eſſet naturæ H operanti commodè relinquendum. Quare cùm morbi auxilia indicent, & vrgentes ad ſe rapiant curationem, locus itidem paſſus illorum vtendi modum demonſtret: indicatione deſumpta à morbo venas virgini ſecabimus, & arrepta mox indicatione à loco patiente, qui haud dubiè ſupra renes, cubitorum potius, neque menſes illi imminuti quicquã in hoc caſu indicant, imò negligendi, cùm rationẽ potiùs habeant ſymptomatis; nam ceu imminuti cauſam aliquã ſequuntur naturæ actionẽ lædentes, ſymptomata autem per ſe nihil indicant, quis igitur leuis corde vrgentiſſimum affectum negligit, ex quo maximum vitæ periculum impendet, amplexo altero leuiſſimo, ex quo nec vitæ diſcrimen, verùm ne noxa quidem timenda?

Addit Moxius aduerſus Mercurialem quaſi ipſum irridens. Quid de te ipſo doctor inſignis? cur modò methodum non conſulis, quam ſupra in Melidiæ hiſtoria docuiſti ſeruandam, dum miſſo prius ſanguine ex cubito, pleno exiſtente corpore, mox ex pede

eundem

Digitized by Google

A eundem vacuare iuſſeras? Dices fortè modò iſtud non conſuluiſſe, quia iam fluebant menſes, quos nefas compeſcere ſecta cubiti vena. Sed neque hoc, ſi attentè obſeruet, methodum inuertit; nam plenitudo, vt arbitratur ille, ceu vaſa obſtruens, vti ne menſes concitentur, efficit, ita & concitatos, & iam imminutè fluentes reprimit, ne amplius fluant. Ergo qua methodo latentes adhuc concitamus, eadem parcos, & imminutè proſilijentes excitamus, neque illa verenda reuulſio, etiam iuxta illorum mentem, cùm ſtatim dempta prius plenitudine, iterum verſus partes infernas cõfluxum reuocemus, tundendo videlicet inferna vaſa. Quare in hac virgine ſi copioſi, conferentes, & vna cum euphoria procederent menſes, eorum præſertim impetum contemplari fas, neque mouere quicquam natura operante: ſi imminutè procedant, citra conferentiam, morbi reſpectu, neglectis his, etſi fluentibus, ius eſt ad vrgentiam morbi conuertamur potius, ſecando venas coniuges, quæ in cubito ſunt, cum morbum ſupra renes ſupponamus. Hæc eſt de hac re vera, & infallibilis ſententia iuxta Galeni rationalem methodum. Neque piguit nobis hæc aduerſus hunc clariſſimum virum Mercurialem re-
B cenſere, vt & hiſce exemplis magis huius diuinæ methodi eluceſceret veritas, & tanti authoris grauitate, ne deciperetur quiſpiam, quem aut lædere, aut minimam eius ſplendoris partem obſcurare neque mens, neque valeo, neque ius: hunc enim plurimum ſemper feci, faciamque dum vita fruar. Veritas autem, qua nihil præclariùs, aut fortius impulit animum, ne fraude aliqua hæc tantopere à Galeno noſtro commendata ab hominum mente irretita extorris eſſet.

In hac virginis curatione per ſanguinis miſſionem Mercurialis cõſiderat in primis, quo modo ſe habuiſſent menſtruæ purgationes; nam à principio potuiſſent eſſe multę, atque commodè exire, & tunc temporis totum opus naturæ relinquendum fuiſſet, nihilque de ſanguinis miſſione excogitandum, at ſi parciores iuſto, & maximè ſi tardiuſculæ fuiſſent, vt coniecturis quibuſdam videtur colligere Mercurialis, tunc temporis arbitratur fuiſſe rationi conſonum tundere venas poplitis, aut ſaphenæ, alioquin ſi ex retentis menſibus febris hæc ardens non proficiſcitur, tunc non negat Mercurialis, quin ad morbum, & ad ſuas cauſas auferendas non ſit deueniendum; nam
C cùm fuerit febris ardens, cauſa ipſius erat materia putrefacta in venis magnis inter alas, & inguina exiſtentibus, cui ſanguinem admixtum fuiſſe, & Hipp. & Galenus in hac virgine ſcribunt; nam dicunt adfuiſſe plenitudinem; quæ vt tollatur, ſanguinis miſſio ex partibus ſuperioribus quàm maximè eſt neceſſaria, & ideo cùm vterus nullam labem habuiſſet, neque ab eo febris hæc proueniſſet, quæ rationem vrgentis habuiſſet, omni proculdubio ad ipſam febrem curandam primò erat deueniendum, neglectis etiam purgationibus, vnde methodum, quam Moxius affert, non poſſum niſi magnopere laudare tamquam veriſſimam, & è promptuarijs Galeni acceptam, & eundem Moxium virum doctiſſimum inter ſcribentes materiam curationis morborum acutorum enixarum per ſanguinis miſſionem fateor primas partes omninò obtinere eique palmam conuenire, & hæc de præſenti quæſtione breuiter dixiſſe ſit ſatis.

Quæſtio Octaua.

D *An in menſium ſuppreſſione liceat mittere ſanguinem?*

Ad Ioſephum Fontanam virum doctiſſimum, Medicum, & Philoſophum, ac Triremium Regni Siciliæ Archiatrum Clariſſimum.

IN rebus arduis, nihil antiquius, clariſſime vir, habui, quàm ſummos in facultate artifices conſulere; ſed quæ in medicina noſtra difficilior extat controuerſia ea, quam præ manibus diſcutiendam accepi, num ſcilicet ſuppreſſis menſtruis ſit mulieri mittendus ſanguis? Vt igitur mihi eſſet, cuius conſilium ſequerer in explananda eiuſmodi difficultate, ad te confugio præſtantiſſime Archiatre, qui tui ingenij acumine poteris inuia intimè penetrare, & ſalebroſa peruia reddere. Tuam itaque ſententiam mihi patefacias exoro, & ſcias velim me tua fretus humanitate auſiſſe te hominem

nem minimè otioſum hiſce nugis interpellare. Ne meam ergo, caueas, inculpare velis confidentiam, cùm tuæ potius facilitati, & benignitati illius effectus ſit re vera adſcribendus, ſed dum excuſationes affero, nollem peccatum multiplicitate verborum committere, quocirca paucis me ipſum, quoad viuam, addictiſſimum tibi offero. E

In hac quęſtione pertractanda duo veniunt conſideranda, vnum eſt, quid agendum; aliud rectus vſus, ſeu recta ſanguinis mittendi adminiſtratio. Quantum ad primum, nulla eſt inter authores controuerſia; nam omnes conueniunt eſſe mittendum ſanguinem, vbi adſit indicans, & permittens, nempe robur virium, verùm circa rectum vſum ingens eſt inter grauiſſimos authores digladiatio, præſertim circa vbi, hoc eſt circa venas ſecandas; nam aliqui Aëtium ſectati dicunt licere in ſuppreſſis menſibus primò venas cubiti tundere, iam rurſus crurum: aliorum opinio eſt, vt ex cruribus ſemper haurienda ſit ſanguis, vtraque igitur difficultatis pars grauiſſimos, & doctiſſimos habet fautores, tanquam duces quoſdam, qui forſan rem magis controuerſam, ac difficiliorem reddunt; Hippoc. enim & Galenus, qui in Medicina propriam familiam ducunt, vltimam partem firmiter aſtruunt, quos lubenter plurimi inſequuntur Claſſici Doctores: alteram verò partem tuetur Aëtius homo Græcus, nec inter eos ignobilis, incautus tamen, vt inquit Moxius, cùm paruā manu aduerſus illos clariſſimos Principes bellum ineat, & claſſis oppoſitæ Dux fiat. Scribit namque (quamuis ex Rufi Galeno coëtanei ſententia) plenitudine in corpore adſtante priùs cubiti, mox crurum ſecanda vaſa. Hunc ex neotericis plures ſectati ſunt doctores, quadam inquit Moxius apparente probabilitate ducti, ſeu ſi mania decepti potius. F

Inter reliquos ſe offert Amatus Luſitanus, Trincauellius, Altimarus, Mercurialis, Riolanus, & alij plerique. Hi igitur hanc fugacem opinionem, & rationibus, & quibuſdam veterum authoritatibus omni arte conantur ſuſtinere, & in primis Galeni authoritate, lib. 10. de compoſ. medicam. ſecund. loc. cap. 2. cuius hæc ſunt verba. *Tanquam igitur maximam vim ad affectionis curationem habeat totius corporis vacuatio, ab ipſa incipiendum eſt, non ſolùm à cruribus, ſed à cubito primùm ſanguinis detractione facta.* Inde conſequentiam quandam conſtruunt, quemadmodum in iſchiadis curatione exiſtente plenitudine in corpore Galenus conſuluit hauriendum primùm ſanguinem ex cubito, & rurſus ex talo, ſic in obſtructo menſtruo ſanguine. Præterea hanc eandem ſententiam conantur tutari Aëtij teſtimonio, quem ſibi ducem proponūt: hic itaque de hac re ex inſtituto proprio capite tetrabibli 4. rem illuſtrat ſermone 4. cap. 57. & Ruſum huius opinionis facit authorem: eius hæc ſunt verba: *atque hæ quidem copioſa ſanguinis miſſione ſanantur*, videlicet quæ ob plenitudinem non purgantur, ſcopus ſanè eſt, cubiti itaque, ac tali venas ſecare oportet, &c. G

Sed quod magis eſt, Paulum Æginetam eiuſdem opinionis fuiſſe proponunt lib. 3. cap. 61. cuius hæc ſunt verba. *Cùm igitur propter aliquod interaneorum affectum primarium purgatio circumciditur, aut moratur, ex vſu maximè fuerit, id quod primariò afficitur curare, inde vteri habere rationem*, interpretantur Paulum etiam inter affectus primarios morantes purgationem plenitudinem eſſe, & cum huic prius occurrendum, occurritur autem plenitudini tutiùs, & commodiùs multò, cubiti ſecando venas, vt antea in iſchiade ex Galeno diximus: hinc inferunt in retentia menſibus plenitudine adſtāte venas cubiti priùs eſſe ſcindendas. Amplius idem Paulus mentem ſuam aperit, dum paulò infra agens de tali ſciſſione, hæc ſubiungit. *Vbi acceſſerit menſtruale tempus, ſi nihil, aut nulla mentione dignum fuerit excretum, ex talo ſanguis detrahendus eſt*, quaſi Paulus inſinuet, ante acceſſum illius temporis cubiti ſecare venas nobis lubeat, ſi affectus adfuerit eo modo illud auxilium poſtulans, qualis ipſa plethora, vt arbitrantur ipſi. Tandem nobis offerunt Matthæum de Gradi idem ſentientem 9. lib. Raſis ad Almanſorem, quo in loco ſcribit idem Matthæus Auicen. fuiſſe eiuſdem opinionis, quod tamen falſum eſt, cùm hic Hippocrati, & Galeno tenaciter adhæreat, vt infra patebit: hi ſunt authores antiqui, quos nobis ob oculos ponunt huius ſectæ cultores. H

Modò rationes ponderemus, quas ipſi in medium adducunt ad hanc ſuam opinionem confirmandam: prima eſt, in illo affectu, qui cum ſua cauſa coniungitur, curatio auſpicari debet ab ablatione cauſæ, ſed in menſium ſuppreſſione adeſt cauſa, nempè plenitudo, ergo opus eſt primùm auferre plenitudinem, tanquam ipſius cauſam, non

ſolùm

A ſolùm obſtructionem factam augentem, ac ſeruantem, verùm eam, quæ parata eſt
alteram facere: ſed plenitudo totius corporis eſt huiuſmodi, ergo ſequitur plenitudi-
nem euacuandam, ſed plenitudo tutiùs, & commodiùs ex cubiti venarum ſectione
ſubmouetur, ergo ſequitur primò oportere ſecare venas cubiti. Quod in curatione re-
mouenda ſit cauſa, clarum eſt, & ab omnibus Medicis tanquam axioma conceſſum, ſed
ſectio cubiti non modò plenitudinem minuit, verùm etiam inhibet, ne ad vterum fe-
ratur, & præcauet, ne ab ipſo vtero attrahatur, neue obſtructiones factas augeat, aut
de nouo generet, è contra verò ſectio venarum infra exiſtentium oppoſitum præ-
ſtat ducendo humores verſus partes obſtructas, ergo per ſectionem venæ cubiti &
tutiùs, & commodiùs curatio aggreditur.

Altera ratio, qua nituntur probare primò venas ſuperiores eſſe ſecandas eſt huiuſ-
modi: in qualibet obſtructione auferenda humores illi ſunt retrahendi, qui eiuſdem
efficientes ſunt cauſæ, & nunquam ducendi ſunt verſus locum obſtructum, quia quem-
admodum ſectio venæ ſuperioris, aut generationem, aut incrementum obſtructio-
B nis procul dubio præcauet, ſic ſectio venæ inferioris, aut certò obſtructionem gene-
rabit, aut ipſam augebit, ſed venæ ſectio cubiti retrahit ab vtero multitudinem facien-
tem, & augentem obſtructionem, ſectio venæ tali è contra plenitudinem ducit ad
vterum, ibique aut nouam producit, aut iam factam reddit magis contumacem, ergo
ſequitur, quòd venæ ſectio cubiti vtilis ſit, tali verò noxia in retentis menſibus adſtan-
te plenitudine. Tandem ſectionis venæ cubiti præſtantiam multis experimentis com-
probant dicentes eam non modò valere ad depoſitionem plenitudinis, verùm etiam,
& ſtatim concitare menſes. Addunt in artis operibus morbum poſtulantem venæ ſe-
ctionem ex cubito, eaque celebrata etiam, & ſæpè abſente periodo menſtrua ſtatim
erupiſſe menſes.

Sed quoniam ipſi animaduertunt huic opinioni contrarios eſſe, & Hippocratem,
& Galenum, varia refugia commenti ſunt, vt euadant; & primò Trincauellius lib. 10.
de morbis totius corporis humani curandis cap. 4. tum lib. 3. conſilio 70. putat Ga-
lenum cum Aëtio conciliaturum, ſi morbũ vt ſimplicem, vel conneaum conſideremus;
C nam ſi retentio menſium ex plenitudine proficiſcatur, iudicat occurrendum eſſe ple-
nitudini ſecando cubiti venas, mox ipſi affectui tundendo venas inferiores: ſi autem
alia ratione, totus tunc animus in ſola affectus ſanatione conuertendus, hoc eſt dictu,
Aëtius conſiderauit cauſam, nempe plenitudinem, Galenum verò æſtimauit affectum,
quare cùm vnus author cauſam, alter verò effectum reſpexerit, putat Trincauellius
conciliari facilè poſſe. Altimarus verò lib. de curandis morbis cap. 107. aliter hos
conciliare contendit dicens Aëtium maximam ſupponere plenitudinem, quæ cùm
maxima egeat euacuatione, & hanc vires tutò non ferant, idcirco cubiti venas priùs,
mox crurum ſecandas iubet, vt ambobus ſimul iunctis ſufficiens fiat plenitudini tollen-
dæ auxilium, & tutum quidem: Galenum verò non ſuppoſuiſſe ait hac magnam ple-
nitudinem, ſed vires robuſtas adeſſe, in fœminis quidem minori plethora labo-
rantibus, quare ſufficere vnicam euacuationem pro certo habuit, qua ratione
ductus infernam tantùm ſectionem laudat, ita vt velit Altimarus, vt primò ad tollen-
dum plenitudinem ſecentur venæ ſuperiores, deinde ſtatim & inferiores, ne ad ſupe-
D riora trahatur ſanguis.

Franciſcus Valleſius lib. 2. meth. cap. 14. eadem ratione hanc litem componit, ac
faciat Trincauellius ſupradictus. Amatus verò Luſitanus centur. 1. curat. 15. repulſa
pace ſub Aëtij ſigno aduerſus Galenum, & Hippocratem contendere haud veretur.
Hieronymus Mercurialis varius eſſe videtur; nam olim lib. 4. de morb. mulierum cap.
1. Galenum ſtrenuè defenderat, & Aëtij conſilium tanquam inſulſum, & nullius valo-
ris nunquam admittendum arbitrabatur: in lib. verò Piſanarum lectionum, quas poſt
annos multos iam ſenex factus in Hippoc. hiſtorias epidemicas in lucem edidit, oppo-
ſitum tenet, præſertim in hiſtoria 15. Eidem tenaciter adhæret Ludouicus Mercatus
lib. 1. de morbis mulierum cap. 9. qui tuetur Aëtij ſententiam, plenitudine videlicet
exiſtente in corpore, aut in vtero, aut in vicinis partibus obſtructiones ibidem gene-
rante ad partes diſtantiſſimas ab ipſis obſtructa retrahendum, quare ſupernas venas
iure ſcindendas eſſe arbitratur; verùm ſanguine redundante in vtero, aut in toto cor-

pore

pore propter obſtructiones in vtero factas cum Galeno putat eſſe potiùs ſanguinem E mittendum ex partibus inferis. Tandem Ioannes Riolanus cum Trincauellio,& Altimaro iterum intendit conſtituere pacem inter Gal. & Aëtium,eoſque inuicem conciliare, lib. de particulari metho. bene medendi ſect. 4. cap. 1. *in manifeſtè plethoricis*, inquit, *vera eſt Aëtij opinio, alioquin inſequendus Galenus*, quibus inſinuat Aëtium audiendum plethorica tantùm adſtante ſindrome, quam Eraſiſtratei neceſſariò adeſſe dicebant ad ſectionis venæ deliberationem faciendam. Rodericus à Caſtro vir ſanè doctiſſimus lib. 1. de morb. mulierum cap. 3. ad ſcholium, viſus eſt hanc Aëtij, & grauiſſimorum horum authorum opinionem ſectari; ſcribit tamen huiuſmodi verba. *Fatemur tamen Hippoc. & Galeni ſententiam ſecuriorem eſſe, alteram non niſi ab exercitatiſſimo, & peritiſſimo Medico cum magna præmeditatione eſſe vſurpandum:* & iſti ſunt authores, qui ſequuntur hanc opinionem.

Nunc opus eſt, vt demonſtremus tam ratione, quàm methodo in reſtrictis menſibus ſanguinem ſemper hauriendum ex inferis partibus tam adſtante, quàm abſente plenitudine. Accedamus iam ad ſuppoſitionem, & methodum. In menſibus reſtrictis F ſcopus vrendi modi nihil aliud portendit, quàm ſanguinem retentum euacuandum, & quò natura ipſa ex eius præſcripto vergit ducere, per vterum videlicet, huiuſmodi autem perficitur illo propoſito ſcopo euacuatiuo, & cùm per venas vteri, nempe loci affecti non liceat euacuare, ſaltem per coniuges id præſtandum, quales infernæ venæ ſunt, quæ & locum paſſum (vt ſupra ex Galeno demonſtrauimus in curatione inflammationis vteri) euacuant, & verſus partes infernas ſanguinem ducunt; nam cùm vterus ſit pars aff cta, per quam menſes natura protrudit infra corporis medium, quod renes circum agitur, infernæ venæ ſectæ vtrumque cõplent, ergo & hæ tantùm in hoc affectu ſcindendæ veniunt. Cæterùm cùm in hac ſuppoſitione nulla à ſupernis partibus adſit fluxio; nam ſenſim in vtero deſcendunt, & in eo mox aceruati ſunt, nullus pariter adeſt reuulſionis ſcopus, quare cubiti ſectio in hoc caſu nullius eſt vſus.

Modò illud nobis demonſtrandum eſt, quod totius difficultatis eſt fundamentum, infernas videlicet venas vtrumque complere, nempe, & vacuare vteri vaſa, & venam cauam à quacunque plenitudine, & etiam ducere humores verſus partes infernas G abſque formidine nouæ obſtructionis. Probatur primum, quia vena poplitea, & ſaphena ſunt ſurculi venæ magnæ diſtributæ per crus, & hæc ipſa venæ cauæ eſt ramus, dum per vtrumque crus diſtribuitur, quæ etiam antequam ad crura ramificetur, vtrinque offert ramum ipſi vtero, quare cum inaniuntur crurum venæ, euacuantur etiam, & maximi illi rami, qui ad fæmora diſtribuuntur, deinde vena caua, & tandem illi ſurculi, qui diſtribuuntur per vniuerſum vteri corpus. Hinc non poſſum probare illud, quod ſcribit Rodericus à Caſtro lib. & cap. citato, nempe quod aliud eſt ex vterò, aliud per vterum euacuare, per vterum inquit ſecta inferiùs vena commodè euacuamus, ex vtero facta prius reuulſione ex brachio, quia vena caua, vt dictum eſt, ad os ſacrum perueniens diſtribuitur in duas inſignes ramificationes, quæ deorſum ad crura per fæmora tendunt, & inde erumpunt venæ ad vterum diſtributæ, itaut quando ſecamus venas inferiores, euacuamus venas prædictas, quæ inanitæ trahunt à venis vteri. Quare vterus ſemper euacuatur, tantæque ſunt capacitatis huiuſmodi venæ, vt ſectæ euacuent non modò venas ad vterum tendentes, verùm etiam & venam cauam, quæ H ſupra os ſacrum eſt diuiſa: ſanguis igitur à vena caua deſcendens, vterumque attingens & ipſe euacuatur, quæcunque ſit plenitudo, quare non eſt opus illa diuiſione, nempe quod euacuamus ab vtero, & per vterum, maximè quia venæ ſectæ ad cubitum id præſtare nequeunt, tum propter diſtantiam, tum quia nullum habent cum ipſo vtero coniugium; nam ſitus vteri multò inferior eſt hepate, & vena caua multas patitur diuiſiones.

Altera ſcopi pars facilè, inquit Moxius, innoteſcit, quia infernis vaſis ſectis etiam inclinatur ſanguis verſus partem ſectam, ad quam ſecundùm naturam ipſe fertur, ſed non modò ſanguis fertur ad partes infernas, verùm ad partes ſuperiores, ratio eſt, quia naturæ nihil ſurſum, nihilque deorſum eſt, ad omneſque partes ſine defatigatione, aut ope ſanguinis diſtribuit ipſum. Vbi igitur ſecta ſit vena inferior, quacunque in parte ſit reconditus ſanguis, natura eſt præſto ad eius ex præſcripto expulſionem: cubitorum

Digitized by Google

A rum verò ſectiones tantùm abeſt, vt id præſtare valeant, vt oppoſitum potiùs ab
ipſis ſit expectandum, quia retrahunt ſupra materiam, & inhabilem naturam reddunt
ad ipſius eliminationem, auerſandæ igitur ſunt ſuperiores ſectiones, & à methodo
tanquam alienæ deteſtandæ.

Sed obiciet quis, venarum ſupernarũ ſectio iuuat, ne plenitudo tota ad vterũ cadat,
infernæ verò ſectæ ducunt humorem ad partem obſtructam, vnde maior ſit obſtru-
ctio, quare exactior methodus eſt inchoare ab ablatione multitudinis, præmiſſa vide-
licet cubitorum ſectione. Reſpondeas conſiderari plenitudinem duobus modis, vel
ſimpliciter, vel alteri affectui adiunctam, ſi primo modo licet illam deponere à qua-
cunque corporis parte ſectione fiat, imò ex Galeno 4. de rat. vict. & lib. de ſectione
venæ aduerſus Eraſiſtratum cap. 4. & alibi æquali virtute plethoram exſoluunt po-
plitum ſectiones. Addo ergo ſaphenas ſectas, & fortè præſtantius id efficere, quia ca-
paces, & magnæ ſunt, vnde apertis venis inferioribus non ſolùm exactiſſimè venæ
cauæ deponitur plenitudo, verùm etiam, & eiuſdem vteri. Si verò ſecundo modo con-
B ſideremus plenitudinem, quatenus adnexa eſt alij affectui, tunc diſtinguendum eſt, an
plenitudo habeat cauſæ rationem, an non; ſi cauſæ habet rationem, an præſentis, an
verò futuræ, deinde an affectus magis vrgeat, ac faciat cauſa, an è contra, ſi plenitudo
non habeat rationem cauſæ, negligenda eſt, ſin verò habet, & actu, affectu minimè
vrgente, ad eam præcauendam quamprimum recurrendum non neglecto morbo: at-
qui ſi vtrique affectui vnico auxilio occurrere poſſumus, rationi maximè conſonum
eſt eo auxilio audacter vti. Verùm ſi morbus magis vrgeat, ad ipſum tollendum tota
debet conuerti Medici induſtria.

Cùm igitur in noſtro ſuppoſito adſit huiuſmodi connexus, & vtrique affectui occur-
rere valeamus, nempe & plethoræ obſtructionis cauſæ, & obſtructioni, atque etiam
adſit ſcopus naturæ intendentis confluuiem illam per vterum deponere, idque per
venarum tantùm inferiorum ſectionem, erit igitur rationi magis conſonum has ſolùm
ſecare, tantumque abeſt, vt huiuſmodi ſectiones augeant obſtructionem, vt potiùs
eandem aperiant, dum cauſam coniunctam vnicè amouent, quod ratione confir-
C mare valemus.

Nam ſi adſtante plenitudine in menſibus ſuppreſſis venas ſecare non liceret, hoc
ideo eſſet, vt aduerſarij cenſent, quia auxilij huiuſmodi vtendi ratio magis obſtructio-
nes augeret, ſed hoc eſt falſum, ergo & id vnde ſequitur: probatur aſſumptum, illud
auxilium non poteſt augere obſtructionem, quod à parte obſtructa euacuat, deriuat,
ac reuellit, ſed huiuſmodi eſt venæ ſectio interna, ergo &c. Rurſus probatur aſſumptũ,
quia in omni inflammatione ex rationali methodo tres adſunt ſcopi, reuulſionis, de-
riuationis, & vacuationis, ſed ex Galeno lib. 3. meth. med. cap. 6. in vteri inflamma-
tione vnicum auxilium eſt venæ ſectio interna, ergo ipſa reuellit, deriuat, & euacuat,
quaſi & cunctis illis ſcopis ſatisfacit, quare nequit alibi contentos humores ad vterum
ipſum trahere, & inflammationem augere, aliter ipſa ex vſu non eſſet, & per conſe-
quens nequit huiuſmodi ſectio ſuo concurſu, ac motu humorum, aut denuò obſtrue-
re, aut factas iam obſtructiones amplius augere. Verùm quamuis hæc ſectio ab vtero
reuellat, ac euacuet, non tamen remoratur menſes, ſi in tempore fiat opportuno, ſed
D quo natura vergit, ipſa perbellè ducit. Tertia ratio, ſi in ſuppreſſis menſibus adſtante
plenitudine liceret venas cubiti prius ſcindere, hoc idem haud dubiè & in reſtrictis
lochijs eadem præſente plethora efficiendum eſſet, ſed in retentis lochijs hoc irratio-
nabile eſt, quamuis ingens adſit plenitudo, neque vnquam à viro aliquo mentis com-
pote tentatum eſt, ergo & irrationale in acciſis menſibus ob plenitudinem venas ſu-
periores ſecare.

Hanc concluſionem à ſummo Hippoc. habemus cunctis Medicis propoſito ad
imitandum, qui lib. 2. epid. ſectione 4. Stymargij famulæ, vt alias à nobis dictum eſt,
miſit ſanguinem à partibus infernis, licet plenitudine magna afficeretur. Deinde idem
Hippoc. lib. 1. de morb. mulierum num. 66. poſtquam varia conſuluiſſet auxilia ad
menſes euocandos, hæc affert verba, *quandoque verò non exit, ſed mulieri mortem por-
tendit, niſi quis breui venam ſecet, aut ventrem molliat.* Sed hic fortaſſe ambiges, cùm
Hippoc. non determinet venam ſecandam, quænam ex mente ipſius ſecanda ſit, opus

eſt inquirere. Sed mihi clara videtur eius mens eſſe, hoc eſt, vt vena inferior tundatur B exemplo deſumpto à ſuperiori ab ipſo allata muliere, cui miſit ſanguinem ex talo, quamuis vniuerſum corpus vitioſo ſanguine redundaret, nec auſus eſt cubiti venam ſecare. Denique lib. de virginum morbis 3. poſtquam enumerauit grauia, ac plurima incommoda, quæ ex menſibus retentis ob plenitudinem iuxta partes principes eueniunt, hæc ſcribit; *Caterùm curatio, vt hinc liberentur, eſt ſanguinis detractio, ſi nihil fuerit, quod impediat.* Hoc loco animaduertit, & mea ſententia rectè Moxius citra diſcrimen hoc auxilium conſulere Hippocratem ſimpliciter, vt in reliquis locis, quaſi vna ſit via ad tollendam plenitudinem ex menſium occultatione obortam, ſectio videlicet inferna.

Poſt Hippoc. ſuccedit Galenus, qui lib. de curandi ratione per venæ ſectionem cap. 12. ad hunc ſcripſit modum; *nam plenitudines à ſuppreſſis menſibus ortas omninò per crura euacuabis, ſiue venam ſecare oportet, ſiue ſcarificare*, ſtatim ſubiungens: *ſecta enim vena in cubito mulierum reuellere purgationem aſſolent.* Si igitur cubitorum ſectiones muliebria retrahunt, quæ nos intendimus mouere adſtãte etiam plenitudine, pro- F cul dubio relinquendæ ſunt venæ ſuperiores, & infernæ ſecandæ veniunt, vt inde plenitudinem tollamus motum naturæ concitantes. Quòd verò ſectiones venarum cubiti motum venarum retrahant eodem lib. cap. 18. declarat Galenus, dum ſcribit; *nam quæ ex cubito fiunt euacuationes, aliud etiam adiunctum malum habent, nempè quòd purgationes menſtruas comprimant ſanguinem ad ſuperiores partes retrahendo, quæ verò fiunt ex cruribus, tantum abeſt, vt etiam menſes promoueant.* Hinc porrò ſequenti cap. 19. concludit dicens, *at in ijs quibus repreſſi ſunt menſes, ſemper in cruribus*, ſi igitur in cruribus ſemper, ergo & omni præſente plenitudine, & etiam abſente; nam illud ſemper vtrunque caſum amplectitur. Idem Galenus eandem concluſionem ſemper afferens lib. de venæ ſectione aduerſus Eraſiſtrateos cap. 3. ampliori ſermone demonſtrat, & lib. 13. meth. med. in hac ſua opinione perſeuerans inquit, *renibus verò, & veſica, & pudendo vtero ſic habentibus, eas, quæ in cruribus ſunt ſita, ac potiſſimùm, quæ circa poplitem ſunt, ſin minus eas, quæ iuxta malleolum.*

Occurrit & alter locus ipſius Galeni idem manifeſtiſſimè docens, nempe lib. 11. de G ſimplic. medic. facult. cap. de caſtoreo, vbi ſcribit, *ſed & menſibus retentis, vbi per venam, quæ in talo eſt modicè euacuaſſem oblato caſtoreo cum pulegio, & calamintha, ſemper medicamen hoc expertus ſum purgationem ciere.* Inſuper lib. de tremore, & palpitat. cap. 5. vbi elegantem illam Stymargij famulæ hiſtoriam ſeriò explanaſſet, quam ſi fortè aduerſarij ceu Hippoc. genuinam non recipiunt, ſaltem ex mente Galeni tanquam illo dignam admittant, inquit hanc famulam ob humorum maximam copiam vires grauantem illo fuiſſe prehenſam tremore, cùm in enixu purgata non fuiſſet: & rurſus concludit. *Vnde tremoris occaſionem intelligens Hippoc. ſanguinis copiam; fomitem verò occaſionis, vuluæ affectum: deinde copia quidem vacuatione indicante, parte autem affecta, locum per quem vacuare conueniebat, ambo hæc coniungens, ſanguinis detractionem ex talo molitus eſt: hanc quidem, quoniam ſanguinem vacuare volebat, ex talo autem, quia vterus affligebatur. Quod igitur ſanguine abundante venam incidere oportet, nemo non nouit; ſiquidem in venis ille continetur. Quod autem vtero affecto circa talum, aut in poplite diuidere conuenit, niſi prius venarum communiones ex Anatome didiceris, haud poteris id, quod* H *dico, aſſequi.* Et lib. 6. epid. com. 3. ſenten. 29. hiſtoriam illam tam diuulgatam nobilis illius fœminæ recenſet, cui cùm per menſes octo ſuppreſſi fuiſſent menſes, ſanguinem miſit ex venis inferioribus.

Eſt tandem lib. de venæ ſectione aduerſus Eraſiſtrateos cap. 1. quo loco mulierem Romanam refert vnius anni ſupra viginti ætatis, cui per menſes quatuor menſtruæ purgationes reſtiterunt, & ex ea menſtruorum ſuppreſſione larga facta fuit in corpore plenitudo, quare Gal. aduerſus Eraſiſtrateos tunc Romæ degentes propoſuit ſanguinis miſſionem circa talum, aut poplitem, vti hinc ſanguis euacueretur ſuperfluus, ſed Medici Eraſiſtratei conſilium minimè acceptãtes diſſuaſerunt mulierem à ſanguinis miſſione, hinc per ſputum ſanguine reiecto non multo tempore interiecto difficultate ſpirationis inſanabili coërcita periit. In hac igitur hiſtoria Galenus venas tantùm poplitis ait eſſe ſecandas aſtante plenitudine manifeſta, quia hæ inter rel quas

Digitized by Google

A quæ vſu ſecari receptum eſt, vtero ſunt viciniores, & ad omnem ſcopum iuxta noſtram ſuppoſitionem reliquis commodiores. Si verò alia vena ab iſtis ſecaretur, inquit Galenus noxiam ex eo venturam vacuationem arbitramur, quare diſparatis omiſſis concordantijs libenter aduerſarij fateantur, & Hippoc. & Galenum viros celeberrimos, & totius Medicæ facultatis principes dilucidè ſenſiſſe in retentis menſibus inferiores venas tantùm ſecandas, ſiue plethora adfuerit, ſiue non, & hæc de authoribus vtriuſque ſectæ. Rectiùs tamen ſenſiſſe Hipproc. & Galenum multi authores, & celeberrimi quidem autumant, inter quos eſt Arabum princeps, qui lib. 3. fen. 21. tract. 4. cap. 28. hanc refert ſententiam. *Hic verò volumus dicere de regimine, & medicatione illud, quod eſt magis conueniens huic loco, & regimen in hoc eſt mouere ſanguinem cum fortitudine ad menſtrua, & de illis, quæ faciunt illud, eſt phlebotomia ex ſaphena.* Raſis quoque lib. 9. ad Almanſorem cap. 83. de curat. ſuppreſſorum menſium, hæc ſcribit: *ad hæc cucurbitulas popliti agglutinare, ac venam interiorem malleolum perreptantem, aut poplitis incidere confert.*

B Sed relinquamus Arabes, & ad Græcos orationem noſtram conuertamus omiſſis illis principibus, Oribaſium conſulamus, Galeno, & ætate, ac diſciplina cæteris proximiorem, nec Aëtio tantùm æqualem, ſed procul omni dubio longè ſuperiorem, quem tanto honore celebrauit antiquitas, vt quaſi numen à cunctis coleretur. Hic igitur, & Hippoc. & Galeni authoritati ſubſcribit, non modò lib. 1. ſynopſeon cap. 10. verùm, & altero illo ſingulari de curat. ad Eunapium cap. 131. & quod magis eſt lib. 7. collectorum medicinæ cap. 2. eandem Galeni ſententiam, & eiſdem verbis ex lib. de curandi ratione per venæ ſectionem cap. 11. & 18. conſcriptam refert, *plenitudines* (inquit) *quæ ex menſium retentione ſunt ortæ, per crura vacuabis, ſiue ſecare venam, ſiue ſcarificare oporteat; reuellere autem mulierum purgationes ſecta in cubito vena ſolet.* Paulus deinde Aegineta, quem aduerſarij in ſuam ſententiam trahere putant, eiuſdem eſt opinionis cum Hippoc. & Galeno præceptoribus lib. 3. cap. 61. ad hunc ſcribens modum: *cùm igitur propter aliquod interaneorum affectuum primarium purgatio circumciditur, aut moratur, ex vſu maximè fuerit id, quod primariò afficitur curare, inde vteri*
C *habere rationem.* Aduerſarij igitur inferunt, cùm plenitudo alter ſit affectus circumcidere purgationem valens, hanc prius tollendam, eamque ſola cubiti vena ſciſſa tolli arbitrantur.

Cæterùm hi viri, inter quos eſt Amatus cent. 1. cur. 15. longè à meta veritatis aberrare videntur, cùm Paulus illis nullatenus, ſi verba rectè perpendamus, aſſentiatur; eo enim loco loquitur de cauſis antecedentibus, in quantum ſunt apparentes, & coniunctarum principia, quibus adſtantibus præuiſio priùs debetur, cùm nequeant tolli cum ipſo morbo, quemadmodum neque morbus, & ipſius coniuncta cauſa abſque cauſarum antecedentium ablatione, iuxta illud Hippoc. lib. 2. epid. ſect. 4. de Idumea famula Stimargij ſupradicta, in cuius curatione inquit, *ſed ad cauſam deueniendum eſt, & cauſæ principium*, vnde vt priùs occurreret, venam tali ſcindere iuſſit, ſed idem Paulus clariùs methodo Galeni aſſentitur, vt eiuſdem capitis verba demonſtrant, quæ ſunt, *vbi acceſſerit menſtruale tempus, ſi nihil aut mentione dignum fuerit excretum, ex talo ſanguis detrahendus.* Quam obrem ex huius viri authoritate conſtat plenitudinem ſeor-
D ſum obſeruandam, & curandam non eſſe, mox ad morbum conuolandum, cùm aptè eodem auxilio, & tollamus eam, & vnà affectum, & materiam reliquam naturæ ad expulſionem commodam paremus.

Sed præter Græcos à nobis dictos, & Arabes ex Neotericis plures, & quaſi infiniti ſunt, inter quos eſt primò Leonardus Ioacchinus Florentinus, qui lib. 9. ad Almanſorem cap. 66. declarat inferiores venas ſemper ſcindendas eſſe, & reddens rationem inquit, *hanc ſectionem ſanguinem ex ſupernis ad infernas conuertere, atque trahere.* Iacobus Syluius Pariſienſium alumnus lib. de ratione medendi cap. de prouocatione menſtruarum purgationum, eiuſdem eſt ſententiæ, dum ait, *hæc autem obſtructio, ſi à ſanguine eſt multo, ſecetur vena poplitis, aut malleoli.* Ioannes Fernelius lib. 2. metho. medendi cap. 7. idem re vera ſentit. Inter Hiſpanos Ferdinandus Mena aduerſantes huic Galeni ſententiæ non ſolùm pertinaces appellat, verùm & indignos Galeno. Cum his eſt & Ludouicus Lemoſius, Petrus Paulus Pereda, ſed ne doctorum connumera-

Digitized by Google

tione lectorem amplius offendam finem imponens duos adijciam grauiſſimos autho- E
res, Alexandrum Maſſariam, & Ioannem Baptiſtam Syluaticum, qui non modò ſunt cum Galeno, ſed etiam eius partes omni conatu defendunt. Propoſitis in vtraque parte doctiſſimis doctoribus, & determinata ex Galeni ſententia veritate, opus eſt, vt reſpondeamus rationibus allatis ab Aëtio, & ſuis ſequacibus, quos omnes ablegamus tanquam veritati reluctantes.

Primùm ratio Aëtij omninò vana, & futilis eſt, dum inquit, qui plethora laborant, copioſa egent ſanguinis miſſione, ergo cubiti, & tali ſcindendæ venæ; propoſitio quippe indeterminata, inſulſa admodum eſt; nam ſi adſtante plenitudine nulla peculiaris pars afficiatur, ex qualibet parte corporis licet eam deplere, vnde Galenus conſulit æquè tunc licere venas cubiti, aut poplitis ſecare, cùm vtraque vaſa valeant vniuerſalem plethoram, quæ potiſſimùm in magno venæ trunco conſiſtit, deponere. Adſtante verò peculiari loco affecto, non eſt rationi conſonum quamcunque venam cædere, multoque minus ſi adſit præſens iam, vel inſtans motus quiſque naturæ, quem Medicus & contemplari, ac imitari tenetur; tunc enim inſequendo ipſius veſtigia, F
quò ipſa verget, eò ducendum, quare per vtramque rationem cogitur Medicus, & vt commodè ab vtero, ac corpore reliquo plenitudinem tollat, & vt naturæ motum iuuet, ac imitetur, infernas venas ſcindere. Præterea Aëtij conſequentia non valet, plethora copioſam poſtulat venæ ſectionem, ergo cubiti, & tali ſcindendæ ſunt venæ, quia, quamuis plethora magnum poſtulet auxilium, & tanto maius, quanto illa maior, eius tamen auxilij non docet Aëtius vtendi modum, cùm hunc, & ſitus, ac poſitus affectæ partis inſinuet potiſſimùm, abeat igitur Aëtius, quippe qui à primis illis ſummis principibus Medicinæ, & à vera recedat methodo.

Quod attinet ad locum Galeni, quem Aëtij ſectatores proponunt ex lib. 10. de compo. medica. ſecundùm loca, in quo, dum iſchiadis curationem tractat præſente plenitudine, ſcindendam cubiti priùs eſſe venam conſulit, deinde cruria, vnde inferunt Aëtiani ſimili methodo retentos menſes eſſe ſanandos, & pari paſſu in vtroque affectu progrediendum, diſpar eſt ratio, primò quia in iſchiade vrget quamprimùm reuulſionis indicatio propter præſentem, vel inſtantem inflammationem, vnde tundenda vena G
cubiti eiuſdem partis, aut alterius cruris, ſi ita tibi arrideat: in ſuppreſſis autem menſibus huiuſmodi indicatio longè abeſt, adeſt ſanè tantùm vacuationis indicatio, & directio ſanguinis verſus partes infernas. Deinde quia in iſchiade de directo percurrunt vaſa plenitudinem continentis, quæ in iſchio diſſeminantur; in ſuppreſſis autem menſibus non item, quare in iſchiade ſi adſtante plenitudine infernæ ſcinderentur, humor ad laborantem partem traheretur, quod longè à bona Galeni methodo diſtat lib. 13. metho. cap. 6. in ſuppreſſis verò menſibus alia eſt ratio, vt ex Anatome ſupra vidimus; vena enim caua ſuam multitudinem deponit ſectis venis infernis nullo præuio tranſitu per vterum, qui directè & ipſe ſuam exonerat plenitudinem per eandem infernam venam ſectam, & ſanguis ab ipſo vna deriuatur, ac reuellitur, vt Gal. lib. 13. metho. meden. cap. 11. docet, dum inflammationis vteri tradit curandi rationem per venæ ſectionem. Sed mirum eſt ſectantes hanc Aëtij opinionem, quòd Paulum in ſuam opinionem trahere conantur, quem ſi attentè perlegant, oppoſitum ſentire obſeruabunt, quemadmodum nos ſupra diximus. H

Ad Matthæum de Gradis, qui affirmat Auicennam Aëtij partes tutari, dico contrarium eſſe, vt ſupra oſtendimus, Galenoque maximè eum adhærere; vbi verò aduerſarij afferunt experientiam, in qua gloriantur, nihil faciunt; nam ſi Galeno fides eſt adhibenda lib. 10. de medic. facultatibus cap. de ſero lactis, vbi ratio adeſt, nulla experientia requiritur, ipſius verba ſunt hæc, *quædam de animalium lacte conſcribuntur, quæ me ab initio dicturum negaui, etiam ſi experientia didiciſſem, vera dixiſſe.* Cum poſſibilem Galenus contradictionem ſupponit; nequit enim quidpiam per experientiam verum eſſe, & eadem ratione, ac modo, illud idem rationi reluctari, vnde ex hac ceu poſſibili contradictione concludit, quod ſi poſſibile eſſet, verificari quippiam poſſe per experientiam, & ſimul illud idem rationi repugnaret, potius ipſe ad rationem confugiendum cenſet, quàm ad fallacem (vt vocat Hippoc.) experientiam conuerti. Debent igitur vtraque pari paſſu ambulare in his, quibus ambo ſuum exer-

cent

Digitized by Google

A cent ſus. Quare qui ratione relicta ſola fulcitur experientia, abſque dubio claudicabit, cùm altero tantùm ambulet crure, quemadmodum 1. aphoriſ. com. 1. demonſtrat Galenus, proinde omnis abſoluta doctrina vtroque hoc indiget inſtrumento, & vna requirit haſce comites ſorores. Cùm itaque methodus Galenica ſuadeat omnem plenitudinem à ſuppreſſis menſibus ortam per infernas venarum ſectiones vacuandam, ſi tamen nobis meus fuerit euocandi eos, inuitis aduerſarijs, ſemper hæc ratio ſtabit, perpetuoque experientiam fautricem habebit.

Authoritatibus aduerſariorum explanatis ad rationes euellendas properandum eſt. In primis prima ratio aſſerens commodiùs, ac tutiùs ſubmoueri plethoram ſecta cubiti vena, quàm poplitis omninò falſa eſt; nam illud auxilium commodiùs, ac tutiùs adminiſtratur, quod requiritur à ſitu, ac poſitu partis affectæ, & à naturæ inclinatione, at cùm vterus pars ſit, cuius poſitus in inferiori eſt parte, & naturæ inclinatio pariter ſit verſus eandem partem infernam, neceſſariò vtraque ratione tenemur partea infernas cædere, quæ tutò commodè, ac vnicè vtrumque præſtant: cubitorum autem op-
B poſitum, vnde ſpernendæ. At vbi dicunt, quòd ſectio infernarum venarum obſtructiones non modò augeat, ſed de nouo alias producit, Anatomica hiſtoria contrarium oſtendit, vt ſupra dictum eſt. Deinde nec inferna ſectio obſtructiones auget, aut nouas parit, cùm vena caua ſeorſum vacuare valeat, & ſectio venarum infernarum commodè ab vtero reuellat, quare concludimus, quod cùm venæ, quæ ad poplitem, aut malleolos infernos ſunt, infra medium ſint, vbi ſectæ fuerint plenitudinem omninò deponunt, præſertim quia habeant inclinationem ad partes infernas.

Poſſumus addere aliam rationem, quòd in venæ ſectione ſanguis illicò verſus partem ſectam, atque inanitam fluit, non autem verſus partem plenitudine affectam, cùm hæc locum nulla ratione cedat fluenti ſanguini, ſed vteri vaſa ex ſuppoſitione & plena, & obſtructa ſunt, crurum autem ob ſectionem inanita, ergo ſanguinis impetus neceſſariò verſus venam ſectam feratur, nequaquam verſus vterum.

Ad experimenta, quibus vtuntur aduerſarij ad celebrandam cubitorum ſectionem, dicimus contingenter illa accidere, & per accidens: huiuſmodi autem effectus per
C accidens omninò reſpuendus à Medico rationali: oppoſitum autem, retrahere videlicet ſanguinem verſus partem ſectam per ſe, ac naturæ quaſi neceſſitudine quadam contingere, quod Medico proſequendum eſt. Cùm igitur in noſtra hypotheſi ſupponamus in vtero obſtructionem, ne illa quidem cubiti, ceu inutilis habebit locum, ſed totum potiùs committendum partium infernarum ſectioni; nam omnes quos requirimus, abundè adimpleat ſcopos. Hæc igitur omninò amplectenda, altera verò repellenda. Qui cupit videre conciliationes, quas adducunt viri ſupra dicti, Trincauellius nempe, Altimarus, & alij etiam ſimul cum Mercuriali, & Amato recantata palinodia legat amabò 19. cap. apud Moxium de curandi ratione per venas ſectas menſes reſtrictos lib. 4. & hæc ſufficiant de hac quæſtione.

Queſtio Nona.

An mulieribus vtero gerentibus, acutoque morbo laceſſitis ſanguinem ſectis
D *venis mittere liceat?*

Ad Michaëlem Hieronymum de Adot Valentinum Philoſophum acutiſſimum, & Medicum Illuſtriſſimi, ac Excellentiſſimi Marchionis Sanctæ Crucis, totius claſſis S. C. M. Locum-tenentis, ac Regni Siciliæ ſummi triremium Præfecti.

HActenus circa diſcuſſionem quæſitorum aliquot ad puerperas attinentium verſati ſumus, & id eapropter præſtitimus, vt cuiuſdam nobis infenſi detrectationes obliteraremus; nunc mulieres non quà fœtum ediderint, ſed quà adhuc intra ſe continent, conſiderabimus, prægnantes ſcilicet inquirere lubet, non quidem ſecundùm omnes ægritudinum differentias, ſed tantùm, vt ſciamus, num dum acuto morbo corripiuntur, ſectis venis ſit iiſdem exhauriendus ſanguis. Sed quemadmodum

Digitized by Google

dum in præcedentibus tutelarem Doctorem mihi adinueni; qui meas partes tutari B
poſſit, ſi fortè oportuerit, vt vereor; ita & in hac efficiendum mihi fuit, cùm eiuſmodi quæſtio, difficultate reliquis non ſit inferior. Ergo mihi animo voluranti, cui deferrem id quæſitum defendendum, tu obuiam iuiſti, vir clariſſime, quòd & doctrinæ ſplendore, & amoris in me ſinceritate, poteris calumniantium iacula prorſus eludere. Neceſſum nunc eſt, vt tu iuxta ſis promptus ad patrocinandum, ac equidem ad implorandum auxilium accedo. At quoniam ſat mihi perſpecta eſt tua erga me beneuolentia, omni animi ſecuritate rem aggredior.

Hæc quæſtio difficilis eſt propter grauiſſimos Medicinæ authores contrarium ſcribentes; nam Hippoc. negat: è contra Cornelius Celſus (Hippocrates Latinus) affirmat ſectionem venæ omninò celebrandam, à quo primò incipiendum, textumque ipſius tanquam notabilem in medio afferemus, hic lib. 2. cap. 10. ad hunc ſcribit modum. *Sanguinem inciſa vena mitti nouum non eſt, ſed nullum penè morbum eſſe, in quo non mittatur ſanguis, nouum eſt. Item mitti iunioribus, & fœminis vtero non gerentibus vetus eſt, in pueris verò idem experiri, & in ſenioribus, & in grauidis quoque mulieribus vetus* F
non eſt, ſiquidem antiqui primam, vltimamque ætatem ſuſtinere non poſſe hoc auxilij genus iudicabant, perſuaſerantque ſibi mulierem grauidam, quæ ita curata eſſet, abortum eſſe facturam, poſtea verò vſus oſtendit nihil ex his eſſe perpetuum, aliaſque potiores obſeruationes adhibendas eſſe, ad quas dirigi curantis conſilium debeat. Intereſt enim, non quæ ætas, neque quid in corpore intus geratur, ſed quæ vires ſint. Ergo ſi iuuenis imbecillus eſt, aut ſi mulier, quæ grauida non eſt, parũ valet, malè ſanguis emittitur. Emoritur enim vis, ſi qua ſupererat, & hoc modo erepta eſt. At firmus puer, & robuſtus ſenex, & grauida mulier valens tutò curantur. Maximè tamen in his Medicus imperitus falli poteſt, quia ferè minus roboris illis ætatibus ſubeſt, mulierique prægnanti poſt curationem quoque viribus opus eſt, non tantùm ad ſe, ſed etiam ad partum ſuſtinendum. Non quicquid aut intentionem animi, aut prudentiam exigit, protinus faciendum eſt, cum præcipua in hoc ars ſit, quæ non annos numeret, neque conceptionem ſolam videat, ſed vires æſtimet, & ex eo colligat, poſſit necne ſupereſſe, quod vel puerum, vel ſenem, vel in muliere duo corpora ſimul ſuſtineat.

Et hæc eſt ſententia de ſanguine mittendo Cornelij Celſi, quæ etſi clarè, & dilucidè G
ab ipſo ſcripta ſit, ad faciliorem tamen ipſius intelligentiam nonnulla ſunt hoc in loco notanda. Primò inſtrumenta, quibus morborum auxilia inuenimus, deinde inuenta probamus, non aliunde haurimus, niſi ab experientia, & ratione, vt Gal. ſcribit 1. aphoriſ. com. 2. vtroque hoc artificio Celſus demonſtrat tutò nos poſſe vtero gerentibus mulieribus ſanguinem mittere, relictis modo pueris, ac ſenibus, vt quod duce iudicio comparamus, comite experientia firmamus. In primis veterum timiditatem redarguit circa vſum huius auxilij, idque medio exprimento dicens, *poſtea vſus oſtendit nihil ex his, quæ veteres affirmabant, eſſe perpetuum*, videlicet ſectionem venæ partum abigere. Quod experimentũ vſu longiſſimo comprobatum fuit, etiam à grauiſſimis viris, rerum naturalium indagatoribus à Celſi tẽporibus ad hæc noſtra vſque tempora. Imò non ſolùm plurimis experimentis comprobatum eſt, non abigere fœtum, ſed potius eundem in vtero ſeruare. Deinde ex doctrina Hippoc. & Gal. duo tantùm requiruntur ſcopi ad ſanguinis miſſionem, vnum quod poſtulans, ſeu requirens, alterum, quod conſentiens dicitur: hoc auxilium requirit magnus morbus, cui conſentit H
robur virium. Si igitur in mulieribus grauidis adſit magnus morbus venæ ſectionem poſtulans, adſitque vnà & robur virium conſentiens non ſolùm ad grauidam mulierem ſubſtinendum, ac fœtum ipſum, verùm etiam vltrò, tutò nos ſanguinem hauriemus, quantum ſcilicet poſtulauerit morbus, & robur virium permittet.

Adſtante igitur robore virium firmus puer, robuſtuſque ſenex, & valens grauida mulier, tutò curantur per ſanguinis miſſionem. Hippoc. verò è contra lib. 5. aphoriſ. tex. 31. ſcriptum reliquit, *mulier in vtero ferens ſecta vena abortitur, eoque magis ſi fœtus ſit grandior.* Huiuſmodi diuini viri ſententia cunctis vtero gerentibus venæ ſectionem denegat, idque & in omni tempore, & eo magis ſi grandior fuerit fœtus, & rationem adducit, quia huiuſmodi auxilium abortum grauidis facit, & in maximum vitæ diſcrimen adducit matrem, lib. 5. aphoriſ. 55. & lib. 1. de morb. mulier. num. 40. & 98. Ruſſus huius effectus ratio probabilis à Galeno in cõmentario adducitur, *quia*, inquit,

detrahit

A *detrahit alimentum venæ ſectio, quo fœtus ad ſui conſeruationem indiget, quo deſtituto neceſſariò corrumpitur, & abſcedit.* In hoc litigio, & controuerſia inter hos illuſtriſſimos Medicos, deque in poſterum ineunda conciliatione hanc ſententiam addimus: *Licet grauidis morbo magno correptis venas tundere, quantum ad ſuſtinendum fœtam, ac fœtum virium robur conſenſerit.* Hocque conuenit Celſo cum Hippoc. Igitur ſcopi, qui in ſectione venarum iam ab Hippoc. quàm à Celſo recenſentur 4. lib. de victus ration. acutor. tex. 19. ſunt tres, morbi magnitudo, robur virium, & ætas florens: vltimum verò hunc reſpuit Galenus lib. de curation. per ſanguinis miſſionem cap. 9. dum inquit, *dicemuſque minùs perfectè politam ætatis dignotionem ab eo, qui conſcripſit ea, quæ adiecta ſunt de victus ratione acutor: ſatis enim ſunt ad incidendam venam hi duntaxat ſcopi.* Innuit itaque Gal. fruſtra ab authore illius libri Hippoc. adſcripti additum eſſe ætatis ſcopum, quaſi ſufficiant priores duo, & certè accuratè admodum, quemadmodum, & nos oſtendimus Septima Decade tractatu de ſanguinis miſſione.

At circa priorem ſcopum requirentem auxilium, nulla lis eſt inter ſcriptores, cùm B ex omnium ore morbus magnus magnum poſtulet auxilium, venæ ſectionem nempe, aut purgationem, difficultas verò vrget circa alterum ſcopum, an conceptio contineatur ſub ſcopo virium, & an prohibeat illa auxilia. Hippoc. vt nuper dictum eſt, videtur ſentire, quòd valentia partum expellunt, venę præſertim ſectio cum prohibens ſit, quod contrariari videtur ſententiæ à Celſo allatæ, vbi ſcribit, *quia non intereſt, quæ ætas, aut quid in corpore intus geratur, ſed quæ vires.* Neque Hippoc. aut Gal. cùm connumerent ætates inter ſcopos, annumerant fœtus priuationem, quaſi hæc & alia plurima ad vires procul dubio referantur. Itaque præſente ſcopo requirente, vnaque exiſtente robore virium ad fœtam, & fœtum vltrò ſuſtinendum, citra abortus metum venas ſecabimus, quia quantum morbus poſtulat, tantùm vires conſentiunt, quibus adſtantibus vnà, etiam iuxta vtriuſque doctoris ſententiam nullus mentis compos à tanto abſtinebit auxilio.

Quod ad conceptionem attinet, non conſideratur, quatenus ſub virium ſcopo continetur, ſed vt eſt quid ſecundùm naturam indicans ſui conſeruationem, qua ratione C non mutat auxilij ſpeciem, aut tollit, aut in aliud tempus differt, ſed ſanguinis quantitatem moderatur; aliquid enim ei condonandum eſt, vt ſeruetur, quare adſtantibus ſcopis mittendi ſanguinis, tutò per venæ ſectionem ſanantur vtero gerentes, id quod & ratio, & experimentum dictant. Et quamuis ab Hippoc. lib. 5. aphoriſ. 30. ſcriptum ſit morbos grauidarum eſſe lethales his verbis. *Mulierem grauidam morbo aliquo acuto corripi lethale*, tamen hoc venæ ſectionis auxilio, etiam & ſæpè repetito, plurimæ mulieres liberatæ ſunt, quia huiuſmodi auxilium ſi methodicè deliberetur, inter reliqua eſt longè præſtantius, & vtilius ad morbos acutos ſoluendos, docente Galeno lib. 3. epidem. com. 1. in hiſt. Pythi. Lethaliores autem fiunt in grauidis morbi ob multiplicem rationem, ordinem omnem dicentem ad conceptionem; nam vt dixerat Gal. in nuper citatum aphoriſmum, *magnitudini, ac vehementiæ morbi par grauida eſſe nullo modo poteſt*; tum quia hæc victus rationem tenuem à morbi vehementia indicatam, citra fœtus maximum diſcrimen ſuſtinere non poteſt: tum neque auxiliorum magnitudinem morbo adęquatam propter eandem rationem. Quare cùm non fiant D auxilia iuxta morbi ideam, eſt quaſi neceſſarium, vt cum fœta fœtus ipſe in perniciem cadat. Nam ſi fœtus negligatur, & omnia ſecundùm vim indicationum fiant, in morbo acuto procul omni dubio fœtus peribit, & ſecundariò pernicies eueniet matri. Verùm ſi oblito, vel ſpreto morbo, omnis Medici induſtria ad ſuſtinendum fœtum conuertatur, tunc morbus augebitur matri inferens periculum, quare hic opus eſt ſumma prudentia, vnde Hippoc. 1. de ratione victus 8. *maximè*, inquit, *laudandus Medicus, qui in acutis morbis plurimos occidentibus homines, præ alijs inſigniter ad meliorem partem excellat*; ſed potiſſimum laudandus venit ille Medicus, qui in curatione acutorum morborum vtero gerentium, excellit, per eas rationes, quas ſuperiùs attigimus, venæ igitur ſectione multæ mulieres à morbis acutis ſeruantur.

Hinc eſt, quòd Rodericus à Caſtro lib. 3. de morb. mulier. cap. 21. de ſanguine mittendo hæc ad vnguem ſcribit. *In octauo menſe mulieri Vlyſſiponenſi ſanguineæ, cui nomen erat Eliſabetha Rodriges, pleuritide correpta ab alijs Medicis pro deplorata relicta, quater*

ter ſanguinem miſimus, & conualuit, ac puellam peperit egregium, imò ſunt plures fœminæ B *iuuenculæ, & bonæ habitudinis, quibus citra morbum, cum primum grauidæ fiunt, eo quod ex copia detenta ſuffocari fœtus ſolet, aut vincula diſrumpi, ſanguinem mittere expedit, ac bonum illum habitum ſoluere, antequam acutus aliquis morbus inuadat, quod multis experimentis comprobatum eſt. Fiat igitur ſanguinis miſſio, ſed quibuſdam moderationibus: prima vt ſit parca, ne vires deficiant, & fœtui geſtando, aut morbo ſuperando non ſufficiant, neue teuerrima primis menſibus fœtus vincula à quouis leui motu diſrumpantur, aut plures diſſoluantur ſpiritus, quorum defectu infans debilitetur; qui etiam auctior iam factus, ſanguine miſſo faciliùs corrumpitur penuria alimenti, quamobrem habenda ratio morbi, ſanguine miſſo, fœtus verò minori eius copia detracta, ac tanto minus extrahendum, quanto fœtus fuerit auctior. Secunda moderatio erit, vt fiat non ex baſilica, quæ magis reſpicit fœtum, neque ex pede, ſed ex humeraria, aut certè vrgente neceſſitate ex communi.* In eodem eſt errore Doctor hic, in quo Augenius, & Mercatus putantes aliquas venas in cubito habere cõmercium cum vtero, alias minimè, qui quanta in cœcitate verſentur oſtendit anatome venarum, vt paulò infra dicemus. *Tertia*, addit, *vt interim dum adminiſtratur, ac tota die vmbilico applicentur, quæ fœtum roborent. Quarta vt quia ſanguinis* F *miſſio præſertim copioſa nunquam vacat periculo, non exerceatur aduerſus alicuius præſtantiſſimi viri ſententiam, ac ſi ſolus fueris, antequam vena ſecetur, aliquem ex celebrioribus Medicis ſocium tibi adiungas; ſi tamen matri certum periculum impendet, præſtat in dubio abortus ſanguinem mittere, quam ipſo non extracto matrem, & infantem ſimul neceſſariò perdere; aut ſaltem in hoc caſu, ſi vires ſint debiles, cucurbitulæ ſcapulis applicentur cum ſcarificatione, aut hirudines brachijs, quia cum minore corporis commotione ſanguinem detrahunt, & febrilem calorem euocant, ac minuunt.*

Inter Neotericos, qui de venæ ſectione ſcripſerunt fuit hic Rodericus, qui videtur amplexus omnes ſcopos mittendi ſanguinis in grauidis mulieribus, inter tamen Arabes vnus Auerrhoës lib. 7. collect. cap. 4. mentionem facit huius venæ miſſionis, ſed non amplectitur omnes ſcopos, ſed tantummodò redundantiam, qua fœtus non indigeat: ipſius hæc ſunt verba: *mulieri prægnanti ſanguine repletæ, quo fœtus non indiget, commodè nos poſſe mittere ſanguinem.* Sed an huiuſmodi auxilium ab Auerrhoë propo- G ſitum ſit ad mentem Hippoc. plerique ambigunt, inter quos eſt Horatius Augenius lib. 6. de ſanguinis miſſione cap. 12. qui authore Moxio non intellexit Auerrhois ſententiam, inquit enim; hunc authorem ex mente Hippocratis hanc tuliſſe ſententiam, hinc ipſe ad verbum proponit verba Augenij, quæ ſunt hæc, *Auerrhoës magnus Medicus, aut certè maior philoſophus in hanc eandem opinionem peruenit, dum inquit, dicit Hippocrates, Mulier prægnans non debet phlebotomari, niſi quando embryonis virtus fuerit fortis, hoc eſt à quarto menſe vſque ad ſeptimum, niſi humores fuerint furioſi, & pharmaciam concedit tunc. Ego autem dico, quòd phlebotomia, quando adeſt repletio, qua embryo non indigeat, non eſt mala: ſed pharmaciam non credo ad bonum peruenire finem, &c. Hæc ille. Ex quibus duo colligito, primum quòd ſecundùm ſententiam Hippoc. mittendus eſt ſanguis vtero gerentibus; non enim dixiſſet Auerrhoës hæc verba, dicit Hippoc. quod mulier prægnans debet phlebotomari, niſi conſtitiſſet illi opinio Hippoc. & quamuis non inueniamus in aphoriſmis conſcriptam hanc fuiſſe ſententiam; tamen alibi id explicaſſe credere quidem abſurdum minimè videtur, eoque volumine carere nos, vt alijs quampluribus. Secundò quòd* H *plenitudine exiſtente in vtero gerentibus quâ non indigeat fœtus mittendum eſſe ſanguinem.*

Hæc Augenius, inquit Moxius, & eiuſdem errorum cardo eſt ignorantia inſtituti illius capitis Auerrhois, & ignaua interpretatio verborum; vnde à tenello exorto, ac minimo accreſcente errore, & maximus, fit mox, & in difficiles hunc cogit incidere labyrinthos, quorum alter, quia ex Hippoc. mente arbitratur cenſiſſe Auerrhoëm fœtis venas tundendas; idque ductus futili, ac elumbi quadam ratione, *non enim*, inquit, *ipſe dixiſſet, dicit Hippoc. quòd mulier prægnans debet phlebotomari, quo libro carere nos, in quo Hippocrates illud conſcripſerit.* Alter rurſus cum ex Auerrhois verbis, & falſò inferat, & eius pernicioſam ſententiam ſtabiliat, quod in prægnantibus, etiam ſola exiſtente plenitudine ſit hauriendus ſanguis, quam execrandam opinionem in noſtro ſpicilegio infra ex inſtituto aduerſus hunc Augenium totis viribus redarguemus.

Sed plurimis omiſſis, quæ aduerſus ipſum Augenium hoc in loco ſcribit Moxius,

A venio ad id, in quo ipſum reprehendit, quòd non perceperit mentem Auerrhois,
quòd ex eius capitis inſtituto, inquit, elucet; eo enim ſi verborum ſeriem exploremus,
& ſimul capita inſcriptionum, videbimus conſilium ſibi eſſe de purgatione potiùs
agere, cùm iam capite præcedenti de venæ ſectione diſputaſſet. De prægnantibus
autem circa vtrumque deliberandum auxilium, etiam cum Hippoc. ſentit nullum eis
eſſe locum. Vnde & duplicem refert ibi ſententiam, etiam ex duplici aphoriſmo-
rum ſectione ex lib. 4. & 5. deſumptam, in quibus palam Hippoc. ab vtroque abhor-
ret auxilio: alteram, in qua ſimpliciter grauidis venæ ſectionem denegat, alteram in
qua purgationem, niſi turgente materia, & forti exiſtente embryone: atque tunc cau-
tè, & religioſè præſtandum. Sed quamuis Hippocratem ita ſentientem referat Auer-
rhoës, diſſentit tamen, vtrique oraculo, cùm ipſe ſimpliciter pharmaciam reſpuat,
etiam turgente materia; arbitratur enim omnia pharmaca veneficam habere vim, hu-
mores prauos ad vterum, ac fœtum ducere, menſtruaque ſimul concitare. Admittit
porrò venæ ſectionem dummodo fœta ſanguine repleta ſit, quo fœtus non indigeat.
B Deprauatè igitur in vnum coaluit, ac confundit Auerrhois interpres, & cum ipſo Au-
genius, etiam vtraſque Hippoc. ſententias confundentes: cùm ſint à parte rei di-
ſtinctiſſimæ.

Deinde idem Moxius multis interiectis lineis ſubiungit. Quare hæc erit legitima
lectio huius Auerrhois loci, *dicit Hippoc. mulier prægnans non debet phlebotomari* (mox
interpoſitis duobus colis) *purgari autem* (ſubintellecto) *niſi quando embryonis virtus
fuerit fortis*. Hæc itaque lectio abſoluta, & Hippoc. quammaximè conſona. Poſſumus
tandem & eandem lectionem, nullatenus immutata ſententia, aliter interpretari, ſi
conditionalem illam coniunctionem (niſi) interpetremur (nec) quaſi hæc ſit lectio.
*Dicit Hippoc. mulier prægnans non debet phlebotomari, nec quando embryonis virtus fuerit
fortis*; hoc eſt, nec à quarto ad ſeptimum: quaſi ſimpliciter abnuat, omniq́ue tempo-
re fœtis illud auxilium, *niſi humores fuerint furioſi, & pharmaciam concedit tunc*: videli-
cet ſi vnà cum turgentia embryonis virtus fuerit fortis. Hæc Moxius, & plura aduer-
ſus Augenium refert, vnde ſubijcit ſomnium eſſe Augenij; nam imperitè ſcripſiſſet
C Hippocrates, fœtis non eſt vena ſcindenda, niſi robuſto fœtu, & turgente materia,
cùm ad venæ ſectionem fœtus robur ſimpliciter non requiratur. Addit inſuper cer-
tiſſimum eſſe, quod Celſus accuratè refert, veteribus inuſitatum remedium eſt *venæ
ſectio* ad morbos fœtarum ſanandos; inuſitatum autem, quia arbitrabantur par-
tum abigere, nec altera erat ratio, ob quam ab hoc tanto auxilio in grauidis abhorre-
bant, ſi igitur, quia partum abigit illis inuſitatum auxilium, qua ratione ductus alibi
Hippoc. methodum traderet de eius vſu in grauidis? concludamus ex his, quæ etiam
à Moxio audiuimus, Auerrhois conſilium eſſe demonſtrare, *licere fœtis tundere venas
ſanguine repletis, quo fœtus haudquaquam indigeat*, quemadmodum rationi conſonum
eſt Hippoc. pharmaca propinaſſe robuſto exiſtente fœtu, & vna turgente materia,
quam opinionē omnes ferè Medici à Celſi temporibus ad hoc vſque noſtrum æuum
vſu maximo comprobatam ſeriò amplectuntur.

Sed inquires tu, an Hippocrates pro vena ſecanda in grauidis copioſam vacuatio-
nem tantùm reſpuat. Sunt quamplures authores clariſſimi, qui excuſare conātur Hip-
D pocratem, vt Mercurialis lib. 5. aphor. 29. dum hanc ſententiam interpretatur, inquit
eum non ſimpliciter damnaſſe venæ ſectionem, ſed copioſam illam, ac magnam,
qua vtebantur antiqui. Hoc autem quibuſdam Galeni locis conantur adſtruere, in qui-
bus copioſiſſimas conſuluit, ad tres videlicet, vel quatuor ſanguinis libras, vel ad animi
vſque deliquium, quæ ſectiones venarum deteſtandæ vtero gerentibus, cum ſine du-
bio ab his fœtus ſuo genio defraudetur, & ſimul abortus quaſi ex neceſſitate conſé-
quatur. Notat idem Moxius alium errorem Mercurialis, quē in ſuis Piſanis lectionibus
in Hippoc. hiſtoriās 13. præcedenti ſubiungit, dum abſurdè affirmat, *quamuis ve-
rum ſit, quod Fuchſius interpretatur Hippoc. in fœtis copioſas, & pergrandes venæ ſectiones
damnare, haudquaquam mediocres: potiſſimùm tamen deteſtari vſitatiſſimam partium in-
ſectiones, quæ citra vllum diſcrimen volentes ſunt partum abigere.*

Horum virorum, inquit Moxius, partim tolerabilis interpretatio, ex eo quòd in-
nocua: inſtruit enim Medicum, ceu debentem auerſari temerariam illam ſanguinis

vacuationem tam ingentem, quàm infernam in vtero gerentibus, deteſtabilis tamen, B
quia longè recedens à mente Hippocratis, tum ab illius auxilij ſimplici vſu, à cunctis illis veteribus omninò neglecto, ſi Celſo, ac veritati fides adhibenda. In primis, quòd aduerſetur Hippocratis mentem lib. 5. aphoriſ. 29. docet loquendi ſtylus, *mulier*, inquit, *in vtero gerens ſecta vena abortitur.* Si enim omnem ſanguinis euacuationē per ſectam venam non reſpuiſſet, haudquaquam abſolutè pronuntiaſſet de hoc auxilio, tanquam infrequenti Hippocrati, & ſi laconicus ſit eius ſermo; nam res graues perpetuò diſtinguit, in quibus potiſſimùm aliqua conſiſtit ambiguitas, aut difficultas. Succedit, quòd ſi propoſitio Hippocratis non fuiſſet vniuerſalis, Gal. in coment. obſeruaſſet Hippocratem tantùm diſſuadere copioſam euacuationem, aut infernas venarum ſectiones: non autem parcas, quas itidem, & ipſis vſui fuiſſe demonſtrabimus in varijs ſanandis morbis. Iſtud innoteſcit ex varijs Hippoc. & Galeni teſtimonijs, & non modò probabili coniectura, verùm & neceſſaria. Hippocrates igitur vnà, & eius diſcipuli, tanto præceptore edocti, rationali quadam methodo per indicationes Medicinam exercebant, vt paſſim à Galeno habemus de ipſo Hippocrate, à quo Galenus ipſe hanc rationalem methodum habuiſſe teſtatur. Hęc autem iuxta vrgentiam affectus, & virium, tum reliquorum coindicantium conſenſum docet, iam aliquando copioſas, iam rurſus aliquando præſtandas parcas ſanguinis euacuationes, ergo Hippocrates, vbi dixit, *mulier in vtero gerens ſecta vena abortitur*, non locutus eſt de nimia euacuatione, aut de ſectione venarum infernarum. F

Teſtimonia modò rem hanc comprobantia in medium affero. Hippoc. lib. 4. de ratione victus comment. 23. cùm curationem apoplexiæ inchoaſſet, ex vaſorum videlicet interceptione, quam certiſſimè plethora effecerat; mox in ſequenti 24. tex. ex natura morbi qualitatem remedij, & vtendi modum ex ſitu partis affectæ conſulens, brachij dexteri internæ venæ ſectionem propoſuit. Tandem ad quantitatē huius auxilij accedens, hęc inquit in 25. tex. *ſanguinemque auferre inſpecta ſecundùm habitum, ætatemque pluris, minoriſque ratione.* Conſtat igitur ex Hipp. ſententia in hoc affectu copioſe euacuandū, ſi ætas florens adſit, vnà & robur virium compactus corporis habitus, nec reliquæ circumſtantiæ defecerint, è contra ſi habitus laxus ſit, robur virium G mediocre, ætas recedat ab illa media, regio, anni tempus, ac temperamentum medium.

At ſi dicas tu ſimul cum alijs quibuſdam hunc librum non eſſe genuinum Hippocratis, non poteris tamen negare, quin non fuerit alicuius diſcipuli in eius ſchola verſati, vnde meruit pro eius ſumma doctrina habere Galenum paraphraſtem. Quare dicere nos poſſumus, copioſam moliri euacuationem quiſpiam non debet, niſi vrgente morbo, viribus vnà robuſtis adſtantibus, ac reliquis non conſentientibus. Tandem ſi Hippoc. lib. 1. aphoriſ. 3. ſimpliciter extremas omnes euacuationes periculoſas vocat, & lib. 2. aphoriſ. 51. multùm, ac repentè vacuare ſentit etiam periculoſum eſſe, quanto magis periculoſum grauidas ad extremum vacuare? Inane igitur, & præter omnem rationē eſt dicere extremas euacuationes mulieres vtero gerentes non ferre. Ad probationem Fuchſij ex Galeni teſtimonijs deſumptam, ex quibus ipſe elicere intendit, quòd veteres ſemper copioſas conſulant ægrotantibus euacuationes, dicimus id alienum eſſe tum à ratione, tum à Galeni ſcriptis, cùm non ſolùm copioſas, verùm H & medias, ac minimas quidem iuxta affectuum magnitudinem, ac robur virium conſulat ipſe, id quod clariſſimè apparet lib. de cur. rat. per ſanguinis miſſionem.

Sed Mercurialis à Monio magis conuellitur hoc in loco, quòd voluerit Hipp. ſententiam eſſe, vt venæ inferiores minimè ſecentur; inquit enim Hippoc. reſpuere non modò nimiam ſanguinis euacuationem, verùm etiam & venas inferiores minimè ſecandas eſſe, refellit igitur hanc opinionem dicens, quæ de raro contingunt, nullam habent legem, in vtero gerentibus rariſſimus eſt vſus ſectionum infernarū, ergo Hipp. ſententia omninò eſſet anilis, & præter rationem. Poteſt probari aſſumptum, eò quòd in grauidis tantùm præſente, vel imminente morbo magno, ex quo ob eius acutiem, futurum aliquod timetur periculum, venæ ſecantur; huiuſmodi morbi ferè ſemper ſupra renes ſedem habent, vno dempto vtero, in quo exoriri poſſunt acuti morbi. Cùm itaque morbis ſupra renes eſſentiam habentibus tum ob loci vicinitatem, ac vaſorum

Digitized by Google

A ſorum coniugium, rationale ſit venas ſuperiores ſecare. Quare inſernarum venarum,
aut nullus, aut rariſſimus eſt vſus: frequentiſſimus eſt ſupernarum. Quamobrem exiſti-
mandum eſt Hippoc. verba omnem venæ ſectionem in vtero gerentibus prohibere,
neque ipſi, vti neque reliquis veteribus vnquam hanc vſui fuiſſe, cùm nec vllibi de hac
facta ſit mentio. Ex his igitur apparet Hippoc. ſententiam non eſſe intelligendam de
magna euacuatione, nec de venis inferiorum artuum, ſed ſimpliciter, & abſolutè fuiſſe
ſcriptam, cùm habeat vena ſecta in vtero gerentibus abortum inducere.

Inuento, quòd in mulieribus grauidis ſit mittendus ſanguis, factaque conciliatione
inter Hippocratem, & Cornelium Celſum, nunc conſiderandus eſt vſus, ſeu recta ve-
næ ſectionis adminiſtratio, quæ conſtat ex quanto, ex modo, & tempore; quare in
primis videndum eſt, quænam ſit quantitas, quis ſit modus, & tempus idoneum mit-
tendi ſanguinis in fœtis. Quod attinet ad quantitatem, eam non niſi coniecturis ratio-
nalibus conijcere valemus, quæ deſumuntur à morbi magnitudine, ſub qua cauſam in-
cludimus; tum à robore virium, & ægrotantis vtero gerentes, quàm fœtus intus in-
B cluſi. Nos conſequemur ſcopus, ſi audierimus Galen. lib. de curand. ratione per venæ
ſectionem cap. 9. qui ſcribit, concordia, vel diſcordia, & coindicantia, & ſanguinis
plenitudo, & aëris temperies, tam temporis anni, ac loci, ætas itidem, &c. Verùm
mulieribus vtero gerentibus, quamuis hæc omnia æſtimanda concurrant, maximè ta-
men obſeruanda eſt moles, ſeu ſanguinis copia ad grauidæ robur ſeruandum neceſſa-
ris, vt cuncta morbi tempora percurrere valeat, tum ad fœtus nutritionē, tum robur
eiuſdem ſuſtinendum, vnde grauidæ mulieri non eſt, vt detrahamus, quantum mor-
bus, eiuſue cauſa poſtulauerit. Verùm cùm adſit prohibens copioſum, quod eſt fœtus,
extrahendus erit, quantum fœtus ipſe patietur.

Sed cùm duplex ſit ſcopus, & ſibi oppoſitus, nempe morbi ablatio, & fœtus con-
ſeruatio, & vterque ſcopus præſtantiſſimus ſit, alter propter vrgentiam, alter ob digni-
tatem, vtriſque aliquid pariter condonandum, iuxta eiuſdem auxilij vſum; nam quan-
tum morbus poſtulat, tantum conceptio prohibet: minuemus igitur plenitudinem, &
quantum morbus poſtulauerit, & commodè conceptio ſuſtinuerit, cautè igitur, ac re-
C ligioſè iſtud præſtandum eſt, ne in inconuenientia incidamus, matrem, & fœtum in-
terimentes, ſed imitemur Hippocratem, qui lib. 4. aphoriſ. 1. & lib. 5. aphoriſ. 29. in
eiſdem fœtis de pharmacia adminiſtranda nos docuerat. Igitur prudenter Medicos ſe
gerere oportet in inuenienda exacta quantitate ſanguinis detrahendi, ea conſulendo,
quæ acri ingenio, & matura ſolertia fuerint ſpeculati ad abſolutam huius auxilij quan-
titatem deliberandam, conferentis quammaximè ad morborum acutorum in fœtis
curatione.

Veniamus ad modum mittendi ſanguinis in iiſdem vtero gerentibus, & inquira-
mus, an methodus à Galeno tradita lib. 13. meth. medend. cap. 3. & lib. de curand.
ratione per venæ ſectionem cap. 16. & 18. & etiam lib. 4. de tuend. valet. cap. 10.
de venæ ſecandæ vtendi modo in magnis morbis, in grauidarum morbis pariter lo-
cum habeat. An verò grauiditas eandem potius inuertat, aut frangat, aut peculiarem
aliquam ſtatuat. Sed quidnam nos docet illa methodus Galeni à nobis tam celebrata?
nihil aliud nos docet, niſi vt locum affectum ſtrenuè, & diligenter reſpiciamus, vt ab
D ipſo, & reuellere, & euacuare valeamus, quod vtrumque venæ coniuges præſtant, at
loci patientes, cùm aut ſuperni ſint, aut inferni, Galenus lib. de curand. ratione per
ſanguinis miſſionem ſtatuit medium eſſe reſpiciendum, quod eſt ipſum iecur, non au-
tem renes, vt Moxius ſcribit, cùm Galenus ſcriptum reliquerit eo loci renes habere
ambiguum ſitum, iecur igitur ſtatuendum eſt tanquam centrum, aut media pars in
corpore.

Inquirendum igitur eſt, an liceat iuxta hanc methodum, etiam in fœtis, & ſupernas
ſecare venas, ſed cùm quæſtio propoſita ſit in duplici differentia, diſputationem quo-
que bimembrem faciemus, in altera diſputabimus, an in mulieribus vtero gerentibus
morbo ſupra renes exiſtente quamcunque cubiti ſecare venam, in altera verò rurſus
an ratio dictet in morbo infra renes ſito valeamus inferiores ſcindere venas. A priori
exordiamur dicturi de altera paulò poſt. Duæ ſunt opiniones inter ſe repugnantes
vna eſt eorum, qui exiſtimant, nulla ratione etiam poſtulante morbo ſecandam eſſe

cubiti venam internam: licere autem reliquas. Ex ijs, qui hanc opinionem acriter tu- E
tantur, vnus eſt Italus, alter Hiſpanus, ille eſt Horatius Augenius lib. 6. de ſanguinis
miſſione cap. 3. hic verò eſt Ludouicus Mercatus lib. de morb. mulier. cap. 22. cuius
doctiſſimi viri verba ſcribere non pigebit, quæ ſunt. *Verùm in omnibus ſanguinis de-
tractionibus, quæ grauidis profuturæ ſunt, eam venam eligere conuenit, quæ maximè ab
vteri venis diſſideat, itaut quamminimam cum eis communionem habeat, qualis eſt vena
humeraria, vel vrgenti malo communis, à reliquis verò abſtinendum, quippequæ facilè ali-
mentum adimunt.*

Augenius præterea eandem confirmat his verbis ſententiam, *illæ potiſſimùm venæ
eligendæ ſunt, quæ cum vtero minorem habuerint conſenſum. Interiorem hac de cauſa ſuſpe-
ctam habeo, quia maxima eſt eum vtero ſocietas, multo minorem habet exterior, commu-
nis verò medio quodam modo ſe habet.* Ex vtriuſque authoris verbis elicitur præſens ra-
tiocinium. Quidquid directè fœtum à ſuo priuat pabulo, abortum neceſſariò concitat,
ſed internæ venæ cubiti ſectio, non ſolùm quatenus eſt auxilium vacuans, verùm qua-
tenus directè venas vteri reſpectat, ex quibus fœtus ſuum ſugit alimentum, hunc à ſuo F
pabulo directè priuat, ergo hæc ſectio abortum proculdubio excitat. Si igitur abor-
tus res eſt omninò à Medicis benè curantibus cauenda: ergo methodus, quæ hunc
docet vtendi venæ ſectionis modum, coniugium videlicet ſpectando venarum cum
parte affecta, nequaquam locum habet in grauidarum morbis, imò vti pernicioſa eſt
euitanda.

Huiuſmodi ratio deſumitur ab his, qui meo iudicio anatomen parum intelligunt;
vterque enim ſcribit venas cubiti minimum habere cum vtero conſortium. Mercatus
quidem ait venam humerariam pauciſſimum habere commercium, quemadmodum
& communis, & ab hiſque duabus tutò mittendum eſſe ſanguinem, ab alijs verò poſſe
abſtineri, itaut velit hic grauiſſimus author, inter venas cubiti alias habere cõmercium,
alias minimè: atqui cùm tres tantùm ſint venæ, humeraria, iecoraria, & communis,
vult Mercatus humerariam, & cõmunem habere conſortium, non autem iecorariam.
Eſt etiam huius ſententiæ Augenius, qui dicit ſe ſuſpectam habere interiorem venam,
quia maxima eſt illi cum vtero ſocietas, multo minor exteriori: communem verò G
inter eas medio modo ſe habere.

Verùm quantum ipſi decipiantur, relictis longis ſermonibus, quos aduerſus vtrum-
que affert eruditiſſimus Moxius, apparet ex eo, quòd nulla vena exiſtens in cubito po-
teſt habere per ſe commercium cum vtero, niſi mediante trunco venæ cauæ, quæ vbi
à iecoris gibba exoritur, in duos inſignes ramos diſtributa eſt, quorum vnus ſurſum,
alter deorſum ſcandit, quemadmodum etiam alias demonſtraui. Ille qui ſurſum aſcen-
dit, plures habet ramificationes, quarum duę priores diſtribuuntur in diaphragma, hoc
eſt ſeptum tranſuerſum, alia diſtribuitur exterius in cor, & coronalis appellatur. Huic
ſuccedit inſignis ramus, qui eſt veluti hiatio quædam in cordis dextrum ventriculum,
deinde, & illa famoſiſſima vena, quæ agyos, ſeu vena ſine pari dicitur, inde recta ſur-
ſum repens vſque ad iugulum extenditur, vbi vtrinque ad latera, nempè ad brachia
diſtribuit venas quaſdam, quarum vna ſub axillis permeans per internum latus hume-
ri vſque ad cubitum manifeſtè extenditur: altera verò ſupra iugulum aſcendens ad ex-
teriorem humeri regionem diſtribuitur, videturque terminari ad cubitum, in qua re- H
gione ambæ iſtæ venæ mediante canaliculo quodam, ſeu vena coniunguntur. Prior
vena, quam diximus diſtribui per internum latus humeri, dicitur vena iecoraria, ſeu
interna, altera verò, quæ iugulum æquitat, & quæ externã humeri ſuperficiem reptat,
appellatur vena cephalica, ſeu vena cubiti externa, ramulus denique ille, quo iſtæ duæ
coniunguntur ad cubitum, dicitur ab Arabibus nigra, à noſtris vena communis.

Stante hac veriſſima venæ cauæ in ſuperiori parte diſtributione, omnes prædictæ
venæ, & præſertim interna, & externa brachij, ſeu humeri ab venæ cauæ ſuperiori
parte ortum ducunt, & nullum commercium cum vtero habent, niſi mediante magno
trunco. Multò minus connexum habet cum vtero illa communis, cùm nihil aliud ſit,
quàm ramulus ab vna in alteram terminans, ex quibus ſole clarius apparet nullam ex
his habere connexionem cum vtero, & in morbis acutis grauidarum mulierum poſſe
ſecari abſque vlla abortus formidine, niſi fortè euacuatio nimia fuerit, quàm par ſi-
nam

A nam euacuat cauſam morbi acuti, quæ eſt in tota ſuperiori vena caua, & nulla ratione fœtum exiſtentem in vtero offendit. Decepti ſunt igitur Mercatus, & Augenius, quando dicunt aliquas ex ipſis habere cum vtero commercium, alias minimè, ac proinde poſſe ſecari has, illas verò minimè. Sit itaque concluſum in prægnantibus mulieribus laborantibus morbo acuto abſque læſione ipſius fœtus in vtero exiſtentis poſſe fieri ſanguinis miſſionem pro indicantis, & permittentis ratione, & aliarum circumſtantiarum.

Id ipſum experientia continua demonſtrat; vidi enim multoties grauiſſimos viros, dum ſub eorum diſciplina militarem, ſanguinem miſiſſe in mulieribus grauidis morbum acutum patientibus abſque vlla fœtus iactura. Inter alios præceptores, quos ſectatus ſum, duo fuerunt, & mei conciues, Fœlix Caſtellius, & Ioannes Zecchius vterque celeberrimus, & doctiſſimus vir, quorum conſilium hac in re imitatus multoties miſi ſanguinem vtero gerentibus, & Deo fauente, fœtus nullum detrimentum paſſus eſt, & illæ à morbo liberatæ fuerunt. Aliquando iuſſi ſanguinem exire affatim ea ratio-
B ne, qua fieri ſolet, quando mittitur ſanguis euacuandi cauſa, aliquando verò ſenſim, & guttatim, & huiuſmodi ſanguinis mittendi modus in vtero gerentibus tutior mihi viſus eſt, nonnunquã etiam & nos fecimus, & obſeruauimus illam Græcorum ἐπαφαίρεσιν, hoc eſt repetitam ſanguinis miſſionem, pro varia ſcilicet indicantis natura, & virium robore. Hæc omnia dixiſſe volui, vt oſtenderem in vtero gerentibus mulieribus morbo ſupra renes exiſtente quamcunque cubiti venam poſſe tutò ſecari.

An modò rationi conſonum ſit morbo infra renes exiſtente, ſecare venas inferiores, non vacat dubio, & res adeo difficilis eſt ad ſoluendum, vt potius determinatio à Deo Optimo maximo petenda ſit, quàm ab arte Medica inquirenda, vnde Hippocrates omnium, qui de hac materia ſcripſerunt, & doctiſſimus, & accuratiſſimus, dicebat lib. de muliebri natura num. 1. *eum, qui rectè cupit tractare mulierum morbos ex dijs quamprimum ordiri oportere.* Si igitur is, qui fuit Ethnicus, ideſt gentilis, in hac materia tradenda recurrit ad diuinum auxilium, quãto magis, & nos, qui Chriſtianam Religionem profitemur? præſertim quia, vt aliàs à nobis dictum, humano generi
C tanquam neceſſaria data ſit Medicina à Deo. Verùm quò hanc eandem rem determinemus, pro vt humanis permittitur, opus eſt repetere ſummatim, quæ paulò ante dicebamus de venæ magnæ diſtributione. Hæc igitur vbi primum à iecore exit, in duos inſignes ramos diuiditur, quorum alter ſurſum, alter deorſum repit. Hic inferior ille eſt, à quo prodeunt emulgentes in renes diſtributæ, ac illæ quæ ſimul cum arterijs conſtruunt vaſa vmbilicalis. Ab eodem muſculis lumbalibus offeruntur ij ramuli, quos Græci ψόας appellãt, & tandẽ terminantur in ſuprema oſſis ſacri ſuperficie, quo in loco diuaricatur vtrinque in duos conſpicuos ramos, qui deorſum ad crura deſcendentes in plures item ramificationes diſtribuuntur, vt notiſſimum eſt. Verùm antequam regionem oſſis ſacri tranſcendant, ad tertiam vertebram ipſius offerunt vtrinque duos ramos vtero, & pudendo. Relinquo nunc venas, quæ in veſicam etiam deſtribuuntur, tanquam mei inſtituti alienas.

Ex his omnibus fat manifeſtè apparet has venas, quæ ad crura diſtribuuntur, maximum habere cum vtero conſortium: igitur in morbis magnis infra renes conſiſtenti-
D bus ex facultate methodi, cùm citam poſtulent vacuationem directè valentem à partis affectæ vaſis reuellere, & vacuare, coniuges requiruntur venæ cum aliqua diſtantia, ſaltem mediocri oppoſitione, & κατὰ ἴξιν. Hæc autem ſolùm ſunt venæ crurum, ac pedum, ergo ex vi methodi neceſſariò in illis morbis ipſæ ſcindendæ ſunt; nam omnia illa ipſæ ſolùm adimplent, teſtante Gal. lib. 13. metho. cap. 11. Neque quippiam eſt, quod valeat hanc methodum infringere, & quamuis in vniuerſali methodo poſſit adeſſe impediens qualitatem remedij, aut aliquid quod augeat, aut minuat eiuſdem quãtitatem, aut quod occaſionem differat; ſuppoſita tamen qualitate remedij, coniecta vnà quantitate, & occaſione pariter inuenta, hoc, quod vltimum eſt in opere, nunquam inuerti poteſt, cùm iſtud petatur neceſſariò ex natura, ſitu, & figura loci affecti, & ad inuentionem auxilij ex Gal. etiam lib. 2. de comp. medicam. localium, multum facit, & affecti loci indicatio, præter eam, quæ præcipuè ab affectus natura deſumitur.

Hinc

Hinc conſurgit, quanti momenti ſit in execucione cu uſque remedij, & naturam, & E
ſitum, & figuram loci affecti, necnon huius indicationis vim obſeruare, quare indicatio fœtationis, quæ tanquam quid ſecundùm naturam, ſui conſeruationem indicat, nulla ratione poteſt, ſi remedij ſpeciem non prohibet, aut occaſionem non tollit, nec reſpuit, aliquam ſaltem mediocrem quantitatem, modum vtendi perturbare, & eius conuellere methodum. Hanc determinationem Moxius pulchrè confirmat exemplo deſumpto à muliere grauida, quæ vterum inflammatione obſeſſum habeat, *ſi morbus*, inquit, *iſte venæ ſectionem admittit, ab eius natura indicatam, ſeu ex vi methodi potiùs deliberatam, occaſio ſimul adeſt remedij ex præſentia poſtulantis morbi, & impedientis abſentia, languoris videlicet virium, ſi adeſt rurſus ſanguinis illa quantitas, quæ matri, ac fœtui ſufficiat, tum ad remedij materiam, quis quæſo ſanæ mentis compos, neglecto morbo reſpectans ſolùm conceptionem, ne ſanguinis quidem miſſionem indicans, venas cubiti tundet externas? aut quis mox fœtum contemplans talem negligentem ſectionem, morbum vnà negliget, funeſtam minantem vtriuſque perniciem? Non igitur conceptio methodum, vſum venæ ſectionis docentem, perturbat, aut mutat.* Hæc Moxius. F

Nec adeſt prohibens; nulla enim ſectio venæ, quæcunque ſit, per ſe, & de directo eſt abortiua, niſi quatenus tollit alimentum, quo in vtero veſcitur infans, verùm & cum differentia, quia cùm venæ ſuperiores remotiores ſint à venis vteri, non poſſunt tollere alimentum, niſi magna facta ſanguinis euocatione, venæ verò ſectæ in inferiori parte, cùm coniunctæ ſint venis vteri, vbi euacuantur, inde ſuccedit euacuatio ſanguinis exiſtentis in venis vteri, quare exigua facta ab illis euacuatione facilè poteſt tolli alimentum. Ad hæc ſectæ huiuſmodi venæ concitando ſanguinem, & mouendo menſes iſtud præſtabunt, nempe abortum cauſant, quamuis aliquando obſeruatum ſit à grauiſſimis Medicis venas huiuſce ſectas, & in copia ſanguinem miſſum, minimè abortus fuiſſe cauſam. Deque hoc nos admonet Horatius Augenius lib. 6. de ſanguinis miſſione cap. 4. ſcribens plures mulieres ſimulantes conceptionem ab aliquibus morbis citra abortum liberatas fuiſſe ſuſis quamprimum pedum venis.

Confirmat hoc idem noſter Moxius inquiens. *Nos itidem aliquoties contigiſſe teſtamur, tum & nobis, tum & alijs grauiſſimis in arte Medica viris, vt & nos ab eorum ore accipimus. Decipiuntur namque non rarò Medici, etiam & ſolertiſſimi à fornicarijs fœminis, quæ cùm aut virgines, aut caſtæ publicè haberi cupiant, ſalaciſſimæ cùm ſint, cumque abyſſus inuocet abyſſum, ardenti illi laſciuia, qua furunt, & ipſa, alia mox ſceleratiſſima cumulant crimina, deteriora ſimul anhelantes. Cùm igitur ſibi perſuadeant à crurum ſectione has proculdubio abortiri, eandemque in acciſo menſurno fluxu Medicos quaſi certo impetrare, inſtigante pariter diabolo earum parente conceptionem vnà callidè ſimulantes, acclamant, ac fingunt ſe durè laceſſiri, ac funeſtè quaſi torqueri ab earum hoſtili acciſione. Hinc lachrymis etiam illud exoptant auxilium, & ſibi adiungi concitatiſſimè poſtulant*, & paulò poſt addit. *Verùm permittente clementiſſimo, ac iuſtiſſimo Deo, ne inſons pereat fœtus, impunitæque remaneant ſceleratæ matres, maximo cum earum cordis dolore, & mentis agone, nec quod impiè ſperabant, conſequuntur. Attendant igitur amabò Medici mulierum exitia, verſutias, & diabolicas fraudes. Optimas tamen, & caſtas mulieres ab hoc ſermone excludo ſemper, quarum cœtus maximus.* G

Ex his manifeſtò apparet inferuas ſectiones venarum contingenter ſe habere, & H
citra abortum eaſdem opportunè exerceri, ſed cùm ferè in deploratis, aut in illis ſaltem morbis, in quibus ob ſui vehementiam mors quaſi expectatur, prudentius, ac viro Chriſtiano ſit dignius maturo cum conſilio (cum plurima aſſiduè fiant naturæ, quaſi miracula, & præter ſpem quaſi ab orco reuocentur plurimæ) aliquid experiri quàm ægrotantem permittere, vt moriatur, iuxta illud Celſi præceptum, *quòd melius eſt anceps remedium experiri, quàm nullum.* Idem etiam conſulit Gal. lib. 10. meth. medend. cap. 10. quare cùm iſtud auxilium ſit vltimum, hinc nullus eiuſdem vſus, niſi extremo, & vrgente morbo iuxta illam ſententiam tam diuulgatam apud Medicos, & ab Hipp. ſcriptam, *extremis morbis extrema ſunt remedia.* Finem imponerem huic quæſtioni, niſi duo occurrerent, quæ accurata egent cōſideratione, & ſcitu neceſſaria ſunt, vnum eſt de tempore, in quo debeat mitti ſanguis in huiuſmodi prægnantibus acuto morbo laborantibus; aliud eſt, an in grauidis tutius auxilium ſit venæ ſectio, quàm purgatio; illud-

A illudque inſuper addam, an in vtero gerentibus ſanguis ſecta vena mittendus ſit citra
morbum ad ſolam fœtus conſeruationem.

Ad primum, cùm ſuperiùs ex Hippoc. & Galeno concluſio hæc ſit demonſtrata,
nempe ſanguinem in morbis acutis mitti poſſe, ac debere, quando indicans præſens
eſt, atque permittens, nempe virium robur, ſciendum nunc eſt, quod præter has
duas conditiones requiritur firma ipſius fœtus cum vtero connexio. In primis autem
menſibus adeſt indicans, nempe copia ſanguinis, quia fœtus cum exiguus ſit, non eget
multo ſanguine pro alimento, ergo tunc magis redundat ſanguinis copia, quæ eſt pro-
poſiti auxilij materia, in medijs verò menſibus, à tertio nempè vſque ad ſeptimum, &
ſanguis copioſus, & fœtus eſt robuſtior. Quare eo tempore tutiùs mittitur ſanguis, &
quanquam nos concedamus in primis menſibus adeſſe ſanguinis copiam, tamen non
eſt negandum, quin & ſub medijs reperiatur copia ſanguinis, quod aſſiduum compro-
bat experimentum, idque commodè fieri poteſt ad quintum ſaltem vſque menſem, &
vltra, nempe ſucceſſiuè ad ſextum, & vſque ad poſtremum tempus, licet opus ſit
B magna conſideratione, quia cùm fœtus ſit magnus, maiori alimenti copia eget, & pro-
inde tutò agendum eſt. Cùm igitur inter cuncta artis auxilia ad acutorum curationem
præſtantius, tutius, atque celerius ſit venæ ſectio, totis viribus amplectenda, ac ſe-
quenda. Sed teſtimonia hic congerere videtur eſſe ſuperfluum, cùm ratio experientia,
& vſus continuus eandem confirment concluſionem, quare vt breuis ſim, concludo
in omni conceptionis tempore poſtulante morbo, præſente, vel imminente, adſtante
ſimul ſanguinis redundantia, rationi maximè conſonum eſſe venam ſecare audacius
à fine tertij menſis ad principium vſque ſeptimi, cum hac tamen conſideratione, vt in
primis menſibus minus detrahatur ſanguis, quemadmodum etiam in vltimis longè
minus, & hæc quo ad primum.

Quod attinet ad illam determinationem, num celebranda ſit vtero gerentibus ſan-
guinis miſſio, an propinandum catharticum, res eſt ſanè difficilis, quia catharticum
medicamentum ab Hippoc. & Gal. admittitur, venæ autem ſectio reſpuitur, quare
medicamentum purgans longè tutius cenſendum eſt. Verùm ſi rationem, & experi-
C mentum conſulamus, hanc opinionem omninò refellere coacti erimus; nam non ſo-
lùm in grauidarum morbis, ſed etiam in cunctis ferè ſanandis primas ſine dubio tenet
inter auxilia magna ipſa venæ ſectio, vt Moxius diffuſè lib. 1. de morb. acutis curan-
dis per venæ ſectionem cap. 31. demonſtrauit, quod idem eſt communiſſimum Me-
dicorum axioma, & à Galeno probatum non tantùm, quòd ſectio venæ ſit vniuerſa-
lius remedium, ſed longè benignius, quàm ſit medicamentum, quia non exercet ſuam
vim adminiſtrante fortuna: iucundius rurſus, quia citra faſtidium, anxietates, dolores,
cruciatus, & nauſeam procedit, citius denique, quia nulla interpoſita mora quampri-
mum ſecta vena ſanguis proſilit, nec diſpoſitionem aliquam præuiam requirit, quibus
prærogatiuis abſque dubio priuatur medicamentum, & ſi benigniſſimum, & clemen-
tiſſimum ſit, quod etiam ex Galeno confirmatur tum lib. 2. de victus ratione tex. 11.
tum etiam ex lib. de ſanguinis miſſione per venæ ſectionem cap. 8. quibus locis etiam
in pari vtriuſque auxilij neceſſitate venæ ſectionem præfert purgationi: pharmacum
deinde ducit humores per inferna ſæpe cum teneſmo, aut aliquo in egerendo conatu,
D ac tormine, quæ ſæpè fœtum ducunt in præcipitium, at venæ ſectio ſpoliatur huiuſ-
modi incommodis, ergo tutius venæ aperiuntur.

Primam propoſitionem videtur roborare, Hippoc. lib. 5. aphoriſ. 34. dum ſcribit,
mulieri vterum gerenti, ſi aluus multum fluat periculum eſt, ne abortiatur. Ad hæc cathar-
tica medicamenta, & ſi lenia ſint, metus eſt, ne plus iuſto vacuent, aut ſaltem in cor-
pore, & humoribus pariant commotionem, quod docere videtur Hippoc. 1. aphoriſ.
22. & 24. cùm illa tantùm concedat, aut concocta materia, humoreque victo, exſo-
luto iam morbo, in eius videlicet declinatione, aut in eius principio vrgente neceſſi-
tate, turgente videlicet materia, vti in grauidis etiam, iuxta eundem lib. aphoriſ. 1. at-
que id efficiendum præcipit eo tantùm fœtationis tempore, in quo fœtus magis vtero
hæret, firmiorque eſt eius coalitus. Cùm igitur multò minor ſit concuſſio corporis, &
humorum, quæ à venæ ſectione paritur, hinc ea eſt tutius auxilium. Addamus, quòd
mediocris venæ ſectio, quam exigunt mulieres grauidæ, nihil de alimento fœtus de-
trahit,

trahit, ſed inutilem tantùm fœtui redundantiam vacuat, idq́ue blandè, & leniter: pur- E
gatio verò è contra, & ſi lenis, ac clemens ſit, tamen agitat corpus, humoreſque ducit
ad centrum, vnde violenter ſecum rapit, etiam quod fœtui ad eius alitionem fuerat
neceſſarium. Securius igitur auxilium eſt venæ ſectio ipſa purgatione, ex quibus patet
in omni tempore fœtationis, conditionibus adſiſtentibus, poſſe nos tutò mittere ſan-
guinem, quod de medicamento purgante non eſt tam certum.

Extat poſtremum propoſitorum, an vtero gerentibus ſanguis ſit mittendus citra
morbum ad ſolam fœtus præſeruationem. Quamuis non me lateat quæſtionē hanc ha-
bere authores pro vtraque parte diſputantes, qui arduam, & difficilem hac in re veri-
tatem reddant, ei parti tamen adhærebo, quæ affirmatiuam tuetur, hoc adducens
fundamentum, quòd ea auxilia, quæ morbum curant ex Hippoc. ſententia, eius gene-
rationem prohibent, prouidemus autem iſtud ſecta vena, ne à plethora nimia diuella-
tur ab vtero fœtus, igitur huiuſmodi opus ingens eſt, & acutorum morborum cura-
tioni æquiparandum. Obſeruamus enim experientia fœminas ab ingenti plenitudine,
aut ſuffocante natiuum calorem, aut diuellente fœtum ab vtero, nullo tutiori, ac præ- F
ſtantiori auxilio liberari poſſe, quàm venarum ſectione, ergo tanquam præſtantiſſi-
mum auxilium à nobis eligendum eſt. Primam hanc propoſitionem lib. de ſterilit.
num. 4. confirmat Hippoc. quòd ingens plethora, inculcato, & ſtabulato ingiter in ali-
qua noſtri corporis parte ſanguine, nec ventilari valente, cucurbitæ in modum calo-
rem natiuum quamprimum extinguit, mox ſi patiens pars præcipua fuerit, mors re-
pentina ſimul ſequitur.

Cæterùm ab eadem maxima plenitudine, quæ ad vaſa dicitur, diſtenduntur vaſa,
& non modò anaſtomoſis fit læſio Gal. lib. 3. de cauſ. ſimpto. cap. 2. verùm etiam
fit ruptio, qui ambo affectus ſimul partum abigere abſque dubio valent. Cùm igitur
in vtero tanquam in promptuario quodam, grauidationis præſertim tempore hæc
ingens ſanguinis moles redundet, & vltra modum, maximè in fœminis plethoricis,
eaſq́ue perſæpè ab eiſdem cauſis abortiri accidat, non modò dictat ratio, & experimē-
tum, ſed & Hipp. vt id fiat, ſicuti dictum eſt. ergo, &c. Aſſumptum facilè probatur; nam
ingens illa plenitudo, cùm ſit quidpiam magnum, magna videlicet cauſa, fœtus, ſeu G
fœtura iugiter magnus morbus, magnum proinde auxilium indicat, quod eſt vel venæ
ſectio, vel purgatio, ſed hæc inutilis eſt, vel minus adæquata ad tollendam plenitudi-
nem, minus etiam tuta grauidis, ergo potius ſectio venæ eſt eligenda.

Ad idem probandum hanc rationem adducere poſſumus; nam illud auxilium, quod
reſpectat morbum, & aufert cauſam morbi fientis coniunctam, eandem omninò ad
gignendum paratam tollet, ſed ſectio venæ citra abortus periculum reſpectat, & tollit,
cauſas coniunctas morborum fientium in grauidis mulieribus, ergo & pari ratione
tutò eaſdem tollet paratas ad gignendum præter naturā effectus, ſuffocationem
videlicet, ac fœtus diuulſionem. Hæcque ratio habetur ex Gal. lib. de cu-
randi ratione per ſanguinis miſſionem cap. 9. nempe ijſdem reme-
dijs, quibus morbos ſanamus, pariter præcauemus. Conclu-
damus igitur tutò venas nos tundere poſſe adſtante ple-
nitudine morborum cauſa, itaut fœtus ipſe in ſuo
clauſtro ad tempus vſque puerperij retineri H
poſſit. Hanc eandem rem commendat
auxilij excellentia, lenitas, ſecuritas,
atque celeritas, quæ cùm in
ipſo tantùm eminenter
exiſtant reliquis
neglectis
auxi-
lijs ad hoc tamquam ad ſacram aram reli-
gioſè, & cautè confugiendum eſt.
Et hæc ſufficiant pro huius
quæſtionis determi-
natione.

Quæſtio

A *Quæſtio Decima.*

An Medico nonnunquam abortum procurare liceat?

Ad Conſtantinum San-clementem virum præſtantiſſimum, ex Collegio Philoſophorum, & Medicorum Meſſanenſium Decanum vnicè obſeruandum.

MVlieres tantùm edito partu febrientes in hac Decade conſiderandas initio propoſueram; nam ſola earum contemplatio ſecundùm ſolidam Hippocratis, & Galeni doctrinam ad meum inſtitutum pertinere arbitrabar: conſilium quippe mihi fuit per has quæſtiones calumnias quaſdam euertere, quas ille, vt noſti, de me impudenter tulit. Sed cùm hactenus id totum ad finem vſque appoſitè, ni fallor, perduxerim, & omnem ferè muliebrium morborum materiam aliquo pacto per-
B tigerim, præter tractationem fœtarum acuto morbo obſeſſarum, quibus forte fœtus exiſtimatur eſſe impedimento, quo minus ſanitatem adipiſcantur, idcirco tum vt mulieres ſecundùm omnem ſtatum ægrotantes contemplarer, tum vt aliquid diſcuſſione maximè dignum, & cohærens præhabitis ad huius Decadis, & totius operis complementum ediicerem, examinare decreui, num abigere partum interdum nobis liceat. Hanc quæſtionem difficillimam eſſe, & hominis pietate præditi egere examine, quis non videt, cùm in ea de innocentis fœtus vita ſeruanda agatur? Mihi quidem nullum fuit negotium in inueniendo patrono, cui hoc onus deferrem ad ſecuriorem, & veriorem partem ſuſcipiendam; nam vel non quæſitus, & morum probitate, & doctrinæ ingenuitate, & ætatis veneratione præſto fuiſti. En itaque mi ſuauiſſimè Conſtantine, hanc diſſertationem ad tuas manus conuolantem, quam tuæ humanitatis calore fouere, amplecti, ne dedigneris, te iterum, atque iterum rogo.

Priuſquam rem ipſam aggrediar, lubet mihi reſpondere alicui, qui ſciſcitari à me poſſet, cur hanc inſtituerim diſceptationem, quæ vel ad Theologos, vel ad Iuriſperi-
C tos potiùs pertinere videtur; quid enim commune Medicinæ cum prædictis facultatibus? Pro cuius quæſiti ſolutione, ne exiſtimemur veluti ſutores, vt aiunt, vltra crepidam, ſolum Galenum, qui multorum inſtar eſt, ad reſpondendum adducam; is enim in libello, quod optimus Medicus ſit Philoſophus, ſic loquitur. *Verus Hippocratis diſcipulus teneat, oportet omnes Philoſophiæ partes, eam quæ ad diſſerendi rationem ſpectat, tum ad rerum naturam, tum tandem quæ ad mores, quam τὴν ἠθικὴν Græci vocant.* Sed hæc quæſtio, quam examinandam proponimus, ſpectat, vt liquido conſtat, ad ethicen, ergo non eſt aliena ab inſtituto medico. Deinde hæc diſputatio nec à Theologo, nec à Iureconſulto definiri poteſt, quin Medicina noſtra eam exagitet; multa ſiquidem illi profeſſores, vt à nobis determinata, ſupponunt, quare etiam nobis, quid ſentiamus, ſuper hac re dicere licet, ſi præſertim innitamur fundamento, quod facultatis noſtræ proprium ſit, & peculiare. Hoc ita præhabito, vt deinceps diſſertatio hæc methodo procedat, opus eſt conſiderare primùm, quid ſit abortus, tam quoad nomen, quàm quoad eſſentiam.

D Abortus à Græcis pluribus donatur nominibus; nam ſi intra primum dierum ſeptenarium contingit, dicitur ἔκρυσις: ſi intra primum quadragenarium ἐκτρωσμός: ſin vltra ad tempus vſque opportunum à natura præfinitum, appellatur ἀμβλωσμός, ſeu ἄμβλωσις, & ἀποφθορά. De his aliqua apud Ariſt. lib. 7. de hiſt. anim. cap. 3. habentur ab Hippoc. tranſcripta, ſed ingratè nimis, cùm illius nullam fecerit mentionem. Sed cùm abortus ſit res præternaturalis fœtui contingens, idcirco ad ipſius perfectam cognitionem habendam, vt videamus, oportet, quid ſit partus naturalis; nam oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. Partus igitur, qui à Græcis τόκος appellatur eſt abſoluti, & perfecti fœtus in vtero, & tempore ſimul legitimo editio. Ad fœtus itaque perfectionem requiritur non modò omnium partium abſoluta dearticulatio, & perfecta ſtructura, ſed etiam robur, & iuſta corporis moles. Rurſus nec quodlibet tempus opportunum eſt ad illius ſecundùm naturam editionem, ſed illud, quod naturæ author ſumma ſapientia legitimum, ac vitale deſtinauit.

Poſuit enim Deus optimus cunctis in rebus ſuos fines, quos non præteribit natura: E
hoc tempus pro humano partu excludendo maximam includit latitudinem; nam
ſeptimus menſis, nonus, decimus, ac vndecimus extremos, ac medios fines huius la-
titudinis ambiunt. Iam verò cùm contrariorum eadem ſit diſciplina, ſi partus ex Gal.
lib. 2. de cauſ. ſympt. cap. 3. lib. 3. de natur. facult. & lib. 2. eiuſdem eſt actio ex-
pultricis facultatis, à qua in lucem editur vitalis infans iam perfectus, & in tempore
ſecundùm naturam opportuno; abortus è contra eſt neceſſariò actio præter naturam,
non modò expultricis facultatis, verùm & retentricis, aut vtriuſque ſimul, mediante
qua actione deprauata fœtus editur imperfectus, & immaturus, aut ſub illegitimo
tempore, aut vtrumque continget. Eſt igitur abortus, præcox, & immaturus exitus
iam concepti animalis. Hinc eſt, quòd octauus menſis abortui adſcribatur; cenſetur
enim tunc fœtus extra determinatum naturæ tempus exire, quamuis Andræas Lau-
rentius lib. 2. Hiſt. Anatom. cap. 16. quæſt. 36. ſcribat vocandum eſſe partum, qui
octauo menſe editur, & errare eos, qui contrarium ſentiunt; nam inquit vitalem, &
non vitalem eſſe potius differentias partus, quàm de illius eſſentia. F

Sed cùm ad legitimum partum faciendum requiratur non ſolùm partium abſolu-
tio, ſed etiam temporis opportunitas à Deo, naturæ præſcripta, quam hæc adamuſſim
obſeruat, ſi non impediatur, nec mouet niſi per numeros, & typicas periodos, dicen-
dum eſt, quòd quemadmodum in morbis acutis diebus ſeptenarijs abſolutas criſes
facit, & in chronicis gaudet quadragenario; ita ad partum legitimè, & opportunè
edendum gaudet quadragenario quinto, & ſeptenario vigeſimo ſeptimo, numeris qui-
dem imparibus, & decretorijs. Octauus igitur menſis, cùm hiſce decretorijs non frua-
tur numeris, intempeſtiuus habendus eſt, & illegitimus pro partu, & abortui tribuen-
dus videtur. Qui vult hanc quæſtionem exactè diſcuſſam videre recurrat ad Federi-
cum Bonauenturam lib. de nat, part. octomeſtr. vbi multis nititur demonſtrare par-
tum octomeſtrem aduerſus communem opinionem cum Hipp. & Ariſt. eſſe legiti-
mum, & vitalem.

Attamen ſi rem attentè, & ſeriò perſcrutemur, videbimus octauum menſem potiùs
abortus naturam, quàm naturalis partus attingere, & ratio eſt, quia octomeſtris par- G
tus euenit defatigata iam natura, & quaſi præter naturam affecta, & quod magis eſt,
videtur eſſe præter ipſius naturæ ſcopum; nam obſeruamus vt plurimū octomeſtrem
partum rarò eſſe vitalem, plerumque verò lethalem. Dixi plerumque eſſe lethalem;
nam aliquando contingit eſſe vitalem, vt memini me obſeruaſſe. Præteritis quippe
menſibus præeram cum alio Medico cuiuſdā vtero gerentis curationi, quæ conflicta-
batur duplici tertiana, eaque continua, & lethali. Iam erat grauidationis ſeptimus
menſis, & multa elucebant ſigna futuri partus, quibus tamen ceſſantibus productus eſt
partus vſque ad octauum menſem, in cuius medietate non obſtante morbi ſæuitiè
enixa eſt maſculum, & paucis elapſis diebus mortem oppetijt puero ſuperſtite, qui
adhuc viuit. Quapropter licet octauo menſe non intendat natura edere partum, quia
tamen conformatus, & perfectus eſt fœtus etiam in ſeptimo menſe, qui eſt vitalis me-
ta, videtur inſuper dicendum, & octaui menſis fœtum eſſe vitalem.

Audiui à quibuſdam fide dignis hominibus, & in operibus medicis egregiè exerci-
tatis ſe pluries animaduertiſſe octauo menſe editos fuiſſe liberos, & vitales, quin mihi H
hac in nobiliſſima Vrbe demonſtrarunt nonnullos adhuc viuentes, quos non ſine ad-
miratione aſpicere ſolitus ſum. Quid ſi dixerimus octomeſtrem partum medium ob-
tinere locum inter verè legitimum partum, & abortum? partus quippe eſt, qua fœtus
perfectè conformatus eſt; abortus verò qua intempeſtiuè, & præter naturæ conſue-
tudinem exoritur. De hoc argumento, qui cupit plurima intelligere, adeat præcitatum
Bonauenturam; nam ea ſunt præter inſtituti noſtri rationem, cùm propoſuerimus in-
dagandum tantùm, an liceat Medicis procurare abortum. Sed primò diſtinguere nos
debemus de abortu; nam alter eſt, cùm fœtus præter debitum tempus extra vterum
exijt: alter verò cùm mortuus intra vterum remanſit. Quod liceat, imò ſit neceſſarium
mortuum fœtum expellere, à nemine dubitatur, ſed an viui fœtus excluſio ſit tentan-
da, hoc opus, hic labor eſt. Notandum hic eſt, quòd ſub viui fœtus nomine compre-
hendere poſſumus fluxionem, ſeu effluxum, qui nihil aliud eſt, niſi ſemen nondum

A adeptum fœtus naturam, hoc eſt ante veram conceptionem. De quo quidem effluxu, nec non & de ſemine in vtero retento, quod tamen ſit putrefactum, & mala qualitate affectum, inquirendum eſt, num liceat nobis foras explodere, de quibus paulò infra.

Nunc ſtatuendum, quod etſi mortuum in vtero fœtum omnes Medici expellendum eſſe clament naturæ opem ferendo; nihilominus tota difficultas verſatur circa cognitionem fœtus mortui, quare vt nonnulla afferamus ſigna, oportet, quibus dignoſcere poſſimus fœtum eſſe mortuum, nec ne. Non ſemel vna cum alijs Medicis incidi in caſus aliquot arduos, ac perdifficiles; mulieres enim vtero gerentes fœtum mortuum in vtero habebant, ſed obſtetricum importunitate, quæ affirmabant fœtum eſſe viuentem, factum eſt, vt mortuus fœtus, diutius quàm par eſſet, in vtero retineretur, vnde res in deterius per duos, aut tres dies labente, ſimul cum natis interiere matres. Interdum verò accidit, vt obſtetrices ſuſpendentes proprium iudicium, rem omnem nobis Medicis detulerint, vnde nos ſine controuerſia, præhabita maxima conſideratione fœtum mortuum chirurgica operatione extraximus matre remanen-
B te ſuperſtite. Ne igitur in poſterum aliquis relinquatur dubitationi locus, & vt tutò effugiantur hæc inconuenientia, decreui hoc loco notas quaſdam afferre, per quas pernoſcere valeamus, & nos, & obſtetrices, ſi tamen voluerint, quando fœtus in vtero ſit mortuus.

Ambroſius Paræus vir doctiſſimus lib. 23. de hom. generat. cap. 25. primis verbis ad hunc ſcribit modum. *Si nec Medici impoſita manus, nec mater moueri fœtum percipiat: ſi aquæ effluxerint, ſi ſecundinæ prodierint, mortuum eſſe fœtum, qui vtero concluditur, pronuntiare licet; eſt enim hoc poſtremum certiſſimum huius rei ſignum.* Hæc Paræus. Et re vera inter alia ſigna, quæ fœtum mortuum demonſtrant, eſt, quando iam aquæ exierint, quia ſtatim ſecundinæ, quæ ſunt membranæ vaſis vmbilicalibus adhærentes, cùm ab aqua non ſuſtineantur, concidunt in ſuperficiem faciei fœtus, & ipſum ſuffocant; quare quando aqua iam effluxerit, non eſt amplius dubitandum, ſed ſtatim concludendum fœtum in vtero eſſe mortuum, & eò citiùs ſi aliqua ex ſecundinis extra deorſum ceciderit.

C Sed quando Medicus accerſitur, & nec aqua, nec ſecundinæ exierint, difficillimum eſt cognoſcere, an re vera mortuus ſit fœtus, quare Medicus diligens eſſe debet circa matris examen, & accuratè inſpicere, an illa ſentiat maius pondus in vtero, quàm antea, cum nulla erat dubitatio de morte fœtus, quia ſi ponderoſior ſentiatur ab ipſa fœtus, euidens eſt eum eſſe mortuum; ſpiritibus enim, & facultatibus, quibus antea regebatur, non ſuſtinetur amplius. Deinde ſi fœta in hanc, aut illam partem prouoluitur, & fœtus conuertitur cum ea, & veluti immobile ſaxum remanet; tum ſi dolores ad vmbilicum, & genitalia acutiſſimi exercitant matrem, & perpetuo ea meiendi, & egerendi deſiderio afficiatur, ſignum certum eſt fœtus mortui. Ratio eſt, quia natura intendit, id quod moleſtum eſt excernere, & omnem conatum edit per quamcunque viam, etiam non proportionatam, quia agens eſt ſine cognitione.

Non vulgare præterea perempti fœtus eſt ſignum, ſi obſtetrix manum aqua frigida perfuſam abdominis regioni admouerit, & fœtus non ſe moueat ad fugiendam frigiditatem, ſed immotus maneat. Rurſus ſi mater tactu frigida ſibi percipiat genitalia, &
D conqueratur de frigiditate vteri; nam id accidit propter extinctum fœtus calorem, quo antea fœtæ calor conduplicabatur. Ad hæc ſi crebra ſyncope infeſtetur, & fœtida putredo ab vtero emanet, ſic quoque ſi eius anima fœteat, & multi vapores acres de ipſius corpore effundantur, eamque intumeſcere omnes animaduertant. Quibus apparentibus concludendum eſt perijſſe fœtum, & tunc ſi nihil medicis potionibus, balneis, ſuffitibus, ſternutatorijs, vomitorijs, lotionibus expellendo fœtui dicatis profeceris, nihilque alijs remedijs, quibus obſtetrices vti ſolent, adiumẽti attuleris, ad chirurgicum inſtrumentũ neceſſarium eſt recurrere. Sed antequã Chirurgus ad eiuſmodi operationem accedat, diligenter animaduertat, & perpendat fœtæ vires, & totius corporis facultates, an ſuſtinere valeant hanc operationem. Iulius Cæſar Arantius admirandus erat in mortuis fœtibus extrahendis, vt apud ipſum videri poteſt in præfatione libri de humano fœtu, vbi ſic habet. *Adde, quòd abortus, & mortuos in vtero fœtus complures vna cum ſecundis extractos diligenter intueri, & perpendere potui, ſic vt au-*

auditoribus meis id ſtudioſiſſimè poſcentibus, in ipſorum gratiam in hanc arenam rurſus deſcenderim, vt poſteris ad ea, quæ circa noſtra generationis primordia adhuc latent, explorãda, excitarem. Meſſanæ egregius eſt Ioſeph Galletti, qui me præſente mira dexteritate fœtum extraxit matre intactâ ſuperſtite. Modum extrahendi fœtum mortuum diffuſè docet Hippoc. lib. de ſuperfœtatione, & lib. de fœtus mortui exſectione. Qui cupit videre inſtrumenta, quibus euellitur fœtus à Chirurgis ex vtero, adeat Paræum lib. & cap. cit. E

His ſic expoſitis tempeſtiuum nunc eſt, vt contemplemur, an liceat interdum viuentem fœtum foras eijcere, cuius determinatio non tam facilis eſt; nam alij affirmant, alij è contra negant, igitur innixus Medicinæ fulcris, in primis afferam ea teſtimonia, quæ videntur partem affirmatiuam tutari, inter quos primò occurrit Aëtius tetrabibli 4. ſerm. 4. cap. 16. quo in loco ita loquitur. *Quædam mulieres etiam ſi concipiant, in partu tamen periclitantur, ſiue ob vteri paruitatem, vt ob id fœtum efficere non poſſit, ſiue ob colli eiuſdem anguſtiam, ſiue quòd tuberculum, aut tale quiddam in eiuſdem oſtio exortum eſt, quod partum impedit; atque hæ ſanæ optimæ fuerint, ſi à partu omninò cauerint, at ſi conceperint ſatius eſt fœtum corrumpere, quàm excidere, quare ex ordine de corrumpentibus fœtum, & inducentibus ſterilitatem agemus.* F

Eſt & alter author Theodorus Priſcianus nomine, qui libr. 3. cap. 6. in ea fuit ſententia, vt afferat, quòd quemadmodum pro conſeruanda arbore rami areſcentes abſcinduntur, & naues preſſæ onere, cum magna tempeſtate huc, & illuc agitantur, conſueuere onus deponere, ita vt ex damno illo videantur habere remedium, ita ſi fœminæ propter vitium vteri, aut ætatis impotentia periclitentur ex partu, & immineat vitæ periculum, oportet vitam emere ex partus iactura. Huiuſce ſententiæ viſus eſt fuiſſe Auicennas, qui lib. 3. fen. 21. tract. 2. cap. 12. ita ait. *Quandoque abortus in quibuſdam horis neceſſarius eſt, de quibus eſt illa, quæ eſt prægnans puella, ſupra quam timetur mors ex partu, & de illis etiam in matrice eſt nocumentum, & additio carnis ſtringens ſuper fœtus egreſſionē, quare interfuit, & de illis eſt apud mortem fœtus in ventre prægnantis.* Eſt & Raſis lib. 9. continentis, qui inſtituit caput ſecundum de abortu prouocando, & prohibendo. G

Sed id, quod magis videtur hanc partem cõfirmare, eſt ſummi Hippocr. authoritas lib. de natura pueri, vbi conſuluit, vt pſaltria pelleret, id quod cõtinebat intra vterum à ſexto die retentionis ſeminis, nec propter aliud, quàm gratia conſeruandi proprium honorem, ex quo videtur ſummi Dictatoris efficax ratio ad probandum, quòd poſſit fieri etiam pro conſeruanda propria vita matris; nam vita magis pendet, quàm fama. Vlterius quia ſi Medicus cognoſcit probabili coniectura fœminam abortum paſſuram, videtur ipſum excitare poſſe, præſertim ſi mulier conſueuit. Præterea fingamus mulierem vtero gerentem morbo acuto laborare, & indigere miſſione ſanguinis, aut expurgatione, quorum vtrumque valde timuit Hippocr. nam ſectione 4. aphoriſ. 1. aſſerit, & lib. 4. cap. 1. vtero gerentes ſunt medicandæ, ſi materia turget à quarto menſe vſque ad ſeptimum, iuniora verò, vt ſeniora vereri oportet; ſuppono item materiam turgere, & fœminam illam interire, niſi detur illi expurgans medicamentum, videtur ergo ex poſitis ſequi eſſe illi exhibendum, etiam ſi aborſus contingat: idem ſequitur ex fundamento poſito ab authoribus ſupra traditis; ſi enim propter illas H cauſas, quas recenſent, licet abortum tentare, multò melius dum acuto morbo laborat, præſertim quia ſi mater interit, etiam fœtus mors eſt certa, videtur ergo tutius eſſe fœtus mortem accelerare, vt mater ſeruetur, quàm nihil operari.

Sed huiuſmodi opiniones ſunt deteſtandæ, quamuis inter ipſos non deſunt aliqui doctrina, & morum integritate præſtantes, qui non ſolùm oppoſitum ſentiant, verùm inter gentium iura illud reponendum eſſe exiſtimant: ſumma horum virorum ſententia eſt, vt putent ius eſſe ciuili viro ad quædam euitanda mala, nempe infamiam, aut ad ſeruandam fœtæ vitam, aut aliud malum fugiendum tum fluxionem mouere, tum abortum facere, quos in tanto errore cæcutientes (inquit Moxius) liberare contendunt Horatius Augenius lib. 12. epiſt. 71. & Ioannes Baptiſta Syluaticus lib. controu. 2. verùm cum hac differentia, quia Augenius iuſiurandum, vt Hippocratis germanum opus admittit, negat alterum librum de natura pueri, cùm ſcribat eſſe potius Polibio

tribuen-

A tribuendum: at Syluaticus vtrumque opus fuiſſe ab Hippocrate ſcriptum putat, qua arte vtrique, & contradictionem conciliant, & Hippocrati ſatisfaciunt. At Iacobus Segarra lib. 2. de naturalib. facultatib. cap. 3. referente Moxio aliter ſentit; nam contradictionem ſoluit affirmando iuſiurandum ne partum quidem Hippoc. eſſe, quia Galenus de ipſo nullibi fecerit mentionem, tamen à crimine eundem Hippocratem non excuſat, imò ceu inhumanum, & impium condemnat, quòd pſaltriæ effluxionem eduxerit.

Moxius verò probat iuſiurandum Hippocratis eſſe legitimum opus, & primò authoritate Diui Hieronymi, deinde inſignis cuiuſdam Medici, Opſopæi nomine, qui ex Suida idem affirmat, & quòd magis eſt huic operi inter Hippocratica primum tribuit locum. Idem ſentit, & Soranus, tum Scribonius Largus, ac denique Erotianus in catalogo librorum Hippocratis. Rurſus quòd liber de natura pueri ſit genuinus Hippocratis ex Galeno probat præſertim lib. 1. de ſemine cap. 4. in quo ob ſpeculationis libri illius ſubtilitatem, ac verborum pariter ſuauitatem ceu Hippocraticum recipit, B ſicut & lib. 2. de natur. facult. cap. 3. Quamuis ſit ambiguus, num Hippocrati, an ſaltem eius diſcipulo Polibio ſit tribuendus lib. de fœtus format. & Macrobius comment. 2. in ſomnium Scipionis cap. 6. ceu legitimum amplectitur, & Hippocratis hiſtoriam de pſaltria ancilla ex eodem lib. de natura pueri cap. 6. deſumptam iugiter replicat. Quare cùm vtrumque opus Hippocr. germanum ſit, an illis vtriuſque, inquit Moxius, eſt conciliatio, & cõcludit dicendum eſſe cum Hieronymo Mercuriali lib. 1. de morb. mulier. cap. 2. Hippocr. exiſtimaſſe ius eſſe effluxionem concitare, nefas abortum, quem proinde deteſtatur in iureiurando.

Quid ſi diceremus ab Hippoc. prius ſcriptum eſſe lib. de natura, vbi conſilium dedit pſaltriæ, vt ſaltaret, deinde ſcripſiſſe iuſiurandum, in quo agnoſcens grauem hunc errorem pœnitentia quaſi ductus deteſtans illud cõſilium, quod pſaltriæ dederat, illud cupiens emendare admonuit poſteritatẽ, ne aliquãdo in ſimile incideret inconueniens? cogitationes enim poſteriores magis eruditæ, & ſanæ ſunt. Sed quicquid ſit de hoc, putat præterea Moxius idem de effluxione ſenſiſſe Ariſtotelem, vnde Syluatici explanatio verborum Ariſt. futilis eſt, & elumbis; nam quemadmodum ius videbatur C ſterilitatem inducere, ſimiliter & effluxionẽ, cùm in hac ſemen adhuc ſuam ferret ideam citra vitam, & ſenſum; aliter enim fruſtra adiunxiſſet verba illa (ſenſum, & vitam acceperit) ſimpliciter namque dixiſſet, poſtquam concepti ſunt, nefas eſt eos attingere, quibus verbis proculdubiò reſpuit abortum, qui fœtus iam viuentis eſt excluſio, & admittit ſimul cum ſterilitate effluxionem.

Sed horum virorum defenſio nihil nobis proficit, ſiue ſint Hippocratici libri, ſiue alterius, ſiue ſuadeat Ariſtoteles ſterilitatem, ſiue omnem dehortetur conceptionis corruptionem, modò omne illud, quemcumque habeat authorem, nefarium, iniuſtum, iuri diuino, naturæ, & per conſequens rationali ciuili, ſeu gentium reluctans eſſe certiſſimè appareat. Idque etiam ratio ſuadet; nam omnia illa, ideſt pollutio, ſterilitatis inductio, effluxio, & quilibet abortus ad vnum tendunt finem deteſtabilem, & execrandum, delere videlicet opus illud mirabile, quod natura, & eius author intendit, quare concludi poteſt aduerſus prædictos Medicos, & Philoſophos iniuſtitiam maxi- D mam eſſe directè conceptionem impedire, aut factam corrumpere, cùm vtrumque ſit contra ius diuinum. Leges etiam ciuiles amplectuntur eandem ſententiam, & ſerio quidem, præmiſſa tamen diſtinctione, cùm variè puniendos delinquentes ſtatuãt; nam qui malis poculis directè partum nondum animal rationale abigit, decernunt ſolùm exili pœna puniendum, niſi talis pecunia fuiſſet corruptus ad illud præſtandum; tunc enim vltimo ſupplicio plectendum eſſe cenſent.

Quare, qui ante infuſionem animæ abortum facit, vel conceptionem prohibet, homicida non eſt, reductiuè tamen dicitur homicida, vnde concluditur, quòd omnis ille ſcopus, propter quem abortus tentatur, multò minus præponderet, quàm actio, cuius ratione committitur peccatum mortale, nulla ratione ea vti ius eſt: hinc Archid. cap. Baptizandis 1. quæſt. 1. num. 1. & 2. *illicitum eſſe*, inquit, *propter honeſtatem, aut bonam famam mulieris, aut pro occultando peccato, aut vitando ſcandalo, aut propter aliud quodcunque bonum fortunæ, aut corporis, aut etiam pro euitandis magnis cadibus, aut infor-*

Digitized by Google

infortunijs partum abigere, ſiue animatum, ſiue inanime adhuc, & quouis modo genituram, E
& Nauarrus ſumm. cap. 26. num. 35. inquit, *nullo bono ſine boneſtari poſſe ſumptionem potionis, qua prolis conceptioni obſtetur*, igitur aberrarunt à via veritatis inſignes illi Philoſophi, ac Medici, qui aduerſus ius diuinum, ac naturæ impiè ſcripſerunt.

Sed nihil mirum eſt, cùm in tenebris ſederent, & (vt ita dicam) in vmbra mortis, ipſis extincta fidei lampade, aut non luceſcente. Certè huiuſmodi aſſertio non caret ratione, quia cùm actus iſte directè abigendi partum intrinſecè ſit malus; nam prohibet, aut corrumpit, aut omni ex parte delet inſigne illud opus naturæ Deo tam charum, hominem inquam, illicitum eſt ſimpliciter, ac nefas, etiam ſi propter aliquod bonum creatum fiat, iuxta illud Diuini Apoſtoli ſcriptum ad Romanos 3. ex naturæ iure petitum. *Non ſunt facienda mala, vt inde bona eueniant*; nam quodlibet bonorum, quod prætenditur ex abortu procurato, longè inferioris eſt ordinis, cùm illud malum ſit culpæ, quod præponderat cuilibet bono creato, & hominis generatio maximum bonum ſit, à qua ipſemet Deus colitur, & huiuſmodi bonum præponderet itidem cuilibet bono fortunæ, ac famæ. Multa ſunt teſtimonia, quæ hanc concluſionem confirmant, vt ſunt multa iura, Conſilia, multi Theologi, & inter alios Doctores eſt Nauarrus, & Thomas Sanchez Societatis Ieſu vir doctiſſimus tom. 3. de matrim. diſput. 20. num. 33. & hæc omnia ſunt, quæ affert Moxius aduerſus præſcriptos authores: vnde non poſſum ipſum non ſatis mirari, quo modo repulſis ijs denuò ipſemet inquirat, an deceat Medicum è directo abortum concitare. F

Verùm ad huius dubitationis euidentiam opus eſt, vt primò ſupponamus in vtero varias colligi materias, quarum aliquæ à cauſis externis prodeunt, vt ſemen, quod in vterũ à virili mẽbro eiaculatur, necnon & aliæ à cauſa interna, vt ſunt ſanguis mẽſtruus, ſemen muliebre, & materiæ illæ, à quibus fluor muliebris generatur, & aliæ inutiles. Semẽ, quod eiaculatur, vel conſeruatur ſecundùm naturã, vel corrũpitur, ſi conſeruatur, patitur illas quatuor alterationes ex Hippocr. ſententia, quas etiam enumerauimus Decade Quarta cap. 10. quæ ſunt genitura ab Hipp. γονὴ ſua lingua appellata, ſecunda alteratio Græcè χύημα, à noſtris fœtus dicta, tertia ἔμβρυον, Latini embrionem dicunt, & quarta dicitur παιδίον, à noſtris infans. His ſuppoſitis, dubitatur primò, an liceat Medico ſemen ita alteratum interdum extra pellere; Moxius tenet partem affirmatiuam, deinde proponit, an nobis liceat ſemen corruptum extra pellere, de qua quæſtione mox dicemus. G

Pro parte affirmatiua affert authoritatem Hippocr. lib. 2. epide. ſect. 2. quæ eſt ad hunc modum, *ſexaginta dierum maſculi corruptio, in detentionibus partus, ſalubris eſt*, quæ ſententia, ſi attentè legatur, videtur habere, neſcio quid ænigmatis, vt multæ aliæ ſententiæ in varijs Hippoc. libris non ab ipſo, ſed à varijs authoribus poſitæ, vt adauctiores libri forent; nam, vt Decade Nona epiſt. ad Ioan. Zechium dicebam, Ptolemæus libros Hippoc. in tanta veneratione habuit, vt auri pondere ipſos emeret, vnde homines auro deditì eoſdem, vt dicit Galenus, auctarijs quibuſdam, vt carius vendere poſſent, augebant: hanc ex illis auctarijs ſententiam eſſe iurarem, ſed ad præfatam ſententiam rediens, ea ita ab authore ſcribitur, τὸ ἐξηκονθήμερον ἀπέφθαρμα, ἄρσεν τόκος, ἐν ἐπισχέσεσιν ὑγιεινόν. Mercurialis ad hunc modum interpretatur. *Abortus maſculus ſexaginta dierum in partuum ſuppreſſionibus ſalubris.* Anutius Phœſius ita vertit, H
eiectus abortu fœtus maſculus ſexaginta dierum in partuum ſuppreſſionibus ſalubris, ſed vtro modo legatur, ſenſum obſcurum admodum facit, vnde Phœſius hoc in loco animaduertit, ne ſperet aliquis ex huiuſmodi locis, qui ſaltuatim adferuntur ſemper genuinam lectionem elicere poſſe, & inter alias ſententias, quæ quaſi per ſaltum ſcribuntur, hæc etiã eſt nullum cum ſuperioribus, aut ſubſequentibus connexum habens.

Præter hæc idem Phœſius ſcribit Cornarium in ſua interpretatione reliquiſſe hæc tria verba, τόκος ἐν ἐπισχέσεσι, & ſic ſententiã eſſe admodum diminutam, nec habere ſenſum integrum; nam ita ſonaret, *eiectus abortu fœtus maſculus ſexaginta dierum ſalubris*, quomodo autẽ poſſet dici abortus ſalubris, certè magnã habet difficultatẽ. Addo, quòd nec Mercurialis, nec Phœſius, qui totum Hippocratem interpretati ſunt, de hac ſententia ne verbum quidem habent, & tamen rationi conſonum fuiſſet, vt ipſam interpretati eſſent, vt alias omnes, quas dilucidare curarunt. Sed conceſſo hanc ſenten-

tiam

A tiam veram eſſe Hippocratis, quòd maſculus ſexaginta dierum per abortum ſit quid
ſalubre, percontari poterit etiam, cur ſi fiat abortus fœminæ ſexaginta dierum, non
dicatur quoque ſalubris; ad hæc poſſet exquiri, ſi abortus fiat in trigeſimo, aut in qua-
drageſimo die, cur non poſſit dici ſalubris, ſed ſolus ſexaginta dierum eſt ſalubris; vi-
detur enim magis rationi conſonum, vt illi fœtus, qui in prioribus diebus fiunt, ſalu-
britatem demonſtrent, cùm ſint longè minores. Hæc omnia declarare oportebat,
reddereq́ue rationem, cur maſculus viginti dierum abortus in menſium ſuppreſſioni-
bus ſolus ſit ſalubris. Præterea hæc particula, *in partuum ſuppreſſionibus, aut detentio-
nibus*, redundare videtur; nam quando aliqua mulier vtero gerit, omni proculdubio
ſupprimuntur menſes, atque ita eſt valdè impropria locutio hæc.

His non obſtantibus Petrus Iacobus Eſteue Valentinus vir in omni ſcientiarum ge-
nere, & in vtraque lingua apprimè eruditus hanc eandem ſententiam illuſtrare con-
tendit, referente Moxio, dum inquit Hippoc. in eo oraculo de fœtus corruptione lo-
qui directè facta à vi medicamentorum illud pollentium, quia eo loco vtitur Hippoc.
B vocabulo ἀπόφθαρμα quod eſt in malam partem abire, iſtud præſtantia ſola pharmaca
ἀμβλωτικά, φθόρια, aut ἐκτρωτικά à Græcis dicta, vti à Latinis fœtum corrumpentia, ſeu
abortiua medicamēta. Hæc igitur poſt illum ſexageſimi diei carcerem (inquit Moxius)
citra maximum grauidarum periculum largiri nefas quidem cenſet ſummus Hippo-
crates: vti ſaluberrimum, quamuis fortè rarò, poſtulante videlicet, & vrgente neceſ-
ſitate infra illum terminum. Poteſt huius rei momentum ex clariſſimo Galeno colligi
lib. 4. aphoriſ. ſent. 1. quia vti fructus, in medio eorum tempore, inter eruptionem
primam, & maturationem fortius cohærent; ſic fœtus in medio conceptionis tempo-
re, quod inchoatur menſe tertio protrahitur ad ſeptimum vſque, fortius multò hæret,
ac tenacius. Vnde cùm hic in medio tempore violentior, ac impetuoſior requiratur
motus, citra diſcrimen fœtæ ne fieri quidem potis, contra verò in primis duobus men-
ſibus, cùm minor ſit, cohærentia, & imbecilliora omnia organa, facilè quidem deci-
dit, leniorq́ue requiritur motus, & alteratio ad eius euulſionem.

Si partus itaque ratione (vt ſæpè fieri contingit) grauiſſimi, ac funeſti excitantur
C morbi, ferina iugiter ſymptomata, cum maxima grauidarum clade: rurſus ſi facilis in-
tra ſexageſimum ſolem fœtus corruptio, optimè ſequitur ſaluberrimum eſſe abigere
ſub eo tempore partum, *morbi cauſa principium, & tantorum fontem malorum*. Optimè
igitur eo oraculo dixerat Hippocrates quaſi nautarum exemplo, qui ſuis mercibus
exonerantes nauim à naufragio eam perſæpè liberare ſolent, depoſito iam onere, à
quo ſubmergitur: ſimiliter & naufragi fœta in tempeſtate procelloſa lethalium mor-
borum, nullatenus per partem aliquam valente natura morboſum onus deponere, iam
tandem tentato abortu, & mox copioſo conſequente puerperio, potis haud dubiè hæc
metaſtaſis, & morbum omninò exoluere, & fœtum à mortis diſcrimine liberare.
Hæc Moxius.

Hæc Hippocratis propoſitio, in qua vult eſſe tentandum, vt expellatur fœtus, ſi ſit
cauſa morbi ſuæ matris, veriſimilis videtur, ſi fœtus in vtero fuerit mortuus; & tunc
nihil refert, ante, aut poſt ſexageſimum diem tentare expulſionem, quamuis nul-
lum habeamus omninò tutum remedium ad id præſtandum. Opus quidem eſſet ha-
D bere certa, & determinata præſidia, quæ ſoſpite remanente matre fœtum eijcere poſ-
ſent, non ſecus atque contingit in tormento bellico, cùm ex appoſitione ignis ſtatim
exploditur globulus incluſus, illæſa remanente bombarda, licet interdum obſeruatum
ſit, & ipſum militare inſtrumentum in mille partes effractum per aëra euolaſſe, nec
ſine læſione explodentium, vel etiam longè circumſtantium. Sed eiuſmodi medica-
mentum, quod veluti ratione ductum fœtum expellat, matre incolumi, vix imagina-
bile eſt; nam ſi debet fœtum vi foras eijcere, vt inferat commotionem matri neceſſe
eſt, ex qua augeri poſſe illius ægritudinem, quis non videt. Hoc non obſtante, ſi in-
ſpexerimus fœtum corruptum in vtero eſſe cauſam morbi matris, omnibus vijs ten-
tandum eſt ipſum expellere, & quamuis nullum extet vndique tutum præſidium, ac-
cipere debemus, quod minus lædere poſſit.

Sed licet caſus huiuſmodi propoſitus difficilis quidem ſit, longè tamen difficilior ad
deliberandum eſt, quid facto opus ſit, vbi dentur aliqua vitia connata, aut præter na-

turam,

turam, quorum ratione impoſſibilis ſit nixus, præſertim ſi vitia in conformatione con- B
ſiſtant, vt in exemplo eſt vteri paruitas, oris ipſius anguſtia, oſſis pubis, ſeu pectinis
depreſſio, ad hæc aliqua gibboſitas maxima, aut luxatio oſſis fœmoris verſus vterum,
ne dilatari poſſit, aut cedere augmento ipſius fœtus, vel tuberculum aliquod durum
ori vteri adnatum, ſiue hæc vitia à prima conformatione ſint, ſiue poſt ortum aliqua
cauſa præter naturam enata. Moxius reprobata opinione Aëtij, & aliorum tanquam
inſana, & impia, nititur perſuadere nobis ſua quadam ratione, & authoritatibus Theo-
logorum licere Medico ad præſeruandam fœminam grauidam iam deploratam, &
neceſſariò perituram directè abortum excitare, dummodo fœtus anima rationali non
fruatur, quia neceſſariò (vt inquit) ſupponimus pereunte matre, nec locus concedi-
tur fœtui ad eius animationem.

Ratio, inquit, præter locupletiſſima teſtimonia apparere hoc modo poteſt. Cùm
magis præponderet vita fœminæ actu iam exiſtente, quàm alterius, nempe fœtus,
exiſtentis in potentia, ſine dubio fas erit Medico ſterilitatem inducere ad euitandam
mulieris perniciem, præcipuè quia à Medico primò hæc non intenditur, ſed ſecunda- F
riò: per ſe quidem, ac primò fœminam à morte liberare intendit, quod per ſe bonum
eſt, & aliud nequaquam malum, cùm id præter intentionem artificis ſit, & per acci-
dens ipſi, & indirectè, quamuis auxilia directè iſtud intendant ceu media ad conſe-
quendum finem alterum, optimum ſanè. Neque, inquit Moxius, huic actioni aduerſan-
tur verba ſupra allata. *Non ſunt facienda mala, vt inde bona eueniant*, quia illud indire-
ctè malum non eſt, cùm intentio operantis rem conſtituat ſub idea boni, ſcilicet ad
fugiendam prægnantis mortem ex puerperio morituræ; nam ſi licet actu iam fœmi-
na in vtero gerente, multo magis licitum eſſe videtur eum expellere, qui nondum
actu, ſed tantùm in potentia vita fruitur.

Præterea cùm damna vtraque æqualia ſint, & æquè temporalia: noſtra temporalia
potius, quàm aliena intendere poſſumus: præſertim, cùm vita matris temporalis al-
tioris ſit notæ, quàm ipſius fœtus; illa enim ſuppoſiti abſoluti eſt actus, hæc verò fu-
turi, ſeu imperfecti viuentis, ad inſtar videlicet plantæ, aut animalis, quare illa pluris
eſt æſtimanda. Hæc Moxius, qui aſſertiuè, vt vides, ſcribit è directo abortum excitan- G
dum eſſe, dummodo tamen fœtus anima rationali non fruatur, verùm ſi fœtus iam
fruatur anima rationali, negat ipſum poſſe à Medico abigi, & reddit rationem inquiens,
vtriuſque vita, & ſuppoſita pariter eiuſdem notæ ſunt, atque ita diſpar eſt ratio,
cùm in hoc abortu concurrat grauis noxa vitæ ſpiritualis ipſius fœtus, quare piaculum
eſt, atque nefas dare operam abortioni è directo, fœtui exiſtente anima rationali infor-
mato; nam cùm quiſque iuxta rectam charitatis ſeriem teneatur bona temporalia
contemnere pro ſalute ſpirituali, hinc procul omni dubio non licet Medico pro ſal-
uanda temporali matris vita, impiumque eſt ipſi matri fœtus alteram ſpiritualem, quæ
ſacro baptiſmate acquiritur, naufragio committere.

Præterea cùm matri ſit fœtus commiſtus vſque ad tempus pariendi, tenetur & ipſa
patienter quodlibet periculum etiam vitæ pro eo ſuſtinere, videlicet pro eius ſalute,
ac vita ſpirituali, generationis quidem præſtans ſcopus: præferenda igitur vita ſpiri-
tualis proximi extremè indigentis, quodlibet bono corporis, aut fortunæ. Hanc inquit
concluſionem præter alios ſuſtinet Sanchez tom. 3. de matrim. lib. 9. diſput. 20. nu. H
17. qui accuratè ſentit, vti & aſſiduus comprobat vſus, & rariſſimum eſſe, & morali-
ter impoſſibile matrem lethaliter laborantem vna non interire fœtum; tum quaſi mi-
raculum, matre lethali morbo pereunte, fœtum incolumen euadere, & ſanum, iuxta
illud Hippoc. 31. aphor. ſect. 5. *Mulierem grauidam morbo quopiam acuto corripi le-
thale*. Lethale autem non ſolum fœtæ, verùm, vt adnotat Galenus in coment. ob du-
plicem rationem, & fœtui: quod ſi fortè patiantur abortum in tanto vitæ diſcrimine
morbi ſæuitie, etiam & abortus ratione amplius mulia periclitantur, vt ſupra ſcriptum
reliquit Hippoc. eodem 5. aphoriſ. 55.

Videns tandem idem Moxius rem tam arduam eſſe, & tot difficultatibus obrutam
inquit recipiendum eſſe Diui Ambroſij conſilium. *Si alteri ſubueniri non poteſt, niſi
alter lædatur, commodius eſt neutrum iuuare*. Sed totum Summo Creatori eſt commit-
tendum. Sed objiciet forte aliquis, ex duobus malis, quod minus, eligendum, ſed
minus

A minus malum eſt à morte matrem liberare, quàm vtroſque morti committere, ergo licet qualibet arte matrem à periculo mortis redimere. Quod quidem axioma intelligendum eſt tantùm de malis pœnæ, non culpæ, cùm omnis culpa deteſtāda ſit, etiam pro ſalute totius mundi. Concludit itaque iſtud relinquẽdum eſſe diuinæ prouidentiæ, in cuius poteſtate ſunt omnia; & aduocata rationali methodo per viam curationis tutò incedere, deliberatis per ſuas indicationes auxilijs, etſi per accidens aliqua illorum partum abigere valeant, dummodo cautè, & religioſè exerceantur.

Tandem ſuam afferens ſententiam circa vſum medicamentorum abortiuorum inquit, ſi vterogerens ſub aliquo menſe partui ſecundùm naturam dicato funeſtè laboret, ſeptimo inquam, nono, aut decimo, & cunctis iam auxilijs methodo, & arte ad morbi exolutionem appoſitis, ne cedat quidem, & mors iam vltrò expectetur, niſi miſera ipſa illud pondus deponat, & conſequantur mox copioſa lochia, viribus adhuc conſentientibus, prudenter, ac religioſè non dubitarem, ceu fas, & curationem audentius aggredi, & quibuſdam ſecuriſſimis auxilijs partum directè excitantibus eundem B promouere; quia cùm tunc ſub vitalibus menſibus exiſtat partus, nec abortus cenſendus, ſed ceu fructus iam maturus facili negotio decidit, & fœtus ſimul expulſionē iuuat, citra vtriuſque periculum. Hinc fœtus ceu vitæ capax conſequi poterit alteram vitam ſpiritualem per ſacroſanctum Baptiſmatis ſacramentum. Hoc autem medio, videlicet conſequente partu ſpontè naturæ, à grauiſſimis, ac funeſtis morbis plurimas fœminas fuiſſe liberatas ſæpè experimur. In proprijs itidem laribus in vxore expertus ſum, quæ cum lethali dyſenteria laboraſſet, iam quaſi animam agens ob atroces dolores, ac ingentiſſimam febrem, etiam ſub canicula permittente ſummo Deo ob ineffabilem eius in nos amorem, dum ſeptimo menſe eſſet in vtero ferens, & quinto à morbo die nixus acceſſiſſet, ſtatim ſuperſtes remanſit, depoſita filia ab vtero, & conſequente copioſè lochio: habuit enim nixus, criſis rationem, & quæ per aluum ferinè deponebantur per vterum deriuata morbum leuarunt. Si igitur natura tanto cum cōmodo iſtud præſtat, quid ni Medicus eius æmulator imitari non contendet. Hæc Monius.

Hoc in loco non ſpernenda difficultas exoritur in dictis Monij; nam (relicta illa pro-C poſitione, in qua aſſerit licere Medicis aliquando mulierem directè infœcundam reddere, quia hoc loco ſequimur Hippocratis, & Galeni doctrinam, qui de hac materia, ne verbum, quod ſciam, habent, vnde non eſt, vt de huiuſmodi infœcunditate ſermonem habeamus) addit ius eſſe aliquando ante infuſionem animæ abortum concitare directè, quod vtrumque, & authoritatibus, ac rationibus confirmare conatur, authoritates ſunt, quia omnes iuris pontificij Doctores, vna cum Theologis in vnum conuenientes affirmant licere Medico ad præſeruandam fœminam grauidam iam eapem, neceſſariò perituram directè abortum excitare, dummodo fœtus anima rationali non fruatur, & reddens rationem inquit, quia vita mulieris iam in actu eſt, fœtus verò eſt in potentia, longè autem præſtantius eſt eſſe in actu, quàm in potentia, quare opus Medico erit ad euitandam mortem ipſius matris inducere ſterilitatem, & abortus expulſionem; nam Medici prima intentio eſt ſeruare matrem, ſecundariò verò, & per accidens expellere fœtum, quamuis directè auxilia iſtud intendant; dicit itaque vrgente matris neceſſitate ad ſeruandam ipſius vitam expellendum fœtum, deinde addit, D quòd expulſio fœtus ſit per accidens, etiam ſi medicamēta abortiua illud portendant, ſubiungēs, quòd primò ſeruare matrē ſit bonū, expellere autē fœtum ſit minus malum.

Sed non ſatis mirari poſſum virum hunc doctiſſimum, qui ſcribit ad ſeruandam matrem vtero gerentem morbo acutiſſimo obſeſſam vtendum eſſe abortiuis medicamentis, quæ per ſe primò in mulierem agant, deinde & ſecundariò in fœtum ipſum, cuius totum oppoſitum eſt dicendum; nam vbi præſupponitur, quòd mater malè iam ſe habeat, ſitque in maximo vitæ periculo, vt ei ſuccurratur, non ſunt accipienda medicamenta abortiua, quia iſtud non eſſet conſulere matri, ſed eſſet tentare fœtus expulſionem, qui vbi expulſus ſit (quod tamen, vt ſupradictum, difficilè admodum eſt) non propterea exhibita ſunt illa medicamenta, quæ poſſunt primò ſeruare matrem; nam medicamenta, quæ matri ſuccurrere valent, non ſunt φθόρια, ſeu vt dicunt abortiua, quæ ſunt valde calefaciētia, quare intus aſſumpta non expellunt fœtum abſque aliquo graui matris periculo, & ſi præſtant aliquod iuuamentum, non per ſe primò

Kkkkk matri

matri, id accidit, ſed ſecundariò, & per accidens. E contra quando conſulimus matri, E vtimur medicamentis primò reſpicientibus ipſius ægritudinem, ſunt hæc medicamenta vel purgatio, vel ſanguinis miſſio, quæ vbi ad propriam mulieris ſalutem accommodentur, & neceſſariò exhibeantur, ſi contingat fieri abortum, id eſt per accidens. Sed non deſunt grauiſſimi authores, qui ſcribunt huiuſmodi medicamenta, & ſi per accidens lædant fœtum, nullo modo eſſe exhibenda, quia reſpectu fœtus non tollitur periculum, quod ſequitur ex illis, præcipuè cùm fœmina acuto morbo laboret, vt ſupponitur. Ea propter admonente Petro Garſia Carrero diſputat. 76. de abortu, in hac actione peragenda debet conſiderare Medicus id, quod magis conueniens eſt, ex quo ſcilicet imminet maius vitæ periculum, ex omiſſo ne remedio conuenienti, an ex abortu, qui poteſt ſequi, licet ex accidenti: ſolet enim ſæpè Medicus inter curandum in magnas anguſtias incidere.

Deinde aſſertio Moxij, quòd offerenda ſint medicamenta abortum facientia, eò quòd intentio agentis non reſpicit primò niſi commodum matris, nequaquam fœtus expulſionem, quæ ſi tamen ſequatur, per accidens eſt, nullo modo mihi probatur; nam abſurdum omninò eſt affirmare, quòd artifex exhibeat præſidia apta ad expellendum fœtum, & quòd expulſionem non intendat. F Addit præterea Moxius, quòd licet medicamenta abortiua directè intendant abortum, ſunt tamen ceu media ad conſequendum finem alterum, optimum ſanè. Et in vltimo huius tractationis capite inquit, quòd ſi mulier vtero gerat ſub aliquo menſe partui ſecundùm naturam dicato, ſeptimo nempe, nono, aut decimo, & funeſtè laboret, & cunctis iam alijs auxilijs methodo ad morbi exolutionem appoſitis ne cedat quidem morbus, & mors iam expectetur, niſi miſera ægra pondus illud vteri deponat, & conſequantur mox copioſa lochia, viribus adhuc conſentientibus, prudenter, ac religioſè non dubitarem ceu fas curationem audentius aggredi, & quibuſdam ſecuriſſimis auxilijs partum excitantibus eundem promouere, quia ſub vitalibus menſibus exiret partus, nec abortus cenſendus eſſet, ſed ceu fructus iam maturus.

Mihi certè id aſſerere, videtur eſſe aduerſus & Medicinam, & pietatem: aduerſus Medicinam quidem, quia expellere fœtum viuum in quocunque menſe fuerit, ſemper G eſt matri aduerſiſſimum; obſeruamus enim experientia, quod vtero gerentes, vbi in abortum incidant, ſemper, vel vt plurimum de propria vita periclitari, multo magis ſi acutiſſimo laborent morbo. Ego in praxi ſub grauiſſimis præceptoribus obſeruaui perpetuò in huiuſmodi caſibus ipſos euitaſſe offerre grauidis mulieribus medicamenta, ne abortus fieret, qui eſt plerunque morbo ipſo periculoſior, quare propinantibus nobis abortiua medicamenta, tantum abeſt, vt ſanentur fœtæ mulieres, vt potius vna cum fœtibus interficiantur. Ad hæc non videtur rationi conſonum, quòd fœtus in vtero exiſtens habeat rationem cauſæ efficientis morbum acutum matris; nam cùm morbus quiuis acutus ſuas habeat cauſas, & internas, & externas, nullus eſt, qui ſcribat fœtum in vtero contentum habere rationem concitantis morbum. Quòd ſi accideret, non eſſet fœtus vitalis, ſed iam putrefactus, & ſic à putredine ipſius fieri poſſet auctio cauſarum morbi, & tunc temporis fœtus indicaret nobis omnimodam ſui expulſionē. At ſi viuus adhuc eſt, ipſum expellere aduerſatur maximè pietati Chriſtianæ, quia non ſumus ſecuri ex quouis medicamento fœtum expellente, licet certiſſimo, nos habituros intentum; H nunquam enim acutiſſimo morbo laborantibus exhiberi poſſunt eiuſmodi medicamenta citra noxam ipſarum.

Eſt igitur audax determinatio, quòd debeamus expellere fœtum in ſeptimo, nono, atque decimo menſe, eò quòd ij habeant rationem periodorum, in quibus ſolet natura fœtum expellere; natura enim quando omnia ſunt diſpoſita, abſque vlla defatigatione deponit illud pondus, veluti fructum opportuno tempore maturatum, non violentia acceleratum. Nam vt fiat abortus neceſſariò ſequitur, vt primò fœtui tollatur alimentum, deinde vt expellatur à medicamento, quamuis non putem poſſe reperiri aliquod genus medicamenti abortiui, quòd poſſit hanc operationem moliri in viuo fœtu, niſi illud violentiſſimum ſit, matrique acuto morbo laboranti infeſtiſſimum, & certò fœtum interficiens, cuius ratio eſt, quia, vt ſupra ſcripſit Moxius, ligamenta aliquando, quibus fœtus adnectitur vtero, ſunt adeo valida, vt non poſſint quauis medicamenti

violen-

A violentia diſrumpi. Addo, quòd natura pugnat aduerſus medicamentum, & quantum poteſt, ſuum tutatur fœtum, ita vt ex quouis medicamento, etſi certiſſimo, quod tamen non agnoſco, ſemper timendum eſt maximum aliquod periculum, à quo ſæpius prouenisse compertum eſt, tum matris, tum fœtus extinctionem.

Pollicetur ſibi Moxius ſe reperire poſſe medicamentum, quòd exiſtente matre in ſummo mortis periculo, valeat prædictis mẽſibus tutò fœtum expellere, eumq; viuum, ſaltem per aliquod tempus, in quo poſſit vitam alteram ſpiritualem per Sacroſanctum Baptiſmatis Sacramentũ conſequi, & his peractis non eſt expes matrem liberari poſſe. Probat id exemplo à natura deſumpto, quæ fœtum expellendo matrem ex acutiſſimo morbo liberat: ac vltimò confirmat experientia, his verbis. *In proprijs itidem laribus, in vxore expertus ſum, quæ cum lethali dyſenteria laboraſſet, iam quaſi animã agens ob atroces dolores, ac ingentiſſimam febrem, etiam ſub cane: mox permittente ſummo Deo, ob ineffabilem eius in nos amorem, dum ſeptimo menſe eſſet in vtero ferens, & quinto à morbi die nixus acceſſiſſet, ſtatim ſuperſtes remanſit, depoſita filia ab vtero, & conſequente copioſè lochio.* B *Habuit enim nixus, criſis rationem, & quæ ferinè per aluum deponebantur, per vterum deriuata morbum leuarunt, ſi igitur natura tanto cum commodo, ac vtilitate iſtud præſtat, quid ni Medicus eius ſedulus æmulator, religioſè imitari non contendet?* Vult igitur grauiſſimus hic author ad imitationem naturæ, quæ ſeptimo menſe fœtum deponere quandoque cum lochiorum copia conſueuit, vnde mulier ex morbo libera euaſit, vt & Medicus medicamento abortiuo illud idem experiatur. Sed eſt diſpar ratio; nam ſagax natura, quando partum impellit, ex poſſibilibus efficit, quod optimum eſt, nec decipitur, Medicus verò, ſeu potius carnifex, ſi abortiuam medicinam exhibeat, nequit id quod melius eſt eligere, cum facili negotio poſſit decipi in arcanis naturæ, præſertim quia fœtum expellentia medicamenta ſunt admodum violentia, & ſemper afferant maximum detrimentum matri, nedum tenello fœtui.

Cùm itaque Moxius, vt ex ſuperioribus patet, in hanc venerit ſententiam, vt Medicus poſſit in mulieribus acuto morbo laborantibus expellere medicamento abortiuo fœtum nondum animatum, hoc eſt, vt poſſit eijcere genituram, quæ nec ſen-C ſum, nec animam habet, cuius expulſio potius effluxio, quàm abortus eſt appellanda, videtur amplecti Hipp. ſententiam, qui genituram è pſaltria per ſaltum emiſit, nec diſcrepat ab eo, quem antea tantopere deteſtatus fuerat, niſi quòd Hipp. effluxionem excitauit, quò conſuleret honori, ipſe vt matri ſuccurrat in periculo exiſtenti, vnde licet finis, ſeu intentio ſit diuerſa, vna tamen, & eadem eſt actio, quæ ſicuti in Hipp. homine ethnico digna eſt reprehẽſione, ita etiam, ac multo magis deteſtabilis eſt in viro Chriſtiano, etiamſi id, quod expellitur ab vtero, ſit inanime, & ſenſu careat, quod tamen ambiguum eſt, cùm non omnes ſint eiuſdem opinionis; aliqui enim putant ſemen in vterum iniectum poſt ſeptem horas viuere, ac eſſe animatum.

Sum itaque huius ſententiæ, vt nemo poſſit abſque graui crimine, & peccato mortali genituram abigere, quæ eſt materia proxima conceptionis, ex qua efficitur fœtus capax, dum in lucem venerit Sacroſancti Baptiſmatis; atque ita qui genituram expellit, ſeu effluxionem procurat, homicidium committit, quod licet non ſit tale actu, eſt tamen reductiuè homicidium. Sed dato per fiduciariam reprobationẽ, quòd D tutò poſſet ſine capitali peccato abortionem hanc procurare, non propterea video, quomodo id cautè effici poſſit, itaut non offendatur mater; nam hæc ipſa genitura adeo vtero adhæret, vt niſi maxima cum difficultate, & matris periculo euelli poſſit. Nec par ratio eſt in pſaltria Hippocratis, & in alijs mulieribus, illa ſiquidem erat, & iuuenis, & ſanitate optima fruebatur, vnde potuit ſaltuum violentia, abſque eo quod ſibi moleſtiam inferret, genituram à vaſis vteri abijcere: nos verò ſupponimus mulieres acuto morbo laborantes, & in lecto decumbentes, quæ nequeunt ſe mouere, vnde neceſſum eſt vti medicamentis, quæ non ſemper fœtum expellunt, vt experientia quotidiana demonſtrat. Obſeruauimus mulieres aliquas ſentiẽtes ſe vtero gerere omnem mouiſſe lapidem, vt fœtum abijcerẽt, ac omni fuiſſe vſas medicamentorum genere, quod putaſſent valere ad excludendum partum. Et primò curarunt pluries ſibi mitti ſanguinẽ ex vtroque pede: quin aliquos decipientes Medicos fecere, vt ſibimetipſis exhibitum fuerit catharticum, & nihilominus non ſatisfecere ſuæ prauæ voluntati.

Audiui etiam alias execrandas fœminas poſt ſanguinis miſſionem, & medicamen- E
tum purgans aſſumpſiſſe ea medicamenta, quæ dicuntur fœtum interficere, cuiuſmo-
di eſt ſabina, colocynthis, & cucumer aſininus, ſeu agreſtis, ab Hipp. lib. de ſuperfœt.
tradita, atque hæc non ſemel, ſed pluries voraſſe, & tamē, etiamſi fuiſſent ſanæ corpore,
non quidem mente, nihil profeciſſe. Quare ſi in ijs fœminis benè ſe habentibus hæc
medicamenta ſtatim à calore naturali valido actuata non præſtitere id, quod aliqui
cenſent, multò minus operabuntur in mulieribus acuto morbo obſeſſis, in quibus, vt
veriſimile eſt, natiuus calor eſt imbecillis, ita vt vix eiuſmodi medicamenta actuare
queat. Et dato, quòd actuentur, erunt potius apta ad febrem augendam, quàm ad fœ-
tum expellendum, quare illud medicamentum, quod pro certiſſimo, & tutiſſimo ha-
bet Moxius, è contra ego pro inefficaci, & periculoſiſſimo habeo. Succedit, quòd
Moxius ſcribit expelli poſſe, & tutò genituram, eò quòd eſt cauſa mortis matri, qua
expulſa ſaluatur mater: ſed ego inquiro, quomodo genitura hæc inanimis, expers ſen-
ſus, & motus poteſt eſſe cauſa mortis? eam quippe conſidero, vt eſt ſemen in vtero re-
ceptum, & per ſeptem dies nulla affectione præter naturam præditum, quo pacto cō- F
ſideratum impoſſibile iudico poſſe mortem matri inferre. Deinde dato per fiducia-
riam reprobationem, quòd poſſit expelli à medicamētis, non propterea poterit quid-
piam conferre ſaluti matris; nam etiamſi ſit quid præter naturam, & putredine affe-
ctum, vix credibile eſt, quod tam exigua moles valeat ita breui tempore cauſare acu-
tum morbum, qui ſit irreparabilis cauſa mortis.

Venio igitur in hanc ſententiam, quòd nulli mulieri, quouis morbo correpta, ac
quouis tempore, ſit medicamentum abortiuum exhibendum, tam propter agendi in-
certitudinem, quàm propter irreparabile damnum, quod inde ſuccedere mulieri po-
teſt. Et quamuis dicat Moxius conuenire Medico abortum directè commouere auxi-
lijs id efficientibus, quia vita matris actu eſt altioris notæ, quàm vita fœtus in potentia;
nam illa eſt actus ſuppoſiti abſoluti, hæc verò futuri, ſeu imperfecti viuentis; nihilomi-
nus gratis infert, ergo fœtus eſt expellendus; etenim ad probandam hanc conſe-
quentiam opus eſt validioribus inſtrumentis, quia fateor ego ſaluandam eſſe mulie-
rem, ſed non cum nece fœtus intra vterum viui exiſtentis, vnde cōmittendum (quoad G
hoc) onus naturæ, vt fructum ſuum deponat, qui ſacro baptiſmate frui poſſit, quòd ſi
violentia expelleretur, & mater, & fœtus facilè periclitarentur. Quare ſicuti fœtum
vita actuali præditum expellere eſt hominem in actu interficere, & homicidium com-
mittere; ita fœtum non viuum actu, ſed in potentia tantùm abigere, ſi non eſt actu ho-
micidium, eſt tamen reductiuè homicidium; quare concludo nullo modo medicamen-
tis abortiuis expelli debere fœtum, ſiue vitam in potentia, ſiue in actu habeat, ſed per-
mittendum eſt opus naturæ: & ratio eſt, quia non habemus talia medicamenta, quæ
valeant fœtum viuum impellere tutò, & abſque vitæ matris, & fœtus periculo, præ-
ſertim in mulieribus acuto morbo laceſſitis, vt ſupra dicebam. Atque hinc ſtatuo me-
dicamēta abortiua nunquam exhibenda eſſe vtero gerentibus ad fœtus expulſionem,
niſi vbi clarum ſit fœtum ipſum eſſe cauſam morbi fœtæ mulieris, qui tunc excluden-
dus eſt, tanquam res præter naturam, quare quando ſe habet fœtus ſecundùm natu-
ram, non eſt nullo pacto abigendus; nam tantum abeſt, vt ex illius reiectione afferatur
iuuamentum, vt potius ſit cauſa perniciei, & matris, & fœtus. H


Sunt denique aliqui caſus, in quibus expulſio fœtus nunquam proficere poteſt, ſed
ſemper nocere, vt quando grauidæ ad tantam calamitatem peruenerunt, vt nixus ſit
impoſſibilis, ita vt ex neceſſitate debeat expectari mors, vt eſt caſus ſupra poſitus de
mala vteri conformatione, in qua loca, per quæ exire debet fœtus, ſunt valde anguſta,
vel cum fœtus eſt ita grandis, vt exire nequeat, aut aliquod aliud adſit impedimentum
inhibens, ne grauida mulier poſſit ab partu ſe exonerare, iuxta Moxij determinatio-
nem, quare cur velint in his caſibus fœtum interficere non video; eſt enim præter
omnem rationem, & eò magis ſi fœta aliquo morbo acuto laboret, quia generantis,
& geniti abſque dubio ſequeretur extinctio, atque in hoc caſu cenſeo ſequendum eſſe
conſilium D. Ambroſij relictis prorſus abortiuis medicamentis. Hinc apparet quàm
decipiantur Aëtius, & reliqui illius opinionis proponentes medicamentum plenum
periculis, & abſque aliqua vtilitate; neque par eſt ratio nauis oneratæ, & mulieris vte-
ro ge-

Digitized by Google

A ro gerentis; nam merces poſſunt eligi grauiores, & in mare proijci, vt inde exonerata nauis facilius ſeruari poſſit à naufragio; at mulier acuto morbo obſeſſa non poteſt ſeruari ex reiectione fœtus; imò vt dictum eſt, facilius periclitatur.

Sed dices huiuſmodi caſum propoſitum non ſolùm eſſe difficilem, ſed deploratum, ſi mulier grauida ad finem perueniens ſuæ fœtationis reperiat tam graue impedimentum, vt non poſſit parere, & tunc non eſt cogitandum de abortu procurando ob allatas rationes: quid ergo facto eſt opus? Nullum profectò remedium ſecurius eſſe puto, quàm recurrere ad Deum optimum, & ſuos Sanctos, potiſſimùm Coſmum, ac Damianum; nam conſiderare aliquod humanum præſidium, quo poſſit fœtus, & fœta ſeruari, eſt admodùm difficile, & quaſi ſuperans captum humanum, niſi velimus arripere illud, quod proponitur à Franciſco Roſſeto lib. de hyſterotomotochia, ideſt de partu Cæſareo, vbi conſulit ſectionem in epigaſtrio; ſeu in abdomine faciendam, quæ hoc modo perficitur. Primùm ſecantur muſculi obliqui, & tranſuerſales ad latera muſculorum rectorum dextri, aut ſiniſtri lateris: deinde ſcindemus peritonæum, &
B tandem vterum, à quo foetus viuus extrahitur, quo extracto vulnera conſuantur, & pulchre arte conglutinentur, & ſic ſaluabitur, & mater, & foetus. Poteſt vnuſquiſque legere hunc authorem, & conſiderare, an imitari poſſit huiuſmodi ſectionem, ita vt habeatur, quod cupimus. Multa ipſe affert mulierum exempla, quæ eo auxilio fuerunt liberatæ vna cum ſuis foetibus. Addit inſuper hanc ſectionem adeo tutam eſſe, vt ex multis mulieribus, quas hac methodo curauit, nulla vnquam obierit. Hæc de abortu.

Inquirit poſt hæc Moxius, an ſemen, quod in noſtro corpore corruptum ſeruatur ferina inducens ſymptomata, ac funeſta, ius ſit ad vitam recuperandam foras directè eijcere, ſicut ius pro eadem cauſa ſemen iam conceptum etiam vita plantę, aut animali gaudens directè itidem foras deijcere, ſupra ſcripſimus. Res ſanè difficilis (ſubdit ipſe) & ardua, quæ multorum animos hactenus contorſit. Mihi, antequam rem attingam, opus eſt demonſtrare determinationem quæſiti huius non pertinere ad Theologos, quorum conſilium Moxius voluiſſe inquit, ſed eſſe merum Medicorum negotium, aut ſaltem id, quod ſtatuunt Theologi, pendere ex re medica. Ac primùm quò facilius rem
C omnem demonſtremus, ita vt ab alijs ſine difficultate intelligi poſſit, operæpretium duxi deſcribere vniuerſam naturam vteri, at quia hæc percipi nequit, niſi ipſe vterus, ac partes coadiacentes ipſiſmet oculis inſpiciantur, vnam tabellam totum id repręſentantes, en ſubijcio.



D

HAEc figura demonſtrat vterum cum omnibus ſuis partibus, nempe pudendum, ſeu vaginam penis, vterum, ceruicem, ſeu collum vteri, os ipſius, vaſa ſeminalia, teſtes, ac vaſa recurrentia.

AAA *Pudendum, vagiua penis.* B

BB *Nymphæ, quæ reſpondent præputio viri.*

C *Orificium, per quod ingreditur phalus erectus.*

DDD *Corpus vteri.*

E *Os vteri, per quod ingreditur ſemeu, & egreditur fœtus. Ab Herophilo fuit ſummo gutturis oſſi aſſimilatum, eò quòd mulieribus videatur in dies cartilaginius fieri, in his potiſſimùm, quæ multoties pepererunt.*

FF *Vaſa ſeminalia.*

GG *Teſtes intra corpus latentes.*

HH *Vaſa recurrentia, ſemen abducentia, & per vteri cornua in fundum ipſius deponentia.*

II *Demonſtrant cornua, & fines recurrentium intus ſemen eiaculantium.*

L *Orificium veſicæ vrinam deponentis.*

M *Caput vteri imitans vituli caput.*

NN *Latera ceruicis vtrimque apparentia.* E

OO *Vena, & arteria per vteri exteriorem ſuperficiem diſtributa.*

P *Tentiginis regio.*

QQ *Vaſa neruea à teſtibus in tentiginem terminantia.*



G

H*Æc Figura demonſtrat vterum in duas partes diuiſum, quam delineari curauimus, vt totus ipſius ſinus pateſiat, & conſequeuter appareat, quòd ob ſui leuitatem uon poteſt continere aliquid præter naturam, ſiue ſemeu corruptum ſit, ſiue alia quæcuuque fluida materia putrefacta, tum quia fundus eſt iu ſuperiori, os verò in inferiori, quod ſemper apertum eſt, vt exitum præbeat huiuſmodi materiebus, maximè quòd natura ſemper expellit id, à quo moleſtatur.* H

AABB *Tota vteri cauitas, quæ & ſinus dicitur.*

CD *Linea eſt diuidens ipſam cauitatem iu duas partes, non ſecus atque linea diuideus ſcrotum.*

EEEE *Sectionis factæ veſtigium, per quam vterus diuiſus eſt in duas partes.*

FF *Fundus vteri.*

GG *Orificium per quod ingreditur ſemen virile, & exit fœtus, & ſecundina tempore partus.*

HH *Membrana vteri ſunt à peritonæo enata.*

II *Membranæ quoque ſunt à peritonæo.*

L *Veſicæ orificium.*

A Vterus igitur, vt à nomine incipiam, μήτηρ à Græcis dicitur, hoc eſt mater, quòd ſit veluti fœtuum mater, vocaturque ὑστέρα, ideſt poſtrema, vel vltima: non quidem quòd ſit vltima in generatione, quia ſimul cum alijs partibus generatur, ſed ea ratione poſtrema dicta eſt, quòd in abdomine ſit poſtrema, & in fine ipſius poſita. Latini vterum appellarunt, quòd in eo veluti in vtre fœtus contineatur: alij etiam vuluam, quaſi voluam, aut valuam nominarunt. Eſt verò vterus, quod ad ipſius quidditatem ſpectat, corporis muliebris pars quædam organica, à natura facta, vt ſemen recipiat, retineat, & in fœtum, ſeu embryonem conuertat. Hæc definitio data eſt per materiam, efficientem, & finem: materia gerit vices generis, nempe pars, organica eſt differentia prima, qua ſeiungitur à ſimilaribus partibus: à natura facta, hæc particula in definitione poſita eſt, vt cauſa efficiens denotetur; natura enim eſt omnium partium tam ſimiliarium, quàm organicarum cauſa efficiens. Sed licet ad partes conſtituendas natura duplici vtatur virtute, nempè alteratrice, atque conformatrice, non tamen in omnibus partibus, & indifferenter ijſdem vtitur; nam alteratrix circa ſimiliarium, conformatrix ve-
B rò circa diſſimilarium ſtructuram verſatur.

In partibus autem conſtituendis, atque efformandis tria concurrunt, quorum primum à Galeno clarioris doctrinæ cauſa vocatur, id quod ineſt ſecundùm partium eſſentiæ rationem: ſecundum dicitur, id quod ex neceſſitate ſequitur; tertium appellatur, id quod neceſſariò accidit. Primum eſt partis procreatæ ſubſtantia quædam ſibi tam propria, vt nulla alia in toto corpore ſimilis inueniri poſſit, & proprietas propria meritò cenſeri poteſt, deinde proprium temperamentum, ſeu propria temperies, & hæc duo ad id, quod ſecundùm eſſentiæ rationem ineſt, pertinent. Secundum caput eſt ſecundæ qualitates omnes, quæ neceſſariò temperamentum, quòd à primis proficiſcitur, conſequuntur, vt ſunt durities, mollities, denſitas, raritas, craſſities, tenuitas, aſperitas, lenitas, odor, ſapor, color, & id genus, quæ omnia ad id, quod ex neceſſitate conſequitur, referuntur. Poſtremò adeſt partium compoſitio, quæ conſtat iuſta magnitudine, numero proportionato, ſitu decente, & idonea conformatione, quæ conſtat ex continua, & naturali figura. Ad figuram autem reducuntur ſuperficies, mea-
C tus, & cauitates, & hæc omnia dicuntur ex neceſſitate accidere, quòd enti in actu, & iam perfecto contingunt. Secundæ verò qualitates temperamentum neceſſariò ſequuntur: primum, & ſecundum caput ad ſimilares partes ſpectant; tertium verò eſt propria diſſimilarium, ſeu organicarum prærogatiua.

Vterus igitur, de quo inſtituitur ſermo, eſt pars organica, ſed cùm partes organicæ in duplici diſcrimine ſint poſitæ; aliæ ex partibus ſimilaribus communibus, aliæ verò ex communibus, & proprijs componuntur: priores ſunt caput, brachia, manus, pedes, & id genus, quorum ad partium ſimilarium ablationē tota ruit ſtructura; ablatis enim venis, arterijs, neruis, muſculis, oſſibus, cute, & alijs tota deſtruitur brachij, & aliarum partium ratio. Secundæ ſunt omnia viſcera, vt iecur, cor, vterus, & alia, à quibus etſi auferantur communes ſimilares, remanet adhuc propria illarum ſubſtantia, quam proprietatem appellauimus. In vtero itaque efformando natura, & alteratrice, & conformatrice vſa eſt: ab alteratrice proprietatem ſuæ ſubſtantiæ adeptus eſt vterus, quæ certè neruea non eſt, ſed ob ſimilitudinem, quam cum neruorum ſubſtantia habet,
D neruea dicitur, ſed potius membranea eſt, quod in recipiendo ſemine, hoc eſt in conceptu faciendo, & ad fœtus nutrimentum dilatari, & ad eius, & ſecundinarum excluſionem conſtringi poteſt, taleque temperamentum accepit, quale ad actionem ſuam peragendam requiritur; craſſitiem maiorem habuit, quàm reliquæ membranæ, quæ ſunt in abdomine, mollitiem decentem, vt cum ſuis partibus circum vicinis conuerſari poſſet, raritatē etiam, vt diſtenderetur faciliùs, colorem album non ſecus atque omnes membranæ habet, extra lenis, intus rugis quibuſdam cernitur ad ſemen ſecundùm naturam faciliùs retinendum. Hæc omnia à natura in ſui generatione per virtutem alteratricem obtinuit vterus.

A conformatrice verò ſitum, magnitudinem, numerum, & figuram recepit, quæ quatuor vteri prærogatiuæ antequam declarentur, opus eſt ad faciliorem doctrinam, vt priùs oſtendam vterum ipſum in duas præcipuas partes diuiſum eſſe, videlicet in eam, quam propriè vterum appellant, & in eam, quam Soranus κόλπον γυναικεῖον nomi-

nauit

nauit noſtri pudendum muliebre, quod pudendum virile recipit, vocauerunt, nec non & vaginam penis. Vterus illa eſt pars, quæ ſemen virile eiaculatum, nec non & muliebre in ſe recipit, cuius vna pars fundum appellatur, altera dicitur os, quod eſt foramen quoddã tinchæ piſcis, aut cania nuperrimè nati effigiem præſeferena, per quod ſemen virile ingreditur. Huic orificio præiacet altera pars, quæ ceruix, ſeu collum dicitur, quaſi in ceruicis fine ſculptum ſit orificium illud, vt vterus in fundum, & ceruicem meritò diui di poſſit, quæ omnia in prima Figura pulchrè ſuis litteris deſignantur. Hic audiendi non ſunt illi, qui dicunt pudendum muliebre eſſe vteri cernicem, cùm Gal. doctrina tum 14. de vſu part. cap. 3. tum 5. eiuſdem cap. 7. quàm maximè aduerſetur; nam ibi, vt etiam in lib. de ſectione vuluæ eam partem ceruicem vteri appellauit, in qua exculptum eſt foramen. B

Differunt inter ſe partes vteri iam dictæ craſſitiei ratione; nam ad orificium maior eſt, quàm in fundo, ita vt videatur ex carne muſculorum in al quibus mulieribus, in alijs verò ex cartilagine cõſtare. Quinimo Gal. ex Herophilo ſcribit in dies cartilaginiorem reddi in his muliebribus, quæ pluries pepererunt, quaſi rectè ab Herophilo huiuſmod pars ſummo gutturis oſſi aſſimilata fuerit: pudendũ verò muliebre non tam craſſum eſt, ſed membranoſum, & rugis tranſuerſis quibuſdam intus præditum. Cæterùm vterus propriè dictus altera membrana tanquam à cute quadam vndique obuolutus eſt: at pudendum minimè. Stante igitur hac vteri partium vera diuiſione ipſius ſitus, & reliqua declaranda veniunt, vt inde poſſim, quod ſum pollicitus, præſtare. Situatur itaque cum ſuo pudendo in illa ventris inferioris regione, quæ eſt ab oſſis ſacri principio ad pubem vſque, cui rectum inteſtinũ ſubſternitur, ſuper iacet verò veſicæ, vt plurimùm tamen in his, quæ iam venerem expertæ ſunt, & eò maximè ſi prægnantea ſint; tunc enim non modò veſicæ fundi regionem ſuperat, ſed totum abdomen ad vtrumque ilion occupare videtur, at in virginibus nunquam, aut rarò veſicæ fundum excedit. F

Magnitudo ipſius pro varia mulieris ætate, temperie, venereorumque vſu, muliebri profluuio, corporis proceritate, & fœtura variari contingit. Scribit Galen. 14. de part. vſu. cap. 14. mulieribus, quæ augentur, & quæ iam ſenuerunt, vterum minorem G eſſe veſicæ fundo, quæ verò venerem expertæ ſunt maiorem habere. Figura vteri, & potiſſimùm ipſius fundi non multùm à fundi veſicæ figura variat, non tamen adeo rotunda eſt, quemadmodum eſt fundum veſicæ; nam in ſuperiori ipſius regione in medio paulò depreſſior eſt duos angulos vtrinque eleuatos relinquens, quaſi nouilunij figuram præſeferat, quartam circuli formam æmulans. Nonnulli verò non ineptè capiti vituli nuper nati aſſimilarunt: angulos quidem iam dictos ad cornua, cauitatem verò, quæ in medio horum eſt, ad medietatem capitis vitulini retulerunt, quare, & meritò anguli à quibuſdam cornua appellati ſunt.

Galenus lib. de diſſectione vuluæ 3. ait eam ab hoc fundo deorſum deſcendentẽ ad ceruicem iam dictam anguſtari, & formam pyri non ineptè æmulari, in cuius fine foramen reperitur. Huic fundo, antequam anguſtatur, enaſcitur pudendum muliebre, tanquam vagina quædam reliquum vteri in ſe includens, deorſumque deſcendit veſicæ collum in ſe recipiens, anteriuſque ad pubis oſſa terminatur. Ipſius longitudo triplo maior eſt, quàm ſit vterus in muliere non vtero gerente. latitudo etiam varia eſt, H quemadmodum de fundo vteri eſt dictum: in fine huius pudendi intus ſubſtantia quædam reperitur, carnea portio, proportione glandi virili correſpondens: exteriùs verò vtrinque ligularum inſtar reperiuntur duæ oblongæ portiones ex cuticulari quadam ſubſtantia cõſtantes, nymphęæ appellatæ, quæ virili præputio vtcunque reſpondent. Relinquo modò diſputandum, num mulieris pudendum portionem illam carneam membro virili correſpondentem habeat, quam Auic. Albatharam appellauit; hoc enim eſt anatomicum negotium, vbi diſputatur, & acriter quidem, num ſit omnibus mulieribus ſecundùm naturam, an verò aliquibus præter naturam.

Verùm cùm dictum ſupra ſit ad figurã, ſuperficies, meatus, & cauitates referendas eſſe, hæc omnia breuiter indaganda nobis ſunt. Vterus, quia in duas parte præcipuas diuiſus eſt, nempe in vterũ propriè dictum, & pudendũ muliebre, ſcire licet eum vtrãque partem ſuperficiem internam, & externam habere, ſed interna contemplatione

A digna eſt, altera verò haudquaquam. Vteri ſuperficies exterior lubrica vndique exiſtit, niſi in ſuprema ſui parte, vt dictum fuit, in cuius medio excauata eſt, ſemicirculi, aut quartæ partis circuli in modum, duas aſperitates vtrinque præ ſe ferens, quæ cornua appellantur, in quibus foramina conſpicua intus permeantia oculis cernuntur. Interna vero ſuperficies excauata ſinus in modum cernitur. Nec in plures cellulas matricis ſinus diuiſus eſt, vt fabuloſè nonnulli arbitrantur, ſed intus linea quædam in medio exuberans conſpicitur, quę hunc ſinum in duas partes diuidere demonſtrat, nempe in dextram, atque ſiniſtram, vt apparet ex ſecunda Figura ſupra expoſita, ſed tamen nullum adeſt in medio obſtaculum, quo reuera diuiſus ſinus appareat. Pudendi exterior ſuperficies lubrica vndique eſt, in aliquibus mulieribus muſculoſa quædam ſubſtantia reperitur, quo nomine non videtur lubrica, & plana, & paulo aſperior à rugis muſculi reddita, vnde nonnulli pudendo aliquem motum voluntarium ineſſe ſtatuerunt. Interior verò ſuperficies excauata eſt rugis quibusdam tranſuerſis aſpera exiſtens.

B An modo in virginibus ad mediam partem internæ huius excauationis, & antri reperiatur: illa tam celebrata membrana, quę hymen appellatur, & aiunt eſſe veluti clauſtrum virginale, alterius eſt inſtituti. Sed quoniam varia eſt hominum opinio, cùm aliqui eam admittant, licet diſcordes admodum de ſubſtantia, deque ipſius ſitu ſint, & alij dicant in aliquibus reperiri, in alijs minimè, ſum huius opinionis, vt exiſtimem hanc membranam à natura minime intentam eſſe; nam hæc non intendit conſeruare virginitatem, ſed ſpeciei propagationem, vnde ſi feciſſet hanc membranam aduerſatam ſuiſſet primæ ſuæ intentioni, quia contingeret fruſtrari ſuo fine, propter quem mulieres, & viros procreat; clauſtrum enim illud impedimento eſſet, ne ſemen in vterum eiacularetur. Quamobrem ſi hæc quandoq; datur, puto eam eſſe præter naturam, Ego ſanè numquam eam obſeruaui, quamuis dum iuuenis eſſem Anatomiæ maximè deditus data opera multa diſsecuerim cadauera puellarum cuiuſcunque ætatis. Hanc ipſam membranam non dari multis rationibus probat Marcus Antonius Vlmus Patauinus in eo libello, quem inſcripſit Vterum muliebrem; Quemadmodum neque

C Laurentius ipſam admittit.

Iam declarauimus qualis ſit ſitus, quæ magnitudo, & figura vteri, properandũ nunc eſt ad numerum partium, Galen. lib. de diſſectione vuluæ eleganter admodum partes ad vterum ſpectantes deſcribit, dicens vterum aliquibus partibus coniunctione vniri, alijs adnexum eſſe à nonnullis dependere, ab alijs contextum quaſi eſſe, & tandem ab alijs nutriri. Primò quidem veſicæ collo, atque inteſtini recti inferiori, & quaſi extremæ regioni vnitus coaleſcit, & maxima cum difficultate, labore atque induſtria à peritiſſimo Anatomico ſeparari poteſt: idem inteſtini recti, atque veſicæ adnexus eſt mediante membranula quadam à peritonæo enata, adnectitur quoque oſſi ſacro, à quo etiam dependet, Cæterum à dorſi medulla, & lumborum muſculis, ligamentis quibuſdam dependet, neruis vero à ſpinali medulla propè oſſis ſacri ſuperiorem regionem exeuntibus, nec non ab ipſis, qui rectà deorſum ad vtrumque ſpine latus deſcendunt ad ſacri oſſis initia non modo annexus eſt vterus, ſed coniunctus, atq; vndequaque contextus.

D A venis verò, & arterijs variè affectus eſt, quandoquidem eæ, prout vtero famulantur, in duplici verſantur diſcrimine; aliæ ſunt, quæ tum à caua vena, tum ab arteria aorta ad renum regionem exoriuntur, ſeminalium vaſorum efficiendorum cauſa, ſed duplici modo; nam illæ, quæ vas ſeminale dextri lateris effingunt, à vena caua anteriori regione infra renem exortum ſuum ducunt, quæ verò ſiniſtrum adeunt latus ab emulgente vena, arteria verò à trunco arteriæ enaſcitur, quamuis communi ſorte hæc duo vaſa, nempe vena, & arteria ſeminalis ab emulgente ramo, quandoq; exoriantur; aliæ verò à ramificatione tum arteriæ, tũ venę magnę ad oſſis ſacri tertiæ vertebræ regionem emergunt, & in totam vteri molem diſperguntur. Vaſa igitur, quæ ad ſeminalia vaſa efformanda demandantur in duas diſtribuuntur partes, vna pars eſt, quæ aliquot ramulos offert exterius ſubſtantiæ vteri, altera quæ à ſuo exortu paulò progreſſa reuolutiones quaſdam, atque giros efficit, quibus vas ſeminale efformatum in muliebres teſtes deſinit.

Vnde minime ignorandũ eſt molieres non ſecns atque homines teſtes habere, ſitu B
tamen, ſebſtantia, magnitudine,& forma inter ſe differentes; nam viriles teſtes extra
pendula conſpiciuntur quatuor membrania obuoluti, nempe ſcroto, ſeu ſcorto,
innominata erittoide,& darto appellato; muliebres verò teſtes intus vnica tunica vi-
delicet darto contecti reconduntur. Præterea muliebres ex glanduloſa, viriles verò
ex molli, atque laxa carne conſtant, & vt Galen. de diſſectione vuluæ cap. 9. docuit,
feminæ longe minores ſunt, quàm viriles. Cæterum teſtes virilea oblongi, atque ro-
tundi, muliebres verò paululum depreſſi viſuntur. Differunt tandem ratione illi-
us materiæ,quæ in vtriſque continetur. Vaſa igitur ſeminalia hos teſtes ingreſſa aliam
de ſe portionem rectam vtero tranſmittunt, vnde prodeunt vaſa illa recurrentia ap-
pellata,quæ à teſtibus ad vteri cornua iam dicta deferuntur. Sed animaduertendum,
quod hæc vaſa recurrentia ſecundùm nõnullorum ſententiã apparent excauata,quod
in virilibus minimè obſeruatur, à teſtibus nonnunquam vala quædam recurrentium
vaſorum in modum exoriri in quibuſdam molieribus obſeruata ſunt, quæ deorſum
delata vtrinque per peritoneum extra abdomen feruntur in ſuperiorem vuluæ regio F
nem deſinentia in eam ſcilicet partem,quam propriè tentiginem appellitant, de qui-
bus quidem multi molta dicunt.

Vterus igitur hiſce vaſis alia & alia ratione coniungitur,nam ſeminarijs vaſis, & te-
ſtibus immediate vnitus coaleſcit, alija vero venis, & arterija adnectitur, & veluti alli-
gatus,atque enutritus, ſunt modo,& fibræ appellatæ per propriam ſubſtantiam tum
vteri,tum pudendi diſſeminatæ, quæ triplicis ſunt generis, aliæ rectæ, aliæ obliquæ,
aliæ tranſuerſales.

Et hæc eſt tota vteri fabrica,quæ quamuis ad hunc modum deſcripta noſtro nego-
tio appoſitè admodum faciat, nihilominus rem ipſam facilius intellecturos lectores
ſpero, ſi tota definitione explanata, expoſitiſque materia, & efficiente, finem
examini ſubijciam. Eſt vteri finalis cauſa fœtus, ſeu embrionis, & infantia genera-
tio; cùm enim natura ſuum hoc tam elegans tamque ſibi carum conſpexiſſet opifici-
um corruptibile eſſe,nec poſſe in perpetuum in indiuiduo conſeruari: ſubſidium quod
potuit, pro ſui perpetuitate conſeruanda machinata eſt, nempe fabricam iam deſcri- G
ptam, quæ tamen quia ſine ope ſeminis maſculini ſuo fruſtraretur fine,curæ fuit natu-
ræ non ſolum partes viriles,& muliebres generationi famulantes procreare, ſed illis
incredibilem quandam voluptatem adijcere,animæ verò concupiſcibili ineffabile ad-
iungere coeundi deſideriũ, à quibus duobus omnia animalia, quamuis ratione care-
ant, irritata,atque ſtimulata genus ſuum, ac ſi ratione vterentur, prudentiſſimaque
eſſent, ſuperſtes,& immortale, quoad fieri poteſt conſeruant.

Cum igitur vteri actio ſit ſeminis in fœtum tranſmutatio, & nequeat hanc actionẽ
celebrare,niſi ſemen virile intus eiaculatum fuerit,quod in vteri cauitatem effundi nõ
niſi pudendum virile in muliebre pudendum recipiatur, meritò ex ſubſtantia, quæ di-
latari, & conſtringi poſſit, conſtructæ fuerunt hæ partes. Omnis enim noſtri corpo-
ris pars organica ita à natura eſt comparata, vt reliquæ partes eandem componentes
in famulatum ſui ipſius veniant,quamuis alia,& alia ratione,quandoquidem vel actio-
nem totius organi primarò reſpiciunt, vel ſecundario. Si primo modo pars vnica eſt
in toto organo, quæ præcipua appellatur,& eſt ita propria, vt nulla alia ſimilis in cor- H
pore reperiatur: ſi ſecundariò,vel pars dirigitur ſimpliciter ad actionem,vel ad actio-
nis perſeuerantiã. Si dirigitur ſimpliciter ad actionem,uel actionis reſpicit neceſſita-
tem, vel eiuſdem perfectionem: ſi neceſſitatem, tunc appellatur pars rationem ha-
bens cauſæ ſine qua non, ſi à partis perfectionem reſpiciant, dicuntur partes ad me-
liorem totius inſtrumenti actionem factæ. Quod ſi actionem reſpiciant,ut ea perſeue-
ret, appellantur partes ad conſeruationem; ſunt enim a natura factæ conſeruationis,
totius inſtrumenti,& ſuarum partium gratia. Propria itaque ſit uteri actio, tranſmu-
tatio ſeminis concepti in naturam infantis, ſeu embrionis; recipit enim ſemen in ute-
ro quatuor mutationes, quæ ſunt Galen. authore, primo de ſemine ex Hippocr. ſen-
tentia in quatuor gradus diuiſi, ut ſupra ſatis dictum eſt.

Huiuſmodi igitur ſeminis tranſmutatio, quæ eſt totius uteri actio, fit primùm ab
illa uteri ſubſtantia, quam diximus ipſius eſſe proprietatem mediante ſuo tempera-

mento;

Digitized by Google

A mento: pudendum quippe muliebre admittit virile membrum, foramen verò illud, quod os appellauimus, ſemen, quod vt perfectè recipiatur, ceruix matricis ex ſubſtantia conſtat, quæ in mollitie, & duritie mediocritatem habeat, vt videlicet, quando ſemen introfertur dilatatum ſimul, atque tenſum, eò vſque dilatetur, & dirigatur matrix, quoad ſatis ſit ad ſemen intus recipiendum abſque impedimento, & vt vbi ingreſſum fuerit, poſſit perfectè claudi, ne ſemen effluat à matrice. Quare os vteri rationem habet cauſæ, ſine qua non, ceruix verò eſt ex illis partibus, quæ ſunt ad meliorem actionem. Nunc omiſſis Ariſtotelis opinionibus, tanquam Medicus Hipocr. & Galen. veſtigia, & doctrinam ſequens loquor, vnde dico, quòd præter iam dictam vtilitatem, quam huic ſummæ actioni præbet os vteri, duplici ratione etiam vtile eſt; nempe ad fœtum ſuo tempore eijciendum, nec non & ad exitum præbendum menſtruis purgationibus. Fibræ verò & ipſæ ſunt ad meliorem, & perfectiorem actionem; nam rectę trahunt, retinent obliquæ, tranſuerſales verò expellunt. Ex tali igitur ſubſtantia vterus conſtructus eſt, vt poſſit ad omnem dimenſionem dilatari, nempe in ſiniſtrum, atque
B dextrum latus.

Vteri porrò ſinus diuiſus ea linea cernitur, vt in ſiniſtro faciliùs fœminæ, in dextro verò mares contineri poſſint. Hinc eſt, quòd arteria ſiniſtri lateris ab emulgente arteria ortum duxit, ut ſcilicet ſeroſa materia in vterum delata refrigerandi aliquam occaſionem præberet: ex dextro uerò latere totum vas ſeminale ex trunco uenæ cauæ exoritur, ut ſanguine puro tranſuecto dextrum latus calidius redderetur, quibus nominibus in dextro latere mas, in ſiniſtro fœmina progigneretur. Vaſa igitur ſeminalia ſunt ſine quibus; nam ducunt ſanguinem ad teſtes pro ſeminis generatione, teſtes ipſum ad ſeminis perfectam rationem reducunt. Vaſa mox abducentia appellata nomen ab officio deſumpſerunt, quòd ſemen in teſtibus factum per cornua iam dicta in uteri cauitatem deponunt. Vtrum modò illa materia in muliebribus teſtibus ſit ſemen, an excrementum, ut uoluit Ariſt. alterius eſt negotij. Galen. 1. de ſemine, uult ſemen eſſe, & licet non tam perfectum, ut uirile eſt, eſſe tamen tale, ut ad generationem infantis concurrere poſſit. Siquidem ſeminis viri-
C lis tum nutrimentum euadit, tum etiam ad membranarum generationem facit. Non eſt modò, ut diſputemus, an mulieres emittant ſemen, nec ne; nam cùm ſenſus nobis demonſtret partes ſeminis generationi idoneas fœminis ineſſe, credendum certo certius à natura in vanum minimè factas eſſe, etenim ex decreto Ariſt. nihil fruſtra facit, ut Quarta Decade fuſiùs dictum.

Venæ autem illæ (quas à diuiſione ad os ſacrum ducere ſimul cum arterijs, & ad uterum ferri diximus) triplici ratione ſunt utiles: primò quidem, quòd alimentum omnibus uteri partibus deferunt, ſecundò, quòd totum muliebre corpus à ſuperfluo ſanguine expurgant: tertiò, quòd materiam pro fœtu alendo uehunt. Nerui uerò, quibus contextus eſt totus uterus, non modò ſenſum tactus illi præbent ſed texturam quandam efficientes, non ſecus atque illi nerui, qui ad os ſuperius ventriculi feruntur, alteram vtilitatem præbent ea non diſſimilem, quam prædicti nerui ori ventriculi contribuunt: ſiquidem vt illi ad indigentiam percipiendam, ita iſti ad maiorem voluptatem dati à natura ſunt, vt Galen. pluribus demon-
D ſtrauit, & hinc eſt, quòd nerui in his partibus eam texturam faciunt, quæ nullibi præterea in toto corpore reperitur. Partes deinde illæ, quas ad finem pudendi eſſe diximus, aliæ faciunt ad voluptatem, aliæ ad vteri conſeruationem, & pudendi ornatum. In primo cenſu ſunt portiones illæ carneæ ad finem pudendi intus reconditæ, in ſecundo verò ſunt nymphæ appellatæ: & hæc ſunt quæ ad vteri vniuerſam fabricam, & naturam faciunt ex ipſius definitione deſumpta.

Vteri partibus, & vſibus iam declaratis, opus eſt, ut uideamus, an Medicus (ut Medicus eſt) abſque Thelogorũ ope, & conſilio poſſit, ac debeat ſemen corruptum extra uterum elidere, vt ſupra propoſitum eſt. Scribit Moxius; *Hac res ita difficilis eſt in actuoſa medicina, quòd nulla altera, meo iudicio, difficilior occurrat; quia omnes Theologi conueniunt ſemine exiſtente optimo, ſola peccante quantitate nefas vlla ratione directè elidere; rurſum ſi ambigua fuerit qualitas, an quantitate, an qualitate potius peccarit, illicitum*

itidem: quia ſeminis profuſionē in nullo euentu licet procurare. Verùm ſi à ſua idea receſſerit, E
corruptum, inquam, fuerit, ac maligna qualitate donatum, adhuc lis ſub iudice, an ius, vel ſecus. Addit Moxius. *Pars affirmans probabilis videtur, ſi fœminā conſtituerimus, iam quaſi animam agentem, ſeu in maximo vitæ diſcrimine poſitam.* Quam, vt probet, ad hunc ſcribit modum. *Si enim licet fœtum inanimem in potentia proxima hominem, vt redimatur fœta naufraga, ab vteri clauſtro abigere, quanto magis licebit ſemen illud veneficum, omninò iam generationi inutile, ſopitis pariter cūctis fœminæ ſenſibus, & vna ferè abolita reſpiratione, & ipſa inuita, vt eandem ab orci faucibus liberemus, foras ab vtero abſtraheret*

Verùm ad probandam, & confirmandam hanc concluſionem præſupponit vnum, quod eſt, licere fœtum inanimem, in potentia tamen proxima hominem, ad ſaluandam matrem abigere, ſed falſum eſt hoc ſuppoſitum propter rationes ſuperiùs allatas; nam tantum abeſt, vt per expulſionem matrem liberemus à morbo, vt potius contrarium contingat, quare ſi non licet huiuſmodi fœtum, cùm non ſit præter naturam, medicamentorum abortiuorum violentia expellere, ne mater ad maius inconueniens deducatur, illud argumentum, quod eſt à re naturali deſumptum, non videtur probare eſſe quidpiam expellendum, niſi ſit præter naturam, quale nunc ſupponitur ſemen. Nec mea quidem opinione ad id probandum eſt opus adducere authoritatem doctiſſimi Thomæ Sanchez tom. 3. lib. 4. de matrim. diſput. 17. qui, vt Moxius inquit, hanc amplectitur opinionem nixus tribus rationibus, licere corruptum, ac venenatum ſemen cōfricationibus, & alijs auxilijs expellere, & quod magis eſt, inquit, nec curandum ſi obiter, & præter intentionem ſequatur iugiter ſeminis optimi emiſſio. Quia auxilia per ſe potiùs intendunt venenoſum ſemen elidere, per accidens autem, & præter ſcopum ſequitur altera optimi ſeminis profuſio Et hæc eſt prima ratio. F

Eſt & ſecunda ratio, licet medicamentis naturæ occurrere, vt prauas, ac noxias materias depellat, & ſi per accidens deinde ſequatur pollutio, ergo cùm ſemen ſit huiuſmodi, licebit & naturam ad expulſionis munus adiuuare. Tertiò confirmatur, quia licet cuique verenda refricare ad ſedandum pruritum: licet itidem & Chirurgis eadem verenda oſtendere, vt morbis medeantur, clauſas etiam aperiant, licet inde præter intentionem ſequatur pollutio: eo quòd dant operā rei licitæ, & neceſſariæ, cur ergo nō G
erit fas prauam illam materiem ſeminis corrupti foras detrudere, & ſi per accidens ſequatur pollutio? eò maximè, quòd in hoc caſu procul abeſt quoduis conſenſus periculum, ac delectamentum, quoniam fœmina in hoc affectu ſenſus, ac mentis impos ſit. Hæ ſunt rationes Sanchez, ſed inquit Moxius ſententiam oppoſitam, ceu tutiorem tenent Theologi plurimi, ac grauiſſimi, quos conſului, antequam ad noſtras manus perueniſſet opus Thomæ Sanchez, ac poſtea itidem, omnes inquiunt obiecta ratione ius quirē eſſe, vti ſupra de fœtu diximus, ita & ſemen foras elidere, quia in vtraq; hypotheſi directè intendimus fœminam iam animam agentem, ac mortis periculo expoſitam ab eadem vendicare.

Mihi verò hoc loci non videtur eſſe opus conſilio Theologorum; nam eius rei reſolutio potiùs pertinet ad anatomicam cōtemplationem. Omnes quippe in hoc conueniunt, vt eijciatur ſemen corruptū ab vtero, ſed circa modum diſcrepant, licet Thomas Sanchez ad illud elidendum frictiones proponat; cenſuit enim ſemen putrefactū contentum in vtero poſſe abigi frictionibus quibuſdam excitantibus facultatem vteri H
expulſiuam. Ac proinde exiſtimauit nullum eſſe inconueniens, ſi per accidens mulier excitetur ad libidinē, ita vt emittat ſemen cum voluptate. Verùm aliud eſt conſiderare ſemen putrefactum in cauitate vteri, quod nunquam emitti poteſt cum delectatione, & voluptate; & aliud eſt loqui de ſemine mulieris contento in vaſis ſpermaticis, præcipuè in teſtibus, vnde emittitur ſæpiſſimè cum delectatione. Si enim loquimur de ſemine contento in vaſis ſpermaticis, & teſtibus, tantum abeſt, vt ex huius eiaculatione alleuietur mulier, vt potius contrarium contingat, quippe quod ſuo aduentu auget quantitatem ſeminis, quod iam præſupponitur eſſe in cauitate vteri putrefactum. Quare nullo modo frictiones in partibus pudendi factæ poſſunt eſſe cauſa expulſionis ſeminis corrupti.

Adde, quòd eiuſmodi frictiones, ſi fiant circa terminos externos pudēdi muliebris, nempe circa tentiginem, aut nympheas vocatas, vt plurimùm excitant mulieres ad

volupta-

A voluptatem, ſi præſertim ſanæ fuerint, at hic proponitur mulier, quæ iam agat animã, cum hac ſpe, vt abiectione ſeminis reuiuiſcat, & à morbo liberetur, quamuis in hanc veniam cum Sanchez ſententiam, vt putem mulierem in hoc ſtatu exiſtentem nullam ex frictionibus percipere poſſe voluptatem, quemadmodum in tertia ratione aſſerit idem Sanchez. Quare frictiones quæcunque fuerint, inutiles ſunt, quacunque in parte factæ, niſi velimus dicere id efficiendum eſſe per impoſitionem manus obſtetricis per pudendum muliebre, quæ ita tenuis, & delicata ſit, vt vno digito poſſit non modò attingere os vteri, verùm etiam intus cauitatẽ, ita vt os ipſum aperiatur blandè, & abſq; violentia; tunc enim temporis abſque periculo pollutionis poterit viam præbere ſemini in cauitate vteri exiſtenti, & eò facilius, quia natura id, quod moleſtum eſt, ſemper curat extrapellere, quale eſt ſemen, quod ſupponitur putrefactum, quare pellente natura ore vteri patefacto egredietur illud ſemen putrefactum. Adhæc adhiberi poſſunt peſſarij artificio quodam facti, inter quos ille eſt, qui proponitur à Franciſco Roſſetto, lib. de partu Cæſareo.

B Quòd verò manus obſtetricis, digitaſque ipſius intra cauitatem vteri tutò ingredi poſſit ex Hippocr. probatur facillimè lib. 1. de morb. mulier. vbi volens, vt mulier alia cognoſcat de interna lęuitate vteri conceptionem impediente, non ex interrogatis, ſed ex ipſiſsimo duorum digitorum intromiſſorum contactu, dum vteri, inquit, vacui ſunt; non enim tunc, dum vteri pleni ſunt (vt antea dicebat) hoc fit manifeſtum (plenitudinẽ autem à menſtruo, & non à fœtu eum intelligere oportet) Ex quo Hippocr. loco, cùm pateat in non grauida digitum obſtetricis ad manifeſtè explorandam vteri lęuitatem penitus immitti poſſe, quid ni ad præbendum exitum ſpermatis putrefacti in vteri cauitate retenti? Dicamus ergo digitum ipſius obſtetricis aperire poſſe abſque vlla violentia os vteri, & abſque pollutionis periculo.

In hoc ſenſu non ineptè adaptari poſſe puto illud peſſarij genus, quo Roſſetus ad vterum prolapſum in ſuum locum reponendum, & conſeruandum vtitur, quia verò à nullo, quem ego viderim, id genus peſſarij deſcribitur, non grauabor eius verba in medium afferre, quæ ſunt hæc. *Ex ſimplici autem, & perpolito ſubere potiùs, quàm ex*
C *duplici geniſteis (vt tunc factum eſt) clauiculis diſſilire periclitantibus iunctio id fieri ipra ſtat, idque incruſtari cera alba paululum liquata, quo ferè modo ſebacea candela fiunt. Licet verò ſuber et rei ob leuitatem, & computreſcendi difficultatem accomodatiſſimum lignum ſit, quia tamen longa dies id tandem exedere poteſt, malim peſſarium id fieri cauum ex laminis auri puri puti, aut argenti purgatiſſimi tenuibus, ne ſi fiat ſolidum, os vteri prægrauet: quod ad eam latitudinem, ſpiſſitudinemque affabrè leuigari debet, ne ab eius ſcabritie vlla vterus alteretur. Sed quia non omnibus ex eo ligno Mercurius ille fieri poteſt, qui thura, quod dicitur non habent, falsa mola litare contenti ſunt. Interim ex hoc perdiſcere eſt, quod quibuſdam paradoxum habetur, in actibus aphrodyticis os vteri non parum aperiri ſolere. De quo paulò poſt fuſius agetur; hoc enim ad probationem neceſſariã intromiſſionis eius peſſarij vnicè pertinet.* Hæc Roſſetus.

Huiuſmodi peſſarium tanti fecit Roſſetus pro ſuſtinenendo vtero, vt nullum aliud genus præſidij ei comparandum eſſe putauerit: ad hunc ſcribens modum. *Qui tanti faciendus eſt, vt præ illo cæteri nihil ſint, neque adeò plus noceant, quàm proſint malum ad-*
D *augentes moleſtia, dolore, grauitate, actionũ impedimento, & laxandi, diſtendendique continuatione importuna.* Intromitti igitur poteſt id genus peſſarij, vbi præſupponitur putridum intus adeſſe ſemen, quamuis ſcribat ipſum prægnantibus mulieribus ſine fœtus detrimento poſſe adhiberi, multò igitur magis in noſtro caſu poteſt talis peſſus intromitti ad hoc, vt exitus præbeatur ſemini præſuppoſito, quamuis ſim huius ſentẽtię, vt ſi daretur huiuſmodi caſus de putrido ſpermate, quòd abſque alio externo auxilio à natura propelleretur, idque contingeret non ſecus atque aduenit, vbi craſſa, cruda, viſcoſa, mucoſa, pallida, viridia, & fœtidiſſima excrementa, ſiue in vteri ſpatio nata, ſiue aliunde fluentia per apertam vteri ceruicẽ in ſubiectam, diuexamque colli matricalis viam grauidis perinde, ac non prægnantibus foras extillant. Cæterùm ſi daretur huiuſmodi ſemen putrefactum in vteri cauitate retentum, facillimo negotio poſſet extrafluere, non ſecus atque aliæ materiæ præter naturam collectæ per os vteri ſuapte natura præterfluunt, quia in hoc caſu non eſt veriſimile, vt orificium vteri clau-

datur ea ratione,qua claudi ſolet, vbi ſemen eſt ſecundùm naturam.Igitur duplici via, quicquid in vteri ſpatio continetur, vt exeat,cogi poteſt, nempe manu obſtetricis, nec non & peſſario præſuppoſito. B

Moxius autem huius eſt opinionis,vt ad expellendum præſuppoſitum ſemen medicamentis purgantibus totum corpus vti ſit opus,licet directè, & per ſe nullum detur, quod ſemē attrahat,& vacuet.Rurſus cenſet vtendū eſſe alijs præſidijs valentibus illud abſumere,quæ in plurima occurrunt copia: deinde quibuſdā pharmacis prauam illam qualitatem ſoluentibus: tandem proponit peſſos acres,& mordaces per vteri ſpatium iniectos, vt dolorifico illo ſenſu attrahatur ſemen illud prauum. Hic præſupponit vnum Moxius,quod videtur ferè impoſſibile, nempe ſemen incluſum in cauitate vteri inducens morbū acutiſsimum expellēdum medicamentis purgantibus, atque peſſarijs acribus, quæ apta ſunt interficere matrē potiùs,quàm ſemen prolicere,præſertim cùm ſupponatur illam iam in extremo ſuæ vitæ eſſe, quo in tempore vix credibile eſt, vt mulier in tali ſtatu exiſtens poſſit talia ſuſtinere auxilia.Sed Sanchez rei anatomicæ haud peritus putat ex frictionibus poſſe extramitti, quod tamen (vt oſtenſum) eſt falſum; iudicat enim frictionibus adaptatis (ſi contingat pollutio) poſſe adiuuare expulſionem ſeminis intus vteri cauitatem contenti,quod tantum abeſt,vt ſequatur illud iuuamen, vt oppoſitum potiùs eueniat; nam ſemen excitatum per frictiones eſt ſemen muliebre, quod, vt ſupra dictum eſt, à vaſis recurrentibus per cornua vteri ad fundum ipſius deponitur, vt ex prima Figura ſuperius poſita patere facilè poteſt, quo in loco vnitur ſemini virili iam putrefacto. F

Sed turpiùs quidem mea opinione Moxius errauit, qui Medicus eſt, præſuponens huiuſmodi caſum, nempe ſemen in vtero putrefactum,non modò ad morbum acutiſſimum, ſed ad mortem ægrotantem producere poſſe, & ad liberandam mulierem iam animam agentem oportere efflunum ſeminis procurare. Nam ſi rem ipſam ad trutinam rationis redigamus, videbimus ferè impoſſibile eſſe, vt tam breui tempore ad tantam putrefactionem reducatur ſemen,vt mulier ſit breui peritura; nam quando eiaculatum fuit ſemen, mulier iam erat ſana, & in vterum ſemen virile recepit; ſpatio nimirum ſeptem dierum opus eſſet ad tantum putredinis gradum perueniſſe (nam ſi vltra illos ſeptem tranſijſſet,non amplius dicendum eſſet ſemen, ſed conceptio) atq; ad venas ipſam communicaſſe, vnde vaporibus elatis in cor, aut aſcendentibus ipſis putrefactis humoribus inducta fuerit illa acutiſsima febris,quæ morti proximè mulierem traxerit. Hæc res,etſi videatur admodum difficilis,eam tamen, vt veram ſupponamus cum Moxio,non propterea remedium ad ſaluandum fœtum erit ad medicamenta recurrere purgantia, quia per ſe hanc actionem perficere minimè poſſunt, niſi (vt ſupra dictum eſt) per accidens euacuando vniuerſum corpus, quare non videtur rationi eſſe conſonum, vt ea ſtatim expellant ſemen putrefactū,quod eſt matris cauſa acutæ febris, & periculi mortis; & dato,quòd ipſum expellerent,non propterea poſſe ſeruari mater,niſi ablata putredine ex venis febrem acutam faciente, quam ſemen putrefactum cauſauit. Deinde proponit Moxius pharmaca, quæ non poſſunt agere, niſi cum ſuo tempore, hic verò ſupponitur opus eſſe inſtantaneo medicamento, alioquin peribit fœta. Tandem laudat peſſarios acres, & mordaces, qui ſua mordacitate irritent facultatem vteri expultricem,& ſemen expellant. Reprobat denique frictiones, quemadmodum re uera improbandæ ſunt, non ſolùm, quòd ſint periculoſæ ad commouendam libidinem,verùm (vt ſupra dictum eſt) quia omninò inutiles,quoniam in præſuppoſita muliere iam iam labente, & morti proximæ parum valent ad libidinem excitandam. Et hæc ſunt, mi Conſtantine, quæ tuo nomini dicare volui meis Miſcellaneis medicinalibus finem imponens: faxit Deus,vt tuo palato arrideant, vt ſpero;tunc enim me ſtudioſis rem gratam feciſſe,& vtilem certo certius putabo. H

FINIS DECIMAE DECADIS.

Digitized by Google

IOANNIS BAPTISTAE CORTESII

APPENDIX AD CVRATIONEM FEBRIVM MALIGNARVM, AC PESTILENTIVM.

ABſoluto de decem Decadibus Miſcellaneorum medecinalium libro, (Deo optimo maximo fauente) in memoriam venit, me in eodem tractaſſe de febre maligna, ac peſtilenti, tam quo ad cognitionem, quàm quo ad curationẽ, decade ſeptima; quamuis de febris veræ peſtilentis cognitione, niſi per comparationem ad febrem malignam,
B vtriuſque tamen curationem conuenientem ſatis prolixè in medium adduxi: vbi oſtendi methodum curatiuam eundem ſcopum habere; nempe auferre malignitatem in vtraque ſpecie febris, per triplex medicinæ inſtrumentum, nempe dietam chirurgiam, & pharmatiam, quorum inſtrumentorum auxilia, & materias, nec non rectum vſum aperui, ſatiſque dilucidè (ni fallor) examini ſubieci in inſtrumento pharmatheutico medicamenta, tam ſimplicia, quàm compoſita, quæ iudicaui vtrique febri conuenire; verùm cùm iſtis diebus rumor quidam præcrebuerit, duas huius Regni præcipuas ciuitates peſtem obſediſſe, & nunc etiam in actu obſidere, Panormum nempe, ac Drepanum, cùm tamen inter homines, vt fieri conſueuit, ſint variæ hinc inde diſtractæ opiniones, cùm aliqui dicant fieri minimè poſſe, vt huiuſmodi morbus, qui vagatur per has duas ciuitates, & præſertim per Panormum ſit peſtis, hac ratione ducti, quòd aer non ſit corruptus à cuiuſquidem corruptione vera peſtis fieri conſueuit, nam ab aere prauo, & vitiato ſecundùm ſubſtantiam intus inſpirato per aſperam arteriam ad pulmones, inde ad cor ſit vera peſtis, at nullus eſt,
C qui hactenus obſeruauerit aerem ipſum eſſe corruptum, & vitiatum, merito igitur concludunt peſtem veram minimè eſſe poſſe, quæ vagatur per has duas ciuitates. Verùm Decade 7. in examine illius particulæ primò de differentia febrium, vbi Galen. ſcribit peſtẽ fieri ut plurimùm ab inſpiratione, hoc eſt, ab aere corrupto intus inſpirato, deduximus, quòd ſi ex aere inſpirato peſtis ſit (ut plurimum) ergo fieri poteſt, vt fiat ab aliqua alia cauſa, ut à prauo humorum apparatu, ſiue à fomite quibuſdam in rebus recepto conſeruato, & quodamodo enutrito, quemadmodum ſunt ueſtimenta cuiuſcunque generis, uel animalium pelles cum pillis in quibus ſeruantur miaſmata, ſeu uapores, qui ubi res ita dimouentur, aeriq; exponantur ventillandi cauſa, ſtatim homines præſentes, & has res contrahentes interimunt, unde pulchrè Fabius Paulinus ſcribit ex Thucididis auctoritate, peſtem eſſe corruptelam, aut ſtragem hominum ſua lingua ita ſcriptum eſt λοιμὸς ἐστὶ φθορὰ τῶν ἀνθρώπων, quæ ſtrages, aut corruptio non modo ab aere corrupto proficiſci poteſt, ſed ab alijs etiam cauſis, ut dictum eſt, nempe à prauo quodam humorum apparatu: ſed cum hac conditione, ut aer aliqua ex parte con-
D ferat, quod tunc eſt, quando ipſe non ſeruat in omnibus temporibus ſuam naturam, vt quando vel humidior ſit, vel calidior, quàm conueniat, ſed ſiue hoc ſiue illo modo contingat vult Galen. ad conſtituendam veram peſtem, vt ex his, qui ægrotant complures moriantur; at referunt in prædictis ciuitatibus rem ita ſe habere, vt quamplures moriantur, ergo dicendum eſſe videtur peſtem eſſe, quamuis Euſtachius Rudius lib. de febre peſtilenti cap. 30. velit, quòd inuadere, & mori complures non ſit de eſſentia peſtis, ſed ſit accidens quodã, inquit enim, quòd vnicus homo in ciuitate reperiatur, in quo vera peſtilentis morbi eſſentia ſit vnà cum ſuis prauis ſymtomatibus eſſentiam inſequentibus nulli dubium eſt (inquit) quòd is homo peſtilenti morbo, & peſte laboret, & tamen hic morbus epidemicus & popularis non eſſet, ſed Vir doctiſſimus vnum ſupponit impoſſibile, nempe in ciuitate dari hominem peſte laborantem cum ſuis prauis ſymptomatibus, & non ſit morbus epidemicus, praua enim ſymptomata peſtis ſunt communicari hominibus per contagium omnibus modis, eoſque

interficere,

interficere, ſi enim ſolus homo daretur in ciuitate cum peſte, nec poſſet alijs ſuam pe- E
ſtem communicare, dicenda minimè eſſet peſtis, cum ſuapte natura ſit communicabi-
lis, vbi non edeſſent alij homines, non poſſet communicari; hic dicendi modus vide-
tur ſimilis dictioni illius, qui cùm fortè interrogaretur quid optaret, reſpondit ſe
velle eſſe in mundo ſolus, & cùm rurſus percontaretur quid ipſe agere veller, reſpōdit
denuò ſe velle facere panem ad vendendum; cùm enim ea Thucidide dictum ſit pe-
ſtem eſſe corruptelam hominum, neceſſeriò ſequitur, vt ipſa ſit communis omnibus
hominibus, non vni ſoli propria. Addit vnum Paulinus magna dignum conſideratio-
ne, nempe Galen. ſuas peſtis definitiones ab hoc Thucididis loco accepiſſe; ſed quid-
quid ſit de hac materia, nunc intentio mea non eſt diſputare de eſſentia peſtis cùm pu-
tem tunc veram peſtem dicendam, ipſiuſque caracteriſmum verum eſſe, cùm per vnã
vel plures regiones graſſatur maiorem hominum partem, quam inuadit interficiat, vt
colligitur ex Calen. 3. in 3. epid. come. 19. Sed cùm præteritis temporibus ſcri-
pſiſſem Tractatum de maligna febre, etiamſi omnia ſimplicia medicamenta conſide-
raſſem, quæ à grauiſſimis, & doctiſſimis ſcriptoribus in medium afferuntur, ex quibus F
componi poſſunt omnia antidota, omnia eleaipharmata, & elexteria, & aliqua
etiam ex compoſitis pro curanda febre maligna in medio attuliſſem; de medica-
mentis autem compoſitis ad peſtem attinentibus ex profeſſo parum, aut nihil
meditatus ſum, id quod nunc pro ingenioli mei tenuitate contemplandum ag-
gredior, nempe medicamenta, quæ in vſu his temporibus eſſe ſolent, multa colli-
gens auxilia compoſita, quæ ab antiquiſſimis, nec non antiquis quidem, & recentio-
ribus etiam inuenta ſunt, & ad noſtram vtilitatem, idem perſcripſerunt, ijq́ue pro va-
ria peſte in varijs locis vagante ad vſum deduxerunt magno hominum beneficio, ad
quorum imitationem curaui componere electuarium quoddam, quo poſſem homi-
nes his temporibus præſeruare ab huiuſmodi infeſto vagante morbo, & ſimul etiam
eo obſeſſos liberare; nam cùm nobiliſſima hæc Meſſana ciuitas (Deo Optimo Ma-
ximo fauente, Beataq́ue Virgine intercedente) ab omni peſte, & lue praua libera ſit,
imò verò dicere poſſum viginti ſex abhinc annis, quibus & interpretor medicinam,
eamq́ue publicè exerceo in prædicta ciuitate, nunquam ſaniorem ciuitatem obſer- G
uaui, vt eſt præſenti in tempore, nec ſanè vnquam tot paucos obſeruaui ægrotan-
tes, atque iſtis temporibus obſeruantur. Hoc igitur Electuarium inprimis, vt omnes
nobiliſſimæ huius ciuitatis conciues, & Dominos meos ab huiuſmodi praua lue præ-
ſeruare poſſem compoſui, & cum multis medicis amicis meis in febribus malignis
multoties, & quaſi infinities in praxi probaui feliciſſimo cum ſucceſſu, nam ægrotos à
febre maligna correptos, & quaſi ad miraculum vſque e corpore malignitatem ex-
pellit, verùm quamuis primaria mea intentio fuerit meos Meſſanenſes ab huiuſmo-
di peſtilentia quantum humanis permittitur præſeruare nihilominus ſummæ curæ
fuit mihi eam itidem compoſitionem externis etiam impertire: hinc curaui eandem
typis mandare, vt illæ ciuitates quæ infectæ ſunt poſſint pro ſua neceſſitate ea frui, di-
uulgatiſſima eſt Hipocratis ſententia, medicamenta ea, quæ inhibent ne fiat morbus
factum quoque curare; quare hæc Antidotus non modò præcauet homines à peſtife-
ra lue, ſed ipſas ab eadem curat, ſi ea, vt decet vtantur, quod paulò poſt in ipſius vſu
declarabo; verum quidem non ſolum ſub prelo id genus medicamenti exponere vo- H
lui, ſed etiam illa medicamenta, quæ à medicinę principibus pro hoc argumento ſcri-
ta reperiuntur, & ab illis probata fuerunt in medium adducere volui, vt illi qui in pe-
ſte ſunt, præſertim medici, eligere aliquod horum poſſint, quod iudicabunt pro ſua
intentione aliquid poſſe, vel ea poſſint contemplari, eorumq́ue exemplo componere
talia, quæ pro neceſſitate ad vſum reducere poſſint, qui verò peſte carent aliquod eli-
gere valeant ad populi conſeruationem, & inter alia auxilia præſeruantia, & con-
tra peſtem pugnantia occurrit primò Antidotus ab Hipocrate ſcripta, qua populum
Athenienſem à peſte liberauit.

De An-

A De Antidoto qua vſus eſt Hipp. Athenis, ad liberandum populum ſeuiſſima peſte afflictum.

Huius meminit Actuar. lib. de compoſ. med. ad verbum deſcripſit Maſſar. lib. 2. de peſte.

℞. *Calami odorati.*	*Spica Nardi. lib.* v.
Iunci odorati.	*Coſti. vnc.* iiij.
Herba ſabina. ana vnc. iiij.	*Folij. vnc.* viij.
Viticis ſeminis.	*Caſſia. lib.* ß.
Cardamomi.	*Amomi. vnc.* iij.
Cyperi.	*Et hae ſeorſum teruntur.*
Crocomagmatis. ana vnc. v.	*Maſtiches. vnc.* iiij.
Nardi celtica. lib. ß.	*Hoc priuatim item atteritur.*
Aſpalathi. vnc. vij.	*Stiracis. vnc.* x.
Pilularum cupreſſi.	*Styrax paulatim adijcitur precioſis bellarijs.*
Roſarum. ana vnc. iij.	
B *Ladani.*	*Therebentina. lib.* iij.
Mirrha.	*Mellis atici. lib.* v.
Thuris. ana lib. j.	*Vini veteris q. ſ. ad bellaria maceranda conficiuntur, puro melle excepta.*
Baccas Iuniperi paruas nume. xl. *hae vna tundantur priuatim.*	

Antidotus de ſanguinibus Democratis, à Galeno deſcripta. 2. de Antidotis.

℞. *Sanguinis anſerini ſicci.*	*Aſari.*
Teſtudinis marina.	*Ameos.*
Hedi.	*Cimini. ana drag.* j. ß.
Anathis ſemina.	*Croci. drag.* xij.
Amomi.	*Radicum trifolij.*
Piperis albi.	*Polij.*
Opobalſami.	*Scordij. ana drag.* v.
C *Rutha ſilueſtris.*	*Seminis petroſelini. drag.* iiij.
Napi ſilueſtris. ana drag. iij.	*Baccarum iuniperi pinguium.*
Myrrha.	*Acori.*
Spica nardi. ana drag. x.	*Rhapontici.*
Cinamomi. drag. vj.	*Mei.*
Roſarum rubearum.	*Dictami.*
Caſſia. ana drag. viij.	*Phu.*
Iunci rotundi odorati.	*Amoniaci thimiamatis.*
Coſti.	*Dauci. ana drag.* ij.
Thuris. ana drag. j.	*Seminum fœniculi.*
Peperis longi. Aniſi.	*Agarici. ana drag.* ij. ß.

Contundantur contundenda, & cum melle decocto duplicato ad pondus omnium fiat electuarium.

Philippus Ingarſias parte 3. de peſte cap. xij. ſcribit à Paulo deinde à Manardo Antidotum hanc fuiſſe variè alteratam, nec non & vltimo à Fallopio, pretermiſſis tamen horum correctionibus, commendat ſummopere Damocritis compoſitionem, quam nullo modo alteratã aut adulteratam eſſe debere ſcribit: non ſecus atque aliæ antiquorum antidotus, & hæc ſunt antidota antiquorũ, & alia etiam multa ſunt eiuſdẽ generis quæ etſi ad meum propoſitum facerent, ne nimius ſim eas ſilentio inuoluo, & permitto vt vnuſquiſque ea legere addeat, & venio ad alios authores minus antiquos inter quos occurrit primo Arnaldus à villa noua cui compoſitio hæc adſcribitur.

D

℞. *Seminum iuniperi. drag.* ij. & ß.	*Et rotunda.*
Cariophyllorum.	*Barba gentiana.*
Macis.	*Tormentilla.*
Nucis muſcata.	*Barba herba tunica.*
Zedoaria.	*Dictami.*
Zinziberis. ana drag. ij.	*Enula campana. ana drag.* j. ß.
Ariſtolochia longa.	*Saluia.*

Seminum Saluiæ.
Rutha.
Balſamithæ.
Menthæ.
Pæoniæ.
Pulegij ceruini. ana drag. j.
Doronici Romani.
Baccarum Lauri.
Seminum Acetoſæ.
Citri.
Baſiliconis.
Maſticis.
Thuris.
Boli Armeni.
Terræ Sigillatæ.
Spodij.
Oſſis Cordis cerui.
Raſuræ Eboris.

Cornu Vnicorni. B
Margaritarum.
Saphiri
Smaragdi.
Corallorum rubeorum.
Ligni Aloes.
Sandali rubei.
Hyacinti.
Topatij. ana drag. j.
Saccari roſati.
Dia Borraginati.
Dia Bugloſſati.
Dia Nenufarati.
Dia Cetoſellati.
Pulparum Tamarindorum acetoſorum. F
Theriacæ. ana drag. iiij.
Saccari. lib. ij.

Miſce, & fiat electuarium cum aqua ſcabioſæ, & roſarum.

Nullum alium authorem claſſicum, & probatum, quod ipſius mentionem habeat hactenus inueni.

Huic Electuario affine, & quaſi eiuſdem naturæ eſt illud Electuarium, quod Papæ vocant: adſcribitur Guidoni à Gauliaco, referunt enim ſuis temporibus peſtem tam ſeuam fuiſſe, ac immanem, per totũ mundum, vt occiderit duas hominũ partes, vix tertia parte ſoſpite & viua manente, hocq; medicamento vtebatur Guido ad fugandam illam peſtem; ipſius hæc eſt compoſitio, quæ habetur ſcripta in Euvecherij Antidotario, nec non & in Auguſtana Pharmacopea.

Antidotus adſcripta Guidoni. G

℞. *Granorum Iuniperi. drag.* ij. *ß.*
Cariophylorum.
Macis.
Nucis moſcatæ.
Zinziberis albi.
Zedoariæ. ana drag. ij.
Gencianæ.
Tormentillæ.
Herbæ Tuniceæ.
Dictami albi
Radicum Ariſtolochiæ rotundæ.
Ariſtolochiæ longæ. ana. drag. ij. *ß.*
Saluiæ.
Rutæ.
Balſamitæ. ana drag. j.
Menthæ criſpæ.
Radicum Chelidoniæ. ana drag. j.
Baccarum Lauri.
Doronici.
Croci Orientalis.
Seminum Acetoſæ.
Citri. ana drag. ß.

Seminum Ocymi.
Maſticis.
Thuris.
Boli Armenæ.
Terræ Lemniæ.
Spodij præparati.
Oſſis de corde cerui.
Raſuræ Eboris.
Margaritarum præparatarum.
Corallorum rubeorum.
Fragmentorum Saphyri.
Smaragdi.
Ligni Aloes. H
Sandali citrini.
rubei.
muſcellini. ana drag. ß.
Conſeruæ Roſarum.
Bugloſſæ.
Nymphææ.
Theriacæ electæ. ana vnz. ß.
Saccari optimi. lib. iij.

Diſſoluatur Saccarum cum aqua Scabioſæ, & Roſarum, addendo Camphoræ ſcrup. j.
Miſceantur omnia, vt artis eſt, & fiat Electuarium ſecundum artem.

Sunt

Sunt modo alij recentiores, qui multas Antidotos in hunc finem ſcripſerunt, quemadmodum eſt illud electuarium, quod de ouo inſcribitur, quo Maximilianus Imperator vtebatur tempore peſtis, & eſt inter famoſa medicamenta à varijs authoribus, vt dixi, deſcripta aduerſus febres malignas, & peſtilentiales, nec non aduerſus ipſiſſimam peſtem, non ſolùm ad curationem, ſed & ad præſeruationem, & quamuis ipſius plures deſcriptiones reperiantur inter illas, hanc tanquam cæteris efficaciorem, & magis probatam hic tranſcribere non piguit.

Antidotus de Ouo.

℞. *Ouum gallinæ recens, & educto per apicem albumine, id quod vacuum eſt croco orientali non pulverizato imple, vitellum non auferendo, poſtea cum alio putamine, iterum occlude, ne quid tranſpiret, & lento igne, vel poſt fornacem tandiu aſſa in ollula, donec tota oui teſta ad nigredinem deueniat, exempta e teſte materia exiccetur, vt in mortario exquiſitiſſime contundi, & in puluerem redigi queãt addendo pulueris ſinapis albi quantum prædicta omnia ponderent, poſtea*

℞. *Pulueris Dictami albi.*
Tormentillæ.
Mirrhæ. ana drag. ij.
Cornu cerui.
Nucis vomicæ. ana drag. j.
Pulueris Angelicæ.
Pimpinellæ.
Granorum iuniperi.
Zedoariæ.
Caphuræ. ana vnz. ß.

Miſce omnia ſimul in mortario, & tandem adpone Theriacæ optimæ ad pondus omnium & iterum piſtillo fortiter contunde, & commiſce per tres quaſi integras horas agitando, & fiat Electuarium ſecundùm artem

Relinquo modò aliquas Antidotus communiſſimas, quemadmodum eſt inprimis Diaiacyntum confectio liberans, quæ medicamenta quamuis nullũ agnoſcant authorem, ſunt tamen vbique vſitata. Eſt electuarium de Gemmis, eſt & confectio Alchermes, quorum pleni ſunt libri: eſtque illud electuarium de Nucibus à multis deſcriptũ, nec non Diaſcordium tam diuulgatum, & in officinis aſſeruatum, quod à Hieronymo Fracaſtorio eſt deſcriptum, & accipio illam pulcherrimam, & non ſatis meo iudicio laudatam antidotum, quam Andreas Mathiolus Vir in cognoſcendis ſimplicibus medicamentis ſingularis deſcripſit; eſt autem huiuſmodi.

Antidotus Matthioli.

℞. *Rhabarbari.*
Rhapontic.
Radicum Phu.
Acori.
Cyperi.
Quinque folij.
Tormentillæ.
Ariſtolochiæ. rotundæ.
Pæoniæ.
Helenij.
Coſti.
Iridis.
Camaleontis albi. ana drag. iij.
Galangæ.
Imperatoriæ.
Dictami albi.
Angelicæ.
Mille folij.
Philipendulæ.
Doronici.
Zedoariæ.
Zinziberis. ana drag. ij.
Agarici. drag. iij.

Radicum Libanotidis maris.
Gentianæ.
Morſus Diaboli. ana drag. ij. ß.
Seminum Mali citri.
Viticis.
Cocci infectorij.
Fraxini.
Acetoſæ.
Paſtinacæ Silueſtris.
Napi.
Nigellæ.
Pæoniæ.
Ocymi.
Irionis.
Thlaſpis.
Fenieuli.
Ammi. ana drag. ij.
Baccarum Lauri.
Iuniperi.
Hederæ.
Smilacis.
Cubebarum. ana drag. j. ß.

MMMMM 2 *Foliorum*

Foliorum Scordij.
Chamedryos.
Chamepytios.
Centauri minoris.
Nardi celtici.
Calamintha.
Rutæ. ana drag. j. ß.
Menta.
Betonica.
Verbena.
Scabioſa.
Cardui Benedicti.
Meliſſa. ana drag. j. ß.
Dictami Cretenſis. drag. iij.
Sampſuci.
Hyperici.
Iunci odorati.
Marrubij.
Galanga.
Sabina.
Pimpinella. ana drag. ij.
Caricarum.
Nucum iuglandium.
Piſtaciorum. ana vnz. iij.
Mirabulan. emblicorũ. vnz. ß.
Florum Borraginis.
Bugloſſa.
Roſarum.
Lauandula.
Saluia.
Roris marini. ana ſcrup. iiij.
Croci. drag. 3.
Caſſia odorata. drag. 2.
Caryophilorum.
Nucis moſcata.
Macis. ana drag. ij. ß.
Piperis nigri.
Piperis longi.
Sandalorum omnium.
Agallochi. ana drag. j. ß.
Cornu cerui. vnz. ß.

Vnicornu. drag. j. B
Oſſis cordis cerui.
Ramentorum Eboris.
Virga ceruina.
Caſtorij. ana ſcrup. iiij.
Terra Lemnia. ana drag. iij.
Opij. drag. j. ß.
Margaritarum Orientalium.
Ramentorum Smaragdi.
Hyacinti.
Coralli rubri. ana drag. j. ß.
Caphura. drag. 2.
Maſticis.
Thuris.
Styracis. F
Mirrha.
Gummi Arabici.
Therebentina.
Sagapeni.
Oppoponacis.
Laſerpitij. ana drag. ij. ß.
Moſchi odorati.
Ambra. ana drag. j.
Olei vitrioli. vnz. ß.
Specierum Cordialium.
Diamargarit.
Diamuſci.
Diambra.
Diagemma. G
Trociſcorum Caphura. ana drag. ij. ß.
De Vipera. vnz. ij.
Succi Acetoſa.
Sonchi.
Scordij.
Bugloſſi.
Meliſſa. ana lib. ß.
Hypociſtidis. drag. ij.
Theriaca electa.
Mitridatis optimi. ana drag. vj.
Vini odorati. lib. iij.
Sacchari albiſſimi. lib. viij.

Fiat electuarium ſecundùm artem.

Hæc eſt illa tam celebrata Antidotus, quæ non modò ad venena tam intus, quàm H extra aſſumpta, verùm etiam ad febres peſtilentes, & peſtem ipſam tam præſeruandi, quàm curandi mirificè prodeſt, de qua idem Andreas Matthiolus in Proemio 6. lib. in Dioſcoridem ad hunc loquitur modum.

Sed ne aliquid (inquit) *preſtans Antidotum deſideretur in his noſtris comentarijs, me probi, ac fidelis Medici munere functum exiſtimauerim, ſi hoc in loco quadam Antidota, mihi longo labore comparata, magni ad venena momenti deſcripſero, qua non modò ijs, qua per os aſſumuntur, ſed etiam ijs, qua animalium morſu, vel ictu eijciuntur, ſummo, ac praſentaneo fuiſſe remedio comperi. Licet autem hac atate rari admodum habeantur Medici, qui ſua pandere Arcana velint, ſi quod nacti ſunt pulchrum, & ſingulare auxilium, tamen cùm mihi conſilium ab initio fuerit, mea opera, quantulacunque ſit, omnibus generatim prodeſſe alienum quidem, inhumanumq́ foret; ſi modò vel inuidia, vel auaritia compulſus aliquid ſilentio inuoluerem, quod in arte medica vſui futurum putem. Primam igitur Antidotum*

A *tum, cuius admirandas in venena vires, ſæpius expertus ſum* (& poſt allatam compoſitio-
nem ſtatim addit) *atque ita omnibus perſuadere poteris Antidotum hoc non ſolum præſtan-
tiſſimum eſſe (vt ante diximus) contra omnia venena, quæ per os ſumuntur, itemq; aduer-
ſus ea, quæ morſu, vel ictu relinquuntur, verùm etiam in peſtilentia, cui mirificè opitulatur
quotidie aſſumptum, & præcipuè ad præſeruandos ſanos, & ſi cui inanimo fuerit, vt præſen-
taneum adferat auxilium, hæc faciat oportet.*

℞. *Antidoti præſcripti.*
Syruppi Citrei Mali cortice parati ana lib. j.
Aquæ vitæ. lib. v.

*Ex optimo, odoratoque vino confecta, totieſque vitreis organis repurgatæ, & quinta eſ-
ſentia ſpeciem præſeferat.*

Deinde omnis hæc in vas vitreum inijciat duplex, rebus inditis capacitatis; po-
ſtea vaſis ore ita obturato, vt nullus ſpirandi meatus relinquatur, magna cum dexteri-
tate aquam in vaſe cum electuario tamdiù agitet donec totum diſſoluatur, atque tum
B vaſis ore cera, vel pice obducto in menſem integrum reponat, quod tamen bis in
hebdomada agitari conuenit, eo modo quo antea dictum eſt, fit enim, vt electuari-
um facile reſideat in fundo ſi dimittatur; exacto denique menſe claram aquam, au-
reo colore nitentem electuario ſupernatãte inueniet, & quæ iam omnem illius vim
in ſe contraxerit, tum itaque vas ipſum aperiat, & in vas aliud item vitreum lim-
pidam aquam paulatim effundat, cuius os cum cera, & membrana acuratiſsimè obtu-
ret (nam ſi illud diei ſpatio apertum ſineret, omnis concluſa aqua in aura euaneſce-
ret) tanta hæc aqua virtute pollet (quod millies expertus ſum) vt quatuor drachma-
rum pondere pota, vel per ſe, vel cum pari odorati vini quantitate, vel ſtillatitiæ cui-
uſuis aquæ ad cordis robur facientis, vbi quis ictus, vel demorſus à quocunque vene-
nato animali in tanto mortis diſcrimine verſaretur, vt vocem, viſum, ac reliquos ferè
ſenſus amiſiſſet, ægrum ingenti adſtantium admiratione à longo veluti ſomno exci-
tat, quin & vomitione plerunque infectorum humorum copiam exhaurit; huius An-
tidoti honorificè loquitur, & mentionem habet Philippus Ingarſia qui ad hunc mo-
D dum lingua ſua vernacula loquitur. *A voi ſtarà farui comporre il primo Antidoto di Mat-
thiolo, il qual tanto celebra coſi in forma di elettuario, come in aqua per bere eccellentiſſimo,
non ſolamente contra ogni veneno, ma ancora contra la peſtilenza per preſeruare, & curare.*

Afferam aliam Antidotum cuius meminit idem Ingarſias lib. de peſte. part. 3. cap.
15. quam inuentam fuiſſe à quodam Iacobo Riccio, cuius Ingarſiæ hæc ſunt verba.

*E tempo è, che ſeriuiamo l'Antidoto di Iacomo Riccio alubricare vn poco il corpo, quãdo ne
hà di biſogno tanto per preſeruare, quanto per curare al tempo di peſtilentia, il quale Anti-
doto volontieri, e con molta fede mi inchino, per eſſere infinite volte eſperimentato dal detto
Iacopo, medico eletto, & ſtipendiato dagli Deputati della ſanità di Venetia à medicare gli
appeſtati nell'Oſpedale, il quale chiamano eſſi Lazaretto, che in queſto caſo à niuno ſi dee ha-
uer tanta fede, quanto à quelle che n'hanno fatto lunga, & ſicura eſperientia, & non à quelli
che non n'habbiano medicato. Ci ſà dunque indubitata fede il Maſſa, che il detto maeſtro
Iacopo con queſto elettuario preſeruò infiniti dalla peſtilenza, tanto, che niſſuno di quelli, che
preſero tal medicamento reſtò, che non fuſſe preſeruato, anzi di più molti infetti con Apoſte-
C me maligne negli emuntorij, & carboncoli peſtiferi hauendo preſo queſto electuario, furono
liberati: la cui recetta è queſta.*

Antidotus Iacobi Riccij.

℞. *Specierum Diamuſci.*
Diarodonis.
Trium Sandalarum. ana drag. iij.
Oſſis cordis cerui.
Et loco huius cornu cerui vſti.
Corallorum rubeorum, & alborum.
Florum Roris marini.
Roſarum Damaſcenarum.
Sandalorum rubeorum.
Citrinorum.
Seminum Ocymi.
Citri. ana vnz. j.
Rabarbari electi. drag. ij.
Cardui benedicti. vnz. ß.
Fragmentorum precioſorum.
Margaritarum. ana drag. ij.
Seminum Perforatæ, ſeu Hipericonis.
Ocymi gariophillati.
Zedoariæ. ana vnz. j.
Ligni Aloes.

Spica

Digitized by Google

Spica Nardi, ana vnz. ß. B
Diagridij. drag. j.
Croci. drag. iij.

Vbi hæc omnia in puluerem redacta fuerint adde Conſerua Roſata, Borraginis, Bugloſſa, Violata, Theriaca, Triſera Perſica, Diaprunis ſolutiui omnium partes æquales quantum eſt ſatis, & redigantur in forma electuarij.

Addit Ingarſias. *Ma perche noi non l'habbiamo quì ſcritto come ſolutiuo; ma più toſto eſſendo il biſogno come lenitiuo à lubricare il corpo, perciò basterà qualche volta pigliarne ſolamente due drãme, quando non fuſſe intentione di purgare molto, ſe nõ per nettare lo ſtomacho. e gli inteſtini, & le vene meſaraiche, e parte circoſtante inſino al fegato, e tanto più ſarà la ſua purgation leggiera, quanto, che oltre di eſſerui poco ſolutiuo riſpetto alla proportione di tante altre coſe non ſolutiue, vi è ancora meſcolata la Theriaca, la quale raffrena ancor la purgatione, ò più toſto la debilità.*

Hic Philippus Ingarſias ſcribit huiuſmodi medicamentum non propoſuiſſe tanquã ſolutiuum, ſed vt lenitiuum potiùs, & certè ſi conſideretur compoſitio huius medicamenti, videbimus fieri minimè poſſe, non dico ſolutiuum, ſed quod neque poſſit eſſe lenitiuum, quod facile probari poteſt ex ipſius compoſitione, pulueres enim ſunt ad libram vnam vnciæ duæ, & dragma vna, ſolutiui verò pulueres adeo ſunt in pauca copia, nam Rhabarbarum non excedit dragmas duas, Diagridium verò attingit dragmam vnam, nulla eſt proportio quatuordecim vnciarum, & dragmæ vnius ad dragmas duas Rhabarbari, & Diagridij, hoc eſt dictu nulla eſt proportio ſolutiuorum ad non ſolutiua, at diceris ſolutiuum eſſe ratione electuarij Diaprunis ſolutiui, quod minime eſſe poſſe demoſtro, ad formandum electuarium ad minus requiritur pro quauis libra puluerum adſint quatuor libræ mellis, multo magis ad electuarium componendum ex conſeruis, quæ duriores ſunt, & craſſiores ipſo melle, nam eſſet opus pro quauis libra puluerum accipiendæ eſſent plus, quàm quinque libras conſeruarum; ordinariè Meſues ponit tres vncias puluerum pro vna libra mellis, at conſeruæ, præſertim Roſarum, Bugloſſæ, Violarum, & Burraginis longè ſolidiores ſunt ipſo melle, quare videretur in maori copia eſſe debere pulueres, ſed G eſto, quod ſimul cum tribus electuarijs iam factis, Theriaca nempe triſera, atq; Diaprunis habeant proportionẽ cum melle, & omnia ſimul mixta componant electuariũ: non propterea euadet ſolutiuum, quandoquidem pro quauis vncia ipſius, ingreditur tantummodo diagridium ad quinque grana & ſemis, Rabarbarum verò ad granum vnum, vnde fieri nequit vt ſit ſolutiuũ: oſtendi namq; Decad. 8. tract. 2. Scamoneũ per ſe ſolum acceptũ ex ſententia Meſue requirere duodecim grana ad minus, vt ſoluat, quod cum alijs mixtum facere minime poteſt, multo minus Diagridium in tanta pauca quantitate poſitum, in hac compoſitione poterit ſoluere ventrem, non igitur huius electuarij vncia poterit purgare (vt ſcripſit Ingarſias) & multo minus, ſi ipſius accipiantur 2. dragmæ: addo, quòd Scamoneum, quod noſtris his temporibus fertur non eſt in illa perfectione, vt ſperare liceat, quòd duodecim grana poſſint quantũ opus eſt pro quauis vncia huius electuarij corpus expurgare, & multo minus ſi in Diagridiũ cõuertatur, nam in ipſo pomo Cotoneo remanet maior pars ipſius, non eſt igitur ſperandum, mea opinione, vt grana quinque Diagridij, & vnum Rabarbari poſſint iſtud H electuarium reddere ſolutiuum, ſed potiùs conturbatiuum, quare in hanc venio ſententiam, vt putem melius eſſe ad hunc reformare modum, recipientes Diagridij, & Rabarbari ana vnciam vnam, & loco conſeruæ Roſarum accipere ſyrupum roſatum ſolutiuum in eadem quantitate, & tunc faciliùs reduci poterit ad formam electuarij, & reddi ſolutiuum, & quia Theriaca impedit ſolutionem loco huius acciperem mitridatium, quod magis valet in huiuſmodi caſibus, quã Theriaca, & æquis ſumptis portionibus conſeruarum, & Syrupi Roſati adderem Diaprunis ſolutiui ad libram vnam, tunc habebimus electuarium ſolutiuum & moderate quidem, nam pro quauis ipſius vncia aderit ſolutiui ad ſcrupulum ſemis, tunc enim poſſet vncia ſemis, ipſius accepta, eſſe veluti lenitiuum quoddam, ad vnciã verò vnã acceptum, & vſq; ad vnciam vnã & ſemis, faciet purgationẽ moderatam, hiſce enim temporibus, quantum fieri poteſt, à prauis humoribus corpus expurgare opus eſt medicamentis paucæ mollis, & validæ

virtutis

A virtutis huiuſmodi Electuarium ita reformatum poterit vbi opus fuerit acceptum ad vnciam ſemis leniter expurgare, & vbi opus fuerit plus purgare, poterit augeri doſis ab vncia vna, ad vnciam vnam, & ſemis, & hæc de iſto Electuario, ab Ingarſia propoſito. De recto vſu huius, & aliorum poſt deſcriptionem mei Electuarij pertractabo, & breuiter quidem.

Molti altri Antidoti ſemplici, & composti ſono ſcritti da varij Dottori, i quali volendo qui tutti aggregare ſarebbe farne vn Chaos, ne ſapeſte qual di quelli ſcegliere. Baſtano dunque queſti già detti, de i quali potrete pigliar qualſiuoglia, che vorrete, che tutti ſono buoni, eſperimentati, e ſicuri. A voi ſtarà ſarui comporre il primo Antidoto di Matthiolo, il qual tanto celebra coſi in forma di elettuario, come in aqua per bere eccellentiſſimo, non ſolamente contra ogni veneno, ma ancora contra la peſtilenza per preſeruare, & curare. Ben è vero, poco manco fatiga ſarà à farlo, che il Mitridato, ò la Theriaca, ma ben vi conchiudo, che ſe con queſto reggimento, & con queſti antidoti già detti non vi potrete preſernare, che niun altro vi ſarà baſtante tanto più co'l voſtro giuditio, ſe voi ſiate medici, ò col parere de medici potrete fare infinite compoſitioni, pigliando de' detti medicamenti ſemplici, e compoſti ſecondo B *il tempo, la compleſſione, e tutte l'altre varie circonſtanze nell'arte conſiderabili, più caldi, ò freddi, ò temperati, in forma di poluere, di electuario, di ſiroppo, di confetto ſolido, & finalmente in qual modo, che l'huomo ſarà più facile, & pronto à pigliarlo.* Huc Ingarſias.

Antidotus, ſeu Electuarium Ioannis Baptiſtæ Corteſij.

Poſt deſcriptionem aliorum authorum, qui attulerunt auxilia pro preſeruads, ac curanda peſte noſtrum iſtud auxilium pro eadem intentione in medium afferre viſum eſt nobis, vt vnuſquiſque ſtudioſus cum alijs comparare ipſum poſſit, & videre an ſit idem cum ſuperioribus, an ab ipſis differat, & quamuis videatur multa continere, quæ cum ſuperioribus conuenire poſſunt, in baſi tamen, quæ eſt præcipua medicamenti pars, valdè diſcrepat, demoſtraui Octaua Decade cap. 2. medicamenta compoſita conſtare ex baſi, medicamentis adiuuantibus, & corrigentibus, oſtendique baſim medicamenti aliquando compoſitam eſſe, quemadmodum in preſenti compoſitione ea- C dem baſis eſt compoſita; nam conſtat ex lapide Bezoar, ex radice Contraherbæ, de quibus & eorum facultatibus multum diſceptauimus eo in tractatu Decade Octaua ad Fiochettum, oſtendimuſque aduerſari venenis, & peſtilentialibus febribus, deinde adſunt Margaritæ, quorum facultates eodem tendunt, vt videre eſt præter alios authores apud Ioannem Baptiſtam Siluaticum, qui pluribus demonſtrauit eas aduerſari, & venenis, ac peſtilentibus febribus, de Bolo Armena, & Terra ſigillata adeò clarū eſt in Galeni doctrina, vt nihil clarius, nempe eandē habere facultatē cū prædictis, aliquod dubiū videretur de Terra Melitenſi, quæ tamen ſecundùm cōmunem Medicorū Melitenſium opinionem non eſt inferior Terræ Lemniæ, in impellenda à febribus malignis, & peſtilentibus mala qualitate, ac peſtilenti, quod ipſius confirmat ſubſtantia Terræ ſigillatæ minimè diſſimilis, eſtque efficaciſſima in venenis deſtruendis, & extra corpus abigendis, valet præſertim ad venenum ſcorpionum, audiamus quid de illa dicat Philippus ingarſias ſuo vulgari Idiomate; hæc ſunt ipſius verba.

Non laſciarò quiui trattando di queſte terre aggiongere quella terra, ò pietra di S. Paolo D *portataci da Malta, la quale quanta virtù habbia contra il morſo di Scorpioni, ne fanno teſtimonianza ogni giorno quelli, che l'incantano, chiamati da noi Cirauoli, li quali ſi ne ſeruono contra il detto veneno, tanto per bocca, quanto anco in porla ſopra il morſo de Scorzoni.* Subdit deinde, *perche paſſando San Paulo per l'Iſola di Malta, diede à quella Iſola virtù (come ſin hoggi ſi vede) di diſtinguere il veneno del ſcorzone; perciò ſi tiene per fermo à tal pietra hauer data tal virtù il detto San Paolo,* & quod plus eſt, addit; *anzi dicono alcuni per diuino miraculo operato dal medeſimo Apoſtolo: eſſere ſorto iui quel monte nel qual ſia la detta pietra.* Et Andreas Matthiolus in Quinto Dioſcoridis lib. cap. 130. De Samia ad hunc ſcribit modum. *Id quod aliquando animum traxit ad credendum eam terram, vel Samiam, vel Samia ſimilem eſſe, quam magni faciunt Circulatores, qui ſerpentes circumferunt à Melita Inſula allatum, quam vulgo appellat (la pietra di S. Paolo) ſiquidem hæc colore candido ſpectatur, lingua tangenti pertinaciter adhereſcit, mollis eſt, ac ſuccoſa, facileque*

Digitized by Google

leq́ue friabilis, & aduerſus venena, & in ſerpentum ictus Lemniæ vices explet, atque ea me- b
dicamenta, quæ venenis aduerſantur eadem aduerſus peſtilentiam valere necnon maligni-
tatem auferre ex Galeno, clarum eſt, qui ſcripſit nihil aut parum differre, hæc tria ve-
nena nempe ſerpentum venenatorum, peſtis, & quod in corporibus noſtris gignitur
cum igitur hæc ſpeties terræ aduerſus venena, & peſtem tantum valeat, eam tanquam
baſim, ſimul cum alijs ſuperioribus appoſuimus non quidem quod qualitatibus mani-
feſtis dicantur habere tot prærogatiuas, ſed illis à facultate occulta aut vt aiunt à tota
ſubſtantia euenit, quare huius tam vtilis medicamenti ſtatuimus pro baſi hæc quinque
nempè lapidē Bezaar, contraherbam, margaritas, bolum armenam, terram ſigillatam,
necnon & terram Melitenſem, reliqua vero aſſumuntur pro adiuuantibus, & corrigen-
tibus ipſam baſim. Verum hoc loco animaduertere volo iuniores ſtudioſos, non omni-
bus datum eſſe, vt cognoſcant medicamentorum compoſitionem, aliqui enim ſunt qui
aliquod medicamentum compoſitum ſuperficietenus conſiderant tantum, alij verò
profundius rem meditantes agnoſcunt ſtatim baſim, & alia medicamenta ipſi baſi
inſeruientia, idem contingit non cognoſcentibus medicamenti compoſitionem; quod F
Diuus Auguſtinus ſcriptum reliquit 40. ſermo. de verbis Domini, contingere illi qui
videt literas in codice optimè ſcripto, & non nouit legere, laudat quidem antiquarij
manum admirans apicum pulchritudinem, ſed quid ſibi velit, quod indicent ille apices
neſcit, & eſt oculis laudator mēte non cognitor, alius autē & laudat artificium, & capit
intellectum, ille vtique qui non ſolum videre quod commune eſt omnibus poteſt, ſed
etiam legere, quod qui non didicit non poteſt, ita qui vident compoſitionem medi-
camenti, vt dicebam nec vlterius penetrant dicunt pulcherrimum eſſe medicamen-
tum eo quod contineat res precioſas quemadmodum eſt lapis Bezaar, contraherba,
fragmenta precioſa, theriaca, mitridatum, & id genus alia medicamenta, reſpicentes
tantum medicamēti corticem, at ille qui compoſitionis artem callet non modo laudat
pulchritudinem, & elegantiam medicamenti, verum inſpecta & contemplata medi-
camenti compoſitione percipit baſim, & ea medicamenta quæ ipſam baſim adiu-
nant, & ea medicamenta quæ ventriculum corroborant, quæ virtutem ducant ad cor,
ad iecur, & venas, in quibus cōtinentur humores maligni ſimiliter & ea quæ cerebrum G
corroborant, & quæ facultatem baſis augent, & quæ calidiora medicamenta tempe-
rant, denique quæ ſint ea quæ medicamentum compoſitum conſeruant, quæ ad
aſſumendum, & accipiendum per os gratius guſtui reddunt, hæc omnia ineſſe huic
medicamento facile poterit percipere, qui artem componendi medicamenta agno-
uerit. huius medicamenti compoſitio, & forma eſt huiuſmodi.

℞. *Lapis bezaar optimi.*
Radicis contraherbæ. *ana vnc.* j.
Margaritarum præparatarum. *vnc.* ß.
Boli armenæ orientalis.
Terræ ſigillatæ Magni Ducis Hetruriæ.
Terræ melitenſis. *ana drag.* j.
Radicis ariſtolochiæ rotundæ.
Ariſtolochiæ longæ.
Dictami albi. *ana drag.* iij. ß.
Radicis celidoniæ maioris.
Saluiæ.
Rutbæ.
Mentæ criſpæ.
Balſaminæ. *ana drag.* j.
Granorum iuniperi.
Zedoariæ.
Zinziberis.
Nucis miriſticæ.
Macis.
Cariophilorum. *ana drag.* ij.
Baccarum lauri.
Doronici.
Croci.
Acetoſæ.
Citri.
Ocymi.
Maſticis.
Thuris. *ana drag.* ß.
Scordij præparati.
Raſuræ eboris.
Corallorum rubeorum. H
Zafiri præparati.
Smaragdi.
Ligni aloes.
Sandalorum rubeorum.
Alborum. *ana drag.* ß.
Conſeruæ roſarum.
Bugloſæ.
Violarum.
Theriacæ optimæ.
Mitridatij. *ana vnc.* j.
Conſeruę de agredine citri. *vnc.* iiij.
Sacchari optimi. *lib.* iij.

Diſſolue

A *Diſſolue Saccharum cum aquis roſarum, & ſcabioſæ q. 5. addendo caphoræ. drag. j.
fiat electuarium ſecundum artem.*

Hac medicamenti compoſitione multoties in febribus malignis vſus ſum, & felici
cum ſucceſſu, vt ſuperius dixi, in quibus non rarò obſeruaui homines ex toto refrige-
rátos eſſe, itaut & manus & pedes, ac vniuerſum corpus totum refrigeratũ erat, & cum
maxima virium languiditate, vt fieri ſolet in huiuſmodi febribus malignis, qui ſtatim
ab aſſumpto medicamẽto, calefacti ſunt quaſi à morte reuixerint, harum febrium ma-
lignitatem ita expellit, & fugat, nulla in corpore remanẽt veſtigia malignitatis, confert
quam maxime dolori capitis, ventriculi, omniumque artuum totius corporis, & pre-
ſertim ſpinæ, id quod in me expertus ſum, adeo non vehementibus doloribus in tota
ſpina, & ſuis muſculis ceruicis, nempè dorſi, & lumborum vſque ad os ſacrum crucia-
bar, vt vix poteram per lectum moueri, niſi alterius auxilio, huius, medicamẽti copiam
ad drag. j. & quandoque duas accipiebam ſuperbibens decocti ligni ſancti, & ſalſæ, in
aqua betonicæ & cicorei ad Balneũ Mariæ facti ad vnc. vj. idque per 24. dies aſſumpſi
B feliciſſimo cum ſucceſſu, quo, Deo dante, fui liberatus, quamuis ſim ſeptuagenarius, &
vltra, ſed quod magis eſt, multi qui hoc medicamento vſi ſunt retulerunt mihi ipſũ val-
de mouere venerem, adeò calorem innatum corroborat, quo ad vſum ſpectat, doſis
ipſius eſt, quemadmodum aliorum antidotorum ſupra ſcriptorum, quamuis Mathio-
lus, concedat de ſuo dragmas tres, poteſt quoque hoc noſtrum medicamentum aſſu-
mi, ad duas, & tres, dragmas, & ad ſemi vntiam vſque, maxima vrgente neceſſitate.
Nec poſſum ſatis mirari Philippũ Ingarſiam, qui aliquod ex prædictis non acceperit,
aut compoſuerit determinatum aliquod medicamentum, pro preſeruatione & cura-
tione peſtis, ſuo tempore vagantis; nam ſcribit variandum eſſe, & poſt quam attule-
rit varios diuerſorum authorum antidotos, ſcribit adhunc modum.

*Biſogna dunque variare volendoſi l'huomo preſeruare dal contagio, cioè che vna matina
ſi piglia vna o due pillole di ruſo, l'altra vna dragma di theriaca, l'altra vn poco di conſerua
di limone, o di agro di cedro o di agreſta, o di tutto il cedro, ouero di tutto il limone, & qualche
volta ancora e buona la conſerua roſata di roſe roſſe, ouer due cuchiarelle del ſyropo di agro di*
C *cedro, o del giuleppe del medeſimo o del ſyropo delle roſe aromatizato con beuerſi appreſſo vn
poco d'aqua di acetoſella, o di ſcabioſa o di meliſſa, la quarta mattina potra pigliarſi vna
dragma o vna e mezza di queſto electuario de ſanguinibus, la quinta pigliarſi quella compo-
ſitione della noce, fico, & ruta, con vn granello di ſale, vn'altra il mitridato, variando quan-
do l'vno quando l'altro, & qual hora haueſſe lo ſtomaco pieno di flegma, non e ben pigliare al-
cuno di queſti antidoti, ſe prima non foſſe quello ben mondificato, per vomito hauendolo facile
ouer per quella matina pigliar vna onzia di oſimele ſquillitico, & mezzo di ſyropo di ſcorze
di cedro o almeno dell'oſimele ſemplice con vn poco di infuſion di roſe o del ſyropo di mentha
aromatizato o potrà pigliarſi due onze del ſyropo cordiale del quale parleremo appreſſo, chia-
mato dal Maſſa Angelico & Benedetto, ouero per purgare vn poco piu qualche pieneza potrà
pigliarſi due dragme più o meno ſecondo la diuerſa complesſione della Antidoto di Iacopo
Ricio tanto approuato ancora del medeſimo Maſſa, come mille volte da ſe experimentato.*

Sed huiuſmodi modus curandi eos qui infecti ſunt peſte, non videtur procedere ex
proprijs ſpectantibus ad peſtis curationem, cum pro maiore parte medicamenta enu-
D merata communiſſima ſint, & ad Blandiendum potius quam ad curandum apta, verum
quidem eſt quod ſyrupus ille propoſitus à Nicolao Maſſa eò quod procedat ex pro-
prijs, mihi probatur, cuius deſcriptio eſt ad hunc modum.

℞. *Corticum citri.*	*Seminum ſcariolæ.*
Borraginis.	*Acetoſæ.*
Buglosſæ.	*Quatuor ſeminum cõmunium frigidorum. ana vnc. ß.*
Gariophilatæ.	*Radicum caparorum. vnc. ß.*
Meliſſæ.	*Sandalorum rubeorum.*
Hepaticæ.	*Roſarũ rubearũ exiccatarũ imaturarũ. ana drag. iij.*
Praſſij.	*Seuæ.*
Acetoſelæ.	*Polipodij.*
Cicorei.	*Thymi.*
Scabioſæ. ana man. j.	*Epithymi. ana man. j. & ß.*

Digitized by Google

Rabarbari electi. vnc. ß.
Succi ſumiterræ.
Abſinthij.
Ebuli.
Plantaginis. ana vnc. j. B
Mirabodanorum chebulorum.
Citonerum. ana drag. ij.

Coquantur omnia S. A. purificatis primum ſuccis, & fiat ſyr. cum Sacchàro q. ſatis eſt, addendo in fine coctionis.

Succi de agredine citri vnc. iiij. *& huiuſmodi ſyrupus præſeruat à febre peſtilentiali, & ipſam curat.*

Duplex inſurgit Scopus vtendi huiuſmodi medicamentis, vnus reſpicit præſeruationem, alter curationem; & vterque Scopus præſupponit, ea eſſe ſeruanda in victus ratione, quemadmodum longiori ſermone dictum à nobis eſt, tractatu de curatione febrium malignarum, & peſtilentialium, præmiſſa igitur & ſeruata victus ratione prædicta, in ſex rebus non naturalibus, poterit corpus illius præſeruari. Qui acceperit ſingula die, vnam dragmam præſcripti noſtri electuarij, & ſi tempus æſtiuum eſt, aut conſtituto preſens calida, ſuperbibat aquæ oxalidis ſine acceroſæ ad lib. ß. vel F
ſeri deſtillati nine refrigerati totidem, at ſi hyems ſit aut conſtitutio frigida, poſt aſſumptum electuarium ſuperbibat aquæ ſcabioſæ ad vnz. iiij. aut vini albi ad fuluum tendentis ad vnz. ij. aut vnz. iij. ad ſummum, hoc modo ſi quiſpiam vtatur prædictis auxilijs à peſte omnino præſeruare ſe poterit, atqui ſi peſtis ſit præſens, ita agendum ſtatuo, vt vno die electuarium aſſumat altero die, præſcriptum ſyrupum, & vbi opus eſt purgatione conſulò, vt nunquam alio vtatur præſidio, quam electuario à Riccio compoſito, ſed à me correcto vt ſupra, cuius doſis paulò inferius habebitur.

His ſupraſcriptis medicamentis addere placet puluerem quendam quem Petrus Foreſtus lib. 6. de febr. cum morbo epidem publicè graſſante, obſeruatione 16. ad Scholium quod proponit tanquam maximum ſecretum, tam ad præſeruandos homines à peſte quam ad ipſos ab ea liberandos puluis eſt huiuſmodi.

℞. *Radicum dictami.*
Tormentillæ.
Boli armeniaci veri præparati, præparatur cum lotione aquæ ſcabioſæ.
Terræ ſigillatæ veræ. ana drag. vj.
Radicis gentianæ.
Radicis petaſitis.
Betonicæ officinis tunicæ appellatæ. ana drag. ij.
Sandali rubri. drag. j.
Raſuræ eboris.
Corticum citri.
Coralli rubei.
Oſſis decorde cerui.
Radicis Zedoariæ. ana drag. ß. G
Margaritarum puriſſimarum.
Been vtriuſque. ana ſcrup. ij.
Fragmentorum.
Quinq; lapidum precioſorum. ana ſcrup. j.
Succini.
Ramentorum vnicornu veri. ana ſcrup ß.
Foliorum Auri.
Argenti. ana num. iij.

Miſce & fiat puluis tenuiſſimus pro cautione, & preſeuatione, doſis eſt à ſcrup. ij. *vſque ad drag.* j.

Sed huiuſmodi puluis poteſt ab vno quoque componi, ſi legerit ea omnia ſimplicia à me ſcripta de curatione febrium malignarum, & peſtilentium quo in loco, etiam pulueres aliquos deſcripſi ad eandem intentionem, quamuis hic puluis non ſecus atque illi à me deſcripti in victus ratione exhiberi poſſunt admiſcendo ſemper duas partes H
ſaccari, & vnam pulueris totumque ad hunc modum paratum, inſpergendo ſupra alimēta ſi præſertim fuerint ad formam ferculorum, & hæc ſint dicta pro medicamentis interius aſſumendis. Exteriora modo ſunt conſideranda quemadmodum eſt Arſenicus aut riſagallus, ac oleum deſcorpionibus. Quæ ſint antidota intrenſecus aſſumenda quæ non ſolum homines præſeuant à peſte verum etiam ipſos ab eadem liberant iam deſcripta ſunt, nunc opere precium eſt vt videamus quæ illa ſint quæ extrinſecus applicari ſolent, ſunt autem duo quæ à varijs authoribus proponuntur, vnum eſt arſenicum ſeu Riſagalium, aliud oleum de ſcorpionibus, de vtroque Philippus Ingarſias mira loquitur, & primo de arſenico, adhunc ſcribit modum, lib. de peſte par 3. cap. 14. ipſius hæc ſunt verba, *per la quale ragione poſſiamo anzi molto più volentieri debbiamo noi accettare quello eſperimento il quale lauda tanto il Falloppio dello Arſenico poſto ſopra del cuore coſi dicendo. Ma io non tacerò il medicamento quaſi fatto da*

A *Dio, del quale fù il primo authore, Iacopo di Carpi, ſuol farſi vna certa rotella a modo di vna*
fugacia ouero guaſtella di materia di metallo laquale ſi ſerba in ſutiliſſimo ſacheto vicino al
cuore, & quelli che gia ſono infetti ne receueno aleuiamento, & quei che non ſono infetti ſi
preſeruano & mai ſi infermano, & è fatta queſta rotula di due parte di arſenico criſtalino,
& vna parte di riſagalo roſſo, faſſene vna fugaciola rotunda di groſſeza di vn dito, ouero
con mucilagine di dragacbanto la portiamo appeſa al colo di ſorte che penda alla parte ſini-
ſtra del thorace ſopra il luoco del cuore, che e ſopra la mammilla ſiniſtra, & non ſi troua me-
dicamento che ſacta più al propoſito per la preſeruatione, del che ne fa conſtantiſſima fede
Giouanni Chiaramonte vno delli prouati Chirurgici di queſta Cità, il quale ſenza niun ſoſpet-
to di contagio hà medicato ſul principio gran numero di infetti, non vſando altra cautela che
portarſi ſopra la mammella ſiniſtra vn pezo di arſenico groſſo non poluerizato, ne impaſtato
come dice il Faloppio ma coſi intero come lo comprò dal ſpeciale ſi come anco lo approua per
eſperienza di empirici Nicolo Maſſa.
Et paulò inferius de eodem loquens medicamento addit. *Si come anco io l'hò aportato*
B *gia ſono otto meſe, & portolo ancor hora ſenza leſione alcuna, & forſe merce prima alla gra-*
cia di noſtro Signore Gieſu Chriſto, mi hà fin qui preſeruato dal contagio, non oſtante che quaſi
tutto il giorno conuerſi con infetti, o con ſoſpetti tanto come medico, con varie perſone che ven-
gono in caſa con la vrina & ſenza per conſeglio quanto ancora (& molto più) come deputa-
to, per varie caſe barregiate volendo riuederle nella Cità, & andando alla cuba al borgo, &
altre parte ſoſpette, & ordinarie, & in fine capitis poſtquã attullerit aliquos caſus inquit,
molti altri eſempij potrei qui addure li quali per breuità le laſcio poiche in queſto caſo deuereb-
be eſſere a baſtanza dalla eſperiẽza del Giudeo, fatta per tre anni continui in Roma, & l'altra
per Thomaſo de Porcellis, confirmata per ſette meſi in Saraguſa di Aragona, & finalmente
da noi eſperimentata per dieci meſi in queſto noſtro contagio.
Experientia quidem eſt rerum magiſtra & præſertim ſi medicamentum expertum
fuerit à doctiſſimo Medico, qualis fuit Philippus Ingarſias, nihilominus poſſem multis
rationibus hoc experimentum in dubium reuocare, quemadmodum plerique autho-
res faciunt ſuis ducti rationibus, quarum vna eſt quæ nunc ſuccurrit, nempe quod riſa-
C galus, & arſenicum ſunt medicamenta à communi hominum conſenſu facultate pollen-
tia corrodendi at quæ talia ſunt vbicunque ponantur videntur ſemper ſuum ſortiri
effectum; nam quod tale eſt ſupte natura vbicunque ponatur ſemper eſt tale, quod
etiam experientia millies comprobatum eſt; nam vbi quiſpiam aſſumat arſenicum
intro, hominem interficit corrodendo ventriculum, & inteſtina, exterius inflammat
quare neque ego auderem ægrotantibus conſilium dare, vt acciperent id genus medi-
camenti ipſum cordi apponentes, quemadmodum neque ipſemet vnquam eo vterer,
ſed quidquid ſit cum Ingarſias vſus fuit ſuo exemplo poſſet eo aliquis vti. Petrus Pa-
riſus abſque aliquo defenſiuo, curauit tam Drepano, quam Meliti, peſtem validam,
vt ipſemet teſtatur adhunc loquens modum.
Onde giudico malamente eſſer permeſſo a me nella calamità paſſata di trapani da Signori
deputati, medicare gli appeſtati, & medicare il remanente de gl'infermi, ſenza peſte anzi
alla libera praticare con tutti, è il ſimile nell'iſola di Malta con tutto che io maneggiaſſ:i
feriti con diligenza è cautela, nella quale quotidianamente, & generalmente maneggiaua
D *gli appeſtati, & dopò mangiaua a lato del Priore di ſanta Euſemia Cagnolo, & d'altri Signo-*
ri mercè a cui, con hauer il ſommo Dio conſeruato tutti, & tutta quella caſa il che hà gene-
rato gran merauiglia, & hà dato a molti da penſare come ſtia maneggiare l'amorbati, &
conuerſare dopò con ſani ſenza amorbamento, id Pariſus faciebat abſque Riſagallo quod
cum ipſo faciebat in ſua peſte Panormo Philippus Ingarſia id quod de huiuſmodi me-
dicamento detrahare videtur.
Relinquitur modo oleum tam famigeratum, quod oleum ſcorpionum à Gregorio
Caranita Bononienſi inuentum à quo nomen deſumpſit, quod deſcribitur à Falloppio
& Mathiolo qui ambo viuebant eodem tempore, primo apponam illud deſcriptum
à Faloppio lib. 1. cap. 16. de tumoribus malignis, & peſtilentibus, quod ſe habuiſſe
à Leone Pontifice maximo, teſtatur quod inquit pro ſuccurrendis venenis, &
vermibus venenoſis in pueris optimum eſt cuius deſcriptio hæc eſt.

℞. *Olei antiqui.* lib. iiij. — *Euphorbij.* B

Terebenthinæ optimæ. vnc. vj. — *Caſtorei.* ana drag. j.

Lumbricorum præparatorum in vino maluatico, dicuntur præparati quando ſunt bis vel ter loti in vino, hæc ſimul miſce, & ponantur in vaſe vitreo & bulliant in balneo mariæ, per quatuor aut quinque horas, poſtea coletur iſta materia in illaque imponantur ſcorpiones numero 100. quod medicamentum debet fieri menſe Iulij, quia tunc ſcorpiones ſunt magis venenoſi. quo facto imponantur viperæ, numero duo, aut tres, inciſæ ad minimas partes, quarum ponetur anguis cauda, & tota vipera, his factis ponatur hoc medicamentum in balneo mariæ per quinque horas, deinde apponimus ad ſolem per decem dies continuos demum addimus.

Zedoaria. — *Gentiana.*

Tormentilla. — *Dictami.*

Ariſtolochiæ longa noſtratis, dato quod non ſit vera ariſtolochia tenuis Damocrati, & Galeni.

Rhabarbari. ana vnc. j. — *Roris marini.* ana mani. j.

Florum althea. — *Theriaca communis.* F

Perforata. — *Mithridatica confectionis.* ana vnc. j.

Florum ebuli.

Miſce optime in vaſe vitreo, & terenda optime terantur tunc id vas optime clauſum ponitur in fimo equino calido, de iſto cooperitur.

Sed huiuſmodi oleum à Faloppio hic deſcriptum, non appellatur ab eo oleum de ſcorpionibus, quamuis Ingarſias ipſum ita appellet, verum legitimum oleum à Carauita inuentum ideſt quod à Matthiolo deſcribitur in prohemio 6. libri in Dioſcoridem cuius hæc eſt vera deſcriptio.

Sumantur itaque ineunte menſe Maio, quo tempore confici debet.

Olei communis centum annorum ſin minus ſui temporis vetuſtiſſimi lib. iij.

Qui pro Sereniſſimo Magno Duce Aetruriæ, huiuſmodi Oleum componunt deſtillant iſtud oleum vetus centum annorum.

Foliorum hyperici virentis. mani. iij.

Oleum in vas vitreum duplæ, à contento capacitatis inponatur, hypericum aliquantulum antea contuſum infundantur. Deinde vas cera, & membrana obturetur, & medium in tenuiſſimam arenam condatur, loco vbi tota die inſolari poſſit, atque inibi ſinatur ad decimum, & duodecimum diem vſque. Quo exacto tempore mergatur vas in calentis aquæ balneo ad viginti quatuor horas: mox oleum ab herba exprimatur. Hoc facto ſumatur. G

Hyperici. — *Calamintha.*

Chamadryos. — *Cardui benedicti,* ana mani. j.

Quæ omnia prius diligenter contuſa oleo admiſceantur, ac ſubinde vas in prædictum mergatur balneum tribus continuis diebus. Extrahatur deinde, & ab incoctis herbis exprimatur poſt hæc accipiantur.

Florum hyperici mani. iij. qui à caulibus probè repurgati, & contuſi in prædictum oleum infundantur, ac idem balneum per triduum reponatur. Poſt id tempus eximantur, & vt prius exprimantur. idem fiat ter aut quater, vſque dum oleum ſanguineum colorem referat. His peractis ſumatur hypericum, quod iam defloruerit, & ab eius cacumine grana illa viridia excerpantur, quæ hordeaceis granis ſimilia deprehenduntur in quibus ſemen continetur. Ex ijs itaque tres confertim manipuli decerpantur: qui poſtea tuſi, & vino meraco albo aliquantulum perfuſi in oleum prædictum infundantur, & cum eodem vitro, in vrina ſepulto octo diebus cõtinuis inſolentur. Quo tempore tranſacto tridui ſpatio in balneum immittantur, poſt colentur, & modo prædicto exprimantur: tertio aut quarto ſimiliter dictum ſemen in oleo macerari debet, donec id obſcuri ſanguinis colorem repreſentet, ad hæc ſumatur. H

Scordij recentis. — *Cardui benedicti.*

Calamintha. — *Verbenaca.*

Centaurij minoris. — *Dictami cretenſis,* ana mani. ß.

Tundantur omnia mergantur in oleum prædictum, & vas in balneum, iterum imponatur per biduum continuum deinde colentur, & exprimantur vt ſupra. poſtea ſumantur.

Zedoaria.

Digitized by Google

A *Zedoaria.*	*Tormentilla.*
Radicum dictami albi.	*Ariſtolochia rotundæ. ana drag. iij.*
Gentianæ.	*Scordij. manip. j.*

Tundantur item omnia infundantur, & immittantur in balneum ibique permaneant tribus diebus continuis colentur, deinde, & exprimantur. infundantur denuo.

Stiracis Calamitæ.	*Caſſiæ odoratæ cinamomum, officinæ vocant. drag. viiij.*
Laſeris. ana drag. vj.	*Iunci odorati.*
Baccarum iuniperi. drag. iij.	*Cyperi. ana drag. j.ß.*
Melanthij. drag. ij.	*Sandalorum alborum. vnc.ß.*

Tundantur omnia (vt pluries de alijs dictum eſt) & in idem oleum infundantur, & per triduum cōtinuum in balneum macerentur demum colentur, & exprimantur modo quo ante dictum eſt: poſtremo adſint trecenti ſcorpiones viui diebus canicularibus collecti. ij. in vaſe vitreo concluſi cineribus calidis quod ſuperponatur, & cum eos præ calore ſudare atque iraſci
B *conſtet, omne iam dictum oleum calidum ſuper iniiciatur. Sed aduertendū eſt ne id adeo ferueſcat, vt vas diſrumpat. Obturato ſtatim vaſis ore in balneum tribus continuis diebus contineatur. deinde coletur, & exprimatur: proiectis interea ſcorpionibus rurſum in oleum infundantur.*

Laudatiſſimi Rabarbari.	*Croci. drag. ʒ.*
Myrrhæ communis vſus.	*Theriacæ electæ:*
Aloes Hepaticæ. ana drag. iij.	*Electique Mithridatij. ana vnc.ß.*
Nardi indici. drag. ij.	

Quæ ex his tundenda ſunt terantur, mox vltimo infundantur in oleum quod per triduum continuum contineatur in balneo quo facto oleum non amplius percoletur, ſed deinceps recondatur, perinde ac opobalſamum.

Huiuſmodi oleum ita à Matthiolo deſcriptum ex mente Carauitæ optimum quidem eſt ad inungendas partes exteriores, primo circa regionem cordis, ſiniſtram, vbi percipitur motus cuſpidis cordis, circa arterias pulſantes, quemadmodum ſunt ad ra-
C dium & vlnam manus, ad pedes quoque vbi pulſant Arteriæ in regione nempè Malleolorum, ad tempora, & quaſcunque partes vbi percipiuntur arteriæ, ſcribit enim Galenus quod dum dilatā- tur arteriæ, eas non modo haurire qualitatē aëris verum etiā & aliquid de propria ipſius ſubſtantia, multo magis attrahent qualitatem ipſius olei virtutem eiuſdem in cor ducentes: eſt tamen animaduertendum non in omnibus febribus huiuſmodi oleum conuenire ſed tantummodo in peſtilentibus ac malignis.

Huiuſmodi olei deſcriptio à Matthiolo eſt difficilis præparationis, & non exigui ſumpti vt vix à pharmacopeo particulari fieri poſſit, quamuis putem ego fruſtra à particularibus fieri debere huiuſmodi compoſitionem cum eam habeamus ex promptuarijs Sereniſſimi Magni Ducis Hetruriæ qui copiam magna liberalitate omnibus impertit, nulluſque eſt qui ipſius munificentiam ac liberalitatem non agnoſcat omnibus enim nobilibus dono dat vaſa integra, & magna hoc oleo plena, qui vult habere prærogatiuas ac facultates huius olei deſcriptas, adeat Ioſephum Galimium Meſſanenſem qui omnes ſcripſit in quodam libellulo.

D

LAVS DEO.

VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ERRATA SIC CORRIGITO

Pag.lit.	*Errata.*	*Correcta.*
1. D	productis	producta
4. E	commandatur	commendatur
ibid.	particularium	particularum
9. A	aff:rri	aff:rre
12. F	dicicimus	dicimus
26. E	parti	parre
52. H	vuulgari	vulgari
63. D	à qua	aqua
93. C	puluerum	puluerem
ibid.	quanta	quantæ
95. B	derra	dextra
98. H	blane	blandè
ibid.	Diapirytides	Diapyritides
ibid.	muleılaginibus	muccılaginibus
ibid.	adactam	adauctam
ibid.	annulo	anulo
146. F	dluerſa	diuerſa
160. E	alimentnum	alimentum
ibid. F	cunnumerauymus	connumerauimus
ibid. C	cúm	tùm
ibid.	Ariſtuteles	Ariſtotele
ibid.	contingut	contingat
794. H	infinus.	in finu
195. C	ſerè	ferè
197. D	bonon	bonit:
198. F	vilıtatem	vtilitatem
199. A	ſedenda	ſedanda
261. F	horij	hurarij
203. B	paluerem	puluerem
206. G	neminit	meminit
ibid. H	ſaciant	faciant
212. H	a ijı hyppocōdroi	ab hyppochondrijs
a13. A	aquiparari	æquiparari
314. F	vocantureę	vocantur eæ
216. H	Carinphilis	Cariophyllis
218. G	calefecit	calcfacit
220. E	eıyſipetoſam	Eryſipelatoſam
221. C	queſcere	quieſcere
225. C	patititur	patitur
227. B	replectionem	repletionem
233. B	Hyemnales	Hyemales
233. H	prædicta	prædita
237. C	contutueri	contueri
248. F	nominlbus	nominibus
258. E	venaruma, liorũq;	venarum, aliorũque
260. G	minctionem	mictionem
265. B	demoſtrare	demonſtrare
269. B	a caſa	à cauſa
ibid. C	nitidem	phrœnitidem
268. F	ſalem	ſaltem
272. E	poblemata	problemata
ibid.	Quæſita	Quæ ſi ita
ibid. F	quatror	quatuor
273. A	tradditur	traditur
282. E	agredienda	aggredienda
283. B	alrrum	alterum
285. B	alıj	alijs
ibid. C	ʌenio	Venio
261. A	ıdemet	idemmet
ibid. B	ſublinari	ſub lunari

Pag. litt.	*Errata.*	*Correcta.*
ibid. C	curporeum	corpurum
296. H	euaportionem	euapurationem
298. H	cæpe	cæpæ
299. A	ficci	ſucci
362.	compræhendi	cumprehendi
ibid. H	vellimus	velimus
304. E	pert otum	per totum
305. A	vltimamı r	vltimatur
311. A	qua cunq;	quancunq;
312. E	qnadam	quadam
ibid. H	tempere	tempore
ibid.	pronunciauet	pronunciauerit
313. A	ſit	ſit
315. D	natutali	naturali
316. H	ſquallido	ſqualido
316. G	propria	proprium
ibid.	extraneum	innatum
317. A	inmaniores	immaniore s
318. H	dyaſtulen	diaſtolem
323. A	Spirtu	Spiritu
ibid.	aduocatus	aduocato
325. D	nuuæ	nuua
326. G	aiuuantibua	a iuuantibus
227. D	temen	tamen
329. C	extemam	extremam
331. A	deijectiune	dejectione
336. F	ſı ffoen	ſoffocatu
341. A	habebenda	habenda
342. E	tenuea,quoſum	tenue aquoſum
545. D	maguitudinem	magnitudinem
348. G	ſacrificationes	ſcarificationes
353. A	ſangis	ſanguis
ibid.	euacuandem	euacuandam
ibid.	reuellendem	reuellendam
355. D	ſanginem	ſanguinem
356. G	hyemen	hyemem
ibid.	enchlyſij	encliſis
359. A	pedium	pedem
ibid. D	nouſſe	nouiſſe
360. E	demoſtrare	demonſtrare
391. B	percurruut	percurrunt
362. G	hirundinibus	hirudinibus
363 A	præcipij	precipua
ibid. B	gennus	genus
ibid. E	Minadaus	Minadous
ibid. G	faltiſſimum	falſiſſimum
ibid.	aſſeueranrur	aſſeueranrer
365.	prupoſito	propoſitio
ibid. G	hirundinibus	hirudinibus
366. F	aſſaciatæ	aſſociatæ
ibid. G	hæmutroiarum	hæmorrhuidarum
ibid.	ab eadem	ab eadem
ibid.	compartum	comperrum
367.	hydopres	hydropes
ibid.	extta	extra
ibid. D	ehachimiam	caeochymiam
369. A	perſanandes	per ſanandas
371. B	lipothomia	lipothimia
373. B	antitnda	antidota
377. C	tepetiones	repetitiones

Pag. litt.	*Errata.*	*Correcta.*
377. C	purticulare	partieulare
379. D	pelnitudo	plenitudo
381. B	ſacrificatione	ſcarificatione
382. F	ſecuudòm	ſecundùm
385. B	Epicraſiu	Epicraſim
391. B	eruditas	eruditas
397. D	exaſpirationem	exaſperationem
404. G	demoſtratur	demonſtratur
406. F	appallauit	appellauit
409. A	ſtauere	ſtatuere
411. A	ſudore	ſudore
ibid. D	quacunque	quancunque
412. G	exſuperat	exuperat
414. G	cant	vocant
417. G	maliguas	malignas
ibid. H	ab alij	ab alijs
426. G	ſubſtanta	ſubſtantia
ibid. H	ſebribus	febris
431. C	acutorem	acutorum
433. A	*dele* eipit celeritatem, hoc enim habet cor, vt a febre celeriter moueatur docente	
438. G	ingræ	nigræ
449. C	naſea	nauſea
451. C	Hyſiopi	Hyſſopi
452. E	qubuſdam	quibuſdam
457.	Dictamnum	Dictamum
473. D	religioſè	religioſè
482. F	Mechcan	Mechiocan
482. A	empericorum	empiricorum
ibid.	empirius	empiricua
485. D	inproprie	impropriè
ibid.	excarotica	eſcarotica
ibid.	ſub	ſub
486. F	*dele* pore	
487. B	lytargirium	lythargyrium
489. D	aqualis	æqualis
490. E	in butis	imbutis
492. H	glaudium	glandium
500. F	paccij	pachij
506. E	sſt	eſt
ibid.	a grauis	a granis
507. B	hydagoga	hydragoga
ibid. C	Rhaſis hoc medicamentũ, Baſis huius medicamenti	
508. G	fuſionam	fuſionem
ibid.	Auice	Auicenn.
510. H	qna	qua
ibid.	ſpendorem	ſplendorem
512. H	diuiuam	diuinam
518. G	exaquæ	ex aqua
519. D	ſimgularia	ſingularia
ibid.	exaggerentque	exagerentque
521. C	ſolutiuua	ſolutiua
526. G	abomninibus	ab omnibus
527. A	ſeruatls	ſeruatis
530. F	dicuntnur	dicuntur
539. C	tertniabin	tereniabin
545. C	Egyto	Ægypto
552. E	aquirit	acquirit
555. C	indicantia	indicantia
558. E	puchrè	pulchrè
563. C	ſurupi	ſyrupi

Pag. lit.	*Errata.*	*Correcta.*
567. A	minorum	minorem
ibid. D	expirmantur	exprimantur
569. B	antiperaſtim	antiperaſtaſim
571. A	humectanes	humectantea
572. E	lirbo	libro
575. A	repentitis	reptitis
ibid.	veneros	venereos
574. F	exiſtimatlonis	exiſtimationis
589. C	chalcnathi	chalcanthi
595. A	morſuuu	morſum
600. F	Ftaſi	fraſi
ibid. G	caproui	caproni
602. F	extra	dextra
ibid. H	Hiſparos	Hiſpanos
ibid. F	calimus	callimus
ibid.	ſeus	ſecus
ibid. G	ætides	Aetites
610. F	ono	ouo
ibid. G	Indinao	Indiano
611. B	ud	ad
618. H	Signeri	Signori
ibid. D	ſtractura	ſtructura
623. B	anne	an, ne
624. G	Seraipone	Serapione
627. C	non	ne
629. B	feberem	febrem
636. E	ſalſificate	falſificate
646. E	porrheticorum	prorheticorum
649. C	pærte	partem
650. F	illi	ille
660. E	inuſſe	innuiſſe
ibid. H	perſoratorum	perforatorum
674. F	earumdum	earumdem
675. D	cubibulo	cubiculo
677. B	a craſſitiæ	a craſsitie
ibid. C	triſtia	triſtitia
679. A	transflurre	transfluere
698. G	fœtorum	fœtorem
702. F	cremonis	eremoris
705. A	abſcriptoribus	a ſcriptoribus
708. H	bonias	boninas
713. A	alimentorum	alimentorum
ibid. B	elexationem	elixationem
ibid.	lenia	leuia
714. F	a pelore	a piloro
722. E	quædam	quidam
723. B	Phatmacopœæ	pharmacopeæ
728. G	phreneitide	phrœnitide
738. H	ennmerare	enumerare
743. A	mudicina	medicina
744.	ſpececies	ſpecies
751. B	hn·copioſius	humores copioſius
ibid.	*dele* mores	
753. C	mulibres	muliebres
754. F	ſtuat	fluat
757. A	validiſsimus	validiſsimis
759. D	dictiqctam	diſtinctam
760. H	diriuatione	deriuatione
762. E	aſſeuerantur	aſſeueranter
ibid. H	iudicationem	indicationem
768. E	proluuio	profluuio
769. D	diuerſitatæ	diuerſitate
771. B	horores	horrores

Pag. litt.	Errata.	Correcta.
ibid. C	diſpoſition.	diſpoſitione
778. H	ſentintem	ſentientem
779. B	conc.laturum	conciliaturum
ibid. C	hac	hanc
787. E	auctor	auctior
792. H	ab venæ	à venæ
809. C	repræſentantes	repreſentantem
811. A	ſimiliarium	ſimilarum
812. H	parte	partes
813. B	excauaionis	excauationis
814. E	ſebſtantia	ſubſtantia
ibid.	glanduloſa	glanduloſa
ibid.	recurreutium	recurrentium
ibid. F	nihlominus	nihilominus
ibid. G	primarò	primariò
815. C	mulcres	mulieres

Pag. lit.	Errata.	Correcta.
ibid. D	Thelogorum	Theologorum
819. B	uullus	nullus
ibid. C	ribit	ſcribit
ibid.	pillis	pilis
820. E	edeſſent	adeſſent
ibid. F	aſſeruntur	afferuntur
Ibid.	elexipharmata	alexipharmaca
ibid.	elexteria	alexiteria
ibid.	benefitio	beneficio
821. D	addeat	adeat
824. G	Hypocriſtidis	Hypociſtidis
825. C	Sandalarum	Sandalorum
825. F	mininime	minimè
ibid. G	maori	maiori
Ibid. H	Thetiaca	Theriaca
829. B	preſeruada	præſeruanda

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX RERVM MEMORABILIVM.

A

ABortiua medicamenta ſunt perpetuò vitanda.806.g.808.f.

Abortus pluribus nominibus appellatur à Græcis.797.d. eſt præter naturam ibid. definitur.798.e. duplex eſt ibid. b. procurandus arte ſi fœtus ſit mortuus.799.a præſertim Chirurgia. 800.e. viuente fœtu dubitatur ibid. authoritates pro parte affirmatiua ibid.& ſeq. contrarium adſtruitur.801.d. licet immineat certus matris interitus.804.e.& fœtus non ſit anima rationali informatus.806.g. aut adſit menſis vitalis.ibid.b. difficulter arte ſuccedit. 807.d.

Acceſſio. vide. Periodus.

Acetoſa, ſeu oxalis, quid alimenti inferat.189.a.

Acipenſer. vide. Sturio.

Actio an diſtinguatur ab opere, effectione, & paſſione.42. vt definitur. ibid. g.b. bifariam diuiditur.44.g. læditur ad partis læſionem.60.f. quælibet ſuam habet facultatem reſpondentem.154.f.

Aër quid comprehendit ſub ſe.163.b. quid eſt ibid. diuiditur in tres regiones ibid. d. bifariam adhuc conſideratur. 166.g. à quibus alteratur.167.a qualis ſit oportet ad curandam febrem malignam.443.b.

Affectus ſtrangulatorius, ſeu faucium peſtilens. vide. Morbus gulæ.

Agaricum quas dotes habeat, & vt concedendum. 496.e.

Agni lactentis caro, quas facultates habeat. 174.g.

Alaudæ caro bono ſucco eſt prædita. 176.b.

Alexipharmaca, & alexiteria largius ſumpta grauiter offendunt.632.f.

Alica quod nutrimentum producit, & quid ſit apud Gal. 185.d.

Alimentum quid 173.e. quotuplex ibid. quale producatur à ſingulis animalium partibus. 177.b. an facilioris coctionis ſit ante comedendum, an contra.711.a.& ſeq.

Allantois membrana an inſit fœtui humano. 691.a.& ſeq.

Allium quid præſtet. 195.e.

Alteratrix virtus quid præſtet formatrici. 37.c.

Alui profluuium an indicet ſanguinis miſſionem.650.b. an pharmacum purgans.651.c. multiplex eſt.655.b.

Amarena. vide. Ceraſa.

Amygdalæ, quas vires obtinent. 203.d.

Amylum, quam facultatem poſſidet.186.e.

Anatome actiua cur vetuſtos ſcriptores non habeat.1.d. per manus priſco æuo tradebatur.2.g. ab Aſclepiadarum familia ad alios transfertur, & deficit. 2.b. à Diocle, & Marino inſtauratur, & à Gal. ſcriptis illuſtratur ibid. Mundinus primus poſt Gal. eam excoluit.ibid. duplex eſt, propria, & impropria.4.f. definitur ex propria ſententia.7.a. diuiditur in docentem, & vtentem 7.c. finis illius eſt ſanitas conſeruanda, aut recuperanda ibid. eſt vtilis Theologis, Medicis, Philoſophis, Legiſlatoribus, ciuitatum gubernatoribus, Militibus, Pictoribus, ac ſculptoribus.8.f.& 9 antiquiſſima facultas eſt 9.c.& ſeq. qui eius in hunc vſque diem progreſſus.10.g. corpus humanum qua diuiſibile eſt, agnoſcit vt ſubiectum. 12.f. duplici ordine tradi poteſt. 13 d. qui, & qua ratione debeat eam adminiſtrare. 15.a.

Anatome ſpeculatiua, quem habet finem.58.e. quam methodum ſibi præſcribat ibid.

Anaſtomoſis inter venas portæ & cauæ non datur. 68 b.

Anatum caro quibus qualitatibus prædita. 175.d.

Anguria citrulos æmulantur figura. 196.g.

Anguilla freti Meſſanenſis eſt iucundiſſimi ſaporis. 181.c.

Animalia, quibus nutrimur, plurima ſunt. 174.e.

Animi paſſiones quotuplices ſunt.217.d. quam validè afficiant. 228.e.

Aniſum quod temperamentum ſortitum.182.g. ex eo fit medicamentum, quod aniſum ſolutiuum dicitur ibid b.

Anni tempora quot 167.c. in iis diſtinguendis diſcrepant Medici ab Aſtrologis. 167.d.

Anſerum caro, cuius temperamenti ſit.175.d.

Antidotus Hipp. contra peſtem.821.a. de ſanguinibus Democratis ibid. b. Arnaldi ibid. d. Galeni 822. g. de ouo. 823. a Matthioli ibid.c. Iacobi Riccij.825.d. Authoris. 827.b.& ſeq.

Antimonium eſt ex genere foſſilium. 508.f.

num metallum, an lapis ibid. duplex eſt. 509.b.& ſeq. varijs modis præparatur.ibi. d.præparatio Matthioli.510.b. præparatio Andernaci.511.c.& ſeq.præparatio Reuſneri.512.b.præparatio Dornai.ibid.& ſeq. præparatio Ioannis de Rupeſciſſa. 513.b. virtutes eius crudi,quæ.ibid.d.& ſeq. num habeat vim deijciendi.514.f. an ſit venenum.ibid. b.& ſeq.an præparatum exhibendum.516.b.quid ſentit de hoc Paracelſus.517.a.quid Matthiolus.ibid.b quid Andernacus.518 f quid alij Chimici.519.a improbatur à Riolano.520.e.à Mercuriali.ibid.à Ioanne Grauinio.ibid.b. à Gerosio 521.b.à Ioanne Cratone.ibid. à Petro Monauio ibid.c. à Godifredo Steighio.ibid. d. à Georgio Beretino.ibid. quam naturam acquiſiuerit in præparatione.522.e. Matthioli præparatio improbatur. 523.b.& ſeq. quid de ea, & aliorum præparatione dicat Grauinius. 524.b.& ſeq. Reuſnerus quid ſentiat 525.b quid Oſualdus Crollius.526. e.quid Andernacus.ibid.f. qua ratione probatur à Rondeletio. 527.a.qua à Maſſaria. ibid.d.& ſeq.vt ab Augenio.529.b.vt ab Capiuaccio.ibid.c.opinio Codrõ.hij 530. f.expenditur.531.b.& ſeq.an vſurpandū. 534.e.

Aphoriſmus 54.ſeptima particula Hipp.exponitur. 683.c.& ſeq.

Apium vrinam mouet. 191. b. eius radices quid præſtent. 195.d.

Apri caro,quod nutrimentum præbet.175.a.

Aqua quas conditiones habeat,oportet, vt ſit optima.208.b. varia eius differentia ibid. & ſeq.coctione abijcit malitiam. 211.d.an quæ ex niue extillat, ſit probanda. 212.g. alia eſt medicamentoſa natura, alia arte. 213.c. & ſeq.an ſit propinanda poſt medicamentum. 569.c.qua doſi.571.d.an conuertatur in bilem.573.a.

Aqua à iecore in abdominis capacitatem per quam viam demittitur, an per membranam iecoris ſubſtantiā cingentem. 678.an ruptis hydatibus. 679. b.an per diapedeſin. ibid.an per diæreſin. 683.b.

Argentum viuum. vide hydrargyrum.

Armeniaca vbi iucundiſſima. 199.e.

Ars reſarciendi curta noua non eſt.82. b.

Arteria quid ſit.254.e. bifariam cōſideratur. ibid. f. eius diſtributio per vniuerſum corpus.ibid.g.

Arteriotomia cur rarò vſurpatur. 359.d. quod eius indicant. 360. e apud Aegyptios frequens.ibid.g. quo modo ſit facienda.ibid. b ex quibus arterijs.361.b ſi ex ea contingat fluxus, vt compeſcendus. 362.f.

Aſclepiades qualis Medicus. 587.a.

Aſparagi duplicis generis ſunt. 193.c.

Aſſa fœtida eſt ſuccus laſerpitij. 709.b.

Ataginis caro qualis eſt. 176.e.

Atriplex quem ſuccum profert. 188.b.

Auellana. vide. Nuces.

Aurantia quibus viribus pollent. 200. b.

Aurea mala. vide. Perſicum.

Aures quæ commoda afferunt. 80.b. decurtata vt reparari poſſint. 126.& ſeq.

Azarole. vide. Meſpilum.

B

BAlneum aquæ dulcis quando vſurpandum. 220.e.

Baſyſi radicula quadam quæ ſit. 206.f.

Belzoinum an ſit ſuccus Cyrenaicus.708.g.

Benedicta laxatiua qua doſi concedenda. 499.c.

Beta qualitates. 188 f.

Bettonica innumeris eſt prædita virib⁹.195.b.

Bezaar. vide. Lapis Bezaar.

Bilis quid,& quotuplex 143.d.eſt excrementum ſecundæ coctionis. 226.e.

Blitum qua facultate pollet. 188.b.

Borago. quid præſtet in nutriendo.188.b.

Braſſica quotuplex,& quas vires habeat 188 g

Braſſica marina quomodo præparanda, vt exhibeatur. 504.b.

Bugloſſum quibus viribus inſignitur. 188.b.

C

CArdui qui vocentur à Gallis. 190.g. num ex genere carduorum. ibid.

Calor innatus, influens, & adſcititius quid. 301.& ſeq.

Caluaria quinque modis frangi poteſt.661.e. num infortunium fuerit cognitum ab Hipp. ibid.d.& ſeq. quibus indicijs læſio deprehēditur. 663.a. quando, & cur perforanda 664.f.

Caponum caro eſt temperata. 175.a.

Cappares quibus facultatibus vigeant 201.e.

Capreoli caro quem ſuccum gignit. 175.a.

Caprina caro quas qualitates obtinet. 174.g.

Carduelis caro qualis eſt. 177.a.

Carica. vide. Ficus.

Caro an ſenſus tactus ſit ſenſorium. 65.c. an medium.ibid.

Carota quas facultates habent. 195.c.

Carthamum quotuplex, & quam virtutem habeat. 495.e.

Caſtanea quas facultates ſibi vendicēt.206.e

Cauda tremula caro quam virtutem habet. 177.a.

Cau-

Cauſæ concurrentes ad fœtus procreationem quæ 667.a.& ſeq.
Cauterium in ſincipite, an ſaluti conſerat. 716.f. definitur cauterium ibid. g. an partem corroboret.717. b. quibus prodeſt. 718. g.& ſeq. poſt quæ infligendum.719.b.
Ceſiliones in genere palmarum reponendi.191. a. quam virtutem habeant ibid. b.
Cepæ quid præſtent 195. c.
Ceraſa plura habent genera. 199. a.
Cerebellum eſt locus, quo in ſpiritus animales ſuam perfectionem accipiunt. 54.f.
Cerebrum totum intus excauatum eſt.24. e.
Cerefolium quas facultates habet. 191. c.
Chylus vertitur in ſanguinem in hepatis parenchymate. 680.g. 689. d. ex inteſtinis in meſeraicas venas tranſit per diapedeſin. 688.g.
Chryſomela. vide. Perſicum.
Cicer flatulentum eſt. 187. c.
Cicercula quam facultatem habent. 187. c.
Cichoriū quale nutrimentū nobis affert.189.a.
Circuitus. vide. Periodus.
Citrij facultates. 200. g.
Citruli aſſimilantur peponibus. 196. f.
Coctio in noſtro corpore multiplex. 386. g. & ſeq.
Cœna an debeat eſſe parcior prandio. 715. a.
Colocynthis an ſola concedenda. 497. b.
Columbarum caro cuius eſt virtutis. 175. c. earum abijciendum caput. 175. d.
Confectio hamech duplex eſt, quas habeat vires, & quomodo uſurpanda. 503. b.
Confectio Alkermes emendatur. 654.f. & ſeq. quid baſis in ea ibid. h. quæ faciunt ad perfectiorem operationem. 685. a.
Contagium quid. 699. b.
Contraherba cur ſic appellata. 602.b. quid de ea ſentiat Petrus de Oſma 603. a. quid Ioſua Ferrus ibid. d. eſt lapidis Bezaar fundamentum. 605.c. quas vires habeat. ibid. vbi naſcitur. 606.e. caſu fuit explorata ibid. f. exprimitur eius figura. ibid. h. à quo indicetur. 641. b. rectus vſus. 642. f. vt componenda. ibid. g. an præſeruet à malignitate ibid. h.
Cor leporis quartanam fugat. 709. d.
Cornus quid præſtet. 203. b.
Corpus humanum conſideratur, vel vt diuiſibile, vel vt inſtrumentum. 12. f. vt inſtrumentum propriam actionē habet. ibid. pars, cui ratio agendi primariò competit, eſt manus. 13.c. 60.h. quam actionem habet. 58.f. 60.b. 61.d. hanc molitur per propriam compoſitionem ibid.
Coturnicis caro quid alimēti producat. 176.f.
Cranium hominis viuentis num operetur à tota ſubſtantia. 721. b. & ſeq. non valet ad epilepſiam. 722. g. nec combuſtum. 724. g. eſt remedium incertum. 725. d.
Criſis alia naturalis, alia præternaturā. 394. f. tam diebus paribus, quàm imparibus contingere poteſt. 397. b. quid nomine criſis intelligendum. 403. d.
Cucumer ſylueſtris quem vſum habeat. 105.b
Cucumeres quid, & quæ continentur ſub eorū genere. 196. f. g.
Cucurbita qua virtute eſt ornata. 196. quotuplex eſt. 197. a.
Cucurbitæ quid. 375. b. quot earum differentiæ. ibid. c. vt applicandæ ibid. d. quas vtilitates præſtant. 376. g. an ſint vicariæ venæ ſectionis. ibid. & ſeq. an tantundem valeāt, atque ſcarificationes. 379. b. an applicandæ exiſtente plenitudine. ibid. d. quis rectus earum vſus. 380 g. an febribus malignis proſint. 454. c.
Cuniculi caro cuius ſit facultatis. 175. a.
Curatio morborum in tribus conſiſtit. 337. b.
Cuticula eſt medium ſenſus tactus. 62. f. 67. a. definitur. ibid. non fit ex ſanguine, nec ex ſpermate. ibid. g. ſed ex excrementis tertiæ coctionis. 63. a. quas offert vtilitates. ibid. e. differt à cute ibid.
Cutis definitio. 63. d. fit ex ſanguine. 64. e. natura in huius conditione vtitur alteratrice, & conformatrice virtute. ibid. g. num ſit inſtrumentum ſenſus tactus. 66. e. 67. a. ſuam habet actionem. 69. d. temperatiſſima eſt omnium partium corporis. 141. b.
Cydonium. vide. Mala cotonea.
Cyminum cuius ſit natura. 187. e. 192. b. eius planta calida, an frigida. 193. a.
Cynara an quid diuerſum à ſcolymo. 190. f.

D

DActyli quibus facultatibus ornati. 205. e
Dauci radices quod alimentum gignūt. 195. c.
Deriuatio vt differat à reuulſione. 353. c. d.
Diabalzemer. vide. Electuarium ſennatum.
Diacarthamum Nicolai quem vſum habeat. 499. b.
Diæta. vide. Victus ratio.
Diamoron. vide. Mora.
Diapedeſis naturalis duplex. 679. c. d. experientia id ſuadet. 680. e. 688. g. præter naturam quoque duplex eſt. 681. c.
Diaphœnico. vide. Dactyli.
Diaprunum ſolutiuum in qua doſi exhibendum. 494. g.

Diaſcheſten ſolutiuum qua quantitate offerendum. 494. g.
Diaſena duplex, eiuſvires, & rect⁹ vſus. 503. b
Diaturbith quotuplex, & eius rectus vſus, 499. e.
Dies critici à quo primùm obſeruati. 401. a. qui nam ſint. 402. quotuplices ſint. ibid. eorum enarratio. 404. g. & ſeq. an decimus quartus dies ſit par, an impar. 405. a. quæ ſit cauſa dierum criticorũ. 405. g. vigeſimus, an vigeſim⁹ primus dies criticus. 407. e. dies iudicatorij qui. 408. intercalares, ſeu intercidentes qui 409. dies vacui, ſeu medicinales qui. 410.
Dies morbi in puerperis à partu, an à febre numerandi. 738. e. & ſeq. Hipp. in hac re inconſtans. ibid. f. conciliatur. 741. a.
Dies tertia num apta purgationi. 411. e.
Dyſenteria an exigat ſanguinis detractionem. 655. e.

E

EBuli ſummitates ponuntur in acetarijs. 194. e.
Ebulus quas vires habeat, & qua ratione offerendus. 504. b.
Effluxio. vide. Genitura.
Elaterium. vide. Cucumer ſylueſtris.
Electuarium ſennatum Renodæi, vt componatur, & offeratur. 503. e. & ſeq.
Electuarium de Pſyllio, qua doſi offerendum. 494. g.
Electuarium roſatum Meſuæ, qua ratione concedendum. ibid.
Electuarium de ſucco roſarum, quomodo exhibendum. ibid.
Electuarium Indum maius, & minus, vt vſurpanda. 499. b.
Eleſcoph quando ſolum dandum. 499. e.
Elementa quid ſint. 138. e. quotuplicia. ibid. g. eorum cognitio, quam vtilitatem affert Medicis. 139. b.
Elleborũ quotuplex, & vt exhibendũ. 502. f.
Empyema per quam viam è thorace emittitur per ſeceſſum, & vrinam. 686. f. opinio Galeni de emiſſione per vrinam. ibid. g. probatur Laurentio, & Hollerio. 687. a. opinio Fallopij, & Meſues exploditur. ibid. b. opinio Meſues de emiſſione per ſeceſſum. 687. e. Galeni. ibid. probatur, & confirmatur d. & ſeq.
Endiuia quale eſt alimentum. 189. a.
Enixa mulier, an ſemper quando febris, ſynocho corripiatur. 729. d. hoc eſt, an eius febris pendeat ex lochijs retentis. 730. e. Gal. locus dilucidatur. ibid. & ſeq. non ſemper ſynocho, ſed vel tertiana, vel quotidiana, ratione humoris putreſcentis in vtero. 733. d. & ſeq. an ſit expurganda cathartico. 743. e. Auicennæ authoritas expenditur. 748. b. afferuntur authorum ſententia negatiuam tuentes. 750. e. & ſeq. affirmatiuã ſtatuenses. 751. a. b. dirimitur controuerſia. ibid. e. & ſeq. cui ritè fluunt menſes, an ex interno apparatu, graui morbo corripi poſſit 720. d. & ſeq. an ex quibuſdam Hipp. hiſtorijs rectè affirmatiuam aſtruat Mercatus. ibid. & ſeq.
Enixa an ſit mittendus ſanguis à venis cubiti 752. b. pars affirmatiua adſtruitur authoritatibus, & ratione. 754. e. & ſeq. negatiua probatur. 755. a. & ſeq. firmatur authorit. ibid. reſpondetur aduerſarijs. 756. e. & ſeq.
Enixis omnia mala euenit ex vtero. 758. g. duplex ijs purgatio facienda eſt. ibid. b. an triplex ijs febris genus contingat. 759. b. difficilis reſpiratio eſt graue malum. 761. b.
Epithymum quas facultates habeat, eiuſque adminiſtratio. 502. e.
Eruca vrinam educit. 191. b.
Erutilia inter edulia reponenda. 187. e.
Eryſimum cuius ſit natura. 187. e.
Exanthemata, quibus nominibus ſignificentur. 437. d. earum eſſentia. 438. e. tripliciter lædunt cutem. ibid. f. ad triplex morbi genus referuntur. 439. a. cur non ſemper appareant in febre maligna. ibid. e. vt fiant. ibid. d. motu critico, an ſymptomatico. 440. e. an ſint ſignum plenitudinis. 764. g.
Excreta, hoc eſt excrementa. primæ coctionis, quæ, & vbi generantur. 224. g. ſi retineantur in contrarium locum feruntur. ibid. b. duplicia ſunt. 225. b. ſi præter debitum tempus retineantur, corpori obſunt. 225. d. ita ſi ante opportunum tempus deijciantur, officiunt. ibid. ſecundæ coctionis quæ ſunt. 226. e. quæ tertiæ coctionis ibid. g.
Exercitatio motus nomine ſignatur à Medicis. 220. b. definitur. ibid. in plures partitur differentias. 221. ordine eſt inſtituẽda. ibid. d. varia eſſe debet ratione ætatum. 222. ſi quæ competat ægrotantibus. 223. e.
Experientia vt ſit facienda. 722. b.

F

FAba quas qualitates continet. 187. e.
Facies eſt pulchritudinis ſedes. 81. b. maximè deturpatur reſectis labijs, naribus, aut auribus ibid. d.
Facultas proportione reſpondet formæ. 12. f.

vna

Digitized by Google

unà eſt cuique inſtrumento propria. 12. b. 151. c. quid ſit, & quotuplex. 46. b. 151. c. an vitalis ſit eadem cum naturali. 47. c. animalis quotuplex eſt. 48. g. qualibet habet ſuam actionẽ, ad quam refertur 154. g. num qua noſtrum corpus regit ſi ladatur, ſit eadem cum cacoëthia. 420. e.

Far ex qua ſit materia. 186. e exhibetur Meſſana loco ptiſana. ibid.

Febris definitur. 300. f. calor eſt genus in definitione. ibid. b. qui calor. 301. & ſeq. quæ ſunt differentiæ in definitione. 303. d. & ſeq. an febris ſit paſſio calida tantùm. 305. c. & ſeq. an ſit intemperies cum materia. 307. c. an ſit intemperies æqualis. ibid. d. an ſemper apprehendat cor. 308. e. an vniuerſum corpus ſit ſubiectum. 310. f. eodem modo definitur ab Auicenna, atque à Gal. 313. c. necnon & ab Auerrhoë. 315. b.

Febris putrida in quo conſiſtit. 316. b. cauſa eius proxima eſt putredo. 317. a. quæ ſint eius ſymptemata. ibid. quæ differentiæ. 323. d. quæ ſigna. 326. f. à quibus deſumuntur præſagia. 327. b. eius curatio quibus perficitur. 337. b. & ſeq. cur omnis non terminatur vnica acceſſione. 462. f.

Febris maligna eſt de genere peſtilentiũ. 413. d. in quibus conueniat, & differat à peſtilenti. 414. f. in quibus differat à putridis continuis. 415. a. eius eſſentia quæ ſit. ibid. num poſſit eſſe ephemera, & hectica. 416. & ſeq. eſt vndique magnus morbus. 419. d. eius motus non eſt determinatus. 421. c. mos verò eſt malignus. ibid. quibus cauſis fiat. 426. c. num pulſum, & vrinam queat habere bona. 432. c. & ſeq. exanthemata quotuplicia habeat. 438. e. vt præſagiatur. 441. a. vt curanda. 442. f. quem aërem ſibi expoſcat. 445. b. num ptiſana ei conueniat. 447. b. num oua. 448. g. qui debeat eſſe potus. 450. g. quando, & vnde mittendus ſanguis. 452. e. & ſeq. an hirudines, & cucurbitæ ſint applicandæ. 454. c. & ſeq. quæ pharmaca ſalutiua ſint ei præſcribenda. 455. & ſeq. tabellæ, condita, epithemata, ac linimenta vſurpãda. 459. & ſeq.

Febris à Galeno in tria genera diuiditur. 645. d. alibi in duo tantùm. ibid. conciliatur contradictio. 647. a. & ſeq. reijcitur conciliatio Saxoniæ. 648. e. & ſeq. quid dicendum de ephemeris à bubone. 649. a. & ſeq. Valleſius conuellitur. 650. g.

Febris ſynochus quotuplex. 730. b. an differat à ſynocha. ibid. vt differt ab alijs putridis. 731. a. quæ eſt illius cauſa coniuncta. ibid. e. an Galeno putris ſynochus ſit nota. 734. b. defenditur para... 735. b & ſeq. ... ſynochus putris. 736. f.

Ficedula caro mollis, & pinguis. 176. b. quem ſuccum præſtet 177. a.

Ficus plura conſtituunt genera. 198. f.

Feſtuca. vide Piſtacia.

Flores geniſtæ, vt condiuntur. 205. e.

Fœniculum quas vires ſibi vendicet. 182. f.

Fœnũ græcum quẽ vſum habet in cibis. 187. c.

Fœtus in vtero, quem ſitum obtineat. 670. b. authorum ſententia. ibid. & ſeq. reijciuntur. 671. a. & ſeq. opinio propria. 672. e. conciliatur Hipp. contradictio. 673. c. d. an fœtus humanus habeat membranã allantoidẽ. 691. a. & ſeq. plures habet partes otioſas in vtero exiſtẽs. 692. g. nec chylificat, nec ſanguificat ibid. per quam viam eijciat excrementa in inteſtina. b. vbi vrinam deponat. 693. d. per quam viam emittat. 694 f & ſeq.

Fœtus in vtero an ſit mortuus, vt deprehendatur. 799. a. vt à Chirurgo extrahendus. 800. e. aſſimilat fructus in arbore ſtantes. 803. b.

Fraga quibus viribus inſtructa. 198. e.

Frigus ſymptoma febrium putridarum quid. 319. b. differt ab horrore, & rigore ibid. c.

G

GAlerita caro bono ſucco eſt prædita 176. b. Galliculorũ caro quem ſuccum procreat. 175. b.

Gallinarũ agreſtium carnes ſuccũ laudabilem gignunt. 176. f.

Gallinarum caro inter omnes eminet. 175. b.

Gallorum caro quas vires habeat. 175. b.

Ganglion à qua cauſa fiat. 580. f. qua ratione curatur à plumbo impoſito. ibid. b.

Gaſpar Taliacotius commendatur. 83. d.

Gaudium plures è medio ſubſtulit. 228. b.

Glandes quid præſtent. 206. e.

Genitura an, & qua de cauſa poteſt expelli ex vtero. 807. c. ignoramus quo tempore vitam induat. ibid.

Gingidium. vide. Cerefolium.

Gruis caro dura, & fibroſa eſt. 177. a.

H

HAemorrhoides quid. 362. b. & ſeq. an ſit vnicum genus. 363. c. & ſeq. & vnde procedant. 365. a. & ſeq. an ſi curentur malum impendeat. 369. a. quibus in caſibus aperiendæ. 370. f. an ſint hirudinibus deplendæ. 371. d.

Hermodactylus qua doſi offerendus. 499. a.

Hiera picra duplex, & eius doſis. 500. f.

Hiera Logadij. ibidem.

Digitized by Google

Hiera Diacolocynthidos. } ibidem.
Hiera Hermetis. } ibidem.
Hiera Archigenis. } ibidem.
Hiera Pacij. } ibidem.
Hircina caro quas vires habet. 174. g.
Hirudines an applicanda venis ſedis. 371. a. ſi applicentur, an reuellant. 372. f. an ex profundo ſanguinem trahunt. 373. a. de recta earum applicatione. 373. d. num febribus malignis proſint. 454. c.
Hirundinis caro qualis. 177. a.
Hiſtoria Melidiæ in Hipp. lib. 1. epid. com. 3. tex. 29. à Mercuriali, an à Moxio melius explicetur. 772. b. & ſeq. quid dicendum de illa ex lib. 3. epid. com. 2. text. 4. 773. d. & ſeq. quid de illa ex 3. epid. com. 3 text. 82. 775. a. quid de illa ibidem deſcripta textu 83. 776. c.
Hœdina caro qualis ſit. 174. g.
Hordeum eſt materia ptiſanæ, panis, polentæ, & mazæ. 186. f.
Horror, ſeu horripilatio eſt quid medium inter frigus, & rigorem. 319. d. vt differt à frigore, & à rigore. ibid.
Humor quid. 142. g. quotuplex. ibid. b. non nutrit, niſi vertatur in alias humiditates. 144. b. an ſit reponendus inter partes corporis. 157. d.
Hydragogum eximium Renodæi, vt componatur, & qua ratione concedendum. 506. g.
Hydrops an fieri poſſit ſine hepatis refrigeratione. 682. b.
Hydrargirum cur perpetuò moueatur. 578. g. eius natura. 584. b.
Hymen membrana an inſit omnibus virginibus. 813. a.
Hyſſopus, quas facultates habet. 194. e.

I

Imaginatio quam ſedem habeat in cerebro. 153. c.
Imaginatio quid præſtet in conceptione. 674. g.
Indicationes curatiuæ à quibus ſumuntur. 337. b.
Inſomnia quomodo fiant. 219. b.
Inſtrumenta Medicinæ quæ. 337. b.
Inſtrumentum proportione reſpondet materiæ 12. f. ex quibus componatur. 35. e. an ſit idem, ac pars. 36. e.
Intybus quem ſuccum gignit. 189. a.
Ira quid ſit 228. g. num poſſit perimere hominem. ibid.
Iris. vide. Radix iridis.
Iuglandes. vide. Nuces.
Iuiuba quid præſtent. 202. b.
Iuuenes calidiores pueris. 141. a.

L

Labia quid præſtent. 80. b. diſciſſa, vel leporina vt vnienda. 118. & ſeq. cicatricoſa, vt reformanda. 120. curta vt reſtauranda, quibuſue præſidijs. 121. & ſeq.
Lac quas vires habeat. 178. g. h.
Lactuca genera, & facultates. 188. e.
Lamina plumbea vt applicanda. 574. b. ſcriptores quam facultatem ei tribuerint. 575. b. vt vſurpatur à Gaultaco, & Tagaultio. ibid. c. vt à Paræo. ibid. d.
Lapathum an guſtui gratum. 189. a.
Lapis aquilus qualis. 602. f.
Lapis armenius vt dignoſcendus, & qua doſi concedendus. 502. b.
Lapis Bezaar pluribus nominibus appellatur Arabibus. 599. b. Græcis minimè cognitus. ibid. vel eſt mineralis, vel in animali genitus. ibid. quid de minerali ſenſerint Arabes 600. c. & ſeq. in animali genitus paucis ab hinc annis venit in vſum. ibid. b. non vnicum eſt animal, in quo generatur. 607. a. primum eſt Capricornus. 608. a. ſecundum eſt Cuſpa. tertium Bicugna. 609. a. & ſeq. quartum Guanaco. quintum Glama. 610. c. & ſeq. ſextum Paco. 611. a. qui lapis ex his animalibus præſtantior. 612. e. in quã animalis parte fiat. 612. b. & ſeq. eius materia non ſunt ſerpentes. 614. a. & ſeq. Syluaticus reijcitur. 616. f. efficiens cauſa quæ. 620. e. modus generationis. ibid. b. facultates. 623. a. & ſeq. an indicetur à peſtilenti, & venenata qualitate. 628. b. rectus vſus. 629. a. vt dignoſcatur verus, & legitimus, ab artefacto, & ſpurio. 634. b. & ſeq. an præſeruet à malignitate. 642. b.
Laſerpitium. vide. Succus Cyrenaicus.
Lentes quod alimentum præſtant. 187. a.
Leporis caro quem ſuccum gignit. 175. a.
Limonium quibus conferat. 201. a.
Linea atri coloris ab vmbilico ad pubem in quadam muliere vnde proceſſerit. 676. b. an mortificatio, an ecchymoſis. 677. a.
Lini ſemen noxium eſt. 187. d.
Lochium muliebre multiplex eſt. 730. b. quibus de cauſis vitietur. 767. d. Moſchioni triplex eſt. 768. g. ſiue ſupprimatur, ſiue diminuatur, lædit vterum. 770. b.
Loci alij alijs ſalubriores vt dignoſcẽdi. 170. f.
Lues epidemia gutturis. vide. Morbus gulæ.
Lupini ſunt multiplicis vſus. 187. e.
Lupulus videtur referri ad aſparagum. 193. d.

M

Maccaroni dicti, quem ſuccum generant. 185. e.

Mala aurantia. vide. Aurantia.
Mala cotonea qua virtute ornata. 200. *e.*
Mala in plura ſegregantur genera. 199. *d.*
Mala inſana quas facultates adepta ſunt. 198. *e.*
Malignitas in morbis ad quod genus rei præternaturam ſit reducenda. 421. *d. à quo producatur in humoribus.* 424. *e. & num ſit in iis, vt ſunt cauſa antecedens, an coniuncta. ibid f. an fiat per mutationem humoris à tota ſubſtantia, an verò per qualitates.* 425. *b.*
Malua quotuplex, & qualis. 188. *f.*
Malum granatum ſeu punicum quid præſtet. 201. *e.*
Manna alia apud Græcos, & alia apud Arabes. 583. *b. Græcorum multiplex. ibid. Arabum duplex. ibid d. Calabrenſis eſt diuerſa Altimaro. ibid. & ſeq. Matthiolo eſt eadē.* 541. *b. Burgarutius, & Fuchſius idem ſentiunt. ibid. e. triplex eſt.* 543. *d qualibet habet eandē virtutem.* 544 *f. rectus vſus. ibid. b. an ſit eadē cum ea, quæ pluit olim in deſerto.* 545. *a. Valleſius aſſerit. ibid. contrarium aſtruitur.* 546. *f. Quid de māna ſentiat Pulisi author doctiſſimus.* 547. *c.*
Manus eſt præcipua pars corporis. 61. *e. d.*
Mechoacan quid. 534 *b. vbi naſcatur. ibid. quotuplex ſit.* 535. *a. non eſt bryonia. ibid. b. eius qualitates. ibid. c. rectus vſus quis.* 537. *b.*
Medica malus vide. Citrium.
Medicamentum aut eſt minorans, aut eradicans. 386. *g quem humorē attrahit.* 389. *c. an dandum tertia, & quarta die.* 397. *d. vide Pharmacum.*
Medicamentū quomodo in corpus agat. 482. *f. habet ſuas vires vel actu, vel potentia. ibid. g. vt deducatur in actum. ibid. b eius facultates aut ſunt manifeſtæ, aut occultæ. ibid. & ſeq. diuiditur in quatuor gradus.* 483. *c. aliud eſt tenuis, aliud craſſæ, & aliud mediocris ſubſtantiæ. ibid. d. ſecundæ qualitates quæ.* 484. *e. & ſeq. quæ tertiæ.* 485. *b. & ſeq. quæ quartæ.* 486. *f. catharticum quotuplex.* 486. *g. quæ huius materia.* 487. *a. cur non ſemper ſimplex vſurpetur.* 487. *d. quæ illius baſis.* 489. *d. quid corrigat, aut adiuuet hanc.* 491. *c. vt electionē trahat.* 492. *f.*
Medicina vnde ortum ſuum ducit. 131. *d. quod ſubiectum habet.* 134. *quem finem reſpicit. ibid. qui eam exercuerint.* 132. *& ſeq. definitur. ibid. diuiditur in plures partes.* 134. *& ſeq. nunquam à Romanis exploſa.* 587. *a. & ſeq. neque eſt inconſtans.* 588 *f.*
Medicus naturæ, an artis eſt miniſter. 135. *b. e. quæ debet præſtare in prognoſi.* 763. *b. an debeat mentiri. ibid. e. alius publicus, alius particularis.* 764. *e. ethicen teneat, oportet.* 797. *e.*
Melancholia quid, & quotuplex. 144. *e.*
Meliſſa quas vtilitates afferat. 188. *b.*
Melones noſtris temporibus ſuauiſſimi. 197. *b. vinum, an aqua poſt eos bibendum. ibid.*
Melopeponis nomine quid intelligendū. 196. *e.*
Membrana carnoſa quem ſitum obtinet in corpore humano. 77. *b. vt debet definiri. ibid. d. in ea efformanda natura vſa eſt virtute tum alteratrice, tum conformatrice.* 78. *b. quas vſus habeat.* 79. *b.*
Membrum an differt à parte. 33. *e. in quot genera diſtinguatur.* 44. *b. plura habet conſideranda.* 59 *d.*
Memoria in quo cerebri ſinu ſita eſt. 153. *e.*
Menſes muliebres. vide. Menſtruum.
Menſtruum mulierum quibus nominibus inſignatur. 743. *e. definitur. ibid. d. an ſit mala qualitate affectum.* 744. *b. & ſeq. poſt partum euadit lac.* 745. *d. eſt pars ſanguinis optimi.* 747 *b. quo tempore fluere incipit, & definit. ibid. quam periodum ſeruet. ibid. e. controuerſia inter Ariſt. & Gal. ibid. d. conciliatur.* 748. *e. & ſeq ſi ſupprimatur, an exigat ſanguinis miſſionem.* 778. *e. ex qua parte. ibid. f. rationes probantes ex cubito detrahendum eſſe. ibid. b. ex talo mittendum probatur.* 780 *f confirmatur authoritatibus.* 783. *b. reſpondetur obiectis.* 784. *e. & ſeq.*
Mentha duplex habetur. 182. *e.*
Merula caro bonum ſuccum exhibet. 176. *b.*
Meſpila in plura genera diuiſa. 203. *a.*
Metalla cuius ſint naturæ. 582. *b.*
Mola quibus ex cauſis fiat. 669. *d. an ſine virili ſemine.* 670. *e. & ſeq.*
Monſtra, quando contingāt ob defectum materiæ. 667. *a. quando vitio alteratricis facultatis.* 668. *e. quando ob vitium loci. ibid. f. & ſeq. vitium loci multiplex.* 669. *a. difficulter cognoſcitur.* 673. *a. cauſa externa monſtri quæ, & an imaginatio.* 674. *f. vt monſtri generatio euitari poſſit.* 677. *b. & ſeq.*
Mora ſunt in duplici differentia. 198. *g. eorum qualitates. ibid. b.*
Morbilli. Vide. Variola.
Morbus quid. 231. *b. & ſeq. multiplex eſt. ibid. & ſeq. quot tempora habeat.* 233. *b. an aliquis*

quis nunc primum emergat. 234. *eius cauſa qua. ibid b. & quotuplices.* 235. *& ſeq. eius ſymptomata qua, & quot.* 238. *& ſeq. an qui exaſperatur diebus paribus ſit tertianis.* 397. *d. acutus morbus diuiditur.* 398. *f. morbus an quadrupliciter dicatur magnus* 420. *e.*

Morbus gula hoc tempore infeſtans ſub quo genere collocandus. 696. *b. qua partes in eo afficiantur.* 697. *a. an ſit contagioſus.* 698. *f. quo genere contagij.* 699. *b. quas cauſas habet. ibid. c. quibus ſignis innoteſcit.* 701. *a. vt pradicendus. ibid. c. vt curandus. ibid. d. & ſeq. an applicanda hirudines, & an ſcarificandum.* 703. *e. quibus gargarizandum.* 704. *an cauſticis vtendum.* 705. *a.*

Motus artificioſus eſt propria actio totius corporis. 61. *c.* 62. *e.*

Motus, & quies. vide. Exercitatio.

Motus manuum, ac pedum in quadam pragnante vnde veniat. 675. *a. an in ſympathiam ſit referendus. ibid. e. an in vapores ſurſum aſcendentes. ibid. d. cur is motus nequeat cohiberi.* 676. *e. an ſit conuulſiuus. ibid. f.*

Mulieres habent teſtes. 814. *e.*

Mundities num reponenda inter res non naturales. 229. *b. magnifacienda eſt etiam agrotantibus. ibid. d.*

Murena freti Meſſanenſis gratiſſimi eſt ſaporis. 181. *c. in delicijs habita à Romanis. ibid. d.*

Myrobalani quotuplices ſint, & quam facultatem habeant, & quis rectus eorum vſus. 492. *b. & ſeq.*

Myxa. vide. Pruna.

N

N*Api ſunt ferè eiuſdem ſpeciei cum rapis.* 195. *e.*

Nares non ſunt inſtrumentum odoratus. 80. *g. plures praſtant commoditates. ibid. b. reſecta non ladunt actionem odorãdi. ibid. quot animaduertenda in earum reſtauratione.* 84. *qualis forceps requiratur.* 85. *& quales cultri.* 86. *quot lintei, qua linamenta, & faſcia, & medicamẽta ſint in prõptu oportet.* 87. *&* 88. *prima ſectio, qua induſtria efficienda.* 89. 90. 91. *quibus auxilijs conſeruãda propago, & vulnus curandum.* 92. 93. *&* 94. *ſecunda ſectio qua arte producenda.* 95. 96. 97. 98. *quomodo propago ſuenda naribus, & qua prarequirantur.* 99. *& ſeq. quo tempore abſcindenda propago à brachio, & quibus auxilijs mederi ei oportet.* 107. *& ſeq. de columna ad labrum adglutinatione, deque abſoluta narium conformatione.* 113. *& ſeq.*

Natura quid eſt apud Medicos. 136. *e quãdo in operationibus adiuuanda.* 654. *e. & ſeq nihil eſt ipſi ſurſum, aut deorſum.* 720. *e*

Nerui in ſeptem paria diſtribuuntur. 19. *b. optici à cerebri cauitate exoriuntur.* 27. *b. omnes ſunt perforati.* 54. *b.*

Nitor. vide. Mundities.

Nuces ſunt in duplici differentia. 203. *c.*

Nucleus Pineus quas virtutes habet. 204. *f.*

Nympha pudendi muliebris reſpondent praputio viri. 810. *e.*

O

O*Cimum duplex eſt, & quid praſtat.* 191. *e*

Oleum ſcorpionum Carauita ſecundum deſcriptionem Matthioli optimum eſt aduerſus peſtem. 832. *& ſeq.*

Oleum Vitrioli multifariam extrahitur. 589. *a. deſcriptio Andernaci. ibid. b. Heurnij. ibid. Renodai. ibid. b. eius vſus non probatur Solinandro.* 590. *e. quas facultates habeat. ibid. g. & ſeq vt vſurpetur à Minadoo. ibid. a. à Syluatico, & Goro improbatur.* 591. *d. nec frigidis morbis opitulatur.* 592. *e.*

Oliua in genera diuiduntur, & quid valeant. 204. *b.*

Operatio duplex eſt. 35. *b.*

Ordo in aſſumendis alimentis ſeruandus. 207. *e.* 710. *b. an facilioris coctionis alimenta ſint praponenda, an contra.* 711. *a. & ſeq. de hoc re nihil certi determinari poteſt.* 712. *b. & ſeq.*

Origanum varia habet genera. 194. *e.*

Oriza ingreditur compoſitionem cibi illius, qui dicitur, bianco. 187. *a.*

Orminum parum nutrit. 187. *c.*

Orobus eſt inſuauiſſimus cibus. 187. *c.*

Oua volatilium, quod nutrimentum prabeãt. 179. *a. num febricitantibus maligna conueniant.* 448. *g.*

Ouis caro qualis ſit. 174. *g.*

Oxalis, ſiue acetoſa qualis. 189. *a.*

Oxylapathum eſt acidum. 189. *a.*

P

P*Anis ex tritico quotuplex.* 182. *b. lotus qualis ſit apud Galenum.* 183. *&* 184.

Papaueris ſatiui ſemẽ pani inſpergitur. 187. *d.*

Pardellorum caro qualis. 177. *a.*

Parenchyma hepatis eſt pracipuum inſtrumẽtum ſanguificationis. 690. *& ſeq.*

Pars an ſit idem, ac membrum. 33. *e. idem eſt, ac particula. ibid. bifariam conſiderari poteſt. ibid. d. vt deſcribatur à Gal. ibid.*

qua

quæ ſit eius vera definitio. 34. e. diuiditur in duo genera. ibid. g. b. quomodo ſit facta operationis gratia. 35. cuiuſuis conſiderandum temperamentum. 59. b. vt conſtituatur, tria concurrunt. 811. b.
Pars organica quam naturam habeat. 36. b. quæ vi à natura gignatur. 37. b.
Pars ſimilaris an ſit inſtrumentum. 35. b. in quo conſiſtit eius natura. 36. f. qua virtute à natura producatur. 37. b.
Partes organicæ conſtituentes vniuerſum corpus quæ. 145. & ſeq.
Partes ſpermaticæ nequeũt regenerari. 82. g.
Partes generationi famulantes quæ. 159. e.
Partus definitur. 797. d. an octaui menſis ſit vitalis. 798. g. ſi videatur impoſſibilis, Caſareus vſurpandus. 809. a.
Partus diuiditur in naturalem, & non naturalem. 738. b.
Paſſerculorum caro cuius tẽperamenti. 177. a.
Paſtinaca quod alimentum afferat. 195. c.
Pauonum caro quem ſuccum generat. 175. c.
Penis erectio qualis motus. 676. g.
Peponis nomine quid intelligendum. 196. e.
Perdicis caro cuius eſt virtutis. 176. c.
Periodicatio in febribus quid. 461. d.
Periodus quid ſit. 462. e. cur redit ab eodem in idem. 463. a. & ſeq. an propter calorem putredinalem. 465. c. cur ſtatutis diebus nec ante, nec poſt recurrat. 473. d. an ex anatome eius ratio colligatur. 474. & ſeq.
Perſicum quotuplex, & quid præſtet. 199. b.
Peſce ſpada. Vide. Xiphia piſcis.
Peſtis quid ſit. 819. c. à quibus cauſis proficiſcatur. ibid. d. an complures interimat ex ſui natura. ibid.
Peticulæ. vide. Exanthemata.
Petroſelini radices quam virtutem habent. 195. d.
Pharmacum num poſſit reuellere. 351. c. exhibendum ſi iudicetur, & toleretur. 383. d. quid debet educere 384. b. quantum. 385. a. quando. 385 b. num in principio morbi. ibid. e. num concocta materia cõpetat. 391. d. & ſeq. an diebus paribus exhibendum. 392. g. num propinandum diebus indicatoriis. 393. d. an ſolum die minoris afflictionis. 396. f. vbi, & quo ordine offerendum. 412. f. g.
Phaſeoli inter edulia numerandi. 187. e.
Phaſiani caro qualis. 176. e.
Phlegmone anginoſa. vide. Morbus gulæ.
Pilulæ educentes bilem, quæ. 494. b. pituitam quæ. 495. a. melancholiam quæ. 504. f. aquam quæ. 507. b.
Pimpinellæ facultates, & genera. 182. e.
Pinei. Vide. Nucleus pineus.
Pinguedo quos vſus præſtet in humano corpore. 70. e. an ſit excrementum, an verò pars viuens. ibid. g. idem eſt, ac adeps. 71. a. eius definitio. ibid. d. an eandem materiam habet, ac ſemen. 72. b. à calido efficienter prodit. 75. c. eſt excrementum tertiæ coctionis. 226. b.
Piſces in genere ſunt frigidæ, & humidæ complexionis. 179. a. diuiduntur in quatuor genera. ibid. b. & diuerſificantur nutrimento, quod præſtant. ibid. c.
Piſces pelagij boni ſunt ſucci. 182. e. ſaxatiles verò meliores omninò. ibid. at littorales medij cenſentur inter hos. ibid. fluuiatiles rarò habent bonos ſuccos. ibid.
Piſſaſphaltus cur ſtatim comburatur. 583. b.
Pituita quid, & quotuplex. 143. b.
Piſtacia quas vires ſortita. 204. e.
Placenta in vtero quem vſum habeat. 692. e.
Plantaginis vires. 585.
Plumbum duplex. 577. d. eius facultates. 578. e. an augeatur ſe ſolo. 578. b. quando eſt ſarcoticum. 581. c. epuloticum. ibid. d. qua ratione curat ganglia. 580. b.
Polypodium quercinum quid, & quam facultatem habeat, eiuſque doſis. 501. d. & ſeq.
Porra quid præſtent. 195. c.
Portulacæ qualitates. 189. a.
Potus quid, quotuplex, & quare neceſſarius. 208. f. qualis debet eſſe pro febrientibus maligna. 450. g.
Prandium an debeat eſſe lautius cœna. 715. a. opinio Valleſij. ibid. b. expenditur, & reſoluitur quæſtio. ibid. c. d.
Præcoqua, ſeu præcocia. vide. Perſicum.
Præſagium morbi, vt ritè fiat, quæ perpendenda. 327. b.
Principium morbi quodnam eſt. 403. b.
Pruna quibus viribus douentur. 202. f. g.
Ptiſana num conueniat febrientibus maligna. 447. b.
Pudendum muliebre, ſeu vagina penis delineatur. 810. b.
Pueri calidiores iuuenibus. 141. a.
Puerpera. vide. Enixa.
Pulegium inter condimenta refertur. 194. f.
Pullorum caro optimum ſuccũ præbet. 175. b.
Puluis Cyrenaicus. vide. Succus Cyrenaicus.
Puluis Petri Foreſti aduerſus peſtem. 830. g.
Pulſus definitio. 272. & ſeq. differentia. 275. d. ex quibus ſumantur. 276. & ſeq. dignotio differentiarum vnde. 280. g. eius cauſa. 282. f. præſagia. 285. e.

Digitized by Google

Pulſus bonus, & bona vrina num quandoque conſentiant, vt æger moriatur. 432. e.

Purgationes poſt partum ſunt duplicis generis. 760. f. & ſeq. *an habeant determinatam quantitatem.* 764. b. *quanto tempore fluunt.* 765. a. *ut fluxerint euixas deducunt in morbos.* 766. f. *earum qualitates.* ibid. b. *an de ijs Hipp. & Gal. diſſentiant.* 767. d. & ſeq. *conciliantur.* 769. a.

Putredo num ſimel definiatur ab Ariſt. 288. *quæ ſit abſoluta definitio.* 289. c. *ea non fuit definita à Philoſopho pro ſolo termino, ſed pro via.* 290. g. *diuiditur in naturalem, & præternaturalem.* 291. c. *eſt diuerſa à cõbuſtione.* 293. a. *nequit apprehẽdere ignem.* 294. f. *cùm ſit quomodo extraneus calor in naturalem agit.* 295. c. *vt definitur à Gal.* 297. a. *in ea definienda conſentiunt Ariſt. & Gal.* 297. e. *à quibus cauſis in nobis excitetur.* 298. & ſeq.

Pyra quot genera ſibi vendicent. 201. d.

Q

QVantitas alimenti qua eſſe debeat. 207. b.

Quies exercitationi contraria quos effectus pariat. 224. e.

R

RAdix iridis quas facultates habeat, & vt in vſum deducenda. 505. c.

Rapæ flatulentæ ſunt. 195. c.

Raphanus eſt pauci nutrimenti. 195. c.

Ratiocinatrix facultas in quo cerebri ventriculo reſidet. 153. c.

Regiones aliæ alijs ſalubriores. 169. b.

Remedium ad quartanam curandam. 710. e.

Res naturales quæ appellantur à Medicis. 136. g.

Res non naturales cur ita appellatæ. 162. g. h. *quot ſunt.* 163. b. *dupliciter noſtrum corpus alterant.* 227. a *eas quatuor capitibus perſtrinxit Hipp.* ibid. c.

Res præternaturales quot enumerantur. 230. b. & *quid harum nomine intelligendum.* ibid. *an differant à rebus contra naturam.* 231. a.

Retenta, & excreta quæ ſunt. 224. g.

Reuulſio quibus cõditionibus celebrãda. 349. d. & ſeq. *num comprehendat pharmaciam.* 351. e.

Rhabarbarum quid, quæ eius virtutes, & quis rectus vſus. 493. a. & ſeq.

Ribes. vt condiantur. 205. c.

Rigor quid. 320. e. *vt differat ab horrore.* ibid. f. *vt à tremore.* ibid. *eius cauſæ.* ibid. c. *cuius propriè ſit paſſio.* 321. a. *an ſit vehementior, qui ſit à cauſa calida, an qui à frigida.* ibid. e. *an vehementior. quo, facultas eſt debilior.* 323. d.

Riſagallum, ſeu arſenicum exterius admotũ non valet aduerſus peſtem. 831. c.

Roſmarinus tres habet ſpecies, & nulla ferè venit in alimentum. 195. a.

S

SAluia in varijs condimentis reponitur. 194. g.

Sambuci ſummitates comeduntur in acetarijs. 194. e.

Sambucus quas vires habeat, & qua ratione offerendus. 504. b.

Sãpſucus, ſeu amaracus, vel maiorana. 194. f.

Sanguificatio fit in toto iecoris parẽchymate. 681. b.

Sanguinis fluxio è naribus quando adiuuanda. 653. b.

Sanguinis miſſio num competat febri putridæ. 344. e. *quod nam eſt eius indicans, quod permittens, & quod contra indicans.* ibid. & ſeq. *quando facienda.* 355. a. & ſeq. *quam menſuram ſibi præſcribit.* 356. g. *quo modo celebranda.* 375. d. *ex quibus venis.* 359. a b. c. *facienda in ſtillicidio ſanguinis è naribus.* 651. e.

Sanguis quid. 142. b. *dupliciter diſcedit à ſuo ſtatu naturali.* 737. b.

Satureia leguminibus additur. 194. f.

Scammoniũ quid, eius præparatio, quæ vires, & quis rectus vſus. 493. c.

Scarificationes vix cognoſcuntur à Latinis, & cur. 381. c. *num æquiparentur venæſectioni.* 382. e. *differunt à cucurbitis ſcarificatis, & in quibus.* 382. f. g. *vbi deberent fieri.* ibid. *cum maxima difficultate poſſunt applicari.* 383. a.

Sebeſten. vide. Pruna.

Sectio arteriarum. vide. Arteriotomia.

Sedes teli in vulneribus capitis non ſuadet caluariæ abraſionem, aut perforationem. 664. b.

Semen in vtero alteratum an debeat quandoque extrapelli. 802. g. *an corruptum.* 809. c. *opinio Moxij affirmatiuam partem defendentis.* 816. & *contrarium probatur, nam nullo pacto poteſt elici.* ibid. b. & ſeq.

Semẽ non eſt quid præternat. 159. d. *eſt excrementum vtile tertiæ cctionis.* ibid. f. & 226 f. *differt à genitura.* ibid. g. *non decidit à toto corpore.* ibid. *fœmineum ſemen num efficienter agat.* 161. a. *eſt duplex, prolificum ſcilicet, & ſaliuale.* ibid. d.

Sena qualis ſit, in puluerẽ vt redigatur. 500.

ui. b. & ſeq. eius doſis. 501. b.
Serum ſanguinis quid. 144. b.
Serum non eſt infeſtum ventriculo. 495. a.
Serum in animalibus duplex. 550. g. Serum lactis non eſt de eſſentia lactis. ibid. b. de eius qualitatibus non cõuenit inter ſcriptores. 551. a. conciliantur. 552. g. & ſeq. diuerſum eſt præparationis ratione, & animalium, à quibus accipitur. 553. b. vt ſeparandum à lacte. ibid. d. potius deſtillandum. 554. e. & ſeq. eius vires. ibid. b. rectus vſus. 556. c. & ſeq.
Seris, & feriola quid præſtat in nutriendo. 189. a.
Serpillum duplex. 194. f.
Seſami ſemen pingue eſt. 187. d.
Similitudo natorum cum genitoribus unde procedat. 162. g.
Sinapis inter condimenta refertur. 193. b. ex ea muſtarda dicta conficitur. ibid.
Siſaris radices calidæ ſunt, & aromaticæ. 195. e.
Smyrnium vrinam educit. 191. b.
Solanum maximè adſtringit. 189. b. plures ſunt eius differẽtiæ. ibid. earum vires. 190.
Soldanella. vide. Braſſica marina.
Somnus cur à natura inſtitutus. 216. b. quid ſit. 217. b. quomodo fiat. ibid. d. quibus prohibeatur. 218. e. quæ afferat commoda. ibid. f. ſi immoderatus quot nocumenta inuehat. ibid. g. quem ſitum exigat. ibid. b.
Sorba quibus facultatibus vigeant. 203. b.
Sordes quæ mala inferant. 226. b.
Spinachia quas vires retineat. 188. b.
Spinalis medulla in duas diuiſa eſt partes. 19. e. habet ſimilitudinem cum phialis vitreis. ibid. definitur. 54. eſt vbiq; perforata. ibid.
Spiritus an requiratur ad actionem. 48. b. triplex eſt. ibid. idem eſt, ac calidum innatũ. ibid. definitur. ibid. explicatur definitio. 49. & ſeq. animalis ſpiritus ex vitali gignitur. 52. f. ſi nec non & ex äere. ibid. g. plurimas recipit alterationes pluribus in locis. ibid. viſiuus ſpiritus vbi perficitur. 53. b. omnis in cerebello vltimam accipit diſpoſitionẽ. ibid. d. eſt quid corporeum. 54. g. an ſit pars corporis. 157. d.
Starnæ caro ſuccũ laudabilem profert. 176. e.
Stibium. Vide. Antimonium.
Sturni caro noxia eſt. 176. b.
Sturio piſcis apud Romanos in maximo fuit pretio. 179. c.
Succus Cyrenaicus valet aduerſus quartanã. 706. e. vnde deriuetur, & ex qua planta. ibid. g. quando deſucuerit. 707. b. an ſit aſſa fœtida. ibid. d. an belzoinum. 708. g.
Suum caro cuius eſt temperamenti. 174. b.
Symptoma morbi. vide. Morbus.
Syrupus quid ſignificet. 557. c. vt differat à iulapio, rob, decocto, & alijs. ibid. multiplex eſt. ibid. à quo inuentus. 558. e. ſolutiuus multiplex. ibid. g. roſatus, & violatus, vt fiat. ibid. b. de cithorea Nicolai. ibid. c. de cichorea Guglielmi. ibid. d. Medicorũ Auguſt. 160. e. de ſuccis. ibid. g. ex floribus perſici. ibid. b. quas virtutes quiſq; horum habeat. 561. a. rectus vſus. ibid. b. mel roſatũ Bertaldi. 562. e. ſyrupus de hermodactylis Nicolai. ibid. f. de fumoterræ minor. ibid. b. maior. 563. a. de bryonia. ibid. b. oxymel phlegmagogũ. ibid. c. horũ vires, & rectus vſus. ibid. d. ſyr. ad melãchol. magiſtr. 564. e. de ſena Bertaldi. ibid. g. de polypodio. ibid. b. de polypodio magiſt. 565. b. de ſena Matthioli. ibid. d. D. Auguſt. Sueſſani. 566. f. eiuſdem ibid. b. diacnicu Andernaci. 567. b. compoſitus Argenterij. 568. e. roſ comp. ibid. f. hydragogus Bertaldi. ibid. g. an poſt cuiuſque horum aſſumptionem ſit concedendus aquæ potus. 569. & ſeq.
Syrupus Nicolai Maſſæ contra peſtẽ. 829. d.

T

TEmperamentum quid eſt. 139. c. quotuplex eſt. 140. e. à quibus ſuas accipit differentias. ibid. & 141.
Tempus offerendi alimentum, quod accommodatum. 207. e.
Teſtes mulierum intra corpus latent. 810. e.
Theophraſtus Paracelſus, qui fuerit. 587. e.
Theriaca vnde deſumpſit etymon. 593. a. eius deſcriptio. ibid. & ſeq. haberi poteſt optima. 594. b. quæ præſtet. 595. b. quam ætatem habeat. ibid. c. vt eius virtus exploretur. ibid. d. quibus morbis ſuccurrat. 596. f. & ſeq. à quibus indicetur. 597. e. rectus vſus quis ſit. ibid. d. & ſeq.
Timor quam cauſam habeat. 228. b.
Triſtitia quæ mala inferat. 229. b.
Triticum quale optimum. 182. b. ex eo fiunt variæ panis ſpecies. ibid.
Trochiſci albandal vt componantur. 497. c. controuertitur de doſi. ibid. & ſeq.
Turbith quale, & eius rectus vſus. 496. b.
Turdi caro optimi eſt ſucci, facilisque coctionis. 176. g.
Turgentia humorum quid. 388. g. b. cum dicantur humores turgere. 391. a.
Turturis caro quod alimentũ exhibet. 176. g.
Typus quid ſit. 462. c. cur melancholicis, bilioſis, & pituitoſis febribus, quarto, tertio, &

ſingulis quibuſque diebus redeat. 468. e. num lunæ, & planetis id tribuendum. ibid. an humorum quantitati. 469. b. an occultæ qualitati. 470. g.

V

VAriolæ an fiant à ſanguine menſtruo. 746. g.
Vaſa ſeminalia mulierum vbi ſita. 810. e.
Vaſa vmbilicalia, quam ſtructuram habent. 691. a & ſeq.
Venæ portæ non communicant cum venis cauæ. 680. b. 689. a.
Venæ ſectio tali aufert omnem plenitudinem. 780. g. & ſeq.
Venti quid ſint. 170. g. & quotuplices. 172. f.
Ventriculus coquit proprio calore, & alieno. 156. f.
Ventriculus totus primæ coctionis inſtrumentum. 714. e.
Ver an ſit temperatum. 168. g.
Vermicelli dicti quem ſuccũ ingenerẽt. 185. e.
Veruecis caro cuius eſt temperamenti. 174. g.
Veſicæ orificium in muliere vbi ſitum. 810. b.
Via per quam aqua à iecore in abdominis cauitatẽ demittitur, an ſint venæ an mẽbranæ cingent iecoris ſubſtantiã. 678. b. & ſeq.
Via per quam materia contenta in thorace emittitur per vrinã & per ſeceſſum. 686. f.
Victus ratio in febribus putridis quibus perficiatur. 338. & ſeq.
Vigilia opponitur ſomno, & quid ſit. 219. d.
Vinum efficitur ex varijs fructibus. 214. b. eius vires. ibid. differentia. 215. a. nutrit. ibid. b. quod ſalubrius. ibid. d. viue refrigeratum confert ferè cuique naturæ. 216. f.
Viſciole. Vide. Ceraſa.
Vitriolum quas vires habeat. 590. f.
Vituli lactentes, & non lactentes quas vtilitates præſtant, ſi ijs veſcamur. 174. f.
Volatilia circa fluuios victitantes frigidæ ſunt complexionis. 177. a. quæ in montibus degunt ſicciori fruuntur temperamento. ibid.
Vrachus in humano fœtu an perforatus. 691. a. & ſeq.
Vrina non eſt excremẽtum venarum. 225. e. ſed tertiæ coctionis. ibid. & 226. e. huius tractatio num præferenda pulſuum tractationi. 242. e. ſoluitur contradictio in verbis Hipp. circa vrinæ coctionem. 243. e. definitur vrina. 244. b. cuius coctionis ſit excremẽtum. 245. & ſeq. eius differentia. 249. & ſeq. eius colores vnde oriuntur. ibid. quas conditiones habere debet, vt perfectè cognoſcatur. 250. ex quibus ſumũtur differentiæ. 251. & ſeq. de cõtentis in vrina præter naturã. 255. ex qua materia fiant. 256. de cauſis vrinæ. 257. d. de quæ cauſis differentiarum. 258. & ſeq. de præſagijs ex vrina. 265. & ſeq. num ex vrinis dignoſci poſſit mulierem eſſe grauidam. 269. & ſeq.
Vrticæ ſummitates decoctæ in iuſculo aperiunt. 194. e.
Vſus nomine quid intelligendum apud Gal. 57. a. quotuplex ſit. ibid. in quo differat ab actione. 57. b.
Vterus duas habet partes. 670. g. 812. e. expurgat vniuerſum corpus. 733. b.
Vterus magnitudines varias habet. 812. g. non cõſtat plurimis cellulis. 813. a. eius ſinalis cauſa quæ. 814. g. in ſiniſtro latere fœminas, in dextro mares facilius cõtinet. 815. b.
Vtero gerens an curanda per ſanguinis miſſionem. 785. d. cõtrouertitur inter Celſum, & Hipp. 786. & ſeq. recentiorum ſententia. ibid. & ſeq. conciliatur controuerſia. 791. a. adſtruitur pars affirmatiua. ibid. e. dubitatur de loco, vnde mittẽdus ſanguis. 792. e. afferuntur rationes vtrinque. ibid. & ſeq. concluditur extrahi oportere ex inferioribus venis. 794. b.
Vterus varias recipit materias in generatione 802. f. quibus partibus componatur. 809. & 813. e. cur ita appelletur. 811. a. definitio explicatur. ibid. & ſeq.
Vua acerba quid præſtat. 205. e.
Vua ſpina vt condiatur. 205. e.
Vua varias differentias occupat. 206. b.
Vulnus in capite oſſis abraſionem exigit, ſi ſit ſuſpicio fracturæ. 657. e. quibus de cauſis cranium ſit perforandum. 658. b. quibus indicijs cognoſcitur cranium non eſſe fractum. ibid.

X

XIphia piſcis percelebris Mamertini freti. 179. d. inter maximos piſces numerãdus, nec non & inter cetaceos à magnatibus nimiopere expetitur: Meſſanæ cũ expiſcantur menſibus Iunio, Iulio, & Auguſto. ibid. nulli ex præclariſſimis pelagijs piſcibus primas partes concedit. 180. e. eius caro candida eſt, emaciatis hecticiſq; nutriendis maximè accõmodata. ibid. f. quaſdam partes habet ſapidiſſimas. ibid. b. eius piſcatio eſt gratiſſima viſu, atque ingenioſiſſima Meſſanæ. 181. a. antiquiſſima præterea, cuius meminit Strabo in Geographicis. 182.

FINIS.

Perilluſtris, ac Reuerendiſsime Domine Volumen hoc Ioannis Baptiſtæ Corteſij Miſcellaneorum Medicinalium in denas Decadas diuiſum nihil continet, quod Fidei Catholicæ, vel bonis moribus aduerſetur, quare ad communem vtilitatem prælo ſubijciendum cenſeo. Meſſanæ die prima Maij, 1625.

D. Scipio Herricus S. T. D.

Ex commiſsione Perilluſtris ac Reuerendiſsimi Domini Don Lucæ Cochiglia Vicarij Generalis Diœceſis Meſſanenſis, vidi librum Ioannis Baptiſtæ Corteſij, qui inſcribitur Miſcellaneorum Medicinalium Decades denæ, & cum in eo nihil inuenerim cum fide, & bonis moribus pugnans, ad publicam vtilitatem cenſui typis mandandum. Meſſanæ 3. Maij, Anno 1625.

Melchior Incofer
è Societate IESV.

Imprimatur.
Cochiglia. V.G.

Imprimatur.
Hieronymus Donato pro Illuſtri Præſide de Blaſchis.

REGISTRVM:

†. ⁘. ††. a. b. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z.

Aa. Bb. Cc. Dd. Ee. Ff. Gg. Hh. Ii. Kk. Ll. Mm. Nn. Oo. Pp. Qq. Rr. Sſ. Tt. Vu. Xx. Yy. Zz.

Aaa. Bbb. Ccc. Ddd. Eee. Fff. Ggg. Hhh. Iii. Kkk. Lll. Mmm. Nnn. Ooo. Ppp. Qqq. Rrr. Sſſ. Ttt. Vuu. Xxx. Yyy. Zzz.

Aaaa. Bbbb. Cccc. Dddd. Eeee. Ffff. Gggg. Hhhh. Iiii. Kkkk. Llll. Mmmm. Nnnn. Oooo. Pppp. Qqqq. Rrrr. Sſſſ. Tttt. Vuuu. Xxxx. Yyyy. Zzzz.

Aaaaa. Bbbbb. Ccccc. Ddddd. Eeeee. Fffff. Ggggg. Hhhhh. Iiiii. Kkkkk. Lllll. Mmmmm. Nnnnn.

Index Rerum Memorabilium. A. B.

Omnes chartæ ſunt duerniones præter frontiſpicium, & ⁘. quæ ſunt ſingulæ, & †† quæ eſt ternio.



MESSANAE. MDCXXV.

Ex Officina Petri Breæ Illuſtriſsimi Senatus Typographi.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

EZZA
RO
ina, 58
228
Digitized by Google

Digitized by Google